10691

91
59

R. P. M.

FR. EMMANUELIS DE VILLARROEL

PINTIANI,

MONACHI BENEDICTINI

LAURENSANENSIS,

THEOLOGIÆ DOCTORIS,

SACRARUM LITERARUM INTERPRETIS,

AC

CONGREGATIONIS

VALLIS-OLETANÆ

CONCIONATORIS GENERALIS,

IN SACRAS TAUTOLOGIAS,

CUM ILLUSTRATIONIBUS

PANEGYRICIS, ANAGOGICIS, TROPOLOGICIS,

ET POLITICIS,

COMMENTARIORUM

LITERALIUM

TOMUS QUINTUS.

SECUNDA EDITIO.

CUM PRIVILEGIO:

Matriti: Ex OFFICINA apud Hæredes Franciſci del Hierro. Anno Domini M.DCC.XXXV.

R. P. M.

F. ANTONII PERAMATOZELIS

DE VILLAROEL

ORDINIS FRATRUM

MONACHORUM EREMITARUM

S. AUGUSTINI

CONGREGATIONIS

LAURENSANENSIS,

THEOLOGIÆ DOCTORIS,

SACRARUM LITTERARUM INTERPRETIS,

AC

VALLISOLETANÆ

CONCIONATORIS GENERALIS,

IN SACRAS

TAUTOLOGIAS,

CUM ILLUSTRATIONIBUS

PANEGYRICIS, ANAGOGICIS, TROPOLOGICIS,

ET POLITICIS,

COMMENTARIORUM

LITERALIUM

TOMUS QUINTUS.

SECUNDA EDITIO.

CUM PRIVILEGIO.

Matriti: Ex Officina Ioan. Garcia Infanzon. Anno Domini MDCCXXXIV.

EXCELENTISSIMO DOMINO

D. ANTONIO GASPARI

ALVAREZ OSSORIO MOSCOSO MESIA

DAVILA ET GUZMAN,

MARCHIONI DE ASTORGA;

de Belada, de Leganès, de San Romàn, de Ayamonte, de Almazan, de Poza, & Villamanrique, Duci de S. Lucar-lamaior, Comiti de Altamira, de Traſtamara, de Santa Martha, de Nieva, de Lodoſa, de Montagudo & Azarcollar, maiori Signifero magni Vexilli, Vulgò de la Diviſa, Regioque Supremo Cuſtodi, Eccleſiæ Legionenſis Canonico, perpetuo Gubernatori Regiarum Domuum del Buen-Retiro & Vacia-madrid, à Catholici Regis ſecreto cubiculo, Hiſpaniarumque Magnati, &c.

Fr. Emmanuel de Villarroel, Benedictinus. S.P.V.

GAUD tua, ſed mea (inclite Princeps) intereſt huiuſce gratitudinis nobile obſequium, & obſervantiæ meditatum ſtudium; cùm de me præclarè & egregiè meritus, nonnunquàm præſtiteris liberaliter officium. Non ab ærato corde quod donum, donum; ſed tui memorià duntaxàt laboris præmium, reddente animo benevolentiæ debita, coram creditrice iam pridem ſoſpità gratià. Scit, *cui donem lepidè, glorianter novum libellum*; quin poſsis occurrere, animo perniciter præcurrenti: imò nec quæri; inventus, priuſquàm occurreres: etenim ſi mihi poteſtas, ex cunctis Principibus eligendi auſpicem; ſine poteſtate te ſemper unum eligerem. Auſonii Edyl.

Quo nihil maius; meliuſve terris
Fata donavere, bonique Divi; Horat. 4. Carm. Od. 2. v. 37.

Nec

Nec dabunt, quanvis redeant in aurum
Tempora priscum.

Encomia nobilitatis inter Magnates ingrata, quippe communia. Quid tibi non singulare? Quid quòd ex fascibus oriantur fasces, ex Consulibus Consules, ex Principibus Principes, Hispaniæ & orbis Primores? Ne degener fœtus, devians à radice prætiositate ramus? Haud deficit alter præclariore prætio, quùm simili frondescit virga metallo.

Claudian. de 4. *Cons. Honor.* v. 578.

——*Convenit in unum*
Quicquid in orbe fuit procerum: quibus auctor honoris,
Vel tu, vel genitor. Numeroso Consule Consul
Cingeris, & socios gaudes admittere patres.

Non est quòd multa loquamur. Sat in familiæ commendationem, qui maior virtute, quàm eximio genere, generis familiæque decus, *Comes Sanctus*. Hoc signatur charactere pro nomine *Osorius Gutierrez*, dominus de *Villalobos*, ac in Namarinis *Septem Villarum*, Laurensanensis Monasterij mei, è pulvere erector munificus; quò ille, sepulchrumque eius glorioſum & marmore, & modo & glorià; quippe ab hinc novem sæculis ibi cadaver, verùm manus incorrupta. Attendis ergo (Princeps glorioſe) ad petram unde excisus. Si decus posſit addi Divis, gestis adderes.

Ovid. 15. *Metam.* fab. 51.

——*Nec enim de Cæsaris actis*
Ullum maius opus, quàm quòd pater extitit huius,

Hìc cuncta cunctorum stemmata, de Barbaris glorioſa vexilla, virtutis trophæa, Heroum insignium insignia; ut maior fulgeres heros, cũctorum honos.

Draud. in *Solin.*

——*Sola Priores*
Quæ vincit, semperque prisca recentibus auget
Cultibus, & nunquàm sinit à maioribus illis
Degenerare decus sublime: at ubique parentes
Exequat virtute novà, nec desinit unquàm
Esse sui similis.

Politian. in *Nutric.*

Monumenta petuntur illustria, multisque gemunt incudibus æra:
Deque alijs arios idem profemmat ardor.

Magnum quidem, sed non summum: summum næ alijs, sed à te; cui soli inter tot generis commendabilia, singularis mirè gloria, quòd illis ampliorem restitueres, quam acceperis: *Laudes generoſorum, decus mortuis*. Vera spectabilis celsitudinis magnitudo, *Viva virtutis imago*: ut fulgeret simul (Non omnibus datum est; sed illis,

Eurip. in *Hercul. fur.* v. 357. Senec. de *Tranquil.* c. 15. Virg. 6. *Æn.* v. 129.

——*Quos æquus amavit*
Iupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.)

Hieron in *Iob*, præf. 1. Elias Uviller. in *Plutarch.* Pind. *Olymp* Od. 1. v. 20.

Nobilitatis & humilitatis exemplar. Cur enim & tu solà & immortali glorià non ducerère, qua optimas quisque, virtutis premio? Cur ea non expeteres, cuius natura nihil habet præstantius, nihil quod magis expetat honestatem, laudem, dignitatem, decus? Decerpsisti ex singulis virtutibus summitates, ut summus collectione fulgeres; unde aviditas insaturata

Dotes

——*Dotes alto ſub pectore iungit:* Man. 4. *Aſtr.* c.2.v. 28.

Quo intuitu, inter Proceres ſpectatione meritorum, non viget quidquam ſimile aut ſecundum.

Quà mens, quà pietas, quà ducuntur vota, ſequamur. Politian. d.

Nobilitas, ſi ſola atque unica virtus; per habita, avitam viciſti virtutibus famam, ſpecioſiarum nectens ſedulitate coronam, ut ceu fructus in te floreant ſpectabiles, quæ in alijs veluti flores: uſuque pretioſiores acquiris, de quibus hæres. Vel in infantia victa ætas: nil in puero puerile: prævia virtus iam tenera informat venturis moribus ora: ita viſis introſpectiſque indole, dotibus; haud alium, quàm ſors vigil providè filium conceſsit, patet felicius in delicium elegiſſet.

Ingenium cœleſte, ſuis velocius annis, Ovid. 1. *Art.* v.185.
Surgit, ac virtus contigit ante diem.

Flos veterum, virtuſque virorum: flos iuventutis, iuventuſque clara nobilitatis. *In ipſo pueritiæ flore maturis moribus lubricam frenavit ætatem: & quod rarum bonum eſt, patre privatus, gravitatis factus eſt filius. Cupiditatem inimicam ſapientiæ ſubiugavit, vitiorum blanda contempſit, ſuperbiæ vana calcavit: ita ſuperatis exceſsibus, ante viſus eſt de moribus dare Conſulatum; ut virtutum deſideria poſsimus provocare per munera.* Caſiodor. 2. *Variar.* 1. Probitatis (fecialis genitricis) non nutricius, ſed alumnus; quaſi tecum naſceretur, quod ab alijs nec ſudore plenè acquiritur. Convertit in te omnium ora poſt lumina, morum ſuavitas, ſtatus auctoritas, recta docilitas, circunſpectionis maieſtas, ſuavitatis ſublimitas, providentiæ dexteritas, prudentiæ habilitas, ſeveritatis comitas, comitatis claritas, æquitatis ſeveritas, celſitudinis humilitas, iudicij gravitas, modeſtiæ ſplendor, Primatum fulgor, Aulæ decor, memoria & amor, Regiæ honor, ſpecimen fulgentiſsimum, ſpectabile ornamentum, ſpargens vel vultu civibus lumen, tuis ſingularem honorem.

——*Raris omnium*
Petita votis contigit felicitas.
Quin ſingula hæc præſtare, vix paucis licet; Bocch. *Symb.* 22.
Quæ cuncta ſumma in uno
Extare iam vident vel hi, qui nil vident.

Hinc apud Regum Regem, Regumque Ducem uſque in adyta palatij gratia: quò ſanè haud ingeretis, ſed avidè ſuſciperis ſanguine, virtute, iudicij commendatione. Habuit in ſphæra munus ampliorem ambitum, & ſumma dexteritate ſplendor exilivit meritorum. *Dignitas, cùm ad incognitum venit, donum eſt; cùm ad expertum, meritorum compenſatio: quorum alter debitor iudicij, alter obnoxius favori. Opinione fulgentem honore ſubveximus; ut gereret nomine, quam poſſederat meritis dignitatem. Pompa meritorum eſt regale iudicium: ut illum magis æſtimemur elegiſſe, quem cunctos dignum eſt approbare.* Caſiod. d. 12. & 13. In multa luce fortuna te poſuit. Noſcunt cuncti, quomodo te geris, cunctorum expectationi reſpondens: etſi,

Pre-

Mantuan. *Parthen.* v. 119.

——*Pretium sibi solaque latè*
Fortuna secura nitet, nec fascibus ullis
Erigitur, plausuque petit clarescere vulgi.

Non potest dici in felicitate fortuna, quam longe explodunt & exulem dicunt merita. *Maiora deinde officia te excipient, & ex alijs alia.* Quippini? *Semper magistratu celsior, in alios temperatus, in te severus, sine contemptu facilis, sine terrore reverendus.* Quid ultra, si non plus? Vitâ comite, plus ultro. *Esto innocentiæ templum, temperantiæ sacrarium, ara iustitiæ.* Munusculum si ex tua dignitate perexiguum, ex animo nostro magnum. Nil pretiosius habemus; quod autem habeo, hoc tibi do.

Senec. *Ep* 19.

Symmach. 10. *Ep.* 25. Cassiod. d.

Felix & longâ iuvenis dignissime vitâ,
Eximiumque tuæ gentis decus, accipe nostri
Certus ut hoc veri complectere pignus amoris,
Quod si digna tua minus est mea pagina laude;
At voluisse sat est: animum, non opera iacto.

Lucan. in *Pison.* à v. 211.

VIVE FELIX.

CEN-

CENSURA RR.P.M.Fr. IOANNIS BAPTISTÆ LARDITO, SACRÆ THEOlogiæ in Universitate Salmanticensi Primarij Antecessoris, Archi-Diœceseos Toletanæ Examinatoris, Benedictinæ Religionis, iam pridem Generalis.

REverendissimo præscribente Congregationis Benedictinæ per Hispaniam,& Angliam Generali dignissimo P. Mag. Fr. Benedicto Pañeles, tomum quintum Tautologiarum à RR.P.M.Fr.Emmanuele de Villarroel, eiusdem Congregationis Generali Concionatore, Doctore Theölogo, Toletani Archiepiscopatus Synodali Examinatore, elaboratum. Vidi (inquam) ac subitò perspexi virgà non indigere censorià,sed Encomiaste,quoniam Author ubique notissimus ob præclara volumina in uberem Reip.literariæ profectum typis mandata,ac summa aviditate quæsita, suo utitur testimonio,non alieno suffragio.His enim sibi vestigalem fecit eruditionem, rerum copiam, in dicendis facilitatem, in exponendis elegantiam, in probandis acumen, in erroribus confutandis energiam, & ad mores instruendos uberrimam segetem: *Iovis omnia plena.* Virg.Ecl.3.

Crediderim ego, ac facilè credet quisquis non perfunctoriè hæc scripta lustraverit, Authoris acumen acum in hoc opere imitasse, quo subtilem filum ducens pretiosissimas telas argenteis eloquentiæ filis contextas in Ecclesiæ reposuisse thesauro, ex quo professores sacri pro munere suo extrahentes suas locupletarent declamationes,ad vitia eradicanda, virtutesque promovendas ornarent discursus.

In toto opere sæpe ardua Theologiæ asserta, non quidem dialectica methodo,sed stilo expositorio, evolvit, & expedit. Difficillimas Scripturæ quæstiones intexit, & dissolvit.Sacratioris Divinitatis dogmata,politiori humanitate referta diligenter colligit, ubique mentem, & mores instruit, ubique Ecclesiæ campum miro eloquentiæ flumine irrigat, *ac semper varium plus micat artis opus.* Si ex ungue cognoscitur Leo, facilè ex quatuor præcedentibus voluminibus, omnibus suis numeris absolutis, ac per orbem literarium non sine plausu vagantibus, deprehendi potest quantum in quinto materiam superabit opus, *cumque* (teste Hieronymo) *in primis partibus vincat,in ultimis se ipsum superat*, & quasi novum Colophonem addens vicit ut vinceret, quoniam in primis *Grandia pollicitus, quinto maiora dedit.* Corn.Gall. Eleg.1. Hier.Epist. 13.ad Paul. Mon.

Non deerit fortasse inter maleferiata hominum genia, & ingenia, cui humanæ literæ, Poëtarum copia, ex prophanis doctrinis allegationes, aliaque Philosophorum monumenta,ad sacra confirmanda dogmata non arrideant,sed varia sunt hominum ingenia, & sensus. *Mille hominum species, & rerum discolor usus.*
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno. Pers.Sat.5.

Prophana famulari sacris quis dubitet? Eruditionem videri,& esse scientiarum omnium condimentum, & ornamentum quis inficiabitur? Nec oportet severioris sapientiæ dogmata veluti ruda, agrestia, aut indigesta proponere, nam eruditionis flores in fructus suaviores erumpunt. Eadem est arbor æstate,& hyeme,sed hyeme rudis,sterilis, & indecora; æstate verò vestita fronde, & floribus in fructus suaviores turgescens, & visu delectabilis, & palato dulcis, apparet.Profectò licuit Ethnicis Scriptoribus plurima ex sacris Oraculis usurpare,nam Tertuliano teste, *quis Poëtarum, quis Sophistarum, qui non omninò de Prophetarum fonte potaverit?* Ergò licebit potiori iure sacro interpreti plures ex humanis disciplinis libare flores, severiorique doctrinæ aptè, & opportunè inserere, ut iucundiores matureſcant in fructus, ac diviniori utiliter famulentur doctrinæ.Prodeat ergò opus,cedro dignum,pium, eruditum,& doctum,ac à fidei regulis, nihil devians in communem Catholicæ,ac literariæ Reip.utilitatem. Sic sentio ex animi sensu in hoc S.Martini Matritensis Cœnobio die 1.Decemb.anno 1720. Salvo,&c. Tertul. in Apol. c.47.

M.Fr.Ioannes Baptista Lardito.

FACULTAS ORDINIS.

NOS Magister Fr.Benedictus Pañelles Congregationis S.Benedicti Hispaniæ, & Angliæ Generalis,&c. ut quintus tomus *Commentariorum literalium in Sacræ Scripturæ Tautologias* elucubratus à R.P.M. Fr.Emmanuele de Villarroel, Theologiæ Doctore, Sacrarum Literarum Interprete,& nostræ Congregationis Generali Concionatore, quoniam à Viris doctis (quibus illum examinandum commisimus) recognitus,& approbatus, typis mandari & in lucem prodere valeat, quantum ad nos attinet, tenore præsentium sigillo nostro, & subscriptione munitarum,facultatem concedimus,in nostro S.Martini Matritensis Cœnobio. Pridie idus Iulij ann.1719.

Magister Fr. Benedictus Pañelles,
General. Congreg. S.Benedict.

Magister F.Benedictus Lopez de Sedano,
Secretarius.

AVE MARIA.

CENSURA RR. P. M. Fr. AUGUSTINI SANCHEZ, IN SACRA THEOLOGIA Magistri, Regis Concionatoris, Supremi Fidei Senatus Qualificatoris, Archiepiscopatus Toletani Synodalis Examinatoris, & Conventus Matritensis Ministri Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum.

SElectum hunc in sacras Tautologias literalium commentariorum librum RR.P.M.Fr.Emmanuelis de Villarroel, Benedictini, Theologiæ Doctoris, sacrarum literarum Interpretis, atque eximiæ Congregationis Vallis-Oletanæ Concionatoris Generalis,&c. Authore dignum, intento plenum, materiâ novum, formâ novissimum, quintum editione, primum dignitate, doctrinâ clarum, studiosis gratum, omnibus utilissimum, dum censoriâ virgâ nobis commisit D.D. Nicolaus Alvarez de Peralta, Vicarius Matritensis,&c. Priorem nostram erga Authoris opera admirationem, plurimum auxit: plura quippe in Authore digna inenarrabili laude cogitabamus, dum prioribus eius operibus lætabatur animus noster, quæ in hoc sacrarum Tautologiarum quinto volumine potiori iure,& laudare,& mirari fas est. Et quidem nec æquis, ut par erat, laudibus adumbrari posse crediderim, quod cum novam in scribendo viam Athor inierit; sic feliciter, & sine offendiculo currat, & per tantum pelagus tam longum iter nec dum arripiat, faustequè prosequatur arreptum, sed iam iam spe celeri perficere polliceatur, dum tomum quintum in lucem edit; adeo ut per tàm incultam, & nullius ante vestigio temeratam viam, parum sit Authoris ingenium deambulare, cum videamus, non sine stupore, feliciter currere, cursumque cœptum strenuè consummare.

Novam igitur agressus est viam, invijs, & novis itineribus dedit calamum, ut quæ aspera, & impolita in sacris Tautologijs ab imperitis iudicabantur, latitantis sub literæ cortice, & linguarum phrasi vulgari arcani penitus inscijs, in vias planas reduceret, & ab incultis Scripturæ sacræ nemoribus, dulcissima possent quique poma colligere. Mirandum igitur hoc, quia rarum, sed nihil magis fœcundissimo Authoris ingenio congruum, & Scripturæ sacræ cultoris proprium: non satis quippe est Scripturæ sacræ cultori aliorum datis laboribus dignè frui; debet etiam quisque, quantum potest, ingenij, acuminisquè ligone Scripturæ sacræ humum excolere, atque sarrire, ait Damianus Opusc.37. ubi Albericum, ad quem scribit, alliciens ad hunc laborem, sic altè fatur: *Tu quoque ad sylvas mittendus es Scripturarum, ubi sic licèt continuo labore desudans: sylvescentia saltus arbusta succidas, nodos, & dubietatis truncos evellas, ac novalia tibi, velut quibusdam propriæ indaginis manibus excolas.* Statim pergit, & à sylvæ metaphora ad terræ culturam transit. *Sic igitur humus cœlestis eloquij propriæ subtilitatis est sarrienda ligonibus, ut non ab alienis manibus alimenta præstolatus esurias, sed uberis proventus copiam proprio labore convectans, mox in spiritualium deliciarum affluentia delectabiliter vivas.*

D. Petr. Damian.

Magnæ igitur huius Scriptoris sacri excellentiæ laudabiliter cupidus Author noster, propriæ indaginis, & subtilis inquisitionis ingenium suum ligonem fecit, ut in sacræ paginæ sylvis, nulli parcens labori, & continuo studio desudans, iucundissimum Paradisum operaretur, intelligentiæ ramos extenderet, atque novos, & insperatos fructus enuclearet. Ad hoc etiam, ut verè sapiens, venatoris induit formam, sapienter quærit, & infatigabiliter insectatur Scripturæ arcanam, & hactenus ignotam intelligentiam, velut feram, in sylvis delitescentem; novit enim, quod Salomon de sapiente sic ait: *Cor intelligens quæret scientiam.* Vestigat canis venaticus summo studio feram, inter sylvas quærit, nulli labori parcit, huc illuc odoratur, quousque invenit: hunc sapientem imitari docet Cyrillus: *Canes, ait, venaticos imitatur sapiens, huc illuc feram quærentes; ipse enim non intellectam rem, sæpe, ac multum investigans, interrogansquè tandem assequitur.* Quare Prosper sic aiebat, eandem metaphoram digne probans. *Si venandi est affectio, habes montes altissimos, cervos velociter Apostolorum, Prophetarumquè dicta percurrentes.*

Proverb.15 v.14.

D. Cyrill. Alex. lib.1. in Ioann. c.2.

D. Prosp.

Hos igitur, ut verè sapiens, imitari studens operis Author, eas Scripturæ frases, & loquutiones (idiotismos plerique vocant, pleonasmos alij; ipse verò Tautologias, sive earundem sententiarum repetitiones iure denominat) quas in eiusdem sententiæ geminatione, aut circulatione, mysterio vacuas, iudicare possent ignari, exponere statuit, & earum distinctam, atque occultam sub velamine vocum intelligentiam, non minori connatu, ac studio, intentat eruere, ac veluti ex obscurisantris, atque foveis elatebrare; ut ubi

pri-

primo oculorum iactu, cortice inſpectu, & fructu vacuam,& floribus aridam arborem augurantur, interpretatione appareant fœcundæ vites erumpentes in fructus; & veluti Aquila grandis magnarum alarum,ſuis ingenioſiſsimis expoſitionibus medullam cedri lepidè tollat, & enucleatione veritatis in vocibus conſultò recluſæ ſenſum legitimum, ne dum ignaris, ſed & doctis etiam aperiat.

Novum igitur hoc agreſſus eſt iter, ſcrutari nempe, & perſcrutari in literis ſacris ſigillatim dictiones omnes,ſyllabas,puncta,apices, verborum ſitum, poſitionem, concinnitatem, ut nec iota unum ſcripturæ, nec unus apex ſine opimo fructu prætereat: Nam ut aiebat Doctorum Maximus: *In libris ſacris ſinguli ſermones, ſyllabæ, apices, & puncta, plena ſunt ſenſibus.* Immo, *quæ minima putantur in lege, ſacramentis ſpiritualibus plena ſunt.* Nova dat, & dedit; ſed vetera neque negligit, neque neglexit. Opus vides veterum Authorum dictis inſperſum,omnium antiquorum Sanctorum Patrum monumenta volvit, & tradit, & ut ita dicam, exenterat; ſapientiam enim antiquorum exquiret ſapiens. Vetera dat, ſed nova facie, novo ordine,novà formà,& novum hoc ædificium, etiam ex non novis lapidibus extruit. In libris delineandis, in locis explicandis, in ſenſibus eruendis, & in ipſis etiam ſcriptionibus, quæ capitibus, ſeu Didaſcalijs affiguntur,nova methodo uſus eſt: nova veteribus inſerit, & vetera novis, ut ex hac inſitione Paradiſi huius cultor ſtrenuus, ſuaves fructus in legentis utilitatem, & voluptatem mirè produceret. D. Hieron. in c. 3. Ep. ad Epheſ. Idem Hier. lib. 1. Com. in Matth.

Sed qnis non miretur in tanta librorum multitudine, novos commentarios in lucem edere? Scimus ſcriptum: *Plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia*; quoniam illa non exhauritur, ſed in dies magis, ac magis multiplicatur; non cum ſeneſcente mundo ſeneſcit,ſed potius efloreſcit ætate,latiuſque expandit ramos,atque radices. Scimus hoc,ſed etiam ſcimus, & experientia ipſa docemur, lectores conqueri paſſim, ieiuna commentaria quotidie prælo commiti, nihil novum offerri, ſed quæ alij tradidere, non ſine faſtidio, iterum ſibi obtrudi. Cum igitur notentur, qui nova non cudunt, laudem non modicam promeretur, qui à communi quærimonia ſe ſubducit. Nec novitas, utilitati præiudicat, immo eam auget; operis venuſtatem, ac pulchritudinem non inficit, immo perficit; ardentius quippe,& avidius leget quiſque ſtudioſus, quod novitio ritu exhibetur,& quod novo ſplendore mentem exornat. Et certe ſi quærendi ſtudium damnandum foret, quomodo ſcientia multiplicari poſſet? Nam, ut aiebat Seneca: *Nunquam invenietur ſi contenti fuerimus inventis: præterea, qui alium ſequitur, nihil ſequitur, nihil invenit, immo nec quærit. Patet omnibus veritas, nondum eſt occupata, multum ex illa futuris relictum eſt.* Reliquerunt nobis multa, qui præiverunt. Dives veritatis,& ſcientiæ theſaurus eſt, inveniri poteſt, exhauriri non poteſt, plures ad illam viæ, Author novam iſtam invenit, non damnandam, ſed laudandam plurimum cenſeo, dummodo ad veritatem, quam quærit, & amat, tutò ducat, ut tutiſsimè ducit. Dan. 12. v. 4. Senec. Ep. 63.

Nec minorem, ut reor, conciliabit admirationem, ſi rerum omnium, quas ſacrarum iſte literarum cultor pertractat, varietas inſpectetur, ubi inſtar cuiuſdam ſacrati Protei, plures inſpicietur formas induere, & ut omnibus placeat, & ut rerum varietati iure reſpondeat. Ferunt, ſive fabulantur, Proteum varias pro libito, & opportunitate formas, figuraſque induiſſe, leonis, apis, ſerpentis, aliorumque; & quidem aliqui hoc arti magicæ, in qua excellebat, tribuere: Alij ferunt fuiſſe virum dicendi peritum qui facile poſſet ſua eloquentiâ in quoſvis animorum motus homines flectere: Alij prudentem virum huius fabulæ involucro cenſent ſignificatum, qui ut omnibus ſe accommodet,atque omnibus proſit, unumquemque linguâ ſuâ eruditè alloquitur; & cuius in dicendo ſyrenica eloquentia,vi quaſi magnetica trahit animos omnium,ut arripiat eos in veri lumines holocauſtum. Apud Nat. Com. & alios Mithologg.

Fabuloſam hanc,& ſi morali doctrina plenam transformationem, quàm chriſtianè, & ſine dolo ad praxim reducat noſter Interpres,variegata eruditio ipſius facilè probat; & quidem verè cœleſtis Proteus, atque alienæ ſalutis ardens amator, qui ut omnes lucretur, omnes induit formas,varios pro opportunitate colores induit,iam Sanctorum Patrum teſtimonijs eos alliciens, iam Philoſophorum dictis, & Poëtarum carminibus faſtidioſos quorundam animos atrahens, & demulcens,ut omnibus omnia factus, omnium ſaluti conſulat. Nec novum, ac peregrinum eſt, Proteum dici eruditum Interpretem, talis enim eſſe debet, qui alios erudit, ut iuxta argumenti materiam, ſive exigentiam perſonarum variè ſe verſet, & in omnes quodammodo ſe transformet. Talem igitur Doctorem Gentium Apoſtolum Paulum prædicabat Hieronymus: *Mutabat*, inquit, *Paulus vocem, & in hiſtrionum ſimilitudinem factus, ſiquidem theatrum* D. Hier. in c. 4. Ep. ad Galat.

mundo, & Angelis, & hominibus, habitum in diversas figuras mutabat, & voces. Mutabat igitur voces, ut pravorum hominum mores mutaret in probos. Habitum spiritalis histerio mutabat, in omnes se vertebat figuras, & in sacra Templi, ut ita dicam, scena, varios induebat Gentilium, Iudæorum, & aliorum colores, ut mundi huius prætereuntem figuram dediscerent amare mortales.

Miram igitur, & fructuosam istam transformationem, eruditio Authoris assequitur, in qua illud præ cæteris est mirandum, nempe, quam dissertè externam sapientiam, atquè Ethnicorum eruditionem divinæ scientiæ ancillari, & ad eius non raro succum eruendum servire faciat; quamquè scitè, & accuratè ab omni eam falsitatis scoria mundare satagat, & ad plenam, perfectamquè trahere puritatem, qualem exigit huius operis dignitas: *Debent enim*, ut bellè Richardus ait, *seculares scientiæ studijs spiritualibus deservire*: quod luculentius probat Sanctus Gregorius Naziazenus Cygneorum carminum libro ad Seleucum his aureis verbis: *Æquissimum est, ut sapientia spiritus, quæ cœlestis est, divinitusquè nobis concessa, domina sit huius inferæ, terrenæquè disciplinæ tanquam ancillæ, quæ vano quodam conatu nequaquàm inflata esse debet, sed ad ministrandum convenienter, ac decore condocefacta. Omnino enim terrena sapientia divinæ serviat.* Miro modo id operatur noster Interpres, profanorum omnium arescentem eruditionem, quæ ni Divinæ ancilletur, arescit, & pallet, in servitutem Divinæ Sapientiæ redigit. Non intumescat igitur profana eruditio in conspectu operum Authoris istius; fastum suum, & iactantiam omnem deponat, noverit se ancillam, & Divinæ Scientiæ famulari debere.

Externa autem eruditione, sacram exornat; vix enim dici potest quantum venustatis, & ornamenti hæc disciplina bellè condita Divinæ Sapientiæ afferat. Sponsæ ornatum cum Regius Psaltes describeret, etiam fimbrias extollit: *In fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.* In fimbrijs externam sapientiam, qua Dei Sponsa Ecclesia Sancta exornatur, intelligi, Clemens Alexandrinus docet. Domus igitur sapientiæ est Scriptura sacra: Unde quod picturæ, imagines, ac dealbationes in domibus, hoc in sacra Scriptura externa eruditio præstat; illam autem exornant, atquè venustant externæ scientiæ: nuda sapientia, & veritas sine ipsis horresceret, aptis ornamentis vidua. Observa etiam, Arcam Testamenti extrinsecus auro exornatam fuisse, quo significatur, ait Richardus, Divinæ Sapientiæ arcam, externæ eruditionis auro, saltem extrinsecùs, & ornari, & perfici posse: *Si quis autem, inquit, satagat se in hoc opus accingere, & arcam suam ambiat auro superducere, nihil obest ab exterioribus scientijs, ac sæcularibus disciplinis scientiæ aurum mutuare, dummodò sciat ipsum ab omni falsitatis, vel vanitatis scoria mundare, & ad plenam, perfectamque puritatem, & qualem huius operis dignitas exigit medullitùs excoquere.* Ornat ergo externa doctrina, etiam si profana, & sacræ Sapientiæ vultum venustiorem reddit, ex quo pleraquè ex profanis ad sacra, iustè, & utiliter traducuntur, ut inter eorum variegatam eruditionem adstet velut Regina Divina Scientia in vestitu deaurato circundata varietate.

Psalm. 44.

D. Clem. Alex. lib. 6. Strom.

Richard. lib. 2. de Contempl. c. 10.

Mitto plurima, quæ in eiusmodi rei evidentiam adduci possent, quæque in laudem Authoris exigebat aureum hoc opus: Sed laudent eum, quæ possunt opera eius. Ego quippe unum tantum ausus sum addere, ut rigidi censoris munus adimpleam, nempe, omnia, quæ in hoc opere continentur orthodoxæ fidei, & pravis moribus, nedum esse apprimè consentanea; sed sacrarum literarum studiosis adeo proficua, ut maximam Reipublicæ christianæ utilitati iniuriam inferret, qui communem lucem eis abnegare præsumeret. Sic sentio. Salvo, &c. In hoc SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Matritensi Conventu, die 7. mensis Octobris, anno 1719.

M. Fr. Agustinus Sanchez.

FACULTAS ORDINARIJ.

VIsa superiori Approbatione, facultatem concedimus RR. P. M. Fr. Emmanueli de Villarroel Benedictino Laurensanensi, &c. ut tomum quintum *in Sacras Tautologias* in lucem edere queat. Matriti die 9. Octobris, ann. 1719.

L. D. Nicolaus Alvarez de Peralta.

CEN-

CENSURA RR.P. M. Fr. CAROLI DE LA CALLEJA

S. Theologiæ Doctoris, Ordinis Canonicorum Præmonstratensium Diffinitoris ac Concionatoris Generalis, &c.

APtius herclè, quàm Augusto suo Casiodorus, inclamare possum Regio Castellæ Senatui: *Tu solus, mi Auguste, quando imperas, præmia tribuis.* Imperat enim mihi, ut erga quintum volumen Tautologiarum RR. P. M. Fr. Emmanuelis de Villarroel Benedictini, satis superque noti, Censorium munus exerceam; attamen, ut iussionem eiusmodi opere compleam, *Peregrinum hocce Opus*, cum attentiùs perlustrarim; nec leviusculum offendi nævum, quo sacræ Catholicæ Fidei, bonisve moribus, regijsque adversetur iuribus; quinimo scientiarum omnium invenisse fodinam, arcemque Musarum perlustrasse mihi videor, quò, Nasonis, Virgilij, omniumque Poetarum latices spatioso gurgite confluunt, ubi Pythagoræ, Socratis, Catonis, Demosthenis, Tullijque fluenta decurrunt. *Nescit inde aliquid nasci mediocre.* Magna semper expectantur, magno ex capite; non tamen semper eventus respondent expectatis; verum in Auctore nostro magnis semper maiora spectantur oculis. Quatuor ediderat hucusque magna volumina, quibus rimavit profundissima Scripturæ sacræ arcana, ita abstrusa, ita omnibus invia, & inaccessa, ut nemini quidem, nec in mentem veniret *Tautologia*: doctissimus porrò Magister acumen mysterij latitantis quærens, intellectum stimulat, ut thesauros, ubi non apparent, inveniens omnibus proferat, improbo labore, indefesso studio in locis glabris floralia, in abditis viridarium, in sterilibus rosetum cum invenerit, omnibus mirificè pandit. His in Tautologijs *nec rosæ nec lilia desunt*: quicquid enim calcat Interpretis nostri pes, rosa fit; quicquid oculus lustrat, mirificè amœnat, præsertim in Didascalijs, quas pulcherrimum reticulum florum quisque existimat. Aptè Tautologias Sacras in malis punicis depinxit, in quibus nil extra præter corticem; intus verò iucundissimos acinos invenies. Corticem ergo noster Auctor frangit, acinosque delectabiles in Didascalijs affatim porrigit. *Emissiones* proinde illius *paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus. Doctor, dulcis*, aiebat Casiodor. *paratà copià Sermonum ad quamcumque partem convertit ingenium*: Quoniam ut alter Moyses oleum de petra producit, laticesque vena divite de silicibus elicit. In litera lapidibus omnes hucusque impingebant Interpretes; noster verò recens nulli semitam uspiam tritam aperuit, nobis prava in directa, asperaque convertens in vias planas. *Omnigenæ vir eloquentiæ & diversam ab antiquis ingressus viam, novum dicendi genus assumpsit. In verbis enim novus, in sententijs creber, in traslationibus audax, in inventione acutus, in elocutione varius, ut in ipsius operibus licet deprehendere.* Opera eius effigiasse videtur Volaterranus, quibus quidlibet addere nefas. Digna cedro, dignaque luce existimo. Ita sentio in hoc D. Ioachimi Præmonstratens. Matritensi cœnobio die 28. Septembris ann. 1719.

Casiod. in *Var.* c. 23.

Isai. 28.

Casiod. l. 3.

Casiod. l. 1. *Div. Lect.* c. 24.

Volaterran. l. 13. *Comm. Urban.*

M. Fr. Carolus de la Calleja;

FACULTAS REGIÆ CASTELLÆ SENATUS.

APprobatione superiore visa, Regius Castellæ Senatus permisit P. M. Fr. Emmanueli de Villarroel Benedictino, &c. tomum quintum *In Sacras Tautologias* typis committere, ut latius patet ex authographo Privilegio expedito die 5. Octobris ann. 1719.

Per D. Franciscum de Castejon,
Secretarium.

MEN-

MENDA SIC EMENDA.

Fol.7.lin.24. obſtetationem,leg.*obteſtationem*.f.11.l.55.Praſis,leg.*Phraſis*.f.46.col.1.l.26.detractu,leg.*detracto*.f.47.col.1.l.22.ex adverſos,leg.*ex adverſo*.f.68.l.39. dicipere, leg.*decipere*.ibid.l.49.ibijcitur, leg.*obijcitur*. f.70.l.5.virtitute, leg.*virtute*.f. 88.col.1.l.54.y,leg.*&*.f.164.l.22.iuravit,leg.*iurabit*.f.165.l.3.non,leg.*nos*.f.170.l.54. mihi,leg.*mi*. f.183.col.1.l.5.fueret,leg.*ſueret*. f.186.col.2.l.48.adimittit,leg.*admittit*. f.199. col.2. l.51.dicit, leg.*didicit*. f.231. col.2. l.24. prelivabimus, leg. *prelibavimus*. f.235.col.2.l.7.circunderetur,leg.*circuncideretur*.f.238.col.1.l.35.ſingularis,leg.*ſingulares*.f.239.col.1.l.6.vis,leg.*vix*.ibid.l.8.pervenire,leg.*prevenire*.ibid col.2.l.26.impe-ritus,leg.*impertitus*.f.242.col.2.l.21.alternati,leg.*alternanti*. f.246.col.2.l.3.diſpulus, leg.*diſcipulus*. f.306.l.21.Gaboòn,leg.*Gabaòn*. f.327.l.ult. ſemitat,leg.*ſeminat*.f.329. col.1.l.55.Di. leg.*Dei*. f.346.col.1.l.25.tetrice,leg.*tetricè*. f.369.col.2.l.57.in,leg.*ita*. f.373.col.1.l.52.criſtinum,leg.*craſtinum*,ib.col.2.l.4.diſtulim,leg.*diſtulit*.f.403.col.1. l.38.retulit,leg.*ruttileis*. f.415.col.1.l.1.tium,leg.*nitemtium*.f.434.col.2.l.57.ſoli,leg. *ſol*. f.456. l.57.iubet, leg.*iuvet*. f.460.l.1. coinquinatum, leg. *incoinquinatum*. f.472. col.1.l.52. conſuetudi egredine, leg. *conſuetudine egredi*. f.478. col.1. l.20. peace,leg. *peuce*. f.495.col.1.l.6.claret,leg.*clarè*. f.507.l.4.ubi ſapientiæ, leg.*ibi ſapientiæ*.f.508. l.19.ſub,leg.*ſum*. f.514.l.19. alios, leg.*alius*. f.524.l.48. falſiſsimum, leg. *ſalſiſsimum*. f.526.l.6.ſcis,leg.*eſcis*. f.548.col.1.l.36.tabula,leg.*tabulas*. f.568.col.2.l.52.reliquiſſe, leg.*reliquiſſet*. f.583.l.50.Dividi,leg.*Davidi*. f.698. col.1.l.27. inviſcere, leg.*inviſere*. f.704.col.2.l.1.pollicettus,leg.*pollicetur*.

Hoc opus demptis his mendis originali reſponder : Matriti die 21. Iunij Anno 1735.

Lic. D.Emmanuel Garcia, & Aleſſon.

SUMA DE LA TASSA.

TAſſaron los Señores del Conſejo à ſeis maravedis cada pliego de los de eſte Libro, como conſta de la certificacion de Don Miguèl Fernandez Munilla, Eſcribano de Camara del Rey nueſtro ſeñor. En Madrid à 26.de Junio de 1735.

APPA-

APPARATUS TAUTOLOGIARUM
TOMI QUINTI.

TAUTOLOGIA PRIMA.

Ruth.1.v.1. *In diebus unius Iudicis, quando Iudices præerant.*
A diebus Iudicum, qui iudicaverunt Israël. 4.Reg.23.22.
Ad Iudices nostros, qui iudicaverunt. Baruch.1.2.
*Iudices, ut iudicent.*1.Esdr.7.25.
*Salvatores, qui salvarent.*2.Esdr.9.27.
*Potens poteris.*1.Reg.26.25-1.Mach.5.40.
*Rex regnans.*3.Reg.4.1.Prov.8.15.
*Regnabis, erisque Rex.*3.Reg.11.37.Ierem. 23.5.
Regnum Regis. 1.Esdr.7.1.21-8.1.

TAUTOLOGIA II.

Ruth.1.v.12. *Revertimini filiæ mi, & abite.*
*Ne averseris mihi, ut relinquam te, & abeam.*ib.v.16.
*Vade & revertere.*2.Reg.3.16.
*Abite & recedite.*1.Reg.15.6.
*Abijt, & recesit.*2.Reg.3.24-3.Reg.10.13. Cant.2.11.Ierem.5.23.
*Recedit & non permanet.*2.Ioann.9.
Ut qui discessisset ab eis, & non isset cum eis. Act.15.38.
*Abijt per aliam viam, & non est reversus per iter quo venerat.*3.Reg.30.10.
*Abibunt & recedent.*Ierem.37.8.
*In via, quà veniebas.*Act.9.17.
*In via, per quam ambulo.*Genes.28.20. Eccle.10.3.Baruch.4.2.
*Cùm pergerent in itinere.*2.Reg.13.30.
*In invio & non in via.*Psalm.106.40.
*Euntes ibant.*Psalm.125.6.Ezech.1.17.
*Non revertebantur, cùm incederet; sed unumquodque ante faciem suam grandiebatur.*v.9.& 12.cap.10.11.

TAUTOLOGIA III.

1.Reg.1.v.1.*Fuit vir unus.*
*Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ.*Cant.6.8.
Osculetur me osculo oris sui. Cant.1-1.Iob. 31.27.
*Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.*Cant.4.7.
*Ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.*Iacob.1.4.
Ut impleamini in omnem plenitudinem. Ephes.3.19.
Primogenita ante omnem creaturam. Eccli. 24.5.
*Creator omnium, & qui creavit me.*v.12.
*Ab initio & ante sæcula.*v.14.
*In initio viarum suarum, antequàm quicquam faceret à principio.*Prov.8.22.
Egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Mich.5.2.

TAUTOLOGIA IV.

1.Reg.1.v.23. *Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte.*
*Lactatus uberibus.*Iob.3.12.
*Alactatos à lacte.*Isai.28.9.
*Ego commodavi eum omnibus diebus, quibus fuerit commodatus.*1.Reg.1.28.
*Manens tibi manebat.*Act.5.4.

TAUTOLOGIA V.

1.Reg.2.v.18. *Ministrabat ante faciem Domini.*
*Fecerunt malum in conspectu Domini.*2.Paralip.29.6.Daniel.13.23.
Malum coram te feci. Psalm.50.6.
*Ante faciem Dei cœli.*2.Esdr.1.4.
*Ante faciem subsequentis.*Thren.1.6.
*Averterunt facies suas, & præbuerunt dorsum.*2.Paral.29.6.
Verterunt ad me tergum & non faciem Ierem.2.27-18.17-32.33.
*Retrorsùm & non in ante.*Ierem.7.24.

TAUTOLOGIA VI.

1.Reg.2.v.30. *Loquens locutus sum.*Idem. 2. Reg.7.7.
*Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit.*Iob.33.14.
*Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam.*Psalm.131.11.
*Dic verbo.*Matth.8.8.
*Quod scripsi, scripsi.*Ioann.19.22.
Loquare, ne taceas. Act. 18.9.Isai. 58.1. Ezech.24.27.
*Dixit dicens.*Luc.14.3.
Nuntiatum est David à dicentibus. 2.Reg. 11.10.
Nuntiatum est Ioab à narrantibus. c.3.23.
*Pactum quod pepigit, & testificationes, quibus contestatus.*4.Reg.17.15.
*Contestans contestatus sum.*Ierem.11.7.
*Testis fidelis non mentitur.*Prov.14.5.
*Fallax non amat veritatem.*ib.26.28.
*A mendace, quid verùm?*Eccli 34.4.
Mendacium operatus est stylus mendax. Ierem.8.8.
Quasi arcum mendacij, & non veritatis. Ierem. 9.3.Ephes.4.25. Iacob. 3.14-1.Ioann.1.6.
Veritatem dico, non mentior. Rom. 9.1-1.Tim.2.7-1.Ioann.2.4.21.27.

Con-

Apparatus Tautologiarum.

Confessus est, & non negavit. Ioann. 1. 20.
Devotione devovimus. Act. 23. 14.

TAUTOLOGIA VII.

2. Reg. 3. v. 18. *Indicavit Samuel universos sermones & non abscondit.* Idem. 3. Reg. 10. 3-2. Paralip. 9. 2.
Manifesto vobis veritatem, & non abscondam. Tob. 12. 11.
Celavit à me, & non indicavit mihi. 4. Reg. 4. 27.
Omne verbum indicabo vobis, nec celabo vos quicquam. Ierem. 42. 4.
Omnia, quæ in domo mea sunt, viderunt: non fuit res quam non ostenderim eis. 4. Reg. 4. 20. Isai. 39. 4.
Ostendit futura & abscondita, antequàm evenirent. Eccli. 48. 28.
Ventura in diebus novissimis. Genes. 49. 1.
Quæ ventura sunt in futurum. Isai. 41. 23.

TAUTOLOGIA VIII.

1. Reg. 25. v. 25. *Stultus est, & stultitia est cum eo.*
Populè stulte & insipiens. Deuter. 32. 6.
Simul insipiens & stultus. Psalm. 48. 11.
Fatuum & insensatum. Eccli. 25. 4.
Stultus fatua loquetur. Isai. 32. 6.
Nescierunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulant. 81. 5.
Ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis: & non intelligebant quæ dicebantur. Luc. 18. 4.

TAUTOLOGIA IX.

1. Reg. 28. v. 1. *Sciens nunc scito.*
Scientes scietis. Ierem. 42. 19. 22.
Scientia animæ. Prov. 19. 2.
Scientiam veram. Sapient. 7. 17.
Sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium. 1. Cor. 1. 19.
Dat sapientiam sapientibus. Daniel. 2. 21.
Insulsum, quod non est sale conditum. Iob. 6. 6.
Nec sale salita. Ezech. 16. 4.
Sale salietur. Marc. 9. 48.

TAUTOLOGIA X.

2. Reg. 8. v. 22. *Non est Deus extra te, in omnibus quæ audivimus auribus nostris.*
Auditu auris. 2. Reg. 22. 45. Iob. 42. 5. Psalm. 17. 45. Isai. 11. 3.
Auris audiens. Iob. 29. 11. Psalm. 91. 12. Prov. 20. 12. Isai. 6. 10-30. 21. Ezech. 3. 10-40. 4. Matth. 13. 15. Act. 28. 27.
Aures audiendi. Matth. 11. 15-13. 9. 43. Marc. 9. 23. Apocal. 2. 7-3. 6.
Audiens audivi. Ierem. 31. 18. Marc. 4. 2.
Audite audientes. Isai. 6. 9-55. 2.

TAUTOLOGIA XI.

2. Reg. 23. v. 4. *Lux auroræ, oriente Sole.*
Luce splendidà fulgebis. Tob. 13. 13.
Lux splendens. Prov. 4. 18.
Splendor eius ut lux erit. Habac. 3. 4.
Accenderunt lucernas, & lucebant. 1. Machab. 4. 50.
Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum; erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Luc. 11. 36.
Erat lux vera. Ioann. 1. 9.

PA-

PARATITLA TAUTOLOGIARUM TOMI QUINTI

TAUTOLOGIA PRIMA.

In diebus unius Iudicis, quando Iudices præërant. Fol. 1.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *In diebus unius Iudicis, quando Iudices præërant.* Nullo modo, dum Præsides iudicabant, ut fieret in iudicio iudicium rectum, sine ullo præiudicio causarum: equidem cùm iudex iudicet legem tenore, Præses dignitatis lege, haud debet Præses iudicare imperio, sed præesse in tribunali iudicio.

2. *In diebus, quibus Iudices iudicabant,* quando præërant. Quorsùm Iudicum iudicium, si significatur ministerium? Ut clareat iudicium vel non iudicium: etenim nullum iudicium iudicis munere, si iudicium sine lege.

3. *In diebus, quibus iudices iudicabant.* Quando iudices non iudicant? Quando iudicum venerabile munus depravat cordis affectus. Non iudicum, sed rationis, debet esse iudicium: igitur si in iudicio iudicantium non intervenit ratio; iudicium profectò iudicum sine iudicio.

4. *Iudices iudicabant.* Ignorat amor iudicium, sed cordis ingratitudine exercet, quòd nunquàm discere voluit. Constat ex criminum indulgentiâ, quanta ab amore concipiatur ira: diciturque de iudice iudicium, iudicis nota; ut Dei amore parcentis reformidetur clementia: igitur in despicientes gravius iudicium formatur, dum non videtur efformare iudicium.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Nihil potest Princeps, si quid ultrà leges potest.* Fol. 21.

DIDASC. 2. *Nulla potestas in potestate Præsidum, sine culpa subditorum.* Fol. 33.

DIDASC. 3. *Iudicis prava iudicia á læso cordè & phantasia.* Fol. 40.

DIDASC. 4. *Mala profectò causa, cùm ab amore irato datur sententia.* Fol. 47.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

Revertimini filiæ mi & abite. Fol. 52.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Revertimini & abite.* Potest esse reversio & non abitus? Potest. Reversio dicitur, unde egressus inchoätur, connotata mansione: exeuntibusque Monachis à claustro in sæculum, quod idem videtur, haud incongruè significatur ut quid distinctum; quia nonnulli in claustrum ab egressu revertuntur, & revertentes non abeunt: etenim pestilenti sæculi conversatione, revertuntur præsentiâ, verùm non mente.

2. *Revertimini & abite.* Quorsùm huiusmodi voces, si reverti non possunt, nisi abeuntes? Notantur insidiæ latitantes affectionum, in occasione lubrica impellentium voluptatum. Quos harum retrahit simulatus dolor, reducit impetu furor: & quæ videntur eiusdem significationis, sunt voces contrarietatis; quoniam occasione prævià, qui visco affectionis abeunt, ipsâ fuga properantes, in fugita revertuntur.

Revertimini & abite. Sæpe dum abit indignationis causa, non recedit iniuriæ illatæ

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Nihil turpius sæculari Monachò, tàm in claustro, quàm in sæculo.* Fol. 71.

DIDASC. 2. *Occasio in crimen fugienda; ne occasione rursùs redardescat culpa.* Fol. 79.

DIDASC. 3. *Amititia reconciliata plerunque ficta.* Fol. 84.

memoria. In odij exilium officioſo amore, animi reconciliantur averſi: at cùm ex amicitiæ ſpecie in ultionem fiat abuſus; cauſæ datur remotio, verùm non iræ receſſus. Ubi magis cum amico ad ſpeciem coniungitur, abiens in iram revertitur: equidem ſub larva reconciliatæ amicitiæ, totum cordis ſtudium inhiat ultioni.

4. *Revertimini & abite*: Hoc eſt, unde abitis, nunquàm revertamini; quòd facit turpis affectio, & ambitioſi conditio. In faſtigium honoris impetè aſcendere ſatagit: illum ambiens & ſequens avidè aſſequi cupit, à quo repulſus uſquequaque amandatur. Abit triſtis & victus, ſed ad ambitum revertitur: igitur inſiſtit & inſiſtet, in cacumen trudens iterùm lapidem; quouſque veniat (quanvis laſſus ex lapſu) ad dignitatis acumen.

DIDASC. 4. *Reipublicæ lues indignorum ingreſſus in dignitates.* Fol. 91.

TAUTOLOGIA TERTIA.

Fuit vir unus. Fol. 99.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Fuit vir unus*: Ideſt, Singularis Chriſtus Dominus; quia Deus & homo unus eſt Chriſtus. Captivum erat genus humanum originali peccato, quouſque Deus fieret inter homines homo: diciturque qui unus, excellentiâ ſingularis; per libertatem hominibus conceſſam in ligno crucis: igitur ibi collocata noſtra gloria, ubi hominum ignominia.

2. *Fuit vir unus*: Ideſt, in cunctis ſuper cuncta ſingularis in demonſtrationibus amoris: ſiquidem ita homines diligit, pro quibus & vitam tradidit; ut flagrante cordis flammâ, procedat continuò de officijs dilectionis maioribus in maiorâ.

3. *Fuit vir unus*: Hoc humanæ conditionis in Chriſto celſitas, ac in Virgine matre extenta noſtra felicitas; igitur pro conferenda gloria, iam eſt *Unus*, & eſt *Una*: ita electa inter fœminas excellens præ omnibus, ſingularis chariſmatibus; ut emineat ampliùs perfectionis excellentia, ex eo quòd in perfectione perfectiore Virgo ſola.

4. *Fuit unus*, dicitur de Sponſo Virginum Chriſto, quia *Excellens*. Una erit ergo Sponſa, ſi Sponſus unus per cordium nexus, exceſſu amoris, & ingenio charitatis, quo videtur unus & alter alter & unus. Unde ſi iam unum, & ille unus fide redamationis, & quia in ſtudio ſingularis fides; ius eſt, Sponſam celebrari ut unicam, propter amoris in Sponſum inſignioris excellentiam.

5. *Fuit unus* Sponſus virginum: una etiam Sponſa, ſed nequaquàm nominatur *Unus* & *Una*. Si eſſet *Unus* & *Una*, nulla profectò ex amore vehementia. Unum pro exceſſu inter utriuſque amorem eſt neceſſarium; nihilque

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Ubi ſervitutis hominis infelicitas; inde pependit noſtra libertas.* Fol. 171.

DIDASC. 2. *Vehementia Chriſti amoris, ex viâ crucis tranſitus in crucem vitis.* Fol. 177.

DIDASC. 3. *Maria virgo ſingularis, & varijs & miris modis.* Fol. 185.

DIDASC. 4. *Unde vita Thereſiæ mors viva?* Fol. 189.

DIDASC. 5. *Amor Gertrudis ingenioſus amor?* Fol. 196.

dici-

picitur de numero post nuptiarum contubernium; quia nec *Unus*, nec *Una*, qui iam per amorem *Unum*.

6. *Fuit vir unus, singularis & electus.* Quomodo electus, si unus? Necessaria libertas, ut constet electionis auctoritas: diciturque unius electio, ubi dotes sine numero; ut clareat, quàm spectabilis, sine concursu electionis: igitur nobilior libertas in electionem, modò dotes surripiant electuris libertatem.

DIDASC. 6. *Electio optima ubi dotes priùs suffragantur, quàm suffragia*, Fol. 202.

TAUTOLOGIA QUARTA.

Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte. Fol. 209.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Lactavit* mater Samuelis *filium suum, donec amoveret eum á lacte.* Maria Virgo filium suum lactavit, quin ab ubere amoveret: etenim cùm Christo vulnera suavissima lenocinia, quia amoris nota; quousque tempus veniret passionis crucis, Virgo filium lactavit vulnere Circuncisionis.

2. *Lactavit, donec amoveret eum à lacte.* Tunc mater dicavit ex corde Domino. Excellentior virtus elucet in Benedicto: igitur Deo devovetur, prius quam sit, non à matre, sed à se: & insuper ut rutilet singulariter virtus, Dei est, antequàm lactatus.

3. *Lactavit, donec amoveret eum á lacte.* Cœlum homines quasi ad ubera lactat; sed superiora demonstrat, ad quæ nemo scanderet, nisi cœlum à lactatione repelleret: & quos spe felicitatis lactavit, persecutionibus ab uberibus removet; ut degustent dulcedinem, propter illud patientes persecutionem: equidem amplior in usum dulcedo, ubi vehementior in laborem persecutio.

4. *Lactavit, donec, &c.* Secùs in Monachis imperfectis; qui habitu censentur Monachi, estò ab instituto perfectionis separati, siquidem cùm in virtutis habitu solùm formentur virtute; Monachi erunt, quandiù fuerint Monachi.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Amor Christi vicit tempus, á tempore victus.* Fol. 231.

DIDASC. 2. *Æstimabilior virtus ante tempus*, Fol. 236.

DIDASC. 3. *Magni refert, ferre magna.* Fol. 242.

DIDASC. 4. *Locus non sanctificat hominem, sed homo locum*, Fol. 248.

TAUTOLOGIA QUINTA.

Samuel ministrabat ante faciem Domini. Fol. 255

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Samuel ministrabat*, quem Deus in Principem miserat, dum rebellis Israël in legem protervè indurverat cor: ceditque, quùm videtur Princeps, à Numine positus, è cœlo missus; igitur obvia cordium expugnatio, maximè amore ministro.

2. *Ministrabat ante faciem Domini.* Quorsùm quod Samuelis obsequia coram Domino facta, si ei cuncta nuda & aperta? Ut cognoscat Deo sacratus virtutem operis, in virtutis opus: equidem sine attentione, in virtutis opere est opus sine virtute.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Cùm Christus é cœlo Spiritum Sanctum misit, corda hominum ad se traxit*, Fol. 275.

DIDASC. 2. *Materia virtutis virtus non est*, Fol. 281.

Paratitla Didascaliarum.

3. *Ante faciem Domini.* Deus propter crimina fugiebat homines, & ministrante Samuele, eius ostenditur facies. Ex Dei generosissimà gratiâ, infantis in ministerio cognoscitur excellentia. Ante faciem ministrabat, quia Dominus post obsequium apparebat: igitur excellentia virtutis tantæ erat Dei acceptionis; ut idem videretur, Samuelem infantulum ministrare, ac Dominum apparere.

DIDASC. 3. *Nativitas Ioannis pignus nativitatis Salvatoris.* Fol. 287.

4. *Ante faciem Domini*, matre præ gaudio exultante. In Calvarij lamentabili articulo minimè gaudium, sed afflictæ genitricis vehemens cordolium; quippe in gravissima pœna Virgo mater & ministra, crescente in summum dolore, quia ministrabat coram Domini facie.

DIDASC. 4. *Dolor Virginis ex cruce, crux ex dolore.* Fol. 292.

TAUTOLOGIA SEXTA.

Loquens locutus sum. Fol. 301.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Loquens locutus sum.* At quid hoc? Etsi omnes loquantur dum loquuntur; non tamen loquentes loquuntur ad omnes. Deus loquens auditur etiam ab illo, cum quo directè non loquitur: igitur cùm vox vocem includat, & virtus à locuta voce prodeat; dum unus vocem audit in aure, vocis virtutem alius haurit in corde.

DIDASC. 1. *Virtus vocis Dei extenditur plusquám vox.* Fol. 329.

2. *Loquens locutus.* Quis non loquens locutione? Quicunque detrahit proximorum famæ. Non loquens loquitur maledicus scorpius obtrectator: equidem quandiù verba detractione dictat, non loquitur, sed venenat.

DIDASC. 2. *Lingua maledica venenata lingua.* Fol. 336.

3. *Loquens locutus*, dicit Dominus, quia verus. Non ex verbo, sed veritate constat vera locutio: quare detractor fugiens callidè vera; loquens haud loquitur, quippe loquitur falsa.

DIDASC. 3. *Detractionis imagines sunt colores & colores.* Fol. 346.

4. *Loquens locutus.* In expressionem mentis instituta sunt verba, quorum instrumentum lingua. Erit loquacitas & non locutio, ubi usus linguæ absque rationis proposito. Unde non est locutio loquentis ex negotio otiositatis; siquidem vel loquens minimè loquitur, quia loquitur ut loquatur.

DIDASC. 4. *Occupatio otiositatis mica nutrix detractionis.* Fol. 354.

5. *Loquens locutus sum.* Etiam loquitur mundus: at Deus ut verus, mundus ut mendax & falsus: minimèque dicitur, vel loquente, quòd loquatur, sed duntaxàt de Deo loquente quòd loquitur; igitur solùm loquitur, cuius in promissis firmissima verba & gaudia: tacetque loquens cuius gaudia verba & verba.

DIDASC. 5. *Sæculi gaudia, amaritudine plena.* Fol. 362.

6. *Loquens locutus sum.* Verbum Dei stabile verbum est: homo vox. In illo vita: in hoc vitalitatis umbra: negaturque homini loquenti loqui; quoniam præceps transit tantà velocitate, ut in vita sit vox vitæ, vel vita, tantùm in voce.

DIDASC. 6. *Vita quám fallax!*

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

Indicavit ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo. Fol. 376.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Indicavit ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo.* Cuncta indicavit, ex qui-

DIDASC. 1. *Dilectio perfecta inimicorum, usus sine usu rationalium potentiarum.* Fol. 399.

bus

bus nihil abscondit. Quorsùm hæccine? Ut constet virtutum claritas,& claritatis summitas. Indicatur quàm grata Deo erga inimicos dilectio; sed dilectionis huius absconditur magnitudo. Virtus est, amare: magnitudo, cognoscendo nescire: Christusque cùm universam dilectionem indicaret, nihil in dictis abscondit, quippe non solùm virtutem, sed virtutis indicavit perfectionem: equidem ita dilexit, ut neque iniurias, neque inimicos agnosceret.

2. *Indicavit,&c.* Si indicatum universum,nunquid aliquid absconditum? Utique, in Christi passione. Hac mors mortua, sed vita abscondebatur in pœna: Christusque qui universa per passionem indicavit, gloriam occultam hominibus non abscondit; quippequàm illo surgente, homo qui consors vitæ, etiam fuit gloriæ.

3. *Indicavit*,&c.*& non abscondit.* Qui pœnitens crimina confitetur,abscondit quæque indicavit. Latet sanè, quòd ostendit:igitur absconditur in animæ sanitatem, quodcunque dicit per indicem.

4. *Indicavit & non abscondit.* Confessione vulnus animæ deletur, verùm sine pœnitentia cicatrix quasi signum in compunctionem relinquitur: diciturque de Samuele universa indicasse, & nequicquàm abscondisse; ut virtus insignis clarescceret pœnitentiæ: quandoquidem ita per illam absconditur universum; ut peccati de quo dolor, nec cicatrix, nec vestigium.

5. *Indicavit & non abscondit.* Quomodò si dicere timuit, ex dictis modò nihil abscondit? Si ex veritate indignationis periculum; dicendum & non dicendum. Dicendum, quasi loquens universos sermones abscondat: tacendum, quasi nihil non ostendat: verùm si ex occasione nullum periculum; quicquid latet in pectore pro veritate aperiendum.

6. *Universos sermones Samuel indicavit, & non abscondit.* Cogitavit Scholasticæ industria, quo modo aliquid absconderet postquàm fratri Benedicto universos sermones indicasset: igitur exegit latenter à validiore miraculum, cùm non inveniret vel in fratre ministerium.

DIDASC. 2. *Christi vitâ gloriosâ vivit homo mortuus: resurgit homo sepultus.* Fol. 405.

DIDASC. 3. *Vitia confiteri, sanitatis indicium est.* Fol. 410.

DIDASC. 4. *Mira & mirifica virtus Pœnitentia.* Fol. 417.

DIDASC. 5. *Veritas opportuna minùs ingrata.* Fol. 423.

DIDASC. 6. *In cœlo Benedictinæ Religionis, Scholastica Luna plena luce & gratijs.* Fol. 430.

TAUTOLOGIA OCTAVA.

Stultus est, & stultitia est cum eo. Fol. 440.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Stultus est, & stultitia est cum eo*; quia potest esse stultus sine stultitia. Peccator desipit, potestque sine stultitia desipere; modò commisso peccato non adhæreat consuetudo. Est delinquens stultus, quippe desipit: verùm non illum comitatur stultitia; dummodò desipientiæ affuerit resipiscentia.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Cæcitas profunda mentis consuetudo iniquitatis.* Fol. 467.

2. *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Pax signatur peccatoris, iacentis placidè in acerbitate criminis, ex vanissima fiducia salvationis. Uti stultus habet ulcera lethalia: & cum illo est stultitia; quia sic credit obtinendam à se salutis felicitatem, ubi alij atque alij invenerunt perditionem.

DIDASC. 2. *Mala ac tranquillâ conscientiâ nil peius, nec infelicius.* Fol. 472.

3. *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Esset stultus, sed non haberet stultitiam comitem, modò cognosceret fatuitatem: eiusque dicitur infatuatio, & stultitia cum eo; quippe stulti desipientis ignorantia, stultissima stultitia.

DIDASC. 3. *Qui stolidus, infulis dignitatis stultissimus.* Fol. 479.

4. *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Potest esse in stulto stultitiæ separatio, quin sit stultitia, quæ videtur, in eo qui stultus præsumitur: igitur magna in regimine prudenti ducuntur dexteritate, dissimulato proposito per speciem stultitiæ.

DIDASC. 4. *Nihil amabilius, quàm diligens stultitia.* Fol. 485.

5. *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Stultus sanè, qui iniustitiam facit; sed abest stultitia à stulto qui in errore pœnitudinem cognoscit: diciturque stultitia cum stupido insipiente; quoniam iniustitiam facit sub velamine iustitiæ.

DIDASC. 5. *Sub iustitiæ invictæ palla á iudice pravo vulneratur iustitia.* Fol. 491.

6. *Stultus est, & stultitia est cum eo*, qui hæreseos laborat pestilenti morbo. Stulti hæretici duntaxàt essent, si haberent tantùm errorem: sed stultitia etiam inhæret illis & cum inflatione pectoris, crepitantibus buccis; quippe erroris notissimam stultitiam, inclytam plaudunt pravitate sapientiam.

DIDASC. 6. *Hæreticorum sapientia ventosissima stultitia.* Fol. 496.

TAUTOLOGIA NONA.

Sciens scito. Fol. 504.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Sciens nunc scito.* Quorsum duplicata scientia? Est speculativa, & etiam practica. Constituitur David in Chiliarcum, inter eos qui vivebant more Gentilium: dicitque illi Princeps, quòd cognoscens cognoscat, quale munus tunc in ordines suscipiat: speculativè facile, verùm in usu difficile; igitur corde vario, indomabili genio, cognoscet practicè quantum discrimen, pravos exleges velle reducere in ordinem.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Qui non arridet malis, multatus publicus hostis.* Fol. 541.

2. *Sciens scito.* Scientia & scientia? Utique. Quæ igitur scientia scientiæ? Cognitio scientiæ in perfectionem vitæ. Extra huiusmodi tractum, in scientia ignoratur, quod sciendum: additurque meditanter scientia scientiæ rationis; ut studium sit virtutis: quandoquidem summa scientia sine virtutis forma, perfectissima ignorantia.

DIDASC. 2. *Nulla virtus literarum sine virtute virtutum.* Fol. 547.

3. *Sciens scito.* Quo ergo intuitu scientiæ in scientia notio? Ut homini detur ex cognitione cognitio. Scit homo morituros homines, quippe mortales; seque non noscit uti cæteros homines: signaturque meditanter scientiæ scientia; ut mortis propriæ excitetur memoria; igitur fatuè sibi haud cogitat

DIDASC. 3. *Sapientia est, consuetudo moriendi.* Fol. 553.

gitat futurum, quod in alijs atque alijs considerat ut præteritum.

4. *Sciens nunc scito.* Scientia & scientiæ & nunc? Iure, pro ignota à fœmina conditione. Scit, se reversuram in pulverem, sed post mortem: ignorat esse nunc pulverem: & ut innotescat forma, nunc exponitur huiusmodi scientiæ scientia; quoniam conditio, in qua species, non mutatur, sed duntaxát, quæ venustas, ad cognitionem exponitur.

DIDASC. 4. *Quæ maior in fœmina pulchritudo, pulchritudinis imago.* Fol. 559.

5. *Sciens nunc scito.* In demonstrationis obsequio, regeritur cognitionis cognitio; ut fidei amantis micaret studium, & etiam actionis præmium: at Benedicto, relictà sæculi pompà, datur scientia, & ignorantia, ut emineant eius cordis obsequia propter obsequia: equidem ad præmium excessus amoris maior, ubi obsequium simul cognoscitur & nescitur.

DIDASC. 5. *Mirabilis schola, ubi ignorantia singularis sapientia.* Fol. 566.

6. *Sciens nunc scito.* Scientiæ datur scientia, & cognitionis cognitio, ut ex purificatione fulgeat Virginis perfectio; quæ se virginem cognovit, & in articulo quasi se nesciret: etenim quæ inter fœminas fuit omninò singularis, apparuit lege tanquàm una de cæteris.

DIDASC. 6. *In munere purificationis, singularia dona Virginis-matris.* Fol. 573.

TAUTOLOGIA DECIMA.

Audivimus auribus nostris. Fol. 582.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Audivimus auribus nostris.* Ex auditu aurium procedit rectum iudicium. Singulæ aures debentur partibus litigijs singulis: diciturque iurè à Principe, *Audire auribus*, ut constet audiendo auditus: equidem in causæ prudentem expeditionem non audit, sed obsurdescit; qui aure, & non auribus audit.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Lethalis auditio aurium, sine ulla visione vocum.* Fol. 611.

2. *Audivimus auribus nostris.* Audire & auribus, quorsùm? Sunt aures cordis, & aures capitis. Aures capitis, in vocem auditam: aures cordis, in vocis obedientiam: & in audiendi ministerium & opus, additur auditui auditus; igitur in auditū perfectum non satis aures, ni in vocis perfectionē inclinentur aures cordis.

DIDASC. 2. *Non audit verè, qui vera non audit.* Fol. 620.

3. *Audivimus auribus nostris.* Indicatur geminatione modus, quo doctrinam audienti proveniat fructus. Aures etiam habet cor: aureſque David in auditum multiplicat; ut constet, an audiens audiat: etenim nihil auditur ab aure, si quod auditum non auditur à corde.

DIDASC. 3. *Non audit, qui tantùm audit.* Fol. 628.

4. *Audivimus auribus.* Auditùsne vivacitas, vel designatur in geminatione surditas? Surditas planè, auribus tantùm audire. Debent audiri Prædicatoris voces, ut in salutem tendant vulnera mentis: auditorque dicitur surdus, dum audit auribus; quippe voces non audiuntur, dum audiuntur, ut audiantur.

DIDASC. 4. *Vox prædicantis non auditur, ni videatur.* Fol. 634.

5. *Non est Deus extra te, in omnibus quæ audivimus auribus nostris.* Hæccine, antequàm Unigenitum misisset in mundum. Quid si videret in Christo amoris excessum? Quid si au-

DIDASC. 5. *Omnia vincit amor.* Fol. 643.

diret

diret ſic amantis canticum novum? Equidem haurientibus dulcedinem, proximioremque habentibus aurem, nobis videtur, nil poſſe conferri conſonantiæ modulaminis, in omnibus quæ audivimus auribus noſtris.

6. *In omnibus quæ audivimus auribus noſtris.* Auris auditu non impletur: exceſſuque amoris Salvatoris impletur auris, quippe nil ultrà flagrante pectoris flammà: additque ſingularem amori ſine modo modum; ut cognoſcamus charitatis exceſſum: cùm nihil, plus in demonſtrationem charitatis, in omnibus quæ audivimus auribus noſtris: equidem triumphus illi de cordibus plus glorioſus, quia amore vicit, ab amore victus.

DIDASC. 6. *Triumphus Chriſti amantis, ex triumpho amoris.* Fol. 649.

TAUTOLOGIA UNDECIMA.

Lux Auroræ, oriente Sole. Fol. 660.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Lux Auroræ, oriente Sole.* Quorsùm *oriente Sole*, ſi Auroræ lux duntaxàt à Solis luce? Ut Virginis matris inmaculata clareret conceptio, & unde in tenebris humanæ conditionis prodiret illuminatio; igitur ex fulgore coruſco Solis orientis, innoteſcit ſplendor Virginis matris.

2. *Lux Auroræ, oriente Sole.* Sed qua lege? Antequàm Sol oriatur, Auroræ ſplendor videtur: diciturque *Oriente Sole*, Aurorà Virgine oriente; quippequàm ex præſentia Auroræ matris, aſtruebatur in terris præſentia Solis.

3. *Lux Auroræ, oriente Sole*, tanquam ab Aurora matre. Ita mater Solis Aurora cognoſcitur: verùm priuſquàm Sol oriatur? Utique, pro inſigni Virginis, in die optatæ in tẽplo præſẽtationis: igitur illius refulſit Auroræ matris perfectio, priuſquã Sol filius videretur in mundo.

4. *Lux Auroræ, oriente Sole.* Perpropriè quidem in Præcurſoris iuſtificatione, Aurora Virgine-matre, & Chriſto Sole iuſtitiæ; miraculorum cõpendio: meditanterque dicitur; *Oriente Sole*, & non orto; quia gratia facta præſentiâ Auroræ Mariæ, antequàm Sol videretur in orbe.

5. *Sicut lux Auroræ, oriente Sole.* Ita in Virgine-matre? Nequaquàm. Non *ſicut*: profectò lux Auroræ, Sole oriente. Aurora non videtur, ſi Sol oritur: Virginiſque matris lux non ſicut lux Auroræ, Sole oriente; quippe perſiſtit adhuc matris influxus, etiam dum nobis evaneſcit aſpectus.

6. *Lux Auroræ, oriente Sole*; ut innoteſcat excuſio diabolici iugi. Eſt lux Auroræ, dum Sol oritur; & lux Auroræ, priuſquàm Sol oriatur. Lux Auroræ ante Solis ortum, erat duntaxàt redemptionis ſignum; ſed non redemptio, quæ omnimodò pendebat à Solis ortu; diciturque, ut libertas luceſcat à ſervitute. *Lux Auroræ, oriente Sole*; quippe redemptio, & redemptionis novitas, ex eo quòd Sol ex Aurora naſceretur in terra, qui natus Sol, priuſquàm Sol naſceretur ex Aurora.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *In conceptione puriſsimâ, Virgo veriſsima Aurora.* Fol. 683.

DIDASC. 2. *Virgo-mater mundo prodiens eſt Aurora ſingularis.* Fol. 689.

DIDASC. 3. *Radij etiam fulgent maternitatis, in præſentatione Virginis.* Fol. 694.

DIDASC. 4. *Mira ſanctificatio Ioannis, præſentiâ Virginis.* Fol. 698.

DIDASC. 5. *Mariæ nomen, nomen vitale.* Fol. 701.

DIDASC. 6. *Libertas humani generis, dum filius Dei filius hominis.* Fol. 706.

TAUTOLOGIA PRIMA.

IN DIEBUS UNIUS IUDICIS QUANDO IUDICES præerant. Ruth. 1. v. 1.

EXPOSITIO LITERÆ.

RUthidis historia exponitur propter Davidis gloriam & excellentiam, quia Ruthis eius proavia. Sine pulvisculo figmenti ex figulina somnij nihil cerebro Rabbinorum placet: hinc nugipolyloquides, seu potiùs vel in vocibus alogi, commenti sunt, Orpham & Ruth fuisse sorores, filias Eglon, Regis Moäb; quem interfecit Aöd, Iudex Israël: *Iudic.* 3. Has duxerunt filij Elimelech & Noëmi, Mahalon & Chelion; quoniam pater inter alienigenas *usus prosperà fortunà*, ut ait Ioseph 5. *Antiq.* cap. 11. Verùm Rabbini in mendacio frontem non habent; cùm adminùs 230. anni (ut optimè computant Abulens. Lyran. Torniel. Genebrard. & Brietius) inter Aöd & Boöz interceserint, quin illis faveat addere figmenta figmentis, uti excogitavit Rabbi Abraham, asserens Ruthidem adhuc vixisse sub Salomone, qui illi dicavit thronum, de quo, 3. Reg. 2. 19. ita invenies in Talmudico *Babà Bathrà*, cap. 5. Alij, sed ex illis, ne comprehendantur in superbia sua, fingunt alium Eglon, regem Moäb, cuius filiæ & Orpha & Ruth. Hæc sequens Noëmi socrum progenitrix facta Davidis, illa mater Goliath, de cuius monstroso conceptu loquemur, *Tautolog.* seq. num. 5. ita Rab. Iose, alijque plures in Talmud, tract. *Sotà*, cap. 8. quorum delirium sequitur Philo Biblicus, fingens hæc in conflictus dicta giganti à Davide: *Nonne sorores erant duæ mulieres, unde natus es tu & ego? Erat mater tua Orpha, & mater mea Ruth: elegit sibi Orpha Deos Allophillorum & abijt post eos, Ruth autem elegit sibi vias fortissimi, & ambulavit in eis: & nunc nati sunt de Orpha tu & fratres tui: & quia exurgens hodie venisti devastare Israël, natus de cognatione tua ecce veni & ego vindicare populum meum. Nam & tres fratres tui post mortem tuam incident in manus meas: & tunc dicetis matri vestræ, Non pepercit nobis, qui natus est de sorore tua.* Plaudite cerebrum. Ex Orpha descendisse Goliath sententia fuit Prudentij in *Hamartigen.* v. 848.

Ioseph.

Fabulæ Rabbinorum.

Philo D.

——— Sed pristinus Orphæ
Fanorum ritus præputia barbara suasit
Malle, & semiferi stirpem nutrire Goliæ.
Ruth dum per stipulas agresti amburitur æstu,
Fulcra Boöz meruit castoque adscita cubili,
Christigenam fœcunda domum, & Davidica regna
Edidit, atque Deo mortales miscuit ortus.

Prudent.

2 Hanc ex hac Rabbini tribuunt Davidi nobilitatem, quaſi indigeret, qui per ſe, etſi non haberet, habuiſſet. Retorqueatur Ovidius, vel Lucanus ad *Piſon.* à v. 2.

Lucan.

Quoſvè canam titulos, dubius feror: hinc tua David
Nobilitas, veteriſque citant ſublimia Ruthæ
Nomina & Hebræas inter fulgentia gentes.
Hinc tua me virtus rapit, & miranda per omnes
Vita modos: quæ ſi deeſſet tibi fortè creato
Nobilitas, eadem pro nobilitate fuiſſet.

Sit ergo ex Ruthide magnum nomen: at noſtra potiùs intereſt, quàm Rabbinorum: equidem in illa, nos ex Gentilitate vocatos ad Eccleſiam figura nitet, & Salvatorem N. è gentili etiam populo genus habuiſſe, patet: quod prædictum ab Iſaia ſub typo Petræ Deſerti, dicente, cap. 16. 1. *Emitte Agnum Domine dominatorem terræ de Petra-Deſerti ad montem filiæ Sion.* Ex Petra-Deſerti (quæ Mecha turcarum, ut placet Bellonio, lib. 2. cap. 53. etſi iure neget Adrichomius in *Ruben*, num. 59. quippè Mecha, olim *Petra Arabiæ* (unde Arabia Petræa) & Petra-Deſerti circa medium Maris mortui iuxta torrentem Zareth) Ruth profectò orta, quæ terra Moäb: ex Ruthide Chriſtus. *Ruth* (inſit Abulenſ. hic quæſt. 16.) *fuit de terra Moäb, de urbe quæ vocabatur Petra. Ideo intelligitur de hoc dictum Iſaiæ: ſcilicèt, emitte Agnum Domine dominatorem terræ de Petra-Deſerti ad montem filiæ Sion: & intelligebatur de Meſsia, qui futurus erat de filijs David; & ipſe David futurus de ſtirpe Ruth, quæ ventura erat de urbe Moäb, quæ vocatur Petra-Deſerti.* Similiter Vatabl. & Ar. Montan. Unde Hieronym. loc. cit. Iſaiæ, infit: *Significat autem Ruth, de qua generatus eſt Chriſtus, quam vocat Petram-Deſerti.* Ex illa ſanè venit Agnus immaculatus, qui ſuſtulit mundi peccatum, dominatus orbi terrarum: igitur de Ruth, quæ mariti morte viduata, ducta à Boözo, natus eſt Obed, de quo Ieſsè, de quo David, de quo Chriſtus, qui filius David plauditur, quippè ab illo. Ergo in Pleonaſmum.

Iſai. 16. 1.

Cur Ruth dicitur Petra deſerti?

Abulenſ.

Hieronym.

3 Profertur hiſtoria Ruthidis inclyta præmiſſo ſtatu Iſraël: & quamvis in Vulgato obijciatur exponenda Tautologia; ſtrictior occurrit in verſione Hebræa, alijſque Orientalibus linguis: ſiquidem legunt: *Quando Iudices iudicabant.* In Vulgata verò legitur: *In diebus unius Iudicis, quando Iudices præërant*; quod facilè exponitur: igitur periodi ſenſus eſt: Facta eſt fames valida in Iſraël, quando eius ſupremum regimen erat penes Iudices; etſi ignotum cuius in tempore. Nulla reſpublica ſine regimine ſtabilis: unde Cicer. pro *Caſsio*, meritò dixit: *Non regno, ſed rege liberati videmur.* Grex perit ſine paſtore, truncum corpus ſine capite, exercitus ſine duce, navis ſine gubernatore, dies ſine luce, totaque Reſpublica prolabetur ſine principe: etenim turbationis & confuſionis principium, ita cladis ſubverſionisque argumentum; ut ſatius ſit vivere ſub principe malo, quàm ſub nullo. Huiuſmodi ordo videtur in univerſo.

Ruth 1. 1.

Expoſitio prima.

Cicer.

Satius, ſub principe malo, quàm ſub nullo.

——— *Diſpoſiti quæſiſſem fœdera mundi*
Præſcriptoſque maris fines, annique meatus,
Et lucis noctiſque vices; tunc omnia rebar
Conſilio firmata Dei, qui lege moveri
Sidera, qui fruges diverſo tempore naſci,
Qui variam Phœben alieno iuſſerit igne
Compleri, ſolemque ſuo.

Claudian.

Ut vel Gentilis Claudianus agnovit, 1. in *Rufin.* à v. 4. Hæc politicè micat inter Angelos in ordines & hierarchias prudentiſsimè diviſos: regnaretque inter homines vel in innocentiæ ſtatu, quo alij alios præcederent tam in juſtitia, quàm in ſcientia, conſequenterque alij alijs dominarentur quoad directionem in bonum & peculiare & commune, gratiam acceptam in alterutros adminiſtrantes, haud imperantes cupiditate dominandi, ſed munere conſulendi: quod quidem exequi quibant, ſed minimè ſine ſuperioritate, quæ dicitur ordo. Quare Auguſtinus, 19. *Civ.* cap. 13. infit: Pax omnium rerum tranquillitas ordinis. *Ordo eſt, parium, diſpariumque rerum, ſua cuique loca tribuens, diſpoſitio.* Vide D. Thom. 1. *p. q. 96. art. 3.* & 4. Sic enim Civitas Ieruſalem deſcendit de cœlo in mundum. Diximus plura, *tom. 1. T. 6. à n. 6.*

id ſit ormune

guſtin.

4 Principatus variè habitus à varijs nationibus, præut caſus occurrebant, vel præut dictabat civibus ſtultitia vel prudentia. Prudentiâ inſtituti ſunt ſtatus Monarchicus, Ariſtocraticus & Timocraticus: ſtultitiâ autem tyrannicus, Oligarchicus, & Democraticus, Monarchicum regimen uno conſtat principe, tanquàm capite, atque cœli ſtatus ſole,

Varietas ſtatus in Reſpublica.

ani-

ānimā corporis vasti. Hoc regimen summum & prudentissimum, quippè unus præest omnibus, etiam alijs muneribus principantibus.

Non bonum est multorum dominatus, unus dominus,
Unus Rex, cui dederit Iupiter sceptrum & iura. Homer.

Ait Homerus, 2. *Iliad.* v.204.& Plutarch. ad *Princip.indoct.* infit: *Tot tantorumque munerum, ac bonorum à Dijs, nullus fructus, ususque rectus sine rege, lege & iure. Ius finis legis est, lex studium principis & officium: princeps autem imago Dei, cuncta administrantis.* Ita Menander dixit: *Monarchia, potior status.* Plutarch.

Imago autem Rex est animata Dei. Menand.

Principatus Aristocraticus est regimen Reipublicæ iudicio ac legibus optimatum, ab optimatibus electorum; sicut Timocraticus, dum cum optimatibus populares possunt in Principes eligi, & possunt eligere. Regimen Tyrannicum est violenta dominatio & subiectio fulta non lege ac iure, sed potestate, odio subditorum, vi oppressorum, in quos prævalet dominantis lubitum; quippe haud habet ut ratione regat, sed ut tributis illudat. Oligarchia ferè tyrannis est, seù potius dirior tyrannis; quoniam regimen Reipublicæ non traditur prudentibus, sed potentioribus, qui cùm ferre non possint divitias, fortunasque secundas, nec alium principatus participem; degenerant in tyrannidem. *Aristocratia Timocratia. Tyrannis. Obligarchia*

——————Nescia virtus
Stare loco, solusque pudor, non vincere bello.
Acer & indomitus, quò spes, quoque ira vocasset,
Ferre manum, & nunquàm temerando parcere ferro. Lucan.

Ut canit Lucanus, 1. *Pharsal.* v. 144. Demùm Democratia est regimen sine regimine, quippe moderatio penes placitum populi, qui corpus absque uno capite, & cuius leges vice formæ in principatum, constituunt fœdum & horribile monstrum. *Democratia*

Humano capiti cervicem pictor equinam
Iungere si vellit, & varias inducere plumas,
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa supernè. Horat.

Iuxta Horatij descriptionem in *Art. Poët.*à v.1. Hic est *spiritus vertiginis*, propter quem Vates Evangelicus ait: *Non erit opus, quod faciat caput & caudam, incurvantem & refrænantem*: de quo egimus *Tom.* 4. *T.* 6. *à n.*2. D. Thomas harum principatus formarum meminit: subditque 1. 2. quæst. 95. art. 4. *Distinguuntur leges humanæ secundum diversa regimina Civitatum; quorum unum est regnum, quando Civitas gubernatur ab uno: & secundum hoc accipiuntur Constitutiones Principum. Aliud verò regimen Aristocratia, ideſt, Principatus optimorum, vel optimatum: & secundum hoc sumuntur responsa prudentum, & etiam Senatusconsulta. Aliud regimen est Oligarchia, ideſt Principatus paucorum divitum & potentum: & secundum hoc sumitur ius Prætorium, quod etiam Honorarium dicitur. Aliud autem regimen est populi, quod nominatur Democratia: & secundum hoc sumuntur Plebiscita. Aliud autem est tyrannicum, quod est omninò corruptum: unde ex hoc non sumitur aliqua lex. Est etiam aliquod regimen, ex istis commistum (Timocratia scilicet) quod est optimum: & secundum hoc sumitur lex, quam maiores natu simul cum plebibus sanxerunt.* Isai. 19. 14. 15. *Leges Reipublicæ iuxta status.* D. Thom.

5 Diversi pro constitutione temporis fuerunt status Reipublicæ Hebræorum. Priusquàm esset Respublica, penes principes familiarum erat moderamen, qui pòst dicti Principes Tribuum; de quo infrà: equidem nunquàm ex quo vocatus à Domino Abraham, fuit Anarchia. In Ægypto igitur à Tribuum Principibus recti fuerunt Hebræi: post exitum fuere primùm sub duce Moyse, Iosue, & Senioribus; pòst sub Iudicibus, deinde sub Regibus, post reditum ex captivitate Babylonica, iterùm sub ducibus: & denique usque in dispersionem extremam, excidiumque Urbis iterùm sub Regibus, seu Regulis, qui possunt vocari Principes, aut Dynastæ. Nullo ergo tempore fuit populus sine principe, qui status *Anarchia* dicitur: etenim in interregno seu vacante principatu, aut iudicaturà, Phylarchi tribuum, vel Concilium Sanhedrim principabantur, ut placet Serario in cap. 1. *Iudic.* qui quidem status, etsi à Iosepho lib. 5. *Antiq.* cap. 2. vocetur *Anarchia*, haud aliâ de causà, nisi quia non unus sed plures habenas regiminis tenebant: & ubi multitudo ibi confusio, & licentia in quodlibet facinus. Unde ibidem subdit: *Depravatà iam Reipublicæ formà, & auctoritate optimatum invalidâ, dum nec Senatus ut antè legitur, nec magistratus solemnes creantur, relictâ curâ status publici; omnes privatis tantùm lucris sunt dediti.* *Anarchia nunquàm in populo Israel.* Ioseph.

6 Nec in Anarchiam astruendam valet illud : *In diebus illis non erat Rex in Israël; sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Hìc & *cap.* 18. 1-21. 24. *Rex* non intelligendum propriè de rege : notum erat omnibus, his diebus regem non esse ; sed de Principe, ac Duce à Deo electo. Unde Maluend. *Non erat magistratus legitimus in Israël, sed interregnum, quasi nullus erat Iudex in Israël*: quo sensu primus in Reipublicæ moderamine dicitur Rex ; sicut de Moyse Deuter. 33. 5. *Erit apud rectissimum Rex, congregatis principibus populi, & tribubus Israël.* Rex, ideſt, primas. Sic ergo, quia ordinarij Iudices haud deërant, non esse Regem, idem est, ac supremum Principem, cuius auctoritas posset compescere audaces, qui prævalebant longo interregni tempore, quousque Dominus alium eligeret Iudicem : ideoque perpetrata tot flagitia, uti idololatria Michæ, & stuprum uxoris levitæ: quæ quidem omnia estò ab aliquibus, uti est Ioseph. loc. cit. & Lyran. signentur post mortem Iosue, de quo Abulensis *quæst.* 1. in cap. 17. *Iudic.* quibus suffragor quoad bellum totius Israël cum Beniaminitis : equidem cap. 20. 27. 28. dicitur : *Eo tempore ibi erat Arca fœderis Domini, & Phinees filius Eleazari, filij Aaron, præpositus domus.* Qui quidem, ut patet, nequivit ætate pervenire usque in tempora Samsonis ; etsi deliret Philo Biblicus, de quo *Tautolog.* 5. *n.* 2. & 6. idolum verò Michæ erectum videtur post Samsonis mortem: unde ibid. v. 1. dicitur : *Fuique eo tempore, &c.* Hunc esse sensum, constat ex Caietano, hìc dicente : *Non erat Rex. Significatur, quód non erat aliquis dominus habens potestatem coërcendi invitos & puniendi : propterea unusquisque suo arbitrio vivebat.* Non quoad legem, sed quoad iniuriæ acceptæ satisfactionem, vel peccati publici luitum, quod spectabat supremum magistratum ; cui summè fidebat, etsi alia existerent tribunalia, quoniam frequenter electus à Deo : unde dicitur sæpe : *Suscitavit Dominus Salvatorem*, de quo infrà. Exponitur perspicuiùs sensus ex illo Moysis ad populum : *Non facietis ibi* (ideſt, post terræ promissæ ingressum) *quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur* : equidem ibi ducem habebant & à Deo signatum, qui transgressores puniebat legis. Ceremonialia Hebræos minimè in deserto obligabant (ut constat in Phase, & circuncisione intermissis per annos quadraginta, *Iosue* 5. à v. 5.) nisi circa Sabbatum & expiationes. *Numer.* 5. à v. 2. & 15. à v. 32. Unde quùm dicitur, *singuli quod sibi rectum videtur, facimus* ; non connotat ad arbitrium vivere : sed posse facere ad quæ pro tunc non addicti per legem, quippe tam quoad sacrificia, quàm quoad festivitates tantùm lata post terræ possessionem in observantiam. Ex contextu claret, igitur v. 5. dicitur : *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis ; & offeretis in loco illo holocausta, & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ovium ; & comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri, & lætabimini in cunctis. Non facietis ibi, quæ nos hìc facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur.* Hæc autem minimè obstabant, ut si quis vellet aliquid in deserto Deo offerre tam victimarum, quàm donorum, ritus & aliqua festa celebrare ; præpediretur à nullo : hoccine tunc voluntarium, quibatque facere quod sibi videbatur uti rectum. Adisis Alap. in *Levitic.* 21. 12. Leonard. Mar. & Bonfrer. in *Deuter.* loc. præfat. Abulens. in *Iudic.* 17. q. 1. & Stephan. Menoch. in *Repub. Hebr.* 1. cap. 1. quæst. 10. & in *Politic. institut.* lib. 1. cap. 2. n. 7.

Iudic. 17. 6. *Rex pro Iudice, aut Duce, & Primate.* Maluend.

Caietan.

Deuter. 12. 8.

Ceremonialia quoad festivitates, & sacrificia, haud obligabant Israelitas in deserto.

7 Discrimina signant DD. potestatis magistratus sub Moyse, Iosue, Iudicum & Regum Israël ; quasi horum esset regimen Monarchicum, illorum verò duntaxàt Aristocraticum : potissimùm cùm Iudices nullum munus publicum per se gerere possent inconsultis synedris, nec hominem letho addicere : quod quàm falsum, patet ex sacr. pagina. Ante Iudices Iudas, etsi viveret pater Iacob, quia princeps familiæ, iudicium siccine de nuru protulit : *Producite eam, ut comburatur.* Genes. 38. 24. Iosue damnavit Achan. *cap.* 7. 25. de Debora dicitur Iudic. 4. 5. *Ascendebant ad eam filij Israël in omne iudicium*: & de Gedeone, quod sustulerit seniores Socoth, & cives Phanuel : *cap.* 8. 16. 17. Huiusmodi præeminentiam eodem iure, quo pòst Reges, arbitror habuisse ; licèt non eadem maiestate & apparatu : etenim nec diademate redimiti, nec armillis ornati, nec stipati satellitio procedebant in publicum ; quorum hæreditarius principatus non erat, exacto regimine iuxta divinæ legis præscriptum. Vide Azorium, *tom.* 2. *lib.* 11. *cap.* 1. Verùm hoc nihil derogabat ordinationi Monarchicæ: igitur ut omnia prudenter fiant vel in statu Monarchico instituuntur varia synedria, & consiliarij ; uti accidit tempore Moysis, penes quem summa totius regiminis, & nihilominùs institutum Concilium Sanhedrim, postquàm pridem iuxta consilium Iethro è populo selegerat tribunos & centuriones & quadragenarios & decanos, ut

Gen. 38. 24.

Discrimen potestatis Iudicum Israel, & Regum.

ipse

ipſe liberius intenderet in Dei cultum. *Exod.* 18. 19. & *Numer.* 11. 16. In hoc concilio præſes Summus Pontifex, quicquid dicat Rabb. Maimonid. in *Halacha Sanhedrim*, ſcilicet, *ſi cordatus & capiendis conſilijs non ineptus : non enim ſuo iure ſenatum ibat, ſed admiſſus ſuffragijs eſt.* Conſtat. *Numer.* 27. 21. nihil inconſulto Summo Sacerdote, permiſſum vel ſummo Præſidi : etenim de Ioſuè præconizato Moyſis ſucceſſore, dicitur : *Pro hoc ſi quid agendum erit, Eleazar Sacerdos conſulet Dominum: ad verbum eius ingredietur & egredietur ipſe & omnis Iſraël cum eo.* Deuteron. 17. 9. ſubditur tàm de huiuſmodi concilio, quàm de eius præſide in cauſis dubijs : *Venies ad Sacerdotes Leviticigeneris, & ad iudicem qui fuerit illo tempore* (Abulenſ. hìc, *ſummum, ſcilicet, Pontificem*) *quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem.* Ioſephus lib. 2. contr. *Apion.* infit : *Sacerdotes inſpectores omnium, iudices controverſiarum, & punitores damnatorum conſtituti ſunt á Moyſe.* Huncque ex conſilio Synedrorum Sanhedrim, addixiſſe morti quendam colligentem ligna in Sabbato, de quo *Numer.* 15. 33. aſtruit Philo de *Vita Moyſ.* lib. 3.

Maimonid.

Num. 27. 21.

Ioſeph.

8 Oculis ergo obijcitur in hoccine concilio & eius præſide Summo Sacerdote, poteſtas etiam ſub primate Iſraël, quoad ſacrum, militare & civile ; quin Principi ulla detraheretur auctoritas. Nec huiuſmodi munia iudicum inferiorum Monarchiæ maieſtati derogant, imò decorant : etenim magis præſtat ſupremus Princeps, cùm alij fuerint alijs in tribunalibus iudices, ſupra quos Monarcha, ut ait Ariſtoteles, 3. *Politic.* cap. 4. *Hæc præſtantior regiminis forma*, ut ait Bernard. 3. de *Conſiderat.* cap. 4. num. 18. *Quia paſtores multi demoliti ſunt vineam* ; per Ezechielem à Domino dicitur : *Suſcitabo paſtorem unum.* Hic enim paſtor deſignatur *Rex regum, & Dominus dominantium.* Apoc. 17. 14-19. 16. ut cuncti tanquam Principi Regum terræ ſerviant ei humero uno : & ut Septuagint. legunt : *Sub iugo uno.* Sophon. 3. 9. ſiquidem ordinatio principatus optima, ubi ſubordinatio principum inferiorum conſtituta ; ſtabilitaſque Monarchiæ quaſi ordinati curſus ſub primo mobili. *Excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij, & inſuper univerſæ terræ Rex imperat.* Eccleſ. 5. 7. & Seneca in *Thyeſt.* 2 v. 606. ſuccinit:

Auctoritas concilij Sanhedrim.

Bernard. *Monarchiæ præſtantior regiminis forma.*

Eccleſ. 5. 7.

Vos, quibus Rector maris atque terræ
Ius dedit magnum necis, atque vitæ,
Ponite inflatos, tumidoſque vultus.
Quicquid à vobis minor expaveſcit,
Maior hoc vobis dominus minatur:
Omne ſub regno graviore regnum eſt.

Senec.

Optimè Maximus Tyrius *Serm.* 6. confert ſtatus naturæ operatrici pro ſummis functionibus, aut infimis. *Animam* (inquit) *hominis in tres potentias, tria loca, tres naturas diſtributam eſſe á Deo, qui tanquám civitatem aliquam conderet, & ad convictum congregaret ; principem ipſum, & civitatis conſultorem conſtituit in arce, ſolumque illi ratiocinandi munus aſſignavit. Alteram autem animæ partem, in qua vigor, efficacia & aptitudo quædam ineſſet perficiendorum conſultorum, vinculo quodam obſequij, quod explendis mandatis impendere deberet ; cum principe ipſo, conſultorève coniunxit, ac miſcuit. Tertiam deinde partem quæ iners, quemadmodùm multitudo dici poteſt, ſordida referta cupiditatibus, cupidinibus, voluptatibuſque diverſis, tertio in ordine veluti plebem ignavam, multivolam, multis affectionibus obnoxiam, ac furioſam locavit. Hoc igitur modo diſtributione animæ facta, iuſsàque univerſa ſimul ea munia abire, quibus regendus eſt homo, fieri vix poteſt, quin inter partes ita compoſitas altercatio unquàm oriatur, idipſum propriè malum, quod civitates vexare conſuevit : quarum quæ beatiſsima eſt, gubernationem regiam aget, cedentibus nimirùm reliquis partibus ei, quæ ad principatum moderandum genita ſit. Quæ verò huic felicitati inferior, ſecundaque eſt, ea aliquorum potentiam, qui coniunctim pro principe ſe gerunt, Ariſtocratiam, ideſt, optimatum potentiam appellant ; regia quidem deterior eſt, ſed Democratiá, ideſt, populari potentiá melior, firma profectó & in actionibus efficax, ambitioſa, contentioſa, curioſa, ad agendum parata, confidenſque. Tertium Reipublicæ genus ſpecioſum nomen Democratiæ, ideſt, popularis potentiæ accepit ; ſed veriùs, Ochlocratiæ, quod eſt potentia plebis, dici poteſt, ex colluvione undequaquè conglobata. Tribus igitur Reipublicæ formis conſtitutis, ſingularum imagines intueri in anima hominis eſt, &c.* Verè ingenioſa & prudens apodoſis.

Varij Reipublicæ ſtatus ex functionibus animæ rationalis.

Max. T.

2 Ut ergo perſpicuius in expoſitionem Iudicaturæ in Republica Iſraëlitica proceda-

cedamus; sciendum est, ad eius regimen varia Synedria fuisse constituta; dum politiori cultu successus temporum fuit decorata, abolito ordine prisco, vel in aptiorem formam coäptato. Non loquimur de tribunali communi omnibus urbibus, in quarum portis iuxta legem *Deuter.* 16. 18-17. 8. constituendi Iudices & magistri, ideſt, iudices sapientes, sed de synedrijs universo Israëli; quin Principes Tribuum (qui primogeniti descendentes per lineam primogenitorum ab ipso capite, seu Patriarchà, ut astruit Abulens. 1. *Paralip.* 1. quæst. 34. & Alapid. in *Num.* 1. 4.) sicut antiquitùs aliquod haberent forense iudicium. Præsides senatus David numerantur, 2. *Reg.* 8. 15. & 20. 23. sub Salomone, 3. *Reg.* 2. 35. & fusè *cap.* 4. à v. 1. & de alijs præsidibus aliorum Regum, alibi, prout occurrit historia. Post captivitatem Babylonicam, antequàm subderentur penitùs Romanis à queis illorum exterminium; trinus senatus erat Hierosolymis. Primus, magnum concilium Sanhedrim ex Septuaginta duobus viris constans, collocatum in parte templi dicta *Gazith.* Secundus ex viginti tribus iudicibus ad portam atrij: hi magni ducebant, si assumerentur in concilium Sanhedrim. Tertius erat triumvirorum, ad portam quæ ducebat ad montem templi, qui quidem etiam magnificum habebant, si in senatum secundum adscriberentur. Ita Rab. Moyses Maimonides, loc. citat. *cap.* 1. & Talmud tàm in *Misna*, quàm in *Gemara.* Concilium trium agebat tantùm de aliquibus levibus injurijs, de re pecuaria & bonis mobilibus. Secundum de capite, fortunisque civium sententiam proferebat, causasque decernebant omnes, exceptis quæ ad Sanhedrim spectabant. Alia enim senacula habebant, ad anni scilicèt intercalationem, ex septem viris consessum: ad mensium, ex tribus: ad expiationem terræ, invento cadavere, & ignoto cædis reo (de quo *Deuter.* 21. à v. 1.) ex quinque viris: ita Rabin. loc. præf. *cap.* 5. Nos dicimus *Salas*, seu *juntas particulares*: quod quidem frequens etiam apud Romanos: igitur in Basilica Iulia quatuor erant tribunalia, seu iudicia; ut aiunt Fabius *lib.* 12. *cap.* 5. & Turnebus, 4. *Adversar.* cap. 4.

Qui principes Tribuũ?

Num. 1. 4.

Consilia seu senatus Hebræorum.

10 Concilium princeps Sanhedrim, ex quo formatum, perstitit amplissimo honore usque in Christi nostri Salvatoris tempora. Institutum hoccine synedrium à Deo per Moysen, 13. Mansione filiorum Israël ad Sepulchra concupiscentiæ. *Numer.* 11. 24. Meminit Scriptura huius concilij, 1. *Paralip.* 26. 15. & Græc. ad 15. *Iudith*, ubi v. 9. legit: *Venit Senatus filiorum Israël*: pro *Pontifex de Ierusalem venit cum universis presbyteris suis.* In novo testamento signatur passim. De eius potestate agitur Deuter. 17. 8. ubi subditur: *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari; surge, venieſque ad Sacerdotes Levitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore.* AA. plures etiam memorant. Abulens. hìc & in 11. *Numer. quæst.* 70. Serar. in *Iosue* lib. 1. cap. 7. quæst. 10. & in *Ruth* 4. quæst. 2. Pineda 2. de *Reb. Salomon.* cap. 4. num. 3. Delr. in *Thren.* 5. 14. Burgens. in *Genes.* 49. Galatin. de *Fidei arcan.* cap. 4. & Baron. 1. tom. *Annal.* ann. Christ. 34. n. 3. Hieronym. ex traditionibus Hebræorum 1. *Paral.* 18. 17. hoc concilium vocat *Cerethi & Phelethi*, ideſt, *exterminatores & admirabiles*: illud, quia fontes damnabant; hoc, quippè insontes, defendendo protegebant: *Dicuntur enim* (subdit) *fuisse Septuaginta iudices loco eorum substituti, quos Moyses in eremo, Domino præcipiente delegerat.* Hoc enim collegium dicebatur corona Israël: qua de causa cùm iudices obtruncasset Nabuchus. *Ierem.* 52. à v. 24. Propheta ingemuit, dicens: *Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster: cecidit corona capitis nostri. Thren.* 5. 15. 16. Hæc & hos signavi, quia Pererius in *Genes.* 49. num. 84. penitùs inficiatur huiusmodi Senatum inter Hebræos; quem tu videris. Nec clam est ab eruditis collegium hoc insigne memorari, in quo per illius iudices Deus iudicabat: unde dictum, ut asserunt Hebræi, Psalm. 81. 1. *Deus stetit in Synagoga Deorum: in medio autem Deos dijudicat.* Imò addunt, ut refert Genebr. 2. *Chronolog.* Moysen accepisse legem, quam tradidit Iosue, hunc Senioribus, Seniores Prophetis, Prophetas Magnæ Synagogæ. Magnam Synagogam vocant decreta Synodi, quam sub Artaxerxe Longimano, præside Daniele habuerunt inclyti, dignique commendatione viri, Anania, Azaria, Misaël, Esdras, Nehemias, Mardochæus, Zorobabel, Aggeus, Zacharias & Malachias. Ex his accepta scientia occulta legis, quam vocarunt *cabala*, ideſt, sensus sacrorum arcanorum, quos rudis populus intelligere nequibat, ut tradidit Petr. Cunæus lib. 3. de *Hebr. republ.* cap. 8. & Hilarius in *Psalm.* 2. astruit sedisse apud Sanhedrim, dicens: *Erat autem iam à Moyse antea institutum in Synagoga Septua-*

Concilij Sanhedrim forma, auctoritas & potestas.

Deut. 17. 8.

Hieron.

Thren. 5.

Corona & decor Israel. Psalm. 81.

Quæ magna Synagoga?

Cabala Hebræorum.

ptuaginta esse doctores : nam idem Moyses , quanvis veteris testamenti verba in literis condidisset ; tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria Septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaverat. Hac profectò recondità intelligentia pollebant iudices concilij Sanhedrim. Hilar.

11 In hoc enim celeberrimum collegium assumebantur ex alijs inferioribus synedrijs viri probatissimi sapientià ac prudentià præstantes , sinè ulla corporis macula, nobilissimi (non solùm ex tribu Iuda, ut aliqui somniarunt , cùm potissimùm signetur genus Leviticum , ut vidimus supra) qui convenire debebant in Ierusalem , utpotè in loco à Domino electo : *Deuter.* 17. 8. ibique quasi sacrabantur impositione manuum, ut latè refert Maimonid. *cap.* 4. Qui auctoritate & honore maximo præcellebat inter eos , dicebatur *Princeps senatus* : qui verò primus ab illo , *Pater iudicij* : cæteri inter se æquales. Huic concilio allecti etiam Sacerdotes & Levitæ cum Pontifice summo , collegij Præside. Ad horum iudicium attinebat disceptatio de summo Sacerdotio , pseudoprophetà, apostasià, idololatrià , legibus publicis , privilegijs violatis, ac bellis decernendis , quasi inter Romanorum feciales : denique de constitutione Regis , ut constat 4. *Reg.* 11. à n. 4. quo uncto, hi iudices erant assessores in prudens regimen, ac in interregno penes illos totum : qua de causa *in medio magni concilij* , ut inquit Cunæus *lib.* 1. *cap.* 9. *Sceptrum pependisse : quæ res fuit profectò quoddam insigne illius maiestatis.* Nonnunquam nugis rem Rabbini agunt : adduntque iccircò , ne indigerent interprete , calluisse duas supra Septuaginta linguas , quibus orbis loquebatur , & peritos fuisse artis Magicæ , seu naturalis philosophiæ. At quorsum hoccine? Ut scirent conficere potum, fœminæ de adulterio suspectæ propinandum. *Surrexit enim Sacerdos unus , qui pars Senatus erat* (ait ex Talmudistis Cunæus , quo dudùm cap. 12.) *& collegarum iussu diram execrationem , obstetationemque composuit in ream ; ac mox potionem ei porrexit , quæ nocentem rumperet evestigiò , insonti autem prodesset ad valetudinem.* Hui! Næniæ. De lege agitur , *Numer.* 5. 12. Ab hoc senatu provocatio non erat , quippè omninò supremus , ad illumque spectabat quicquid decretum in alijs concilijs , tam in urbe , quàm in tota Palestina collocatis. Alia etiam Rabbinorum fabula occurrit. Die quo aliquis iurè multabatur capite , synedri Sanhedrim nihil gustabant: cùm electi fuissent vocari quibant Rabbi , sed præsuppositâ cæde lupi , leonis , ursi , pardi , & serpentis. Quanvis esset verum , profectò ridiculum , vel superstitiosum. Si per se , aptior senator in militiam, quàm ad togam. Hæc & alia videsis apud Delrium loc. cit. Præëminentia quoque huius Senatus , quo non gaudebat alius , erat , non solùm de iure iudicare , seu ius dicere ; sed iura dare , seu leges condere : quod utique insigne supremæ maiestatis; ut ait Paul. Manutius de *Legib. Rom.* Æneas , cùm in Creta condidisset Pergamum , apud Virgilium, 3. *Æneid.* v. 137. de se dicit : *Iura , domosque dabam.* Eadem lib. 5. v. 758. de Priamo *lib.* 7. v. 246. & de Catone uticensi, *lib.* 8. v. 670.

Conditiones Senatorum Sanhedrim.

Iurisdictio.

Cunæus.

Scientia.

Idem.

Superstitio.

Hoc Priami gestamen erat , cùm iura vocatis
More dabat populis , sceptrumque , sacerque tiaras.
Secretosque pios , his dantem iura Catonem.

Virgil.

Sic pro maiestate Rom. *lib.* 1. v. 296. *Remo cum fratre Quirinus iura dabunt.* Pro Carthaginensi , superstite Didone , ibid. v. 510.

Septa armis , solioque altè subnixa , resedit.
Iura dabat , legesque viris.

Claudian. 2. in *Eutrop.* v. 577. *Iura quibus victis dedimus*: idem 1. de *Laudib. Stilic.* v. 191. denique Ovidius, 14. *Metam.* Fab. 18. *Romule iura dabas.*

Idem.

12 Cùm in hoc Synedrio damnatus esset Christus , & in loco concilio destinato , nimirùm in urbe , iuxta illud : *Non capit Prophetam perire extra Ierusalem* ; Luc. 13. 33. occurrit iudicium falsa iustitia , aurataque fraus ; cùm nollent credere vitæ , quæ erat ante oculos eorum : unde illustre Servatoris N. testimonium , modò singulariter exponendum. Christo passo in carne , Spiritus Sanct. qui amor essentialis est, damnavit iudices. Iniquitas profectò in summum crevit , dum amor arguit. *Cùm venerit Paraclitus, ille arguet mundum de peccato , & de iustitia , & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia verò , quia ad Patrem vado. De iudicio autem , quia Princeps huius mundi iam iudicatus est.* In sensu tropologico dixi alibi ex Bernard. *Serm.* 21. inter parvos : *Spiritus Sanctus arguet mundum de peccato , quod dissimulat , de iustitia quam non ordinat , de iudicio quod usurpat , dum tam de se , quàm de alijs temerè iudicat:* sic enim cognoscitur iustitia & iudicium tanquàm peccatum. Facilè ducerer in Exposito-

Ioan. 16. 8.

Bernard. *Quo intuitu mundi peccatum , iustitia, & judicium?*

torum mentem, quæ varia omninò in reddendo cuilibet obiecto à Christo rationem; ni ipse Dominus singulis accuratè signasset. *De peccato* (inquit) *quia non crediderunt in me: de iustitia, quia ad Patrem vado: de iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Perspicuum est, infidelitatem esse peccatum; sed non percipitur, quid ascensus Christi ad Patrem, ut arguantur iniustitiæ: nec exilium mundi principis, ut accusentur de prævaricatione iudicij. Cohærentia in singulis periodis particulæ rationalis scilicèt, *Quia*, investiganda est, cui ad unguem quadrare haud videntur sententiæ. Aggrediar tamen sub iudicio DD. an acu tangam. Vana gaudia mundi, q. d. Christus, maximè occultis cœlestibus æternis bonis, poterant, priusquàm docuissem esse vana, titillatione seducere homines, fraude dœmonis, præsentia deaurantis, ac in varios errores impellentis, maximè quorum animæ in terris curvæ, & cœlestium inanes. Contraria in felicitatem veram astruxi: bona in cœlis ostendi, miraculis confirmavi: propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, crucem à vobis damnatus pertuli: hostem blandientem, sed noxium in cruce vici: quid ultra debui facere? Hinc cùm venerit Paraclitus, arguet de peccato, quia non credidistis in me, qui vera locutus sum vobis; sed dœmonibus, qui locuti sunt falsa. Unde vos ex patre diabolo estis, & in peccato vestro moriemini, de quo Spiritus Sanctus arguet. Ius vobis visum affectatà ignorantià, me in crucem tollere; quia sic stultè decretum à concilio & principibus Sacerdotum: cum venerit Paraclitus arguet vos de huiusmodi iustitia, iniustissimà morte à vobis facta; quia etsi affectus à vobis crucis supplicio, ad Patrem vado, in cœlum vado, quò minimè daretur ascensus, modò iustè à vobis fuissem damnatus. Claudicabatis in duas partes, hinc inde; quasi difficile esset iudicium inter mundi prospera & adversa. Adversa, sed felicia, in beatitudinem perpetuam à me signata. Prospera, sed fallacia, à dœmone mundi principe in illecebram ostensa: ergo cùm venerit Paraclitus de cœlo, arguet vos de huiusmodi pravo iudicio: quandoquidem princeps mundi, qui in hoccine iudicium intulit vos, iurè iudicatus est. Iam nisi malignè nequit errare iudicium hominis: equidem si quia prospera fraude dœmonis, affectionis sensum in iudicium perturbabant mundi bona; patent omninò fictitia, quùm ille qui promittebat iudicatus, depulsus iacet ad tartara. Fiat enim iudicium de iudicio, de iustitia, ac de peccato. De iudicio, dœmonis mundi principis expulsione, diroque cruciamine: de justitia, damnati à vobis, per Patrem in cœlum exaltatione: denique de peccato; cordium, tot miracula videntium, protervà infidelitate. Ita *cùm venerit Paraclitus arguet de peccato, quia non crediderunt in me. De iustitia, quia ad Patrem vado. De iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Hæc mihi videntur literæ consentanea: ab alijs profectò expectabo meliora.

Quomodo Spiritus Sanctus arguit hoc concilium de peccato, de iustitia & de iudicio?

13 Omissis obvijs, in propositum sit cursus. Quanvis Senatus Sanhedrim consiliarij dicti fuerint iudices; non tamen erant ea acceptione dignitatis Supremi in uno magistratus, quo per plures annos viguit Hebræorum Respublica, à morte scilicèt Seniorum post Iosue, usque in primi Regis assumptionem. De computo annorum consule Haye in *Chronic. sacr.* Briet. *tom.* 1. *part.* 1. Genebrard. in *Chronolog.* ac Serar. in *Iudic.* cap. 21. quæst. 7. Hic status signatur à Paulo Act. 13. 20. *Post hæc dedit Iudices usque ad Samuel Prophetam: & exinde postulaverunt Regem, & dedit illis Saul, filium Cis.* Dicebantur enim Iudices, qui posteà Reges, quorum quasi coadiutores erant Iudices Sanhedrim, sicut Seniores sub Moyse & Iosue: *Num.* 16. 25. *Deuter.* 27. 1. *Iosue*, 7. 6. & 8. 10. Titulus erat modestissimus, etsi Iudices summam potestatem haberent; quia iuxta munus ius dicebant, atque iuxta iura iudicabant; minimèque leges uti Reges ferebant. Incumbebant custodiæ legum à Deo latarum, haud in novas pro lubito à se decretas; quippe duntaxàt Vicarij Dei, populi legislatoris & rectoris. Ita dicti Iudices & non Reges: unde Deus cùm Regem peterent Israëlitæ, Iudice Samuele; dixit ei: *Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* Deus ergo speciali curà vigil regebat populum, qui dictus iccircò peculium Dei de cunctis gentibus: *Exod.* 19. 5. *Deuter.* 7. 6. Hunc munivit legibus, ut illis observatis, repleret benedictionibus: illi verò capitones, refractarij, fastiditi Vicarios Dei, Argos in custodiam legum, & Deum per illos regnantem; elegerunt esse sicut omnes gentes, principe constituto cum Regis titulo; qui non tam iura lata à Deo ad amussim observaret, quàm sua quæreret, ut exponitur à Samuele, ibid. à v. 11. Titulum Regis usurpavit Abimelech Iudex sextus, ut constat, *cap.* 9. 6. 18. & 22. ubi dicitur: *Regnavit super Israël tribus annis.* Eius iudicatura dicitur Regnum, quia principatus eius non iudiciarius, sed regius, & tyrannicus. In Hebr. non

Iudices Sanhedrim coadjutores Principum. Act. 13. 20.

1. Reg. 8. 7.

An Abimelech, vel Saul primus Rex Israël?

non dicitur *Rex*, sed *Princeps*; qui etsi constitutus Rex à Sichimitis, sensim dominationem extendit tyrannicam super Israël, esto aliquæ insignes civitates repulerint. Hinc propriè (quia sine iure) Rex non fuit, & quia sibi honorem assumpsit, & quia non regnavit super totum Israël; & denique quia duntaxat electus à duabus civitatibus. Hæc ex Rabbi Aben-Melech, refert Serarius loc. cit. quæst. 12. Adi Abulens. hìc *quæst.* 32. & Caietan. Per hoc ergo patet quid dicendum ad Antilogiam ex sermone Pauli, *Act.* 13. ubi Saul dicitur primus Rex Israël, super omnem populum & à Deo electus. Act. 13. 21.

14 Iudices igitur sic dicti, non uti cæteri duntaxat pro expeditione causarum; sed ratione supremi magistratus, ut apud Græcos Archontes, apud Romanos Dictatores, apud varias Respublicas, Dux, Magistratus, Rector, Princeps, Adespota. Unde etsi qui habent huiusmodi dignitates, sint iudices, non omnes iudices supremam habent dignitatem: quare inter Hebræos summa regiminis illo in statu innotuit nomine Iudicis, sicut post illos nomine Regis: quo exponitur Pleonasmus, *in diebus* (scilicet) *unius Iudicis, quando Iudices præerant, facta est fames in terra.* Non factum utcunque tempore alicuius iudicis, qui quidem semper erant in Israël; sive sub Regibus, sive sub Ducibus; sed sub Iudice, cùm esse Iudicem in Israel esset prima dignitas, & summa potestas: ideoque additur: *Quando Iudices præërant*; quoniam alijs temporibus iudices non præërant, sed iudicabant. Quando contigit huiusmodi valida fames, non tantùm iudicabant, sed præërant; quippe penes illos erat summa rerum Israël, utpote caput totius Reipublicæ. *Quo tempore iudicabant Iudices*: Hebr. & Maluend. *In diebus iudicare Iudicum.* Hoc est, quo tempore penes Iudices erat Imperium. In Hebr. pro *Iudices* legitur, *Scophet*, *Sophetim*: quod apud Carthaginenses (qui à Phœnicibus, ut canit Virgilius, 1. *Æneid.* v. 16. *Tyrij tenuere coloni*) proprie *Suffetes.* Hæc vox etiam à Latinis usurpata. *Non vis enim* (ait Seneca, de *Tranquill. vitæ*, cap. 3.) *nisi Consul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Suphes administrare Rempublicam. Quid si militare nolis, nisi Imperator?* Imperator erat Dux exercitus apud Romanos, Græcè, *Strategus*: quod Nos dicimus: *General del Exercito. Consul* primus apud eosdem, Magistratus post ejectos Reges. *Prytanes* dicebantur Athenis summi Magistratus, institu- post interfectos à Trasybulo triginta tyrannos, sic dicti à loco: igitur in arce Minervæ erat Prytaneum, quo concilium selecti electi in munus habebant; sicut Areopagitæ dicti à colle Martis *Ceryx* dicebatur Caduceator: apud Romanos *Fecialis*: qui princeps huius collegij *Hieroceryx. Suphes* denique erat supremus Dictator apud Pœnos. Adi Suidam, Festum, Athenæum, *lib.* 14. Iul. Polluc. *lib.* 8. Livium, *lib.* 42. sect. 127. Appian. *lib.* 4. *Civil.* & Iust. Lips. in loc. cit. *Senecæ.* Hic refert in diversis nationibus diversos titulos primæ inter illas dignitatis: signatque *Suffetes*, quo titulo honorati, dignatique Iudices Israël, tanquàm totius Reipublicæ Archontes. Ita illos signat Iosephus 5. *Antiq.* cap. 2. Primi enim erant, in cuius muneris expressionem dicitur: *Quando Iudices præërant.* Ruth. 1. 1. *Secunda expositio.* *Iudicatura pro magistratu supremo.* Virgil. Senec. *Varia nomina apud Nationes.*

15 Astruitur enim propositum, & simul expositio Pleonasmi Hebraici: etenim tam hìc, quàm 4. Reg. legitur: *Diebus Iudicum qui iudicaverunt.* Sequitur lectionem Pagninus. Qui modus dicendi delicatur per ly *Quando Iudices præërant*: igitur non acceptio communis iudicum, sed specialis pro Dictatore, ei qui in senatu præsidet, meritò congruit. Licèt hi iudicassent, haud ministerium implebant alijs iudicibus subordinati; sed ut primi sub quibus subalterni, primam habentes in senatu sedem. Proinde Baruch æqualem principatum tribuit Regibus, ac Iudicibus. *Ad Iudices nostros qui iudicaverunt Israël, & ad Reges nostros*: eadem quoad munia potestas utrisque moderandi Rempublicam; etsi non eadem maiestate. Unde si Regibus sedes prima, similiter & Iudicibus. Liquet ampliùs ex privilegio Artaxerxis Esdræ concesso: igitur illum constituit iudicem & principem totius tranmigrationis, cui dixit: *Tu autem Esdra constitue iudices & præsides, ut iudicent omni populo.* Ille postliminio in patriam rediens, pro Reipublicæ moderamine constituit Iudex iudices & etiam præsides illorum in senatu; verùm ille tam princeps, quàm præses præsidum & iudicum. Non novum in Scriptura principes vocari iudices. *Iudices terræ.* Psalm. 148. 11. pro Regibus & Principibus. Similiter Psalm. 140. 6. *Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.* Sapient. 6. 2. *Audite Reges, discite iudices finium terræ.* 2. Reg. 15. 4. *Quis me constituat iudicem super terram?* Esth. 9. 3. *Provinciarum iudices.* Isai. 36. 9. *Quomodò sustinebis faciem iudicis unius?* Sic ergo frequens nexus iudicis & principis. Exod. 2. 14. *Quis constituit te principem & iudicem super nos?* Iosue 24. 1. *Principes & iudices.* Denique 3. 4. Reg. 23. 22. Baruch. 2. 1. *Iudex pro Principe.* *Tertia expositio.* 1. Esdr. 7. 14. 25. *Et econtrà.*

2. Reg. 8. 15. 3. Reg. 3. 9. Salomon inquit: *Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum.* Non nisi per iudicis officium innotescebat munus regium: hinc 2. Reg. 8. 15. dicitur: *Regnavit David super omnem Israël: faciebat quoque iudicium & justitiam.* Munus ergo iudicum illo in statu erat munus regum, & quoad Reipublicæ moderamen, & quoad litium diremptionem: demùmque exercitia imperatoris, suos tutando, hostes compescendo, propulsando iniurias, vindicando illatas, ad Iudices attinebant; ut constat toto *Iudic.* libro. Proinde Dominus, 1. *Paralip.* 17. 10. *Diebus, quibus dedi Iudices populo meo Israël, & humiliavi universos inimicos.*

16 Hoc intuitu Iudices, qui Rempublicam cum officio Principum continebant dicebantur Salvatores. Sophocles in *Aiac.* v. 774. *Fortè in hac die simus ipsius cum Deo Salvatores.* Plato lib. 5. de *Republ.* ait: *Principes Salvatores sunt Reipublicæ.* Hæc utique vox *Salvator* malè audit apud Calepinum, etsi astruatur testimonijs Ciceronis & Quintiliani: quanvis non esset propria antiquitùs, propria modò. Respondet Augustin. *Serm.* 299. n. 6. *Salvare & Salvator non fuerunt Latina, antequàm veniret Salvator: quando ad Latinos venit, hæc & Latina fecit.* Salvatores ergo Iudices Israël vocati sunt. 2. Esdr. *Dedisti eis Salvatores, qui salvarent eos de manu hostium suorum.* Iudic. 3. 9. *Suscitavit eis Salvatorem, & liberavit eos, Othoniel filium Cenez*: & v. 15. *Suscitavit eis Salvatorem, vocabulo Aöd.* Pariter de Apostolis præcinuit Abdias, v. 21. *Ascendent Salvatores in montem Sion iudicare.* Salvatores non primariò, quo sensu solummodò Dominus.

Salvator à quo tempore vox Latina? Augustin. 2. Esdr. 9. 27.

Ovid. ——— ——— *Te scilicét omnis in uno*
Nostra salus posita est.

Dominus dicitur *Salvator Israël*: 1. Reg. 14. 39. 1. *Paralip.* 16. 35. *Esth.* 15. 5. & *Sapient.* 16. 7. Iudices fuerunt Salvatores ministerialitèr, virtute Dei propriè Salvatoris: quo sensu Ioseph dictus à Pharaöne *Salvator Mundi*: Genes. 41. 45. & 4. *Reg.* 13. 5. de Elisæo, ut cogitant Maluend. Caietan. & Alapide, *Dedit Dominus Salvatorem Israëli.* Sic Græcus ad illud Act. 13. 20. *Dedit iudices*, legit. *Dedit Sotera.* In hoc sensu Augustinus, quæst. 18. in *Iudic.* infit: *Advertendum est, quod Salvatorem dicat etiam hominem, per quem Deus salvos faciat.* Hi ergo dicebantur Salvatores duplici munere: & liberando Rempublicam postquàm sub tyrannorum potestate devenerat, & præveniendo ne veniret; in quo æstimabilior salus, vel ut aptiùs dicam, propriè: igitur propriè liberatio est à malis, salvatio verò conservatio in bonis, ut ait D. Thom. in *Psalm.* 7. v. 2. Astruit etiam Augustin. ubi nuper, quæst. 25. *Quomodó post Aöd Samgar pro Israël pugnaverit & dictus sit Salvator Israël? Non enim rursùs fuerant captivati, vel iugo servitutis innexi. Sed intelligendum ita dictum salvavit, non quia nocuerit aliquid hostis; sed ne permitteretur nocere.* Sic à pluribus vocantur *Vindices*, ut legit Arabicus, tanquam assertores publicæ libertatis, uti de Miltiade, *Controv.* 24. ait Marc. Senec. *Alligatus iacebat Persicæ potentiæ vindex, libertatis publicæ assertor.* Soteres ergo erant & Servatores, Deum verè Salvatorem æmulantes: igitur ille post captivitatem liberabat clamantes ad se; & ne læderentur, gentes terrebat & interiùs & exteriùs.

Græc. Augustin. *Salus præservativa vera salus.* Idem. Marc. Sen.

17 Plerunque enim post servitutem electi Iudices: quare præmissà tyrannide sæpè dicitur: *Suscitavit Dominus Iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus*: cap. 2. 16. & 3. 9. 15. quod quidem nonnunquàm insigni miraculo victoriæ partæ; ut cognoscerent protervi errantes corde per illius ministros Deum solum solum illis posse adesse Salvatorem. Multa ostenta signantur in libro Iudicum, & 1. Reg. 7. à v. 10. & quasi parva essent tot inaudita mirabilia, Philo Biblicus, seu Anianus comminiscitur inania de Cenez, patre Othonielis, primi Iudicis Israël: equidem postquàm Rempublicam expurgavit ab idolis (de quo egimus, *Tom.* 4. *Tautol.* 3. *à num.* 21. & etiam loquemur, *Tom.* 6. *Tautol.* 3.) & noxios tradidit igni, cum tribus millibus virorum percussit ex Amorrhæis primà die octingenta millia, secundà verò quingenta millia: nihilominùs tamen ab aliquibus insimulatur desidiæ, quo intimè punctus, descendit solus in Amorrhæorum castra, & præcedente Angelo Domini Gethel (qui misit cæcitatem in hostes; ut unusquisque proximum cogitaret adversarium) mutuò vulnerati ceciderunt quadraginta quinque millia virorum; cùm ipse Cenez totidem è medio sustulerit. Verùm separare nequibat manum ab ensis capulo, quia dextera eius gladij acceperat virtutem, sicut de Eleazar dicitur, 2. Reg. 23. 10. *Ipse stetit & percussit Philistæos, donec deficeret manus eius*

Gesta Cenez. 2. Reg. 23. 10.

&

& obrigescēret cum gladio: ita ut pasmo, aut stupore digiti contracti sine motu adhæsissent manubrio: at foti sanguine cuiusdam Amorrhæi adhuc calente, receperunt pristinum usum. Concludit itaque Philo: *Principatus est Cenez populo quinquaginta & septem annos, & timor erat super omnes inimicos eius omnibus diebus suis.* Quid dicemus ad hæc? Philo Bibl.

Grande Sophos! Longâ dignissima verbaque barbâ;
Et nihil musæum, præter hirundineum.

Semper Rabbini replent cornua bombis. Taxat vel fautor Petr. Cunæus, lib. 3. de *Repub.* cap. 8. *Iudæorum* (inquit) *sunt argutiæ: qui tamen homines plura cùm habeant eruditionis præsidia; nihil intentatum reliquerunt. Nimirùm ineptiunt plerique, inter illos interpretati legem sunt supercilioſi magistri, qui errores erroribus tegunt, ne perpluant; & discipulos suos magnâ mercede, unum hoc docent, Nihil scire.* Rabbini ferè nugivenduli. Cunæus.

18 His igitur præmissis, respondendum stylo Tautologico utriusque Pleonasmi, tam de Iudicibus iudicantibus, quàm de salvantibus Salvatoribus. Exergasia liquet, ut notetur materia circa quam, & implicitè non solùm modus, sed egregius in exercitio, seu munère credito. Unde ipsa actio confirmat, præclarè muneri responderi; quia non nomina magna, sed magna gesta nomini dignitatis affinia, facere ambiebant. Quare Ovidius, 1. de *Pont.* Eleg. 2. v. 1. & *lib.* 2. *Eleg.* 3. v. 1. ad Maximum succinit: 4. Reg. 23. 22. 2. Esdr. 2. 27. *Exergasia.*

Maxime, qui tanti mensuram nominis imples:
Maxime, qui claris nomen virtutibus æquas. Ovid.

Græcè: *Pheronymi*, sicut econtrà *Pseudonymi*, quos decet fugere nomina magna; quoniam haud ferunt substantiam, sed magni nominis umbram. Hinc quum Salvator, Iesus, Dominus N. dicitur, additur Matth. 1. 21. *Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.* Mulier illa, de qua 4. Reg. 6. 26. ad Regem clamat: *Salva me Domine mi Rex.* Tibi congruit afflictæ subvenire. Ministerium tuum imple. Sic vetula quædam ad Philippum Amyntæ, ut refert Erasm. in *Apophtheg.* lib. 8. *Vel audi, vel non sis Rex.* Ministerium & actio sæpe iunguntur in Scriptura. Isai. 40. 11. *Sicut pastor gregem suum pascit.* Ezech. 34. 23. *Suscitabo pastorem, qui pascat.* Idem Ierem. 23. 2. 4. *Prophetæ prophetabant*: 3. *Reg.* 22. 10. *Ierem.* 27. 16. & Apocal. 14. 2. *Citharœdorum citharizantium in citharis.* Homer. 19. *Ilid.* v. 43. *Gubernatores, qui tenebant clavos navium.* Vide alia in *Prolog. Galeat. §.* 5. num. 8. Per actiones igitur comprobatur ministerium. Sic Iudices Israël dicuntur Salvatores; quia iuxta munus Rempublicam salvam à discrimine servabant, & per illos ubique sarta tecta: aliter nomen haberent, sed nequaquam glorioſi nominis veritatem. Homer. 8. *Iliad.* v. 246. de Iove ait: *Ministerium, & actio ministerij per epitasim.* *Quarta expositio.*

Annuit, populum salvum facere, neque periturum. Homer.

Negatione & affirmatione profertur Græcè, quod Hebraicè sæpe nomine & verbi geminatione, ut sæpe vidimus & videbimus: quod etiam apud Lucam, 9. 56. legitur: *Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare.* In hac dialecto patet emphasis: igitur qui salvat, salvat à malis, qui salvat salvatione, non tantùm liberat à malis, sed bona confert: Propterea Assertor N. Ioann. 10. à v. 9. ait: *Ego veni, ut vitam habeant & abundantius habeant*: igitur siquis per illum introierit, salvabitur, & ingredietur & egredietur, idest, prosperabitur. Haud aliter Salvatoribus Iudicibus Israël cuncta populo felicia: quandoquidem non solùm Rempublicam à pressuris incolumem vindicabant; sed studiosè efficiebant, quòd unusquisque posset quiescere sub ficu sua, & sub vite sua. *Mich.* 4. 4. *Zachar.* 3. 10. Iudices enim dicuntur, sumptâ actione pro subiecto actionis. Sic Maluend. legit: *Salvantes, qui & salvaverunt.* Vel pro superlativo: q. d. Dedisti Iudices insignes, magnificos Salvatores. *Erant ergo* (inquit Rupertus lib. 4. de *Victor. Verbi Dei*, cap. 6.) *in disciplina Iudices, in prælio Duces, in utroque Salvatores.* *Empbasis.* *Quinta expositio.* *Actio pro subiecto actionis.* Maluend. *Vel superlativo.* Rupert.

19 Aliquid in huiusmodi voce arbitror singulare latere, cùm salutis actio iungitur Salvatoribus: nimirùm, Deum per illos non tantum salvasse è periculis & pressuris Israëlem; sed salvasse rebus desperatis, cùm nulla emergendi micaret rimula, unde facta cum illo miracula tanta. Hic status per Somatopœiam describitur hyperbolicè à Terentio in *Adelph.* Act. 4, scen. 7. v. 43. *Ipsa si cupiat salus, servare prorsus hanc familiam non potest.* Prasis etiam est Plauti in *Mostellar.* Act. 2. scen. 1. v. 4. Terent.

Nec salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest. Plaut.

His in rebus duntaxàt salus quibat esse à Salvatore, ut liquet ex tractu rerum, in libro Iudicum memoratarum. Articulus maximus afflictionis describitur, *Exod.* 14. cum ar-

ctati viderentur filij Israël inter exercitum Ægyptiorum & mare Rubrum. Hac de causa sospites dixerunt cum Moyse: *Factus est mihi in salutem iste Deus meus*: cap. 15. 2. Hebr. *Salvator meus.* Caietan. *Iehova, qui fuit ei in salvationem*: igitur non solùm Israël expers malorum, excussà captivitate & suffocato hoste; sed refertus est bonis, ibi unde tantum malum imminebat, ita ut vel casurus in manus hostiles, vel in maris Rubri vortices. Hinc salvator dictus Deus, quia miraculosè Israëlitas, animum despondentes è periculo eripuit; unde inclyta salus, quam geminatione hyperbolicè expressit David, Psalm. 36. 40. *Adiuvabit eos Dominus, & liberabit eos; & eruet eos à peccatoribus, & salvabit eos, quia speraverunt in eo.* Eccli. 28. 1. *Servans servabit.* Non utcunque, sed insigni modo, & miraculo. Unde vel ethnicus dicit, Daniel. 6. 27. *Ipse liberator, atque salvator, faciens signa & mirabilia in cœlo & in terra.* Iterat voces idem significantes, ut clareat, quàm singularis Deus, mirabilisque pro libertate, suique populi salute. Ita apud Græcos Iupiter plausus cognomento *Soter & Eleutherius*; quia illos liberavit à Persis, partà insigni victoriâ ad Platæas, ut referunt Plutarch. in *Aristid.* & Gyrald. *Syntagm.* 2. num. *69.* & 70. Sicut ita inopina, insignis salus à Deo, qua de causa iurè liberator & Salvator; haud aliter instrumenta, per quæ salutem conferebat, nimirùm Iudices, dicti *Salvatores salvantes*, ideſt, insignes Salvatores, qui penè lapsam Rempublicam Israël in pristinum, splendidum statum, & ultrà auxilio Dei restituebant.

Salus in periculo indeclinabili vera & inclyta salus.

Daniel. 6. 27.

Sexta expositio.

Exergasia.

20 Hebraismum proclivè exponitur per equipollentiam vocum. *Salvatores, qui salvarent*: ideſt, qui liberarent à pressura populum: ut Iudic. 3. 9. legitur: *Suscitavit salvatorem & liberavit eos.* Eodem modo delicatur *Iudices qui iudicaverunt*; accepto ly *Iudices* pro principibus: sic Eccli. 10. 1. *Iudex sapiens iudicabit populum suum*: hoc est, Princeps sapiens: iccircò subditur, *& principatus sensati stabilis.* De acceptione plura infr. num. 33. Quare sensus est, Iudices, qui principes; quippe tunc Iudex dicebatur magistratus supremus, ut constat ex principali Tautologia: *Quando Iudices præerant.* Vid. num. 37. Possumus quoque in his geminationibus contemplari persistentiam Principum Iudicum in iudicij rectitudine, qua gaudebat Israël toto cuiusque Iudicaturæ tempore: sicque iudicium illorum antonomasicè dicitur iudicium; quia non prout libebat, sed ad legum tenorem iudicabant. Non ad arbitrium, sed iuxta Dei scita, quæ usquequaquè *Iudicia* dicuntur: unde haud alijs vocibus, quàm per *Iudicium*, significatur prudentia, atque rectitudo iudiciorum. Aliquando continuatio actionis notatur participio verbi & verbo, aliquando verbo simul & gerundio; ut præmisimus, *Tom.* 4. *T.* 2. *à num.* 17. signantes discrimen inter *facere faciendo*, & *facere facientem*: gerundium enim ostendit actionem, participium verò tempus. Quare cùm omni tempore iudicia recta feciſſent, & iudicia sint actiones; meritò vocati *Iudices.* Maluend. *Iudicare Iudices*: quippequàm si munus iudicis rectè & semper iudicare; præclarè semper respondebant muneri.

Septima expositio.

Iudicium iuxta legem propriè iudicium.

Octava expositio.

21 Occurrunt etiam aliæ eiusdem argumenti Tautologiæ, pro quibus oportet aliquid in explanationem addere. *Erat autem Rex Salomon regnans super omnem Israël*: Rex dicitur à Regimine regni: investigandumque modò, quo intuitu dicitur *Regnans*, si præsuponitur *Rex*? Astruitur ampliùs versione Maluendæ, qui legit: *Erat Rex Salomon Rex.* Quis non? An quia additur, *Super omnem Israël*? Discrimen ostenditur initij regni Salomonis & Davidis: siquidem hic primò regnavit super Iudà, & mortuo Isbosethsuper duodecim tribus: cæterùm Salomon ex quo Rex, regnavit super totum Israël. Haud siccine evacuatur difficultas: quandoquidem in præfatum propositum sufficiebat dicere, *Salomon erat Rex*, seu *regnabat super omnem Israël.* Utquid igitur & *Rex* & *Regnans* ostenditur? Maimonides in postrem. part. *Misnæ*, & alij Rabbini delirant dicentes, etsi Salomon iam Rex esset, nullo modo regnasse, dictum; quousque unctus est oleo singulari; quia *ea unctio celsitudinem quandam divinam Regibus, maiestatemque addidit; sacrosanctis in terris ut essent, & commercium cum Numine haberent.* Iò. Quid ultrà? Alia nugamina restant. *Hoc unguentum conficere Moyses iussus est varijs aromatum generibus. Aiunt autem Talmudici* (infit Cunæus ubi supr. *lib.* 1. *cap.* 14.) *adhibitum illud initiationi, consecrationique fuisse, usque ad tempora Iosiæ, qui illud in templo recondidit sub humum in loco abdito, secretoque, quem diù antè summâ curâ Rex Salomon paraverat, cùm ex Vatum responsis dediciſſet futurum olim, uti templum ab Assyrijs solo æquaretur. In eodem specu Arcam quoque ictì fœderis, & Aaronis baculum, tùm lapides Vrim & Tummim cum reſiduo Manna posuisse Iosiam tradunt, eorumque*

3. Reg. 4. 1.

Maluend.

Salomon à principio super totum Israel regnavit.

Maimon.

Petr. Cunæus.

Fabula Rabbinorum de oleo, Arca,

om-

omnium nihil quicquam Iudæis reſtitutum eſſe, cùm reverſi Babylone in patrias ſedes, templum ſecundum extruerent. Claret totum fictum : igitur antequàm regnaret Salomon, conſtitutus eſt Rex, & unctus. *Sumpſit Sadoc* (dicitur 3.Reg.1. 39.) *cornu olei de Tabernaculo, & unxit Salomonem.* Deinde illud oleum ſacrum non erat, ſed vulgare: & quanvis Pſalm.88. 21. dicatur de Davide Rege, *Oleo ſancto meo unxi eum*; intelligitur ſanctum, quia in loco ſancto erat, nimirum, in Tabernaculo in huiuſmodi functiones: de oleo autem ſancto, quod dicebatur *oleum unctionis*, Levit. 21.10. *Oleum lætitiæ*, Pſalm. 44. 8. Hebr.1. 9. præſcribitur Exod. 30.32. *Caro hominis non ungetur ex eo : & iuxta compoſitionem eius non facietis aliud; quia ſanctificatum eſt.* Unde proteruntur deliria Rabbinorum, aſſerentium, Davidem & Reges eius familiæ unctos oleo illo Moſaico, quod citra diminutionem duravit uſque in Babylonicam captivitatem in gratiam Chriſti Domini orituri ex illa. Vide Genebrard. *in Pſalm.* 88. cit. ubi ex illis videbis unctionem Regum an factam in modum coronæ, vel in formam crucis.

Aaronis virga, Manna, & lapidibus Urim & Tummim. Pſal.88.21. Exod. 30. 32.

22 In huiuſmodi Tautologia *Regnare* ſumendum eſt pro habenas regiminis ſuſcipere, indeque tenere, quippè iam patre ſuperſtite conſtitutus fuerat Rex ſuper univerſum Iſraël in Gihon iuxta fontem ſuperiorem, dictumque à cunctis: *Vivat Rex Salomon*, in eius inauguratione. 3. Reg. 1. 39. Non novum, quòd hæredes regni reges dicerentur. *Reges ſunt, qui regnum nondùm acceperunt.* Unde Virgilius, 8. *Æneid.* v. 17. & Statius 1. *Achilleid.* v. 500.

Apocal.17. 12.

Quàm Turno Regi, aut Regi appare Latino. Virgil.
Obſtupuit tantis Regina exterrita monſtris. Stat.

Ubi ut vides Turnus hæres regni Latini dicitur Rex ſicut Regina Deidamia hęres regni Lycomedis. Servius ad illud Virgilij *Eclog.* 3. v. 106. *Inſcripti nomina Regum*, ſubdit: *Regum nomina, non quoniam ipſi Reges fuerunt, ſed quia Regum filij: Sicque Poëta de Ariadne 6. Æneid. v.* 28. *Minois filia dicit:*

Hæres Regni Rex. Servius.

Magnum Reginæ ſed enim miſeratus amorem. Virgil.

Quid ſi Salomon Rex dicatur, qui iam unctus, & ab univerſo Iſraël uti hæres Davidis plauſus? Sic ergo *Rex* dicitur antequàm ad regnum perveniret, ſicut vocatus fuit David vivente Saule (*Nunquid non iſte eſt David Rex terræ?* dixerunt in Geth Allophyli: 1. Reg. 21. 11.) modoque additur *Regnans*, quia mortuo patre Reipublicæ gubernacula iurè ſuſcepit. Rex erat pater conſtitutus à Deo, 1. *Reg.* 16. 1. unctus à Samuele, v. 15. & nihilominùs haud regnavit, etſi Rex, quouſque regimen ſumpſit, & munera principatus gerere cœpit. *Venerunt filij Iudà, & unxerunt* (per Sacerdotem ſcilicèt) *ibi David, ut regnaret?* Reg. 2. 4, & cap. 5. 3. aliæ tribus *unxerunt David in Regem ſuper Iſraël. Triginta annorum erat, cùm regnare cœpiſſet.* Ita ergo regni poſſeſsio dicitur regnum.

Regnũ poſſeſsio.

Regna colit, ſoluſque plagà defenſus iniquâ, Claudian.
Poſsidet intactas ægris animalibus oras.

Canit Claudianus de *Phœnic.* v. 8. Rex erat Salomon, priuſquàm obtineret imperium, & quia unctus, & quia hæres Davidis, & quia inſtructus præclaris dotibus; de quo aptiùs poſſumus dicere, quàm de Pompeio Plinius, *lib.* 7. *cap.* 26. *Triumphales currus eques Romanus induxit toties Imperator, antequàm miles: poſteà ad tota maria & deinde Solis ortum miſſus hos retulit patriæ titulos.* Superavit Salomon. Vide Pinedam, lib.4. de *Reb. Salom.* à cap.14. Hoc eſt, è cœlo Regibus regna diſtribui: nimirùm, cùm Reges fiunt traditione regni, qui claris inſtrumentis ad regimen apti; ut ait Euſebius in *Hiſtor. Eccleſiaſt.* lib. 10. *cap.*10. Hinc ad illud Pauli, Rom. 12. 7. Qui *præëſt in ſolicitudine*, legit Ætiop. *Qui præponitur, ut præſit præfecturæ ſuæ.*

Plin.

23 Deinde exponi poteſt *Rex Salomon regnans*; vel quia ſolus regnabat, cùm pridem cum patre regeret, quod propriè regnare eſt, ut ſit Monarchia, & firma ſtabilitas.

Non capit regnũ duos.

——*Quoniam fundamine magno*
Res Romana valet, & præſide pendet ab uno. Ovid.

Ut ait Ovidius lib. 14. *Metam.* Fab. 19. *Non capit regnum duos*: ait Seneca in *Thyeſt.* v. 443. ſicut orbis duos Soles. *Nec regna ſocium ferre, nec tedæ ſciunt*: in Agamemn. v. 259. & Lucan. 1. *Pharſal.* v. 92.

Nulla fides regni ſocijs: omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit. Lucan.

Unde Salomon electus in Regem, regnabat, ideſt, pacificè, ac munus regium gere-

bat

bat ſine obice : illico enim ad ſceptrum ſuſcepit, magiſtratus inſtituit, regnumquè ac domum diſpoſuit; ut refertur ibid. à v. 2. De officijs aulicis ipſius regiæ, adi Pined. quò ſupr. *lib.* 5. *cap.* 13. & Menoch. de *Republ. Hebr.* lib. 1. cap. 12. Prudentia in regno pollebat, atque ſapientià, queis *Reges regnant & legum conditores iuſta decernunt.* Qua de cauſa dicitur; *Regnabit Rex &* (pro *Quia*) *ſapiens erit* : equidem inſipiens Rex quidem; ſed non regnat, quoniam habet in throno à ſede maieſtatem, verùm nullo modo regimen.

Proverb. 8. 15. Ier. 23. 5.

Iuvenal. *Nullum Numen abeſt, ſi ſit prudentia.*

Iterat Iuvenalis *Satyr.* 10. v. 365. & 14. v. 316. conſtatque quàm præclarum regnum ex Rege præclaro. Horat. *lib.* 1. *epiſt.* 1. v. 106.

Horat. *Ad ſummam, ſapiens uno minor eſt Iove, dives,*
Liber, honoratus, pulcher, Rex denique regum.

24 Quid illuſtrius iudicio in contentione meretricum pro filio? Obijcitur oculis ibid. *cap.* 3. à v. 16. Aptè ergo Maluend. in illud, *Regnabit Rex, & ſapiens erit*; interpretatur : *Strenuè aget : conſtanter, gnaviter, ſtrenuè rem geret : proſperabitur, fortunabitur, feliciter aget in cunctis* : igitur aſsiſtrice prudentià, expeditioni pervia, quæ difficilia. Occurrit aliquorum Principum in perplexis, ambiguiſque rebus mira ſagacitas, ut in & ex iudicio clareret abſtruſa veritas. Scitum eſt illud Tiberij, negante matre filio alimenta, quippe non filius : iuſsitque habere maritum, nolentem cognoſcere gnatum. Idem refert Ioann. Magn. in *Hiſtor. Gotth.* cap. 29. de Theödorico Gotthorum Rege. Equum ſurripuerunt milites cuidam ruſtico imperante Friderico III. apud hunc ruſticus queſtus, cùm fur haud facilè noſci poſsit, iuſſus eſt ab Imperatore equâ iugali per compita urbis equitare; quippe equus equæ iugalis accepto odore profectò hinniturus : ita ut cacum mugitus bovis, hinnitus equi furem prodidit. Æneas Sylvius lib. 2. de *Reb. Alphonſ.* De hoc inſigni Principe etiam refert Panormitan. iuſsiſſe, filium, quem genitor ex ancilla ſuſceperat, & negabat, ne mater libertatem acquireret; ſub haſta exponi : quod quidem pater haud ferre potens; filium, ne illo vivente ſervum videret, agnovit, & iuxta leges ſervam libertate donavit. Mirificum fuit iudicium Ariopharnis Thraciæ Regis, de quo Diodorus Sicul. *lib.* 20. & Solorzan. *Emblem.* 61. n. 51. referunt, ex ambiguitate legitimi filij (tribus ſucceſsionem in regimen ambientibus) veritatem ex filij pietate eruiſſe, & ſceptrum ei uti hæredi donaſſe. Dulciter modulatur Laurent. Hæchtan. in *Microcoſm.* Emblem. 47.

Mira prudentiſſima iudicia ſagaciù Principum.

Laur. Hæcht.

Tres habuit quidam, præclaro ſtemmate, natos,
Ex quibus unus erat thalamo non cretus eodem.
Vix pater in tenues moribundus abiverat auras;
Ecce parant lites pueri, quis iure relictas
Uſurparet opes, & amicæ munera ſortis.
Continuò Iudex defuncti membra parentis
Arboris affixit trunco. Qui pectora tanget,
Inquit, habebit opes : illi patrimonia cedent.
Iamque duo primi genitoris viſcera telis
Traijciunt : minimus nulla ratione volebat
Lædere membra patris, potiùs ſed linquere vitam.
Hunc pietas natum teſtata eſt eſſe parentis:
Nam vires ſuperat natura potentior omnes.

25 Idem ferè iudicium in levamen populorum fecit quidam, cùm tres habens filios, cogeretur ex illis deſignare ſucceſſorem in regno. Expoſuit illorum optioni coram accipitrem, aquilam & columbam; ut ex electione pateret ſingulorum indoles : à prioribus filijs aves eliguntur priores : cæterùm minimo datum diadema, à quo electa fuit columba : quoniam dignior regno, qui regit manſuetudine, quàm poteſtate. Idem ibid. *Emblem.* 30. Vel barbarorum Regum plauſa prudentia. Summam auri mutuò acceperat Byzantij Chriſticola à truculento Iudæo, eo pacto ut præter ſortem, ſolvendam conſtitutà die, duas uncias carnis debitoris Hebræus reciperet loco uſuræ. De mutuo haud lis orta, quippe ſtato die ſolutum, ſed de uſura. Execrandus Iudæus pro fœnore Solymannum, Turcarum eo tempore Imperatorem adit, ut litem dirimat. Expavit Barbarus, ſed non ut barbarus cauſam expedivit. Novaculam iubet afferre, Iudæumque ut ex mutuatario duas tantùm carnis uncias ſibi excindat ea parte qua voluerit : ſin minus, pluſve reſecuerit, proculdubiò ſuſpendendus. Quid in ancipite ar-

Regimine dignior, qui ſuavis, quàm auſterus

Iudicium regium Solymanni Turcæ.

ti-

ticulo? Christianus ab usura dimissus, quia Iudæus huiusmodi subire aleam nequaquàm ausus. Hi sunt verè imperantes in præsenti populo: *Dominantes in potestatibus suis: homines magni virtute & prudentia sua præditi.* Græc. *Dominantes in regnis suis*: siquidem qui ita prudenter iudicant, Reges regnant. Nervosè Arabic. *Propter me Reges*: sine prudentiæ quippe iudicio, haud Reges, sed infulati augustissimi stipites. Eccli. 44.3.

26 Hoc in Scriptura propriè dicitur *Regnum Regis.* Aliquando usurpatur pro tempore Principatus, ut apud Esdram: *In regno Artaxerxis Regis. Usque ad regnum Darij Regis*: idem reperitur, *cap.* 7. 1. & 8. 1. Quandoque pro dignitate regia, seu dominio. Unde Plautus, in *Pseudol.* Act. 1. scen. 1. v. 13. *Sub Veneris regno vapulo, non sub Iovis.* Et 1. Esdr. 7.21. *Ne fortè Deus cœli irascatur in regnum Regis.* Sæpe pro Monarchia: *Principium regni eius Babylon.* Genes. 10. 10. *Uno tantùm regni solio te præcedam*: cap. 41. 40. Virgil. 12. *Æneid.* v. 22. *Sunt tibi regna patris.* Interdùm pro nationibus. *Non est factum tale opus in universis regnis.* 3. Reg. 10. 20. *Regna terræ.* Psalm. 67. 33. Lucan. 8. v. 812. *Regnorum quicquid in Euro.* Denique regnum accipitur pro ministerio, sive Regis exercitio, quod idem est ac regnare; quippe officium Regis regere: tunc Rex regnat ratione prudentis iudicij, haud quia regno potitur, ac dignitate. Audiendus Senec. in Thyest. à v. 344. 1. Esdr. 4. 5. 6. *Regni acceptiones.*

Regem non faciunt opes.
Non vestis Tyriæ color,
Non frontis nota regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Rex est qui posuit metus,
Et diri mala pectoris.
Rex est, qui metuit nihil.
Rex est, quique capit nihil.
Qui tuto positus loco,
Infra se videt omnia:
Occurritque suo libens
Fato, nec queritur mori.

Dotes viri regij. Senec.

Sic igitur regens tutatur non tam regiones, quas possidet, quàm subditos, ex quibus regnum.

27 Memorato hominis regno, haud præterire possumus expositionem Regni Dei. Absolutè dividitur in regnum potentiæ, in regnum gratiæ & regnum gloriæ. Regnum dicitur potentiæ, quatenus illi omnia subiecta sunt. *Secundum operationem, qua etiam possit subijcere sibi omnia.* Philip. 3. 21. At aliquando huiusmodi regnum potentiæ tantùm accipitur respectivè ad Deum auctorem supernaturalem, qui creaturas rationales, ut sint Regnum eius per gratiam & gloriam, possintque dicere Christo: *Redemisti nos Deo in sanguine tuo ex tribu & lingua & populo & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum*; quærit, & vocat in fidem. Regnum habet, sed non totum regnum. Unde Paulus: *In eo enim quòd omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei* (ideſt, quoad ius, vel adiectivo pro nomine in *Bilis*: hoc est subiectum pro subijcibile: actu secundo pro primo, de quo alibi.) *nunc autem necdùm videmus omnia subiecta ei*: igitur non omnes acceperunt fidem. Pro gratia & gloria est illud Matth. 6. 10. *Adveniat regnum tuum.* Pro gratia, Luc. 9. 2. *Prædicare regnum Dei*: ideſt, gratiam, adventu Salvatoris, quare Paulus, Tit. 2. 11. *Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus.* Pro gloria, dum prædixit discipulis Dominus sui corporis transfigurationem nomine regni Dei. *Donec videant regnum Dei venientis in virtute.* Marc. 8. 39. Unde Petrus huiusmodi articulum dixit *Magnificam gloriam.* 2. Epist. 1.17. Sic Baptista adventu Christi prædicabat, Matth. 3. 2. *Appropinquavit regnum cœlorum*: quoad gratiam quippe iam ostium patens & præsens: quoad gloriam, quoniam morte aperiet Christus, illud cœleste, quod occluserat Adamus. Regnum enim Dei in novo testamento, etsi sæpè significet Ecclesiam militantem, fidelium congregationem, & quo pervenitur in Regnum Dei, modumque illud acquirendi, seu conditiones, quibus habendum; propriè signat gloriam Dei & gratiam: regnat quippe Deus Rex in cunctis fidelibus in hac vita per gratiam, ac in futura per gloriam. Ergo in Pleonasmum. *Quid sit regnum Dei?* Apocal. 5. 9 10. Hebr. 2. 8. *Actus secundus pro primo.* *Variæ acceptiones regni Dei.*

28 Aliter explanare possumus, Salomonem Regem regnare: nimirùm, quia per se, sine consiliarijs regere Rempublicam quibat, quoniam scientiam infusam à Domino habebat. Alij Reges regunt ducti consilijs suorum; quia ut ait Plaut. in *Milit. glorios.* Act. 3. scen. 3. v. 12.

Nemo

Plaut.

Nemo solus satis sapit. Nam multos vidi
Regionem fugere consilij, priùs quàm repertam habuere.

Salomon Rex insignis.

Salomon autèm per se ferre sententiam vel in causis difficillimis poterat, & regnarè solus. Quanta ex huiusmodi habitudine gloria principi & regno, constat ex Seneca ubi suprà.

Seneca

Mens regnum bona possidet.
Cùm non ambitio impotens
Et nunquàm stabilis furor
Vulgi præcipitis movet.
Hoc regnum sibi quisque dat:
Stet, quicunque volet, potens
Aulæ culmine lubrico.

Hoc regnare, seu dominari in regno. Hinc David in huius regiminis excellentiam, Psal. 21. 29. *Domini* (inquit) *est regnum & ipse dominabitur.* Siracides, ubi supr. *Dominantes in potestatibus suis.* Tigurin. *Qui regnis suis dominati sunt.* Dum iunguntur verba idem significantia, regiminis præsignatur eminentia, & principum gloria, uti videbimus infrà. Ad rem Tacitus de *Orator.* cap. 5. *Studium* (ait) *quo non aliud in civitate nostra vel ad utilitatem fructuosius, vel ad dignitatem amplius, vel ad urbis famam pulchrius, vel ad totius imperij, atque omnium gentium notitiam illustrius excogitari potest. Nam si ad utilitatem vitæ, omnia consilia, factaque nostra dirigenda sunt; quid erit tutius, quàm eam exercere artem, qua semper armatus præsidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus, invidis verò & inimicis metum & terrorem ultrò feras, ipse securus, & velut quadam perpetuà potentià, àc potestate munitus?*

Geminatio pro excellentia, & superlativo.

Tacit.

29 Qui per se non regnant, regnum habent, sed Reges non sunt. Propterea Agis, ut refert Plutarch. in eo, dicere solebat: *Qui Reipublicæ gubernandæ rationem ad gloriam dirigunt, ministrique ac servi multorum evadunt; nomen duntaxàt Principum sortiuntur. Non eundem Principem & assectam habere potestis.*

Plutarch.

Martial.

Qui Rex est, Regem, Maxime, non habeat.

Iurè in admirabile regimen succinuit Martial. *lib. 2. Epigram.* 18. & Paulus Æmilius ad milites: *Si imperatori imperare vellent, ridiculos in expeditione fore.* Ita refert Plutarch. in eius *Vit.* Corpus debet sequi caput: & dum caput regitur, patet regnum sine capite. Haud Rex regnat, neque stabile regnum, ubi aula non regnum, sed turpissimum servitium, ut accidit morioni Claudio, qui principatum habuit, quasi precariò accepisset. Salomon ergo Rex regnabat, uti dictum de Iudicibus *Iudicabant.* Princeps principabatur: ideſt, eminenter regebat, atque exactissimè regium munus obibat. Hoc enim stylo exprimitur vel apud Ethnicos spectabile regimen, & spectabilis Rex. Plaut. in *Milit.* Act. 4. scen. 4. v. 24. *Imperabis Imperator.* In Amphitr. Act. 1. scen. 1. v. 39. *Regi regnum stabilivit.* In Curcul. Act. 1. scen. 3. v. 22. *Sibi sua habeant regna Reges.* Virgil. 6. *Æneid.* v. 851. *Tu regere imperio.* Sumitur igitur *Regnare* pro *Dominari*: apud Nostrates, *Señorearse*; quod olim per Potentiam signabatur. Ovid. 2. *Metam.* fab. 1. *Nulla potentia longa est.* Et 5. *Trist.* Eleg. 2. v. 35.

Plutarch.

Felix Rex, qui per se regnat.

Ovid.

Ille Deus, benè quo Roma potentia nixa est.

Item *Epist.* 13. v. 59. *Classe, virisque potens.* Virgil. 1. *Æneid.* v. 535. *Terra antiqua, potens armis.* Propert. *lib. 2. Eleg. 26.* v. 22. *Tota dicar in urbe potens.* Lucan. lib. 9. v. 170. de Pompeio: *Mortem populos deflere potentis:* lib. 10. v. 136.

Lucan.

Discubuere toris Reges, maiorque potestas
Cæsar.

Potestas pro principatu.

Sueton. in eo, cap. 72. *Iam autem rerum potens Cæsar.* Tacit. 11. *Annal.* cap. 31. *Iam imperij potens.* Vernaculè: *Reyes, y Señores*, qui quidem ratione dominij & ditionis dicuntur *Potestates*: hoc est Reges, sive Principes potentes. Unde exponere possumus: *Potens Salamon regnabat*, accepta voce Regis, pro potestate: qua phrase utitur usquequaquè Martialis.

Martial.

Quid frustrà nemorum dominum, regumque fatigas?

Iterat ibid. *Epigram.* 113-4. 84-10. 10. Imitatur Quint. Sectanus, seu Nicetas, *Satyr.* 12 v. 145.

Sectan.

Et patrem, dominumque voca: modicum hoc, nisi Regem.

Hoc est, ad cuncta potentem, insignem utique Principem.

30 In sacra pagina huiusmodi eminentia, ac auctoritas ostenditur geminatione potestas

testatis per epitasim, q. d. Rex potentissimus. Davidi parcenti Saul, dicitur: *Potens poteris.* Nimirùm, Profectò regnabis, quin nemo tibi possit resistere. Hinc de Iuda Machabæo dixit Timotheus principibus exercitus: *Non poterimus sustinere eum, quia potens poterit adversus nos.* Potentia insuperabilis signatur, quippe resistentia impossibilis. Ita Plaut. in *Stich.* Act. 1. scen. 2. v. 11. 1. Reg. 26. 25. 1. Mach. 5. 40.

Obfirmabitur adversus nos. Pati oportet,
Quod ille faciat; cuius potentia plus potest. Plaut.

Lucan. 2. *Phars.* v. 315. *Regna pati*: & *lib.* 7. v. 444. *Qui regna ferunt.* Quo patet Regnum pro Regum potentia. Quod genus dicendi bifariàm potest exponi. Primò per adverbium, demonstrans rei, aut articuli certitudinem: quasi certissimè, semperque poteris. *Valebis, & omninò valebis. Valebis & prævalebis, & posse poteris*: Maluend. Quare dum Davidi dicitur: *Faciens facies & potens poteris*; idem est, ac poteris facere, atque poteris perficere: valebis & prævalebis. Primam sententiam delicat secunda: q. d. Valebis faciens & prævalebis perficiens. Quod phrase Plautina in *Pers.* Act. 3. scen. 3. v. 22. *Validè valet.* Terent. in *Adelph.* Act. 3. scen. 4. v. 56. *Participium pro adverbio.* Maluend.

Vos facillimè agitis, quàm estis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles. Terent.

Sic enim Haye, loc. cit. legit. *Omnia succedent ex voto.* Vid. *Tom.* 4. *Tautol.* 2. *à n.* 16. Secundò explanari potest Pleonasmus, uti dudùm dixi, per superlativum. *Potens poteris*: scilicèt, Potentissimus eris. Arabic. *Vinces & vicisti.* Chald. *Regnando regnabis & prosperando prosperabis etiam.* Ex facilitate executionis vel in rebus difficilibus potentiâ sanè innotescit. Sic ille alius apud Plautum in *Pers.* Act. 5. scen. 1. v. 8. aiebat: *Pro superlativo.* Chald.

Faciam, ut fiant; quorum operâ hæc mihi facilia
Factu facta sunt, quæ volui effieri. Plaut.

In *Amphitr.* Act. 2. scen. 2. v. 101. per æquipollentiam vocum: *Potest, & valet.* Haud inefficax erit potentia, imò valida. Haud, uti dixit Virgil. 5. *Æneid.* v. 231. *Possunt, quia posse videntur*: equidem potentiâ verè valebit. *Valendo valebis*: Pagnin. *Opere complebit desideria*: Syr. Potentissimus eris auctoritate regiâ, dignitate, copijs, viribus, gloriâ tantæ maiestatis. *Purpuram & plausum, & ex hoc potentiam, & quicquid potentia potest*: ita Seneca, *Epist. 69. Si plus potest, qui plus valet*, ut ait Plaut. in *Trucul.* Act. 4. scen. 3. v. 38. sanequàm potentissimus eris: igitur quæque cogitaveris, poteris, & facillimè perficies. Per potentiam regnum floridissimum portenditur: siccine Manahem Essenus prædicens Herodi Ascalonitæ regnum, ut perhibet Ioseph. 15. *Antiq.* cap. 14. *Imò* (inquit) *regnabis, & feliciter dominaberis.* Hoc est quod Tacitus, ut vidimus, n. 27. dicit *Potentiam & potestatem*: sine utraque nihil Rex; quare Goliath illudens Sauli, ut ait Philo Bibl. dicebat: *Nunc regnans, descendens tanquàm vir & Rex, & expugnabis nos?* Regem non agnoscebat, etsi regnantem; quippe illius videbat potestatem, sed non potentiam. Ut potentissimus sit Rex & principatus, utriusque sanè necessarius nexus. Qua acceptione de Salomone, 3. Reg. 10. 23. dicitur: *Magnificatus est Rex Salomon super omnes Reges terræ divitijs & sapientiâ.* Dicere quibat illud Atrei, apud Senec. in *Thyest.* v. 909. *Quid sit potentia potens.* Senec. Ioseph. Phil. Bibl. *Salomon Rex potentissimus.*

O me cœlitum excelsissimum
Regumque Regem! Senec.

31 Substituit animo investigare, cur de Salomone dicitur, quod esset Rex, postque regnaret, nimirùm, *erat Rex Salomon regnans*; & de Ieroboäm priùs dicitur regnum, pòstque quòd futurus Rex? Sic enim audijt ab Ahia: *Regnabis super omnia, quæ desiderat anima tua; erisque Rex super Israël.* Regnare accipitur pro felicem esse, & conceptis votis potiri: sic enim dicitur, *Super omnia quæ desiderat anima tua.* Sic illud, de quo supr. num. 23. & 24. *Reges regnant*: ideſt, prosperantur. *Regnabunt per unum Iesum-Christum.* Rom. 5. 17. *Regnabimus super terram.* Apocal. 50. 10. *Regnabunt in sæcula sæculorum*; cap. 22. 5. Hoc est, felices erunt: quo sensu Paulus, 1. Cor. 4. 8. *Sine nobis* (inquit) *regnatis: & utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus.* Acceptio apud Ethnicos etiam in usu. Plaut. in *Pœnul.* Act. 3, scen. 3. v. 58. *Rex sum* (ideſt, felix) *si hominem allexero.* Horat. 1. *Epist.* 1. v. 59. *Rex eris, si rectè facies*: nimirùm, faustus, glorioſus. *Rex ibis*: 1. *Satyr.* 3. v. 138. Propert. 2. *Eleg.* 34. v. 57. *Ut regnem mistas inter conviva puellas.* Sic alia passim: adi Adrian. Turneb. in *Adversar.* lib. 24. cap. 29. Hinc sensus Ahiæ in enuntiatione sortis faustæ Ieroboäm. *Regnabis*, ait: ideſt, felix eris: & ita felix, ut etiam futurus *Rex Israël.* Nanciscēris feliciter quæ optas, & 3. Reg. 11. 37. Prov. 8. 15. *Regnare pro felicem esse.*

quæ non optas : non solùm consequeris vota omnia, quæ desideras ; sed etiam eris felix ultra vota : etenim Rex eris super Israël, quod tibi nunquàm venit in mentem. Non ut Salomon *Rex erat regnans*, sed ita in illo cæca regnabat fortuna, ut quem Salomon constituit ministrum, impelleret dominatrix in regnum, at Salomonis thronum. Ita illum depulit in altum, ut lapsu graviori rueret. En causa cur Dominus præcognoscens in fastigio dignitatis pessimum, elevavit in fastigium. *Visum namque* (ait de Ahia Epiphanius in *Vit. Prophetar.*) *suis apparuit oculis, par boum pessundare populum, inque Sacerdotes impetum facere.* Manahem, de quo supra num. 30. monuit Herodem de iustitia & æquitate ; sed addidit : *Scio te hoc non facturum, futuri præscius : eris enim tam humani, quàm divini iuris immemor, licèt alioqui fortunatissimus, & sempiternà dignus gloriâ. Nec tamen Deum latebis, qui te extremo vitæ tempore gravi castigatione reprehensurus est.* Hac etiam de causa flevit Eliseus prædicens Hazaëli regnum. 4. *Reg.* 8. 11. Inconcussum sanè, dari Principem improbum in pœnam flagitiorum subditorum.

Epiphan.

Rex improbus ob improbitatem subditorum.

32 Rimemur alia in Tautologiæ illustrationem. *Erat autem Rex Salomon regnans.* Salomonem uti Regem regnare, nihil aliud indicat, quàm regnare iuxta legem, præscriptaque stabilita, *Deuteron.* 17. à v. 16. quod quidem proprie est regnare : aliter imperium erit tyrannicum, uti describitur, 1. *Reg.* 8. à v. 9. & licèt ibi dicatur *Ius Regis*, haud quia ius, sed quia nefas insolescentes Reges iura fecerunt. *Illud ius* (inquit Angelic. Magist. 1. 2. *quæst.* 105. art. 1. ad 5.) *non debebatur Regi ex institutione divina ; sed magis prænuntiabatur usurpatio Regum, qui sibi ius iniquum constituunt, in tyrannidem degenerantes, & subditos deprædantes.*

Rex iustus duntaxat regnat. 1. Reg. 8. 9. D. Thom.

Ovid.

Principiò nimiùm promptos ad bella Quirites,
Molliri placuit iure, Deumque metu.
Inde datæ leges, ne fortior omnia posset.

Ut ait Ovidius, lib. 3. *Fastor.* v. 269. Virtus & summa potestas non coëunt :

Lucan.

Sceptrorum tota vis perit, si pendere iusta
Incipit, evertitque arces respectus honesti.
Libertas scelerum est, quæ regna invisa tuetur,
Sublatusque modus gladijs, &c.

Dixit impiè Photinus apud Lucan. *lib.* 8. v. 489. Si leges silent inter arma, quid inter Principum prolubia ? *Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est* : dicit Plaut. Prolog. *Amphitr.* v. 36. Unde Antigonus Gonatas Sophistæ offerenti librum de *iustitia* scriptum, respondit : *Desipis, qui cùm me videas alienas urbes armis vexantem, tamen apud me de Iustitia differis.* Erasm. 4. *Apophtheg.* num. 24. Hoc minimè est regnare ; sed speciosо nomine, qui Principes, lupos esse, felicesque latrones, quoniam Principes. Ita de Ieroboam. Eccli. 47. 23. *Ex Ephraim imperare imperium durum.* Haud ita Solomon : Rex erat & regnabat. Cuncta dirigebat ad amussim legum : igitur se & subditos regebat Princeps : ita prudenter, ut *nominatus* esset *in universis gentibus per circuitum.* 3. Reg. 4. 31.

Plaut. Erasm. *Tyranni leges rident.*

33 Variæ sunt acceptiones huius vocis *Rex.* Aliquando usurpatur pro Patrono, & amico potenti, ac divite. Martial. *lib.* 4. *Epigram.* 40. *Serum est alium mihi quærere Regem* : & 5. *Epigr.* 23. *Rex non potest esse meus.* Psalm. 59. 10. *Iuda Rex meus* : idest, præsidium meum. Aliquando pro patre, seu populi pastore. Psalm. 5. 3. *Rex meus, & Deus meus.* Virgil. 12. *Æneid.* v. 211. *Patribusque dedit gestare Latinis.* Unde Dio Chrisost. *Orat.* 12. de Iove subdit : *Rex dicitur propter principatum & potentiam* : *Pater autem propter curam & mansuetudinem.* Signatiùs Psalm. 44. 5. *Prosperé procede & regna propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam* ; quæ profectò opera Regis. Interdùm pro homine dotibus spectabili. Psalm. 67. 15. *Dum discernit cœlestis Reges super eam* : hoc est, homines insignes, ac præstantissimos. *Ianus* (ait in *Numa* Plutarch.) *sive Genius, sive Rex fuerit* : scilicèt homo præclaris ornamentis singularis *& est Rex.* Horat. 1. *Satyr.* 3. v. 125. *Apud Reges Rex.* Plaut. in *Rudent.* Act. 4. Scen. 2. v. 26. idest, primus inter primos. Quo sensu in *Lucull.* Cicero infit : *Sapientes solos esse Reges.* Sæpe pro Principe. Psalm. 143. 10. *Qui das salutem Regibus.* Virgil. 8. *Æneid.* v. 12. *Et fatis Regem se dicere posci* : Propert. lib. 4. Eleg. 4. v. 21. *Obstupuit Regis facie.* Lucan. 3. v. 29. *Regesque silentum.* & 6. v. 741. *Regem noctis ames.* In quacunque vocis acceptione insignis Salomon, & *Rex & regnans. Præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium.* 3. Reg. 4. 30. & 1. *Paralip.* 29. 25. *Magnificavit Dominus Salomonem super om-*

Acceptiones vocis Rex.

Dio Chris.

Plutarch.

Rex non per potestatem, sed per legem.

omnem Israel, & dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum Rex Israel. Facit hæc formula Reges: hinc Ausonius *Edyll.* 5. v. 24. ait:

Qui rectè faciet non qui dominatur erit Rex. Auson.

In his gestis claret regimen Regis, atque gloria regiminis. *Antigonus* (refert Plutarch. in *Apophteg.* & ex illo Erasm. *lib.* 4. *num.* 8.) *cuidam dicenti: Apud Reges omnia honesta: sunt per Iovem, respondit, Barbarorum Regibus: nobis verò honesta sola, quæ honesta;* Plutarch. *& iusta, quæ fuerint iusta.* Hoccine elucet esse Regem & regnare. *In iustitia regnabit Rex.* Isai. 32. 1.

34 Rex utique non est, qui proterit iustitiam & non gloriam regni quærit, sed propriam. *Tyrannus autem á Rege distat factis, non nomine: nam & Dionysius Maior iuré meritóque præferri multis Regibus potest; & L. Sullam appellari tyrannum quid prohibet, cui occidendi finem fecit inopia hostium?* Ita astruit Senec. 1. de *Clement.* cap. 12. Assentationibus & potentia potestatis extra se rapiuntur. *Sic enim magna patentiá potiti* (infit Plutarch. in *Agid.*) *ad manifestam deducuntur insaniam, quoties non ipsum bonum, suaptè naturà glorioſum; sed quod maximé glorioſum sit, id quoque maximè glorioſum esse sibi persuaserint.* Taxat Seneca in *Octav.* à v. 431. describitque graphicè Claudian. de *Bell. Gildon.* à v. 161.

Senec. *Vnde Princeps efficiatur tyrannus?* Plutarch.

——— Pars tertia Mundi
Unius prædonis ager: distantibus idem
Inter se vitijs cinctus. Quodcunque profundæ
Traxit avaritia, luxu peiore refundit.
Instat terribilis vivis, morientibus hæres,
Virginibus raptor, thalamis obscœnus adulter,
Nulla quies: oritur prædà cessante libido, &c.

Claudian.

Virtus abdicitur, ubi ultra ius regnum regitur. *Virtus subiectorum ingrata imperantibus*: ait Tacitus in *Agricol.* cap. 31. Haud glorioſum, quod glorioſum; sed quod lubitum. Tacit.

Magne Pater Divùm sævos punire tyrannos. Pers.

Ipsi regnaverunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognovi: ait Dominus per Oseam, 8. 4. ipsi, quos elegi in Reges, regnarunt, sed non fuerunt Reges; quia ipsi regnarunt, cùm deberem regnare per illos. Ut regnarent Reges, ius erat respicere leges: regnumque erat sine Rege, quippe quilibet Rex illorum sine regimine: quandoquidem haud utuntur legibus, sed abutuntur. Indicat Christus Matth. 20. 25. *Scitis, quia Principes Gentium dominantur eorum; & qui maiores potestatem exercent in eos.* Splendet tyrannis in proprietate vocis: igitur Principes non regnant, sed fastosè imperant, exercentes inter subditos regimen duntaxàt quoad potestatem & turpem dominationem. Vividiùs apud Marcum: *Scitis, quia hi qui videntur principari Gentibus, dominantur eis.* Non principantur, sed videntur principari; quia quod in regimen iubere debebat principatus rationis, indicabat tyrannicè dominatio potestatis. At hoc in Didascalijs 1. & 2.

Ose. 8. 4. 3. Reg. 11. 31. *Rex ratione potestatis solummodò larva Regis.* Marc. 10. 42.

35 Dotes principis egregij sunt affabilitas & maiestas, ita comites ut nihil vicissim sibi derogent: etenim affabilitas sine maiestate erit facilitas, auctoritas autem exule gratiâ fastidiosa severitas. Cato Censorinus amplexus utramque, quanvis disiunctim. *Facilis subditis visus* (ait Plutarch. in eo) *alia ex parte gravem & elatum se gerebat: nam ad ea quæ ad iurisdictionem suam privatè pertinerent, exorabilis: at in his quæ ad imperium spectarent, adeo severus & integer fuit; ut nunquam populi Romani maiestas illis terribilior, nunquám charior extiterit.* Haud aliter Salomon Rex erat & regnabat: regnabat in cordibus gratiâ, atque Rex erat sapientissimâ iustitiâ, quibus omnem Israël in sui admirationem placidissimè allexerat. *Habeo* (dixit) *propter hanc, claritatem ad turbas; & honorem apud seniores iuvenis: & acutus inveniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies Principum mirabuntur me.* Hæc enim scientia, ut ait ille v. 7. *Sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem.* Sic igitur cuncta animo & oculis versans Regina Saba, *non habebat ultrà spiritum.* 3. Reg. 10. 5. Omnia in eius regimine mirabilia, sed ipse magis. *Qui domum nostram intraverit* (infit Stoicus Cordubens. *Epist.* 5.) *nos potiùs miretur, quàm supellectilem nostram.* Unde de Cleomene profert in eius *Vit.* Plutarch. *Cùm tamen Rex dici simul & haberi vellet, non purpuram, non laticlavum, non triclinjorum aut sellarum ingentes apparatus ingredientes conspiciebant; non lictores, aut ianitorum turbam, non scribarum multitudinem, qui diù, multumque rogati, vix tandem per literulas respondere dignantur; sed ipse brevi tunicâ* Plutarch.

Comites throni maiestas & affabilitas. Sapient. 8. à v. 10. Senec.

Gloria regis, posse ferre regni gloriam.

amictus, ultrò sese venientibus offerens, aderat, petentibus comiter benignèque respondens, summàque humanitate & loqui & audire paratus. Verùm quid? Secùs Salomon. Ostendit Reginæ domum, quam ædificaverat, cibos mensæ, habitacula servorum, & ordinem ministrantium, vestesque, &c. ibid. v. 4. An non gloriosè? Gloriosè utiquè. Dedit Dominus Salomoni latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in litore maris: & divitias, opulentiamque Reginæ exoticæ ostendit; quippe ut ait Seneca, quò nuper, *Infirmi animi est, pati non posse divitias.* Ita igitur constabat, quòd esset Rex & regnaret.

Senec.

Delr.

Hoc quisquis poterit, licebit illi,
Fortunam moveat loco superbus.

Dotes Salomonis.

Ut ait Delrius in Senec. *Thyest.* v. 365. Quicquid munerum Regem regnantem illustrat, Salomon gloriosè in regimine tenet. Audi Claudian. in *Nuptijs* Honorij & Mariæ, à v. 326.

Claudian.

Contigit senij gravitas, viresque iuventæ.
Utraque te cingit proprijs insignibus ætas.
Ornatur fortuna viro: non ulla nocendi
Tela, nec infecti iugulis civilibus enses.
Non odium terrore moves, nec frena resolvit
Gratia: diligimus pariter, pariterque timemus.
Ipse metus te noster amat, iustissime legum
Arbiter, egregiæ pacis fidissime custos,
Optime ductorum, fortunatissime Patrum,
Plus iam, plus domino cuncti debere fatemur.

36 Notandum tandem de Rege Salomone dici duntaxàt Regnare, quod est generícum: non imperare, quod specificum. Pacificus erat Salomon, quia in diebus eius iustitia & abundantia pacis. *Salomon imperavit in diebus pacis.* Unde in regno seu regnans dicitur *Rex* & nequaquàm Imperator: siquidem Imperator, vel Dux est ductor exercitus, cui rei militaris summa creditur, tam apud Græcos, quàm apud Romanos, ut videri est apud Plutarch. in *Vitis Illustr.* Patet munerum discrimen: igitur pacificus Numa renuens Romanorum regimen, dixit Legatis: *Non futurus Rex in ea urbe, quæ Imperatore magis, quàm Rege opus haberet.* Ita Plutarch. in eo. Imperatores profectò fuere Ioab & Abner, alijque multi, & tamen non fuerunt Reges: primi Romanorum Reges fuere simul Reges & Imperatores. Super Israëlis regnum uti caput Salomon & Rex regnabat, cæterùm tanquàm Imperator non regebat: habebat enim Banaiam super exercitum. 3. *Reg.* 4. 4. Absolutè munus erat Regum iudicium quoad civilia, ac directio quoad militaria: hoc intuitu Regem Israëlitæ petentes dixerunt Samueli: *Rex erit super nos, & iudicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.* 1. Reg. 8. 19. 20. ideo dicebantur Præsides, Præstites & Antistites, Marte & Minervà, galeà & togà, & in expeditionem exercituum, & in iudicium fatale causarum. Unde Ovid. ad *Liviam*, v. 13.

Eccli. 47. 15.

Plutarch.

Discrimen Regis & Imperatoris.

1. Reg. 8. 20.

Ovid.

——Exemplum invenis venerabile morum:
Maximus ille armis, maximus ille togâ.

Salomon Rex pacificus.

Hinc sensus perspicuus testimonij sacri. Haud Salomonis gloria inextricabilia bella. Arcum conterit, arma confringit; quia in pace sunt omnia quæ possidet. *Erat autem Rex Salomon regnans.*

Lucan.

Laurea facundis cesserunt arma togatis;
Armorumque decus.

Canit Lucanus *Panegyr. Pison.* v. 36. Haud mutæ iacent sine vindice leges sub sapiente Salomone.

Idem.

——Nec enim si bella quierunt
Occidit & virtus: licet exercere togatæ
Munera militiæ: licet & sine sanguinis hausta
Mitia legitimo sub iudice bella movere,
Hic quoque servati continget gloria civis:
Altaque victrices intexunt limina palmæ.

Ruth. 1. 1.

Ultima expositio.

37 Ex huiusmodi expositione micat alia in principalem Tautologiam. Ita ergo dicitur: *In diebus unius Iudicis, quando Iudices præerant.* Qui summam rerum in Republica habebant olim dicebantur Præsides; quippe non solùm præsidebant in curijs,

sed

sed in castris ; regebantque populum tanquam Reges, & tanquàm Imperatores : uti Reges causas iudicando, vel Imperatores in fronte exercitus contendendo. Hoccine plausu blandimen Imperatorum. Vidimus ex Ovidio, num. 23. Iterat sæpe vocem Martialis, *lib.* 8. *Epigram.* 80. dicit Domitiano:

Munus Iudicum Israel, Regum & Imperatorum.

Sic Priscis servatur honos te Præside templis:
Et casa tam culto sub Iove Numen habet.

Martial.

Idem eidem, *Spectacul.* Epigr. 2. *lib.* 6. 2-9. 19. & Nervæ, *lib.* 11. *Epigr.* 2. Plin. *lib.* 7. *cap.* 16. *Sub Divo Augusto Præside*, dixit, pro Imperatore : cuius signum Sella Regia inter duos Cos. ut aiunt Dio, *lib.* 53. & 54. ac Herodianus in *Commod.* Sic igitur dicebantur Præsides, quia illorum dignitati duplex adhærebat munus ; ut Roma sibi blanditur, electo Traiano in Imperium, apud Martial. *lib.* 12. *Epigram.* 8.

Plin.

Cur dicti Præsides?

Terrarum Dea, Gentiumque Roma
Et fortem, iuvenemque, Martiumque
In tanto Duce militem videret,
Dixit Præside gloriosa tali.

Idem.

Pariter de Iudicibus Israël dictum meritò *Præërant*; quia Imperatorum & Iudicum fungebantur officio. Potentes vocabantur Reges, fortes Imperatores. Utrumque Iudices Israël; etenim uti Reges, & Imperatores erant fortes & potentes. Hinc in iudicio Dearum Paris perplexus cogitabat, apud Ovid. *Epist.* 15. v. 79.

Regna Iovis coniux, virtutem filia iactat:
Ipse potens dubito, fortis an esse velim.

Ovid.

Utroque munere præstabant, qui in Iudicum dignitate sacro populo præërant.

38 Variæ sunt versiones principalis pleonasmici testimonij. *In diebus unius Iudicis, quando Iudices præërant.* Pagnin. & Hebr. *In diebus, in quibus Iudices iudicabant.* Tygurin. *In diebus Iudicum iudicantium Israël.* Chald. *Et fuit in diebus ducere Iudices.* Maluend. *In diebus iudicare Iudices. In diebus iudicare Iudicum.* Alij apud eum : *Cùm iudicaret Deus, ideſt, puniret.* Haye, *Tempore, quo præërant Iudices.* Aliquid in effugium districti divini Iudicis, auribus ingeramus ad mores.

Varietas lectionum.

AGINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

1. *In diebus unius iudicis, quando Iudices præërant.* Nullo modo, dum præsides iudicabant, ut fieret in iudicio iudicium rectum sine ullo præiudicio causarum : equidem cùm Iudex iudicet legum tenore, præses dignitatis lege ; haud debet præses iudicare imperio, sed præëssse in tribunali iudicio.
2. *In diebus, quibus Iudices iudicabant*, quando præërant. Quorsùm iudicum iudicium, si signatur ministerium ? Ut clareat iudicium, vel non iudicium: etenim nullum iudicium in iudicis munere, si iudicium sine lege.
3. *In diebus, quibus Iudices iudicabant.* Quando iudices non iudicant ? Quando iudicum venerabile munus depravat cordis affectus. Non iudicum, sed rationis debet esse iudicium : igitur si in iudicio iudicantium non intervenit ratio ; iudicium profectò iudicum sine iudicio.
4. *Iudices iudicabant.* Ignorat amor iudicium, sed cordis ingratitudine exercet quod nunquàm discere voluit. Constat ex criminum indulgentia, quanta ab amore concipiatur ira : diciturque de iudice iudicium, iudicis nota ; ut Dei amore parcentis reformidetur clementia : igitur in despicientes gravius iudicium formatur ; dum non videtur efformare iudicium.

DIDASCALIA I.

Nihil potest Princeps, si quid ultra leges potest.

1 MOrales discat gnomas, quem excerebravit prurigine folij miseranda potestas. Verùm stulti difficilè corriguntur. Serò sapiunt Phryges, seu nunquàm sapiunt. Nil mirum : habent cauteriatam cutem, imò faciem ; quippequàm nullo tempore, locovè ruboris colore affecta, etsi impleatur & repleatur pro meritis ignominia. Duntaxàt concolor est adiatrephia, intendens scire, quasi in blandientis

Præses infatuatus potestate dignitatis.

tis poteſtatis delicium, quò poſsint extendi fortuna & patientia ſubditorum. Vox Neronis, apud Senecam, in *Octavia*, v. 570.

Senec.

Libet experiri, viribus fractus meis
An cedat animis; temerè conceptus furor.
Liceat facere, quod Seneca improbat.

Haud reſpiciunt circunſpectam legem, ſed à fortuna collatam cæcutiente dignitatem; à cuius faſtigio, minoris, pictrice phantaſiâ (quippe elatio ſtulti & effrontis ſumma) totum pondus legis, lumenque rationis, ſeque propellunt deſipienter præcipites. *Excitari quoſdam ad meliora magnitudine rerum, hebeſcere alios*, infit Tacitus lib.

Tacit.

3. *Annal.* cap. 69. *Ipſa enim altitudo attonat ſumma*: dicit Seneca *Epiſt.* 19. Suſpicioſa prorsùs iuris diſcretio, quæ procedit ab attonito: ipſique nanciſcentes dignitatis faſtigium, proijciunt imperio cerebrum; quo non apparent principes, ſed ſtudiosè furentes: equidem dum cerebrum in iudicium poteſtate vacuum, vacuum profectò iudicium. Quid ex iudicio præcipiti? Inſolentiæ fomes ſine ſigno vel levi reſipiſcentiæ, ut ſubditi etiam attoniti vel deliria plaudant, vel timore acerbitatis nec hiſcant. Hos delectat ſuperbiæ ſuæ longum ſpectaculum: minuſque ſe iudicant poſſe, niſi diù, multùmque ſingulis, quid poſſunt, oſtendant. Accinit Mantuanus, *Eclog.* 6. v. 208.

nit.

Mantuan.

Qui verò populis præſunt, homineſque gubernant,
Quò plus iuris habent, quantóque licentia maior,
Inſanire ſolent tantò amplius.

2 Accidit hiſtoria Ruthidis, in *diebus unius iudicis, quando iudices præërant.* Si officium, munuſque Præſidis eſt præeſſe, & iudicis iudicare; cur non dicitur: *Quando Præſides præërant*, vel *iudices iudicabant*; ſed duntaxàt munijs permutatis, *in diebus, queis præërant Iudices*? Ut conſtet in iudicio iudicium rectum ſine præiudicio neque diſpendio cauſarum. Iudex iudicat legum tenore, Præſes dignitatis lege. Iudex iudicat iudicio, Præſes imperio: & licèt Præſes in tribunali iudicare debeat illique iudicium competat, iudicare debet ut Iudex, & non ut Præſes; quia tunc iudicium legitimum formâ iuris, & non iudicium de plenitudine attonitæ poteſtatis. *Minui iura, quoties gliſcat poteſtas*, aſtruit Tacit.

Ruth. l. 1.

Cur præſes tribunalis non debeat iudicare tã. quam præſes

Tacit.

3. *Annal.* cap. 69. etenim cùm iudicium Præſidis non ſit iuxta legum rationale iudicium, ſed iuxta lubidinis inſolentis propudium; ab illiſque iudicetur maieſtatis iniuria, ſi ab illorum animis devient meritò ſuffragia: iuſtitia cauſà cadit; quoties poteſtas in Præſide gliſcit: Præſes quippe cauſam conatur expedire iuxta legem maieſtatis, cui omninò contraria maieſtas ſumma integerrimæ legis. *Ordinata magis ut poterat, quàm ut debebat*: inquit Florus de Triumvirato poſt mortem Cæſaris, *lib.* 4. cap. 7. Aliud debebat facere, & aliud poterat fieri; miſtaque igne atque ſanguine cuncta, à ſacriſque indiſtincta profana, amicitia ſine fide, pectora plena fraude, ac iugulum vulneratum innocentiæ; quia ordinata Reſpublica præut violentia Præſidum poterat, haudquaquàm præut ſupremum tribunal iure debebat: equidem nunquàm Reipublicæ gravior contagioſa clades, quàm dum iudicia ex voluntate malitioſa Præſidis: lues utique, ubi quod debet fieri indicto iure, fulminatur pro lubito à furente poteſtate.

Florus.

Dum poteſtas gliſcit, legum auctoritas cadit.

Cui plus licet, quàm par eſt; plus vult quàm licet.

Publ. Syr.

Dicit Publ. Syrus in *Mimis*, v. 191. Non enim cui licet illicitum, & plauditur vituperium, placatur facilè, ni velit ultra quod licet: igitur ſine turpitudine prolubij, quam deaurat auctoritas, cadit ſplendore auctoraminis poteſtas. Huic propoſito Nero, ut refert in eo, *cap.* 37. Sueton. dicere ſolebat elatus, inflatuſque tantis velut ſucceſsibus: *Neminem principum ſciſſe, quid ſibi liceret*: etenim modò ſicut ille expertus fuerat, ſciret; haud operaretur præut licebat, ſed præut poterat. Non enim decebat tyrannum, auctorantem imperium, poteſtatem dependere à lege, ſed leges à poteſtate: quandoquidem principi moderatori indecorum, plus prævalere iudicium; ſimulque maieſtatem iuris dedecorare maieſtatem imperantis.

Maiora audebit, cui pravum licuit.

Sueton.

3 Nolunt igitur, imperare leges, ſed cordis læſi affectiones: quare cùm affectibus pravis opponantur iura; averſantur è corde ſibi contraria. Quicquid vel iniquè deſideratum; quia ſibi placitum, arbitrantur ut iuſtum, cùmque ratio affectione depravetur, & cerebrum prolubio poteſtatis pervertatur; uti iuſtitiam infatuati cogitant, quicquid attoniti maieſtate delirant. Quid ſi aliquis infeliciter indignum Præſidem regimine iudicaverit? Iudicij rationalis pœnas ſine merito luet; quoniam etſi cognoverit evidenter indignum, haud violenter captivavit in obſequium diabolicum intellectum. Furit, quia ut ſeſe videt, qui cognovit non cognovit. Conſiderat & obſervat peccator iuſtum, & quærit mortificare eum. Struit tricas, machi-

Vnde infamia & infatuatio?

chinatur technas, molitur offendicula, cogitat diſcrimina varia; ut illius vel apparente dedecore, ipſe appareat ſplendore ficto dignus cacumine. Unde cùm demonſtrari congruat dotes præclaris inſtrumentis, haud cuniculis & dolis; non conſiderat vecors, intendens ſeſe extollere faſtigij dignum & aptum, actiones ipſas ut fatuas manifeſtare indigniſsimum. Cùm virtus ingenità prudentià ſemper in procinctu ſit, ut cataphracta; eludit ridens ignea diaboli tela: verùm ultor adhuc permanet in malignitate ſua, impoſturis & arte; & ſagittet in occulto rectum corde. Publicitus cadit voto, quippè immeritò cordolium, vel ipſi furenti videtur indignum. In occulto ſagittandum, ut ſanguine gaudeat judicium altà mente repoſtum; haud quia devium à profeſsione veritatis, ſed quia non arridet fatuitati regentis (ſi ſibi ultori etiam diſplicet, cui næ placebit?) & indignitati dominantis. Ulyſsis utendum eſt arte, non Achillis fortitudine. In occulto ſagittandum, ut virtus cadat. Virtus, an dolus quis in hoſte requirat? Vafro ſervetur ſub pectore vulpes: & ita ſutela aptetur, fraus denique ſtruatur: ut impetretur & impetretur vindicta ſine imperantis concupientis nota.

Ars doloſa pro vindicta.

Mich. 7. 1. Hebr. 4 *Væ mihi* (exclamat Michæas) *quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ.* Hebr. hìc paſsivè accipit, dum Propheta de ſuis calamitatibus dolet: equidem iudices, quos arguebat, non habentes quid de illo dicerent; ſcrutabantur uti vindemiæ analecta, quid imponerent? Vividè Hiſpanicè: *Andaban conmigo à la rebuſca.* Hinc *Væ mihi* dicit & iurè, peſſundatà his in quiſquilijs dignitatis tanti prædicatoris auctoritate: equidem quaſi non noviſſent veritatis expoſitæ acerbitatem; habebant quaſi uvam dulcem. Vernaculè: *Le miraban moſcatel.* Lamentabile prorsùs, quòd qui à Deo mirificè inſtructus, haberetur poſt vindemiam uva apiaria, papellardus. *Perijt* (inſit) *Sanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt. Omnes in ſanguine inſidiantur: vir fratrem ſuum ad necem venatur. Malum manuum ſuarum dicunt bonum.* Unde tanta & horribilia? Tantùm ab unica cauſa. *Princeps poſtulat & Iudex in reddendo eſt: & magnus locutus deſiderium animæ ſuæ, & conturbaverunt eam.* Hìc obijciuntur Iudex ordinarius, & Iudex ſupremus. Iudex & etiam princeps, qui iudex iudicis. Conſtat quòd hic poſtulat, & ille reddat: at quid ille poſtulat? Omnia & nihil. Omnia quia bona ſubditorum cuncta: & nihil, quia rapacitas ſub ſilentio celanda. *Poſtulat princeps, aut extorquet potiùs ab inferiori, ita tamen ut ſuum nomen à fraudis ſuſpicione & á publica reprehenſione tueatur*: ait Sanctius hìc *num.* 11. additque: *In his numerari poſſunt, quos iudicandis cauſis rex ipſe præfecit, aut qui Reipublicæ adminiſtrationi præſunt; quibus ea lege tradita eſt adminiſtratio publica, ut regio fiſco non minus quàm publicæ utilitati ſerviant.* Docuit inſignis magiſter, ſed auctodidactus Nero; de quo Sueton. cap. 32. *Nulli delegavit officium, ut non adijceret: Scis quid mihi opus ſit: & hoc agamus ne quis quicquam habeat.* Felix profectò tempus, quo extra vindictam iniquus; iuſque à principe datum, quo liceret furtum! Patet utique præcipientis tyrannis, ex huius formula iuris.

Verſ. 3.

Sanct.

Error eſt, tutum iudicare Superiorem, ubi nihil à ſuperiore tutum.

Sueton.

5 Altius propoſitum Didaſcaliæ pro acerbitate Micheæ. Veritas prædicationis illius momorderat iudicis principis animum, qui illius afflictione volebat curare morſum. Sine vindicta rumpebatur pectus aſpidis: haud facilis ultio, quippequàm ſermo plauſibilis: quin etiam ſine effugio malè audiret, quòd vomicam ſanie coctà poteſtate oſtenderet; decerneretque ut flagitium, plauſus atque plauſus gratulantium. Aliquid molitura calliditas, quo proteratur veritas, & conſervetur auctoritas. Tradatur minori iudici, immediato ſuperiori, cum recommendatione afflictionis innocentiæ; & ni fecerit ſub indignatione ſuperioris iudicis, promiſsà ſanatione frangendæ cuiuſvis legis, ut ſpe impunitatis haud reſiliat à crimine, perſiſtatque intenſiùs ex metu amiſsionis gratiæ; ne cum illo inſtructis teſtibus fiat, quod per illum Superior cum alio facere cogitat. Nulla eſt cauſa: tantùm ira. Non eſt jus, & tamen fit. Iudex cognoſcit? Cognoſcit: tamen ſi princeps poſtulat, reddet, diſponens quòd iuſtus cadat; duntaxàt quia princeps poſtulat. Clariùs. Iudex & iudex eſt, quin ſit de quo uterque iudex, cùm non ſit niſi virtutis cauſa, ab utroque imitanda, non proterenda. Princeps poſtulat innocentiæ iugulum, innocentia patrocinium. Ille iure ſine ullo ultionem privatæ offenſæ. Iudex inferior cognoſcit, nil eſſe cauſæ; ſed pendet à Superiore, à cuius gratia, vel irritatione manat eſſe vel non eſſe: imò, vivere ad legem, vel ad libitum vivere: *Væ* que *mihi*, dicit Propheta, dum inter duos tyrannos verſatur pendula vita; quippequàm iudex, ubi à Superio-

Pactio inter Præſides abominabilis.

riore pendet, faciet contra fas per nefas & quicquid iusserit. *Postulat.* Perpropriè vox, & impropriè, quia non lex. Postulare est iure petere. Adi Vallam lib. 5. *Elegant.* cap. 58. Quodnam ius, si nullum instat? Quia princeps *postulat*: cùmque eius imperium lex, etsi non fas (quoniam iubent, quæ placent, ubi contra leges iubent) sufficit Superioris postulatio, in iudicis fatui, ac turbulenti inferioris iudicio: equidem si non potestate inviolabilis iuris, secure furit iure sacro Superioris potestatis. Est ius & ius, est lex & lex. Iuris iudex inferior observabit tenorem, ni Superioris lex iusserit ultra legem; quippe tunc haud valent leges iuris, sed ius principis. Unde inter legem & legem, vitæ propriæ promit Vates afflictionem; quia gravior nulla in Reipublicæ formulà, quàm videri ab inferiore iudice, non quid lex iusserit, sed quod Superior contra legem postulaverit. Vide *Tautol.* 8. *Didasc.* 3. *n.* 12.

Quid sit Postulare?

6 *Et magnus* (infit) *locutus est desiderium animæ suæ.* Hic *Magnus* pro *Maior*, positivus terminus pro comparativo, uti latè dicemus, *Tautolog.* 9. *num.* 10. Similiter & pro *Quia*, particula exegetica, seu rationali. Quare sensus auctoritatis est. Princeps postulat, & iudex in reddendo est; quia maior & superior expressit illi vehemens desiderium vindictæ, quod in animam habebat occultum, ex offensionis gladio pertranseunte & usque ad animam. Postmodùm dicemus conventionis effectum, modò ex textu persecutionis modum. *Perijt*, inquit, *sanctus de terra, & rectus in hominibus non est.* Viri sanè recti & multi: quomodò nullus? Quoniam Prælatus infensus: consortes essent afflictionis sacri prædicatoris, modò exprimerent displicere iudicum iniquitates; ni plauderetur uti iuris rectitudo, iusti iniqua persecutio & tribulatio: nullusque in hominibus rectus extitit quanvis iniuriam cognoverit; quoniam propter persecutionis superventuræ timorem, miserè relinquebant & iudicij & rationis rectitudinem. Iudicum iniquorum intentum; habere in persecutionem, rectorum quasi ex consortio suffragium; quippe tacitè causa approbatur, ubi à rectis non despicitur. Volitabant ambitus & amor proprius, promittentes ex silentio vanitati montes aureos. Hinc ex reprobatione iudicum tædium, hinc ex approbatione, licèt iniquitatis, lenocinium. Hinc cruciamen, hinc blandimen, ambitione in magna pro gratia Superioris urgente, & amore sui pro benevolentia viscera quasi sensim titillante. Unde queritur Propheta, nec unum esse ex hominibus rectum, neque facientem bonum usque ad unum; quippè Vatis cognoscentes innocentiam, iudicum in consortio prætermittebant iniuriam, ne Superiorum facilè amitterent gratiam. Liquet. *Filius contumeliam* (inquit) *facit patri.* Moram haud expectat in dedecus. Aliter non esset filius magnoperè ingratus. Consulit sibi, non patri; qui illi maximoperè & multoperè consuluit: respexit in Superiorum æstimabile obsequium: tametsi vel sibi erga patrem videretur indignum; quòd pro plenissima continuàque gratiâ, qui pater toties, afficeretur iniuria. Qui patri non pepercit, cuinam parcet? Haud meditatus duntaxàt iniuriam, sed contumeliam, qua magis deturpatur honor, & supploditur favor. Non hostis faceret, in quod vel filium lenocinium impulit: igitur spes vana ita perturbavit animum, traduxit & sensum; ut minimè erubesceret sese profiteri illius infestissimum hostem, quem sæpe confessus fuerat vigilem & amantissimum patrem. Cui honor patris abdictus, planè proiectus.

Positivum pro comparativo & pro Quia.

Vers. 6.

Ingratus in patrem, ingratissimus.

7 *Omnes in sanguine insidiantur:* subdit Michæas, ut palàm fiat Superiorum calliditas. Præmia iniquitatis alliciebant cumulum persecutionis; ut magis mereretur, qui magis demerebatur. Ut iniquè agerent laborabant, & minimé fatiscebant; quoniam pro potiundo voto, valebat & prævalebat ipsa iniquitatis lassitudo. An aliquis ex his rectus? Profectò nullus. Obijcitur munus concessum arti,

Vers. 2.

Iusque datum sceleri.

Lucan. 1. *Phars.* v. 2.

Claretque quanta in innocentiam clades, & adulationis glischentis misera lues; dum Propheta dicit *Omnes*: etenim mirabile quòd in uno vires essent, omnes ubi persecutionem excitarent. *Omnes insidiantur.* Ubi insidiæ pro criminibus, nulla sanè cognoscuntur. Haud eget dolo, cui peccata sub aspectu. Cognoscitur morum integritas à tendentibus insidias: verùm tanta malignitas subditis, & acris aviditas cordi venenato Superioris; ut servirent mœstissimæ complacentiæ, quæ ab omnibus ipsis cognoscebantur insidiæ. Non solum *Omnes*, non tantùm *Insidiæ*, sed *In sanguine*: Proh dolor! An vitæ alexipharmacè medicamentum patientia? Solummodò Dei gratia, ubi nec ipsa in vitam medicamina tuta. *In sanguine.* Horror profectò, vel furor. Ita. Foris pugnæ intùs timores, quin haberet requiem caro, quia

Placèt Præsidis malignitati in innocentem, subditorum insidiæ.

Ambitus & amor proprius mirifici embolismæ.

quia commota persecutio! Ars est indignatæ potestatis, atque iudicis potentis, intendere subdolè innocentiam mori, non occidi. Haud computatur, quòd interiùs crimen, sed quòd non habeat speciem. Unde Propheta non tantùm dicit *Insidiantur*, sed *in sanguine*; quippe sine Dei timore, neque quiescent, nec desistent, quousque imposturis innocentem suffocent.

Vers. 2. Sanct.

8 Adhuc idemipsum, sed alio modo: *Vir fratrem suum ad mortem venatur. Vir*, ideſt. *Quilibet*: ait Sanctius, *num.* 8. Elucet potentia dominatoris, iniquè agentis, & procacitas blandimine impudentis inferioris: igitur ita mores pravos imperium tacitum instat; ut in honorandi opprobrium quilibet audeat. *Quilibet*. Vatab. *Homo sordidus*. Dialecto nostrà, *Soëz*, *Canalla*: fex utique bipedum. *Homo nihili*: Pagnin. quasi minutuli, quisquiliæ quisquiliarum. Gallaicè: *Faragullo*, igitur minuta folia, venti spolia, seu ludibria, dicuntur *Faraguliñas*. Unde Nævius in *Tegularia*, protulit.

Vir pro homine vili, vulgi fæce.

Nævius. *Abi quisquilia, non homo.*

Cicer. Plaut. Qua metaphorà homines corruptis moribus à Cicerone lib. 1. ad *Attic.* Epist. 8. & Orat. pro *Sextio*, vocantur *quisquiliæ seditionis*. Phrasis frequens apud Plautum. In *Curcul.* Act. 3. v. 18. *Reliquiarum reliquias*. In *Cistell.* Act. 5. in fin. *Reliquum relinquitur*, & in *Mostell.* Act. 1. scen. 1. v. 77. *Reliquiæ relictæ*. Exprimitur innocentis gravius dedecus ex sordidis offensoribus. Iniuria maior, quò iniuriosus minor: cuiuslibetque minutuli bipedis, quadrupedis indicat Propheta figuram; ut simul demonstret innocentis contumeliam: siquidem non ita homini probo sensibile dedecus, ni faceret homo sordidus. Inhiabat Superioris complacentiæ, & iudex inferior superiori dignitati. Haud aliter obtinere quibat, qui quadrupes claudicabat. Adulatione impetrare conatur, quod moribus demeretur. Instat, ne iustus, ac rectus Superior veniat, & unicuique iuxta opera tribuat: equidem iniquissimus stipulatam haud habebit dignitatem, modò prætermittat huius fortunæ occasionem. Indignus dignus factus, quippe ab illo afflictus iustus, intuitu amplioris mercedis ex approbatione perpetratæ iniquitatis; pignoris prætiosi in superius munus, quod renueret nisi indignus. Tunc enim probitati maior iniuria, ubi ab indigno sustinuit indignè opprobria: igitur ultra non est, si despicit, & proculcat honoratum homo non homo, homo nihili & ad nihilum.

Iniuria deterior, quo iniuriosus vilior.

9 *Fratrem suum*, subdit Propheta, *& ad mortem.* Ad mortem fratrem!

Claud. 1. in Rufin. v. 230.

——*Non pignora cæsa*
Sufficiunt odijs? Non exstinxisse propinquos,
Non notos egisse, sat est? Extinguere cives
Funditùs, & nomen gentis delere laborat.

Cant. 1. 6. Ita tabescit Sponsa. *Filij matris meæ* (inquit) *pugnaverunt contra me.* Idem in utrumque à fratribus odium, sed propositum diversum. Illa iacet in amaritudine; quoniam vinea regiminis, illius molli custodiâ, sine custode: & hic sustinet immeritò contumeliam; quoniam custodivit vineam: igitur vigilando cepit vulpes, fructus vineæ fraude ac fraude demolientes. Illa custodia ægrè ferentibus culpa, quæ excitavit fratrum odia. Qui contrarius operibus, semper odiosus. Unde custodita vineâ in aversionem fratris transierunt merita; quoniam totius indignationis fomes, haud alia causa, nisi quia cognovit vulpes: simulque etsi in contraria nitantur, inhibuit, quod vagarentur. Sponsam custodem vineæ dilectio fraterna posuit; sed illa non custodivit. Quo pacto non custodivit, si custos? Quia fœminæ mollis custodivit affectus, indulgendo prava; tendentibus vitibus in peiora: illaque custodiens non custodivit vineam, estò exhibuit vigilantiam; quippe fecit indulgendo, quod debebat resecando: ac in fratrem odium immortale pertransivit; quoniam illo custode, tempus profectò putationis advenit. Soror impugnatur, & frater usque in mortem percutitur. Inolevit odium vulpium. Nil mirum: creverat odium; quia cognoverunt in regimine fratrem, qui vulpes pridem experti fuerant fororem. Ex utroque extremo processit ac procedet in vulpibus indignatio: etenim cùm reluctent regimen cuiuscunque generis; semper incumbunt & audacter querimonijs: si custos custodit, aversantur, quia custodit: si non custodit, quia indulget; demolientes vulpes vineam, igitur in observationem, & nequaquam propendunt in observantiam. Frater ergo in custodiam vineæ assumptus, conciliavit omnium plausus, quasi descendens de cœlo. Si ita prorsùm, unde in fratrem indignatio? An quia frater, & non custos? Volatilis planè affectus, quo ignorarent uti fratrem, quem habuerunt Superiorem. Intuitus sanequàm altior, dum excanduit ita furor. Succedente novo vincitur omnis amor. Hinc virtus trahit, illinc ambitio per-

Rectitudo iusti semper suspiciosa iniquitati.

Ibid.

Malitia vel ex oppositis querula.

pertrahit. Dum impendit voluntas iniqui Superioris, deturpatur ſpecioſitas virtutis. Dependentia facit, quod nec phrenitis concepit: & in mortem fratrem quærunt, quanvis indignum vexatione reſpiciunt; quippequàm ſucceſſori ſuave mulcimen, quòd irruerent in fratrem, quaſi in hoſtem.

Complacentia tyranni, unde?

Ibidem.

10 Modus ſutelæ deſcribitur à Propheta vigili voce. *Fratrem ſuum quilibet ad mortem venatur.* Dum intenditur in innocente pravitas, clareſcit operationum integritas: igitur fatetur nec umbram criminis eſſe, quiſquis ſtudet criminum venationi: non enim uti venator quæreret, quod fortè occurrerit; ſi crimen haberet. At quænam venatio criminum? *Ponere fratri offendiculum* (dixit Doctor Gentium) *vel ſcandalum.* Occaſiones diſponere, decipulas tendere, urgere in laqueos, impellere in dolos, ut oſcitanter offendat, etſi non cadat: equidem cecidiſſe clamabitur, atque teſtibus venatoribus aſtruetur; quoniam in ſtrictam diſcuſsionem criminis, iudice complice, ſufficiunt accuſationes. Idem reapsè ſcandalum & offendiculum: quare ergo quæ idem quaſi non idem ſignantur? Latet ſecretum. Scandalum eſt actio prava, animæ ruina, de qua horreſcit, qui probus zelo legis. Offendiculum eſt obſtaculum, ne ultrà procedat, qui procedere cogitat. Aſtu extruenda iuſti meditata venatio, ſcandalo & offendiculo. Si non offendit in ſcandalo, vita utique ad lubitum: ſi offendit, aliquod loquetur verbum, ex quo occaſio, ut cadat in accuſationem, eſtò non cadat in crimen, ſcandalumque vafrè & offendiculum ponunt; quia nullum illi cognità venatione offendiculum, ſi zelus eius non movetur ad ſcandalum: igitur cognoſcit ex zelo proculdubiò venationem, dum prætermittit prætermittere legem. Moveretur legis ardentiſsimo zelo; ni micaret ex occaſione venatio, & ex importuna pectoris flammà maior animarum ruina. Unde ſi fruſtrà iacitur rete ante oculos pennatorum; ſicut paſſer ereptus iuſtus de laqueo venantium.

Rom. 14. 13.

Illi pro pœnis criminis ſufficiunt accuſationes

Quænam in iuſtum caliditſimæ infidiæ?

11 Venatio hominum erga homines, quaſi in feras, deſcribitur ab Ovidio, 1. *Metam.* Fab. 4. dicente:

Omne nefas, fugere pudor, verumque, fideſque:
In quorum ſubiere locum fraudeſque dolique,
Inſidiæque & vis, & amor ſceleratus habendi.

Ovid.

Bernard. in Pſalm. *Qui habitat*, Serm. 3. num. 1. & 2. infit: *Venatores utique peſſimi & nequiſsimi, callidiſsimi, & crudeliſsimi; qui ſagittant in occultis immaculatum. Ipſi rectores ſunt tenebrarum harum, aſtutiſsimi verſutià ac malitiá diabolicæ fraudis. Clamant, Tolle tolle, infige verubus, infer prunis, & malè bullientibus impone lebetibus.* Ita peſsima corda in vitam innocentis, quippe ita placent rectoribus venatores? Infelix felicitas, & miſerabilis omninò poteſtas! etenim ſi ſe captarent, ſine venatione flagitia turpia invenirent; quùm iuſti peccatum quæritur, & nequaquàm invenitur; quantunvis ferant ſecum comites in venationem, inſidias, nefas, dolos & fraudem, ſepultà veritate, extinctà fide & iugulato pudore. Ergo conſtet amor ſceleratus habendi: equidem ubi regnat ambitio florent vitia quaſi in centro: *Venantur reti*: legunt Vatab. & Pagnin. Sufficeret in innocentis iniuriam, quòd tractarent beſtiales quaſi beſtiam. Nequiſsimi ſunt, quippè iniuſtitiam diligunt peſsimi, quoniam malignitatem ſequuntur; calidiſsimi, quia malitiam, quaſi virtute deaurant; crudeliſsimi, quin virtutibus indulgeant. Unde pravo vigent in pectore iniuriarum affectiones, dum ſine fronte criminantur virtutes. Virtutes diſplicent, ſi vitia placent: equidem cùm meritum ambitioſi ſit quod gratum, quin reputet quod illicitum; ob crepitantis culmina phantaſticæ dignitatis, ipſæ virtutes ut crimina habebunt proculdubiò venatores.

Bernard. Quæ dicatur hominum venatio?

Vatabl.

Ambitio criminatur vel virtutes.

12 Qui venantur pedetentim ambulant, ſenſim propinquant, auriculas arrigunt, ut aliquid audiant; per rimulas cuncta explorant, ferè commoventur ad ea quæ audiri confingunt, ut excitent commotionem: illis ſub ictu habere videntur, quæ vehementer cupiunt, ut inferant gladium & cladem. Superant montes, deſcendunt in valles, incidunt in vepres, ſummerguntur anfractu, vulnerantur abrupto per devia rupium, per concava antrorum, atque defoſſa terrarum, nihil capientes cupientes, laſſati in via iniquitatis: equidem innocentis captantes in prædam culpam, concupierunt duntaxàt concupiſcentiam. Siccine clancula furtim venatio fratris: verùm quorsùm venatio in anguſtiam retis? *Venantur reti* dicitur: ſanequàm aliquid pravæ intentionis in venatione indicatur. In reti includuntur quaſi in abditis ſagenæ & boni & mali: & iuſtum in rete conantur includere peccatores; ut ap-

In quo malignantes venatoribus ſimiles?

pa-

parèat vel quasi unus ex multis, vel tanquàm unus ex illis : iustus tantùm capitur in necem, obtinentibus iniquis libertatem : etenim cùm in iustum solummodò exerceatur iudicium ; malos duntaxàt mali foràs miserunt. *Reti venantur.* Qui in rete impliciti, nequeunt exercere vires ; ut se à vulneribus vel protegant vel defendant. Renuunt cum libertate pugnam, quippe multi vel ex uno haud reportabunt victoriam. Laniabitur quisquis audax prope accesserit : proscindetur qui vel mordere incautè cogitaverit : in reteque iustum satagunt venatores includere ; ut se nec possit movere. *Reti venantur*, ubi secura præda, potisimè si possunt frangere crura; quippe timent, si se expediat, morituros, atque ostentaturum dolos. In casse sine formidine figunt, sine timore lædunt, fidenter undecunquè percutiunt : & solicitant venando iustum mittere in cassem ; ne possit fractus in ulla movere pedem. Quid inde? Iusti constat labor, & venatorum furor : quandoquidem venationis totus amittitur apparatus, & pro iusto fugiente capitur ventus. Nostrates. *Andar à caza de gangas.*

Pravi mutuò sibi favent.

Quorsùm in fidiæ in iustum?

13 Irradiat modò quid sit desiderium animæ, quod clam iudex iudici indicavit inferiori. *Maior locutus est desiderium animæ suæ : corruptelam & pravitatem* exponit Vatablus. Ita placent, quæ exulare debent? Religio est, quod pravi cadant, quod corrupti moribus à cogitationibus decidant : verùm si interfit beneplacitum principis, parum interest pravi iudicis, quod pravum fiat corruptela religionis. *Princeps postulat.* En quid.

Vers. 3.

Vatabl.

——— *Causis fallacibus instat:*
Arguit attonitos se iudice, cætera segnis,
Ad facinus velox.

Claudian.

Ut accinit Claudian. quò supr. v. 238. *Occurrit* (dicemus cum Stoico, de *Tranquill.* cap. 15.) *tot scelerum felicium turba ; cùm cogitaveris, quàm sit rara simplicitas, quàm ignota innocentia, & vix unquam nisi cùm expedit fides, & ambitio usque eó iam se suis non continens terminis, ut per turpitudinem splendeat.* Causa & causa quantunvis fallax, est instruenda ; quippe nihili fallax, modò sit causa. Actores erunt testes, impostura roborentur impostoris, accedant fraudes, hostium accipiantur depositiones : & dum viderit iudex criminum horrore perplexos, arguat cum fulmine attonitos : citòque fiat ac velociter facinus, quippe ad præteritum non datur regressus. Statim etsi studeat virtuti, & incumbat perfectioni, Daniel furtivo decreto, sed meditato consilio ; curiositate explorantium, mittatur in lacum leonum : etenim semel si captus, in exitum est necessarium miraculum. Hoc est desiderium animæ? Sanctissimum planè in iudice superiore desiderium! Quanto iure in iudicis maiestatem ascensus, dum sic apparet maiestate dignus, qui non in rationis regimen, sed tantum respexit in maiestatem! Dimittuntur iudex & iudex in desideria cordis, & ibunt in adinventionibus suis : igitur si ille desiderium exprimit, hic exactissimè complet, causas falsas fingens, testes periuros exponens, sutelis astruens, bonos attonitos redens; quin Dei timor sit ante oculos eius, sed tantùm insularum tinnitus : etenim ita pronus nequitiæ minister in pravitatem, ita propendens in crimen, ita per nefas in alienum arbitrium ; ut inferiori sufficiat iudicis superioris desiderium. Siccine & ista sine iure facit, postulantique reddit: imò faceret & perficeret alia, modò iudicis maioris divinaret desideria. Lex corruit, religio in occasum vergit, ius despicitur, fas conteritur, nequitia floret, fraus valet; sed quid inde? Homo nihili aliquid somniat videri; cùm excusationem habeat, quia dignitatem desiderat, & princeps qui iudex postulat.

Daniel 6. 2 v. 11.

Et gradus in munera instruit.

14 Succiditur nè tela, quam orditur callidè vafra panurgia? Nullo modo. Texitur & retexitur : furor arma ministrat: Videris. *Princeps postulat, & iudex in reddendo est. Maior locutus est desiderium animæ suæ & conturbaverunt eam.* Quamnam ergo? Relativum patet sine antecedenti (de quo *Tautolog.* 3. num. 44.) nisi referatur in animam. At hoc minimi apud illos momenti, quòd iustè vel iniustè conturbentur animæ : etenim illorum, quas acceperunt in vanum, placidè quiescunt ; & in hoccine multiplici scandalo, arbitrantur se obsequium præstare Deo. Retorqueatur Poëta lib. 7. *Pharsal.* v. 447.

Ibidem.

Relativum sine antecedente.

——— *Deus spectabit ab alto*
Æthere crudeles, teneat cum fulmina, clades?

Lucan.

Quis restitit ei, & pacem habuit? Movetur in iram sanè, pacem peccatorum videns. Ly *Eam* refertur ad Rempublicam, quam hi iudices conturbant, ita affectam mœrore, ut noluerit Propheta nominare. Domus Israël pactione horum iudicum erat sicut domus Iob. *Infernus* (inquit) *domus mea est.* Infernus erat, quia cuncta domus diabolus conturbaverat : ita ut ad instar dæmonum omnes essent oppositi

Pax unda peccatoris in trepidatione iniquitatis.

Iob. 17. 13.

Senec. *Ambitio per turpitudinè floret.*

siti ad invicem ; & fierent unus adversus iustum patientem. Unde idem erat esse in domo ac habitare in inferno. Ita describitur à Seneca in *Thyest.* à v. 25. una Furiarum, improba surgens tristi de sede Megæra.

Cur infernus animus pravus?

Certetur omni scelere, & alternà vice
Stringantur enses, nec sit irarum modus,
Pudorvé: mentes cæcus instiget furor.
Rabies parentum duret, & longum nefas
Eat in nepotes; nec vacet cuiquam vetus
Odisse crimen, semper oriatur novum,
Nec unum in uno: dumque punitur scelus,
Cræscat.

Seneca.

Eadem Propheta à v. 5. *Nolite* (ait) *credere amico & nolite confidere in duce; quia filius contumeliam facit patri, & inimici hominis domestici eius.* Dux fallax, amicus mendax, pater à filio percutitur, fratrem frater insidiando venatur, crimini dantur virtutes, prævalent impositiones, creduntur fraudes, veritas victa iacet, nequitia pollet, vivunt læti nocentes, foventur iniquitates, qui iudices iuris hostes. Vide quò veniat.

Effectus tyrannidis.

Lucan. 5. v. 397.

——Veneranda potestas
Iuris inops.

Rea iudicum causa, qua fracta iura. Ubi causa? Ne ira? Vigil adstat amentia. Prior defecit amicitia: cura tendit in aliam, de qua cura: conchiliaque naufragans seligit, quasi portus invenisset; cùm esset quasi sub monte, pectus impurum oppletum iniquitate, ut defectum curiosè avidèque cognosceret, qui iam non esset. Hæc reipublicæ commotio, atque domus conturbatio; quia iudex postulat, & inferior nihil negat: igitur ultrà concedet, modò sit adversus iustum; quousque satietur iudicis superioris desiderium.

15 Ubi floruit probi in regimine pacis optatæ speciositas, grassatur discordià turbulenter iniquitas. *Iustitia & pax osculatæ sunt.* Iustitia vindex iuris, pax expultrix turbationis. Illa flagellum fraudum: hæc nexus fidelium cordium. Veritas planè sepulta à discorde improbitate calliditate nequitiæ: quare ubi veritas de terra orta est, iustitia & pax amicè osculatæ sunt; igitur pace potiuntur & uberrimè homines, si improborum à iustitia plectuntur fraudes. Si iustitia fit de iniquis, erit abundantia pacis: conturbataque dicitur Respublica ab his iudicibus, quippè operabantur fraudibus: igitur nequit esse pacis præsentia, ubi iustitia non tantùm vulnerata sed occisa, & ob desiderium iudicis, cui lucrum ex auge perturbationis, ne constet nota cunctis indignitas, quam abusu abundanter probat auctoritas. Ut agat nihil, omnia versat, & vel lapides perturbat, insaniens usque ad ignem & gladium, propter turpe vindictæ desiderium. Desipiunt omnes. Oh!

Psalm. 84. 12.

Pax nulla, si iustitia vulnerata.

Verùm illis mater, nobis fortuna noverca.

Mantuan. *Eclog.* 6. v. 30.

Attamen, præut auguror, nulla esset iudicis male potentis potentia, ni inter fratres regnaret turpis discordia.

16 *Princeps postulat & iudex in reddendo est.* Aspis à vipera mutuat venenum, & scabit mulus mulum. Vernaculè: *Haz me la barba, y harète el copete.* Mutuo studio, dum causæ ad libitum expediuntur, sibi invicem suffragantur. Hieronym. hìc: *Non solùm faciunt, sed defendunt quoque mala; ut præstent sceleribus suis mutuum favorem, & in alterius crimine se defendant*: equidem in innocentiam cognoscuntur deposita, & nihilominùs perseverat sententia, ne iudex princeps damnet, quod inferiorem clanculum facere iussit: defendunt se ad invicem, operando vaferrimè contra legem; quippe pactio est sub sigillo: unde securè sine rubore procedunt, quoniam superior iudex gaudet ex eo quòd non nota versutia: inferior, quia minimè iudicanda: igitur nequitiam deaurabit, qui construere iussit, vel clamantes non exaudiet; quinimò puniet ut perturbatores pacis, quos cognoscit innocentes, quasi esset crimen additum crimini, referre iniurias iudicis inferioris superiori. At quid faciet? Cognoscit, se damnari, si aliquid iudicis derogatur sententiæ: equidem hic iuxta præscriptum reddidit, qualem, & quomodò princeps postulavit. *Error, cui non resistitur approbatur: & veritas, quæ non defenditur, opprimitur. Negligere quippè cum possis deturbare perversos; nihil est aliud, quàm fovere; nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori, cùm potest, desinit obviare.* Ita Can. *Error* 3. distinct. 83. & Can. *Facienti* 3. distinct. 86. Quo ergo iure punietur iniquitas, si in illius protectionem flagrat iudicum societas? Impius prævalet adversus iustum, propterea egreditur iudicium perversum. Quorsùm igitur ius, ubi lacerata est lex?

Hieronym.

Ex causarum processu, iudicum cognoscitur fœderatio.

Gratian.

17 Contemplare audaciam & simul perfrictæ frontis publicam impudentiam. *Princeps postulat, & iudex in reddendo est. Malum manuum suarum dicunt bonum.* Hieronym. *Nominibus commutatis*: ita ut iustorum innocentia dicatur nequitia, & nequitia iudicum bracteëtur ut in-

Ibid. v. 3.

no-

nocentia. Appoſitè Sanctius in *Paraphr.* ſubdit: *Cùm omnia quæ meditantur aut faciunt ſint iniquiſſima, bona tamen eſſe clamant & iuſta, quaſi á puris manibus & religioſo pectore profecta.* Noſceretur inter utrumque iudicem pactio, ni corrumperetur iudicium ſplendenti artificio; quum in animam iuſti captant, & ſanguinem innocentem avidiſsimè condemnant: equidem cùm intrinſecùs non videatur deſiderium, nec micet malignitatis propoſitum; ut ſortiantur effectum, cogitatur & excogitatur ficti iuris artificium: etenim amœnat oculos facies perſonata iniquitatis ſpecie iuris, velamine religionis. Adinſtar Iezabelis, ut alienæ ſurripiantur facultates, & patretur homicidium; ieiunium eſt prædicandum. Prævalet iudicum præconcepta nequitia, ſi adhæret arte ſanctitatis larva: equidem quæ procedunt à mera malignitate, oriri apparent è religioſo pectore, in quo nec ſpecies religionis ſed hara milignitatis. Vide dicta, *Tom.* 2. *Tautol.* 4. *Didaſc.* 3. Quærenda ſanè ſpecies, qua fucetur improbitatis facies. At qualis? Signat ingenium Neronis. *Quoties ad conſultandum ſecederet* (ſubdit in eo, *cap.* 14. Sueton.) *neque in commune quicquam, neque propalam deliberabat; ſed & conſcriptas ab unoquoque ſententias tacitus ac ſecretó legens, quod ipſi libuiſſet, perinde ac ſi pluribus idem videretur, pronuntiabat.* Videbatur palàm cautio, quæ ſummæ crudelitatis inſtitutio: igitur fulminabat, quod lubebat in pravi cordis propoſitum, quaſi minimè recederet à ſententia atque ſuffragijs prudentum. Conſulebat, haud ut iuris conſulta faceret, ſed ut liberiùs decerneret; quod libuiſſet: equidem fraude approbationis doctiorum, leges micabant quæ alliſsiones iurium. Stat pro lege lubido: equidem ſi malè è ſententia audiret, habebat vafrè quid alijs imponeret.

Sanct. *Improbus malitiam celebrat ut innocentiam & econtra.*

3. Reg. 21. 9.

Sueton.

Aſtutia in effugium.

18 Eadem videntur in iudice poſtulante, & inferiore iuxta placitum reddente. *Filij* huius ſæculi *inſipientes ſunt & væcordes: ſapientes ſunt, ut faciant mala.* Ierem. 4. 22. Alij huius furfuris, *ut iniquè agerent laboraverunt.* Ibid. cap. 9. 5. Fallunt ſeſe mutuò, ſimulque fallunt: ubi ſocietas grata, ibi maior ſubtelata perfidia: equidem cùm infamia ſit perſequi innocentem; & iudex ſuperior nolit arrogari ſibi crimen; dum ab alio poſtulat, & hic haud negat, iudicem inferiorem dolo malo ſupplantat: igitur ſuperior nanciſcitur, præut optaverat vindictam, & inferior ſibi contrahit deteſtabilem, indelebilem infamiam. Semper ſuperior victor ex poteſtatis fortuna, cadat quomodolibèt cauſa: etenim ſi præ cauſa criminoſa, audit benè, prætermittitur: ſin autem, inferiorem ipſiuſmet criminis criminatur; quippe ſine iure fecit, quaſi ſuperior neſciret. Si videbat furem, currebat cum eo; & cum adulteris portionem ſuam ponebat. Quid quod claudat oculos, ne malum videat; & obturet aures ſuas, ne turpitudines audiat? Ipſa actio averſionis explicat, quàm pravum, quod ipſe poſtulat: quandoquidem ut hypocriſi videntes illudat, & expertem criminum ſimplicibus ſeſe oſtendat; manus Pilaticè lavat, expellendo quod ſecretò fovet; & ad illud præut palàm eſt in inferiore, pavet. Fidit ſilentio inferioris vel ob ſpem mercedis, vel ob metum poteſtatis. Fallitur miſerè. Ubi inferior fruſtratus voto, germinat utique quicquid erat ſub ſilentio; quippe fructum nullum habuit, ex quibus nunc erubeſcit, efformatque, eſtò notus ambitioſus, veram ſine iure excuſationem: ex eo quòd non iuris, ſed ſuperioris obſervavit legem.

Ubi ſocietas prava, etiam perfidia.

Fraus & in complicem fraudis.

19 Quàm proximus ſit malacæ titillationi lubidinis abuſus prurientis, ſeu furentis in ſtolido poteſtatis, SS. Patriarcha N. monet, & etiam ſeverè potentiæ præruptа cavet. *Chriſti enim agere vices in Monaſterio creditur, in quo clamamus, Abba, Pater. Ideoque* (infit *Regul. Sanct.* cap. 2.) *nihil extra præceptum Domini* (*quod abſit*) *debet aut docere, aut conſtituere, vel iubere.* Non debet iubere ad lubitum, ſed iuxta legis præceptum; quippequàm non lex lubitum Abbatis, ſed religionis, quin abutatur dignitatis poteſtate, quaſi eſſet religio, vivere ſine lege. *Quæ diſcipulis docuerit eſſe contraria, in ſuis factis* (ſubdit) *indicet non agenda*: equidem monſtrum in regimine, ius & ius ſed ſine lege; ita ut ſibi adhæreat ius poteſtatis, alijſque poteſtas iuris: imò, quod peius, ſi vænit phantaſiæ pravæ voluptas, quaſi pretioſa legis intemeranda maieſtas. Erit ſicut præfati iudices domus Iſraël, ſi intervenit ius & ius; ſi alia iuxta Domini præceptum diſcipulos docet, & alia citra præceptum ſecretò conſtituit: equidem cùm contraria obſervatione haud facilia; minimè obſervari poterit, quod clanculùm contra legem conſtituerit: igitur leges Domini haudquaquam fraudes, ſed leges; & quæ in cubiculo audita, prædicanda ſuper tecta, quin ſit diſcrimen inter iura dignitatis,

S. Bened.

Monſtrum in regimine ius & ius ſed ſine lege.

Idem.

tis, atque dignitatem iuris: siquidem si à dignitate potestas, & inseritur iniquitas; quicquid constituerit potestate sine iure, erit sine potestate. Moäb perijt, *quia plus fecit, quàm potuit.* Plus quàm potuit, & fecit? Utique, erat opus longè à lege: & ubi licitè non exercetur præscriptionibus voluntas, nulla profectò vel in potente potestas. *Potens poteris*, dicitur Davidi: appositè, ut sese præclarè gereret in regimine; quoniam duntaxàt quæ iuxta iura potuerit, dignitate posse poterit. Astruunt iura potestatis iurisconsulti, verùm non legisperiti: quorum vocem, qui iubet contra legem, sepiusculè iactat; ut facere possit prætextu iuris sine iure quicquid lubeat: vel ut iudicet, sententiamque ferat iuxta dignitatis verba, & nullo modo iuxta allegata & probata: igitur si pravitas indiget inconsideratione decisionis, iurisconsultus indiget maximè nummis. Accinit Mantuan. *Eclog.* 6. à v. 198.

Ierem. 48. 36.

1. Reg. 26. 25.

Verè potestatis potentia, quæ iuxta iura.

Mantuan.

Stultorum est aliud genus immedicabile quoddam,
Causidici, latratores, rabulæque forenses,
Numorum aucupium docti, legumque tyranni,
Acre patrocinium vendunt, producere causas,
Et lites pendere diù; vindemia quædam est.

20 At perpendenda Benedicti verba, & simul Assertoris N. ac Pauli, *Marc.* 14. 36. & *Rom.* 8. 15. *In quo clamamus Abba, Pater.* Non *dicimus*, sed *clamamus.* Solamen sanè, nudum Patris haud respicere nomen, exprimente charitate in Præside Patris affectus; ubi subditos, atendit, quasi filios. Metricè Bugnotius hìc:

Iacob. Bugnot.

Numinis excelsi te fecit adoptio prolem,
Quatenús hunc possis iure vocare patrem.

Præses sit pater.

Clamore indicatur afflictio cordis, in quam levandam opus est opere patris. Unde sicut est solatium, sese pro gratia Præsidis cognoscere filium; gravaminis afflictionis amplius gravamen, in patre auctorato haud invenire vel nomen: quandoquidem ferreo corde, duplici pectore, nec vultu affabilis ulli, apparet Pluto fuligine teter, dum clamamus humiliter Abba, Pater. Nomen congruit Patris, si præses ac iudex iuxta præcepta purissima Salvatoris, equidem distat à munere patris præcipere contra legem; quoniam potestate muneris nullam habet potestatem: rationeque in imperijs profectò caret, quisquis agenda potestate ducit: simulque à rectitudine deviat Princeps qui postulat; dum enixim defendit Præsidis potestatem, quin ullo modo videat potestatis rationem: imò iudicium undecunque temerarium, ac ludibrium lubidinis in ludibrium. Quorsùm tendet clamor filiorum, ubi viget concordia iudicum, & non legum? Sanè in iudicium divinum, quia disruptà occultà societate inter illos, qui habitat in cœlis irridebit eos: igitur meditati inania, pro sepelienda innocentia, adversus dominum astiterunt & convenerunt in unum. Hinc N. Patriarcha ibid. subdit, quaterque repetit: *Utrarumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda discussio.* Ibi nulla iudicum malè feriata societas, neque specioса latebit iniquitas; dum hìc præ cordis perperàm affecti desiderio in malum, non proposuerunt Deum ante conspectum suum: imò plus & in plus audet, quippequàm pactio latebit. Discussio dicitur facienda in iudicio Dei. Onus, & vulnus gravissimum subditorum, quando societate Præsidum, tantùm recursus in iudicium divinum. Discussio facienda in Dei iudicio & tremendo: equidem sine objectorum verisima purgatione, ac satisfactione fraudis; horrendum est incidere in manus Dei viventis. Discussio in divino iudicio: quippini humano? Qui timet Deum, eius iudicium tremebundus timet: verùm nil timet, qui cum superiore iudice pactam societatem habet.

Fruſtratur clamor ſubditorum ex concordia iudicum, & non legum.

S. Bened.

Unde maior afflictio?

21 Summum discrimen est inter iudicium divinum, & huiusmodi iudicium. *Princeps postulat, & iudex in reddendo est* (ait Michæas) *Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit: nunc erit vastitas:* etenim cùm hoc iudicio iudicia iudicum iudicentur, & merita iuxta facta rependantur; vastationis in visitatione constat meritum, quia iustitia convertitur in iudicium: etenim iudicum apparent in pactione insidiæ, dolique ac fraudes, quæque micabant larvà iuris sanctæ leges. Unde si specie religionis proprio incumbebant desiderio; detracto velamine, nec ulla prorsùs religio: imò fuco speculato latentis iniquitatis, Religionis nec species. Ita in Dei visitationis iudicio, quia scrutatur in lucernis abdita cordis. In hominum visitatione, ad amussim legum librato munere, erit iudicum ac criminum devastatio? Nullo modo. Se mutuò iudices protegunt, vicissim temerè facta defendunt. Pactio panurgicè facta, ut exeat in scenam larvata iustitia: transeat & transeat flagitium, quasi non notum, & effectum sortiatur totum malignitatis latitantis desiderium:

Ubi supr. v. 4.

In iuſtitia apparèt fraudes, quæ vænibant uti leges.

In ſpecie religionis nec religionis ſpecies.

ita

ita ut videatur zelus intendere in legum obſervationem, ſed reapsè obſervantia religionis quoad ſpeciem. Quomodò aut quo iure viſitans plectet, quod ipſe facere iuſsit? Sufficietnè manus horrore criminum, ac evidentia tyrannidum, auriculis ſtudiò apponere & nihil pro iniurijs facere? Si ille decrevit, propria decreta reſcindet? Quàm fœdum iuri, quod ſedeat iudicando, damnandus eodem iudicio! Queritur vel Ethnicus, *ad Liviam*, v. 185.

Ovid. *Iura ſilent, mutæque iacent ſine vindice leges.*

Qua enim lege leges habebunt vindicem, dum vident hoſtem? Quo iure ſeſe abſolvet, ſi complicem criminis plectit? Illi audent, quia iura ſilent: nec leges in vindice vindicem habent; quippe iudex ſuperior in criminum viſitatione, ſubterfugit latenter peior iudice. Aperiatur & ſeriò ad aſpectum iudicium, cæterùm tranſeat embolium. Hiſpanicè: *Trampa adelante.*

Verſatur embolium.

Rom. 14. 22. 22 Audiamus Paulum. *Beatus* (inquit) *qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat.* Qui iuxta leges vel damnat, vel reum abſolvit; ſuper ſe nullum iudicium inducit. Si præcepit perperàm facere, & nocentem per quem fecit, iudicio ſalvat; iudicat ſemetipſum in eo quod probat: etenim iure damnaret, ni præcipiſſet; & ius contra ſtat impunis, crimine iudicis complicis. Ubi huiuſmodi ſpeculationis præſtigiæ, monerem vulneratos ſibi ſapere; ut poſsiderent in patientia animas, ne veteratorum irritaretur iniquitas: igitur (cùm ſit illorum intuitus vel in patulo crimine, cunctis fraudulenter oſtendere, non uſos in circumventione, cognitâ fraude: ſimulque adeſſe indignos publicâ erga munus reprehenſione, malum manuum ſuarum dicentes bonum, quia ab illis duntaxat factum, conſervandumque cum fama laudabile nomen, eſtò per fraudem & fraudem) contra illos repetere, iudicibus illis; eſt faſcinatio nimirùm nugacitatis, quæ obſcurat bona, & concupiſcentia pervertens ſenſum abſque ulla malitia: ſiquidem practicè inveniet (ſiquis hiſcit) nil aliud eſſe, niſi movere excitando de novo tricas & tricas, ut plus & plus obnubiletur veritas. Si primùm princeps poſtulavit, & iudex reddidit; modò poſtulabit iudex, & reddet princeps; quia in verſutijs & dolis, exiſtimat haud iniquè, quòd ſibi ſimilis: quinimò ſi fuerint in nequitiæ auctoramen neceſſaria, plura & plura chirographa in charta pura. Vulgò: *Firmas en blanco.* Nunquàm verum examinat iudex corruptus: quid faciet criminis conſors? Nunquàm technis quieſcit, ſed, ut ait Horatius, 2. *Satyr.* 3. v. 103.

Fraus in fraude.

Taceat afflictus ne affligatur ampliùs.

Litem quòd lite reſolvit. Horatius.

Verſatur machina, & non immota tragularum artificia: queis quidem quiſquis iniuriarum inſtaverit in examen, dabit novacula in cotem.

23 Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt; ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. Pendamus quid dictum à Vate ſacro in huiuſmodi articulo; ex eo quòd iudex reddat, quùm ſuperior inde poſtulat. *Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus; & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe.* Paliurus, ideſt, rhamnus, Hiſpanicè, *Cambron.* Vide Plin. *lib.* 13. *cap.* 19. & 24. *cap.* 14. Ruellium, *lib.* 1. *cap.* 123. & Levin. Lemn. de *Herb. & arbor. Bibl.* cap. 6. Eſt ergo Paliurus planta, ita quaquaversùm ſpinis horrida, ut antonomaſticè dicatur *Spina.* Dioſcorid. *lib.* 1. *cap.* 103. & Theophraſt. *lib.* 4. *cap.* 4. Unde Virgil. 5. *Eclog.* v. 38 cecinit: Ubi ſupra, v. 4.

Pro molli viola, pro purpureo Narciſſo Virgil.
Carduus, & ſpinis ſurgit Paliurus acutis.

Modò in textum. Si paliurus qui optimus, & quaſi ſpina qui rectus; neque rectus neque bonus, quippe factis factis, rectitudinis & bonitatis tantùm ſpecies. Quo ergo ſpinarum harum ſimilitudo, quando inter iudices intervenit pactio? Ut conſtet, ait hìc Hieronym. *quòd ibi inveniatur dolor, ubi putabatur auxilium.* Paliurus tractantem incautiùs ſauciat, mucronataque cuſpide manum vulnerat: paliuroque aculeatæ conferuntur iudices iniurioſi, dum vindictam iniuriarum petunt ſubditi; ut & vulnera taceant, quantumvis dolore pruriant: ſiquidem ſi à vindice poſtulaverint auxilium, manus offendent in rhamnum. Vigilantiſsimè vulgari idiomate: *No pida ſatisfaccion de la injuria: que ſi la pide, ſe clava.* Fatuitas ſanè clamare vindicem, iniuriarum complicem: igitur cùm argui nolit, quicquid per inferiorem iudicem facere vafrè præcepit; apparebit legum æquitas, quæ clarior ſole manifeſtatur iniquitas. Hieron. *Ampliùs opa probrium ex querimonia iniuriarum.*

24 In ſubditis Superiorum offenſæ ſunt quaſi ſpinæ, quæ caſu infiguntur carni. Minorem dolorem influunt, dum evelluntur, quàm dum habentur: etenim habitæ congregant materiam proximam

mam ac humorem in saniem, corruptione sanguinis; & quandiù pus conficitur, maximi sanè dolores, queis corpus deterius fit, si cor pus. Dolor vulnerum, pungentium spinarum, clamorem excitat; sed in huiusmodi tractu amplius vulnerabitur qui clamat: quandoquidem circumscriptione iudicum, spina pungens impelletur introrsùm. Ridebunt vulnera, quippe ex illis complacentia: siquidem totum sortitum effectum, malignitatis excogitatum propositum. Cautè dirigendi querimoniæ processus cum huiusmodi sycophantis iudicibus. Repetere, afflictionibus esset malagma anodynum, priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: ac præcognito exitu, pravoque glomerato iudicio; medicamen efficacius & præsentius est patientia, dum configitur spina: igitur tantummodò, si glisçit iudicum furor, ex indicio doloris vehementior dolor. Cavent clamorem & timent à patrata iniquitate: unde qui videtur rectus, quasi spina de sepe; quoniam si accesserint iniuriarum iudicem incusantes, sunt in procinctu punctiones spinarum & punctiones. *Naturale sepimentum est, quod obseri solet virgultis ac spinis* (inquit Varro, lib. 1. de *Re rustic.* cap. 14.) *quod habet radices vivæ sepis.* Additque Columella, *lib.* 11. *cap.* 3. *Oportuniora, paliurus, rubus & spina.* En apparatus spiculatorum viridarij iustitiæ; quasi fas non esset illam videre; simulque illius emineret speciositas, sicut lilium inter spinas. Nemo mortalium cui iustitia non grata, ni sibi adversa. Per iudices regitur, sed ad nutus. Illi si integri, liber in tribunal atque pervius introitus. Sin autem, ne illi nuncietur, nesciam vulneratam esse; spiculatores adhibent pro maiestate, sibi consulentes, dum obsequio gestiunt se iustitiæ adulatores: & ubi ita videntur blandiri iustitiæ, sunt ut paliurus ac spina de sepe; quippe ne ingrediantur in tribunal afflictorum clamores, vel sepes horridis vallantur spinis, ut antequàm innocentia læsa vociferans ingrediatur, inflictis mucronibus usque ad necem vulneretur. Quantus dolor ex dolore! Sæpe comprimitur arte.

Haud dicitur vulnera, de illis quibus complacentia.

Varr.

Columell.

In tribunal iustitiæ aditus interclu ditur innocentiæ.

Est in eis pietas crocodili, astutia hyænæ: Cùm flet, & appellat te blandius, insidiatur. Ait Mantuan. 4. *Eclog.* v. 208. Haud mulcimen, ut querulis satisdetur, sed studium, ut clamor cohibeatur; in gloriationem glomeratorum iudicum, ne audiatur clamor in plateis eorum. Non felix Respublica, huiusmodi impostoribus iudicibus. Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

Mantuan.

A tyranno mulcetur, ut facilius decipiatur.

25 Alijs AA. hæccine spina dicitur *spina*, seu *sentis canis*. Græcè, *Cynosbaton*. Vid. Columell. quò dudùm. A Levin. Lemn. ubi supr. *cap.* 12. *Spina alba candido flosculo.* Præ se fertur iudicum sycophantia, dum causis fictis volvuntur embolia, ne pateant technæ & evanescant in innocentes insidiæ, dum in die speculationis causarum scrutatur iustitia, quid benè vel secus gestum. Clamat innocens, tribulationes patiens; verùm quia postulavit, iudici favet & obsequitur princeps; quin retalientur damna, imò crescant nocumenta: tunc-que confertur superior iudex senti canis & spinæ albentis floris; quippe iustus deceptus prægogitans in vindice morum candorem, invenit canem trifaucem. Allicit debilem fictà pietate, qui mala malè machinatur in corde, quasi additus publico muneri, flosculis candidis larvatæ iustitiæ pro solamine pectoris, medicamine vulneris; sed illecebræ tenduntur; ut amplificet cordolium. Quare iurè comparatur canis spinæ, crocodilo, astutià hyænæ, quia minimè trahit, ut amicè audiat & exaudiat, sed ut truculentissimè innocentem deglutiat. Laborare oportet in gemitu, quanvis sit & violenta prædatio cum tumultu, suffocata honoris fama, atque bonorum cum gaudio sumpta rapina; nè debacchetur furens iudicis insolentia, protectores infamans, procuratores castigans, ut abscondatur iniquitas, quàm temerè est adorsa potestas: & quidem cùm careat lege, conatur enixè defendere potestate; quia nemo dicere potest impunis, cur ita facis? Quia voluit, potuit: quia potuit, fecit; & quia fecit, intrepidè sine rubore perficiet, procedetque ultrà, etsi continuò irruat fulminibus æthra: etenim huiusmodi inflatæ pectoris arrogantis cogitationes sunt munimina tyrannidis, ut persistat semel factum, quantunvis delirantis ratiocinium. Videns dignitate tumidum, contemplare vel indignitate timidum. Sese cavet, ut consulat sibi: ideo vallatur vepribus, fulcitur mucronibus, circumsepitur spiculis; ne appropient verba innocentis. Quæ videtur afflictio repulsa, perpendenda est uti gratia: igitur minoris est molestiæ, videre spinosam paliurum; quàm inter vepres & vepres invenire pro iudice canem rabidum.

Levin. Lemn.

Deglutiatur incautè.

Vafricies maligni non nosci, & dolo cuncta perficere, atque per nefas defendere.

26 Ius profectò esset tyrannicum, si princeps sese offerret iudicum inferiorum scutum; & inauditis partibus sine reflexione

Quo sensu princeps rectus iudicū clypeus?

ſolà notitià adhæreret iudicibus : equidem nec locus eſſet timori , ſi ſcirent turbidè protegendos à principe. Noſtrates : *A que no ſe eſtendieran ſus tyranias ; ſi ſupieran, que tenian guardadas las eſpaldas ?* Ius eſt, incumbere in iuſtitiæ maieſtatem , haud verò in iudicem , niſi pro reverentia muneris, & honore dignitatis ; quippe qui illos ſpernit , principem etiam ſuſque deque facit. Cæterùm pro actionibus iudicum ſine examine primum dictamen ; extra Chriſtianam , imò rationalem recto moderamine politicem : igitur cùm facilius ſit in lubrico cadere , quàm diſtantem ut ruat , in lubricum pervenire; eſſe ſcutum iudicantium iuſtitiæ eſſet præiudicium : etenim favor non iuris numen , ſed dominationem iudicum refoveret in tyrannidem ; cuius principem profectò pœniteret , quùm corrigere non poſſet. *In Rheæ ventre tempore Saturni erant omnia dæmonia* : inquit de *Iſid. & Oſirid.* Plutarchus. Ætas Saturni , ætas aurea , de qua Ovid. 1. *Metamorph.* Fab. 3. canit:

Aurea prima ſata eſt ætas , quæ vindice nullo
Sponte ſua ſine lege fidem , rectumque colebat.
Pœna, metuſque aberant, nec vincla minacia collo
Ære ligabantur : nec ſupplex turba timebat
Iudicis ora ſui ; ſed erant ſine iudice tuti.

Si in ætate aurea, adhuc dæmonia, quænam non in plumbea, aut ferrea? Tendunt oculi ſubditorum in iudicem , tanquàm iniuriarum vindicem ; quippe uti Numen habetur , & infulis honoratur. At cùm affectionibus quandoque retorqueant ius , & perficiant quod non fas ; in quibuslibet iudicijs , imminere debet non ſcutum , ſed iudicium iudicis ſuperioris : igitur ſi petitur à pravis auxilium ; eſt iniuriatis , querulisque tormentum , invenire pro Numine , quaſi in Rhea , omne genus dæmoniorum. Recedent utique à fucatæ iuſtitiæ tribunali , ne plus affligantur qui ab iniquis afflicti : etenim potiùs patientur illatum incommodum , quàm in iudice offendere totum infernum. Ducuntur pravi poteſtate dignitatis , fiuntque ex iudicibus dæmones; potiſsimè ſi princeps poſtulat in animæ deſiderium , quibus ſeſe promiſsit ſcutum. Nunquàm ſiccine virgo iuſtitia , corruptà causà : equidem , ut ait vel Ethnicus , 1. *Achileid.* v. 403. Rumpere

Iura, fidem, ſuperos, unà calcata rapina,
Hoc fœdus.

Iudices ut iudicent probè , ſemper debent timere iudicari.

Plutarch.

Ovid.

Sine formidine ſuperioris poteſtatis , iudices dæmones.

Stat.

DIDASCALIA II.

Nulla poteſtas in poteſtate Præſidum , ſine culpa ſubditorum.

PAuli ſententia eſt , ne exerceatur prava tyrannis , prolubio Præſidis , atque dignitatis crotalis. *Bona eſt lex* (inquit) *ſi quis eà legitimè utatur; ſciens hoc, quia lex iuſto non eſt poſita.* Lex ergo iuſto poſita non eſt , quia uti iuſtus exactè vivit ad ius. Unde ſi lege plecteretur, plecteretur ſine lege ; quippe illa iudex non uteretur legitimè : perperàm ſanè ad ſemitam rectitudinis reducitur , qui non tranſgreditur ; longèque erit à legis poteſtate, ſi non ſub lege : igitur nullus poteſt eſſe legis legitimus uſus , quouſque qui iuſtus, non iuſtus , pœnæ legis ſit obnoxius ; cùm nequaquàm infligatur legitimè pœna , ſi non interfuerit culpa. Mirificè Auguſtin. in *Pſalm.* 1. *Aliud eſt* (ait) *eſſe in lege, aliud ſub lege. Qui eſt in lege , ſecundùm legem agit : qui eſt ſub lege , ſecundùm legem agitur.* Quare ſi iuſtus punitur , erit vindicta ultra legem ; etenim iuſtus uti iuſtus intra legem ſemper habuit voluntatem. Calcari non poteſt , niſi inferior , & lex inferiore ſublimior : hincque iniuſtè iuſtus legis perpetietur pœnas , cuius iuxta legem ſemper claruit exactè voluntas. *Iniuſtè perſecutionum tormenta ſuſtinet , qui cùm nihil legibus debeat , graviora latronum ſuſtinere cogatur ſupplicia. Qui loquatur iuſtè , & non audiatur : qui loquatur plena ſalutis , & impugnetur. Gratis igitur* (inſit Ambroſ. in *Pſalm.* 118. Octonar. 21. v. 1.) *perſecutionem patitur , qui impugnatur ſine crimine.* Gratis , quippe iuxta exlegem voluntatem iudicis , nequaquàm præſcripta legis. Non poteſt eſſe ſub lege, qui in lege eſt. Lex bona , quando legitimè à iudice uſa , & iuſto non eſt impoſita : igitur aliter , non decreta à tribunali iuſtitiæ , ſed duntaxàt à cathedra peſtilentiæ. Dum iudex iudicat , haud attendere debet poteſtati , ſed legi ; quia citra legem iudex nullam habet poteſtatem , nec iudex legitimè , nec poteſtas poteſtas ſine lege: igitur ſi auctoritas non à ſe , & poteſtas dignitatis ſolummodò à noxa fit ; quicquid egerit in iuſtum , erit plenè temerarium: quippequàm iuriſdictionem iudex ambit in non ſubditum.

1. Timot. 1. 8. 9.

Perperàm pœna , ubi non noxa.

Auguſtin.

Ambroſ.

Non poteſtas poteſtas ſine lege.

2 Optimè in circino expreſſa poteſtas iudicis ab auctorata poteſtate legis. Ita hierogliphico epigraphe: *Dirigo & dirigor.* Petra Sanct. Adi Petra Sanct. de *Symbol. heroic.* lib. 1. cap. 3. Circulus perfectionis ſignum eſt pro regimine orbis, cui incumbunt Principes. Pier. Valerian. *lib.* 39. *cap.* 10. Non intendere debet iudex in regimen tantùm, ſed in perfectionem regiminis inferiorum. Ille regat, ſed lex rectoris regimen dirigat: igitur quæque temerè direxerit ſine lege, erunt ſine directione; quippe ſine regentis perfectione legis, iudicia profectò prærupta temeritatis.

Cur regiminis perfectio in circino?

Ovid. *Quem regat ex æquo, vicibuſque regatur ab illo.*

Canit Ovid. ad *Piſon.* v. 125. Hæc concordia iudicis & legis, ita ut ſine illa nulla expediatur ſententia: equidem cùm ſit rectum undecunquè iudicium, quod ab illa directum; probabit prudentia quicquid agitur, ſi à lege iudex dirigitur: quandoquidem ſine legis dirigentis directione, iudicis optatum regimen ſine regimine. Mutuò ſe ſibi iudex ac lex præſtent manus in nobile muneris munus; ut in cauſas ſpectabile iudicium plenè felicem nanciſcatur exitum: igitur haud ſpectabile erit, modò iudex dirigat poteſtate, quod debet dirigi à lege. Appoſitè Ovven. *lib.* 2. *Epigram.* 166.

Sine lege, regimen ſine regimine.

Ovven. *Rex regnat ſolus: cur non regit omnia ſolus?*
Qui regit & regitur, rectius ille regit.

Eccleſ. 4. 10. Hac igitur cauſa dicitur à Salomone, *Væ ſoli.* Solus iudex ſine lege, & etiam poteſtas ſola, modò abſint iura. Ubi corripitur iuſtus, iudex omninò ſolus: equidem cùm non habeat comitem legem, in innocentem vel potens nullam habet poteſtatem. Ratio ad manum. Iudex ſolus cum poteſtate eſt inſanus, & quia inſanus, coërcendus. Iam totum iudicium perperam, ubi ſine iudicio iudicium, quod abſorbuit poteſtas, & infatuavit iniquitas: etenim ſi poteſtas dirigenda ſemper à lege; furor ſanè, ſi regat, quæ debet dirigi. A lege igitur pendet iuriſdictio, non à iuriſdictione directio; quippe tunc iudex faceret, quod placeret, non quod licuiſſet: unde ſi tantùm licitum, quod ad amuſsim legis; & iniquum, quod ad legem duntaxat iuriſdictionis; infatuabitur iudicium: igitur iudicium ſanè infatuatum, quòd poteſtas maleſuada dirigat arte directivam legem, & in innocentem iudex abſque ulla lege dirigat iuriſdictionem. De Iudicibus Iſraël, antequàm eſſent Reges, dicitur: *Quando Iudices præërant.* Ruht. 1. 1. Hebr. *In diebus, quibus iudices iudicabant.* Quorsùm iudicium, ſi indicatur miniſterium? Ut conſtet iudicium vel non iudicium: equidem nullum iudicium in iudicis munere, ſi iudicium ſine lege.

Poteſtas ſola nocet.

Hebr.

3 Aſtruamus firmiter in morales inſtructiones aſſertum, delicantes illuſtre ſingulare teſtimonium. Aſſertor N. diſcipulorum compeſcuit ambitionis flammas, illis exponens, in præcipitia quàm lubrica dignitas: igitur faciles animos in auctoramen fallaciter afficit, verùm deorsùm inſidiando ſubvertit. Clamat, qui expertus in *Octavia*, à v. 371.

Cur tbranus fallax?

Quid me potens fortuna, fallaci mihi
Blandita vultu, ſorte contentum mea
Alté extuliſti; gravius ut ruerem, editâ
Receptus arce, totque proſpiciens metus?
Meliùs latebam procul ab invidiæ malis.

Senec. *Et fortuna.*

Ergo Salvator vocans eos, ait illis: *Scitis, quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis; & principes eorum poteſtatem habent ipſorum. Non ita eſt* (Matth. 20. 26. *erit autem in vobis.* Utique: igitur ſervietis Apoſtolico muneri, ſervientes impoſitæ muneris dominationi; quippè omninò ethnicum, aſſumi in dignitatis faſtigium; ut qui fortunæ ſervi ingrediuntur, ut magnates principentur, faciantque inſolenter culmine dignitatis, quod iure refugit ſtatura conditionis: quæ quidem dum magis ac magis infulis decoratur, magis deaurata cognoſcitur; equidem quantunvis auro rigent, minùs ſplendent. Principes ſunt & dominantur. Aptiùs & glorioſiùs eſſent principes, ſi dominarentur ipſis principibus leges; ne regeret, qui regendus, cum ignominia deteſtandi principatus: igitur rationis relinquitur abſolutum imperium, propter regendorum præſidum irrationale dominium. Si ex regimine gloria, haccine conſtitutione turpiſsima: quandoquidem prævalebunt auctoratæ nequitiæ, ubi dominium fulminatur pro lege. *Virga directionis, virga regni tui.* Virga quaſi inſigne regni, & virga maieſtas virgæ. Virga directionis lex, non dominatio; quippe non ſat, principem velle, pro directione. Virga regni Rex, qui etiam ſub virga, ut regatur in regimine non prolubio, ſed prudentia; equidem ſi lex à dominatione, & non dominium à lege, eſt poteſtas infulata riſibilis ſine iure: unàque exponitur legis cum virga directio, ac cum ſceptro principis iuriſdictio: quoniam omninò futilis virga regiminis ſine virga directionis.

Mare. 10. 42.

Faſtus indigni in dignitate.

Pſalm. 44. 7.

Quando irrationale dominium?

4 Contemplemur reſides textus ſenten-

tentias, ut magis emineat poteſtatis auctoritas. *Principes eorum poteſtatem habent ipſorum.* Poteſtatem! Quare non dicit ſubiectionem? Ut oſtendat quantum diſtet poteſtas cum dominatione legis, á lege dominantis poteſtatis: equidem ita poteſtate inſoleſcunt, quùm dominantur; ut iudicent, homines ſibi non datos in ſubiectionem, ſed in nudam diriſsimam ſervitutem. *Principes eorum poteſtatem habent ipſorum.* Difficile captu. Poteſtas potentis in dignitate à ſubdito? Poteſt, qui futurus ſubditus dare ſanè poteſtatem, conſtituendo ſuperiorem: unde Seneca, Epiſt. 90. inquit: *Nemo quantum poſſet adverſus eos experiebatur, per quos cœperat poſſe: nec erat cuiquam aut animus in iniuriam, aut cauſa; cùm benè imperanti benè pareretur.* Poſſe acceperant privati à ſubditis voluntariè, ut poſſe poſſent in ſubditos, adepto munere. Sit ergo, verùm præſidi poteſtas à ſubdito, in faſtigium dominationis elato? Multoties ſi poſſent, poteſtatem declinarent: minimèque declinant vel furentium iras, quippe penes ſubditos nulla præſidis poteſtas. Deinde ſi ſubditorum poteſtas eſt, quæ in Superiore reſidet, & hic iuxta poteſtatem ſubditum dirigit; poteſtatis non eſt ordo, quùm ſit communis tam ſubdito, quàm prælato. Quo igitur pacto, in culmine qui præſunt dignitatis, poſſunt habere poteſtatem à ſubditis? Facùl profectò. Eſt poteſtas, ſubditorum coërcitiva, quoad vindictam ſcelerum: eſt etiam poteſtas directiva, in laudem ſanè bonorum. Quæ quidem poteſtates à lege, ut ſit poteſtas in iudice. Dat ſubditus præſidi iure pleno poteſtatem, ſi tranſgreſſus fuerit legem: igitur cùm ſervus peccando ſit, ideo ſui iuris non eſt. Si non eſt culpa, vel tranſgreſſionis noxa; nulla iuriſdictio iudici poteſtativa. Unde dum præſidum iudicum ſignatur imperium, poteſtas imperij aſſeritur ſubditorum; quippequàm ſi in ſubditis non eſt crimen, nullam habent iuxta legem vel præſides poteſtatem. Dialecto noſtrà: *Tienen de los ſubditos la poteſtad los Prelados: que ſi ſus exceſſos no les dàn poder; no los pueden caſtigar, porque no tienen poder.*

Subditi ſubditi, non ſervi.

Senec.

Quando poteſtas poteſtatis Superioris à ſubditis?

5 Ulteriùs. *Poteſtatem ipſorum* ſubditorum, inquit Marcus. Lucas verò, *Poteſtatem ſuper eos.* In iſthoc modo, etſi diverſo, loquendi, indicatur quando iuxta legem ſit poteſtas Superiori. Lex poſita iniuſtis & non ſubditis, impijs & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis, &c.

Luc. 22. 25.

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Tu nihil admittis in te formidine pœnæ. Horat.
Sit ſpes fallendi, miſcebis ſacra profanis.

Inquit Horatius, *lib.* 1. *Epiſt.* 16. v. 52. & Marc. Senec. *Controv.* 7. *Legem hanc* (inquit) *pro malis patribus ſcriptam eſſe: bonos verò ſine lege.* Iudices poteſtate debent dirigere iuſtitiam, duntaxat ſecundum cauſam; quia ubi nulla prorsùm cauſa, nulla ſententia: & dum ſuper quos habent poteſtatem, exercent ſupplicium, debent habere poteſtatem ipſorum; igitur ni lege invenerint nocuos, nullam habent poteſtatem ſuper eos. Lex tunc comprehendit iudicem, non legitimam exercentem poteſtatem; etenim tenor legis iniuſtis ac ſceleratis. Qui crimine legi ſubditur, à crimine lege arcetur, ne iteret impunis crimen, propter pœnarum cruciamen. Unde iudex ſine poteſtate ipſorum, in non ſubditos, ſubditos habens iudicium, debet rigidè lege puniri; quia etſi iudicem fugiat, poteſtatis abuſu ſubditur legi.

Marc. Senec.

Sine cauſa, nulla ſententia.

6 Perpende proprietatem verborum: *Poteſtatem exercent in eos.* In ſubditos debet præſidum exerceri poteſtas, dum clamat iuſtitiam inferiorum iniquitas; nequaquàm ultra præſcriptionem iuris, miſcentes ſacra profanis, ſpe fallendi, quia ſine pœnæ formidine, & quia plures fautores habet poteſtas auctorata, quàm innocentia deſpecta. Eſt diſcrimen inter poteſtate exercere ſubditos, & poteſtatem exercere ſuper eos. Qui iuxta leges agunt, legibus ſubditos atque poteſtate dirigunt. Qui utuntur poteſtate ſine lege; non legi conſulunt, ſed innocentium mortificationi: & dum ſiccine poteſtatem exercent, tyranni, minimé præſides clarent; quia poteſtate citra præſcripta legum, duntaxàt præſunt ſubditorum exercitio. Apud Lucam legitur: *Qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur.* Poteſtatem habent ſuper eos, dum iuxta legem trucidant etiam iniquos, & tunc caſtigatà ſubditorum rebellium iniquitate, præſides iudices dicuntur benefici; quoniam quæ videtur graviſsima pœna, eſt plagarum ægrotantium optabilis medicina. *Benefici vocantur.* Quæ iuxta legem mortificationes, gratæ: quæ iuxta poteſtatem, ſubditorum iniuriæ; equidem in eos haud præſides exercent dominationem, ſed tyrannidem, quùm illorum debeat allicere corda præſidum beneficentia: perperàmque ultra ſubditorum crimen, extendunt dignitatis poteſtatem; quippe dedecorat, minimè habere ut ſubditis benefaciant, ſed dun-

Matth. 20. 25.

Quomodo præſides ſubditorū exercitium?

Luc. 22. 25.

Quando pœna medicina?

Senec. taxàt ut exerceant. *Corrigendus eſt itaque qui peccat* (ait Stoicus lib. 1. de *Ira*, cap. 14.) *& admonitione & vi, & molliter, & aſperè : meliorque tam ſibi, quàm alijs faciendus, non ſine caſtigatione ; ſed ſine ira.* Erudimini ab Ethnico, qui iudicatis terram, quærentes in pœnas cauſam. Iraſcimini, & nolite peccare. Crimina non irâ, ſed lege plectite : equidem non iuſtitiam exercet iudex iratus, ſed tantùm exercet ſubditos.

7 Cauſam indicat idem ibid. *lib.* 3. cap. 29. *Primum* (ſubdit) *impetum ſequimur. Deinde quanvis vana nos concitaverint, perſeveramus, ne videamur cœpiſſe ſine cauſa: & quod iniquiſsimum eſt, pertinaciores nos facit iniquitas iræ. Retinemus enim illam, & augemus ; quaſi argumentum ſit iuſtè iraſcendi, graviter iraſci. Diſtinguamus, utrùm aliquis non poſsit, an nolit. Multos abſolvemus, ſi cœperimus ante iudicare, quàm iraſci.* Frequenter igitur ab ira intenditur pœna, nequaquàm crimina. Unde cùm iudicium iracundia præveniat; dum ſine crimine iudicat, præſidis animadverſio procedit ſine iudicio. Iudicium iuſtitiam aſtruit in cauſis, quia iuſtitia & iudicium præparatio ſedis iudicis. Venerantur iuſtitiam, etiam ſubſtinentes pœnam : ſed ægrè ferunt, quia non feruntur; ut fulminetur quaſi indictum legis, quod decrevit iracundia furentis iudicis. Ira incumbit in ultionem, iuſtitia ſpectat iniquitatem. Illa, ut pœna infligatur, hæc ut culpa medicamine ſanetur. Illa ut noceat, hæc autem ut benefaciat. Illa quærit, ut ſatietur inſatiabilis, quid irroget : iuſtitia verò, ne iudex ſubditos indignè vexet : intenditurque ne iudicium præveniat ira, in ſubditorum cauſa : ob ſubditorum levamen, dum iudex furens ſuper illos exercet iuriſdictionem : igitur quærere pœnam in pœna non criminum : exercitium profectò ſubditorum. *Vos patres nolite ad iracundiam provocare filios veſtros ; ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini* : ait Doctor Gentium. Correptio malum ſupponit ; & malum, vel facienti, quia malum, diſplicet : patetque filiorum iracundia pro diſciplinæ ac educationis forma ; quoniam haud haberent filij huiuſmodi in patres auſus, modò in ipſa educatione corriperent quaſi filios. *In correptione Domini.* Aptè. Non utique filij provocarentur ad iram, ſi fieret correctio iuxta Domini regulam. Deus medetur correptione ſpecie nocendi ; ira patris nocet ſpecie educandi : haudquaquàmque patres filios vel in dolore irritarent ; ſi in correptione educarent, & non corriperent; quippequàm ira exercente poteſtatem, correctione duntaxat ſolicitat correptionem. *Nolite provocare filios* ; ne patris claudicet honos : ſiquidem miſeranda poteſtas, in cuius uſu deauctoratur auctoritas. *Nolite provocare*, maximè *ad iracundiam.* Filij iraſcentes in patrem, vel vibrantem correptionem ? Patet corripientis furor, ubi deſpicitur honor. Supplicium perperum, irà præcedente iudicium. Pœna utique iure illata, ſi poſt cauſæ iudicium accedit criminis pœna ; vacuo corripientis iudicio, ſi adeſt pœna, & non eſt cauſa : vetatque Paulus vel à parentibus innocentes corripi, ne in iracundiam provocentur vel filij : quandoquidem videntes innocentium pœnam in pœnam, provocantur etiam morigeri in iracundiam. Tolerarent à patre probra & opprobria ; ſed renuit vel filiorum reverentia, quod dicat ira cordis, non cauſa criminis.

8 Præſides in ſubditos ſatagunt medicaminis, & egent medicamine præſides ; quoniam pharmacis egent tantùm qui languent : maximè dum ægritudo eſt mentis hebetudo, à dignitate infatuatio, vel cerebrum indiget vaporatum helleboro. Miniſtrat medicus inſignis, ceu cœleſtis Benedictus. *Ordinatus Abbas* (inquit cap. 64. *Regul. S.*) *oderit vitia, diligat fratres.* Brevia verba, ſed media & extrema ex ordinatione ſumma. Media, amor & odium : extrema, fratres & vitia. Ut regat & dirigat, & ſi opus fuerit, ut corrigat ſubditos ; creditur ei dignitatis inſulatus : in cuius regimine tota prorsùm domus ſubverſa, ſi oderit fratres, & diligat vitia : igitur haud quit oriri odium fratrum, niſi ex perverſa dilectione vitiorum. Amor neceſſarius & odium in regente, ut reſpondeat ſpeciosè muneri. Odium in errores obvios, amor in ſubditos. Si queis benè volumus, ſtudio ut benè valeant conſulimus, impedientes noxia, ne pereat vita ; in Abbatis correctione mortificationis ſpecie, patet amor, quantumvis ſentiatur dolor : etenim plectens errores, claret, quia diligit fratres. Qui pro lubito regit, inflationem ex poteſtate fovet, cogitans quicquàm facere poſſe, quia fratres ſubditi. Fallitur, & eius tyrannis apertiſsimè oſtenditur ; igitur corripit fratres, quin ſint errores. Animi ſeveri eſt, tranſgreſſores plectere legum ; quoniam lex iuris averſari vitium. Pectoris tumidi inſigne, & cordis ſanguinolenti ; oſtentare

Idem.

Iudicium. que ſine iudicio?

Non eſt iudicii ſententia, quæ fulminata ab ira.

Epheſ. 6. 4.

S. Bened.

Nec defectus emendatio, ſi in correptione correptio.

Odiũ præſidis in iniquitates, non fit in peccatores.

tare poteſtatem in ſubditum innocentem. Ille etſi in fratres vitioſos non habeat odium, odit tamen vitia fratrum. Hic ductus ſanguinolentiâ, tendit tantùm in ſupplicia: oditque fratres quanvis non ſint tranſgreſſores; quippe vitia illorum amat, ut habeat quod virga puniat. Hæc ſumma dignitatis magnitudo, in præſide à ſe & à poteſtate ſtolido.

9 Satiabitur? Nullatenùs. Firmat poteſtatis timore, quod non poteſt poteſtate. Paſcitur carnificinâ ſibi gratulans, ſævitiâ delectatur, exultans. Si nequit irrumpere in cruciamina, rumpitur: crimen, ubi non eſt, quæritur, & cuncta ſtudiosè circuit, quærens quem devoret. Si non invenit, in ſubditos impetuoſiùs deſævit; quoniam in fratres acerba dirigit odia, quoties non invenit vitia. Hic eſt homo? Solùm facie, & ſolùm pede. Ira prævenit, iudicium, atque conſtituit præ poteſtate furioſum: ſiquidem amiſit in altitudine mentem, ut oſtentaret ridentibus vaniſsimam poteſtatem. In adverſa dicit Benedictus, quod ſit præſes *ordinatus*. Ordo præſidis eſt protegere innocentiam, corripere fratrum nequitiam, non provocare in iracundiam ſubditos, neque exercere perſecutionibus bonos. Ordo poteſtatis eſt tantùm ordinationis; præcipere ut præcipiatur, quo poteſtas dignitatis exercetur. Unde dum expeditur præceptum, debet ordinari iuxta legis præſcriptum; quoniam modò duntaxat poteſtatis ordinatio, in ordinatione dignitatis nullus ordo. Regat præſes & corripiat, modò ſubditos delinquentes inveniat: iuſtitia quidem placet, vel quibus dolor diſplicet: at non corripiat, quia Superior, ut corripiat, ni quod plectendum in correctionem occurrat; quia tunc ira faciet, quod iuſtitia (ut valeat) inhibet: etenim in iracundia etiam fratres provocantur, ubi virtutes tanquàm crimina puniuntur: ſimulque pectoris referatur malignitas, quia non habet quo deſæviens exerceatur poteſtas: igitur diligens vitia, averſatur odio fratres; quippe cupit tranſgreſſores.

Eius ſanguinolentia.

Quinam ordo præſidis & ordo poteſtatis?

10 Ut pacificè ſedeat in dignitate, *Nihil extra præceptum Domini debet conſtituere*; dicit Legislator, ubi *Didaſc. præced.* num. 19. & 20. At qui in libera colla furit, præcepta iuxta Domini præceptum penitùs renuit; quoniam iubetur, quod mala præſes corripiat, nequaquàm ut deſæviendo innocentes exerceat. Contendunt poteſtates, ſed tyrannus plus ſtudet timeri, quàm diligi, contra præceptum, ibid. cap. 64. *Studeat, plus amari, quàm timeri.* Cuncta ferit, dum cuncta timet; ingrataque ſubditis placent, ut ſe poſſe putent. Hoc decretum poteſtatis, apud Senec. quò ſupr. v. 443.

S. Benedict.

Idem.

Stultè verebor, quod licet tantùm mihi
Inertis eſt, neſcire quid liceat ſibi.
Fortuna noſtra cuncta permittit mihi.

Senec.

Haud reſpicit quod decet, ſed quod licet; & quod licet fortunæ, non rationi: quandoquidem ſi regeret ratio, à lupo ſæviente exularet iuriſdictio. Verbera ac verbera haud dicit truculentiam, ſed medicinam. Medicina in innocentiam? Valens animus medicinâ accipit vulnus; nec quit excogitari præſentius undecunquè venenum, quàm ſanitati medicaminis pharmacum. Datur ægris medicina in ſalutem, valentibus verò tantùm in infirmitatem: etenim cùm potiones dentur, ut pravi humores forinſecùs expellantur; ſi humorum nulla pravitas, ex medicina prævalebit infirmitas: facietque morbida corpora, quia inficit valida: ſiquidem mederi non ægris, ac medicamen non plagis, minimè eſt naturam corroborare, ſed humores commovere, atque naturam corrumpere. Vide quæ diximus, *Tom.* 4. *Tautol.* 6. *Didaſc.* 5. & *Tautol.* 12. *Didaſcal.* 2. *Sapiens medicus* (ait Benedictus ibid. *cap.* 27.) debet eſſe Prælatus. Non ſolùm medicus, ſed ſapiens; quia ſæpe ex turbulentia ac ignorantia ingeruntur pro medicamine vulnera. Articulum ibidem explicat & argumentum. *Noverit* (ſubdit) *ſe infirmarum curam ſuſcepiſſe animarum, non ſuper ſanos tyrannidem.* Si carpitur innocentia, inficit, non proficit medicina: equidem dum imprudenter ſolicitat valentiorem, lethalem ingerit irato humore ægritudinem. Quare intendens poteſtate valere, medicata ſanitate, contra methodum ac regulas medicinæ; fit tyrannicè exercitium ſubditorum, & corruptela animarum. *Tyrannidem* appoſitè dixit: igitur qui dirigit poteſtate, & non ratione, remotus à iure; haud præſes in munere conſtitutus, ſed ſæviſsimus dominatione tyrannus.

Decreta & cogitationes inſolentis præſidis.

Mederi ſanitati, eſt humorum corruptela, non medicina. S. Benedict.

Idem.

In præſide cur tyrannis & turbulentia?

11 Revertamur ad Salvatoris de huiuſmodi principibus criſim. *Principes gentium dominantur eorum; & qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos.* Apud Marcum idem & aliter: *Qui videntur principari gentibus, dominantur eis.* Qui poteſtatem exercent in ſubditos, non principantur, ſed principari videntur. Auctoritas eſt à lege: non à lege auctoritas, quùm dominatur poteſtas; quippe exercitium ſolum-

Matth. 20. 25.

Marc. 10. 42.

ſolummodò poteſtatis eſt lapſus dominationis, dirimente principatum ipsà pro iure voluptate principum: exercenteſque poteſtatem in ſubditos, principari videntur inter eos; igitur ni iuxta legum auctoramen principentur, nullo modo principantur. *Officium eſt imperare, non regnum*: inquit Seneca, quò *num.* 4. Regni eſt dominium: officij, applicatio in miniſterium, ita ut nihil principes ordinent, niſi quæ leges medit-ò iubent; quoniam poſſe contra iura, eſt impotentis potentia: dicunturque principes ſpectrum officij in ipſa regnandi adminiſtratione; quippe minimè imperium in imperio, deficientes præ lubedine ab officio. *Regnabit Rex, & ſapiens erit*; dicitur à Ieremia. Qui rex regnabit, quia ſapiens: & non regnabit, quantunvis ſit rex, inſipiens; igitur qui ad lubitum regunt regnum, habent ſimul & non habent officium. Quia ſapit, regit: at unde ſapiens conſtabit? *Faciet iudicium & iuſtitiam.* Iudicabit iudicio, non affectu, quo leges futiles, & affectiones leges. Utetur iuſtitià iuxta uniuſcuiuſque merita in præmium & in ſupplicium. Haud bonum dicet malum, nec malum bonum, ſicut qui poteſtate abutuntur, dominantes in ſubditos poteſtate, protritâ innocentiâ, nequitiâ fotâ, diligentes iniquitatem, ac perſequentes virtutem, urgentes ſubditos in amaritudinem animæ, iuſtos afficientes dolore, in faſtigium extollentes iniquos ut malignitatis ſocios, iuſtorum exercitium, ſcutum improborum, vulnus innocentiæ, atque patrocinium noxæ; quia in vitio decor, ac in virtute pudor: Rexque ſapiens regnando dicitur regere, & principes tantùm ad ſpeciem dominari; quia ille ad iuſtitiam & iudicium: & principum miniſterium, tyrannorum & non principum.

12 *Scitis* (inſit Aſſertor) *non ita eſt autem in vobis.* Apud Matthæum interrogatione proponitur. *Scitis?* Scientes neſcire videmini, dum viciſsim contentio de dignitate: equidem duntaxàt qui neſcit, ambit & poſcit. *Scitis?* Impoſsibile videtur ſcire, atque poſſe appetere. *Scitis*: & eſt ambitionis vulnus, ſcientibus grave pondus? Fugite dignitatem, & ſiccine fugabitis contentionem: igitur qui ambit huiuſmodi gloriam, minimè expandit dotes, ſed inſipientiam. *Scitis* qualis non legis, ſed poteſtatis eſt lex? Vos autem in principatu noc ſic; quia vos haud principes conſtitui in principes, ſed ut per vos qui ſubditi diſcant leges: etenim dedecus, uti principes duci in honorem, qui ſequi debent Ieſu-Chriſti paupertatem. Dedecus, diſpergere gregem, in futilem poteſtatis oſtentationem: igitur ducitur magni, eſſe principem munere, quaſi non eſſe; quia ſubditi adimplent legem, quaſi in principe nec viderent poteſtatem. Principes gentium per fas & nefas dominantur earum. Non ita erit inter vos. Portate virgam, verùm non in innocentiam. Adinſtar leonis ſub lege debet eſſe poteſtas,

Nullaſque rapi niſi iuſſus in iras.

Iuſſu legis in legis tranſgreſſores; quippe nefas, impunes relinquere delinquentes: at in tranſgreſſores tantùm, ut fiat virgà directionis tam iuſtitia, quàm iudicium: ſiquidem ſi quæruntur in ſupplicium vitia, vel fingitur in obſequium poteſtatis nota, vel imponuntur præ crudelitate crimina, virgà dominationis aculeatà in innocentes, quia ſubditi; haud quaquàm principis, ſed turbulentia tyranni. *Miſerabiliter eſurit dignitates, gloriam ſitit humanam, procul ab eo miſericordiæ viſcera, ſævire potiùs & tyrannum exhibere lætatur*: ait Bernard. de *Converſ. ad Cleric.* cap. 19. num. 34. Principes gentium ſic dominantur: vos autem in dignitate non ſic: non ita eſt, nec erit inter vos: etenim in poteſtate dominantibus infamia, cognoſci poſſe dignitate per ſupplicia.

13 Meditabatur David templum Domini, qui muneravit votum, quanvis noluit accipere obſequium: illique dicere iuſsit: *Nunquid locutus ſum ſaltem uni iudicum Iſraël?* 2. Reg. 7. 7. *Ad unam de tribubus Iſraël.* Maluend. ex Hebr. *Ad unam virgam, ad unum baculum.* Nota verſiones: *Iudex, virgà, baculus.* Si baculo deſignatur dignitas, virgà iudicis poteſtas; turpe ſanè iudici baculi inſigne, truculentà poteſtate: igitur demonſtrat ex dignitate inſolenter audaciam, quoties baculus recognoſcitur per virgam. Virgà exprimitur correptio iudicis, baculo ſplendor venerandæ dignitatis: diciturque virga, baculus & iudex; ut iudex conſulat dignitatis ſplendori, & nullo modo pectoris crudelitati: etenim muneri ac regimini macula, quod iudex in dignitate nil aliud ſit, niſi virga. De Lucillio refert Tacitus, 1. *Annal.* cap. 23. fuiſſe *Cedò alteram* facetijs militaribus vocatum; *quia fracta vite in tergo militis, alteram clarà voce, ac rursùs aliam poſcebat.* Vernaculè: *Vengan otras varas*: virga apud Romanos in vindictam criminum portabatur à lictoribus, & quaſi inſigne conceſſum magiſtra-

Ius poteſtatis eſt gladius dominationis.

Senec.

Ierem. 23. 5.

Qui indignitate ſpectra, & ſubditorum ludibria?

Qui verò ac dignè præſides?

Ibid. 43.

Ambitio inſipientiã demonſtrat.

Modeſtia in principibus Eccleſiæ neceſſaria.

Stat. 2. *Achil.* v. 186.

Unde præſidium tyrannis?

Bernard.

1. Paral. 17. 6.

Illorum crudelitatis nota, cognoſci in munere virga.

Tacit.

stratibus & consulibus. Unde Iuvenal, *Satyr.* 8. v. 23.

Iuvenal. *Præcedant ipsas illi te Consule virgas.*

Vide Iust. Lipsium, 1. *Elector.* cap. 23. & Aul. Gell. *lib.* 12. *cap.* 3. Luciliusque *Cedó alteram* dicebatur & meritò, dum incumbebat alicuius supplicio; ut pateret ultionis avidus, ac in usu potestatis planè furiosus: equidem magis quàm per muneris gloriam cognoscebatur per virgam. Virgà posse plectere, ius erat Centurionum; portare virgas, lictorum, idest carnificum: illeque virga dicitur, dum iudex à Consule nominatur; quia etsi propudiosè, iudicis nomen magis ac magis notum per officium carnificis, quàm per officium. Haud alia conditio, succinit ibid. v. 135. Satyricus,

Sunt carnifices, non præsides.

Idem. ——*Si te præcipitem rapit ambitio, atque libido,*
Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectant hebetes lasso lictore secures.

Igitur plusquam iudex, videris carnifex: virga quippe & virga clariùs indicat officium lictoris, quam munus iudicis. *Non minùs principi turpia sunt multa supplicia, quàm medico multa funera*: ait Stoicus, 1. de *Clement.* cap. 24. Utrumque turpe, & utrique probrum: sic principes gentium dominantur: Christi Apostoli non sic, igitur in orbis morum conversionem plenam; nil portare iubentur, *neque virgam.* Vide dicta, *Tom.* 4. Tautol. 13. Didasc. 4. à n. 10.

Seneca. Matth. 10. 10.

14 Causa huius tyrannidis insinuatur à Seneca, ibid. *cap.* 12. *Contrarijs* (ait) *in contraria agitur: nam & invisus est, quia timetur; & timeri vult, quia invisus est: & illo execrabili versu, qui multos dedit præcipites utitur*: Oderint, dum metuant; *ignarus, quanta rabies oriatur.* Aliud & aliud corripiendum, ex sævitia oritur; ubi sævitiâ corripitur. Unde cùm iudices commendari debeant maiestate, maiestatem commendant & virgæ & virgæ. En diaboli insignia, descripta ab Evangelico Propheta. *Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & exceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.* Singula consideranda. *Iugum* (ait) *oneris eius.* Iugum legis est, quia nemo debet vivere sine lege: onus utique cuilibet grave. Illud, est moderamen rationis; hoc, exercitium tyrannidis: & dum sub iugo subditus non gemit, oneri iugi succumbit; quia super iugum legis, vigilavit iugum inicuitatis: quandoquidem præses ut exerceat potestatem, plectit adimplere legem. Iugum oneris, non onus iugi; quippe respectivè non onus, præut est prælatus: igitur acerbius inter onera gravamen, portare præsidem. Hinc, *oneris eius*: quia ab illo, & eius, est onus. Iugum legis leve, si adimpletur: iugum legis grave, si proijcitur. Iugum præsidis, iugum eius; quia semper onus, sive lex servetur ad unguem, sive patiatur ruptionem: diciturque meditanter non onus iuris, sed onus principantis Superioris; quippequam præses huiusmodi est onus intolerabile. Haud hominis in eis forma, sed idolorum figura, anaglypha in sella dignitatis insulata. Vernacule: *Mascarones*: ut vividè ostendant personam; decor est, portare larvam At unde? *Facta sunt simulachra eorum bestijs & iumentis: onera vestra* (*imposita*, inquit Vatabl.) *gravi pondere usque ad lassitudinem.* Exprimitur subditorum labor, quando pro præside principatur furor: equidem uti simulacra ærea aut lapidea ad pietatem, statuæ marmoreæ in consolationem; onera sunt & gravia, etiam si subditi sint iumenta. Quid rationali, quando iumenta lassantur; & fatiscunt præsidum pondere? *Contrita sunt*: ait Propheta. Contrita quæ colebantur oracula? Etiam contrita, sunt onera; ut clareat quantum in munere, qui etiam gravissimum onus vel remoti à dignitate. Si ita idola contritione fracta, quid in Throno, ubi omninò inflexibilia? Duritiem communicabat potestas, & ut dicit Statius, 1. *Achil.* v. 434.

Illorum gloria subditorum verbera.

Isai. 9. 4.

Summa sævitia, dum plectitur innocentia.

Sunt intolerabiles etiã subditis iumentis.

Isai. 46. 1.

Vatabl.

Vers. 2.

Vel defuncti dignitate.

Addunt mucronibus iras. Stat.

15 Ex positione diaboli constet insigne. *Et virgam humeri eius.* Quid in signum crudelitatis, quod virga sit in humero, vel in manu; cùm habere ad manum mortificationis instrumentum, indicet diriorem animum? Non indicat. In manu, ut ictum sortiatur; necesse est, quòd elevetur. Virga in humero, dicit sævitiam; quippe situs sanè in plagam, ex minaci elevatione pro quovis defectu subditi: & virga humeri dicit ut sanguinolentum præsidem manifestet: etenim pro animo truci, inhumano in subditos, ac truculento; illos percupit semper habere sub ictu. Hoc intuitu subditur etiam *& sceptrum exactoris.* Virga correptionis instrumentum, sceptrum dignitatis est symbolum: sceptrumque præsidis dicitur virga quæ humero portatur; in blandimen sævitiæ, & ostentationem belluæ: igitur magis gloriatur de signo pravæ mortificationis, quàm de insigni dignitatis. Perpen-

Ibidem.

Extremum crudelitatis.

Ibidem.

pende *exactoris* titulum. Si exactor, non mirum, quòd virga ſceptrum. Elevatio virgæ dirigitur in percuſsionem, propter eà Moyſi, ut percutiat aquam, dicitur: *Eleva virgam.* In humero habet acerrimus præſes, fingens & fungens munere diri exactoris; igitur virgà innocentem urgens obligat, cùm nihil legibus debeat: terret minaciter, quaſi eſſet legifer: elevatque vibrans ſuper humerum virgam; ut ſubditis patefiat propenſio in ſanguinolentiam. Vigilantiſsimè dialecto Hiſpanà: *Sal aqui traydor.* Unde homo, exutus humanitate? Conditio eſt belluæ. Plus dicit Stoicus, ubi dudùm *cap.* 5. *Muliebre eſt, furere in ira: ferarum verò, nec generoſarum quidem, præmordere & urgere proiectos. Elephantes, leoneſque tranſeunt, quæ impulerunt? Ignobilis beſtiæ pertinacia eſt.*

Exod. 14. 16.

Cur dicantur exactores?

Senec.

Ignobiles beſtiæ.

16 Quid in huiuſmodi violentiæ articulo, torrentis rapidi curſu, faciet innocens? Eſtò faciat, vel non faciat ſemper obex. Haud ſufficit iunci flexio, quando intenditur fractio: quæ quidem etſi non exeat, malitia cogitat. Quid faciendum cum virga, cum ſceptro, cum onere, cum exactore non debiti? Recurſus tantùm ad viſcera Dei, qui cuncta ſuperabit, *ſicut in die Madian.* Graviſsimum namque onus, quod tantùm valet excutere Deus. At quomodò in die Madian, ut cor expectet, & ſpectet, ſi fortè ſit ſpes? De hac victoria fusè diximus *Tom. præced. Tautolog.* 11. *à num.* 4. Rabinni autumarunt, afflatum totum exercitum è cœlo, ita ut in cineres illo reducto, nec ullius hominis appareret imago. Reſeravit metamorphoſis, quid perſtiterint in vivis, dum flammis ſopita minarum flamma, atque fulminibus fulmina. Sit in exemplum præſidum totum excidium: ſiquidem dicent cinis & ignis, quid flamma pectoris. In textu ſacro legitur: *Mutuá ſe cæde truncabant.* Ira excandeſcebant, furore cæci inſenſatè laborabant: unde arbitrantes impunè *ferire ſubditos*, in ſeſe mutuò retorquebant gladios. Ioſephus, lib. 5. *Antiq.* cap. 8. arbitratur completum exterminium confuſione linguarum. Quid facerent, dum ſe conturbati viciſsim non intelligerent? Subditos percutiunt in ambitu libertatis: at decretum pro expeditione in anguſtijs, ſocios percutere quaſi hoſtes. Expanditur huiuſmodi tractu tyrannidis ſiparium, ubi aperitur præſidum, ducumque hoſtilitatis ſymbolium: igitur ut ortà luce veritatis, complosà lagenà innocentis, excuſationem prætendant; ſocios accuſant, malignitatis infamant, inſidiarum inſimulant, proditionis incuſant, falſitatis coarguunt, fœderationis convincunt, technas referunt; & dum reciprocè de perfidia conſortes appellant, mutuà ſe cæde trucidant, quippe neſciunt, quò ſe vertant: plauditur tunc innocentia, victoriâ partâ; quia nulla in triumphum clarior victoria, quàm digladiari ut hoſtes, complices criminis: ſimulque videre confuſionem labiorum, à contradictione linguarum; quòd mutuò contendant inimici, qui in factionem fuere ſocij. Siccine iuſti victoria, & præſidis pravi amentia, cuius in corde ultionis flamma, in innocentem ſævitia, & ut canit, 2. *Achilled.* Papin. Stat. v. 183.

Ibidem. *Quodnam ſubditis graviſsimum onus?*

Iuſtorum.

Cognitâ veritate innocentium, oritur contentio iudicum.

Totoque in pectore Troia. Stat.

DIDASCALIA III.

Iudicis prava iudicia à læſo corde & phantaſia.

HAud facilè invenitur veritas, ubi gliſcit, ſerpit, regnatque cordis malignitas; quippe ſemper fugit verum à conventu malignantium: abſconditque ſpecioſitatis decorem à multitudine operantium iniquitatem.

Veritas non videtur à pravo corde.

Non cuivis facile eſt, ipſum cognoſcere verum:
Hic eſt ille ramus, medium quem maxima, ſilva Palingen.
Arboribus denſis cinctum, atque erroribus atris
Obductum cælat: nec multis aurea virga
Conſpicitur, niſi cui puræ oſtendere columbæ.

Succinit Marcell. Palingenius, alludens ad donum Æneæ tendentis in Elyſium campum, à Sibylla Cumæna generosè conceſſum; de quo Ovidius & Virgilius. Nulli igitur patet aditus in iulam veritatis, ſine ramo ductore bonæ, ſynceræ intentionis: equidem ſi purida viſcera, iudicia miniſtrantur etiam à læſa phantaſia. Iuſtitia nihil ex ſe petit, niſi uſum ſui: quod quidem facile, modò detur iudicium ſimplici cordi. *Iudicia ſi habueritis: contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum*: monet Corinthios Paulus, additque: *Ad verecundiam veſtram dico.* Aliqui legunt: *Stultos*, alij *ſimplices*, alij *Qui pro nihilo haben-*

1. Cor. 6. 4. Caietan. Salmeron.

D. Thom. *bentur.* Alij, *infimos.* D. Thom. hic: *Qui ſunt ſapientes in rebus mundanis, illos conſtituite ad iudicandum.* Doctrina inſignis, quam Monachi debent ſequi, cogitantes ubi ſunt veræ divitiæ: igitur ne vel ad horam ab animæ recedant tranquillitate; vel uſurpantibus temporalia, debent cedere. *Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?* ſubdit Doctor Gentium. At quorsùm de rebus iudicandis reſpuit iudicium; cùm creſcat dyſcolorum audacia, ex ſilentioſa patientia? Parcit litigantis labori, dum monet non litigare: ſiquidem levior erit iniuria, dum non efformatur cauſa: ſibique ad quietem conſulit, ubi plus in bonorum amiſsione acquirit; quippe fraudatus moleſtiam experietur minorem, ſi ceſſerit vel cognoſcens apertiſsimè fraudem. Quæ videtur ſtultitia, eſt meditata prudentia: quandoquidem in lite, qui intendit acquiſitioni; intendit etiam in labores, litis comites, vel fratres: uſuvenitque ſæpè amittere cauſam, & nonnunquàm amittere etiam patientiam. *Qui ſpiritualibus donis ditati ſunt* (ait Gregor. Magn. lib. 19. in *Iob*, cap. 14.) *profectò terrenis non debent negotijs implicari; ut dum non coguntur inferiora bona diſponere, exercitati valeant bonis ſuperioribus deſervire.* Sepeliant ergo mortui mortuos ſuos, ut viventes ſeſe gerant uti Monachos: etenim ſimiles erunt ſtultis, ſi litigant de terrenis. Ad rem ergo.

Monachi non curent de terrenis.

Verſ. 7.

Cur litigiũ moleſtum?

Gregor. Magn.

2 Lites ſi habuerint fideles, in earum iudicium qui ſtolidi conſtituendi ſunt iudices. Sub conditione, quòd poſsint eſſe litigia, ſub his iudicibus dirimenda cauſa; ut conſtet, non agi contentiones contentione, ſed amore iuſtitiæ: etenim ita perſpicui ad cognitionem actus; ut poſſit cauſam iudicare vel ſtultus. Haud dicitur *ſi habetis*, ſed *ſi habueritis.* Conditio reſpondet conditioni, & iudex cauſæ; quippe iuſtitia ita clara debet eſſe ex iniuriæ atque fraudis controverſia; ut iudicio recto dirimat iurgium conſertum, vel qui videtur non habere iudicium. Verùm ſi iudices debent eſſe ſapientes, quo intuitu in cauſam conſtituendi ſunt ſimplices? Ut fulgeat iuſtitia in cauſa, & nullatenùs proculcetur innocentia: etenim cùm ſapientes intendant in gloſſas iuris, & ſimplices duntaxàt in ius rationis; aptiùs expeditur cauſa à ſani cordis iudicio, quàm à cauſidico verſipelli, vafro. Infimi dicuntur & nihilo habiti, qui de nihilo iudicaturi. Ideſt, deſpecti: equidem cùm homo æſtimet iudicum fauſtum, & auctoratum iudicium, ducatque parvi non iudicantes iuxta iudicium mundi; iudicaturi rectè, qui ſunt deſpecti: igitur tunc iudicium bonum, quando iudicium non iuxta mundi leges, ſed iuxta leges rationis. Infimi, ideſt ſimplices, innocentes ſine nota peccati, qui eximijs virtutum dotibus, ſunt deſpectui ſuperbis, & opprobrium abundantibus: ab his diſcutienda, ac dirimenda lis; non à peccatoribus, quibus lex nec ius, nec fas: ſiquidem interpretationibus vafris, violentiâ iuris, ne damnent propria fulminato iudicio, abſolvent etiam nocentem à delicto maximo. *Quàm turpes lites, quantò turpiores advocatos habent: Alius iudicia patris accuſat* (ait Seneca 2. de *Ira*, cap. 7.) *quæ mereri ſatius fuit: alius delator venit eius criminis cuius manifeſtior reus eſt. Iudex damnaturus, quæ fecit, eligitur: & corona pro mala cauſa, bonâ patroni voce corrupta.* Hi cauſas implicant, tricas replicant, veritatem obnubilant, fraudes glomerant, atque iuſtitiam obſcurant: à quibus iurè cauſa removenda, ut iure libretur cauſa; quippe in conſilio impiorum, de ſtellionato conſilium: & quos mundus uti infimos deſpicit, uti innocentes irridet, definient meritò litem; quia nunquàm in corde foverunt iniquitatem.

Senec.

Homo iniquus iudex quare peſsimus?

Unde iudicium rectũ in cauſis?

3 Ulteriùs. *Contemptibiles: ideſt, laicos*: aſtruit hìc ad *quæſt. 6.* Salmeron. Ad laicos? Iudexne melior ſacerdos? Utique, ſed leges ignorat, in eo quod iudicat: & Paulus remittit dirimendas lites, ubi adſint leges; quippe etſi rectum iudicium, ſi iudicium ſine lege, erit rectum ab errore: quandoquidem malè iudex iudicabit, quæ non intelligit. *Ad laicos.* Ad laicos, qui multoties pervertunt iudicium, præut micat commodum? Planè: minoris enim periculi eſt, iuxta leges ſæcularis ſententia; quàm quòd legum ignorantiâ, deviet qui ſacerdos à iuſtitia: igitur ſine ulla notitia legum, nequit æquè efformari iudicium. Inter fratres ſignatur diſceptatio: & ad laicos remittitur cauſæ cognitio; ne deliberet affectus fratrum, quam debet iure definire iudicium: etenim crepera omninò iudicia, ubi aſſeſſor dependentia. Laici, quorum nihil intereſt, an hic vel ille vincat, aut causà cadat; ritè & rectè examinant cauſam, refragantur, aut ſuffragantur iuris ad formam. Qui fratres inter fratres, iura dicunt averſiones & affectiones. Ubi independentia, ibi integerrima iuſtitia;

Etiam qui leges ignorat.

tia : & fratrum cauſæ remittuntur ad laicos ; quia præter leges in huiuſmodi tractu , quid ad illos ? Nihil profectò ſibi utilitatis ſperant , & vera iudicant. Sanè corruptela eſt , qua de cauſa Apoſtolus, ni oriatur ut lolium lis ; *Quare non magis* (inquit) *fraudem patimini?* equidem certamina fratrum vel riſus vel irriſio fiunt laicorum , excuſantium , viſis perfectorum ex inſtituto cauſis , proprias imperfectiones , & multoties mirantes turpe litigium, ex imperfectione perfectorum : Pauluſque monet patientiam fraudis , vel cognitâ iniuriâ litis ; quippe inter fratres ſatius erat abſcondi , quàm oſtendi poſſe fieri. Dicit Satyricus, 8. v. 140.

Verſ. 7. *Monachorum litigiũ laicis riſus vel ſcandalum.*

Omne animi vitium tantó conſpectius in ſe
Crimen habet , quantò maior , qui peccat habetur.

Iuvenal.

4 D. Thomas, ut vidimus , contemptibiles iudicat , qui ſunt ſapientes in rebus mundanis. Gregor. etiam loc. citat. ait : *Contemptibiles nominat , & tamen ſapientes vocat.* Iudices ſapientes & contemptibiles ? Sanè. Sapientia dicit cauſæ cognitionem : contemptus iudicij temeritatem ; ortâ intra iudicum pectora alia lite ex lite iudicanda , propter certamen ex cognitione mentis , & malignitate cordis: hoſque iudices ſapientes , vocat Paulus contemptibiles ; quia deficiunt voluntariè læſo corde à tenore iuſtitiæ , vel cognita veritate. Iungamus oppoſita. Sapientes, vocantur ſtolidi iudices ; ſtolidi contemptibiles , ſapientes. Illi nituntur phantaſiâ in litis iudicium , hi reſpiciunt actiones litigantium : cauſaque relinquitur ſimplicibus , uti ſapientioribus ; quia ſatiùs & acceptiùs lites dirimit intentio ſyncera cordis , quàm calliditas ſcientiæ cum malignitate mentis. Iccircò Paulus infit: *Ad verecundiam veſtram dico.* Ex cauſa iudex erubeſcere debet , ſi pravum pudet; dum ſententia iudicatur per contemptibiles , qui recto iudicio , iurè facti iudicum contemptores : quandoquidem per iudicia , à vobis quaſi rectè iudicata ; apparent viſcera putrida. Perperàm à vobis cauſarum fit diſceptatio : *ad verecundiam veſtram dico* : igtur ſtatutâ à vobis causâ , atque prolatâ ſententiâ ; dandum pudori , iudicari ab illis veſtrum iudicium & rectè ; qui iudicantur ſtulti. Stultiſsimi eſtis in dirimendis cauſis , ſtudentes affectionibus cordis , quas eliciunt in tribunal , qui iudices contemptibiles, conſulentes iudicio , ne inter fratres ſit contentio: *ad verecundiam veſtram dico* : ſiquidem ſuffuſio frontis , quâ rubeat , aut palleat facies , eligi in litigio iudicem ; ac in ſententia , cordis vomere putredinem.

Gregor. Magn.

Unde in iudicis ſapientia cæca ſtultitia?

Verſ. 5.

5 In diebus Ruth *iudices iudicabant.* Quando iudices non iudicant? Inutile ſanè munus , ubi iudicat affectus. Non iudicum , ſed rationis debet eſſe iudicium: etenim ſi in iudicio iudicum non intervenit ratio ; iudicium ſine iudicio. Qui laborant cardiâ , ideſt , dolore cordis, cum læſione mentis , affecti ſunt humoribus mordacibus venenatis. Adi Celſum , & Manget, in *Bibliothec. Medic.* liter. C. Hæc affectio civiliter graſſatur in iudices , præ dolore humoris intra viſcera mordacis : & cùm ex abundantia cordis os loquatur ; in iudicio non ſententia , ſed languor vividè exprimitur : igitur malè iudex affectus expectantibus iudicium, præ moleſtia doloris indicat morbum. Sententia proferenda iuxta allegata & probata , non iuxta à iudice excogitata vel ficta ; ne ſit iure phantaſiæ ſententia: tunc enim non iudicis ſunt iudicia : ſiquidem cùm formata , quia concepta, ſint à læſo corde , & prævaricata mente; ubi intendit elicere mentis abſtruſæ iudicium , profert ex abrupto cordis affecti venenum. Furor eſt maior , dum non cognoſcitur furor : maiorem quippe demonſtrat furoris vehementiam, non cognoſcere ut inſaniam: deaurareque cupit iudex ſpecie rutilâ iuris , cuncta decreta phreneſis: etenim ſi ad actionem actio deficit,ut poſsit damnare , fingit.

Ruth. 1. 1.

Iudicis affectus in iudicio , capitis eſt atque cordis affectio.

6 Querulus (nil novi : nimis erat afflictus) exclamat ad Dominum Pſaltes Regius : *Uſquequò peccatores Domine , uſquequó peccatores gloriabuntur* ? Quia pro illis iudices , tanta ac indigna ſuſtinebunt innocentes? Exacuent impunè telum, ut ſagittent in occultis & palàm immaculatum? Proh dolor! *Sagittabunt* (ſubdit) *& non timebunt.* Nec timor , nec pudor? Videtur cautio , ſi ſagittant in occulto, intentione malignantium: igitur in vulnus dirigitur telum ; ut plagam innocens ſentiendo videat , verùm neſciat , unde veniat. Grana in ſementem legitima. Unde ergo habet zizania ? Patet calliditatis induſtria. Zizania nocent ſementi , ſed magis nocet , quòd neſciatur undè. Fusè agemus *Tautolog. ſeq. Didaſcal. 1. num.* 15. Sagittæ ſanè graves ; ſed ampliùs , quòd nil timeant iaculatores. Pro vexatione redimenda , inſtituta tribunalia , quorum ad voces clauſa ſunt oſtia : audacterque im-

Pſal. 93. 3.

Pſal. 63. 6.

Matth. 13. 27.

ma-

Iniuriarum vindices, iniuriosorum pravi protectores.

maculatum eiaculant, quin fidenter ullum periculum timeant; quoniam quos vereri debebant iniuriarum vindices, erant iniquitatum protectores. Non tàm acerbitatibus sunt osores innocentiæ, quàm parasiti atque assentatores iudici, mulcentes vulnera viscerum, dum quærunt alexipharmacum: igitur cùm vulnera placeant; catervatim, certatimque studiosè sagittant. Abesset sanè epithima blandimine iudicis: præ affectu cordis languentis. Scrutati sunt iniquitates, & defecerunt scrutantes scrutationes, omnem lapidem moventes: quin deficientes invenirent defectum post curiosum scrutinium, etsi studerent nequitiæ vel usque in deliquium animi: infirmatæque sunt linguæ eorum in depositione diligenter scrutantium; quia testimonia operantium iniquitatem, in collatione sonabant contradictionem. Quid mirum? Deponebant quod scrutata nequitia, & confictum à phantasia: despectumque fuit embolium, quippe phantasticum.

Hinc sine formidine peccant.

7 Verùm consideranda Argolica calumnia. Nihil profectò micabat, in quod nequitia intendebat; at in cordis ægri iudicis meditata mulcimina, causa prorsùm concinnanda. O stulta cogitatio & cæca sævitia! *Firmaverunt sibi sermonem nequam. Se invicem monuerunt*: infit Genebrardus. Pende. Non invenerunt causam & *firmaverunt sibi sermonem nequam.* Qui non potuit damnari de iniquitate, accusandus erat de sermone; non præut iacuit, sed præut firmaverunt sibi: equidem cùm iudex vellet damnare; nequam sermonem sufficiebat asserere: igitur quæ non tacta, iudicabantur intenta, quippe iudex sciebat interna vulnera. *Firmaverunt sibi sermonem nequam.* Nullum verbum nequam in sermone cognoverunt, sed sibi confingentes firmarunt, ut emineret nequitia in circumventione facta: etenim uti nequam accusarunt, quod sciebant à se fictum. Pinxerunt sibi. Nil erat, de quo accusarent, ni malignitate fingerent: equidem cùm sententia proferenda non iuxta iuris formulam, sed iuxta læsam phantasiam; sufficiebat in irreparabile damnum, sine crimine crimen, quod sibi visum. Si iudex adhæreret æquitati; parvi momenti, quòd firmarent sibi; quippe iudicium iuxta causæ veritatem; non iuxta malignantium cogitationem: verùm cùm imaginariè à læso corde, atque phantasiâ pruriente fulminanda sententia; reliquiæ cogitationis satis damnationis causa: igitur uti crimen impudenter accusarunt, quod ipsi tantùm, & sibi cogitaverunt.

Ibidem.

Genebrard.

Unde ex verbo communi quæstus?

Maligni ut crimen accusant, quod ipsi cogitat.

8 Adhuc increvit malitiæ virus, ut iudicis ægri intumesceret pectus. *Firmaverunt sibi sermonem nequam: se invicem monuerunt*, ne discreparent in dolos; simulque *narraverunt, ut absconderent laqueos.* Narrant, quippe non timent, audenter de iusto; quod illorum meditata est cogitatio. Si cogitarent & tacerent, propositum totius malignitatis prætermitterent: notitiamque avidè seminant, de quibus mendaces cogitant; ut cuius caput non læditur, adminùs lædatur honor: siquidem haud tandem tandem prævalebit pravitas, ni ab innocente removeatur auctoritas. Malitia illorum auctoranda, ne cognoscatur malitia, nec proculcata fraudibus innocentia: & quæ cogitant, turgidè narrant; ne cognoscatur, quòd cogitant, atque pateat narratione, quod deviat à veritate: equidem ubi prava affectio, quùm nulla fiat narrationis discussio; credent tanquàm inconcussum, quod ab illis duntaxàt præ nequitia excogitatum. Cogitant, & tutè narrant. Quo intuitu quod sciunt fictum à se, ab his manifestum fit? *Narraverunt, ut absconderent laqueos.* Fugiunt imposituræ pœnam, arte molientes iniuriam. Proferunt ex se, quasi non à se verbum, & retrahunt callidissimè manum. Laquei sunt verba volantia; quæ dicuntur tam famæ, quàm vocis murmura (de quo latè *Tautolog.* 6. num. 45. & *Tautolog.* 10. *Didasc.* 1.) dubio aut nullo auctore malorum, verùm cum indice scelerum: unde Ethnicus lib. 12. *Metamorph.* fab. 2. succinit.

Ibidem.

Narrant in dedecus uti verũ, quod à se fictum?

Qua industria?

Millia rumorum, confusaque verba volutant,
E quibus hi vacuis implent sermonibus aures:
Hi narrata ferunt alio, mensuraque ficti
Crescit, & auditis aliquid novus adjicit auctor.

Ovid.

Clarent cogitationes malignantium, & narrationis propositum. Si non sunt in iusto iniquitates, sint verò ad minimum voces: sint verba & verba, & exitus quosquos dederit fortuna. Hi laquei absconditi, nimirùm, rumores falsi; igitur hac versutiâ nequitia pectoris prævalet; quia difficile inventu, quis dixerit, vel non dixerit. Narranda cogitant, & cogitata narrant, simulque rumores seminant in pavorem innocentis, sutelà circumscriptionis: igitur videt pavidus tra-

Verba volantia quàm nocua!

ctum in accuſationem, quod nunquàm venit in mentem. Cogitant & narrant firmantes ſermonem nequam: cuius entitatem aſtruunt, quia cuncti, quos monuerunt, dicunt & dicunt. Sciunt minimè diſplicere auribus iniqui iudicis voces huiuſmodi & multiplices voces, etſi cognoſcat falſas; ut vel imagine ſaturetur aviditas: *Ut*

Ovid. *Umbra viri viſa eſt: viſam fera ſævit in umbram.*

Uti idem dicit ibid. *lib.* 4. *fab.* 18. Unde artificiosè ſeminantur volatu mobiles voces; ut delectentur ſono tyranni præ pruritu avidiſsimæ aures. Hinc querimonia David: *Uſquequò peccatores Domine, uſquequò peccatores gloriabuntur*? Credet

Ubi ſupr. hoc quiſquam? Quare via impiorum proſperatur? Etiam cœleſtia cadunt in finum, felicia occurrunt ad votum & ultra votum. Os aperitur, & illicò impletur: etſi ſceleſta diabolica cogitatio, ex ſententia ad unguem cedit propoſito. Quare? Uſquequò? Donec triumphet iure

Infeliciſſimi peccatores felicitate. ius: igitur prævalente apud iudices malitiâ, exibit ſemper è tribunali cum palma. Ars in meritum aſtruenda, quia eſt alia vita: & ut dicit vel Stoicus *Epiſt.* ultim.

Senec. *Bonum tuum habebis tunc, cùm intelliges infeliciſſimos eſſe felices*: & Ovven. *lib.* 2. *Epigram.* 165.

Ovven. *Labitur indocto populus ſub Principe; ſicut*
Præ capitis titubant ebrietate pedes.

9 Haud David in cordis recedit quietem, quoniam Dominus diligit iuſtitiam & æquitatem. *Uſquequò*? Uſquequò captabunt in animam iuſti, & ſanguinem innocentem condemnabunt? *Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto*? Quæ ſedes iniquitatis, ſi ſceleri nulla ſedes? In nulla ſede moratur, eſtò in ſede collocetur. Datur utiquè iniquitati ſedes, ut conſtet perſiſtentia iniquitatis: igitur ita dilecta, ita à viſceribus fota; ut non ſolùm detur locus ubi appareat, ſed ubi ſine timore pacificè ſedeat: perperàm iuſtitia ſedebit in litis diſcuſsionem à dextris iudicis, dum iniquitas ſufficitur ſine timore expulſionis: ſedeſque iniquitati ſignatur, ut expulſio iuſtitiæ à tribunali ſignetur: etenim ſi malum, in exedris iuſtitiæ expulſio; peſsimum, quando iniquitas collocatur in ſolio. Hiſpan. *Malo, que la juſticia ſe arroge; lo peor es, que la maldad ſe entronice.* Sedes iniquitati? Utique, quia Deus averſatur iniquitatem ſedis: &

Pſalm. 93. 20.

Iuſtitia fugit, ubi iniquitas ſedet.

pro ſede iudicis, ſedes meditanter dicitur iniquitatis; quia ita iudicis ex abuſione pravitas; ut ubi ille ſederit, ſedeat auctorata iniquitas. Clamat innocens & captatur in pœnam: quæritur, & ſanguis effunditur in vindictam. Sic illa alia apud Naſonem lib. 9. *Metam.* fab. 8.

Si qua fides miſeris, hoc me per Numina iuro, Ovid.
Non meruiſſe nefas: patior ſine crimine pœnam.
Viximus innocua.

Nulla eſt cauſa, ſed pœna innocentiæ prompta à iudicis deteſtabili malitia; quin ſit recurſus in ſolamina queſtus: quandoquidem ſedes prominet iniquitatis, quæ debebat eſſe iudicis. Pœna eſt, & maior à iudice, quàm à moleſtiæ cruciamine, vulneratione iuſtitiæ: equidem cùm ſedeat in ſolio iniquitas, quo iuſtitiæ dirigebat integritas; nequitia & non iudex pro iudice collocatur: in ſolium enim aſconditur, habetque iudex tribunalis tantummodò ſedem; ut iudicis titulo machinetur ſtrophicè ſolerter iniquitatem.

Malum, ſi ſedes iniquitatis, quæ ſedet iudicis.

10 Verùm inquirendum de connexione verborum. Non adhæret Deo ſedes iniquitatis, ſeu iuſtitiæ pulchra ſpecies; Ibidem. quia rectiſsimo iudicio fingit ille *laborem in præcepto*. Quid quod ſit vel non ſit in præcepto opus laboris, ut Deo iudici diſpliceat iniquitatis ſedes? Quia diſplicet nefas in iudicatura; ex præcepto qua veritas in litigium eſt eruenda. Iuramento extorquetur occulta veritas, ut minimè lateat tranſgreſſoris iniquitas. Scit iudex cauſam innocentis felicem, ſed malignitate cordis renuit teſtibus comprobari veritatem. In examen urgetur, invitè trahitur: quoniam ſi conſtat verum, eius etiam cognoſcetur embolium: præceptumque fingit, & laborem in præcepto non imponit; ut innocens ſine teſtibus damnetur, quia qui teſtes non teſtantur: unde ſedes iniquitatis habetur odio ab imponente laborem in præcepto; quia cum Deus, ut liget, imponat, & ut veritatem è caligine eruat; altè ſedere iniquitatem in iudice, hiccine demonſtrat modus veritatis explorandæ: quandoquidem plus momenta pretioſæ evaneſcunt veritatis, ſuo velamine vaferrimo amplioris inquiſitionis. Inſuper. Perturbare innocentiam enixim iudex intendit; & callidè in veritatis informationem recurrit; quo ex interrogandi modo, fit ad placitum iudicis informatio; vel quia quærit incongruum, vel quia prætermittit

Artes perverſi iudicis.

tit verum, vel qui teſtes dependentes deponunt, vel denique quia ſcripta, quæ non teſtantur : & ex præcepto atque iuramento ficto, irritatur qui laborem ſemper ponit in præcepto ; quippe execratur quaſi ſacramento factum, quod ſub iuramento fictum.

11 Ulteriùs. Haud quieſcit iudex, ſi cadat innocentia, ni detur in damnationem vel ficta causà. Deus fingit laborem in præcepto : iniquus iudex ex iniquitatis ſede, fingit dolo præceptum in labore. Fictio laboris in præcepto à Deo imponitur, ut meritum actionis augeatur; ita ut labor in obediente, ſit in onus quaſi fictus, & honor ex lucro verus. Præceptum in labore eſt opus tyrannidis, cauſam in actionibus ſine actione quærentis; ut puniat tanquàm inobedientiam, vel ipſam ficti præcepti obſervantiam : & qui imponit in præcepto opus laboris, laborem præcepti notat ut ſedem iniquitatis ; quippe iudex inſolenter in laborem ſubditorum, fingit poſuiſſe præceptum. Aptè igitur ſedes tunc notatur iniquitatis, & nequaquàm ſedes iudicis: ſiquidem ſcire præceptum fictum, & plectere quaſi impoſitum, maculatà innocentiâ atque latente pro iudicio nequitiâ; haud credi poteſt de iudice homine, ſed de furioſo, effræniſsimo dæmone.

Protervitas in nequitia.

12 Scribit Ioannes ex nomine Chriſti diſcipulo Polycarpo : *Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam* (ideſt, ait Alapide hìc, *facultatum exſpoliationem*) *ſed dives es* : nimirùm, reſiſtere vales : *& blaſphemaris ab his, qui ſe dicunt Iudæos eſſe* (idem ſubdit : *Veros eſſe religionis cultores*) *& non ſunt ; ſed ſunt ſynagoga Satanæ. Nihil borum timeas quæ paſſurus es. Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem.* Plura continet textus, de quibus aliàs : modò tantùm exponendum, quo pacto diabolus in carcerem illos miſit ; cùm nec ad horam, nec ad momentum valeret? Iudex Smyrnæ, illorum interventu, qui ſe dicebant veros religionis cultores, cùm eſſent in ſynagoga Satanæ Synedri & principes ; cognoſcens compeditorum innocentiam, atque religioſam vitam, in cuſtodiâ iuſſit retinere, demùmque dirè punire : & cùm iudex pravus illos miſiſſet in carcerem, aſſeritur fuiſſe dæmonem; quoniam dæmon duntaxàt excogitare poterat, cognoſcere innocentium addictam rationi atque legibus vitam, & condemnare innocentiam. Adinſtar aranearum retia conſtruit laboriosè malitia pectoris, ex proprijs viſceribus venenatis : & quæ in viſceribus toxica, non ſunt toxica, dum retia; quoniam malitia compeſcitur, dum vulneribus vita innocentis ſanatur : iudiciſque ſimul ita immutatur naturæ conditio, ut minimè appareat homo, nec iudex, nec legis vultus ; ſed dæmon furioſus dignitate larvatus. Pende, dæmonium non vocari, ſed diabolum. Dæmon idem eſt ac princeps : diabolus, accuſator, criminator : dicuntque iudicem diabolum, etſi eſſet in dignitate dæmonium; ut clareret nequitia pectoris ex inflatione occurrentis dignitatis : igitur tanta averſio in innocentiam, eò inhiabat furenter in vindictam ; ut omitteret princeps officium iudicis, atque in munere ſumeret officium criminatoris.

Apocal. 2. 9. Alapid.

Verſ. 10.

Non eſt homo, ſed dæmon.

Amittitur iuſtitiæ decor, quando iudex criminator.

13 Brevi expreſsit Benedictus in iudicis cognitionem, docilem vel pravam indolem. *Abbas* (inquit, *Regul. Sanct.* cap. 2.) *qui præeſſe dignus eſt.* Non qui præëſt, ſed qui dignus eſt præëſſe, ille præëſt in dignitate : equidem non dignitate munerum, ſed pretioſitate dotium. Non præëſt, qui præſes regit, ſed qui dignus dignitati congruit : igitur qui præëſt, ni dignus ; non erit præſes, ſed diabolus. Haud prudentiam munus tribuit : potiùs adimere ſolet : dignuſque meritis fit, nequaquàm quia ſolùm præëſt ; etenim qui præëſt, quoniam præëſt duntaxàt; non præſidet ſed delirat : pro ſede quippe auctoratiſsimi præſidis, obijcitur ſæpe thronus & ſedes iniquitatis. Qui præëſſe dignus eſt, in dignitate præſes : qui quia præëſt ſibi videtur dignus, non dignus planè videtur ; quoniam non ille dum præſidet, in ſede iudicij ſedet, ſed pro illo vel in illo iniquitas ſedem habet. Qui dignus præëſſe, puram fovet intentionem vel in correctione ſubditorum: qui quia præëſt, videtur dignus, habet cordis ægritudinem in gravamen innocentium, ſtudens dignitati, ſine qua nullus; quoniam per munus ipſe eſt & etiam eſt alius. Ipſe, quia dignitas indigno haud communicavit merita : alius præ dignitate prevalente nequitiâ : igitur diabolus & non homo, perverſo iudicio & cerebro, qui in ſede extra ſedem, magis quàm veritati, inhiat innocentium ſupplicio & criminationi.

S. Bened.

Diſcrimen inter præſidem dignitate, & inter aignum præeſſe.

14 In Hieroglyphicis Ægyptiorum invenitur apud Horum Apollin. *lib.* 1. *cap.* 38. *Magiſtratum, aut iudicem quùm deſignant ; appingunt cani & regiam veſtem,*

Hor. Apollin.

ſtem, nudæ figuræ appoſitam. Pier. Valerian. *lib.* 5. *cap.* 15. *Canis hieroglyphicum* (inquit) *cum diademate, ſive faſcia, vel amiculo, reliqua corporis facie nuda.* Peſſimus iudex ſignatur, quanvis infulis ornetur; ſed vividè pingitur: etenim idem, dare inſignia pravo iudici, atque proijcere cani. Canis conditio eſt mordere; & venenosè, ſi afficitur rabie. Iudicis inſignia, uti toga ac veſtis regia, alliciunt iniuriæ querulum, ut properet in iudicium: decipiturque miſer in cogitato recurſu, dum dolet ſaucius de dolo; quippe invenit morſum canis, quùm cupit officium iudicis. Inſtrumentis officij iudex exultat canis adinſtar, & audet, innocentiam quoque mordere geſtit, quia ornatu muneris nititur, & auctoramine parrhaſiaſtes inverecundus defenditur, prorsùs miniſterij indignus, quo inſanè percitus in procacitatis auſus: etenim ſine muneris pravæ ſortis protectione, non ſolùm non auderet tenax mordere; verùm nec in latratum os timidus aperire. Obtegitur faſcià, qua obnubitur & figura & impudentia: unde detractu ornatu, ac dignitatis venerabili velo, in tribunali picturati iudicis, apparet figura canis. Qui ut homo in Synedrium aſſumitur, in canem cordis rabie agitatus convertitur, diſsimulatà canis conditione ſplendore rutilæ, micantis faſciæ. Quia infulis ſiſtratus, atque crotalis munitus, intumeſcit è faſtu, inflatur è cultu: hunc mordet, hunc figit, hunc laniat, hunc devorat: ut afflicti torqueantur diriùs, vehementiùs, in tribunal iuſtitiæ tendentes oculos: ſiquidem deſiderantes præ cruciamine iudicem; in iudice prorsùm inveniunt cruciamen, ac entitate canis, veſtem muneris & nomen. De Ptoëmphanis habentibus canem pro Rege, dicemus, *T.6. D.4. n.13.*

Pier. Val.

Pravus, canis eſt, & nõ præſes.

15 Modò enucleanda iudicis pravi ex emblemate malitia. Canis figura ornatur inſignibus iudicis, verùm nuda amiculo parte pectoris. Facie quaſi cauda blanditur, pectoris oſtenſione quaſi obſequitur; & tunc Autolici, ſeu Epei machina extruitur, cum mœrore innocentis & exultatione mordacis callidiſsimi iudicis: igitur intendens avidè candidus in pectus nudum, offendit infelix in iudicem canem rabidum. Pingitur Monarchia Perſarum à Daniele, dicente: *Ecce beſtia alia, ſimilis urſo, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius.* Lamentabile omninò, & in principatus ignominiam, quòd ſequeretur etiam beſtia poſt beſtiam: ſimulque in dedecus dignitatis, cognoſci in throno principes tantùm per dentes: quandoquidem ſi obvia pabula, comedebat, & vorabat uti beſtia. *Tres ordines erant* (ſubdit) *in ore eius.* Ordines potiùs in aure, quàm in ore: & aptè ſignantur dentes, ac præſupponuntur aures; quia audita ex prima beſtia ordinis cuiuſvis notitia, ecce in procinctu alia beſtia, quæ dentibus lacerabat, quos prima beſtia mittebat. Aliqui ſymbolum intelligunt de Cyro, à cane lactatus, uti videbimus, *Tautolog.* 4. num. 10. Alij de Cambyſe, eius filio, qui ab Ægyptijs dictus Aſinus: cuius ſcommate perculſus, furenter dixit & implevit opere: *Hic aſinus veſtrum devorabit bovem.* Vide Dionem, tametſi Plutarch. de *Iſid. & Oriſid.* tribuat Artaxerxi Ocho: at apud claſsicos AA. expugnatio Ægypti, & Apis bovis percuſsio, Cambyſis fuit operatio. Briet. *Ann. Mund.* 3532. & Iuſtin. *Hiſtor.* lib. 1. Ille qui aſinus, in dignitate notus: ſiquidem qui beſtia erat in privata fortuna, in throno alia quaſi dupliciter beſtia. Patet: ſimulatque arripuit regimen; quantunvis aſinus devoravit bovem. Timendus utique, dente potens atque ventre. Pro *Ordines*, Theödoret. legit: *Alæ.* Alæ? Unde? Haud tanta eſſet in devorationem audacia, ni alas teter haberet à beſtia prima. Alæ in dentes? & tres ordines, ut non ſolùm comminueret, ſed devoraret. *Ecce alia beſtia*, cuius nocumenta à dente, quippe alæ datæ ex ordinibus & à beſtia ſuperiore. Poſt beſtiam ſtolidam ſtolidiſsima beſtia, ita ut acceptari poſsint vetulæ vota, Dionyſio tyranno vitam longiorem precantis: equidem moleſtiſsimum ſubditis, expectare principem in iudicium, & videre ferum urſum cùm triplici ordine dentium. Noſtrates: *Mirar un oſo en las dignidades con tres ordenes de dientes.* Hi nati profectò in beſtiarum, atque belluarum conſortium, haud in humanum commercium: ſiquidem ut emineat poteſtatis auctoritas, dant veniam corvis, vexant cenſurà columbas: itaque variant in tribunali iudicia, ut forment candida de nigris, & de candentibus atra. Clamat innocentia. Quid intereſt? Iuſti humiliter accedunt, & proteruntur? Dicit pravus, quod Hyppolytus, apud Senecam in *Tragœd.* v. 564.

Latentes fœderationes inter pravos iudices.

Plutarch.

Cur ſignantur per dentes, & beſtiarum conditiones?

Theodoret.

Feri ſunt urſi innocentiæ voraces.

Et canis rabidus.

Dan. 7. 5.

Deteſtor omnes, horreo, fugio, exſecror.
Sit ratio, ſit natura, ſit dirus furor;
Odiſſe placuit.

Senec.

DI-

DIDASCALIA IV.

Mala profectò causa, quùm ab amore irato datur sententia.

1 QUousquè palàm causa, cæci nonnulli inhiant transitoria, quos taxat Stoicus *Epist.* 123. *Inde* (inquit) *ad hæc pervenitur verba: Virtus & Philosophia & iustitia, verborum inanium crepitus. Una felicitas est, bona vita: facere omnia liberè, frui patrimonio. Hoc est vivere: hoc est, se mortalem esse meminisse. Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit.* Quinimò usquequaquè iterant illud Lucani, 4. *Pharsal.* v. 491.

Senec. — Quæ felicitas infelix?

Lucan.

Perit obruta virtus.

Hæc cogitatio lactat deceptos, felicitate insensatos, quousquè morte visa causà ex perditissima, veniunt in cogitationem peccatorum suorum timidi, & traducunt illos ex adversos iniquitates ipsorum. Ut longè abiret huiusmodi timor, à nonnullis Ethnicis inferni abolitus terror; etenim graviùs propenderent in illecebras vitiorum, absque ulla prorsùs suspicione cruciaminum. Simonides:

Simonid. — Oblivio pœnæ fomes perditissimæ vitæ.

Nihil ad inferos nisi sonus transit inanis.

De huiusmodi argumento latè egimus *Tom.* 4. *Tautol. 6. à num.* 32. quod astruit Lucretius lib. 3. de *Rer. natur.* à v. 1015.

Lucret.

Cerberus & furiæ iam verò, & lucis egenus
Tartarus, horriferos eructans faucibus æstus;
Hæc neque sunt usquàm, neque possunt esse profectò.

Falluntur: equidem iudicio constabit, vixisse sine iudicio, immemores pœnæ, immemoresque gloriæ.

Tertull.

Dum motis iterùm reviviscant corpora membris,
Tunc homines primæ pensare præmia vitæ.
Incipient, crimenque suum, culpasque putare,
Et pœnis retinere, procul de morte futuris,
Iudiciisque Dei memores astare piorum,
Expectare suam, suorumque ex crimine pœnam:
Funditus aut pecorum sine nomine vivere vitam,
Incassumque Deo iam surdo fundere fletum.

Succenset pietas ubi — Ita Tertullianus, de *Dei iudicio*, cap. 4. Deus surdus, qui ita pius, ut afflicto cordi adesset, antequàm præ dolore clamaret? Utique. Homo abusus eius amore: exardescitque pietas, ubi ex amore efformatur iniquitas. — *ex amore efformatur iniquitas.*

2 A throno iudicantis *procedebant fulgura & voces & tonitrua.* Tonitrua, ut fragore cor hominum è somno ferreo excitaret; voces, ut audiret; fulgura, ut illuminaret. Alij: *Fulmina & voces & miracula.* Vide Lyranum hìc. Nihil mirum in divino amore, suffici miraculum pro fulmine, dum irascitur in homines, indignationem eius accendente stimulo iniquitatis: igitur in quos tantum amoris studium; vel leve supplicium exponitur ut miraculum. Amor incumbit nonnunquàm in gratias, ut transeat, & non subsistat iniquitas: verùm cùm gratias pessundent, quibus scelera placent; in expresionem iustissimæ indignationis, fulgura permutantur in activitatem fulminis, quo in mortem atque damnationem eximia dilectio micat; quoniam ingratos suffocat, radijs queis illuminabat. Olim amor ornabatur fulmine apud Ethnicos, uti in eius *Imagin.* fol. 334. notat Vinc. Chartarius. Qui hamatis sagittis, ut traheret corda, dulcia ferebat arma; non tantùm gaudet face, sed etiam fulmine? Insignia sunt irati amoris, ac iniuriæ vindicis: etenim despectus dilectionis vehementior, si in dilectos è corde succenset amor. Illuminat, ut corda trahat; tonat, ut excitet corda. Recesserunt, sed blandè suscepit: fugerunt, sed benignitate traxit. Indulsit, quippe figmentum cognoscit: verùm iterùm recesserunt in cupita, quia in pectore amoris occurrit indulgentia. Unde cùm ægrè ferat, ex gratia confici iniuriam, currit iratus in urentem flammam, expellens è pectore, quos gratijs volebat trahere; ut constet quanta indignatio ex amore despecto, atque gratiarum abusu: equidem dilectionis dulcissimum fomitem ingratitudo transformavit in fulmen. Fulmen in supplicium est, de quo non cavebat, quia semel indultum, humanum cor; cùm voces admonerent, ut à facie arcus pœnitudine fugerent. Iam enim ira completa, quùm renuerent amore reverti corda: vocesque videntur ut flamma fulminis; quia noluerunt procaces audire voces. Pœnitudo quibat extorquere fulmen è manu iustitiæ, quo intuitu fulgura multiplicavit in quiete: fulguraque secutum est fulmen, exprimens amoris indignationem; quippequam fulmina ridentes vidit, cùm ful-

Apoc. 4. 5.

Mirum in Dei pietate supplicium.

Amor cum fulmine.

Transformat in fulmen gratiarum fomitem.

fulgura in pluviam lachrymarum fecerit. Quæ benignitas non excogitavit, quominus ad iustitiam isthæc causa perveniret? Cassa profectò voto, etiam in pœnitentiam tempore dato. Pervenit, sed iustitia (ut quo iure constaret) in tribunal amoris causam remisit, quem invenit fulminantem, tantam perpendentem cordium ingratitudinem, sine pœnitudine ullà, ex torta insensibili conscientia: vindicem igitur habuerunt amorem, & pro voce ac tonitruo paratum fulmen: etenim cùm iustitia discutiatur & libretur causa; in extrema processit hominum furor; quorum causam patiens condemnavit amor. *Iudices iudicabant.* Quorsùm ista, si iudicum necessaria præ munere forma? Ut constet ex criminum indulgentia, quanta Deo concipiatur ira. Haud apparet iudicare, ubi dissimulat intentà pectoris pœnitudine: diciturque de iudice iudicium, iudicis nota; ut Dei parcentis timeatur indulgentia: siquidem in delinquentes gravius iudicium formatur; dum non videtur efformare iudicium.

Est furor despectus amor.

Ruth. 1. 1.

Ad scelerum pœnas ultrix venit ira Tonãtis,
Hoc graviore manu, quò graviore pede.

Pomey.

3 Fumum misericordiæ ac iræ symbolum fuisse, astruit Guilielm. Stuck de *Sacrif. Gent.* fol. 105. quo lux sumitur in celebre testimonium Davidis. *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit*: Genebrard. *Fulgura.* Si fulmen instrumentum vindictæ, unde fumus ab ira nota clementiæ? Deus, vel dum exacerbat in supplicium iniquitas, in ira vel magna continet misericordias: equidem cùm fumus eliciat ab oculis lachrymas; ne cogatur mittere fulmen in exterminium hominum, præmittit benignè in austeritate fumum: igitur cuncta in supplicium meditata cessant, si præ dolore criminum etiam ad iudicem plorant. Clementiæ sanè isthæc ira signum est, in eos qui convertuntur ad cor: iraque & misericordia in fumo continentur, ubi peccatores propter crimina plectuntur; quoniam dum in fumo iræ luunt iudici pœnas, ut pœnæ cessent, facit erumpere in lachrymas. Magna profectò in fumo indignationis, patent ubera pietatis: etenim vel dum punit, quia crimen cogit, in usum innatæ divinæ clementiæ, transeunt quamprimùm instrumenta supplicij. Violentè namque in supplicium inducitur; qui ostendit etiam in dolore, quo placetur.

Psalm. 17 9.

Lachrymà compescitur iniquitatis vindicta.

Fumus cur iræ & clementiæ typus?

4 Ergo in Didascaliæ propositum. In fumo signantur & ira & misericordia, ex hisque Deus percitus transit in fulmina. *Et ignis á facie eius exarsit.* In facie Domini, fonte gratiarum, non pœna, sed omne bonum: ibi enim hominum gloria, qua torrente veluti voluptatis satiatur anima: & fulmina in peccatores signantur, ibi & ubi gaudia summa continentur; quippequam in eius faciem non videbunt nisi fulmen, quem sprevere clementem.

Ibidem.

Spreta clementia, vindex flamma.

Sævit infelix amor. Senec.

Uti ait Seneca in *Medea*, v. 136. Ut traheret corda, mira amor Dei cogitavit obsequia; sed cuncta frustrà: mittitque fulgura ut disipet, quos trahere studijs non potuit; quippe infelix transit in gravissimam sævitiam, si videt ab ingratis prottitam misericordiam. Ira, clementia, & iterùm ira. Clementia in fumo iræ fomite & obice: ira gravior in igne. Ingrati pessundedere indulgentiæ gratiam, modòque nullam obtinebunt indulgentiam: etenim cùm in dolorem crimina urgerent, misit fumum ut plorarent: fulmenque in vindictam transit, quem uti signum clementiæ fumum misit; quippe amorem infelicem in ultionem provocarunt, quoniam plorare noluerunt. Præmittit causam exacerbationis Regius Psaltes. *Fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.* Iram homines parvipendunt, quousque experiantur, intendentes in Dei clementiam, sed abdicentes iustitiam, qua compescuntur appetitus audaces, ne quid temerè audeant in leges: exprimitur ira in fumo; ut quanta sit ignis, ni doleant, adsistat consideratio: transitque in fulmen iræ fumus, quo intendebat durum hominum emollescere pectus; quoniam summè exacerbat (dum amor, ne puniat, clamat) nec vestigium in frugem invenire pœnitudinis, vel quo franguntur conturbati lapides. Quo in lachrymas liquefieri congruit, magis pectus obstinatum pertinaciter induruit, fulmina amore vibrante, internà animi iustissimà indignatione, gratiâ & pœnà protervitate frustratis: quandoquidem vel amantis vehementer movetur bilis; videntis etiam supplicio duriora corda, quo confringuntur durissima saxa. *Commota sunt, quoniam iratus est eis.* Insensibilia sentiunt in exempla, ut sensum habeant sensitiva corda: illorumque Deus exponit commotionem, in supplicium hominum arripiens

Dolet cor, quippe non doluit.

Vers. 8.

Peccatores plectuntur, quia flagellis nec moventur.

piens fulmen; ut constet unde maior indignatio summæ pietatis: igitur fomes acer in fulmen indignationis, videre signo iustitiæ etiam lapides moveri, & corda obnoxia iustitiæ sine ulla prorsùs motione.

5 Denique: Deus in homines & misit ignem, & misit fulmen: ignem, ut corda converteret, fulmen, ut inferno manciparet. Si ex igne, vel acrior ignis est fulmen, quodnam utriusque discrimen? Utique magnum, ut irati amoris effugiamus iudicium. *Fumum ignis sequi solet*, subdit Genebrard. quò nuper: fulmen ècontrà fumum antecedit: proponitque ignem & fulmen; ut clareat differentia supplicij ab amore exorti, simulque amoris irati: igne videlicèt in vitæ tramite, sed fulmine in vitæ fine. In vita mittens ignem, quem fumus præcedit; ut adveniens supplicium inveniat fletum, quo quiescit amor, atque compescitur rigor: verùm cùm despectus excandeat, & in ingratos implacabilis irruat, fulmen, quod sequitur fumus, torquet in morte, quippe tunc in subsidium non prosunt lachrymæ. Liquet iam quomodo fumus & signum clementiæ & signum vindictæ: igitur qui placidè propter criminum fletum indulgens contulit gratiam; plectit iratus sine illorum pœnitudine præterire indulgentiam. *Sanguis in mammis furoris signum*: infit Hippocrat. lib. 5. *Aphorism.* 40. roboratque Læl. Biscioli. 1. part. *Horar. subsciv.* lib. 9. cap. 1. E rebus naturalibus constat exemplum ad mutationem affectus, unde Pub. Syrus in *Mimis*, 121. succinit:

Mutat se bonitas, cùm irritatur iniuriâ.

Ubera lactis frequenter dicitur, uti fusè videbimus, *Tautol.* 4. n. 3. Quæ lactis iam sunt cruoris? Prævaluit iniquitas, & iniuriâ immutata fuit bonitas. Quid mirum, egrediatur si sanguis, dum vulnus pectoris? equidem lac egrederetur & non cruor, ni vulneraretur amor. Sanguis in mammis, hieroglyphico dulcedinis, vel á furore, vel à vulnere: utrumque factum à furente iniquitate, despiciente gratiam, atque conficiente iniuriam; ut experiretur amarissimum fel, quò fugere quibat lac: unde lactis dulcedinem vident conversam peccatores in sanguinem; quippequàm amor, quò plus excellit, furiosus, modò à dilectis infligatur vulnus. Habebant in vulneribus Christi, qui peccatores, ubera pietatis; sed renuerunt suavitatem pœnitudinis; quo mutatus in odium amor, & lactis pariter color: equidem in cruciamen meditatò impœnitentium, pro lacte ostendet duntaxàt sanguinem vulnerum.

Genebrard.

Cur rigor iustitiæ in fulmine, & pietas in igne?

Hippocr.

P. Syr.

Sanguis in mammis furoris signũ.

Unde furoris, quæ signa pietatis?

6 *Non addam ultrà, ut diligam eos*: dicit Dominus per Oseam. Plura in eorum dilectionem studia: iam amoris nec memoria. Eò pervenerunt offensæ, quò extensæ gratiæ; igitur quæque à pectore munifico & generoso, suffocat illorum ingratitudo, ex gratijs conflans in vulnera tela: ut diligam eos, non *addam ultrà*. Nec meminisse placet, insolentiæ tædet, nec memor ero nominum eorum per labia mea: *non addam ultrà*. Quò magis donorum circunferentia extenduntur, magis à centro beneficentiæ recedunt. *Omnes principes eorum recedentes*. Ast qui ita dignati, prorsùm infelices: *sed & væ eis, cum recessero ab eis*. Iam notus amor, & fervore nimius: siquidem vel summæ dilectionis excessus; quòd gratiæ cum vehementi amore perseverarent, vel cùm illi uti ingrati recessissent. Dilexi illos, sed ultrà non diligam, nec dona conferam: igitur cùm trahere illos intenderem in vinculis charitatis; fiebant obsequijs in amorem proterviores. Beneficium est denegare beneficia, ac expellere etiam clamantes à gratia: quandoquidem vel in præsura urgentis necessitatis, excusantur ab infamia amplioris ingratitudinis. Obsequijs sanè ingenitum, flectere corda, quoniam gratijs vinciuntur quæ rationalia. Ductus vehementiâ amoris, consului generosè dilectis, pectoris ostendens flammam: iam non addam ultra, ut diligam: etenim ut crescant sine termino offensæ; quoniam dilecti, abutuntur amore. *Propter malitiam adinventionum eorum eijciam eos*. A me emanant beneficia, verùm cultus illorum ad idola: dicitque adinventiones malitiæ pro iusta gratiarum redamatione; siquidem quò plus amor sese extendit in gratias, maiores cogitant in amorem iniurias. Amor plectere debet, quos trahere suavitate nequivit. Amor? Utique: igitur si indulsit, in quæ lapsa conditio fragilitatis, vindex debet existere malitiæ cordi.

Cap. 9. 15. Hebr.

Ibid. & v. 12.

Amor non fugit, etiam dum cor ab amore recedit.

Fugit gratiarum abusus.

7 Scrutemur vindictam. Væ illis, si recessero ab eis. Iam recesserant ab illius cultu, ex quo calamitas. Væ illis, si Deus recedit, in quo maior infelicitas. Recedit Deus per peccatum grave ab anima, fractâ inter utrumque pretiosissimâ

Libertas impunis in peccatū atrius supplicium.

mà amicitià. Dimittere peccatorem in desideria cordis, est tradere in reprobum sensum voluptatis illegis, quæ dum appetit, & sequitur suavia, sine dolore sensus recipit vulnera: Deusque minatur in vindictam desertionem, tantam in dilectis perpendens ingratitudinem; quoniam maior nequit excogitari vindicta, quàm permissio præcipitij in voluntatis idola. Si Deo favente ita mentis infatuatio in damna movet, quid si recesserit? Præsentia eius est depositum gratiarum: absentia verò est origo dolorum. Illà favet, hàc expellit. Absentia Dei præ cunctis malis est malum: præsentia autem bonorum est summum bonum: & dum amor vindictam solicitat in ingratos, eius cordis præmeditatur recessus; ut dupliciter torqueantur, qui à tanto amore ingratissimè recedunt: equidem premet cruciamen calamitatis præsentis, & simul premetur ratio absentià felicitatis. Amor despectus implacabilis demonstratur in ira, quippe protrita patientia, qua ferebat dilectorum despectus & fastidia; an resiperent corda, quoniam patienter ferebat. Ille trahere, ut faveret, concupivit; cæterùm pectus recessit. Gratiarum ab amore construxit protervè abusus: unde despectus amor meditatur recessus; ut luant amori pœnas, quiqui ausi sunt in iniurias, patientes sub amore severitatem iustitiæ: etenim si præsentia grata amoris, premit in munere iudicis, quia in uberibus est sanguis. Abest, dum assistit vindex, ut timeatur præsens absens: igitur si ex absentia pœna, & ex præsentia gratia; in pœnam despectus gratiæ, meditatur absentiam summi boni.

Absentia Dei summum malum.

8 Ulteriùs. *Væ* (inquit) *eis, cùm recessero ab eis.* Iam absentiæ expositus effectus, & causa absentiæ: modò examinandum, quid signetur in Septuag. lectione. *Væ cum recessero ab eis*: Septuag. *Caro mea ex eis.* Versionem sequuntur Theophylact. Theodoret. & Doctis. Sanct. hìc n. 59. & 60. *Loquitur* (inst) *Propheta de Incarnatione.* In hoc infallibili ac ineffabili arcano duplex est visa natura in unica divina persona. Hoc dicitur recessus, ac Deitatis absentia? Elevatur natura humana in ordinem hypostaticum, & tanta felicissima gratia signatur ut infortunium? *Væ*? Recessus nota, ubi unio maior neque visa, nec videnda? Quid dicemus? Usuvenit cordibus humanis, maiorem meritorum cogitantibus absurdè dignitatem; amplecti odiosam ingratitudinem: maioris enim ducunt meritum, quàm collatum, quantunvis gratis sit, donum. Perfectum est mysterium Incarnationis, quod nemo vel audax quibat præsumere, sub merito cadere; unde obnoxius in æternum gratitudini. Quid debuit, si debuit, ultrà facere? In summum amor pervenit. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. In summum pervenit amor: quid inde? Homo beneficio protervior: etsi tantam viderit dignationem; inclitum auget ingratitudinis crimen. Quò ab amore magis fautus, magis infensus amori: *Væ*que amor dicit inexcogitabilem homini felicitatem, dum dignatur filius Dei admittere incarnationem; quoniam maius onus, atque fulmen in vindictam, maiorem cunctis spreviisse gratiam.

Septuag. Sanct.

Despecta ex gratia efformatur vindicta.

9 Clariùs promam. Plectere iratus amor ingratissimos intendit; & sublimius donum Incarnationis exponit. *Væ eis.* Qui respondet gratiæ, benefactori satisfacit: irritat, qui non respondet: plus iram movet, qui despicit: amorque divinus in supplicium ingrati, maiorem gratiam signat, quæ potest fieri; quippequàm dum pessundatur maior ab amore gratia; concessa dona convertuntur in tela. Iam non spes in amore, qui tantoperè studuit singulariissimæ gratiæ: equidem cùm lacessat stomachum, amoris in gratias proculcare studium; fulmina in cruciamen excutit ipsemet amor qui maiorem gratiam contulit. Denique: In incarnatione ad nos accessit intimiùs amor; quippe humanitatem sibi filius Dei intimè univit: & tunc recessit? Nobiscum est, & tunc abest à nobis? Præsentior, & absens: O pessima cordium ac perfida ingratitudo! Infelix in ampliore felicitate iacet homo: igitur dicitur absentia Deitatis, mysterium Incarnationis; & quia crevit peccatoris audacia, quasi nulla Dei esset in carne præsentia, & quia eius efformavit sine tempore recessum, maximum erga se spreviisse beneficium. Vernaculè: *Las gracias sirven de verdugo, por su estrago: passando à venganza riguroſa con su ausencia, no averse aprovechado de la mayor gracia.* Aptè Nonnus, 1. *Dionys.* v. 81.

Amor carnifex, dum iudex.

Servilem cervicem Amor flagellavit cesto. Amor? Herclè, ingratitudine iurè succensuit; & quem fovit, uti ingratum flagellavit. Cestus, uti dicam *Tautolog.* 3. n. 17. erat zona, qua sedebant gratiæ, cunctæ amoris suavitates & deliciæ. Summa elu-

Nonn.

Quid cestus Amoris?

cet

cet indignationis amoris, dum dilectus flagellatur non verberibus, ſed gratijs: etenim deſpectà gratià, quæ maiora beneficia convertuntur in flagella. *Sal è dulci aquá acrior, quàm ſalsá*: inquit Ariſtotel. de *Vegetabilib.* & Maiol. Tom. 1. *Dier. Canicul.* colloq. 10. Dulciſsimus eſt amor, quaſi mel, ni convertatur in ſal pravitate ingratitudinis, qua variatur excellentia conditionis: claret emblema Redemptoris N. amoris, & venientis tanquàm iudicis: equidem qui noluit ſequi eius amoris dulcedinem; quia ab amore, maiorem patietur acerbitatem. Mala profectò cauſa, dum ab amore irato datur ſententia. Ne cauſa cadat, cor beneficijs reſpondeat. *Propter emendationem malorum* (inquit Glorioſus Benedictus in Prolog. *Regul. Sanct.*) *huius dies vitæ ad inducias relaxantur.* Lamentabile prorsùm, quòd acies dirigenda in criminum pœnitudinem, duntaxàt intendat in dierum & morum relaxationem. Hinc *cap.* 4. Inſtrum. 44. addit: *Diem iudicij timere*: ne iuſtitia convertatur in gratiæ iudicium, & miſericordia in vindictam ſumat gladium. Qui iudex futurus, poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum. Amorem ſpectat diſtributio præmij æterni, atque ſupplicij: creſcetque cruciamen pœnæ, ſi ibi in ruinam perpetuam cadunt, ubi alij in vitam glorioſiſsimè reſurgunt. Chriſtus amplectitur amplectentes: at verò in irriſores amoris,

—*Geſtat ceu fulmina mundi*
Digna Iove & cœlo, quod ſacris inſtruit armis.

Aristotel. *Sal è dulci aqua acrior.* S. Bened. Idem. Maiol.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

REVERTIMINI FILIÆ MI, ET ABITE. Ruth. 1. v. 12.

EXPOSITIO LITERÆ.

ANgelo monente, revertitur in patria Noëmi, uti docet Paraphras. Chaldaa. Egressa fuerat è finibus Israël in Moab, pravio insigni miraculo; cum viri eius oratione Sol stitisset, sicut tempore Iosue. *Tradunt Hebrei Elimelech, virum Noëmi, fuisse in cuius tempore Sol steterit, propter prævaricatores legis; ut tanto miraculo viso converterentur ad Dominum Deum suum: quod quia facere contempserunt, iccircò fames invaluit: & ille qui in tribu Iudà prior videbatur, famis inopià cum uxore & filijs non solùm patriá pelleretur; sed etiam eadem peregrinatione cum filijs moreretur.* Hæc in *Tradit. Hebr.* refert Hieronym. Gloss. Ordinar. Abulens. 1. *Paralip.* 4. quæst. 18. Fevard. in cap. 1. *Ruth.* & alij plures. Talmudici, ut aliquid novi nugarentur, non virum iustum autumarunt, sed avarum: qui quidem ferreis visceribus, estò cives morerentur fame, dives & potens respuebat, cibos occludens; qua de causa Sol stetit in cœlo, quasi illa hominis inhumanitate perculsus. Vide Lyran. loc. cit. *Paralip.* Utramque sententiam arbitror fabulam: etenim ly *Qui stare fecit Solem*, est interpretatio nominis *Iokim.* Sæpè pro nominibus Vulgatus utitur nominis interpretatione, ut latè exposuimus, *Tom. 2. Tautolog. 3. á num.* 19. Solem, ne videret hominum flagitia, retrocessisse finxerunt Ethnici, de quo hìc *Tautol.* 5. num. 16. Horrore feralis cœnæ Atrei factum, succinit Seneca in *Thyest.* à v. 786.

Hieronym. *An Sol steterit sub Elimelech?*

1. Paral. 4. 22. *Interpretatio nominis pronomine.*

Quó terrarum, superumque parens,
Cuius ad ortus noctis opacæ,
Decus omne fugit; quò vertis iter
Medioque diem perdis Olympo?
Ipse insueto novus hospitio,
Sol auroram videt occiduus,
Tenebrasque iubet surgere, nondum
Nocte peractà.

Senec.

Hoccine commentum Poëtarum, illud somnium Rabbinorum, sed discordantium: quandoquidem alij propter Elimelechi avaritiam, alij propter insignem eius zelum & virtutem, à Deò immissam arbitrantur famen. Vide quomodo delirent signantes decuplicem famen, à mundi exordio usque ad Christum. Prima fuit vivente Adamo: altera, vivente Lamech: tertia, tempore Abrahæ: quarta, vivente Isaäc: quinta, vivente Iacob: sexta, vivente Elimelech: septima sub Davide: octava sub Elia: nona sub Eliseo: denique decima fames insignis non panis, sed audiendi verbum Dei, quæ erit usque in sæculi consummationem. Ita blatterant: necdùm gustarunt panem qui de cœlo descendit. Nolunt recordari alterius famis, quam oblivisci non possunt, nimirùm obsidionis Ierusalem sub Tito Imper. de qua Eggesip. de *Excid.* lib. 5. cap. 40. & Ioseph. de *Bell.* lib. 7. cap. 8. referunt, ita acrem fuisse & urentem; ut mater filium in escam coxerit. Prædictum sanè *Levit.* 26. 29. Quod quidem accidit etiam sub Ioram, 4. *Reg.* 6. 29. Vide Plutarch. in Græcor. *qq.* 37. & *Tautolog.* 9. num. 46. de quo iterùm.

Decuplex fames.

Crudelitas matris in fame.

2 Ergo Noëmi viduata viro, & filijs orba, cùm iam fructibus sciret abunda-

dare terram Israël; decrevit redire in patriam, vel nomine tantum dulcem. *Patria dulcis.*

Non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat,
Fumum de patrijs posse videre focis.

Ut canit Ovidius, lib. 1. de *Pont.* Eleg. 4. v. 33. Etsi patria sit, ubicunque benè; si benè in patria, & extra patriam siniſtrè, optabilior profectò nativa gleba. Ovid.

Ut nihil est patriâ, proprijsque parietibus ullum
Dulcius; Menand.

Decrevit quantocyùs videre Bethlehem, quæ primò dicta Ephrata, ut somniant Rabbini à Maria Moysis sorore, & uxore Caleb, non filij Iephone, sed filij Efron. Utrùmque videtur impossibile. Quando fato functus est Caleb, filius Efron, necdum nata erat Maria; ut patet ex generationum collatione. Quùm natus est Caleb, filius Iephone, Maria soror Moysis habebat quinque supra quinquaginta annos. Adi Lyram in 1. *Paralip.* 2. 19. Totum Talmudicum figmentum, & ludicrum ratiocinium. Finxerunt igitur ex deserto ossa Mariæ translata fuisse in Lachem, seu Bethlehem; tuncque propter illam fuisse dictam *Ephrata*: vel quia *Ephrata* significat *furorem*, & Maria experta est, dum apparuit leprosa: vel *Speculum*, quia plaga eius obiecta fuit omnibus in exemplum: vel *Ubertatem*, quippequam ossium eius advectu terra, quæ pridem sterilis, fecundata dedit fructum suum. Delirium. Vide hìc Hieronym. Comestor. in *Iudic.* cap. 23. Addit. 3. & Anonym. de *Nominib. Hebraic.* Mittamus ludicra. *Ossa Mariæ, sororis Moysis translata in Bethlehem.*

3 Utut decrevit Noëmi, posuit in via gressus suos, comitata duabus nuribus in terminos usque Moäb, confines terræ Israël: ibique cùm illas dimittere statuisset, precata maxima bona, cuius moris meminit Tibullus, *lib.* 3. *Eleg.* 5. v. 31. canens.

Vivite felices, memores & vivite nostri,
Sive erimus, seu nos fata fuisse, velint. Tibull.

Etiamque grates rependens ob officia præstita vel post filiorum mortem, à quibus ductæ; sic allocuta est: *Revertimini filiæ mi, & abite.* Obijcitur illicò oculis ly *Mi.* Ruth. 1. 12. Exponi quit per Syncopen, quæ vocis contractio, ut *Di*, pro *Dei*: *Divùm*, & *Deùm* pro *Divorum* & *Deorum*; quod passim apud Poëtas. Sic statuit Camerar. in *Ethicis*, quem sequitur Douza in *Præcidan. ad Petron. Arbitr.* lib. 2. Unde in nostra periodo ly *Mi* idem est ac *Meæ*. Si velis intelligere in dandi casu, quadrat quoque sensus. Illę filiæ non erant, sed nurus: obsequijsque, gratiâ, ac consuetudine quasi filias fovebat illæque obsequebantur, ac verebantur tanquam matrem. Quo intelligitur illud Cantic. 3. 4. *Donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Cant. 3. 4. Quæ in loco vox *matris* non significat genitricem, sed matrem Sponsi, ut observat Sanctius in *Paraphrasi*. Distinguit matrem amore & naturâ: iccircò ut constet respectus, signata socru nomine matris, subditur pro naturali matre: *In cubiculum genitricis meæ.* Hæc enim Sponsam genuit: illa verò tanquàm filiam amavit. Idem ibid. *cap.* 8. 5. In dandi casu, Virgil. 6. *Æneid.* v. 104. & 123. *Syncope.*

O virgo nova mi facies. *Mi pro Mihi.*
Et mi genus ab Iove summo. Virgil.

Propertius sæpe utitur. *Mi neque amare aliam*, lib. 1. *Eleg.* 12. v. 19. *Mi certè poteris formosa videri. Mi formosa satis.* 2. *Eleg.* 18. v. 29. & 30. Eadem *Eleg.* 30. v. 25. *lib.* 3. *Eleg.* 4. v. 22. & *lib.* 4. *Eleg.* 9. v. 25. Pers. *Satyr.* 1. v. 16. *Minè istud?* Plato, ut refert Apuleius in 1. *Apologia*:

Astra vides: utinam fiam mi sidus, Olympus,
Ut multis sic te luminibus videam! Plato.

Vide Adrian. Turneb. in *Adversar.* lib. 23. cap. 30. Hac de causa Noëmi nuribus dilectis magnoperè, dixit: *Mi & Filiæ*, optatque felicioribus frui nuptijs, reversas *in domum matris*: v. 8. Ite ergo illuc, ibique manete cum genitrice, quousque denuò ducamini; quin absentia mea exacerbet vestra viscera, nec ingerat amara cordolia: etenim mi, vel mihi præ amore semper eritis ut filiæ: precorque, quòd *faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut feciſtis cùm mortuis, & mecum.*

4 Aliter cogito, nescio an aptius. Hic quantum auguror, ly *Mi* non est casus dandi, sed vocandi. Invenitur sæpè tam in viris, quàm in fœminis pro blandimine, voce affectum cordis mulcentis significante. Augustus, ut ait Suetonius in eo, *cap.* 71. *Mi Tiberi*: & apud Aul. Gell. *lib.* 15. *cap.* 7. *Ave mi Cai, meus ocellus iucundissimus.* Apulei. *Metam.* lib. 4. *Mi herilis*: & lib. 8. *Mi coniux.* Terent. in *Andria*, Act. 4. scen. 2. v. 2. & *Eunuch.* Act. 1. scen. 2. v. 15. *Animæ mi.* Plaut. in *Amphitr.* Act. 4. scen. 3. *Mi vox blandientis.* Sueton.

v. 24.

v. 24. *Mi Soſia.* Sic quibat vox *Filiæ mi* dirigi in amoris expreſsionem, ac nurus utriuſque blandimen, ut animos illarum abſentiâ futurâ mœſtos leniret; ſed emphaticè locuta eſt, uſa ſingulari voce pro plurali, ut magis ac magis erga illas noteſceret viſcerum amor. Hæc figura dicitur *Syllepſis*, qua diſsimiles ac diverſæ perſonæ exprimuntur per unicum verbum, aut vocem, quaſi eſſent unum. Exod. 35. 20. 21. *Multitudo filiorum Iſraël obtulerunt mente promptiſsimâ.* Pſalm. 77. 1. *Attendite populе meus legem meam.* Obvium ſchema apud Prophanos. Homer. 2. *Iliad.* v. 278. *Diverunt multitudo.* Ovid. 2. *Faſtor.* v. 554. *Vulgus inane ferunt.* Et Sil. Ital. 1. de *Bell. Punic.* v. 170. *Et ſævis gens læta ruunt.* Haud ſecùs Noëmi ad nurus: etenim plurali haud ſine invidia ſingularum; ſingulis exprimeret vehementiam amoris; quippe ſiccine inter utramque diviſa videbatur dilectio: duabuſque ſimul dicit, *Filiæ* & *Mi*; ut luceret erga ſingulas quanto flagrabat amore: & unaquæque cognoſceret affectum cordis erga ſe; quaſi non eſſet alia, flammæ illius, ac benevolentiæ particeps. Invidæ fœminæ ſunt, maximè, dum audiunt aliam in amore præferri: ut apud Virgil. 3. *Eclog.* v. 78. *Phyllida amo ante alias*, & 11. *Æneid.* v. 821. *Fida ante alias quæ ſola Camillæ.* Noëmi ergo ut utriuſque compeſceret minoris amoris cogitationem, parem fecit utramque, haud proferens vocem diſparem. Uſus eſt hoccine ſtylo Plaut. in *Ciſtell.* Act. 4. ſcen. 2. v. 8. dicens: *Mi homines.* Petron. in *Satyr.* fol. 57. *O mi hoſpites!* Ni ſingulare promeret vel in plures Noëmi; ſingularem haud oſtenderet amorem, cùm erga illas non uteretur linguâ amoris ſingularis. Aliò dixit Ovidius, 2. *Amor.* Eleg. 10. Unde verum, *Uno poſſe aliquem tempore amare duas.*

Utraque formoſa eſt, operoſæ cultibus ambæ.
Artibus in dubio eſt hæc ſit, an illa prior.
Pulchrior hac illa eſt: hæc eſt quoque pulchrior illa:
Et magis hæc nobis, & magis illa placet.

Ecce duas uno tempore amabat ſola Noëmi. Utramque arctiùs diligebat nurum: ingenioſaque vocem invenit, qua ſingulariter amorem exprimeret, ſignans ita ſingulas in pectore ſediſſe; quaſi duæ non eſſent: dicens ſingulis ſine tædio alterius, unicâ voce: *Tu mihi ſola places.* Optimè & conſentaneè Maluend. *Revertimini fœmina*: *Fœmina*, non *Fœminæ*, per Enallagen, ſingulari amoris indice, voce; vel cùm eſſent duæ. Similiter Caietan. *Redite unaquæque in domum matris ſuæ*: Hebraiſmus eſt, quo ſumma ſimilitudo, ſeu æqualitas indicitur. Sic pro omnimoda conformitate Ezech. 1. 9. ubi: *Unumquodque ante faciem ſuam gradiebatur*; Ar. Montan. legit: *Vir ad latus facierum ſuarum ibant.* Septuag. *Non revertebantur, cùm incederet ipſa.* Ergo ex grammatices arena aſcendamus in Pleonaſmi recondita arcana

5 Noëmi igitur uti prudens nurium animum inſpiciens, ut puellarum facilem, ac in diverſa mobilem, maximè cùm commodiorem haud auſpicarentur habitationem in patria ſocrus; ut in propria remanerent, dixit ad illas: *Revertimini filiæ mi, & abite.* En Tautologia: ſiquidem reverti nequibant, quin inde abirent. Suppoſitum neceſſarium exprimitur in actionem, ut apud Plaut. in *Rudent.* Act. 5. ſcen. 2. v. 41. *Si herclè abiero hinc, hîc non ero.* & Sophocl. in *Philoctet.* v. 125. *Ego abibo, ne conſpiciar præſens.* Hebraiſmus obvius in Sacra pagina, quem multipliciter exponemus. Primò per Hyſteron-proteron, ita ut primum ſit verbum conſequens. Q. d. *Abite, & revertimini.* Revertimini propriè, in domum unde egreſſæ à filijs meis ductæ; ut ibi honeſtè ſicut ante nuptias vivatis: nimirùm, *in domum matris veſtræ*: v. 8. ibi enim, ut par erat, ſpectabili pulchritudine, & honeſtate vixiſtis. His dotibus in coniungio filiorum meorum magni habitæ: pariformiter poſt illorum obitum mecum duxiſtis vitam: modò abibo, quia licèt diligam, vobiſcum eſſe non poſſum. Ergo revertentes, in patriam abeatis, haud hinc inde vagemini, & utcunque ſedem eligatis; ſed abeuntes revertimini duntaxàt in domum matris veſtræ, ibique ſecundas expectate nuptias, quas prioribus exopto feliciores: ita ut Dominus *det vobis invenire requiem in domibus virorum, quos ſortituræ eſtis*: v. 9. Hoc conſilium, quia reſpuit Orpha, fictum à Rabbinis illa ipsâ nocte factam matrem Goliath in fornice Geth, ex concubitu cum centum validiſsimis iuvenibus, ex quorum tota ſeminali maſſa confectus gigas, decurſu temporis à Davide proſternendus. Apage. Abeant huiuſmodi cogitationes ad corvos. Mira ſanè mendacia, etſi in fœminis non mira laſcivia, neque nova. *Cleopatra centum & ſex viros exhauſiſſe, memoratur*: ait Caſpar Barthius in 1. Claudian. *Eutrop.* v. 360. *Meſſalina Cladij Cæſaris coniux, hanc regalem exiſtimans palmam, elegit in*

id

Syllepſis.

Singulare ad multos, emphaticè?

Virgil.

Plaut.

Petron.

Ovid.

Idem.

Enallage.

Suppoſitum neceſſarium exprimitur.

Prima expoſitio.

Fœminæ laſcivia.

id certamen nobiliſsimam é proſtitutis ancillam mercenariæ ſtipis: eamque die ac nocte ſuperavit quinto ac viceſsimo concubitu. Plin. *lib.* 10. cap. 63. & Sext. Aurelius in *Claudio Cæſar.* de qua Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 129. Plin.

Et laſſata viris, nondum ſaciata receſsit. Iuvenal.

Quæ non excogitarunt pro ſatietate, quæ ſatiari non poſſunt? Quid ne reſciſcant mariti? Hinc herba *Dutroa* grata, quam fœminæ in India maritis ignaris propinant, ut ſecurè adultero copiam nefandæ libidinis faciant. Marito igitur præſente, & apertis ſpectante oculis, verùm herbæ ſucco fatuo, quia præ mentis alienatione ad cuncta quæ videt, ridet; geniale thorum adulter adoritur. Adi Bilibald. Strobæum. part. 2. cap. 33. *Ind. Oriental.* & Henr. Salmuth. in *Pancirol.* 2. p. cap. 1. *Dutroa herba qualis?*

6 Sæpe in Biblijs præponitur verbum *Abeo*, quod debet eſſe poſterius. 1. Reg. 15. 6. *Abite & recedite*: ideſt, recedite, & hinc abeatis. 2. Reg. 3. 24. *Abijt & receſſit.* Cantic. 2. 12. *Imber abijt & receſsit.* Inter Profanos etiam eſt uſus. Plaut. in *Menæchm.* Act. 5. ſcen. 7. v. 28. *Abite & fugite hinc.* In *Truculent.* Act. 4. ſcen. 4. v. 31. *Abijt; abſceſsit.* Euripides in *Medea*, v. 729. *Diſcedens effer pedem.* Sic igitur Noëmi puellis more patrio dixit: *Revertimini, & abite*: ideſt, abite & recedite unaquæque in domum matris ſuæ. Plura enim verba ſunt eiuſdem ſignificationis, quæ proferuntur, ut noteſcat firmiſsimus dicentis animus, de quibus ſæpè egimus. Alia, quæ per ſe habent ſignificationem, iuncta verò alijs verbis, horum duntaxàt ſignificationem habent, uti aſtruemus teſtimonijs, *Tautolog.* 7. 9. Quare in auctoritate unum ex illis paragogicum eſt, vel exergaſicum: q. d. *Revertimini*, vel *Abite.* Hic modus loquendi magis conſtabit ex infrà dicendis. *Secunda expoſitio.* *[illegible] ſine ſignificatione.*

7 Unde exponi poteſt tertiò Pleonaſmus per Enallagen, ita ut unum ex verbis concipiatur pro adverbio, vel pro interiectione: quod quidem in Scriptura frequens. 1. Reg. 2. 3. *Nolite multiplicare loqui ſublimia.* 2. Cor. 9. 8. *Omnem gratiam abundare facere in vobis.* Pſalm. 125. 2. 3. *Magnificavit Dominus facere nobiſcum*: ideſt, Multipliciter, Abundanter, & Magnificè. Conſtat ex Hebr. equidem Ion. 4. 9. ubi: *Putaſne, benè iraſceris tu ſuper heredam? & dixit*: *Bené iraſcor.* Hebr. legit adverbia per verba. *Putaſne benefecit venit ira tibi? Benefecit venit ira mihi.* Unde Septuag. *Vehementer iraſcor.* Oſee, 9. 9. Hebr. *Profundum peccaverunt, corrupti ſunt ſicut in diebus Gabaa.* Quod Vulgatus ſic vertit per adverbium: *Profundè peccaverunt*, &c. *Profundum* pro *Vehementer*, adiectivo poſito pro adverbio; ut apud Homer. uſquequaquè, *Æternum*, pro *Æternè.* Apud Plaut. in *Aſinar.* Act. 2. ſcen. 2. v. 8. & Terent. in *Hecyr.* Act. 5. ſcen. 1. v. 20. *Ætatem velim ſerviré. Animo erit ætatem*: hoc eſt, diù, diutiſsimè, vel ſemper. Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 125. *Excepit blanda*: pro blandè. Claudian. 2. in *Eutrop.* v. 19. *Securùm vivere*: pro ſecurè. Senec. in *Troad.* v. 979. *Obtigiſti brevis*: pro breviter. Sic alia. Apud Hebræos uſitatiſsimum in verbis *Addo, reverto, converto, video, & dico*; ut egimus, *Tom.* 3. *Tautol.* 2. *num.* 9. v. g. Iſai. 66. 14. *Videbitis, & gaudebit cor veſtrum*: ſcilicèt, valdè gaudebitis. Loc. præf. Oſee pro adverbio *Profundè*, legit Chald. *Adauxere corrumpere.* Senſus modò patet Tautologiæ, uno ex teſtimonij verbis, accepto pro adverbio. *Revertimini filiæ mi, & abite*: ideſt, abite celeriter in domum matris veſtræ. Vide quæ diximus *Tom.* 2. *Tautolog.* 5. *num.* 10. Hic ſtylus in eadem materia Tautologiæ invenitur apud Profanos, quorum auctoritatibus genuinus acceptionis elucet ſenſus. Homer. 9. *Iliad.* v. 592. *Perrexit ire*: puta, diligenter iter aggreſſus: quod 15. *Iliad.* v. 167. per adverbium expreſsit, dicens: *Celeriter feſtinans.* Plautus, in *Mercator.* Act. 5. ſcen. 2. v. 41. *Fer gradum, confer pedem*: hoc eſt, feſtinè perge. In *Ciſtellar.* Act. 1. ſcen. 1. v. 34. *Eas abitum.* Martial. 5. *Epigr.* 21. *Soles effugere, atque abire ſentit.* Pariter alia, ubi verba multiplicantur adverbialiter. Sic lux emicat in alia ſacra teſtimonia: nimirùm ad illud: *Euntes ibant*, de quo infr. num. 29. Ierem. 37. *Euntes abibunt*: ideſt, omninò, vel celeriter abibunt. Cantic. 2. *Imber abijt & receſsit*: quo loc. Maluend. *Omninó receſsit, evanuit.* 2. Reg. 3. 24. *Abner abijt & receſsit*: nimirùm, pacificè abijt. *Enallage.* *Verbum pro adverbio.* *Etiam adiectivum.* *Tertia expoſitio.* Ier. 37. 8. Cant. 2. 11. 2. Reg. 3. 24.

8 Si velis periodum interpretari per interiectionem, haud extra propoſitum erit ſenſus: quaſi puellis plorantibus ſocrus dixerit: Eia carpite viam, quia ſimul, ſicut hucuſquè, vivere non poſſumus. Abeo, abite. Plura pro huiuſmodi expoſitionibus diximus in *Prolog. galeat.* §. 4. à num. 3. accipe alia. Exod. 3. 10. *Veni, mittam te ad Pharaönem*: ubi *Veni* ſumendum pro *At, Hem, Aba*, vel *Au*: q. d. Ne cadas animo, ad Regem ibis, mirabiliaque facies, ut ſis inclytus & apud Hebræos, & apud Ægyptios. *Verbum pro interiectione.*

Ierem.

Ierem. 2. 2. *Vade & clama* : videlicèt ; agedùm, eia clama. Virgil. 3. *Æneid.* v. 169. & *lib.* 6. v. 629.

Surge age, & hæc lætus longævo dicta parenti
Haud dubitanda refert.
Virgil. *Sed iam age, carpe viam, & susceptum perfice munus;*
Acceleremus, ait:
Dixerat, & pariter gressi per opaca viarum,
Corripiunt spacium medium, foribusque propinquant.

Euripid. in *Medea*, v. 105. *Ite iam, procedite quàm celerrimè* : ideſt, eia procedite. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 18. v. 17. *I nunc, tolle animos.* Haud alio ſenſu Plauti ſententiæ : in *Pseudol.* Act. 5. ſcen. 1. v. 4. *Pergitisne pergere?* Idem in *Panul.* Act. 1. ſcen. 3. v. 24. In *Trucul.* Act. 2. ſcen. 4. v. 13. *Properate, auferte mensam.* Hoc eſt, eia. Fœminæ, potiſsimùm ætate viridi, in via vagæ, ſuſpicioni patent, malèque audiunt: quare Noëmi honori puellarum conſulens; monet ad propria citò reverti : ideſt, eveſtigiò, illicò, actutùm ut hinc abeant. Caietan. *Ite, redite unaquæque in domum, & quàm citissimè* : quod quidem Scriptura exprimit per lumborum præcinctum. 3. *Reg.* 18. 46. *Luc.* 12. 35. & *Ephes.* 6. 14. Unde præ acceleratione, ſeu celeritate dicitur Ieremiæ : *Ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere*, &c. Ita ergo velocitas emphaticè exprimitur non per curſum ſed per volatum. Phraſis eſt Plauti in *Asinar.* Act. 1. ſcen. 1. v. 80. *Sine pennis vola*: &, in *Persa*, Act. 2. ſcen. 2. v. 16. *I, vola curriculò.*

Caietan. — Quarta expositio.

9 Poſſunt quoque huiuſmodi verba æquivalentia exponi in diverſam ſignificationem, congruam profectò articulo abſentiæ : ita ut primum verbum abſentiam indicet, & ſecundum poſtremum in diſceſſu Vale, ſignificando abitum cum bona gratia iter agentium, etſi mœrore animorum; quod frequenter inter familiares & amicos. Terent. in *Andria*, Act. 4. ſcen. 2. v. 13. *Conveniunt mores : valeant.* Quo in loco Donatus infit : *Valeant : hoc est, valeant, recedant; quia & discedentibus Vale dicitur.* Taubm. in *Plaut. in Truculent.* Act. 2. ſcen. 2. v. 3. *Vocem* (inquit) *supremam dixit : valedixit, abire iussit.* Quod Martial. *lib.* 5. *Epigram.* 67. vocat *Æternum vale.* Virgiliuſque 11. *Ænei d.* v. 97.

Terent. Donat. — Quid longè, quid æternum Vale?

Fata vocant. Salve æternum mihi maxime Palla,
Virgil. *Æternumque vale.*

Ubi Servius : *Valedici, eó quòd ab eis discedimus, eos nunquam visuri.* Æternum ergo Vale dicebatur mortuis, longum verò diſcedentibus; quia neſciebatur an iterùm videndi forent. Ita Artemidor. *lib.* 1. *cap.* ult. Quare Virgil. *Eclog.* 3. v. 79.

Servius.

Et longum formosè vale, vale, inquit, Iola.
Virgil. *Nam me discedere flevit.*

Aptius Terentius in *Adelph.* Act. 5. ſcen. 1. v. 3. ubi ſicut priùs Valere pro Abire, hìc deſcribit econtrà.

Lautè munus administrasti tuum : abi.
Terent. Hoc eſt, vale, diſcede feliciter. Verbum hoccine ſupponit abitum, & ſignat in eum fauſtam precationem bonorum, maximè inter eos, quibus mutua dilectio, in quorum abſentia longa tractu protrahitur expreſsio extremæ ſalutis, ſeu prolatio extremi Vale. Virgil. 6. *Æneid*, v. 231. vocat *Novissima verba* : & *lib.* 11. v. 827. *Iamque vale* : ideſt, proſperè abeas. Plautuſque in *Asinar.* Act. 3. ſcen. 3. v. 4. *Supremum mihi dixit: ire iussit.* Invenitur etiam acceptio in Bibl. 1. Reg. 9. 26. Sauli dixit Samuel : *Surge, & dimittam te* : hoc eſt, valedicam. Idem, 2. Reg. 3. 23. *Dimisit eum, & abijt in pace* : videlicèt, valedicens dimiſit eum. Ita ergo Noëmi dixit nuribus : *Revertimini filiæ mi, & abite* : nimirum fauſtè valete, bonaque ſint ad votum, ut opto.

Quinta expositio.

10 Abire etiam ſignificat mori : quod quidem quia vox infauſta, & moleſta vel memoria, vel Euphemiſmum alijs vocibus, quaſi ambagibus profertur : de quo fuſiùs, *Tautolog. 6. num.* 26. & *Tautol. 7. num.* 10. Priſci Abire dicebant, pro è vita decedere. Terent. *Phorm.* Act. 2. ſcen. 3. v. 14. *E medio abijt.* Phædrus, *fabul.* 77. *Abiturus illuc, quó omnes abeunt.* Quod in Scriptura dicitur : *Ingredi viam universæ carnis.* 3. Reg. 2. 2. *Universæ terræ* : quippe caro terra, vel pulvis. Vel *Apponi ad patres*, aut *ad populum suum.* Geneſ. 25. 17. & 49. 32. Tertullian. apud Taubmann. ubi dudum : *Si de aliquo iam priàem defuncto, tanquam vivo quis requirat, præ manu occurrit dicere: Abijt iam.* Viventium iter dicitur à Seneca, de *Consolat. ad Martiam*, cap. 20. *Iter mortis ingressus sum, & iam medium ferè teneo* : qui cap. 20. idem præmiſerat, ſubdens etiam : *Ad brevissimum tempus editi, citò cessuri loco.* Propertius, *lib.* 2. *Eleg.*

Euphemismus. — Tautolog. 6. num. 26. & Tautol. 7. num. 10. — Tertull. — Abire pro mori. — Senec.

13. v. 39. *Memento hoc iter.* & *lib.* 3. *Reg.* 7. v. 2. *Iter immaturum.* Hac enim metaphorâ, quia Sol abſconditur; Plaut. in *Mercat.* Act. 5. ſcen. 2. v. 32. dicit: *Sol abit.* Et Catull. *Epithalam.* Manlij & Iuliæ, v. 79. *Abit dies.* Hac profectò acceptione teſtimonij noſtri ſenſus erit: *Revertimini filiæ mi, & abite*, in domum ſcilicèt matris veſtræ, ibique manete quouſque fato fungamini, & ſepulturam inter proprios habeatis, appoſitæ ad populum veſtrum. *Sexta expoſitio.*

11 His igitur clarent aliæ Tautologiæ. *Vade & revertere*: ideſt, citò revertere. *Abite & recedite*: 1. Reg. 15. 6. hoc eſt, actutùm ſegregemini ab Amalech: ſiquidem milites, ò Cinæi, in procinctu ſunt, inſtructæ inſidiæ: ni longè abieritis ab Amalech ſeparati, clade peribitis involuti cum hoſtibus. Abite, & citiſsimè. Præut rerum articulus eſt, ita verbum adverbialiter intelligi debet. Quare dum dicitur de Regina Saba: *Reverſa eſt, & abijt in terram ſuam cum ſervis ſuis*; idem eſt, ac proſperè reverſa eſt in patriam, quò pervenit pacificè, quin ullus in via incommodaverit, nec incurſum ullum pateretur ab hoſtibus. Similiter illud Ioab ad Davidem. *Quid feciſti? Ecce venit Abner ad te: quare dimiſiſti eum, & abijt & receſsit?* Aliquid amplius indicat verbum additum, etſi ſonet eiuſdem ſignificationis. Primò, quare dimiſiſti ita citò ſine intentionis examine: igitur modò, iam ſerò: quandoquidem *abijt & receſsit*: ideſt, ita abijt, ut eum ultrà videre non poſsis. Secundò, q. d. quare dimiſiſti eum impunè? Ille venit, ut te ſpecie amplioris dominatus deciperet, ac tui exercitus robur cognoſceret, *& ſciret exitum tuum & introitum tuum, & noſſet omnia, quæ agis*: quare dimiſſus eſt pacificè? Conſtat acceptio ex ſuperiore v. 23. quo dicitur de Davide: *Dimiſſerat eum, & profectus fuerat in pace.* Unde huiuſmodi phraſis duplicis verbi idem ſignificantis, ſenſus eſt: Reverſus eſt Abner pacificè in propria ſine damno, vel incommodo. Hebr. & Chald. ſignatur floridà dialecto: *Abijt eundo*: ideſt, ſine obice. Maluend. eodem ſenſu: *Ambulavit ambulare.* Nullo ſcilicèt impedimento in itinere, ut rediret in propria. Vide n. 25. & 26. 2. Reg. 3. 16. 3. Reg. 10. 13. 2. Reg. 3. 24. *Verbi geminatio eiuſdem ſignificationis quænam ſignificatio?* Verſ. 25.

12 Siccine indicatur, nec damnum illatum, nec acceptum. Quare repedare iter, ſeu reverti per eandem viam, quà venerat aliquis, idem eſt, ac ſine damno propoſito & meditato, recedere; ſive fruſtratâ operâ. Ita ab Iſaia dicitur Ezechiæ de exercitu Sennacherib. *Per viam, qua venit, revertetur.* Ideſt, non nocebit. *Non ingredietur urbem, nec mittet in eam ſagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio*: v. 32. Apud Græcos commune proverbium. *Proditoribus* (inquit Plutarch. in *Cleomen.*) *promiſſam operam haudquaquam præſtantibus*; *Aratus eodem quo venerat itinere regreſſus eſt*: hoc eſt, retrò abijt. Stylum iterat ibid. ſubdens: *Cleömenes uſque ad civitatis muros ducto exercitu, verbis quoque gravioribus in hoſtes inſultans, eodem quo venerat itinere retroceſsit.* Hiſpanicè: *Volvióſe con las manos en la cabeza.* Apud Homer. 17. *Iliad.* v. 27. dicitur, *pedibus ſuis non reverti*; quippe qui lædere conabatur, malè multatus & percuſſus alieno in domum indigebat auxilio. Aliter expreſsit, 10. *Odyſſ.* v. 42. *In patriam redimus, vacuas manus habentes*: ſine effectu ſcilicèt, imò cum ignominia: etenim abire dimiſsis manibus ſignum eſt fugæ, & cladis acceptæ. Plaut. in *Epidic.* Act. 3. ſcen. 4. v. 15. 4. Reg. 19. 33. Plutarch. *Quid ſit eadem viâ reverti?* Homer.

Si audias meas pugnas,
Fugias manibus dimiſsis domum.

Plaut.

Contentiùs fuga capitur, carpitur iter, demiſsis manibus & iactatis circà latera. Unde Æſchylus in *Prometh.* v. 939. *Qua veniſti viâ, eam repete feſtinanter.* Euripid. in *Alceſt.* v. 869. *Nec in terra pedem eundo figens.* Fuga ſignatur præceps, igitur qui equis quaſi in victoriam, & non in pugnam vecti; pedites redibant, ſi redibant. De Siſara, eius iugulato exercitu, dicitur Iudic. 4. 15. ita *ut de curru deſiliens, pedibus fugeret.* Euripid. in *Supplicib.* v. 89. *Vado pedibus*: & in *Troädib.* v. 232. *Velox pedibus veſtigium accelerans.* Sic igitur qui illaturi damnum, ſine alterius læſione in viam, quà venere, reverſi ſunt ita celeriter; ut nihil cogitarent niſi viam. Æſchil. Euripid.

13 Idem cogitarunt Iſraëlitæ videntes validam civitatem à Nabucho Magno obſideri, maximè pſeudoprophetis dicentibus de Chaldæis: *Euntes abibunt.* Eadem viâ, qua venerunt, revertentur: *Revertentes abibunt à nobis*, ut legunt Septuag. At Ieremias contraria prædixit: nimirùm, quod non abirent euntes, ideſt, ſine clade civium; ſed ſummo damno illato, ita ut rueret civitas, & cuncti in Babylonem tranſmigrarent. *Nolite* (inquit) *decipere animas veſtras, dicentes: Euntes abibunt, & recedent á nobis Chaldæi: quia non abibunt.* Maluend. *Non recedent, neque ambulare ambulabunt*: imò Ier. 37. 8.

persistent, quousque civitas diruatur, & reliquiæ igni tradantur. Non per iter, quo venerunt, revertentur frustrato voto, sed exterminio civitatis, vastitate hostili. Hinc constat, quòd *Eundo ire* nihil aliud designat, quàm sine clade discedere, vel sine incommodo civium in quos depugnandos venerant: quod quidem quàm extra Israëlitarum expectationem, constat ex exitu. Ita astruit, etsi non crediderint, Ieremias, q. d. Præsens expeditio haud erit sicut Sennacherib sub Ezechia, casso proposito, quo eadem viâ quâ ingressus, egressus revertens in Assyriam. Haud irritum erit votum Nabuchi, nec hostilis cogitatio; non eundo abibit; sed alia viâ qua voluerit, redibit triumphans in patriam. Qui fugit, abit quà potest: qui vincit, quà vult. Sine obice patula quælibet via: igitur haud desistet, quousque per eius milites civitas flagret. Omnis terra pervia in triumphum & in patriæ reditum. Quò & quà voluerit, iter aget. Haud uti consternatus formidine, repetet viam, qua in urbem diruendam accessit; sed quà placuerit.

Quod alià via.

Tacit. Siccine optatus effectus exprimitur à Tacito, 15. *Annal.* cap. 61. *Non eo, quo venerat, itinere reditum; sed flexisse.*

14 Modò claret illud præceptum indictum Prophetæ, ut progrederetur in Ieroboäm, & idola Bethel; vaticinaturus per Iosiam altaris exterminium & vitulorum. *Non comedes* (præscribitur illi à Domino) *nec reverteris per viam, qua venisti*: illeque præcepto studens, ut ad amussim responderet; *Abijt per aliam viam, & non est reversus per iter quo venerat in Bethel.* Qui eàdem viâ revertuntur, frustrantur ab itineris proposito: iccircò Sennacherib dicitur Isai. 37. 29. *Reducam te in viam, per quam venisti.* Idem v. 34. Econtrà verò, qui potitur voto.

3. Reg. 13. 9. 10.

Lucan. ——— *Sic ille calentes*
Incendit virtute animos, & amore laborum,
Irreducemque viam deserto limite carpit.

Canit Lucan. de Catone, 9. *Pharsal.* v. 406. Alia næ viâ abit, qui optata nanciscitur, & cadunt ad votum. *Per aliam viam reversi sunt* Magi *in regionem suam*: Matth. 2. 12. Igitur potiti voto, frustrato inimico, sine ullo incommodo, viderunt, & adoraverunt, quem quæsierant, regem. Firma utique, quæ dicta Ieroboämo à Vate, quorum eventus indicatus per viam distinctam; quia qui redeunt eàdem, qua venerunt viâ, inanes revertunrur; qui autem per aliam, victores. *Domum petentes aliâ viâ, alijs itineribus*: inquit Homer. 9. *Odyss.* v. 231. de Græcis victoribus Ulysis comitibus. Quod caret eventu, in Scriptura dicitur reverti retrorsùm. *Sagitta Ionathæ nunquám redijt retrorsùm, & gladius Saul non est reversus inanis.* 2. Reg. 1. 22. Ita Ierem. 50. 9. de exercitu Nabuchi: *Sagitta eius non revertetur vacua.*

Matth. Homer. *Quæ dicantur tela inania?*

Virgil. *Suggere tela mihi, non ullum dextera frustrá*
Torserit in Rutulos, steterunt quæ in corpore Graium.

Ut ait Virgil. 10. *Æneid.* v. 333. Senec. ad *Marciam*, cap. 16. *Nullum* (ait) *frustrà cadere telum, quod in confertum agmen immissum est.* Haud obliquè excidit, nec cuspis irrita voti. Irritum est, quod revertitur. Quare nova micat lux testimonio principali: *Revertimini filiæ mi, & abite.* Noëmidem puellæ diligebant. *Nurus eius* (infit Iosephus, 5. *Antiq.* cap. 11.) *non substinebant ab ea divelli; & velit nolit, comitari illam volebant.* Illa præ religione nolebat, dixitque: *Abite*, quia mecum pergere non potestis. Frustrà conamini: abite revertentes eadem viâ, qua venistis; quia nullo modo acquiescam, nec sinam peregrinationis meæ comites fieri.

Senec.

Septima expositio.

15 Tunc Ruth obstitit, & Orpha ad suos redivit. Possumus dicere Noëmi, quod Marciæ Seneca loc. cit. *Habes duas filias. Si malè fers, magna onera: si benè, magna solatia.* Divisum est cor earum: & Noëmi amplexa est ex una solatium, excutiens alterius onus. Audias Paulin. *Natal.* 9. à v. 531.

Senec.

Paulin. *Quæ geminæ scindunt sese in diversa sorores.*
Ruth sequitur sanctam, quam deserit Orpha parentem:
Perfidiam nurus una, fidem nurus altera monstrat.
Præfert una Deum patriæ, patriam altera vitæ.

Cogitavit Orpha libertatem, Ruth verò legem, doteque socrus, quibus trahebatur; ne relinqueret, quam matrem experta, ex quo cognoverat. Illa inter sacrum & saxum anciptiti cogitatione collocavit iudicium; sed eruit, & quò voluit duxit. Nihilominùs haud excutere à mente quibat plenè, quod tanto tempore conciliaverat amorem.

Ovid. *Hos habuit vultus, hæc illi verba fuerunt:*
Hic color, hæc facies, hic decor oris erat.

Sic

Sic quanvis aberat placitæ præsentia formæ,
Quem dederat præsens forma manebat amor.

Haud victa fuit ab amore, sed illum vicit, signisque dilectionis socrum deservit. *Orpha osculata est socrum, & reversa est*: v. 14. Quid Ruth? *Adhæsit socrui suæ*: scilicèt, deliberavit secum adhærere illi, & sequi quocunquè iviſſet, Ovidius, 2. *Fastor.* à v. 779. describit, estò aliò, cogitationem. *Amor verus præsentiam optat.*

Carpitur attonitos absentis imagine sensus
Illa, recordanti plura magisque placent,
Sic sedit, sic culta fuit, sic flamina nevit,
Neglectæ collo sic iacuere comæ, Idem.

Puella insistit, à socru repellitur; repulsàque Ruthidis probatur amor. Obijcitur exemplum abeuntis cognatæ: perstat.

Quoque minor spes est, hoc magis illa cupit. Idem.

Pungitur ratiocinijs, sed amor uti patiens omnia sustinet; & licèt animum desponditſet, omnia sperat, dicitque quod apud Plaut. illa alia, in *Asinar.* Act. 3. scen. 3. v. 1.

Cur me retentas nunc? Tui amans abeuntis egeo. Plaut.
Vale. Aliquanto amplius valerem, si hìc maneres.
Salve. Salvere me iuves, quùm tu abiens affers morbum?

Quid rumperis? Haud vinces. Vel mane, vel sequar. *Quocunque enim perrexeris, pergam: & ubi morata fueris, & ego pariter morabor; populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus: quæ te terra morientem susceperit in ea moriar, ibique locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat Deus & hæc addat, si non sola mors me & te separaverit.* Ruth. 1. à v. 16.

16 Huiusmodi verba vehementis amoris expressiva, quò magis socrus anfractus in societatem proponebat; delicat Paraphr. Chald. in *Gloss. ordinar.* siccine. *Dixit Ruth, volo esse proselyta. Respondit Noëmi: Præceptum est nobis, ut non ambulemus in Sabbatis, neque in diebus solemnibus ultra duo mill a passuum. Respondit Ruth: Quocunque ieris, ibo. Dixit Noëmi, præceptum est nobis, ne habitemus simul cum populis. Dixit Ruth, in quocunque loco habitaveris, habitabo. Dixit Noëmi, præceptum est nobis, ut servemus sexcenta & tredecim præcepta. Dixit Ruth, quæcunque observat populus tuus, ego observabo, ac si esset populus meus ante hác. Dixit Noëmi, præceptum est nobis, ne colamus cultum extraneum: respondit Ruth, Deus tuus ipse est Deus meus. Dixit Noëmi, Habemus quatuor genera mortis pro peccatoribus, scilicèt, lapidationem, & combustionem ignis, & occisionem gladij, & suspensionem patibuli: respondit Ruth, quocunque modo mortua fueris, moriar. Dixit Noëmi: Habemus locum sepulturæ: Respondit Ruth, ibi sepeliar, & ne addas ultrá loqui. Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, quoniam mors dividet inter me & te.* Nonnunquàm in Rabbinis adsunt nænix. Qualis farina ex huiusmodi furfure? Breviter & nervosè sacra pagina præfatis verbis, queis declaratur Ruthidis obstinatus animus in sequelam socrus; uti Petrus dixit Domino, Luc. 22. 33. *Tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire*: & Ethai, 2. Reg. 15. 21. Davidi: *Vivit Dominus, & vivit Dominus meus Rex; quoniam in quocunque loco fueris Domine mi Rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus.* Cupiebat Noëmi puellam tot dotibus, fideque commendabilem, perpendens indolem docilem, ad Domini legem idololatram convertere; & noluit credere omni spiritui: hinc Ruthidis exactè probavit; quod post Evangelista Ioannes monuit: *Probate spiritus, si ex Deo sint.* Ex duabus itaque illam comitari conantibus, una recessit, alia processit. Prudent. in *Hamartigen.* v. 844. inquit: *Fidei Ruthi dis erga socrum magna.* Paraphrasis chald. *Unde nota amoris fidei?* 1. Ioan. 4. 1. Prudent.

Aspice Ruth generis Moäbitidis, & simul Orphan:
Illa socrum Noëmim fido comitatur amore:
Deserit hæc, atque thalamis & lege iugali
Exutæ, Hebræisque thoris sacrisque vacantes,
Iure fruebantur proprio.

17 En historia, sed notanda ex Pleonasmo Ruthidis perseverantia. Noëmi probans instruit, de amoreque in fidem periculum facit: illàque promptè respondit; *Ne adverseris mihi*: v. 16. Profectò tantà repulsà, ac repugnantià tantà, tuum haud videtur consilium, sed meditata pugna. Supramodùm renuis, & amorem abnuis: videris herclè aversa, quandiù ita perstat instantia. *Ne adverseris mihi.* Vernaculè: *Para què tantas contiendas? No te canses, ni me canses. Ne adverseris mihi, ut relinquam te,*

Amor persistens, verus amor. Ruth. 1. 17.

te & abeam. Gravor, & gravaris: nec res placita, nec vox: placebit tantùm assensus. Quid dicis? Placet? Estò non placeat, ibo: comitabor quocunquè, quanvis dissentias. *Hæc faciat mihi Deus & hæc addat*, si resipiscam. Hæc formula iuramenti aliquoties invenitur in Biblijs; quæ aliter exponenda est de fœminis, ac de viris. Si viri proferunt, idem arbitror, ac *Vivit Dominus*; uti dicam *Tautolog.* 7. num. 11. Sin autem, haud censeo in fœminis audaciam tantam; sed duntaxàt extendi in precationem, seu imprecationem vulgarem, præut intendunt exaggerare firmitatem animi. Sic ergo Ruth persistens, adhuc obstante socru, & commoda patriæ, incommodaque peregrinationis referente; respondit; & propter bona cuncta, quæ amittere possim, & propter cuncta mala, quæ possum pati; *non relinquam te.* Nostrates: *Ni por qualquier daño, ni por todos los aberes del mundo*: vel, *Por qualquier mal que pueda passar, ò el mayor bien que pueda perder.* Si velis, molliùs, ac dulciùs; *Ita valeam, vel non valeam: ita Deus me adiuvet, aut non.*

Propert. *Mi neque amare aliam, neque ab hac desistere fas est.*

Ita firma facies, firmiusque cor. Placet ire: tibi placet? Placuit: *Profectæque sunt simul*; ut dicitur v. 19.

18 Priusquàm delicem Tautologiam, obiter inquirendum; unde tantus amor inter nurum & socrum, cùm inter illas frequentissimum sit iurgium? Vel Ethnicus lamentatur commune malum in *Hecyr.* Act. 2. scen. 1. à v. 1.

Terent. *Prob Deúm, atque hominum fidem!*
Quod hoc genus est? Quæ hæc est coniuratio?
Ut omnes mulieres eadem æquè studeant, nolintque omnia:
Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias?
Itaque adeó uno animo omnes socrus oderunt nurus.

Tædiũ mutuum nurus & socrus. Matth. 10. 34. 35.

Rebecca ob iurgia uxoris Esau, dixit Isaäco, Genes. 27. 46. *Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius terræ, nolo vivere.* Vel nomen socrus aut nurus amori dissonum, & tædio consonum. Unde vocibus dilectionis deauratur status irrequieta conditio: igitur ut vidimus supr. num. 3. Sponsa socrum vocat matrem, & Noëmi nurus blandimine dicit filias. Sic huiusmodi tædium usuvenit, sicut inter consanguineos redamatio; quo intuitu dicit Assertor N. nurum separandam à socru, sicut filiam à matre? *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suam.* Separatio nequit esse, quin sit unio; ut frequens inter filiam & matrem: verùm inter nurum & socrum? Aptiùs videtur, inter utramque mittere pacem; quippe sæpesæpiùs & adversæ & aversæ. Si separandæ, planè amore coniunctæ, quod non videtur, nisi rarò. Quorsùm Salvator N. inter utramque intimum signat amorem? An quia si aliquando societas, non est inter aversas vinculum societatis, sed factionis; & qui de cœlo venit conciliare pacem, venit etiam malè conciliatam dissolvere; ut esset pax vera de cœlo, haud quomodò mundus dat? Etiam consentanea cogitatio de nuruum prudentia: siquidem si morigeræ, aptantur genio socrus propter bonum pacis; ut qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de illis: maximè, cum maiores, si boni, amandi; si mali, ferendi sint. Hæccine apta tropologicè, sed haud exprimunt inter utramque aversionis radicem, & iurgiorum fomitem.

Pax quæ nõ sancta, non pax.

Marsi. 19 Paulus Marsius in loc. Terentij cit. *Socrus* (inquit) *filiorum uxores ob hoc ferè odio prosequuntur; quòd plerunque digniores & meliores aut ditiores suos liberos existimant, quàm qui debeant uxoribus etiam dignissimis & optimis iungi.* Alia rimor, nescio an vera, vel veriora. Quælibet fœmina sui studiosissima est, & se amat super omnia, gloriatur avida de virorum erga se vel insanissimis obsequijs. Nurus totum pectus viri appetit, quippe totum cor viro concedit: astruit in redamatione consortis amorem; modò propter illam vir relinquat patrem & matrem. Socrus ampliorem intendit reverentiam à filio, quia mater, dignitate conferente venerationem. Undè cùm filius prudens erga utramque exhibeat dilectionis obsequia; hinc, ni fallor, exoriuntur iurgia: quælibet quippe cogitat sibi subrepta, quæ in alia videt collocata studia. Totum enim amorem & totaliter ambiunt; arbitranturque furtum, ni sibi concilient totum. Quare cùm mortuo filio coniuge, non habeant de quo contendant; mutuò conciliantur, ut mutuò iuventur: nurus scilicèt consilijs socrus senis, socrus autem labore ac validitate iuventutis, ut patet in Ruthide & Noëmi. *Melius est ergo duos esse simul,*

Quando & cur pax vera inter nurum & socrum?

simul, quàm unum; habent enim emolumentum societatis suæ. Eccl. 4. 9. *Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli, quia cùm ceciderit, non habet sublevantem se*, &c. Eccl. 4. Hæc clarent nostro in articulo: igitur mortuo filio Noëmi, & Ruthidis consorte, arctè socrus & nurus amore vitam duxerunt coniunctæ. Cultus disparitas erat inter illas: societatem socrus Ruthis cupiebat. Noëmi prudens adhærentem à se studiosè amandabat, dicens illi: *En cognata tua reversa est ad populum suum & ad Deos suos: vade cum ea.* Societas Ethnicæ & Catholicæ resecanda: in huiusmodi pacem mittendus gladius; quippe separatio tunc est pax vera, & non pax qua æterna amittitur vita. Propter huiusmodi emolumentum inter concordes Christus venit de cœlo mittere gladium; verùm nisi causà religionis, ius utique persistentia nexus sanguinis: qua de causa cùm Ruth promitteret socrui, fidei veræ dare nomen; *profectæ sunt simul & venerunt in Bethlehem.* Vers. 15. Vers. 19.

20 Modò cursus sine obice in Tautologiam. Amor Ruthidis in sacrum & socrum rutilat; dum vel dimissa resolutoriè, liberèque respondit: *Ne adverseris mihi, ut relinquam te & abeam.* Facilis Pleonasmi expositio, accepto verbo altero pro participio: q. d. Ut abeam relinquens. Ita Ierem. *Euntes abibunt.* Frequens Hellenismus est apud Homer. Euripid. in *Rhes.* v. 201. *Abibo profectus*: & in *Alcest.* v. 869. per gerundium? *In terra pedem eundo figens.* In Hebr. signatur duplex verbum: *Ut relinquam te, ut recedam à te.* Maluend. *Ad derelinquere te, ad revertere de post te.* Interpretari quoque aptè possumus per exergasiam, accipientes & pro *Idest*: vel Epexegesim, quasi verbo posteriore explicando antecedens, de quibus in *Prolog. Galeat. §.* 4. num. 12. & 13. tuncque sensus erit: *Ut relinquam te & (idest) abeam.* Hac enim expositione clarent alia testimonia, ut illud Act. *Eo quòd* Marcus *discessisset ab eis, & (idest) non isset cum eis.* 2. Ioan. *Omnis qui recedit & (hoc est) non permanet.* Vel ut supr. per participium: *Omnis qui recedens non permanet: eo quòd discedens non isset cum eis.* Siccine præfata testimonia, num. 11. *Vade & revertere. Abite & recedite. Reversa est & abijt. Abijt & recessit. Abibunt & recedent.* Denique principalis Tautologia, *Revertimini filiæ mi & abite*: idest, abeuntes revertimini. Ierem. 37. 8. *Verbum pro participio.* *Exergasia, & epexegesis.* Act. 15. 38. 2. Ioan. v. 9. *Octava expositio.*

21 Aliquod nihilominùs subodoror singulare in præsenti verborum geminatione. Unde in memoriam revocanda regula Scripturæ, quam tradidi *Tom. 4. Tautolog. 6. num.* 5. de duabus affirmationibus; & *Tautol.* 8. num. 9. de negationibus. Similiter quoties invenitur affirmatione & simul negatio contrarij suppositi per affirmationem; vel negatio cum affirmatione contrarij expressi per negationem: quod quidem schema dicitur *Bebæosis*, de qua etiam latè hìc agemus, *T. 5. n.* 17. *T. 6. num.* 43. & *T. 7. n.* 16. Quoties siccine geminationes inveniuntur, in prima subintelligendum *Non solùm*, in secunda *sed etiam*, vel *Imò*. Plura loc. citatis inveniuntur testimonia, regulam comprobantia; sed magis illustrabitur dicendis. 1. Mach. 6. 36. *Hi ubicunque erat bestia, ibi erant: & quocunque ibat, ibant; & non discedebant ab ea.* Hoc est, non solùm ibant, quò bestia, sed perstabant, ita comites elephantis, ut non tantùm cum stante starent, imò cum eunte simul quocunque irent. Ezech. 1. 9. de quo ex professo infr. num. 31. *Non revertebantur cum incederent*, imò unumquodque iter capiebat, quò direxerat faciem. Psalm. 106. *Errare fecit eos in invio, & non* (non solùm in invio, sed etiam) *in via.* Ioan. ubi dudùm. *Qui recedit, & non permanet.* Scilicèt, qui non solùm non permanet, sed etiam resipiscens recedit: non solùm non manet nobis in doctrina sana tradita, sed recedens adversatur. Unde Oecumen. *Omnis qui transgreditur.* Similiter illud: *Ut qui discessisset ab eis, & non isset cum eis.* Ierem. 5. 23. *Receserunt & abierunt*: nimirùm, non solùm recesserunt à Deo, sed abierunt ad idola. *Defuerunt & pergunt in sculptilia.* Maluend. Idem in illud cap. 37. *Nolite decipere animas vestras, dicentes: Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi; quia non abibunt.* Apud Profanos seges multa. Homer. 13. *Iliad.* 475. *Sic manebat, neque retrocessit.* 9. *Odyss.* v. 108. *Neque plantant manibus plantam, neque arant.* Odyss. 10. v. 259. *Simul evanuerunt, neque quisquam eorum apparuit.* Sophocl. in *Oedip. Tyran.* v. 692. *Me relinques, & extrà ibis.* Plaut. in *Persa*, Act. 4. scen. 4. v. 119. *Abscedent, & non accedent.* Virgil. 2. *Æneid.* v. 574. & 586. *Bebæosis.* Psal. 106. 40. 2. Ioan. v. 9. Act. 15. 38. Ier. 5. 23. 37. 8. *In geminationibus, prima pro* Non solùm, *secunda pro* imò.

Exarsere ignes animo: subit ira cadentem
Ulcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
——— *Animumque explesse iuvabit*
Ultricis flammæ, & cineres satiasse meorum. Virgil.

Ovidius, 11. *Metam.* fab. 3. Martial. *lib.* 1. *Epigram.* 16. Manil. *lib.* 1. *cap.* 8. v. 29. & Statius, 8. *Thebaid.* v. 738.

Ovid. Martial. Manil. Statius.

Sitis arida guttur
Urit, & inviſo meritò torquetur ab auro.
Gaudia non remeant, ſed fugitiva volant.
Semper erit novus & terris mutabitur arcus.
Odi artus, fragilemque hunc corporis uſum.

Plutarch. in *Othon.* de militibus eius inquit: *Si pergerent, neque manerent*: & ſubinde. *Nulli unquàm tyranno tam acer, atque inſanus imperandi amor innatus fuiſſe videtur; quantum illi obtemperandi Othoni habuerunt: quando ne mortuo quidem deſiderium eius apud ipſos defiit, ſed permanſit.* Cicer. 7. de *Attic.* epiſt. 12. *Dimittamne me penitus in caſſam? Non deterreor periculo, ſed dirumpor dolore.* Denique Tacit. 16. *Annal.* cap. 27. *Nero patres arguebat, quòd publica munia deſererent, eorumque exemplo equites Romani ad ſegnitiem verterentur*: & cap. 29. *Cùm Marcellus, ut erat torvus & minax, voce, vultu, oculis ardeſceret; non illa nota, & crebritate periculorum ſueta, iam ſenatus mœſtitia, ſed novus & altior pavor, &c.* In his & alijs ſacris, ac profanis teſtimonijs, pro *Non* intelligendum *Non ſolùm*, & pro particula coniunctiva *ſed etiam*: quo prompta expoſitio Tautologiæ. *Ne adverſeris mihi*, equidem moleſta & tot obicibus, *Ut relinquam te & abeam*: igitur non ſolùm non abibo, quinimò nec te relinquam, quocunquè perrexeris; ſequar ſanè, ita ut ſine te non ſim nec unquàm, nec uſquàm.

Plutarch. Cicer. Tacit.

Iter pro tempore, & profectione. Sueton.

22 Etiam his prælibatis, reſtant plura teſtimonia, pro quibus acceptiones Viæ & Itineris exponendæ. Modò ſignificat tempus, ut cùm dicitur à Suetonio. in *Tiber.* cap. 6. *Itinere nocturno*: ubi non de itinere intelligendum, ſed de profectionis tempore. Modo ſignificat reditum, ut à Virgilio *Eclog.* 9. v. 23. *Brevis eſt via.* Aliquando ſignat profectionem, ut apud eundem, 1. *Æneid.* v. 362. *Auxiliumque viæ.* Etiam quà iter agitur, tractum terræ ſcilicèt tranſeundum, vel motum de loco ad locum: in quo motu ſi tractus habet exitum, dicitur iter pervium, ſin autem invium. Unde dum dicitur: *Errare fecit eos in invio, & non in via.* Idem eſt, ac ubi nulla via, ideſt, nullus terminus quò irent; quippe quà ibant, non erat iter. Phraſe Hebraicà idem ſonat ac deſertum, vel inculta ſolitudo: invia omnino, & quia ibi nunquàm hæſit veſtigium hominis, & quia inde nullus ſignabatur locus habitationis: ſed via in viam & ſolitudo in ſolitudinem. Non iter micabat in aliquem terminum, cùm itineris nullus ſignaretur finis, ſed ſe ſequebantur ſequentes. *Nunc his, nunc illis vadentibus ortus ad ortus*: ut ait Manil. quò ſupr. *cap.* 2. v. 77. & Virgil. 12. *Æneid.* v. 753. *Mille fugit, refugitque vias.* A Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 4. v. 10. & *lib.* 4. *Eleg.* 4. v. 42. *Via cæca & torta* vocatur. A Perſio *Satyr.* 5. v. 34. *Iter ambiguum*; quaſi Labyrintho, quo inextricabilis error, ac cæca veſtigia.

Pſalm. 106. 40.

Iter invium pro ſolitudine.

Deſcriptio huius itineris.

Ovid.

Ponit opus, turbatque notas, & limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.

Ut deſcribit Ovidius, lib. 8. *Metam.* fab. 2. *Inviaque & obliqua*: Manil. *cap.* 7. v. 191. *Implicitaſque errore vias*: Lucan. 8. *Pharſal.* v. 5. Tacituſque 3. *Annal.* cap. 31. *Itinera interrupta, & impervia*; ubi ſine via innumeræ viæ, quæ in maiores errores: quandoquidem quùm emergere cogitabant, magis ac magis ſeſe in errores immergebant. *Itinerum ambages, occurſuque ac recurſus inexplicabiles, crebris foribus ad fallendos occurſus, redeundumque in errores eoſdem ::: feſſique iam eundo perveniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem.* Ita Plinius *lib.* 36. *cap.* 13. Aptiùs. Moyſes Deuteron. 32. 10. *In terra deſerta: in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis*: de quo ſuo loc. *Tom.* 8. *Tautolog.* 1. ad illud Sapient. *Iter fecerunt per deſerta, quæ non habitabantur.* Alludit ad varios errores; quos filij Iſraël habuerunt poſt exitum ab Ægypto, maximèque dum ingreſſuri terram promiſſam, à Cades-barne reducti ſunt in tot errores deſerti per annos quadraginta; uti dicitur *Numer.* 14. à v. 25. Aſtruitque Adrichomius in *Pharan*, num. 24. Hinc Genebrard. legit: *In invio, in deſerto devio, in inani, in loco ſtupendo, in quo non via.* Syr. *Vagari fecit eos in errore*, Moure: *Per inania loca.* Hebr. *Errarunt in vacuo, non via.* Hieronym. *In ſolitudine devia.* Et Chald. *Errore innani.* Auguſtinus hìc ingeniosè è via profectionis notat viam intentionis illorum, legens: *Seduxit eos in vio, & non in via.* Priùs à Deo ducti pòſt à ſe fuerunt ſeducti; unde error amplior in voluntate illorum & mente, quàm in itinere & profectione. Hoc enim in ſtatu, quia ſine Deo, idem, *Soliloq.* cap. 4. inquit: *Sine te adeſt invium, non eſt via.*

Plin. Genebrard. Auguſtin. *Iter peccatorum iter devium.*

via. Et Symmach. loc. Psalm. cit. *Errare fecit eos in vanitate mentis.* Maluend. *In inordinatione.* Videbatur illis illa via pervia, verùm tota præcipitia. *Via inambulabilis:* ait Bernard. de *Contempt. Mund. ad Clericos*, cap. 33. nosque aliqua, *Tautol.* 5. num. 24. Hacque itineris vasti, cæcique metaphorà, Ambrosius in *Hymnis*, canit:

Pallens fatiscat cæcitas,
Quæ nosmet in præceps diu
Errore traxit devio. Ambros.

Siccine non euntes, sed præcipites ibant; quo stylo exprimitur inconsideratio erroris sine cogitatione exitus criminis: intelligitur illud Pauli, 1. Cor. 12. 2. *Cùm gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes.* Idest, cæci, præcipites, sine cogitatione erroris, nec pœnarum ex flagitijs: eòque magis seducti, quò ambulare rectissimè arbitrabamini. Israëlitæ exitum quærebant, dum per devia ibant; sed prolapsi sunt in errores, sicut qui errant in invio & non in via.

23 Relicta ergo tropologia, delicanda est in sensum literæ phrasis; sed brevi, quoniam fuse *Tautolog.* 6. à num. 43. ad illud Ioann. 1. *Confessus est, & non negavit.* Affirmatio & negatio contrarij positivi asserti, est Hebraismus, quo exaggaratur, vel potiùs certissimè astruitur, quod in prima propositione profertur: multotiesque geminatione nominis, verbi, aut sententiæ palilogicè roboratur; quæ figura etiam dicitur *Epizeuxis*: de qua & eius in Scriptura usu egimus in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 2. Unde error *in invio & non in via*, nihil aliud significat, quàm solitudinem inperviam, inaccessibilem, cuius vastitas sine exitu, cuius ambitus sine termino congruo; sed error in errorem, iter in iter, ubi via non in profectionem, sed tantùm in lassitudinem. Sic igitur Exod. 21. 11. *Gratis* (dicitur) *absque pecunia.* Deuteron. 9. 7. *Memento, ne obliviscaris.* 3. Reg. 21. 15. *Non vivit, sed mortuus est.* Isai. 53. 7. *Obtumescet, & non aperiet os suum.* Amos, 5. 18. *Tenebræ, & non lux.* 2. Cor. 5. 3. *Vestiti, non nudi*: sic alia, in quorum negationibus, quia rei assertæ sunt, magis ac magis roboratur assertum. Hi modi dicendi dissolvuntur ad dialectos nostras per adverbium: q. d. *Profectò, Sanè, Certè, Næ, prorsùs, Proculdubiò, verè, Reapsè Planè, Sanè, Sanequàm*, &c. *non vivit, obmutescet, tenebræ erit dies*, sine dubio *vestiti.* Similiter præsens testimonium. *Errare fecit eos* profectò *in invio.* Per Epizeuxim, In invio, invio: idest, undique avio & devio. Hoc enim schemate utuntur sæpè profani AA. pro amplitudine & certitudine asserti. Virgil. 12. *Æneid.* v. 896. *Saxum ingens, ingens.* Euripid in *Orest.* v. 969. *Miseratio, miseratio.* In *Hippolyt.* v. 534. *Frustrà, frustrà*: & v. 1374. *Perdite, perdite.* Sophocl. in *Philoct.* v. 1204. *Grata, grata*: & Homer. 4. *Odyss.* v. 358. *Portus portuosus.* Etiam exponi potest Tautologia, ita ut negatio sonet superlativum: q. d. Eremus vastissima, solitudo valdè sola, deserta maxima; qua de causa, ut vidimus, num. antec. à Moyse dicitur *Terra deserta*, quia sine homine ullo: *Locus horroris*, quia sine arboribus: *Vasta solitudo*, quoniam sine exitu nec pedibus, nec luminibus. Omninò deserta invia, cæca, ambigua, horrida, interrupta, impervia, inextricabilia; in quorum via error, ac in profectione labor, sine tramite in tramite, & iter ad viam inutile. *Epizeuxis.* *Negatio contrarij asserti pro adverbio.* *Pro superlativo.*

Auditaque viæ causâ, Non utile carpis
Inquit iter. Ovid.

Ut aliò dixit Ovid. 2. *Metam.* fabul. 7. Gressus in huiusmodi via, quia devia, non profectio, sed perditio. Iccircò cùm Israëlitæ in deserto viæ haud haberent exitum; iter iure dicitur invium. Ex fine & voto profectionis potito, iter dicitur iter; sic via sine fine optato dicitur error: *Erraverunt in solitudine* (præmittitur v. 4.) *in inaquoso: viam civitatis habitaculi non invenerunt*: invenerunt duntaxàt, dum exeuntes de terra deserta, & invia & inaquosa, aridà scilicèt, constituerunt civitatem habitationis, per Hypallagen, idest, habitationem civitatum, vel civitates habitationi commodas. *Hypallage.*

24 Via propriè est locus, quo liberè iter agitur: iter est actus eundi, sive profectio de loco in locum; etsi multoties utrumque pro eodem usurpetur. Pro ipsa via, qua tenditur in meditatum locum, connotante terræ tractum; Genes. 16. 7. *Via Sur.* & cap. 35. 19. *Via quæ ducit Ephratam.* Exod. 13. 17. *Per viam terræ Philisthijm.* Numer. 14. 25. *Per viam maris Rubri.* Sic alia, 2. *Reg.* 15. 23-1. *Machab.* 5. 28. & *Act.* 8. 26. Hac viæ acceptione elucet Pleonasmus ille de filijs David: *Cùm adhuc pergerent in itinere.* Necessarium utique quod iter esset, si gradiebantur: idest, terræ tractus, per quem moverentur de loco in locum destinatum. In hac periodo signantur viatores & via. *Via pro actu eundi.* 2. Reg. 13. 30.

Fama

Fama crudelitatis Absalonis pervenit ad David, haud cùm filij eius essent ubi Amnon occisus, nec cùm periculi expertes perveniissent in Regiam; sed cum in illam ad patrem pergerent, & iter ducerent: ideſt, cùm nec dùm viam fugientes consummassent. Nec priùs, nec pòst nuncium triste audivit Rex, sed cùm filij eius adhuc pergerent in itinere: hoc est, cùm essent in via ad Regiam & Regem. Haud secùs accipiendum illud Ananiæ ad Paulum: *Dominus Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas.* Per ly *Veniebas*, profectio Pauli indicatur: per ly *In via*, locus, quo apparuit illi Dominus Assertor N. Non in Ierusalem, nec in Damasco Christi apparitio facta est Saulo; sed cùm hic iret in Damascum è Ierusalem: cùm iret, & illuc non perveniisset. Damascum versùs iter agebat per viam publicam, & cùm urbi appropinquaret, in ipsa via qua veniebat, apparuit illi Iesus, ut à proposito persecutionis meditatæ resipisceret Saulus.

Et pro tractu terræ calcandæ in iter.

Act. 9. 17.

Genes. 28. 20.

25 Non idem cogitandum est de verbis Iacob: nimirum, *Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo*: igitur via hìc non intelligitur telluris intervallum, seu itineris spatium; sed duntaxàt viæ periculum: equidem peregrinantibus plura obviant incommoda. Unde redeuntibus dicebatur: *Benène ambulastis?* Ita apud Plautum, in *Trucul.* Act. 2. scen. 4. v. 18. Ideſt, an incolumis? Etenim molestiæ viæ non tam ex lassitudine pedum, quàm ex incidentia urgentium discrimimum: qua metaphorà, ut notentur viæ pericula, idem ibid. Act. 1. scen. 1. v. 8. ait I. *Quot pericula vianda*, pro *perpetienda.* Lucill. *Viare iter*: ideſt, pati. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 27. v. 6.

Via pro viæ periculo.

Plaut.

Propert.

Et maris & terræ cæca pericla viæ.

Sic olim abeunti peregrè dicebatur: *Benè ambula*, ut notat Taubmann. loc. Plauti cit. Quàm vulgaris formula, constat, Tobiæ, 5. 21. ubi: *Benè ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & Angelus eius comitetur vobiscum.* Peregrinatio nonnunquàm damnis ac periculis obnoxia: propterea Iacob renuebat cum fratribus in Ægyptum mittere Beniamin, dicens Genes. 44. 29. *Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit; deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.* Aliquid dixit, ideſt aliquod malum, quod frequenter in profectionibus contingit. Unde pro custodia in periculis itineris, Dominus Israëlitis dicit, Exod. 23. 20. *Mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem paravi*: quod ab ipso exitu fecit in columna nubis & ignis: *cap.* 13. 22. Sæpe in via latrones & sicarij, præter molestias itineris, cùm extra propria, vel deliciæ sint ærumnæ. Hinc 1. Esdr. 8. 31. dicitur: *Promovimus, ut pergeremus Ierusalem, & manus Dei nostri fuit super nos, & liberavit nos de manu inimici & insidiatoris in via.* Claret modò sensus voti Iacob, de quo latè egi, *Tom.* 2. *Tautolog.* 11. à num. 23. Fugiebat Iacob fratrem in regionem ignotam, carpens obsitam periculis viam: unde specialem cultum, honorariaque munera Deo vovet; modò illum custodiat à cunctis malis in via imminentibus, & sospitem discriminum ducat ad cognatos, prosperèque reducat ad parentes. Hàc phrase Hebraicà dicitur: *Ire viam suam*: ideſt, placidè iter perficere. Iosue 2. 16. *Sic ibitis viam vestram*: scilicèt, securè, sine metu, sine contradictione. Ita 1. Reg. 1. 18. de Anna dicitur: *Abijt mulier in viam suam*: nimirùm, pacificè. Eodem sensu ibid. cap. 26. 25. *Abijt David in viam suam*: hoc est, securus, periculi sospes. *Viâ inoffensâ*; ut dicit Martialis, *lib.* 14. *Epigram.* 209. Paritet Iacobus singularia dona Deo promittit, si pacificè, sine incommodo, salvus, incolumis, expeditus à viæ damnis, ac insidijs, quæ extra patriam obviare solent, pervenerit in Messopotamiam, & revertatur in Syriam.

Pericula in peregrinatione frequentia.

1. Reg. 1.

Quid est, ire viam suam?

Baruch. 4. 2.

26 Sic igitur intelligitur illud Baruch. *Ambula per viam*: ideſt, feliciter perge: hoc enim stylo David Psalm. 44. 4. 5. inquit: *Specie tua & pulchritudine tua intende prosperè, procede & regna.* Maluenda. *Feliciter ingreditor, prosperè age.* Et 1. Reg. 25. 35. Hebr. legit: *Vade incolumis in domum tuam*: ubi Vulgat. *Vade pacificè.* Hæccine phrasis etiam invenitur in Ethnicis AA. Plaut. in *Rudent.* Act. 4. scen. 3. v. 88. *Abi tuam viam*: in *Curcul.* Act. 1. scen. 1. v. 32. *Incedas viâ*: ideſt, tutò. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 25. v. 38. *Suâ noverit ire viâ.* Homer. 12. *Odyss.* v. 63. *Per viam ivit*: nimirùm placidè, sine obice. Hac de causa dum iter ad votum fit, *Ambulare viam*, dicitur. Venus ut viæ felicitatem indicaret, apud Virgil. 1. *Æneid.* à v. 393. infit:

Quid ambulare per viam?

Virgil.

Perge modò, atque hinc te Reginæ ad limina perfer;
Namque tibi reduces socios, classemque relatam
Nuncio, & in tutum versis aquilonibus actam.

Per-

Perge modò, & quà te ducit via, dirige gressum.
Corripuere viam intereà, quà semita monstrat.

Non solùm apud Profanos, sed etiam apud Sacros orthodoxosque DD. invenitur dialectus, uti legitur in Prolog. *Regul. Sanct.* ubi Div. Benedict. inquit: *Per ducatum Evangelij pergamus itinera eius.* Quod quàm consonum sensui & cogitationi nostræ, patet: equidem cùm tot, tantaque mala perpessi fuerint filij Israël ob legem abdictam, & vexatio daret intellectum; dixit illis Baruch: *Convertere Iacob, & apprehende eam, ambula per viam*: ideſt, ut vivas feliciter, secundaque sint omnia, custodi legem. Hoc est, *viam ambulare*, quasi sine timore, imò audacter. Virgil. 3. *Georg.* v. 77. *Primus & ire viam.* Idem, 4. *Æneid.* v. 468. S. Bened.

27 Maldonatus hìc *Ambulare per viam*, dicit *Incedere recta viâ*; quia vivere ad legem est iter rectum: sic enim homo ambulat & ponit in via gressum, quoniam in opposita non iter, sed præcipitium. Hinc Paulus: *Quemadmodùm accepistis à nobis, quomodò oporteat vos ambulare & placere Deo; sic & ambuletis.* Verùm hoc tropologicum est: quare, ni fallor, per huiusmodi phrasem literaliter indicatur alicuius exercitij, seu actionis continuatio: quod utique in Scriptura signatur expresso suppositio necessario; vel addito nomini verbo, participio, infinitivo, vel gerundio. Exempla sunt obvia. *Euntes ibant.* Psalm. 125. Et Ezech. 1. Hebr. *Eundo ibant.* Maluend. *Ambulabant ambulare*: Igitur continuabatur iter sine requie nec mansione. Apud Latinos olim dicebatur: *Ambulare viam*, & *iter ire.* Virgil. loc. cit. 1. Thessal. 4. 1. Psalm. 125. 6. Ezech. 1. 17.

Longam incomitata videtur
Ire viam: & Tyrios deserta quærere terrà. Virgil.

Iuvenal. *Satyr.* 14. v. 123. *Ire viam pergant.* Ovid. 4. *Trist.* eleg. 3. v. 74. & de *Remed.* 1. v. 394.

Ardua per præceps gloria vadit iter.
Maius erit, tantùm, quo pede cœpit, eat. Ovid.

Homer. 10. *Iliad.* v. 32. & 13. v. 241. *Perrexit autem ire.* Imitatus est Virgil. 5. *Æneid.* v. 649. *Gressus eunti*: & *lib.* 6. v. 159. *It comes, & vestigia fixit.* Ovid. 5. *Metam.* Fab. 8. *Lustrat eundo.* Terent. in *Phormion.* Act. 2. Scen. 2. v. 12. *Iam pedum visa est via.* Apulei. lib. 5. *Metam.* Inquit: *Psyche pergit ire.* His, ut patet, auctoritatibus perspicuè obijcitur continuatio actus. Unde cùm dicitur, *Ambula per viam*, indicatur filios Israël per vexationes illatas veram inveniſſe: illosque iubet Propheta observantiæ continuationem; ut Deus ad gratiam & clementiam, illorum respiceret pœnitudinem. Aliter delicare possumus, & non abs re, quatenùs per suppositum expressum, nimirùm *Viam* dum præmissum *Ambulare*, non intelligatur cursus, gressus, aut iter; sed tantùm in eis pernicitas, vel velocitas. Ambrosius alijs vocibus, sed eodem in sensu *Apolog. David*, cap. 2. inquit: *Currere cursum salutis.* Homer. 2. *Iliad.* v. 183. *Ivit autem currendo.* Aul. Gell. *lib.* 17. *cap.* 8. *Is curriculó.* Unde ille alius, qui obice impediebatur in meditatum opus, in *Mostellar.* Act. 2. Scen. 1. v. 15. dicebat: *Quid iter ire?* 1. Ambros. Plaut.

Infelix, qui non curro curriculó domum.

Hispanicè: *En una carrera, en un instante.* Hac igitur acceptione, *Ambulare per viam*, idem est, ac celeriter, velociter curre, ut citò hac viâ, mandatorum scilicét observatione, illuc pervenias, à quo per abrupta deviaveras.

28 Estò hæccine haud displiceant, magis placet, quod suprà præmisi, nimirùm huiusmodi geminationes portendere continuationem instituti, firmitatemque propositi. Israël semper pronus in idola, deficiens à fide data. Serò uti Phryges flagellis sapiebant, queis reducebantur in viam. Cognoverunt peccasse, & propter peccata in Babylonem duci. Ne Deus aggravaret manum, elegerunt ingredi viam legum. Haud latuit Prophetam, illicòque dixit: *Iacob ambula per viam*: ideſt, in hoccine instituto persevera: salvus sanequam erit, qui perseveraverit. Via est, ambula, ne desistas: nihil omittas, neque quiescas: & dum ambulas, ne declines; quippe tunc non gradieris, sed transgredieris. Hoc intuitu pro rectitudine viæ, dicitur, 1. Reg. 6. 12. *Ibant in directum vaccæ per viam, & itinere uno gradiebantur pergentes & mugientes; & non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram.* In hoc testimonio videntur plura suppositа expressa, ut continuatio notetur profectionis; quæ quidem variè ab Act. dilucidantur. Hebr. per gerundium: *Iverunt eundo.* A Syro per participium præsentis: *Iverunt euntes.* A Philone Biblico per participium preteriti; *Proficiendo profectæ.* A Malvenda per infinitivum: *Vià una ambulaverunt ambulare*: queis profectò dicendi mo- 1. Reg. 6. *Suppositum expressum.*

modis conſtat actus continuatio, quam ſolicitat Baruch, dicens Iſraëli: *Ambula per viam.*

29 Sic patet via in expoſitionem alterius Tautologiæ ab Ezechiele & David prolatæ: nimirùm, *Euntes ibant.* Ire eundo, humiliatem vel humiliationem, modeſtiamvè præſignat. Q. d. Non compoſito gradu ambulabant, nec gloriosè incedebant, quod quidem pompoſum oggraſſamen dicitur, uti vidimus, *Tom. 3. Tautol. 1. n. 16.* ſed mœſtè & modeſtiſsimè, quippequàm in captivitatem ibant & flebant; ita ut greſſus corporis ſpecimen præberet humilitatis. Haud ille ſtatus, ut procederent in exilium glorianter, iactantes crura, quia omnis diſciplina in præſenti quidem non videtur eſſe gaudij, ſed mœroris. Quare Pradus in 1. *Ezech.* n. 17. ſubdit: *Lento gradu procedebant.* Procedebant lentè quaſi ſeminantes: ſicut econtrà veloci gradu redeuntes. Indicat Pſaltes Regius: *Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.* Participia illa *euntes* & *venientes* in actione verbi eiuſdem profectò exprimunt affectus euntium & redeuntium, ſeu modum in reditu & abitu: triſtitiam videlicèt euntium in captivitatem, & venientium in patriam exultationem.

Ezech. 1. 17.

Quid ſit ire eundo

Prado.

Pſalm. 125. 6.

30 Attamen magis literæ conſonum videtur, participia illa ſignare firmitatem captivitatis, certum eius eventum, ac itineris continuationem. Quare de Cherubinis illis, quî in viſione Ezechielis Iſraëlitarum exilium ſignificabant, dicitur: *Euntes ibant, & (pro ideſt) non revertebantur, cùm ambularent*: igitur perſeveravit exilium decretum, quouſque Septuaginta annì completi. Hoc eſt *ire eundo*, ideſt, directè: quod alijs vocibus indicatur v. 9. *Non revertebantur cùm incederent; ſed unumquodque ante faciem ſuam gradiebatur.* Hoc eſt, rectà viâ, quaſi intendentes in locum, quò tendebant; ita ut neque ad dextram, neque ad ſiniſtram declinarent. Exprimitur in rotis, cap. 10. 11. *Non revertebantur ambulantes: ſed ad locum ad quem ire declinabat quæ prima erat; ſequebantur & cæteræ, nec convertebantur.* Hoc eſt, *non reverti incedentes, vel ire euntes.* Qua de cauſa dum nullus obex, ut hinc inde vagentur viatores; dicuntur *ire viam*: ideſt, rectè, quin neceſſarium, ſit huc illucque tranſmeare, ut perveniatur in deſtinatum locum. *Sic euntes ibant*: ait Homer. 19. *Odyſſ.* v. 445. Regeritur phraſis, *Odyſſ.* 20. v. 150. & 23. v. 292. Ita *coram facie ambulare* & *Ire eundo* eſt, eò tendere, quò vultus ſpectat: etenim ibi dirigimus vultum, quò conamur progredi. Sic dicitur de Cherubinis v. 12. *Unumquodque eorum coram facie ſua ambulabat: ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur.* Ideſt, per Aſyndeton, *Nec revertebantur, cùm ambularent.* Innuit Seneca, *Epiſt. 66. Nec virtuti ire retrò licet: ad rerum quas actura eſt habitum figurata.* Præmiſerat, *Epiſt. 20. Nec dico ſapientem ſemper uno iturum gradu, ſed una viâ*: ideſt, rectè: aliter ut canit Claudian. 2. in *Eutrop.* v. 419.

Ezech. 1. 17 Et pro *Ideſt*

Verſ. 9.

Quid eſt, coram facie ambulare?

Aſyndeton. Senec.

> *Non explorantur eundæ*
> *Vitandæque viæ: nullo ſe cornua flectunt*
> *Ordine: confuſi paſsim per opaca vagantur.*

Claudian.

In profectione filiorum Iſraël, vagationi huc illucque haud ullus concedebatur locus; quippe tendebant in rectum, illuc dirigentes vultum. *In tractum faciei ſuæ obiectum ibant*; Maluend. legit: & Tygurin. *Rectè antrorsùm incedebant quocunque*: quod eſt *Ire euntes*, ut inquit Euripid. in *Hippolyt.* v. 108. & Plaut. in *Pſeudol.* Act. 4. Scen. 7. v. 37. *Recta habet rectam viam.*

Maluend.

31 Negotium haud tibi faceſſat, quò dicatur hìc: *Nec revertebantur, cùm ambularent*, quod eſt, *ire eundo*, & v. 14. *Ibant & revertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.* Reverſio quidem non eſt intelligenda de curſu, ſed de facie: quo ſenſu Cantic. 6. 12. dicitur: *Revertere revertere Sunamitis: revertere revertere, ut intueamur te.* Hoc eſt, converte faciem; quia iens eundo, quin revertatur, poteſt aliorsùm convertere faciem. Deuteron. 30. 9. *Revertetur Dominus, ut gaudeat ſuper te*: nimirùm, oſtendet faciem ſuam in gaudium. Sic igitur Cherubini convertebant faciem, ſed non convertebant curſum: ita euntes revertebantur, & non revertebantur; quoniam haud iter relinquitur, eſtò facies convertatur. Quomodo huiuſmodi erat reverſio ſine reverſione, diximus fusè & ſingulariter *Tom. 4. Taut. 11. án.* 23. Plures negant reverſionem: at ſi velis admittere, iurè quibis, ut claret ex litera: verùm ita brevis erat, ut poſſet dici revertendo non reverti, quia *revertebantur in ſimilitudinem fulguris.* Quia citò ſurrexit è letho Archiſynogogi filia, quaſi dormiret in lecto, dixit Salvator N. Matth. 9. 24. *Non eſt enim mortua puella, ſed dormit.* Ire ſimul & reverti, impoſsibile eſt; nihilominus tamen ob velocitatem perfectæ Dei mandati executionis,

Verſ. 14.

Quæ brevi fiunt tempore, dicuntur nõ fuiſſe.

nis, de Angelis ab illo in ministerium missis sub metaphora fulgurum, dicit Altissimus Iob 38. 35. *Nunquid mittes fulgura & ibunt; & revertentia dicent tibi: Adsumus?* Idem Zachar. 9. 8. promittit: *Circundabo domum meam ex his qui militant mihi euntes & revertentes.* Demùm Psalm. 102. 20. *Angeli eius potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius*: quasi ita celeres, ut priùs Maiestati divinæ parerent, quàm eius vocem audissent. Ingeniosè Seneca Epist. 94. *Mone, dic quid me velis facere.* Non, quid me velis facere; quasi iam actum, priusquàm auditum præceptum. Nostro enim proposito ad unguem Homer. 10. *Iliad.* v. 470. *Progressi* (ait) *venerunt euntes*: claret reversio quæ non reversio; quia ita citò progredientes venerunt, ut non viderentur revertentes, sed euntes. Ita in textu nostro *Revertebantur, & non revertebantur*: equidem ita in iter pernix reditus, ut videretur continuatus cursus. Senec. Homer.

32 Occurrit illicò, quomodò *unumquodque* illorum *coram facie sua ambulabat*, ut dicitur, v. 12. si vel ad breve tempus revertebantur? Ambulare coram facie, ut diximus, idem est ac non reverti. Iam ergo erit reversio tam in facie, quàm in cursu. Maluenda in versione respondet: *Ibant, & redibant sine ulla diversione, aut conversione facierum; cùm facies eorum in omnes partes spectarent*: Sic igitur vel cùm reverterentur, ante faciem ambulabant. Pennas & facies per quatuor partes habebant, dextrorsùm, sinistrorsùm, retrorsùm & antrorsùm: unde quòcunque dirigebatur iter, dirigebatur & facies. Confirmare possumus ex Theodoreto hìc: *Homo enim* (subdit) *ad borealem partem incedens, deinde cùm vult ad australem redire, necessariò convertitur, unam tantùm faciem fortitus: sed cui tot sunt numero facies, quot partes orbis terræ; huic australe nihil est, sed ubiquè facies illius omnia intuetur, & quocumquè velit, incedit, neque indiget conversione.* Hinc etsi Cherubim revertebantur; non revertebantur, quia unumquodque eorum coram facie sua ambulabat: sicut non revertitur homo, qui facie directa in metam meditatæ viæ ambulat, quousque perficiat, coram facie. Maluend. *Qua arte Cherubim revertebantur, & non revertebantur?* Theodor.

33 Aptiùs quantum capio, intelligitur *Revertebantur & non revertebantur*, de profectione filiorum Israël in Babylonem, ac de reditu in patriam: quod totum figurabatur in visione Prophetæ, ut placet Prado hic & Anton. Fernand. *Vision.* 13. sect. 13. Indicatur etiam à Zacharia, quò dudùm, dicente: *Euntes & revertentes.* Decreta sanè illorum captivitas propter peccata, sed non perpetua. Haud poterant reverti, quin irent: dum irent, non revertebantur; quia *Triumphator in Israël non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo est, ut agat pœnitentiam*, 1. Reg. 15. 29. Iccircò absolutè non dicitur, quod non revertebatur; sed *non revertebantur cùm ambularent.* Ita nulla indulgentia decreto dato, quia Deus non pepercit, nec illi dolore flagitiorum provocarunt, ut parceret: cæterùm cùm tantùm esset decreta servitus per annos septuaginta, post quos redituri erant in propria; ut dicitur *Ierem.* 25. 12. dum transmigrationis & relationis in visione obijcitur symbolum; exponitur sub specie Cherubica & rotarum, quòd non revertebantur & revertebantur. Non reversio, quoniam *in captivitatem ibunt*: Ezechiel 12. 11. verùm reversio, *cùm convertero captivitatem eorum*: Ierem. 31. 23. Quare dum euntes in Babylonem ibant, non revertebantur: verum dimissi in patriam ibant & revertebantur. Revertebantur & *in similitudinem fulguris coruscantis*: idest, gloriosè. *Ut splendor ignis*, qui oculos amœnat, in signum exultationis: quare David loc. cit. inquit: *Facti sumus lætantes*: quippe qui flentes *euntes, ibant*, cum exultatione *venientes veniebant*: de quo suo loc. *Tom. 7. T. 9. Cessante illo motu* (infit Alap. v. 17.) *cùm ad locum destinatum perveniissent, poterant alium inire, & quaquaversùm, etiam retrò se flectere, si vellent: uti de facto currus hic retrò actus quandoquè fuit.* Constat Exech. 8. 4 9. 3-10. 4-11. 22. & 43. à v. 1. Quomodò Chaldæi in Ierusalem ibant & revertebantur? Maluend. Alap.

34 Hæccine satis in Antilogiam videbantur, at non quiescit cogitatio in aptiorem, præut arbitror expositionem. An magis literalis & genuina, iudicet lector. Astruam profectò irrefragabilibus testimonijs. Tota Ezechielis visio intendit in expressionem exercitus Chaldæorum in excidium urbis Ierusalem, & exterminium civium in captivitatem ducendorum. Ita Sanctius, Fernandez ubi supr. & Alapide: qui loc. cit. subdit: *Liquet currum Dei primò è Babylone in Hierosolymam perrexisse.* Astruitur plenissimè ex contextu. *Ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone & nubes magna & ignis involvens*, &c. v. 4. & Ierem. 1. 13. *Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis*, à quo *pandetur omne malum*: v. 14. Interatur regio à qua Israëlitarum clades, *cap.* 4. 6. & 25. 9. Quod sub metaphora à Propheta, aperit textus Chald. *Regem bullientem, ferventem quasi lebetem, & vexillum exercitus eius ex Aquilone venientis.* Regredi eadem via, quà Idem. Chald.

venitur sumitur pro re infecta ; sicut aliâ viâ , pro eventu felici , confectâ re , uti diximus , à n. 13. Unde ut effectus clareret exercitus in Ierusalem è Babylone venientis , & militum irati Regis Nabuchi; dicitur : *Euntes ibant* (sine obice è Babylone) *& non revertebantur cùm ambularent* : ideſt , illuc unde venerant , quin ponerent Ierusalem in pomorum custodiam. Deinde potiti voto , excisa urbe , incenso templo , cive captivo, *ibant & revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Coruscantis* , propter gloriam expeditionis & expugnationis validæ urbis , bellatricisque gentis. Fulguris , propter felicis exitus velocitatem , atque efficacem promptitudinem. Qua metaphora sæpe vel Ethnici usi in descriptione industrij pernicis Ducis inaccessibilium murorum debellatoris.

Ezech. 1. 17.

Vers. 14.

Ovid. *Et rapidum Ætnæo fulgur ab igne iaci.*

Canit Ovidius . 1. *Fast.* v. 574. & Lucanus lib. 1. *Bell. Pharsal.* à v. 149.

Lucan. ——— *Impellens quicquid sibi summa petenti*
Obstaret , gaudensque viam feciſſe ruinâ:
Qualiter expressum ventis per nubila fulmen
Ætheris impulsi sonitu , mundique fragore
Emicuit , rupitque diem , populosque paventes
Terruit , obliqua præstinguens lumina flammâ;
In sua templa ruit : nullaque exire vetante
Materia , magnamque cadens , magnamque revertens
Dat stragem latè , sparsosque recolligit ignes.

Pausan. Pausanias *cap.* 14. & *cap.* 335. de Ptolomæo Lysandræ fratre , ait : *Vir tantâ in rebus gerendis alacritate , ut fulmen sit cognomento appellatus.* Comites Alexandri Magni , ut taxat Dio *Orat.* 64. inter arrogantiæ insignia , sese vocabant vicissim *Fulmina* : Græcè , *Ceraunios* : qua laude Virgil. 6. *Æneid.* v. 842. Scipiones signat *Duo fulmina Belli.* Quem æmulando Silius Italic. lib. 7. de *Bell. Punic.* v. 106. *Ubi sunt nunc fulmina gentis Scipiadæ?* Quasi invicti & invencibiles , uti Theocrit. *Edyl.* 22. v. 219. dicit *Achillem belli turrim.* Ita Alexandri Macedonis imago fulmen manu tenebat ; ut tradit Plutarchus , Orat. 2. de *Fortuna Alexandr.* Similiterque in Symbolum stragis , fulmen in scutis Duces , re militari præstantes , pro insignis gestabant. Canit Valer. Flacc. lib. 6. *Argonauticon.* v. 53.

Duces insignes appellati fulmina.

Theochrit.

Val. Flacc. *Cuncta phalanx ; insigne Iovis , cælataque gestat*
Tegmina , dispersos trifidis ardoribus ignes.
Nec primus radios , miles Romane , coruſci
Fulminis , & rutilas scutis diffuderis alas.

Hoc enim fulguris signo exprimitur exercitus Chaldæorum in Urbis stragem venientium , qui quidem è Babylone in Ierusalem *euntes ibant , & non revertebantur* , sed *unumquodque coram facie sua ambulabat* , intendens in urbem obsidendam in excidium , sine quo minimè reversuri , unde venerant , ut prædixerat Propheta : *Nolite decipere animas vestras , dicentes : Euntes abibunt & recedent á nobis Chaldæi : quia non abibunt.* At verò post cladem in Babylonem *ibant & revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.* Sic ergo patet, quomodò *Non revertebantur & revertebantur.*

Ier. 37. 8.

35 In fulguris aut fulminis similitudine, efficacia activa demonstratur Ducis & velocitas expeditionis , ut constat ex dictis n. 31. de Angelis fulminibus assimilatis: qua de causa Christus Dominus, Marc. 3. 17. Iacobo & Ioanni imposuit nomina *Boänerges, quod est , Filij tonitrui* : ideſt , fulmina , quibus nulla resistentia , ac in ministerio velocitas summa : igitur in terra ita pernix cursus , quasi non essent in terra , sed ad instar fulminis vagarentur per aëra. Haud infrequens in Scriptura metaphora. Celeritas Alexandri Magni in subiugando orbe, non aliter ibijcitur à Daniele : *Ecce hircus caprarum veniebat ab occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram.* Similiter de prompta responsione Abrahæ Deo vocanti , ut patriam relinqueret , dicitur : *Transibit in pace , semita in pedibus eius non apparebit* : quasi præ velocitate summâ , nec vestigium pedis, quem in terra fixerat , non appareret in terra. Usi planè hac hyperbole etiam Profani. Homer. 20. *Iliad.* v. 227. infit:

Marc 3. 17.

Fulmē Symbolum pernicitatis.

Daniel. 8. 5.

Isai. 41. 3.

Descriptio celeritatis.

Per summum spicarum fructum currebant , nec frangebant.
At cùm saltarent super lata dorsa maris,
In summitate maris albentis currebant.

Homer.

Acumen Homeri furatus est Virgilius, 7. *Æneid.* à v. 808. loquens de celeritate Camillæ.

Illa

Illa vel intactæ ſegetis per ſuma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas:
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti Virgil.
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Aſſueta ſanè, curſu prævertere ventos. Videſsis plura & pulchra apud La-Zerd. hic. Aptiora ſanè in obedientiam S. Mauri ambulantis ſuper aquas: equidem ad magiſtri Benedicti vocem, nec tinxit æquore pedem. Plutarch. in *Scipion.* *Obedientia S. Mauri.*

Et celeri curſu ventos ſuperare fugaces.

Euripides in *Alceſt.* v. 869. *Nec in terra pedem eundo figens.* Ovid. 10. *Metam.* fab. 11. *Et ſummam celeri pede libat arenam.* Claudian. de 3. *Conſult. Honor.* v. 198. Plutarch.

——— *Qui ſumma freti per cærula poſsint*
Ferre viam, ſegetemque levi percurrere motu, Claudian.
Neſciat ut ſpumas, nec proterat ungula culmos.

Siccine pernicitas exercitus Chaldæorum, ut fulmina veniebant in Ieruſalem. Haud longa mora in urbis excidio, quippe uti fulminum, brevis expeditio & operatio: ita ut poſt effectum, quaſi terram non attingerent, reverterentur in propria ad ſimilitudinem fulguris coruſcantis. Ita Ierem. 4. 13. prædixerat. *Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas currus eius: velociores aquilis equi illius: væ nobis.*

36 Emergimus è gravi difficultate, quæ multorum torſit ingenia: modò pro ultima huius materiæ Tautologia, reliquæ acceptiones Viæ priùs exponendæ. *Via publica*, Numer. 20. 17. ideſt, trita, communis omnibus euntibus & redeuntibus, quà amicè tranſitus. Sic apud Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 16. v. 18. *Via tuta.* Via quæ Thren. 1. 4. dicitur *lugens*, eſt via infenſa: quo intelligitur illud Iudic. 5. 6. *Quieverunt ſemitæ: & qui ingrediebatur per eas, ambulaverunt per calles devios*: ideſt, nulla via erat, quæ ab hoſtibus non eſſet occupata, ita ut vel in illos incurrendum foret; vel neceſſarium. obliquas & occultas in ſalutem quærere. Econtra *via in deſerto*, Iſai. 43. 19. & *montes in viam*, cap. 49. 11. ſignificat ſummam pacem. Aliquando ſignificat inchoationem alicuius actus. Pſalm. 84. 14. *Ponet in via greſſus ſuos.* Virgil. 3. *Georg.* v. 8. *Tentanda via eſt.* Et Arator 2. in *Act. Apoſtol.* v. 163. *Has primum graditura vias.* Aliquando conſuetudinem, vitæ rationem, aut inſtitutum. *Ambulavit in vijs patris ſui.* 3. Reg. 15. 26. ideſt, in moribus, cap. 16. 2. & Ierem 2. 33. *Receſſerunt citò de via, quam oſtendi eis*: Exod. 32. 8. hoc eſt, de ratione vitæ. Idem *Ioſue*, 1. 8. *Des unicuique ſecundum omnes vias ſuas*: 3. Reg. 8. 39. ſcilicet, faveas unicuique iuxta miniſterium, quod habuerit, vel munus quod exercet: unde cap. 1. 49. dicitur: *Ivit unuſquiſque in viam ſuam.* Noſtrates: *Adonde le convenia.* Denique aliquando innominabilem ſignat idololatriam. Matth. 10. 5. *In viam Gentium ne abieriti*: & Act. 14. 15. *Dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas.* Hæc enim metaphorà, quippe per viam profectio, uſquequaque in Biblijs dicitur via iuſtitiæ, veritatis, legis, lucis, pacis, iniquitatis, doctrinæ, cordis, hominis, carnis, inferi, ſtulti, ſapientis, ſenſus, cordis, cogitationis, &c. tuncque via nihil amplius ſignificat, quàm conatus, opera, inſtituta, munera, &c. *Accepciones viæ.* *Pro moribus & inſtituto.* *Pro idololatria.*

37 Pro quo obſervandum, eſſe frequentem Hebraiſmum, quo plures voces non rigoroſo, ſed in metaphorico accipiendæ ſunt ſenſu, ita ut paragogicè acceptæ, nihil ſignificent præter id cui huiuſmodi voces iunctæ. *Anima* accipitur ſæpe pro cuius eſt anima. Ioann. 12. 25. *Qui amat animam ſuam: qui odit animam ſuam*: ideſt, ſe. Oſee, 9. 4. *Panis eorum animæ ipſorum*: hoc eſt, ſibi. Iſai. 46. 2. *Anima eorum in captivitatem ibit*: ſcilicèt: ipſi. Eccli. 24. 1. *Sapientia laudavit animam ſuam*: nimirùm ſe. Patet clariùs ex Matth. 17. 5. ubi: *In quo mihi benè complacui*: hoc teſtimonium ſumptum ex Iſaia, cap. 42. 1. ubi dicitur: *Complacuit ſibi in illo anima mea.* Ita *Facies* ſumitur pro cuius eſt facies: de quo agemus *Tautolog.* 5. num. 14. & egimus, *Tom.* 3. *Tautol.* 8. *num.* 54. Similiter *Caput*: uti ibid. diximus, & Tom. 4. T. 6. n. 3. Aliquando *Nomen* eodem guadet uſu. Pſalm. 8. 2. *Quàm admirabile eſt nomen tuum!* Ideſt, Tu. Idem Cant. 1. 3. *Oleum effuſum nomen tuum.* Geneſ. 4. 26. *Iſte cœpit invocare nomen Domini.* Apocal. 3. 4. *Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua*: cap. 11. 13. *Occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem millia.* Etiam Græciſmus eſt: Igitur Act. 1. 15. ubi: *Erat autem turba nominum ſimul ferè centum viginti*; Græc. legit: *Nominum.* Vox *Vir* etiam quandoque pro munere, ſeu re cui iungitur. *Vir ſanguinum*, pro homicida: 2. Reg. 16. 17. & *Pſalm.* 54. 24. ibid. *Vir Belial*: ideſt, ſine iugo, inobediens. *Viri divitiarum*: Pſalm. 75. 6. Opulenti nimirùm. Sic Geneſ. 9. 20. *Anima pro cuius eſt anima.* *Idem facies, Caput.* *Nomen.* *Vir.*

Vir

Vir agricola: Hebr. *Vir terræ*. cap. 25. 27. *Vir gnarus venandi*: Hebr. *Vir agri*. cap. 46. 34. *Viri pastores*. Hebr. *Viri pecoris*. Denique Exod. 4. 10. *Non sum eloquens*: Hebr. legit: *Non vir verborum ego*. Hebraismus quoque invenitur in *Verbum*. Psalm. 21. 2. *Verba delictorum meorum*: ideſt, delicta mea. Ad Hebr. Paulus, 1. 3. *Verbo virtutis suæ*: hoc est, virtutis suæ. Psalm. 35. 4. *Verba oris eius iniquitas & dolus*: Hebr. *Verba fraudum*. Esth. 9. 31. *Susceperunt ieiunia*: Hebr. *Verba ieiuniorum*. Idem enim observandum est de voce *Via*. Quare dum dicitur *Via* mandatorum, iniquitatis, iustitiæ, pacis, &c. Idem est, ac mandata, iniquitas, iustitia & pax. Lucanus lib. 4. *Pharsal*. v. 267. *Lethi videre viam*. Tacit. 1. *Annal*. cap. 54. *Alia morum via*: & *lib*. 2. cap. 5. *Præliorum vias*. ideſt, mors, mores & prælia. Gratiâ ornatus, vel propriæ dialecto linguæ, huiusmodi voces vocibus intentis apponunt etiam Latini AA. Virgil. 6. *Æneid*. v. 103. *Facies laborum*, pro labores. 1. *Georg*. v. 143. *Ferri rigor*, pro ferro. & v. 162. *Robur aratri*, pro aratro. Claudian. 1. in *Eutrop*. v. 288. *Labor ævi*, pro ævo. Sic apud Lucretium, *lib*. 1. v. 478. *Rigor auri*: & *lib*. 2. v. 449. *Robora ferri*: & apud Plautum in *Amphitr*. Act. 2. scen. 2. v. 1. *Res voluptatum*, pro voluptatibus. Vide alia apud Muretum lib. 6. *Variar. lect*. cap. 9.

Verbum.

Via.

38 Alia viæ acceptio restat, nimirùm *Via* pro dignitate seu munere publico, honore, sive officij maiestate. *In vijs iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij*: Proverb. 8. 20. quo intelligitur illud Eccl. *In via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat*. Quænam ergo huiusmodi via in qua ambulat stultus? Idem dicit, v. 5. *Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens á facie principis*: nimirùm, *positum stultam in dignitate sublimi, & divites* (Sapientes, Hebr.) *sedere deorsùm*: *Vidi servos in equis, & principes ambulantes super terram quasi servos*. Lamentabile prorsùm, stultum sublimari & sapientem deprimi. Hic indicatur insipientis non tam insipientia, quàm inverecundia, & adiatrephia: equidem ut ait Hippocrates *Epist*. ad Democrit. *Nihil ignorantiâ audacius*: quæ quidem minùs tolerabilis, quò toleratur, nihilque iuvat patientia, nisi ut graviora, tanquàm ex facili ferentibus imponantur. Pernicacia oritur ex eo, quòd stultus in via ambulat; ideſt, dignitate fungitur: siquidem ni haberet, nec hisceret. Eò enim procedit munere inflatus, ut audeat sapientes vocare stultos: & audet, quia nemo audet compescere; ne irritetur in malum, & qui desipiebat, furat. *Sæpe cruentis veritas patuit malo*: inquit Seneca, in *Oedip*. v. 827. & Iuvenal. *Satyr*. 4. à v. 89.

Via pro dignitate & honore. Eccl. 10. 3.

V. 6. & 7.

Insolentia præfidis stulti.

Senec. *Veritas idiota.*

Iuvenal.

Ille igitur nunquàm direxit brachia contra
Torrentem: nec civis erat, qui libera posset
Verba animi proferre, & vitam impendere vero.

Optimè Lorinus hìc confert palato malè affecto, amara arbitranti, quæ dulcissima; & quæ sapiunt, desipientia. *Omnis affectus hoc habet* (inquit Seneca *Epist*. 94.) *ut in quo ipse insanit, alios furere putet*. Haud alia in alijs nisi sua cogitat, arbitraturque cæcutiens alios non videre, nisi quæ videt: nihilque videt, quamvis oculis obijciatur eius tanta moles stultitiæ. Auctoritatem, quam prælatio exigit non habet: Ex auctoritate dignitatis propriam autumat: & quia honores debent propter dotes conferri, ex collatione dignitates somniat dotes, & eminentiores: siquidem philautus sapientes stultos æstimat, quod facere non potest nisi stultus. De quodam stultissimo dictum, cum ageret & loqueretur quia electus, quod renuebat intellectus; *scientiam habet infusam*. Quomodò hic literas scit, cùm non didicerit? Crisis insignis! *In hoc mirabilis. Magister honore factus, qui totis viribus non potuit esse discipulus. Iam enim apertus terebrá sensus: invenitque sapientiam, quó vel sapientes amittunt. Haud ita tribus retrò mensibus sciebat. Modó scit omnia*. Aptiùs nescit, quia seipsum non cognovit, magisque apparuit stultus, cùm sibi tantùm videbatur doctus. *Via stulti recta in oculis eius*. Proverb. 12. 15. Conditio eius signatur, indolem exprimens: unde Gregor. Magn. lib. 17. *Moral*. cap. 5. infit: *Via elati superbia, via raptoris avaritia: via est lubrici concupiscentia*. Sic via stulti stultitia, ut videbimus latè *Tautolog*. 8. ita ut quicquid stultitia non sit, stultitia sit illi. Hispan. *El porte, y pensamiento del necio, es juzgar por sì à todos los demás*: tunque cognoscitur quis, qualis, quidque sit. Campensis & Maluenda: *Quodcunqué ierit, vecordia patet. Ipso vultu, gressu & signis omnibus clamat stoliditatem suam*. Quia stultus est, & non cogitat se stultum, sed tantùm quem videt doctum; ironicè dicitur, *In via ambulat*; ideſt, non ambulat in via, sed in devio: Vernaculè, vividè: *No lleva camino*. Qua de causa Chald. Costi legit: *In viam spinosam se conijcit*. Quia

Quibus & quare? Senec.

Crisis de stulto in dignitate bâbalione.

Greg. Mag.

Campens. Maluend.

amis-

amisit sensum, subditos facit amittere : equidem ut ait Salomon, Proverb. 26. 16. *Sapientior sibi videtur septem viris, loquentibus sententias.* Si via honor est, & stultus ita in via dignitatis ambulat ; ut sapiat, deturbetur à via : etenim nihil gravius naturæ rationali, quàm duci & perduci ab insipiente. Plura huic proposito diximus *Tom. præced. Tautolog. 6. Didasc.* 5. à n. 23. ibi videris. Acceptiones alias *Viæ* in mores, invenies apud Gregor. loc. cit. & *lib.* 15. *cap.* 25. August. in *Psalm.* 24. v. 4. Sanct. Pagn. in *Isagog.* lib. 18. cap. 7. & Petr. Berchor. in *Dictionar. moral.* verb. *Via.*

Medicina.

Quàm gravis subditis.

39 Versiones aptatæ sunt in Tautologiæ expositionibus, præut congruebant. Collectas accipe. *Revertimini filiæ mi & abite.* Lyran. *filiæ meæ redite domum.* Caietan. *Ite, redite unaquæque in domum matris suæ: revertimini filiæ meæ, ite.* Maluend. *Ambulate, revertimini vira in domum matris suæ : revertimini filiæ meæ, ambulate.* Modò dirigatur sermo, ut vel in exilio, cœlestis sit conversatio ; ac in paradisum redeamus hilares, qui ab illo expulsi ingemiscimus exules.

Versiones.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

1. *Revertimini & abite.* Potest esse reversio & non abitus ? Potest. Reversio dicitur, unde egressus inchoätur, connotatà mansione : exeuntibusque Monachis à claustro in sæculum, quod idem videtur, haud incongruè signatur ut quid distinctum ; quia nonnulli in claustrum ab egressu revertuntur, & revertentes non abeunt : etenim pestilenti sæculi conversatione, revertuntur præsentià, verùm non mente.

2. *Revertimini & abite.* Quorsùm huiusmodi voces, si reverti non possunt, nisi abeuntes? Notantur insidiæ latitantes affectionum in occasione lubrica impellentium voluptatum. Quos harum retrahit simulatus dolor, reducit impetu furor : & quæ videntur eiusdem significationis, sunt voces contrarietatis ; quoniam occasione prævià qui visco affectionis abeunt, ipsà fugà properantes in fugita revertuntur.

3. *Revertimini & abite.* Sæpe dum abit indignationis causa, non recedit iniuriæ illatæ memoria. In odij exilium officioso amore, animi conciliantur aversi : at cùm ex amicitiæ specie in ultionem fiat abusus ; causæ datur remotio, verùm non iræ recessus. Ubi magis cum amico ad speciem coniungitur, abiens in iram revertitur: equidem sub larva reconciliatæ amicitiæ, totum cordis studium inhiat ultioni.

4. *Revertimini & abite.* Hoc est, unde abitis, nunquàm revertamini, quod facit turpis affectio, & ambitiosi conditio : in fastigium honoris impetè ascendere satagit: illud ambiens & sequens avidè assequi cupit ; à quo repulsus usquequaquè amandatur. Abet tristis & victus, sed ad ambitum revertitur : igitur insistit & insistet in cacumen trudens iterùm lapidem, quousque veniat (quanvis lassus ex lapsu) ad dignitatis cacumen.

DIDASCALIA I.

Nihil turpius sæculari Monacho tam in claustro, quàm in sæculo.

1 SI ingratus, cui se conformare, placereque satagit ; quid cui fastiditus, atque fastidiosus displicet? Monachos alloquor. Quorsùm conversatio sæcularium, si in cœlis debet esse nobiscum? *Non accusamus* (ait Mellifluus Doctor, de *Conversion. ad Cleric.* cap. 20. n. 35.) *universitatem, sed nec universitatem possumus excusare.* Cur & quorsùm in sæculum retorta semita, unde meditata felicissima fuga? De Nilo asserit Senec. lib. 4. *qq. natur.* cap. 2. de quo fusè agemus, *Tautol.* 10. *num.* 9. *Eluctatus obstantia, in vastam altitudinem subitó destitutus cadit cum ingenti circumiacentium regionum strepitu. Quem perferre gens ibi à Persis collocata non potuit obtusis assiduo fragore auribus : & ob hoc sedibus ad quietiora translatis.* Si translati sumus sæculi fugientes fragorem, in tranquilitatis sedem

Bernard.

Cataduparum Nili.

Senec.

Mundi fragore obsurdescunt Monachi.

dem (imò terga vertentes ad fugacem deliciarum aquam, de morte repente sensim in vitam, ruptis obstaculis, diruptis vinculis, elati in sublimiorem altitudinem) relictam appetimus mortem, & vitæ veræ abdicimus voluptatem? Fragorem fugimus, ut audire possemus; & postquàm audivimus tenorem cœlestium vocum, avidè ut surdi simus, desideramus strepitum? Nemo respiciens retrò, vera respicit, nec se relinquit: equidem quod invitè corpore tantùm relinquitur, animo & oculis sequitur.

Luc. 9. 62. Nemo mittens manum suam ad aratrum, aptus est regno cœlorum. Cœlum quisquis amittit, felicitatem explodit: aratrumque reversio in sæculum dicitur; quippequàm si arare labor, qui sæculi in claustro satagit, non solicitat felicitatis quietem, sed strepitus laborem. *O Religio! In Religione* (infit Bernard. serm. de *Margarita Evangel.*) *homo vivit puriùs, cadit rariùs, surgit velociùs, incedit cautiùs, irroratur frequentiùs, quiescit securiùs, moritur confidentiùs, purgatur citiùs, præmiatur copiosiùs. O Religio religiosa & admirabilis!* Adi Hieronym. Platum de *Bono statu Religion.* tot. lib. 1. singula mirificè exponentem. Unde mala, ubi tot bona?

Esse in sæculo labor est.

Bernard.

Unde felix laboriosus Religionis status?

2 Ex contentione æmulantium, flornerunt pro Aärone in Sacerdotali munere clara insignia meritorum: igitur non dignè in dignitatem assumitur, qui vacuè commendat se; sed qui vocaur à Deo tanquàm Aäron. Siccæ virgæ principum Israël, & virga Aäron pro Levi, collocantur in Sanctuario, non pro electione, sed ut confirmetur in Aärone facta electio; siquidem uti dignè electus coli debet, qui inter cunctos meritis præstantissimè floret. At hoc *Tautolog. seq. Didasc. 6. á num.* 12. Posuit ergo Moyses in Sanctuario virgas. *Sequenti die regressus* (dicitur) *invenit germinasse virgam Aäron, in domo Levi; & turgentibus gemmis, eruperant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.* Elucet status religiosus in claustro hoccine in Sanctuario mirabili signo: igitur inclusa virga germinavit, floruit & fructum tulit, quæ extrà arida ac sicca proculdubiò iaceret.

Eligi debet, qui in munus dotibus floret.

Num. 17. 8.

Cur Monachorum emblema, Aaronis virga?

Floruit Aäroni vi Numinis arida virga.

Ioachim. Camer.

Succinit Ioachim. Camerarius, *Centur.* 1. *Embl.* 52. Ibi floruit uti Sacerdotis, quæ sicca inter sæculares, habens virtutem vi Numinis, quam non haberet, ni Moyses illam in Sanctuario collocaret: igitur Dei præsentia erupuit in virtutum inexpectabilem florem, quæ foris sanè mitteretur in ignem. Sicca ingreditur Sanctuarij claustra, & egreditur florida. Mutatio utique dexteræ excelsi, ex persistentia in clausura Sanctuarij: etenim quæ in Sanctuario miraculo floruit, inter reliquas foris citra virtutem arescceret. Flores & fructus sunt virtutes & virtutum exercitia, quæ rutilant intra claustra. Sanctuarium est Monasterium: minimèque virga florescit extra Sanctuarium; ut constet quid sit Monachus extra, vel intra claustra: siquidem virga fructum florens tulit sacrato loco, quæ foris erat absque ullo virtutis succo. Aliæ virgæ etiam ingressæ, quæ sæcularium; in quibus nulli flores, quasi non essent ingressæ. Haud sæculares huiusmodi ariditate signantur, sed Monachi qui fluxis in Monasterio feruntur despicientes virtutes, atque sepelientes vocationem: ibique ubi flores & fructus, nulla virtute floriscunt; quippe innatà ariditate uti sæculares vivunt.

Quanta bona ex Monasterij clausura!

3 Perscrutemur ampliùs. Aridi homines à sæculo erepti, & à cœlo sunt assumpti; ut in Sanctuario mirificè floreant Monachi. Flores textus refert, in amygdalas defotmatos. Habet in nobis fabula ficta locum. Phyllis absentiæ Demophoontis impatiens, mortem sibi conscivit, quam pietas Numinum in aridam amygdalum convertit. *Cùmque ille reversus* (ait, quò supr. Camerar. *Emblem.* 31.) *ad arborem venisset, illamque complexus esset; in signum lætitiæ, aiunt, eam cœpisse virescere ac florescere.* Quæ Ethnici audito miraculo repullulationis virgæ Aäron; non finxerunt in miraculum? Dicemus, cùm de Crucis ligno, agamus, *Tom. seq. T.* 1. *in liter. expos.* Modò haud in mythologiam, sed in tropologiam fabulæ Phyllidis. Desiderat anima nuptias cœlestes, & mortem civilem sibi conscisceens (ut clareat amoris fides) sæculum deserit, ac in Sanctuarium Monasterij fugit. Arida ingreditur claustra, floretque nequaquàm ut est ingressa; quippe sentiens præsentiam amantis, ducit in cœlum, ut fructum ferat amplexa amplectitur institutum. Aliæ simul ingrediuntur, & non florent; quia ingressæ duntaxàt ut ingrederentur; vel ut ingredientes egrediantur, plus viventes in domibus sæcularium, quàm in cellis cœnobiorum, sui, statusque exactissimi despectus, quùm magis quæritur plausus: hique arent, ubi alij florent; quia cùm sanctitatem non det locus mansionis, nec illi maneant etiam loco sanctitatis; non florent floridissimo in Sanctuario, stantes

Cur similes amygdalo.

Idem.

Monachi imperfecti.

ibi

ibi sicut degebant in sæculo. *Amygdala si cùm defloruere* (ait Plin. *lib.* 17. *cap.* 2.) Plin. *protinus sequantur imbres*; *in totum poma depereunt*: *adeo ut si etiam omninó nubilum fuit*, *amittant fœtus*. Si ploratur sæculi oblivio, quia evanuerunt flores; obnubilatur ratio, flammaque extinguitur charitatis: magisque Monachi arent, ubi fructum ferre debent; quoniam nullus fructus sanctitatis aut virtutis, ubi desiderantur anxiè sæculi flores. Fructus iudicant, corpore fugisse sæculum, illo deponentes animum; & ob eius amorem, habitu regulari S. Bened. *servantes sæculo fidem*, ut ait N. Patriarcha, *Regul. Sanct.* cap. 1. fructusque seducti, ac seductores miserrimè amittunt; quia quò se peccatores esse nesciunt, eò deteriùs peccatores fiunt.

Non virtus a loco, sed ab animo.

4 Aliter Bernardus, de *Diversis*, serm. 27. n. 1. Ut floreat & fructificet radix virtutis germinans sursùm, fugientis in Monasterium; debet esse consideratio propositi, & termini; etenim cogitari debet *á quo* & *ad quem*, ut sibi constet *ad quid*. *Si quis ex vobis considerare non negligat*, Bernard. *non modó ut erutus sed ubi constitutus*; *non solùm* (infit) *quid evaserit*, *sed quid acceperit*; *non tantùm unde revocatus sit*, *sed etiám quó vocatus*, *inveniet sine dubio huius cumulum misericordiæ omninó mensuræ prioris excedere quantitatem*. Considerant Monachi corrupti non ob quid sæculum reliquere; sed reliquisse, & reliquisse pœnitet: igitur terminum *à quo* faciunt terminum *ad quem*; quippe corpus in clausstro, & mens in foro, violenter stantes ubi sunt, siquidem cor illorum cum huiusmodi floribus aridum & vanum est, inquietum in Monasterio, quoniam versus Ægyptum cogitatio. *Video & alios* (*quod non sine dolore videri debet*) *post aggressam Christi militiam*, *rursùs sæcularibus implicari negotijs*; *rursùs cupiditatibus terrenis immergi*: *cum magna cura erigere muros & negligere mores* (ait Homil. 4. super *Missus est*, n. 10.) *sub prætextu quoque communis utilitatis*, *verba vendere divitibus*, *matronis salutationes*. Quorsùm hæccine? Ut videantur magni, qui magni videntur, ubi nulli? Quo intuitu huiusmodi flores? Ut appareant urbani? Secius est, si non appareant: equidem æmulantes sæculum, nullum referunt fructum: considerant enim nequaquàm ubi sunt, sed ubi fuerunt, & seipsos à vocatione revocati dicipiunt: igitur non contemplantes quid acceperint, nec quid evaserint; ubi constituti qui à servitute eruti, non vocant

Consideret Monachus ubi, & unde sit.

Non revertatur inde unde.

Idem.

libertatem sed miseram servitutem.

5 Instemus in præfatum testimonium. Floruit virga Aäron, siccis reliquis Principum Israël. *Protulit Moyses omnes virgas* V. 9. & 10. *de conspectu Domini*: *videruntque & receperunt singuli virgas suas*. Tunc Dominus ad Moysen: *Refer virgam Aäron in tabernaculum*, *ut servetur ibi*. Cur ergo si virgæ extrà conferuntur cæteris, reservatur virga Aäronis? Ut servetur: *Virgam deinceps nunquàm fuisse desiccatam*, Leon. Mar. *sed semper mansisse cum floribus & fructibus*: asserunt Leonard. Marius & Abulens. hìc. Minimè si extraheretur à Sanctuario, cœlestis virtutis obtineretur perfectio: equidem cùm eiusmodi virga signet Monachum inclusum ad claustra; illicò ut egreditur, quàmprimùm Domini iussu recluditur: ambientis quippe tactu levissimi aëris, marcescunt fructus & flores. *Servetur ibi*, quippequàm ibi servatur, ne per inanem motum, aër convertatur in ventum, ac vanitatis procella maneant solummodò folia: quandoquidem si patitur huiusmodi agitationem, duntaxat ostendet Religionis vanitatem. *Ut servetur* & conservetur floribus *ibi*: conservabit, si servetur: equidem si sicca germinavit & floruit intra sanctuarium; extrà planè arescet iterùm. *Ut servetur ibi*, ubi floruit, igitur deflorebit; modò videatur, quæ floret, quia non videtur. *Ibi*, non alibi, ne flores arescant, & fructus sine succo infelicissimè cadant: quippequàm lamentabile exemplum, ut extrà aresceret, quæ florebat ut miraculum.

Periculosus à Monasterio exitus.

6 *Ibi* dicitur, quòd servetur, *in signum rebellium filiorum Israël*. Maluend. ex Hebr. *In signum filijs mutationis*, *inobedientiæ*, *contumaciæ*, *contradictionis*. Plerunque qui *mentiri Deo per tonsuram noscuntur* (ut subdit quò supr. Patriarcha N. de quibus etiam Gregor. Nazianzen. *Carm.* 59. Anselm. Carm. de *Mund. contempt.* & Æneas Silvius in *Epitaph.*

Vers. 10. Maluend. S. Bened.

Si vestis pulla, rasum caput, ampla cuculla Æn. Silv.
Quemque iustificant; *hic homo iustus erat.*)

Sunt inobedientes, contumaces, Proteo mutabiliores, refractarij, seu potiùs exleges, nonnunquàm contradicentes Superiori, qui illos arcet à periculis sæculi; quique iurè dicuntur filij mutationis, seu filij instabilitatis; quia primò fugerunt, ut salvi fierent, de sæculo ad claustrum: & modò in damnationem, de claustro fugiunt in sæculum; quia species titillant aures, & placent sæculi species: unde in

Extra in virtutibus arescunt.

velleitates horum rebellium, virga florens ac ferax ponitur ſignum; ut clarè percipiant è ſæculo damnum: igitur nulla florum virtutis, neque fructuum ſanctitatis eſſent ſigna; ſi virga educeretur extra Sanctuarij deſtinata ſepta. Illa recluditur, ne areſcat in ſæculo. Quid de illis, qui etiam areſcunt in clauſtro? Qui in ſæculo floret, nullatenùs floret, ſed marceſcit: virgaque ſervatur in ſignum horum in Religionem rebellium; quippe ſi illa miraculosè floruit in Sanctuario, illi florere non valent, niſi ſint in Monaſterio. Ibi collocat, ut floreant, Dominus; ſed educit diabolus, ut adinſtar herbæ manè floreant & tranſeant, veſperè tranſeundo decidant, & indurent & areſcant; parvipendentes fructus ferre, vel non ferre, modò levi tempore floreant: virgaque florens incluſa præ ſe fertur in exemplum; ut incogitantes ſæculi fugiant periculum: etenim maius miraculum in ſæculo non areſcere; quàm in Sanctuario floruiſſe.

Bernard. *Effectus tædij clauſtri.*

7 Intendite faſcinati Monachi in verba Bernardi. *Qui à ſocietate recedit* (ait in *Sentent.*) *amittit conventorum ſolatia, proſequendo, ſociorum ſubit faſtidia; aberrans facilè ſequitur devia, incurrit ſæpe-ſæpiùs vitæ naufragia.* En emolumenta: mœſtitia, tædia, error & in devium, ac denique per abrupta præcipitium. Patet cur in Tautologia dicitur: *Revertimini & abite.* 2. *Reg.* 3. 16. *Abi, & revertere*: aliaque teſtimonia in idem propoſitum expoſita in *Liter.* Poteſt eſſe reverſio, quin ſit abitio? Utique. Aliud fit corpore & aliud animo, dum ob virtutis formam receſſus cogitatur à ſæculo: equidem cùm ſitum non conſtituat corpus, ſed vitium aut virtus; plures à Monaſterio non abeunt, & ibi ſtantes recedunt: per converſationem utique ſæcularium, à mundo abeuntes revertuntur in mundum. Aptiùs. Reverſio dicitur, unde egreſſus inchoatur, connotatà manſione: egredientibuſque Monachis è Monaſterio (ubi illorum ſancta atque congrua habitatio) dicitur congruè, & recedere & abire; quippe nonnulli in clauſtrum è ſæculo revertuntur, ſed non abeunt: etenim peſtilenti ſæcularium converſatione, corpore revertuntur ad clauſtra, verùm non mente. Haud aliud Patriarcharum propoſitum tot præcautionibus, niſi ut longè fiat præſens huiuſmodi virus. Plura diximus, *Tom.* 3. *T.* 5. *D.* 6. *T.* 8. *D.* 2. & *Tom.* 4. *T.* 5. *D.* 5. *T.* 9. *D.* 3. hìcque *T.* 6. *á num.* 46. dicemus. *Caveant Monachi* (horum Dux & Magiſter dicit in Opuſcul. de *Ordin. converſation. Monaſtic.* cap. 7.) *á ſæculari & ſuperfluo riſu, & de frequenti locutione cum amicis ſæcularibus.* Idem præcavet, dum exprimit riſum & colloquium; ne ſint riſus ſæcularium. *Nemini te multùm familiarem oſtendas* (inquit D. Thom. *Opuſc.* 68.) *quia nimia familiaritas parit contemptum*; & *ſubſtractionis á ſtudio materiam ſubminiſtrat, verbis & factis ſæcularium nullatenús te intromittas*: equidem ſi non plauſus, ubi contemptus; cum perſona deridetur ſtatus; igitur nimiá familiaritate ſæcularium, ſenſim ac indecorè intromittitur ludibrium. Sanctorum, ultra uſum, congero in propoſitum ſententias, ne mea vacillet ſine auctoritate auctoritas.

Ruth. 1. 12.

Quo modò intrà, ſint Religioſi extra clauſtra?

S. Bened.

D. Thom. *Noxia illis ſæcularium familiaritas.*

8 Quinam enim ex huiuſmodi neceſſitudine Monachis quæſtus? Si aliquis, & aliquatenùs impoſsibilis uſus; quippe habentes illicitè copiam, non ſtatum oſtendent, ſed corruptelam. Quid intenditur? Expectare expectantes eſt fatuitas: ſubijci ſubditis, eſt miſerrima libertas. Laxatio ſolicitatur animi, vel relaxatio? Minimè poſſunt placere accepta præ tædio: expectatur ſolatium ab indigentibus? Ab infirmis malè conferenda ſalus. Quæritur converſatio propter delectabilem converſationem, ac erudictionis optabilem ſuavitatem? Dicat Bernardus de *Converſ. ad Cleric.* cap. 8. num. 13. *Reſpirans arguit vitæ carnalis illecebras, & conſolationes ſæcularis nugacitatis accuſat tanquám exiguas & indignas; ſed & breviſſimas quoque & pernitioſiſſimas omnibus amatoribus ſuis.* Quid quæritur inter illos, qui non nos ſed noſtra quærunt, ut foveatur vanitas, & infletur arrogantiæ inverecundæ pompoſitas? *Utinam* (ait idem de *Offic. Epiſcop. & Prælator.* cap. 7. num. 29.) *nobis reliquerint moderni Noë, unde à nobis poſſent aliquatenùs operiri!* Erubeſcant ergo impij, qui titulo pietatis pervagantur ſine fronte; pereuntque miſerè ſpecioſo velamine. Taxat vel Seneca, *Epiſt.* 19. *Avida* (inquit) *felicitas eſt, & alienæ aviditati expoſita. Quandiù tibi ſatis nihil fuerit, ipſe alijs non eris. Quomodó, inquis, exibo? Utrumquè. Cogita, quàm multa temerè pro pecunia, quàm multa laboriosé pro honore tentaveris. Aliquid & pro otio audendum eſt, aut in iſta ſolicitudine procurationum, & deinde urbanorum officiorum, ſeneſcendum in tumultu, ac ſemper nobis fluctibus, quos effugere nullà modeſtia, nullá vitæ quiete contingit.* Propter anxietates eligitur à

Et fatua.

Bernard.

Idem.

Et moleſtiſſima.

Senec.

pa-

patria voluntarium exilium, & quia voluntarium placet tormentum? Etiam ad audienda mala, non est patientia. Feremus, quia sæculares nostri, aut nostrates? Fallimur delicioſis insidijs, quas artificiosè constituunt: nec nostri sunt, nec erunt, nec fuerunt.

9 De Angelis bonis in nostram pervigilem custodiam à Numine destinatis, dixit Assertor N. *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* Si unicuique nostrum adhæret ad latus Angelus malus & bonus: cur duntaxàt hi non illi nobiscum dicuntur nostri? Dixi, *Tom.* 3. *Tautolog.* 12. *D.* 3. *n.* 8. igitur solummodò nobiscum conversantur, ut insidientur: nequitque esse utilis familiaritas pectoris perfidi sub pulchra specie, & semper meditantis insidias. Dei etenim creatione sunt, sed amicitiâ non sunt: & quanvis nobiscum sint, prætermittitur tacitè quasi non essent, ut videant Monachi quid sibi concilient: equidem è concursu sæcularium, qui Dei non sunt, non debent esse nobiscum. Principes sunt, sed tenebrarum: quorum amicitiâ additur labori labor: quandoquidem ex illis nullus potest esse splendor. Ducere quibat in huiusmodi vanitatem fucata auctoritas, sed revocare ab insipientia veritas; quùm ex fonte huiusmodi phantasticæ, futilis ambitionis, duntaxàt scaturiant incommodæ vanitates, quas gloriosi appetunt uti magnifica, cùm re verâ sint tormenta, depauperantia pauperes, atque fatuitatis fomites; quin considerent decipi, dum vident plaudi: igitur traditur, imò deditur animus, quando non socius affligit, sed inimicus. Blanditur qui latet hostis, inimicus familiaris; quod quidem cognoscitur, ubi gratia desperatur: equidem quos colebant, atque excogitabant, quippe secum, familiares; inveniunt in anfractu non solùm hostes, sed dæmones. Ex amaritudine discere possunt, quid intra Monasterium, & extrà patiuntur. Ibi Angeli boni socij: hic sæculares hostes, qui videntur Angeli, scrutatores, & speculatores cunctarum actionum, imò cogitatuum, ut curiosè inspectores malitiosè criminentur; & nequaquàm prosequantur: huiusmodique nociva necessitate, hostiumque urbanâ circunventione, Monachorum instituti & rationalitatis taxatur turpis defectus; quia malunt habitare cum dæmonibus, quam inter Angelos. Quid ex illis in institutum, ubi contrarium propositum?

Matth. 18. 10.

Quæ ob commodum debet excuti.

Sæculares in claustro non familiares, sed insidiatores.

10 *Quare loquelam meam non cognoscitis?* *Non potestis audire sermonem meum:* dixit Salvator Pharisæis, & Nos Monachis, qui abominabiles facti sunt in huiusmodi sæcularibus studijs. Loquebatur, sed loquela non agnoscitur: igitur si ab affectu cordis morbidæ aures; vocantis in salutem, Dei nec cognoscuntur voces. Loquela Christi est vocatio, qua in bonum animæ, revocamur à sæculo: loquelaque admissa despicitur, nec à quo veniat agnoscitur; quippequàm in vocem obturat aurem, quisquis non cognoscit, nec cogitat vocationem. Quid quod Sirene de cœlo cantet, dum Ulyses ligatus ad malum ridet? Malum utique, vocem revocantem non audire: peius sanè, audire non posse. *Non potestis audire.* Aures habent & non audiunt? Nec verbum audire possunt: equidem cùm assuefactione ad sæcularia, ex quibus intùs harmonia; quandiù mundi tinuit in auribus tympanum, nec unum quidem audiunt, aut valent audire verbum. Succinit Natal. Comes, de *Venation.* lib. 4.

Ioann. 8.

Oblivio vocationis mundanis aperit aures.

Non tenet imperium Regis nil audit: at unus
Est cordi fragor, & strages & murmur & ira.

Natal. Com.

Ex strage morum, obicis murmur: ex murmure ira, ex ira cordis procella & contra cautes strepitus, quatiens scopulos; quo impeditur in sensationem auditus; audiensque est ad voces insensatus: equidem auris etiam audiens in vocem hebetior; modò sit cordi è sæcularibus fragor. Plura dicemus, *T.* 10. *D.* 2. *&* 3. Hinc intelligitur illud Marthæ, dicentis sorori, sed silentio; *Magister adest, & vocat te.* Quid illa? *Ut audivit, surgit citó, & venit ad eum.* In affectus naturales ducta, dum vocatur, revocatur; & illa audijt, quia citò surrexit. Segregata erat à Christo, cùm Christus esset in domo. Haud propter fratrem erat relinquendus, per quem & propter quem relinquendus erat frater. Aliqua indigebat voce, ut removeretur ab affectu naturali: patetque minimè etiam in affectu affectio; ubi viguit & illicò tanta cordis promptitudo: igitur ut à Christo per sororem audivit verbum, actutùm venit ad illum. Ex modo vocationis sororis constat Magdalenes auris. In silentio vocantis scilicèt & respondentis. Vocantis, eò quod sciret, vel in silentio, vocem cognoscendam à sorore. Respondentis, quia vocis divinæ affectus non esset auditor, modò ex fraterna morte esset in pectore fragor. Iam non in silentio inspira-

Ioann. 11. 28.

Vox Dei fragore sæculi non auditur.

tionibus occultis, vox Dei vocantis & revocantis, emittitur Monachis: altiùs clamat, sed aurem sæculum titillat, quo surdescit, dum vocem audit: igitur à pravitate & tortuositate cordis, corruptæ obsurdescunt aures, queis corruptę cicatrices.

11 Leviuscula morbidis videntur huiusmodi vulnera: magis lethalia, quò ignota. *Minuta quædam animalia* (subdit Seneca, *Epist.* 94.) *cùm mordent, non sentiuntur: adeo tenuis illis & fallens in periculum vis est. Tumor indicat morsum, & in ipso tumore nullum vulnus apparet* (diximus alibi, & dicemus hìc *T. 6. D. 4. n. 3.* ex Æliano vulnus ab aspide non percipi, sed venenum aspidum insanabile) *idem tibi in conversatione virorum.* Removendæ sunt oves à lupis: equidem ut idem ait, 3. de *Ira*, cap. 8. *Sumuntur á conversantibus mores: & ut quædam in contactos corporis vitia transiliunt; ita animus mala sua proximis tradit.* Segregentur,

Ne mala vicini pecoris contagia lædant.

Ait Virgilius *Eclog.* 1. v. 51. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Nolite seduci*: inquit Paulus; igitur nulla salus, ubi mores corruptelà corrumpuntur. *Sicut malus aër assiduo flatu tractus, inficit corpus; ita perversa locutio assiduè audita, infirmantium inficit animum, ut tabescat delectatione pravi operis, assidui iniquitate sermonis*: infit Gregor. Magn. in *Ezech.* hom. 9. Experientia dictat ab his avidè trahi ventos, sed pestiferos: etenim sequentes evanidum aërem, vel quibus placent demonstrant probitatis corruptionem. Huiusmodi negotia otia sunt, & conversatio est ad sæculum conversio: siquidem devotionem extinguit, spiritum tepefacit, mentem hebetat, voluntatem refrigerat, flammam suffocat, propositum virtutis frangit, cor dissolvit, fervorem remittit, studium perfectionis in nænias reddit; quia è cathedra pestilentiæ docet asseclas despicere cœlestia, amare caduca, appetere vana, oblectamenta diligere, delicias amplecti, tempus terere, orationes prætermittere, iocis incumbere, ac in consummationem corruptionum, penitùs obliviscì Monachi statum. *O quot temporibus nostris fuerunt* (exclamat Laurentius Iustinian. *de Disciplin.* cap. 22.) *qui tanquàm ardentes lampades, & mundi luminaria lucebant coram hominibus, paulatim ex conversatione sæcularium, & confabulatione tepefacti, ad pristina opera sæcularis vitæ miserabiliter redierunt!* Quomodò obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium plateārum.

12 *Commisti sunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum: & servierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum.* E conversatione imitata opera confabulantium: quæ quidem eis in ruinam & præcipitium; quia ex familiaritate sæcularibus peiores, quia misti inter sæculares. Levis in principio videbatur conversatio, quia duntaxàt conversatio; quæ apparuit morum corruptio: equidem vel Angelorum panis vanà conversatione videbatur cibus levis. Titulo Religionis quasi Gentes possent attrahere in cognitionem veritatis; cum illis fabulabantur incauti: qui corrupti contagione, non solùm cæspitarunt, sed præcipites ruerunt: igitur haud valuerunt Gentes perducere in Religionem veram, & illi prolapsi in Gentium idololatriam. Opera Gentilium, titulo adorationis, sunt obsequia & in dæmonia. Similes illis fiunt, qui faciunt ea; constante cordis conversione, servitio simili: equidem familiaritate servierunt, quæ pridem, ut par erat, è corde abominabantur. *Necesse est* (ait Seneca, *Epist.* 7.) *aut imiteris, aut oderis. Utrumque devitandum est, ne vel similis malis fias, quia multi sunt: nève inimicus multis, quia dissimiles sunt. Queritur* (subdit *Epist.* 14.) *utrùm Cæsar, an Pompeius possideat Rempublicam. Quid tibi cum ista contentione? Nullæ partes tuæ sunt. Perit aliqua navis in portu. Sed tu quid accidere in medio maris credis? Quantò huic periculum paratius foret, multa agenti molientique, cui nec otium quidem tutum est?* Si in tot pericula otia, maioribus exponitur meditata diligentia, & turpis aviditas; qua Monachus tendit in sæculares ineptias, in vanitates & insanias falsas servitio sculptilium ex amicitia virulenta sæcularium: quandoquidem ubi nulla in Monacho Monastica disciplina; consequens est, sæcularium adoraturum idola. Nimis exemplo qui corruptus urgetur: unde illectus prævaricabitur. Fulgent vitia ceu decora, & qui nutritus in croceis amplexabitur stercora.

13 Semper malum aliquod propter vicinum malum. Describit mores Plautus in *Trinum.* Act. 2. scen. 2. à v. 3.

Feceris par tuis cæteris.
Nolo ego cum improbis te viris.
Novi ego hoc sæculum moribus quibus sit.

Ma-

Sumuntur à conversantibus mores. — Seneca. — Idem. — Virgil. — 1. Cor. 15. 33. — Greg. Mag. — Sæcularium conversatio est ad sæculum conversio. — Conditio Monachi sæcularis. — Laurent. Iustin. — Effectus conversationis. — Pſalm. 105. 35. 36. — Tædium sta tur, ac in illicita præcipitium. — Cur Monachi vel mali vel osores sæculi? Senec. — Plaut.

Malus bonum malum esse vult, ut sit sui similis.
Turbant, miscent mores mali.
Hæc ego doleo: hæc sunt quæ me excruciant.
His ergo te artibus gratiam facio,
Neu colas, neu imbuas ingenium.
Nihil ego istos mores fatuos moror, & turbidos,
Quibus boni dedecorant se.

Unde sæcularium nocua societas.

Dum Monachi sæcularibus placere student, Deo ac Religioni non placent. Malos quisquis non imitatur offendit: sæpeque ne perdat placida adulatur fastidio læsa conscientia. Placitura, non congrua dicit, quia gratiam ambit, ne aliquo verbulo destruat, quod invitâ assentatione construxerat. Adhuc prius manat & manet virus. *Nec facilè quemquam* (infit Carol. Scriban. in *Medic. Religios.* lib. 3. cap. 18.) *hisce moribus assuetum, qui non ea retulerit, quæ vix annorum plurimorum deleri spongiâ potuerunt. Ita semel assuetus Religiosus, vix affectum hunc nisi cum vita, aut infamia deponit. Vilescit quicquid humilitatem & instituti tenuitatem sapit: atque hinc vocationis quidam contemptus nascitur, omniaque displicent,* Scriban. *quæ probata prius; dulcia, nimirum, in amaritudinem; mella in fella, medicamenta in venena versa sunt; & quæ ante adamabat anima, in horrorem mutata sunt.* *Effectus.* *Exulat candor, & pristinæ Religionis simplicitas, quia evanuit pulsa syncerita, & veritas abacta est: pro his aulici mores, politica agendi ratio, mentiendi libido, doli & simulationes subintrarunt.* Secum afferunt idola, & habent quæ coluere simu-
Baruch. 4. 2. lacra. *Ambula per viam:* O Monache! Non est via, qua ambulas, qui tendis in tenebras: equidem non iter iter devium, & devium sanè, quod ducit in præcipitium; quippe huiusmodi gressibus non est ambulare, sed corruere. *Ambula per viam &*
Ibidem. *splendorem eius contra lumen eius*: igitur si lumen sæculi arbitraris hîc; ambulas in
Hæc via Monacho non via. tenebris, quia non est lumen ei. Si lumen, est cæcorum; qui amisserunt lumen: & si adhuc effulgurat, quia in corde potius quàm in oculis aviditatem inflammat; contra lumen eius obscuritatis, obijce ut ambules, splendorem Religionis. Ne revertaris per iter, quo veneras: igitur Magi
3. Reg. 13. 10. Salvatoris postquam obtinuerunt gratiam, per aliam viam reversi in regionem suam. Vide alia in Liter. testimonijs. *Recede in*
Senec. *teipsum, quantum potest* (subdit Seneca, quò dudùm) *cum his versare, qui te meliorem facturi sunt: illos admitte, quos tu potes facere meliores. Mutuò ista fiunt, & homines cùm docent, discunt.*

14 Hinc summa superiorum vigilantia, ne colloquijs sæcularium depravetur Monachorum simplicitas; quippe defloret, vel refrigescit charitas. *Qui dimittit oves in pascua absque custode* (ait Bernard. Bernard. Serm. 77. *in Cantic.* num. 6.) *pastor est non ovium, sed luporum.* Benedictus Pater, qui in *Regul. Sanct.* cap. 4. *instrum.* 20. *Abstratio fugat periculum.* monet Monachum, *A sæculi actibus se facere alienum*; in *Ordin. conversat.* cap. 7. infit: *Et si necesse fuerit, ubi aliter esse non poterit, Monachus non loquatur solus cum sæculari: nisi præsentibus, & audientibus alijs, de quorum fide certa sit fiducia: & hoc maximè in iuvenibus observetur: mens enim, quæ Deo servire* S. Bened. *cupit, sæcularium locutionem & conversationem contemnere & derelinquere debet.* Multa congerit & opportuna, ne terra fructifera convertatur in salsuginem à malitia inhabitantium in terra; quippequàm dum nimis sal infunditur, nequaquam con- *Quod maximum in iunioribus.* ditur, sed infatuatur. *Maximè in iuvenibus*, inquit. At quare? Dixi, adinstar amygdali Monachos in Sanctuario mirabiliter florere, fructusque ferre si plantati in domo Domini: de amygdaloque asserit Ravis. Textor. lib. 7. *Offic.* cap. 17. *Ante maturitatem facilè fructum amittit.* Amittere de- Textor. bet Monachus flores sæculi ob fructus animæ; qui frequenter excutiuntur à fastu sermonis sæcularis per novos flores. Conversationis diuturnæ pretiosum tempus exprimit virtutum fructus: facultasque vanæ conversationis suspenditur erga iuvenem; quia amittit facilè fructum ante maturitatem. Etiam solicitatur testis, ne repat hostis: qua de causa, ibid. *cap.* 9. inquit: *Pacem seminent inter se fratres, non discordiam sæ-* S. Bened. *cularium.* Ita Hæften. hic. Altissimè cautum, ne ingrediatur in claustra pax peccatorum: igitur ad nihil aliud deservit sæcularium familiaritas, nisi artificiosè ad seminandas discordias.

15 Parabola Christi disquirenda. Bonum semen seminatum est uberi solo. *Cum autem dormirent homines* (idest Prælati, Matth. 13. ut observat hîc Alapid.) *venit inimicus &* 25. *superseminavit zizania in medio tritici, & abijt.* Ex parabola fit allegoria; siquidem simili vafro artificio, sæpelæpius discordia sittit in claustro. *Unde ergo* (si in agro Monasterij grana selecta, in perturbationem cordium) *habet zizania?* Quod Verſ. 27. socijs occultum, superiori non ignotum. *Inimicus homo hoc fecit.* Si zizania à sæcula- Verſ. 28.

ribus

Sæculares, Monotheorū hostes.

ribus, profectò superseminavit inimicus: igitur faciliùs calumniæ è sæcularibus crescunt, ubi sub specie amicitiæ seminantur: videntur sanè fronte hilari familiares, sed in occulto sunt hostes: verba enim fuccant placido, ac illecebroso vultu, cùm interiora illorum plena sint dolo. Vide *T.* 10. *D.* 1. *num.* 14. Damnum erat in discordiæ ex zizanijs superseminatione; prætermittuntque damnum, & quærunt *unde*: quod verba superioris actutùm explicant, ut quiqui ex familia à sæcularibus caveant: equidem si aliquod discordiæ inter Monachos vestigium; totum prorsùs à conversatione sæcularium, qui sese vendunt amicos, ut tutò possint seminare dolos. Causa quæ commovet superioris animum, est nescire unde origo zizaniorum. Quare effectu tunc sortito ex inconsideratione indulgentiæ, subditis superior indicat unde; ut ad ingressum sæcularium vigilent cautè: quandoquidem si ager scatet zizanijs, haud ab alijs, nisi ab illis.

Illorum artes.

Vers. 25. *Cùm dormirent.* Nec quies secura, ubi sæcularium intentio prava: igitur hoc solicitant, quòd Monachi dormiant, quippequàm sine nota amplissimus locus zizanijs, dum Monachi clausis oculis. Ut exulet virulentum huiusmodi malum, claudatur à superioribus ostium: etenim minimè sese atque discordias inferrent, si clausa claustra & Prælati vigilarent: exploratur à vigilibus occasio, ac disidium levi superioris somno.

16 Ulteriùs. Tacitè in damna sæculares procedunt, ne sentiantur. Hæccine conditio malignorum, ut obtineant intentum pravitatis, & appareant innocentes, quin possit occurri damno, structo malignitatis artificio: quandoquidem dum cognoscitur ex zizanijs disidium; iam damnum factum. Ideo in quiete, cùm Superior dormiret, zizania superseminavit inimicus *& abijt.* Proijcitur à Discordia pomum, ut sit desidium; & fugit manus, ne cognoscatur intuitus: igitur vel fatui uti zizania despicient, si cognoscunt, unde venerint. Haud aliter sæculares ingredientes Monasterium proijciunt ad speciem deauratum pomum: abeunt, ac requiescunt placidè ex perturbatione in domo sua; etsi arserit flammijs discordiarum Troia. Exultant & cantant adinstar Neronis, incendio Urbis. Inimicus ergo ex abitu constat, qui zizania superseminat: etenim si iurgia seminat & illicò abit; inimicus homo fecit, ne videatur inimicus; quandoquidem dexter dolus, quòd ex zizanijs videatur patens disidium, latearque perfidus seminator zizaniorum.

Vers. 25. *Embolia versatili scena.*

17 Perpende *superseminavit*. In agro bonum semen, quo paterfamilias conservabat pacem. In agro superseminatio est seminis in fructum seminati destructio; quippe fugit lolium succum, semini ministratum in alimentum, quo patet sæcularium malignitas, dum ita anxiè solicitatur Religiosorum societas: equidem cùm sibi fugant ex consortio aliquod emolumentum: parvipendunt, quod Monachi destruantur. In hoccine incumbunt; quippe illorum familiaritas est seminare discordias. Unde dum in agro Religionis sæculares, apparent zizania; quoniam zizania Monachorum non alij, quàm sæculares. Quis sit inimicus homo, exponitur à Christo. *Bonum semen filij regni:* *zizania autem filij sunt nequam: inimicus autem, qui seminavit ea est diabolus.* Si diabolus zizania superseminat in agro: quare dicitur, quòd inimicus homo? Insidiatur semper dæmon statui atque perfectioni Monachorum, ne in agro Religionis referant fructum: diciturque homo & inimicus, qui in agro diabolus; quoniam quod hic nequit nancisci occultis crebris insidijs, compendiosè, brevìque sortitur per sæculares: nimiâ sanè societate ac confidentia superseminat inter concordes ex instituto disidia.

Sunt dæmonis instrumenta.

Vers. 38. & 39.

18 Ita ergo ab inimico factum, & ne depravaretur semen bonum, à servis solicitatur remedium. Unde apparentibus zizanijs, dixerunt: *Vis imus & colligimus ea? & ait: Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.* Optimus zelus, sed debet in Superiore esse modus: igitur sine prudentiæ moderamine erit destructio, quæ primo aspectu videtur status ædificatio. Coniuncta sunt triticum & lolium. Nocet societas inutilium sæcularium: qui quidem non eradicandi, sed ad tempus permittendi; quippe secum evulsi afferent ob vanam ostentationem, quos secum habebant ob intimam societatem. Societas eradicanda erat arte, quod quidem videtur difficile, quia durè expelluntur ab agro Religionis, in illo habentes radices. Quid ergo faciendum? Quod impossibile in agro, quia commune solum; in Religione facillimum: equidem cùm sæculares estò coniunctissimi, nequeant Monachos sequi, habeantque, si nihilo, nihili, Monachis in aliud translatis solùm; proculdubiò sæculares derelinquent Monasterium. Unde prudentia

Vers. 28. & 29.

Societas eradicanda.

tia lucebit Superioris, soluto, vel reciſſo (quod perinde) vinculo venenato ſocietatis: igitur nullum tunc videntes emolumentum, non expelluntur, ſed vadunt.

19 Vellem Monachos conſiderare zizania, ut ſibi conſulerent in propria commoda. *Capiti dolorem, oculis caliginem affert, quod vaporoſos humores in cerebrum deferat*: inquit Levin. Lemnius, de *Herb. & arbor Bibl.* cap. 46. Alapide hìc: *Inebriat: parit enim ſitientibus vertigines, ſtupiditatem & velut temulentiam quandam.* Vide, *Tom. 2. T. 9. D. 7. n. 11.* aliqua ex Poëtis, adique Plaut. in *Milit.* Act. 2. ſcen. 3. v. 50. Angel. Politian. *Miſcel.* cap. 66. Iacob. Dalecamp. in *Plin.* lib. 22. cap. 25. & Alexandr. ab Alex. *lib.* 4. *cap.* 20. Si triticum filij regni, ſi zizania filij nequam; quorsùm malorum probi conciliabunt amicitiam? In capitis vertiginem, & ſtupiditatem? In ſenſus eclipſim, in cordis dolorem, in vitæ deliquium, in luminis ac ſtatus nocumentum? Utique. In amorem hunccine nonnulli non tantùm cęci, ſed omnimodò obcæcati. Unde inimicus haud alia in agro ſuperinduxit ſemina, niſi zizania, quæ ingerunt oculis & mentibus tanta nocua; quippe deſunt, vel abſunt in Monaſterio ſanctitatis fructus & flores, modò Monachi huiuſmodi lolio ſint ſtupidi & amentes. *Non inveniatur apud vos* (ait Bernard. *Epiſt.* 109. num. 2.) *eſt & Non*: igitur vir duplex animo in vijs omnibus inconſtans eſt: & *Non* & *Eſt* invenitur, ubi aliud habitu, & aliud ſæculari converſatione videtur. Quærit ſanequàm ſpiritus ſuffocationem, ictum in vitalitatem, imò amittere vitam; qui in diluvio univerſali quieſcit extra arcam. Mentis ritè claret impos. qui non ſæculum formidat, videns alios ſuffocatos. O Monache! Mihi crede. Ut ſis tuus, tui ſis. Si tui es, alijs eris. Melius tibi, quod ſæculares quærant, quàm quòd quærantur: igitur tot laboribus ſi neceſſaria aliquando & aliquomodò gratia; oſtium tangenti obviam exibit repulſa. Erubeſce, & Gregor. Nazianz. *Carm.* 59. libenter audi.

Auras haud fas eſt, ducere Chriſticolas.
Omnes ex æquo Chriſtus ad aſtra vocat.

Levin. Lemn.

Alap.

Cur ſæculares zizania Monachis?

Bernard.

Monachi ſint qui inſtituto ſunt Monachi.

Greg. Naz.

DIDASCALIA II.

Occaſio in crimen fugienda, ne occaſione rursùs redardeſcat culpa.

1 QUi ſubſidium vitæ iudicantur appetitus, vitæ profectò ſunt onus. Gravis diſſenſus, aſſenſus gravior; quippequam huc illuc, quà furor agit, itur. In aſſenſu iniquæ leges, in diſſenſu illecebrarum labores; queis agitatus undique animus, flagelliatum impulſu contrario cor, dum ſui cupit uti liberum eſſe, ſui non eſt. Miſer profectò ſtatus, quo averſandum affectu, atque diligendum odio.

Corpus ſubſidium grave.

Sic cùm gravatam navita adversà ratem
Propellit undâ, cedit in vanum labor,
Et victa prono puppis aufertur vado.

Seneca.

Inquit Seneca in *Hippol.* Act. 2. & Gregor. Nazianz. *Oration.* 16. querulus infit: *Cui coniunctus ſum, haud equidem ſcio. Si pulchrâ valetudine, bello me laceſsit: cùm bello premittur, mœrore me afficit. Ut conſervum amo, ut inimicum fugio. Hoſtis eſt blandus, inſidioſus inimicus. O miram coniunctionem & alienationem! Quod metuo, amplector; quod amo, timeo. Antequàm bellum geſſerim, in gratiam redeo: antequàm pace fruar, ab eo diſsideo.* Siccine animus inter utrumque dubius, qui nec audet in prava, nec validè pugnat ad recta. Nunquàm pax niſi in pugna; quoniam appetitus ſine ulla rationis ſubiectione, non erunt ſervi: rationique patet à tyrannide dedecus, dominari ad lubitum ſervituti mancipatos. *Domini corporis & temperatores erimus. Aliquid* (infit Seneca, de *Vita beat.* cap. 14.) *nos exorabit, nihil coget. At hi qui voluptati tradidere principia, utroque caruere. Virtutem enim amittunt: cæterum non ipſi voluptatem; ſed ipſos voluptas habet: cuius aut inopiâ torquentur, aut copiâ ſtrangulantur.* Ita qui omnimodam intendit in libertatem, in omnimodam incurrit ſervitutem; quin multoties cognoſcatur, quomodo dolus ſtruitur, dum ſine illis vivere haud fas, nec cum illis, qui in illicita labuntur prætextu neceſsitatis: levis profectò videtur indulgentia, & patet ex opere irreparabilis ruina.

Greg. Naz.

Appetitus inimici.

Seneca.

2 Præmiſi, *Tom. 1. T. 6. D. 1. n. 6.* in elementis *Occaſio*, principium & finem eſſe

Occasioni cipher.

esse idem; nimirum 0, quod nihil est, ut ait Achill. Bocchius, *Symbol.* 71. & Nos iterabimus in aliud propositum hic, *C.* 10. *D.* 1. *num.* 8. En acriores voluptatis insidi, etsi homines præ illis procedant cauti: etenim cùm ex nihilo nihil videtur vel in occasione fieri; proximà iam in occasione, quod pridem fatuè videbatur nihilum, in fine apparet extremum calamitatum. Causam exponit Hippocrates

Hippocr.

1. *Aphorism.* 1. *Occasio* (subdit) *præceps, iudicium difficile.* Perpropriè difficultas

Origo in felicitatum, quod iudicatur ut nihilum.

iudicij præcipiti coniungitur occasioni: equidem sensu effreni, atque luce rationis sine luce, fumo & insidijs blandientium illecebrarum; difficilimum profectò de periculo iudicium. Vide dicta *Tom.* 4. *T.* 5. *D.* 5. Indicat infelicitas Samsonis. Cum perfida iocabatur, hinc illuc *lapsuro propior* (ut ait Ambros. *Epist.* 24.) *si dissoluti essent crines. Cæcitati oculos, vinculis manus præbuit, & compedibus innexus carcerem intravit.* Quis præcogitaret ex risu tantam in heroë calamitatem? Qui cognovisset præcipitem occasionem: igitur cùm iudicium iugulet, radios ratio nis obtenebret ex appetitus dulcedine, vel dolis cognitis non considerat perire. *Statim eruerunt oculos eius, & duxerunt vinctum catenis.* Subdole sese occasione perfidia irrepsit, ac ludentem ridens confidentiam lusit: quandoquidem miser invenit catenas, quas sine iudicio præceps arbitratus est delicias.

Ambros.

Iudic. 26. 21.

3 Pendamus singula. Periculum erat in capite, & paulatim ex iocis ad caput venit. *Lapsuro propior, si dissoluti crines.* Crines sunt cogitationes, quæ virtutem amplè continent, modò à ratione ligentur: occasione dissolvuntur: virtusque vel fortioris patet iugulo, ubi liberè hinc & inde pervagatur cogitatio. Hanc iudicium legi, ut stet virtus, astringit: occasio solvere satagit: ut illecebra virtuti prævalenti prævaleat, & casum in præcipitio corruens ut iocum cognoscat: siquidem cùm sepeliat præceps occasio iudicium, ut ignoret dissolutionis anfractum; etiam virtus eximia supplantatur voluptatibus, in occasione certaminis liberis cogitationibus. Paulatim in captivitatem ludens processit, & nihili esse occasionem iudicavit, ex qua pendebat conservatio virtutis, ne lapso insultaret hostis; qui illum usque ad sacietatem proculcavit, dum vagis cogitationibus occasione comprehendit. Claruit fugæ occasionis quantum momentum, & etiam illam perturbare iudicium: etenim dum Samson censuit temporis duntaxàt relaxationem; in omnimodam ridendo prolapsus est cæcitatem. Nihil occasio videtur; & fortis occurrit, dum Samson compedes patitur. Sustinet virtutis confidentia gravitatem servitutis, ut qui fragilis caveat mulcimina voluptatis illecebris occasionis, iudicans vulnus, quod occurrit uti iocus: igitur occasionem arbitrans adinstar ludi ociosam inanitatem, compedibus irretitus nec potest movere pedem.

Unde quod videtur iocus, patet vulnus.

Occasio mentem obcæcat.

Et virtutem iugulat.

4 Iure Venus cognoscens Cupidinem, vocat *Stellionem*; apud Apulei. 5. *Metamorph.* Vafer est: dum lucet, venena miscet, ut artificiosè lenocinans superet, quem debellare non potest: diciturque verè stellio, ut eius perfidiæ formidetur occasio: igitur qui invencibilis, quia discrimina non removit occasionis, gressus dedit compedibus, vinculis manus, & cæcitati vigilantissimos oculos, extinctà omninò constantia virtutis inexpugnabilis, vulneribus crebris insidiantis occasionis.

Cupido, stellio.

Apulei.

Risum dissimulat Venus, sed animo mœsta. Succinit Theocritus, *Edyl.* 1. v. 95. Rumpitur mœsta, ni colorum varietate etiam prudentum pervertantur iudicia: tuncque sibi gratulatur & placet, dùm infatuatos mulcimine decipit; modò vulnus immedicabile in lethum, acceperint uti risum. Pingit sponsam Hermann. Hugo, *lib.* 3. *suspir.* 11. cervo insidentem, dicentemque:

Theocrit.

Et tua quæ iaculas tela, venena, Venus.

Herm. Hugo.

Præparat luxuria sagittas suas in pharetra, ut in obscuro iaculetur rectà corda; ne claritate lucis pateant molimina fraudis, inveniatque incautus amarissimam mortem, ubi specie tantùm dulcem cabat mulcimen. Si sponsa fugisset pedibus, sagitta forsàn præveniret cursum: in fugamque prudens elegit fugacem cervum; quoniam in occasione, obvia sagittiferà Venere, ut frustrentur arte venenata tela, est necessaria velocissima fuga.

Necessaria velocissima fuga, ne noceant tela.

5 *Perijt fuga á me*, saucius exclamat David. Alij legunt: *Perijt posse.* Haud mirum: veneris occasio vehementer perturbat cerebrum: nequaquàmque potest fugere, qui illecebrosà occasione compedibus tradit pedes, & caret oculis. Nescit quò eat, nec unde fugiat: quippequàm nequit fugere, qui non potest se movere. *Perijt posse.* Facilis videtur occasionis frustratio, & impossibilis conflat Veneris philtro, quo mens claudicat, & iudicium præ mulcimine vacillat: possèque

Psal. 141. 5.

fuge-

Qui fuga non ſagit, fugere nequit.

fugere occaſionem, inficiatur, dum ab illa circumſcribitur; ut notet pondus appetitus effrænis, & cæcitatem rationis: quandoquidem quia tela fugere renuit, fugere vulnus non potuit.

Ovid. *Huc tanquàm iuſſæ veniunt iam ſponte ſagittæ.*

Neſcio quo miſeræ turbine mentis agor.

Inquit Ovid. 2. *Amor.* Eleg. 9. Lapſus ſanè mentis, nolle vulnera, atque vagari inter tela. Fuga effugium erat illecebrarum, dum latebat ſub occaſione periculum. Non ut occaſio cognita diſcriminis, & doloribus oſtenſa difficultas occaſionis, rationis voluntariâ fatuitate: ſiquidem altius vulnus ex Veneris vulnere; quòd doloribus à corde ſaucio tunc cognoſcatur fallacia, quùm nequit fugere vulnera.

6 *Ego ſum qui veni de prælio* (dicit Summo Sacerdoti Saul, dum gregarius miles, iuxta Rabbinos) *ego qui de acie fugi hodie.* Miles non erubeſcit de fuga, & ipſe fatetur, ut diſpaleſcat infamia? Aliquando fuga ſtrenui militis decor, ne lex frangatur, & ſubſiſtat virtus: equidem ni perniciter è pugna fugeret; pugnâ fugere non poſſet, & ille ſanè cum virtute periret. *Dicunt Hebræi* (ſubdit Lyra hìc) *quòd vir ille, qui fugiens è prælio cucurrit ad Heli, fuit Saul: qui quidem, captâ Arcâ, videns tabulas teſtimonij in manibus Goliath, quas ex Arca acceperat; ſtrenuè abſtulit de manibus eius, & fugiens reportavit eas in Silo.* Noluit Saul quia ſtrenuæ eximiæ virtutis, pugnam ancipitem, ubi periculum legis: dicitque gloriosè de ſe fugam, & nequaquàm in pugnacem gigantem repugnantiam; quippequàm in ampliorem virtutem fuga corripitur, ne lex Domini aliquomodo per reſiſtentiam frangatur. Reſtitit valens quouſquè effugere potuit: & ut virtutem oſtenderet, vel miles è prælio fugit; numerans geſta virtutis, quæ validè perpetraverat in hoſtes: igitur fugere non ignominia, ſed gloria; ut lex Domini illotunc conſervaretur intacta. Qui potuit tabulas legis à gigante etiam victore extorquere; potuit ſanequàm reſiſtere: cæterùm pugnare noluit, ut vincere fugiens quiret: etenim cùm corona donetur propter virtutis certamen; ſine fuga illo in conflictu nequibat ſervare legem. *Hodie* dicit. Hodie neceſſaria fuga, quippe hodie ex fuga texitur gloria. Qui in legem non intenderet; reſiſtendo periret, & virtus in pugna caderet. Monſtratur reſiſtentia in occaſione virtutis, ſi lex habetur præ oculis: cæterùm dum lex iam in manu habetur, fuga prudentiſsimè carpitur: equidem virtutis eſt non tantùm legem non frangere; ſed removere à conatu vel occaſionem frangendi. Sic valet animus, arcetur morbus, & rutilat virtus; ne vanâ fatuiſsimâ ex virtute bellatrice confidentiâ vel comittantur vel iterentur crimina.

1. Reg. 4. 16.

Lyran.

Optima virtuti fuga, ut lex permaneat illæſa.

In quo & quorſù virtus fuga?

7 Cùm à lege protoplaſtus infeliciter deviaſſet; qui in illo collocavit à paradiſi delicijs ſatis benignus eiecit. *Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis.* Benignus? Haccine impoſitâ calamitate miſericors? Exilium pretioſum donum, & expulſio ab horto voluptatis beneficium? Gratia, detrudere in carcerem lachrymoſi vallis, ut ſine quiete converſaretur cum pœnis? Pietas, vivere punctione felicitatis amiſſæ cum ſtimulo memoriæ? Solicitudo quotidiani victus, neceſſarij cultus, cum ſpinis & tribulis tractus, erit amantis clementia? Videtur potiùs vindex ſeveritate iuſtitia; & tunc Adamo collata ſingulariſsima gratia: etenim cùm in paradiſo, lapſus illius remaneret occaſio; ſignum fuit ſummæ divinæ pietatis, illo exilio removere ab oculis occaſiones. Deliquit, & Deus offenſus ampliſsimam confert gratiam, illum amandans extra optabilem terram. In paradiſo ſi exiſteret (quò peccavit) haberet ad manum occaſionem; ut modò vellet, iteraret crimen: ſpecialeque pietatis ſignatur donum, iniunctum actutùm propter crimen exilium; quoniam nonnunquàm ſingularis gratia, remota occaſio iterandi delicta.

Gen. 3. 23.

Singularis eſt doni, occaſionem removere peccandi.

Facit occaſio furem.

Oth. Væn.

Ut inquit Otho Vænius, *Amor.* Emblem. 43. Paulatim æger homo aſſueſcit malis, quæ minùs gravia conſuetudine doloris; unde gliſcit fota audacia, quia non incognita pœna.

Ovid. *Saucius eiurat pugnas gladiator & idem,*
Immemor antiqui vulneris, arma capit.
Nil ſibi cum pelagi dicit fore naufragus undis,
Et ducit remos, quà modò navit aquà.

Ovid. 1. de *Pont.* Eleg. 6. v. 37. inſtat occaſio, appetitu vel pœnis non ſopito; ut vel cum vulnere, aſſentiat illecebrarum fallaciæ: & cùm quilibet exceſſus mors ſit præſens in ægroto; benefaciens Adamo, removet à paradiſo: etenim magnæ pietatis nobiliſsimum extremum, hoſtem infirmum nolle videre relapſum. Non relinquit amor tantus peccatores, etſi tranſgreſſores legis; dum tantoperè in occaſionis depulſum incumbit charitas, ne ex-

Amplius, poſt lapſu.

tendant iusti ad iniquitates manus suas. Si in paradiso Adamus degeret, tametsi non peccaret, transgredi posset. Extra quantunvis appeteret crimen, non habebat transgressionis occasionem: illumque propulsat ab hortu voluptatis; ut vel offensus demonstret pietatem pectoris; igitur uti gratiam, plectens crimen, citò contulit; non posse transgressurum actu peccare, etsi velit.

Summum, impedire.

8 Eiecit Deus, cognoscens fragilitatem, & ut radicitùs homo relinqueret occasionem; quin Deus fideret impacti dolori vulneris, ne iteraret aviditas denuò succumbere illecebris. Si dolore vulneratus saperet; quid quod in ipsa, unde vulnus, occasione subsisteret? Ille fugeret, ne iterùm doleret: ille fugeret, ut liberè vivere posset.

Liber captivus avis consimilis est:
Semel fugiendi si data est occasio,
Satis est: nunquám póst illam posis prendere.

Plaut.

Ait Plautus, in *Captiv.* Act. 1. scen. 2. v. 7. At homini non satis est, si semel occasio detur in fugam: ambit custodiam, iudicatque servitutem, non perdere libertatem: igitur ita evadere ex periculi occasione disponunt; ut magis ac magis in anfractus ingrediantur. Floridè Seneca. *Sic* (ait, 3. de *Ira cap.* 16.) *laqueos fera dum iactat, astringit: sic aves viscum, dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt.* Viscus in illecebris sunt affectiones, quibus adhæret voluntas, & amittitur libertas. Libertatem amittere, semper grave: præ dolore laqueos servitutis homo conatur excutere: at cùm se non fugiat, nec affectus, dum fugere cupit onus; altiùs inter casses voluptatis irretitur, quùm viscо affectionum inhærenter egreditur. *Revertimini filiæ mi, & abite:* dixit nuribus Noëmi. Quorsùm huiusmodi voces, si reverti non possunt, nisi abeuntes? Indicatur proclivitas affectionum in occasione sensibilium voluptatum. Indicatur corpus & animus: animus; qui permanet: corpus, quod fugit: & quæ videntur eiusdem significationis, sunt voces contrarietatis; quoniam occurrente occasione, qui viscо affectionis abeunt, ipsâ fugâ properantes in deserta revertuntur. Dicit Homerus: *Venerunt euntes.* 10. Iliad. v. 477. Quod videtur difficile, uti oppositus cursus: nectit delicijs ablactatus affectus: etenim cùm reducat, quos ratio a vulnere revocat; nequaquam fugientes abeunt; sed retrocedentes veniunt.

Cur fugientes occasionem non effugiunt?

Senec.

Ruth. 1. 12.

Homer.

9 *Non erit fuga eis, fugient: & non salvabitur ex eis qui fugerit*: dicit Amos. Si fugam recessu pernici ostendit, quomodò fugiens non fugit? Negant cordis affectiones, quod astruunt in celeritate pedes. Est fuga vera, & apparenter fuga. Non fugit verè, qui permanet in occasione peccati: fugamque Propheta signat, & fugam in fuga negat; quia comitat illos in peccata reverti, dum dicunt peccata fugere. Qui secum portat voluptatum desideria, non potest fugere fugâ. Relinquendi sunt appetitus, ut in fuga sit recessus. Trahit in dolorem occasio, sed fortiùs trahit occasionis affectio. Unde si concupiscentia voluptatum retinet, quos fugere angor concupiscentiarum cogit; vel longè carpta, non erit in fuga fuga: siquidem quùm dicunt occasionem fugere, intimiùs in occasione. Ratio sub manum. Fuga est, ubi non sequitur à quo fuga. Inter æquè currentes non est distantia. Parùm interest subtrahi corpus, ubi non fugit affectus: fugaque minimè tunc videtur in fuga: quoniam blandiente fugaci cupiditatum memoriâ; non fugit fugiens, dum fugit sequentes cupiditates.

Amos 9. 1.

Non fuga vera, sed ficta.

Fugis sequentem.

Martial.

Dixit. Martial. 5. *Epigram.* 45. ideſt, non fugis: siquidem cupiditates non fugit, qui in fuga comites habet. Ut detur fuga verè, mens debet esse longè; quippe non discedit in fuga, cui adest ut comes fugæ memoria. Propriè siquidem recedit, qui sese fugerit: & se profectò fugit, qui cupiditates expulit.

10 Astruit David, Veneris saucius sagittis, urgente dolore cordis. Spicula vulnerarunt, & etiam super dolorem vulnerum addiderunt: unde exclamat, *Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo & requiescam?* Tunc sanè requies, ubi cupiditatum removentur occasiones. Sat volare, ut requiescat anima correptâ fugâ? Nullo modo, ni removeatur vel in fuga cogitatio. *Ecce elongavi fugiens* (subdit) *& mansi in solitudine.* Hebr. *Mansi solus.* Dum pennas assumit vel volando non recedit? Non elongavit, dum volatu fugit? Vallatur homo concupiscentijs, vel deficiente titillatione occasionis, quæ impellunt in desideria, unde cordi manant vulnera. Non sufficit volatus, dum remanet appetitus. Ubi comites concupiscentiæ, homo non solus: & quùm David degit solus, datur in fuga recessus; quoniam nulla in fuga fuga, comite concupiscentiâ. Fugit & velociter; sed mi-

Psal. 54. 7.

Vers. 8.

Hebr.

Nulla in recessu fuga

ga, comite concupiscentia.

minimè recessu elongatus à quo fugit. Recesserat à loco, & nequaquàm ab affectu. Remanserant ex peccato cogitatio pugnax, memoria mulciminis studiosè tenax, expugnantes instabilem voluntatem, quam ratio vigil concupierat absentem. Fugit, cæterùm etiam fugiendo remansit: in fuga? Sanè: solus remansit ex vulneribus Veneris sine affectione: tuncque felix fugiens fugit; quoniam cupiditates è toto corde elongavit. Hinc causa accessionis oritur, si affectus non removetur: igitur cùm hic vel volantem liget, & fugæ properæ obsit; graviora fugientem constringunt vincula, quia fuga in recessu falsa. Dicit vel Ethnicus lib. 17. de *Bell. Punic.* à v. 139.

Invadunt, vanamque fugam, atque attollere fessos.

Sil. Ital. *Adnitentem artus, revocato è vulnere telo*
Corripiunt: tunc vincula viro, manicæque pudendæ
Additæ, & exemplum non unquàm fidere lætis.

11 Ulteriùs. In fuga Veneris salus constituitur, & elongatio ex fuga meditatò signatur. *Elongavi fugiens.* Quis enim fugiens non recedit, à quo distat? Qui se cùm lubricis cogitationibus portat: & dum sui à se Psaltes Regius significat solitudinem, astruit in absentia fuga captâ remotionem; quippe se vel fugientem non elongavit, qui magis fugiens ad occasionem accessit. Fuga est portus salutis post naufragium, & Propheta inficiatur in fuga portum. *Non salvabitur* (inquit) *ex eis qui fugerit.* Patet & quàm insidiosa Venus, si instar periculum ex periculo salus. Salvatur, qui fugit: fugit, qui ab occasione elongatur, & è retibus egreditur: minimèque elongatur, à periculo propter animæ salutem, qui in ipso recessu criminis magis fovet occasionem. *Non satis cecidisse piget hominem, qui adhuc manere disponit in lubrico:* ait Bernard. serm. 1. in *Pasch.* n. 16. Tunc igitur remotione nequaquàm est egredi, sed corruere: est se movere & stare; quippe moventur pedes, cæterùm in motu haudquaquàm removentur affectiones.

Sæpè in recessu nulla occasionis remotio.

Ubi supr.

Bernard.

Psal. 11. 9. 12 *In circuitu impij ambulant*; dicit Psalmographus. Variè & doctè à Maluenda exponitur testimonium; ego autem accipio de quasi iumentis trahentibus tympanum. Vernaculè: *Andar à la noria.* Hæc quæ de cunctis impijs dicuntur, singulariter, nec impropriè, luxuriosis aptantur. Circulus est propositum libidinis, & in egressum instat cruciamen doloris: conscientia tela vibrat, ratio flagellat: sed in circuitu ambulat; quia in doloribus permanet, quasi nihil ambularet. Totum subsidium in fuga est, & excutere ærumnam percupit cor; sed ambulat in circuitu, frustrato egressionis voto: igitur ambulando nihil proficit, quia à labore non discedit. Lassatus pergit in via iniquitatis & perditionis ambulans vias difficiles: equidem cùm levamen sit in exitu, tanquàm itineris termino, & ille procedat gressus movens in circuitu; gemit ambulans in libertatem, & semper ferens dolorem, quia in tot repetitis gressibus, in exitum neque motus. Si animus intendit à tantis iniurijs liberari, & ambulat egredi; quare non potest exire? Ambulat ligatus ab occasione: & quandiù occasio duraverit; quantumvis processerit, à peccato non exibit. In expulsione occasionis, stat summa libertatis, quam vult & renuit, qui peccatum aversatur, & occasionem non odit: igitur in vanum pro libertate procedendo laborant, quia non in rectum, sed in circuitu perambulant. Vividè Nostrates: *No mudan de proceder, sin dàr un passo en tantos passos que dàn.* Non terminatur motus, si in gyrum agitur cursus.

Iter sine termino, ubi non expulsa occasio.

Volvitur Ixion, & se sequiturque, fugitque. Ovid.

De quo hic *Tautolog.* 5. n. 24. *Fugit & sequitur.* Concinnè, ut pateat propositum meditantium fugam & non recessum: quandoquidem qui fugit, non fugit crimen, dum sequitur occasionem. Ambulare dicuntur in circuitu, quo deliquium mentis & quassatio corporis, & nunquàm quies: igitur qui ficcine ligatus nunquàm quiesceret, ni occasionem erroris à se removerit.

Qui sequitur occasionem, non fugit crimen.

13 Navis est anima nostra, quæ peregrina hinc inde vagatur per vitalitatis æquora; quousque vel felix applicet in portum gloriæ, vel summergatur usque in profundum inferni. Contemplemur navem Ionæ, in qua cogitavit fugere. Illicò se liberum à lege impositâ iudicavit, cùm navis è portu solvit; sed insensibile mare Dei sensit fugâ meditatâ despectum, & pugnavit pro illo contra insensatum: igitur fluctibus tumidis in Ionam irruente, navis quassata periclitabatur conteri. Cor vectorum urgente necessitate clamabat; sed Deus quasi surdus non audiebat: quò plus industria sedare maris commotionem studuit, acriorem iram implacabile evomuit. *Mare ibat & intumescebat.* In Vers. 12.

astra pervenit, & pontum cœlo coniunxit,

——— *Stridens aquilone procella*
Velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit.

Virgil. *Franguntur remi; tum prora avertit, & undis*
Dat latus, insequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Terram inter fluctus aperit, furit æstus arenis.

Quid ergo cogitandum, ut maris tantus avertatur furor? Dicit tempestatis auctor: Ion. 1. 12. *Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare á vobis: scio enim ego, quoniam propter me tempestas hæc grandis super vos.* Illum? Protectò. Erat ille procellæ instantis occasio: & nequaquàm, quo valerent effugerent tempestatem; ni à se & quamprimùm averterent tempestatis occasionem. Illi sarcinis, sive mercibus proiectis, satagebant salutis perfractæ navis; verùm urgebat procella, quoniam procellæ non removebatur causa, ambulantibus in circuitu, infectis factis; quippe cassa iudicia cogitationis, periculo imminente sine evasione periculi: siquidem nullo modo aut industria sese expedient à periculo, quousquè longissimè proijciatur occasio.

Manet periculum lethi, existente occasione peccati.

14 Fractà lege divinà, sæpesæpiùs ingruit in transgressorem procella. Calamitates gravant, amaritudines instant, tempestates flagellant, irruentes quasi fluctus in navem vitæ; ut convertatur ad cor, qui causa procellæ. Quot urgent infirmitates? quot discrutiant ægritudines? Clamor ex dolore cordis elevatur in cœlum; sed cœlum surdum. Miteſcet, quod pietate pollet, & afflictos exaudiet? Nullo modo, quousque expellatur transgressionis occasio: equidem vel tunsionibus cordis nullam habet pœnitudinem, qui secum portat criminis, de quo dolet, impellentem occasionem. Propter illam tempestates advenerunt. Quæ non mota in cruciaminum effugium? Veruntamen cuncta in vanum: igitur tempestas incessanter vel dolentem persequetur; quousque occasio criminis in profundum proijciatur. Vita animæ in morte occasionis est, ut à procellis evadat liberè cor: quandoquidem semper subiacebit damnationis periculo, ni in pelago lachrymarum (ut vivat cœlo) summergatur occasio. Non dolet anima, ni doleat ita; sed excitat errores, ad excusandas excusationes in peccatis, quæ relinquens sequitur, quippe occasio non relinquitur.

Ubi crimitis occasio, non potest esse de crimine pœnitudo.

Sed tamen exibis, debinc redire voles;
Prætendens culpæ splendida verba tuæ. Ovid.

DIDASCALIA III.

Amicitia reconciliata plerunque ficta.

1 INgeniosum est odium humani pectoris, in vindictam accepti vel à potentiore vulneris: etenim quod nequit obtinere potentià, tutiùs disponit industrià: quæ quidem perfidiam celat fidei specioso velamine, ubi nullus amor sub amoris specie; ut dum fulget larvæ artefactæ speciositas, labatur incautus in meditatas insidias. Præstantissimum, amicis studiosè benefacere, & ex inimicis infensis amicos reddere; quippe improprium inter mortales homines, iniurias esse immortales. *Quid est glorioſius* (ait Seneca, 2. de *Ira*, cap. 34.) *quàm iram amicitiâ mutare? Quos populus Romanus fideliores habet socios, quàm quos habuit pertinacissimos hostes? Cadit statim simultas ab altera parte deserta: nisi par non pugnat.* Politice profectò insignis, cultaque evangelicis præceptis; sed præ vindicta etiam cultus subdolæ simulationis: igitur nullatenùs qui sitit sanguinem, potiretur voto; ni sub virtutis specie appareret simulatio. Vulpi aptatur ovina extrinsecùs pellis, ne appareat intentio vulpes.

Improprium, inter mortales, mortales inimicitias non esse.

Seneca.

Senecta nulla obtingit iracundiæ,
Nisi mors. Sepultos nullos attingit dolor. Sophocl.

Infit Sophocl. *Oedip. in Colon.* v. 336. Quem dolor vulneris urget, lenimen quærit. Non vult saucius relinquere sensum; sed doloris vindictà apponere pharmacum. Hoc est, sanguis inferentis iniuriam, quæ transivit usque in animam, cruciamine vivo, atque permanente sensu; quousque dolor compescatur dolore: unde cùm cor infirmetur iniuriæ vulnere; haud quit valere nisi inimici sanguine. Huic inhiat, verùm fugit opportunitas: quæriturque optabilis familiaritas, reintegratà amicitià, & simul amoris formà; ut sub amicitiæ venerabili specie, tutiùs usque ad satietatem inebrietur cruore. Frequens phrasis in scriptura (uti patuit in *Liter. exposit.*) invenitur: *Abijt & recessit.* In principali Tautologia, *Revertimini & abite*; quasi posset esse abitus, & non recessus. Potest, & sæpe contigit, quoties offensus è corde iracundiam non remittit;

Simulatur amor, ut iræ exerceatur furor.

Ruth. 1. 12.

mittit: igitur abit ab oculis iniuriæ cauſa; ſed non recedit iniuriæ illatæ memoria. Aptiùs propoſito Didaſcaliæ. In odij expulſionem, ultionem appetentis, numen collocatur amoris, qui corda averſa conciliat, dum in amicitiam arctat: verùm cùm ex amicitia in vindictam fiat abuſus; cauſæ datur abitus, nequaquàm iræ receſſus: abit, dum cor obliviſcitur, cæterùm ira revertitur; quippe ſub larva amicitiæ, totum ſtudium ultioni. Dialecto noſtrâ: *La cauſa del enojo en los corazones paſſa, pero no paſſa el enojo.* Undè cùm perſiſtat dolor, & inſtet ultionis furor; evaginat latentem auratam harpen, ubicunque & quotieſcunque nanciſcitur occaſionem.

Sub larva amicitiæ, ſtudium ultioni.

2 Mira Ethnicorum fictio, ſed vera pro documento. *Honor & Dolus, Gratia & Fraus fratres ſunt*: ait Stuk. de *Sacrific. Gent.* cap. 50. quod ſumpſit ex Cicer. lib. 3. de *Natur. Deor.* qui addit *Metum & Invidiam.* Quæ non cogitat vindicta, modò dolentia excandeſcant corda? igitur ita agitat in ultionem furor; ut honor eligatur, ſi medium honor. Non rectis oculis Saul reſpiciebat Davidem, qui iugularat infenſum regno gigantem; utque poſſit obtinere ſpecie gratiæ quod meditabatur pectus; *fecit eum tribunum ſuper mille viros.* Si penes animum eſt gratiæ conſtitutivum; erit honos uti eſt animus. Davidem mori ingratus cupiebat Princeps; ſed nolebat videri cauſa mortis. *Non ſit manus mea* (reputabat) *ſed ſit ſuper illum manus Philiſthinorum.* Gratia eſt acceptione viſa, & dolus in ipſa gratia: igitur munus haud collatum, uti ab oculis plauditur; ſed ut inclytus athleta indignè interficeretur. Iam enim emiſerat in eum eſtò immeritò, & in caſſum, ſemel & iterùm lanceam; ut quaſi ſui non eſſet, impunè eius poſſet adimere vitam. In amicitiam recepit, quem bis telo transfodere concupivit; & ſimul Chiliarchi munere decoravit. Non honor munus, ſed dolus, & altè inſtructus, ut caveret David à fide perfida fluxa, latente ſub picta reconciliationis larva; inveniens auratam fraudem, quem concipiebat honorem: igitur tantam haud largitus dignitatem, ut meritum honoraret; ſed ut honore qui incautus inter applauſus periret. Reliqua infrà.

Stuck. Honor & dolus, gratia & fraus fratres.

1. Reg. 18. 13.

Verſ. 17.

Sæpe honoris vultus, ut vindictam capiat pectus.

3 Altè tanti lectionem ponderis, vitæque momenti percaluit David; quippe capite proprio didicit ex his quæ paſſus eſt. Conatus eſt oſtendere in hoſtem, animi inſitam nobilitatem; & cum interficere tutò poſſit, magnanimiter pepercit, imò interfici prohibuit. In pectore ingrato & ſanguinolento, quò maiora exhibentur obſequia, eò acriora etiam in obſequentem gignuntur odia. Potuit David facere mala & non fecit; inimicoque inſidianti oſtendit in confuſionem, potuiſſe. Hoſtis cognovit, ploravit, fœduſque pepigit. Unde in aulam carptâ via; *David & viri eius aſcenderunt in tutiora loca.* Ad loca inacceſſa diriguntur greſſus, dum placatur Regis animus? Tutiora eligit qui quolibet tutus? Nonne infeſtus fatetur pectoris malignitatem, & fuſis lachrymis impiæ perſecutionis pœnitudinem? Nonne reconciliata averſa corda? Haud aliâ in tutius recedit cauſâ. Tuta ante reconciliationem illa erant antra, ſeu potiùs luſtra, ſolis ibicibus pervia. *In locis tutiſſimis Engadi*: & qui tutiſsima in perſecutione eligit, nec tuta poſt initum fœdus atque lachrymas cognoſcit; quippe poſt animi averſi fictam reconciliationem ſemper hoſtis in ultionem meditatur cautè fraudem. *Quid per Saul* (ait Greg. Magn. 3. p. *Paſtor.* admonit. 5.) *niſi mali rectores, quid per David niſi ſubditi deſignantur?* Superior habebat Superiorem dæmonem, qui continuò in innocentem agitabat: relictiſque tutiſsimis antris, tutiora quærit in æſtu perſecutionis, fidem comprobante lachrymâ, atque expreſsâ pœnitentiâ; quoniam maligni fides non digna fide, uti Præſes agitatur à Superiore dæmone. Eſt qui nequiter ſe humiliat & interiora eius plena ſunt dolo: equidem denudat in amicitiam pectus, ut vomat pectoris virus.

Ibid. c. 24. 23.

Semper ſit cautio à reconciliato amico.

Verſ. 1.

Gregor.

Unde infecta ſubditorum innocentia?

4 *In tutiora loca.* Prudentiſsimè: non erat amicitia, ſed amicitia fucata: maiuſque latet, ſed imminet, in innocentem diſcrimen; ubi odium ſumit in ictum benevolentiæ colorem. *Nemo quicquam facilè credit, quo credito dolendum ſit*: inquit Marc. Seneca, lib. 5. *Controv.* 2. Doluerat ſæpe David de fide regia: & facta fide vadit in tutiora loca; quia magis cavendum eſt, ubi cavendum eſt plus: quandoquidem nulla pectoris fides, ubi amicitiæ atque gratiæ tantùm videtur ſpecies.

M. Seneca. *Non gratiæ fides, ubi tantùm ſpecies.*

Cum inimico nemo in gratiam citò redit. Accinit in *Mim.* Publ. Syr. v. 27. Color eſt, larva eſt. Pingit hoſtis gratiam in vindictam, ut ficto nanciſcatur obſequio, quod nequit aperto Marte vel odio: & in tutamen (quaſi reſciſsâ formidinis causâ) petun-

Pub. Syr.

Ubi maiùs officiũ, magis cavendum.

petuntur à prudenti loca tutiora; quoniam si summum pro amicitiâ urbanitatis officium, magis de dolo cavendum: etenim maiores pro fide concordiæ gratiæ, sunt callidiores insidiæ.

Eurip.

O Iupiter! Quare an sit adulterium,
Clara signa hominibus dedisti;
Sed quo oporteat discerni malum virum,
Nullum signum ineſt corpori?
Gravis ira, & ægré sanabilis,
Quando amici contendunt cum amicis.

Aurea Euripidis carmina in *Medea*, à v. 516. Illa queritur: quid non querendum de illa? Quicquid fœmineum in rabiem ingenium excogitavit, corde subdolè concepit: & quod potentiæ fœminæ subtraxerant exiguæ in vindictam vires, totum nacta est infeliciter velo specioso fictæ reconciliationis. Offendit magis, dum risit. Ira est, ubi contendunt cum hostibus hostes: verùm gravis, dum amici cum amicis: igitur sub amicitię colorata larva, tota detonat indignationis procella. Ita post ambustam Creusam; à filijs, ut pungeretur Iason, abstulit animam. Illa furibunda audienda est apud Senecam *Actor. ultim.* à vers.

Fraus risus, & risus dolus.

Perfectum est scelus, vindicta nondùm.
Senec. *Quicquid admissum est adhuc, pietas vocetur.*
Quàm levia fuerint, vulgabunt notæ,
Præluſit dolor per ista noſter.
Rursùs increscit dolor, & fervet odium:
Repetit invisam manum antiqua mentis ira.

5 Lachrymas effundit dolens de iniurijs factis Saul: & non credit vel lachrymanti David? Ubi quies, si vel in fletu fraudes? Vide *Ierem.* 41. 6. Non plorabat ex delicti cognitione, sed ex ardore vindictæ, ambiens ex gratia occasionem, ut exercere possit tutò vafritiem; quam fugit David cautiùs, quoniam in lachrymis dolus: igitur minimè vindex sortem infaustam ploraret, si hostem indignè iugulare posset. Non credit insidianti crocodilo, vel facto amicitiæ pacto.

Lachrymæ Insidiæ.

Id. Ibid. *Crevit ingenium malis,*
Et quærit materiam dolor.

Hic insistit, illud in ultionem acuit; ridente David Saulis lachrymas, atque declinante insidias; quandoquidem si misereretur oculis, ipse fieret miserabilis. *Ne credas inimico tuo in æternum.* Quid si plorat? Profundiùs animus caveat: *In oculis suis lachrymabitur; & si invenerit tempus, non satiabitur sanguine.* Quis saxeum habebit cor, dum hostis per oculos liquefit? Vivit profectò marmor, quem non mollescit vel inimici dolor: minimeque congruit dolere, quùm lachrymæ veræ & fictæ; quippe specie lachrymarum latet ultionis studium: etenim satagens vindictæ (quia nequit aliter conciliata gratiâ, fervidâ irâ) solicitat lachrymis lubricam occasionem; ut possit bibere concupitum sanguinem. Pax bona est, si bona pax; & bona, si vera: de quo suo loc. *Tom.* 8. *Tautolog.* 6. ad illud: *Fratribus pacem bonam.* Cæterùm omninò iurgia, ubi concordiæ species, & non concordia. Est ignis qui foris lucet, & intùs ardet: est splendor sine luce, vapor levis sine levitate, conservans in nube pectoris fomitem, ut aliquando iaculetur fulmen. Claret salus & est morbus: lucet alexipharmacum & est venenum. Nomine vitalitatis infert mortem: in ore quæ dulcedo, cordi ingerit protervam acerbitatem. Vinculum charitatis patet divortium amoris: quoniam per solam speciem, amicitia in simultatem: ubi rutilat depositum odium, impendet latiùs latens capitis periculum. Unde à Davide extemplo carpitur fuga, & interiora loca; quippequàm plus magisque discriminis est in insidiatore occulto, quam in hoste manifesto.

Quarum spectaculum ultionis studium.

2. Mach. 1. 1.

Quid amicitia fucata?

6 Plura exempla excitant dormientem ingenuitatis animum in vigiliam. *Gen.* 34. 13-2. *Reg.* 3. 27. & 20. 9-1. *Mach.* 1. 31. 12. 46-13. 17. & 16. 15. Haud caderet Achab sub hoste victo; si diffideret etiam fœdere reconciliato: usus, imò abusus est fictâ reconciliatione; ut possit tempore dato victoris victus viribus prævalere (3. *Reg.* 20. à v. 32. & 22. 31.) quandoquidem dum animus offensâ pungitur; non dissimulatur vulnus, sed simulatur. Vide Ioan. Chokier lib. 5. *Thesaur. Polit.* cap. 11. Amicitia semel fracta videtur virginalis pudicitia; de qua Ovid. *Epist.* 5. v. 31.

Cedit inimicus, ut vincat.

Cur amicitia debet esse virgo?

——— *Nulla reparabilis arte*
Læsa pudicitia est: deperit illa semel.

Ovid.

Si non virgo amicitia, semper corrupta; quippe concipit dolorem & parit iniquitatem. Adinstar gladij pingit Saavedra in *Idea Principis*, symb. 91. igitur si dividitur, nunquàm reintegratur. *Cùm discissum fuerit os, aut cartilago vel nervus, aut genæ particula tenuis, neque augetur, neque coàlescit*: ait Hippocrat. 6. *Aphorism.* 19. Hæccine si læsa, separata; & cor in pristinum statum restituetur, dum in fragmina vulneribus iniuriarum comminuitur? Nodus est cordium aversantium

Hippocr.

Eccli. 12. 10. Vers. 16.

nexus;

nexus: iungit, non unit. Amicitia vera, ut sit concordia, tendit in cordium unitatem, non in unionem: tunc vera concordia, ubi corda continua & non contigua; uti in amicitia ad speciem colorata: siquidem vera fraude & falso amore; cordium extrema sunt simul, sed non sunt unum. Exteriùs pectus ut Etna friget, sed intùs ardet: igitur adinstar silicis ictu levissimo ignescet. *Quod vinculum amoris esse debebat, seditionis atque odij causa est*: subdit Seneca, 3. de *Ira*, cap. 34. Linguis dolosè agunt, quia *venenum aspidum sub labijs eorum*. Aspidum, igitur quo minùs percipitur, est præsentius, & efficacius venenum. Aspis non icit, sed osculatur. Vide *Tautol. 6. Didasc. 4. á num. 3.* Acrius venenum, quod osculum. Suaviùs vel in lethum est, & gravius patitur cor; quoniam in ampliore versipellis splendore falsitatis, inextricabilis involvitur circumventionis vafrities. Vernaculè: *A mayor suavidad, mayor doblez.* Apparet ex convictu proditio: igitur pectore fictè nudo, ac in ultionem propenso; sicut in equo Troiano, interiora latentia plena sunt dolo.

Symbola amicitiæ simulatæ, & veræ.

Psal. 13. 3.

Osculum venenum.

7 Sit nobis in exemplum Atrei animus cum fratre Thyeste. Ab hoc næ graviter offensus, quem in vindictam inquirebat furibundus, ut debitas pœnas & iuni & indignationi daret; sed offensor offensum fratrem cautè atque prudenter fugit. Fugà fratris tabescebat: at in vindictam iniuriam indulsisse fratri simulat, redit in gratiam, ad regiam cœnam invitat, & tres liberos Thyestis partim assos, partim elixos apponit, ac illorum sanguinem bibere patrem impellit; quod facinus horrens, ne videret invisum; Sol conversus est retrorsùm. Adi Servium in Virgil. 1. *Æneid.* v. 572. & Pausan. *cap.* 60. sed audi Senec. in *Thyest.* à v. 775.

Atrei simulatio in vindictam, & crudelitas.

Senec.

O Phœbe patiens! Fugeris retrò licèt,
Serò occidisti: lancinat gnatos pater.
Quos tibi vultus, quosve tumultus
Fingis demens! Credula præsta
Pectora fratri: iam quicquid id est,
Vel sine causa, vel serò times.

Quo movetur in gratiam facilis animus, recrudescit inimicus; conaturque dolo circunstare, quem nequibat vi comprehendere. Omne lapidem movet vulnus adactum: primoque depingit vultum; ut risus timidum ultionis alliciat, & intentionem abscondat, simulquè præda in cassem securè cadat. Idem ibid. v. 330.

Phagis tenetur clusa dispositis fera.
Ex hoc petatur scelere: multæ sed trepidus
solet

Idem.

Detegere vultus: magno nolentem quoque
Consilia produnt: nesciant quanta rei
Fiant ministri.

Cuncta cogitatio ad votum, quod concepit sævitiæ horribilis spectaculum. Arte supplet ingenium defectus virium, aversum lactando & demulcendo, ut quiret capere dolo: equidem cùm gratia hostis magni habeatur, & pectus iræ satietatem moliretur; misit gratiam bellam fraudem, ac sine periculo est consecutum ultionem.

Vindicta caret periculo, ubi gratiæ simulatio.

8 Gratiæ nonnunquàm amoris comites, & modò amorem comitantur fraudes. Sagittæ utrinde mutuæ benevolentiæ sunt insignia, & odium reciproci sumit amoris arma: igitur in nihil vehementiùs intendunt pugnantia corda, dum videtur reintegrari familiaritas; quàm in odium, & signum fallax amoris, præparare sagittas.

Militiæ species amor est.

Ovid.

Accinit Ovid. 2. de *Art.* v. 233. In visco conciliatæ amicitiæ est tantum species amoris, sed corda verè sunt milites: equidem ut occurrerit optata & expectata opportunitas; habent præ manibus lanceas. Arma, reconciliata amicitia, ut refert Petrasancta in *Symbol. Heroic.* lib. 1. cap. 3. Picinel. *Mund. Symb.* lib. 22. n. 26. & nos *Tom. 3. T. 7. D. 2. n. 14.* profectò *conduntur, non contunduntur*: etenim cùm *Metus* vel *Invidia* instent (*Dolo* in *Honore*, in *Gratia* latente *Fraude*) non contunduntur gladij, sed studiosè conduntur, ut tempore evaginentur.

Pet. sanct.

Latent arma, pace ficta.

——— Nullum fas esse, nefasque
Nomen amicitiæ: nomen inane fides.

Idem.

Idem ibid. v. 745. Alibi dixi de commutatione telorum inter Mortem & Cupidinem.

Divertere simul, simul una & nocte cubarunt:

Alciat.

Cæcus Amor, Mors hoc tempore cæca fuit.
Alter enim alterius malè provida spicula
sumpsit:
Mors capit, & Mortis frigida tela puer.

Consule Claud. Minoën in Embl. 154. *Alciat.* Decus est aliquod falsis, ut erudiamus in veris. Odium semper sequebatur mors, quippe in mortem tendit vis: amor autem longè est: etenim nemo suspicatur amorem, ubi mortis videt falcem. Iam unà existunt, qui corditus aversantur? Utique, haud commutantur conditiones, sed sagittarum cuspides. Nequit odium cordium

Signa cbaritàtis sagittæ mortis

dium perficere in vindictam cogitatum; unitque mortem & amorem ingenium. Vires in ultionem infirmæ: eget indignatio ſpecie pulchrâ & fallaci. Nulla aptior, quàm cordium fucata reconciliatio, ut prævaleat iracundiæ furor: commutantque ſpicula mors & amor; quippe quem gratia amor in reconciliationem futiliter afficit, ineſcatum blandicijs mors verè conficit. Fallitur obſequio: interficiturque telo Cupidinis, quoniam dolus in eo præparavit vaſa mortis. Modò intelligitur illud Senecæ (quod quidem difficile) *Epiſt.* 6. *Vera amicitia eſt, cum qua homines moriuntur, & pro qua moriuntur. Multos tibi dabo, qui non amico, ſed amicitiâ caruerunt.* Carere amicitiâ & non amico? Profectò. Hanc implicationem fovet frequenter reconciliatio. Vulnera facit amor, ſi ſpiculi mortis haudquaquàm cavetur dolor: igitur pectus amici in amico non invenit amicitiam; ſed in ſuſpicato amico meditatam fraudulentiam.

Senec. — *Quo modò amicus ſine amicitiâ?*

Ovid.

Quos credis fidos, effuge: tutus eris.

9 Quid ergo tam politicè, quàm catholicè faciendum, in anfractu tot diſcriminum? Non credere amicum, mors: malum, reputare amicos, quibus ipſe non eſt. Inſcrutabile eſt cor hominis: quis cognoſcet illud? *Multi* (infit Stoicus *Epiſt.* 3.) *fallere docuerunt, dum timent falli: Utrumque vitium eſt, & omnibus credere & nulli. Alterum honeſtius, alterum tutius. Utroſque reprehendas, & eos qui ſemper inquieti ſunt; & eos qui ſemper quieſcunt.* Incidemus in Scyllam, cupientes vitare Charybdim. Moleſtum, eſſe inter ignem & aquam. Singularis angiportus in amicitiam. Quid fiet in huiuſmodi ſtatu perplexitatis? Sit ocultata manus, non cæca fides. *Fide & diffide. Fide & vide.* Nec omninò fidendum, nec penitùs diffidendum. Medio tutiſsimus ibis. *Appropinquaverunt & ſteterunt*: dicit David. Vigilanter in propoſitum. Appropinquaverunt fide, ſed ſteterunt cautione. Appropinquarunt, ne videretur deſpici amicitia: at ſteterunt recogitantes, an falſa. Pende: *Amici mei & Adverſum me.* Si adverſum, non amici: congruitque cordis ſuſpenſio in ipſa proximatione; quia ſæpe cordis adverſitas ſub velamine amicitiæ. Datur index in reconciliatione animorum, y lapis lydius pro cognitione inſidiarum; ut præut viderint credant, vel caveant: nimirùm, accedere & ſimul ſtare. Accedere, uti columbæ ſimplices; ſtare prudenter, ſicut ſerpentes. Prudenter, ne lateat ſub amicitia fallacia: ſimpliciter, ne ultra cauſam fallacia cogitetur in amicitia. Iccircò iungitur dextra fidei ſymbolum, & oculus, conſiderationis ſpeculum. Conſule Saävedr. d. *Symbol.* 51. Alciatum *Emblem.* 16. Cicer. 1. ad Attic. *Epiſt.* 19. Lucian. in *Hermotim.* Pier. Valerian. *lib.* 35. *cap.* 13. & 25. Eraſm. 2. *Chiliad.* 1. *Centur.* n. 14. ad illud: *Modius ſalis.* Si per manum fides & opus ſignantur, & per oculum conſilium; filum aureum rutilat prudenti, ad errores labyrinthi cordis humani: igitur in reconciliatione fides ſolummodò danda, iuxta quæ videntur opera.

In reconciliatione cordium, nec fidendũ, nec diffidendũ.

Pſalm. 37. 12.

Cur in ſymbolum fidei manus & oculus?

10 Quia malè coëunt malè diviſa, & in inimicis fides plerunque larvata; David appropinquavit & ſtetit, ne fictio deciperet animam illius: equidem ſine fidei cautione, palàm ſi periret cuſpide, clàm iaceret tanquàm mortuus à corde. Fœdus cum hoſte pepigit; verùm diſceſsit, ad tutioraque fugit. *Abit ergo Saul in domum ſuam; & David & viri eius aſcenderunt ad tutiora loca.* Factà verè (ſi verè) reconciliatio, tutum erat Regem ſequi; ſed tutius erat vel reconciliatum fugere. Vulnera impacta, eſtò cicatrice obductà; exacerbantur percuſſoris preſentià; ſicut præſentià percuſſoris ex odio, etiam è cadavere videtur frigidi ſanguinis fuſio. Vide Reyes-Franco in *Camp. Elyſ.* quæſt. 33. illeque prudentiſsimè hoſtem amicum fugit, tametſi obſequijs & cognitis, in gratiam traxerit; ne præſentia, oblivione, vel confidentià dormientem, memoriam excitaret in iniuriarum ultionem. Maior eſt ira, ubi promptior eſt potentia: fugitque quaſi hoſtem amicum reconciliatum, ut reconciliatum habeat ex abſentia amicum: igitur difficilis oblivio cogitati vulneris, cum memoria vulneris & poteſtatis ultionis. Nunquam ſimul cum fratre voluit habitare Iacob, etſi in eius gratiam redierit, & flentem præ gaudio invenerit. Fugit prorsùm iniuriam memoria, & ultionis potentia: ſi perſonarum diſtantia. Ex convictu plerunque ſuſpicio, & variarum cogitationum machinatio, fide incredulà, atque conſcientià perturbatione commotà: equidem cùm fides ſit penes inimicum offendentem, & offenſum iniuriæ receptæ ultorem; ſine prudenti meditata diſtantia, utriuſque conſcientiam offenſæ mordet memoria: læſi in ampliorem læſionem, quaſi peccatum eſſet fuiſſe offenſum: lædentis, quaſi in ultionem offenſus punire tentet peccatum.

Ubi ſupra.

Abſenti habetur amicus reconciliatus, ſi amicus.

Gen. 33. 4.

Uns

Unde prudentissimè firmà inimicorum gratiâ, in gratiæ firmitatem à Iacobo & Davide capitur fuga: quia quantalibet iniuria fuerit, quod oculus non videt, cor non dolet.

11 E contrà usuvenit quandoque hostilitas, ubi nimia inter reconciliatos viget familiaritas. Dolet nonnunquàm vulnus, & flagrat animus. Amor primò languet, deinde friget, deinde moritur. Pro illo odium cordis suscitatur: in illo & ex illo tenax iniuria, levis ira, tarda clementia, prompta memoria; quanvis difficilis sit vindicta. Hanc ira cupit: modum struit: & cùm dolus in amicitia sit aptior, ut cordis læsi exerceatur interiùs conceptus furor; ad lubitum & sanguinis satietatem, nanciscitur vafrè ultionem, qui pro gratia vulpinans subornat fraudem. Adi Cyrillum Alexandr. lib. 1. *Apologor. moral.* cap. 23. Prudenter serpens dixit rustico (cuius ille filium peremerat, qua causa rusticus caudam resciderat) solicitanti redire in gratiam, ac antiquam amicitiam: *Recedamus uterque, modò velimus vivere pacificè. Societas proculdubio sine unione nostra erit; dum tu filij mortui, & ego recordatus fuero caudæ subsectæ. Nequit esse benevolentia cum iniuriarum memoria: nec dici quit familiaritas, in immortales desinens inimicitias. Brevis sanè in reconciliatione dulcedo, perpetua cordium persistet amaritudo. Parcemus insidijs, quæ molestissimæ sunt, ac consulemus honori; quoniam infamiam vindictæ furor non reputat.*

Dolus, an virtus, quis in hoste requirat? Vide Rufum Festum in *Fabul.* Elucet cautio David, post reconciliationem gratis irati Saul: igitur novam vitavit amaritudinem & intensiorem ex improviso dolorem; modò amicus factus agitaretur à dæmone, vel à vindictæ furore: quin imò plus, si crederet percelleretur animus; modò à reconciliato clàm impingeretur vulnus: siquidem cui diligens synceram præstitit fidem, per fidem datam acriorem videret hostem.

12 Aliquid novi rimor in voto N. Assertoris, expresso per os Davidis. Inefficaci voluntate præ nimia dolorum ac despectuum amaritudine, transire exoptat calicem passionis; verùm irrito voto non transit calix. Transeat saltem insensibile, si sensibile non transit. *Erue* (inquit) *á framea Deus animam meam.* Cur igitur si tanta cruciaminum procella (quoniam in illum declinaverunt mala) irruit super corpus violentiâ sensuum; refugit tantoperè cadaveris ictum? Fert & placidè quo crudeliter percutitur; nec fert quod ægrè non fertur, quia non sentitur? Altiùs ex occasione sentitur, & vulnus in animo alta mente reponitur. Deus ultionum dicebatur pridem, & ut reconciliaret inimicos assumpsit carnem. *Reconciliavit in corpore carnis eius per mortem.* Coloss. 1. 22. *Rom.* 5. 10. & 2. *Cor.* 5. 18. Mors illata, & simul reconciliatio perfecta: at Synagoga furit, igitur *ut viderunt eum iam mortuum; unus militum lanceâ latus eius aperuit.* Liquet iam causa, cur Redemptor Iesus Nost. ictum refugit, dum etiam tormenta sitit. Nil mirum, quod in viventem mitterent cum odio telum: persistebat enim odium: sed ictum postquàm expiravit, uti cæcum vulnus renuit; quippe altissimè percusit, percuti post factam miram reconciliationem, in cuius fidem & pignus totum effuderat sanguinem.

13 Hinc addit & signat à subiecto passo pœnam; siquidem vulnus recipiente cadavere, signat *animam.* Animam? Iam avulsa doloribus à carne, quo hostes reconciliatione amici. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum; & medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne sua.* In gratiam sunt admissi, qui inimici à gratia longè. Quod animam attingit iudicatur gravissimum: & ut summum, cadaveris vulnus, renuit Salvator tormentum; quoniam vulnerari, postquàm sibi aversos reconciliavit, usque ad animam pervenit. Qui ingrati, evaserunt perfidi. Christus, ne perirent, ad se vocabat, in fidem ut viverent alliciebat. Renuebant concordiam; sed volebant reconciliationis gratiam; non ut frugi mutatis moribus essent, sed ut tutiùs factâ reconciliatione vulnerarent: igitur ut viderunt in amico nudum omnino pectus, usque in cor frameâ dirâ pervenit vulnus. Nonnunquàm nudatur cor, ut per arcana patentia constet sine fuco fidei conciliatæ lex. Obsequijs officiosis amici abutuntur perfidiosi; ut dum illi perduelles, insidiæ subsistant indeclinabiles: tuncque fide in ultionem magis ignescit animus, quia nudum amici pectus. Audent multoties, quippe iam non timent, viso inimico cadavere, & longè vindice: quandoquidem in iniuriam deficerent animi audacium, nisi viderent iam mortuum. Ergo proposito instituto. Anima icta notatur à Christo, postquàm perfecta hostium

Exacerbantur præsentiâ vel cicatricata vulnera.

Ruf. Fest.

Virgil.

Psalm. 21. 21.

Ioan. 19. 33. 34.

Acriora vulnera ex reconciliatione facta.

Eph. 2. 14.

Et etiam in insensibili sensibiliora.

stium reconciliatio. Pridem vulneris esset dolor, sed non vehementior: modò etsi non sensit corpus, in cruciamen crevit vulnus: etenim acerrimum excitavit dolorem; quod ut ampliùs doleret, frangerent fidem. Hac de causa lanceæ cuspis dicitur summè crudelis:

Ambros. *Mucrone diro lanceæ.*

Hymn. 27. Ambrosius, vel ut alijs placet Venant. Fortunatus. Sumpsit à cordibus Iudæorum diritatem, ut in reconciliatore excessivum inferret cordi dolorem: igitur cùm pectoris sit eximia amaritudo & acerbitas, sub specie amicitiæ tendere insidias; perfidiam summè sensit, quæ post mortem lanceam misit, atque pectus penetravit: dirum quippe animæ telum post reconciliationem animorum: siquidem vulnus maius vulnere ex perfidia pectoris; quia vulnus factum fide reconciliationis. Aptè Sophocles in *Aiace flagell.* v. 329.

Dirum animæ telum post reconciliationem animorum.

Sophocl. *Ab amicis talibus tales vincuntur amici.*

14 Ab odij pharetra, inimicorum pectore, quid in pectus nisi sagittæ? Unde Psalm. 54. 13. *si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem utique.* Nunquid colliguntur de spinis vuæ, aut de tribulis ficus? Laturæ poma myricæ? Nullo modo. Ita vulnera ex obsequio, persistente in ultionem pectoris irâ; quippequàm vulnera ex reconciliata gratia. Signa vulnerum in corpore Christi glorioso, quę iustis gaudium, in reprobos sunt iudicium. Hoc intuitu inquiritur: *Quid* (pro *Quorsùm*) *sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Quare non abolita vulnerum signa, reconciliatione factâ? Dicit actutùm: *His plagatus sum in domo illorum qui diligebant me.* Actus secundus pro primo, ut sæpe alibi. Rom. 14. 2. *Alius credit manducare omnia*: nempè, posse manducare. Luc. 7. 42. *Quis ergo eum plus diligit?* nimirùm, debet diligere? Similiter in præsenti testimonio, *Diligebant*, pro *debebant diligere*. Modò pende. Inter hostes, cùm non intercedat fides, nequaquàm alienæ fraudes. Inter hostes reconciliatos est perfidia quælibet vel levis plaga: quippe propter odium depositum debent diligere, haud confidentem percutere. Amnestia est reconciliatio, utpotè cunctarum iniuriarum oblivio: & post fidei pactum, vestigia retinens vulnerum, non dicit facta ab his qui oderant, sed ab his qui diligebant; quoniam ubi vulnus per fidem patitur pectus, est indelebile vulnus. *Hæ sunt plagæ, quibus plagatus sum inter amicos meos.* Si inter inimicos, pronà clementià, vulnerum dispungerentur vestigia: manentque etiam per sanguinem reconciliatione factà; quippequam vulnere si fractum percussum fœdus, æternum patiens servat in pectore vulnus.

Quid pro Quorsum.

Zachar. 13. 6.

Actus secundus pro primo.

Fractâ fide si vulneratur pectus, indelebile vulnus. Arabic.

15 Thrasybulus cùm sagittarum crebris ictibus scutum probaret, atque falsum ad ictus inveniisset, pertæsus illicò abiecit; dicens: *Cui cor creditur, facilè frangitur: malo vulnus à framea, quàm à scuti confidentia: alius pectus percutitur, unde vulnus non cavetur.* Plutarch. in *Apophthegm.* & Ioann. Orozc. *lib.* 3. *Emblem.* 39. Vulnus sanè super vulnus; ubi plus quàm sagitta, ingeritur in dolorem fides credita; quippe cordi fidenti summum tormentum; sagittam offendere, quo cogitabat scutum. Haccine de causa Amor scuta probat. Ita pingitur ab Othone Vænio, *Emblem.* 12. cum huiusmodi epigraphe:

Plutarch.

Acre, si vulnus infligitur, unde scutum cogitatur.

Defendit Parthi celeres lorica sagittas;
Ferreus umbo aciem ferri inhibere valet.

Oth. Væn.

Fides amicorum calybe fortior, quippe scuta temperat amor. Siccine pectus quiescit, quia à nullo cavet; nec venit in mentem, à fide posse sperare dolorem: vulnusque venis pascitur, dum securum cor percutitur; igitur vel patientiæ intolerabile, vulnerari fidenter à ficto amore. *Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis*: dicebat Ieremias. Quod Deum illustrat, qui cuncta, adversa licet, in quæstum nostrum providentiâ gubernat; corda hominum technis insidiosa infamat. Necdum vera persecutio, & pectus stimulabat formido. Formidat, quem scutum in tribulatione expectat? Spes & unica in hostium incursus plauditur; & quod optatur, timetur? Sese hominem nescit, inter homines degere, formidandos, dum exponuntur amici: & dum spem ex amicitia declarat, formidinem cordis indicat; ne crescat fiducia dolor; quandoquidem inter dolores acerbissimos maior; quòd gladius pectus uti inimici pertranseat, in quo confisus totam spem deposuerat.

Ierem. 17. 17.

Cordis compunctio, spes in amico falso.

16 Uti Ieremias, Regius Psaltes formidat: hinc à Domino efflagitat: *Eripe frameam tuam ab inimicis manus tuæ.* Dixi alibi, de pravis iudicibus ac iniquis, titulo Religionis; cuius assumunt duntaxàt speciem, in privatarum iniuriarum ultionem. Modò proposito nostro. Amicus erat Deus vel in fervore Davidicæ persecutionis; sed lancea eius tradita fuit inimicis. Quid in dolorem, aut doloris vehementiam,

Psalm. 16. 13.

Summus dolor, ſi vulnerat fictus amor.

tiam, quòd Deus ſuam inimicis David crederet lanceam? Multum quidem, in cordis acerbitatem. Sciebat enim in manibus inimicorum, nihil poſſe inveniri niſi telum: ab his non novum, ſi petatur pectus: novum ſanè, ſi iaculum dedit amicus; quippe mereri videretur ictum, modò amicum inveniret adverſarium: petitque enixim amici ab inimicis ſeiungi lanceam; ne ſuſpicio fractæ fidei gravet vulneris moleſtiam: etenim accreſceret ex vulneribus dolori; quòd inter hoſtium tela, telum etiam inveniretur amici. Summus igitur iurè dolor, ſi vulnerat amor: igitur amicitia parùm tuta, dum ab amico præparantur tela.

Amicus fictus hoſtis perverſus.

17 Habetur amicus, cui pectus aperias, cui arcana communices, cui ſecreta committas, ut in proſperis gratuletur, in adverſis compatiatur. Sed videris, ne ſit falſus, quoniam amicus fictus hoſtis perverſus; quippe ab inimico cautio, & nulla fit ab amico; ſiquidem poſtquàm acceperit vulnus, ſat pœnitebit aperuiſſe pectus.

Publ. Syr. *Amicum habeas, poſſe ut fieri inimicum putes.*

Subdit Syrus, d. v. 26. & in effugium proditionis, Senec. *Epiſt. 3. Ita vive, ut nihil committas, niſi quod committere etiam inimico poſsis: ſed quia interveniunt quædam, quæ conſuetudo fecit arcana; cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas miſce.* Verùm falſum cave, quippe prodet, potiſsimè impunis, quæ nunquam tibi fuerunt cogitationes. *Cum diſcordantibus ante Solis occaſum in pacem redire* (quia diſcordiâ fit concordia charior) ſed *Pacem falſam non dare*: inquit Legislator Monachorum SS. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. Inſtrument. 25. & 71. iungitque *iracundia tempus non reſervare*: *dolum in corde non tenere*: igitur ſi dolus in corde, fractâ ex concordia fide, & falsâ pace; ut ingerat perfidè vulnus, obſervat vindictæ tempus. Haud in fronte gerit affectum vel odium; ſed ſimulat arte amorem, ut ultionis perduellis exerceat artem, trahens ut devoret, arridens ut vulneret: ſiquidem ſine viribus hoſtis ſimulati tela, ne vibrentur pro viribus ab amicorum concordia. Frequens via eſt, per amici fallere nomen; ſed habet crimen. Priùs vulnus eſt honoris, quàm læſi pectoris. Verùm qui corde dolet & vindictam quaſi malagmata quærit; modò nanciſcatur ultionem, proculcat neceſsitudinis formoſam au-

Senec. *Ambitioſus vel eluſus inſtat iterùm rideri.*

Lucret.

Homer.

Maiol.

Fortuna viſcata.

Indignorũ ambitio eſt fortunæ venatio.

ctoritatem. Audiatur Ovidius lib. 1. *Triſt.* Eleg. 7. v.

Ovid. *Illud amicitiæ ſanctum ac venerabile nomen,*
Res illi pro vili, ſub pedibuſque iacet.

DIDASCALIA IV.

Reipublicæ lues indignorum ingreſſus in dignitates.

1 AMbiguum profectò, an materia Didaſcaliæ ſit plorandi, vel ridendi. *Nemò improbè* (inſit Seneca, *Epiſt. 92.*) *eò conatur aſcendere, unde deſcenderat.* Excipitur ambitioſus, cuius lapſus ploratur vel ridetur; quin reſipiſcat, eſtò laborem ipſis caſibus agnoſcat: igitur idem volvit montis in verticem ſaxum, quantunvis præceps videntium excutiat riſum.

Siſyphus in vita quoque nobis ante oculos eſt,
Qui petere á populo faſces, ſævaſque ſecures
Imbibit, & ſemper victus, triſtiſque recedit.
Hic etenim manibus nixus, pedibuſque rotabat
Ingens ad collem ſaxum: vis magna deorſum
Sed volvebat idem, ut collem ſuperare parabat,
Tunc miſer hic rurſus repetebat pondera ſuæ.

Accinunt Lucret. 3. de *Natur. rer.* v. 999. & Homer. 11. *Odyſſ.* v. 588. Hic ſanè ſine cerebro, quippe nec ſapit capite proprio: equidem cacumen ita rationem emovet; ut rursùs conetur aſcendere, unde capite fracto lubricè corruit. Unde igitur furoris huius phrenitis, ex reſipiſcentia erroris? Promam. Viſcum adorabant Ethnici, dicentes: *Viſco nullum præſentius Numen.* Maiol. *Tom. 2. Colloq. 1.* Etiam coluerunt *Fortunam viſcatam*: de quo Nos in *Ephemerid. 25. Maij.* Fortuna ſæpe ambitioſos depulit, nec quicquam hiantibus & inhiantibus contulit: viſcumque diſpoſuerunt in eius gratiam, an poſsint arte aucupari fortunam. Hæc renuit accedere, quia timet ut cæca capi. Inſidiantur, iterùmque atque iterùm dolus diſponitur viſco; quia ſi non modò, captabitur aliquando. Ni iterarent acceſſum, denuò volventes ab illa decuſſum ſaxum; ſemel expulſi à fortuna perirent, ac ſine honore concupito iacerent: viſ-

cusque itidem callidissimè struitur ; quia fortunam non habent, nisi venentur. Viscus est ad capiendos honores, & honorum dignitates, in quas tendit pectoris ambitus ; at non in munera sed in fortunam concinnatur viscus. Haud aërem verberant, dum aucupium ita cogitant. Propriam cognoscunt indignitatem, vel foventes honorum ambitionem : cognoscunt igitur nulla ad munera merita ; & non habenda, nisi dederit fortuna. Viscum disponunt, vel semel & iterùm : quia fortuna volans vadit & venit ad fastidium vel ad placitum, modò ferox, modò cicur. Nemo præsagit, quando possit capi, vel effugere ; ut eius gaudeat consortio & felicitate : ambitiosusque semel expulsus viscum iterùm & iterùm aptat ; an aliquando fortuna per ludum virgulis hæreat. Vernaculè, vividissimè : *La liga se adoraba por Dios, y la fortuna con liga ; porque los ambiciosos siempre andan à caza de la fortuna, si acaso pega.*

Ruth. 1. 12. 2 *Revertimini & abite* sunt voces emphaticæ Tautologiæ nostræ. Ideſt, Abite, & unde abitis, nunquàm revertamini. Quorsus reversio, si fuga ? Utquid in cursu fuga, si fugæ recursus ? Respondet estò sudans, ambitu percitus, eundem in cacumen trudens impetu lapidem, ut aliquando possit venire in dignitatis cacumen : etenim cùm illam totis viribus ambiat, & assequi honorem tendat, à quo sæpe expulsus amandatur ; abit victus & tristis, verùm in illum revertitur : insistit & insistet improbissimè ambitiosus, quousque hæreat fortunæ viscus. Lapis igitur ibi undecunquè movebitur, etsi mundus obvolvatur. Manil. 1. *Astron.* v. 267.

Impingunt usquequaque in eundem lapidē, nec ictu recipiunt mentem.

Quippe etiam mundi faciem : sedesque movebit
Sidereas, cœlumque novum versabit in orbem.

Manil.

Labores dicet delicias, ac suavissimas molestias : subibit universa pericula, sustinebit onera, prætermittet scandala, devorabit opprobria, feretque in humeris saxum, etsi prænoscat iterùm præcipitium. *Hinc cervicosus furor animositatis* (inquit Bernard. de *Conversion. ad Cleric.* cap. 8.) *hinc suspiciosus labor anxius, hinc livoris crudele tormentum, hinc invidiæ miserior, quàm miserabilior cruciatus.* Siccine ambitiosus æstuat dignitatem desiderio, nec refrigeratur usu : etenim vel ut indignus cupitæ dignitatis tangat ostia, flocci seu nihili reputat aliena damna.

Artes & exercitia ambitionis.

Bernard.

3 Medicus sanare nequit, cuius ægritudinem non videt : & in paralytico quodam ambitus cœlestis medicus, ut expelleretur morbus. Diligentia facta in remedium paralysis, est indicium ambitiosi infirmitatis : igitur homines ita in languoribus miserabiles, ut acriorem contrahant infirmitatem, eodem modo quo alij restituuntur in salutem. Rei articulus ita se habuit : In domo quadam cùm Assertor N. esset, quæ multitudinem concurrentium non capiebat ; *venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui á quatuor portabatur : & cùm non possent offerre eum illi præ turba ; nudaverunt tectum, & patefacientes submiserunt gravatum, in quo paralyticus iacebat.* Ita Marcus : apud Lucam, *Per tegulas summiserunt eum.* En theatrum ambitiosi pectoris, & pravæ in indignum affectionis : equidem cùm fautores incumbant in honorem dilecti, nec curent de meritis consulentes dignitati ; ut electores fallant, moribus ægros habiles valdè commendant : extollunt, laudant eximiè : sed electores mœrent & summo rubore ; assumptum in ministerium, inveniſſe paralyticum. Pende, *Offerre eum illi.* Offertur quod æstimabile ad munus, ut muneri ex ministro proveniat honos. Qui offertur paralyticus est, sine motu & sine sensu, & sine ullius facultatis exercitio ; ut clareat quàm cæca hominum erga affectos affectio : equidem in munus offerunt ut quid pretiosum, hominum (si homo) inhabilem insensatum. Paralyticus magis est ut ministretur, quàm ut ministret. Hoc ipso intuitu affectio in illum honorem ambit : etenim non commendat dignitate servitutis, sed duntaxàt in quæstum servitute dignitatis. Nostrates : *No paro servir al oficio, sino para servirse del oficio.* In huiusmodi muneris usum, paralytici habiliores in ministerium.

Marc. 2. à v. 3.

Luc. 5. 19.

Error electionis, affectionis intervenu.

Affectio cæca.

Quodnam onus dignitati ex electione indigni?

4 Prætereà : Erigi volebat, qui iacebat fovens lectulum ; sed se cognoscit indignum, & quærit manum opitulatricem, ut possit cupiens adipisci aliqualem erectionem. Per se non valet, sed valere concupiscit. Ambit per alios, in honorem portaturos ; & nescio an faciant, quia fatus miserantur, vel ne continuò implorentur. Paralyticum portant, minimè ut illi credatur munus, sed ut grave quantocyiùs deponant onus : igitur grave humeris & molestum, in erectionem officij portare indignum. Singuli non valebant, quia pondera demeriti validas vires gravabant. Nec bini societati possunt in gravitatem ponderis : difficilè erigitur in honorem

Onus molestum, portare indignū.

norem inhabilis; cuius difficultas innuitur, si necesse in erectionem, quòd à quatuor portaretur. Qui portabant, iacentem cognoscebant, & dignissimè iacere; erectione desperatà, quoniam paralysi inidoneus ad omnia. Ex erectione, immunes essent gravamine, quod deponere affectum volebat cor, quantumlibèt portantes procederent sine spe: etenim tametsi instasset in erectionem affectio; nequibat esse indigni nisi miraculo. Auctoritate portantium spes fovebatur paralytici, quasi erigi posset duntaxàt auctoritate. Unde spes pupugit animum? Quia portatores *ascenderant suprà tectum.* Secum ferebant ut inferrent, ac ingredientem erigerent; quod est meritis despectis, eligere connexiones, per quas multi collocantur in fastigio, & plures, quippe à pluribus, collocantur in infernò: baiulisque ascendentibus cacumen tecti, qui omninò ineptus etiam cogitat ingredi; ut erigatur per merita aliena instantia, cuius merita nulla: quandoquidem ascendere nec somnia cogitassent, ni portatores ascenderent. Aliquid ex usu callidissimè tentant, ut affecti indignum introducant. Expectare quibant, ut egrederetur è domo, tuneque erectionem largiretur languido. Quorsùm ergo tantus labor trahendi, elevandi, & summittendi morbosum, nudantibus domus tectum? Haud arbitror, tantùm quia impatiens affectio; sed quia aliter frustraretur ambitio. Prælatus quàm in munus, quasi in domum ingreditur, subditos non cognoscit: dum egreditur, optimè callet: & nequaquàm expectant, quòd egrediatur, ne erectio infirmi frustretur: etenim haud toleraret in erectionem ambitum, si cognosceret indignum.

Luc. quò sup.

Indignorũ merita portantiũ gratia.

5 Ulteriùs: Erat ostium apertum, sed à turba præoccupatum. Cuncti sciebant paralyticum portari; & conatum trahentium, ut posset ingredi & erigi: multa sanè & nota, quando impedit turba, inferri in erectionem demerita: igitur prudentiæ officium, cùm inferrent ineptum, claudere ostium. Inferendus est, & erigendus etiam arcente ratione. Portatur enixè: modò non hàc, ascendet aliunde; dignitas inde, estò clausa sit ianua; quo elucet affectio cæca sine iudicio, proculcatà iustitia: equidem patebat portari indignum, cùm non haberet regularem ascensum. Factum est, cæterùm qua? *Per tegulas summiserunt.* Per tegulas? *Et nudantes tectum*: igitur haud consideratur damnum, modò tumoperè inferant in erectionem ineptum. Quis enim cogitaret nisi infatuatus huiusmodi ostium? Iam quod impervium est planum: etenim dum instat morsus reflagrantis ambitionis, & propositum insanæ affectione voluntatis; si invenerit portas clusas, illum inferent per tegulas. Vigilanter dialecto nostrà: *Aun con mil lacras, y plagas indignas, si hallan cerradas las puertas, le meterán por las bardas.*

Ostio à iustitia clauso, aliunde aperit ambitio.

6 *Quinque porticus* habet Ecclesiæ piscina, ut homines ascendant in Ecclesia: sanctitatem scilicèt, sapientiam, prudentiam, zelum animarum, & perfectionis exemplum. Audite Domini verbum, qui ingredimini per portas has, ut adoretis Dominum. Alias quinque porticus extruxit ambitio prava; ut ampliora ab indignis præoccupentur Ecclesię sanctæ subsellia. In his iacet *multitudo magna languentium: cæcorum, claudorum, aridorum expectantium*: igitur expectant, qui ministeria non propter Christum, sed propter se gerunt: non per Christum, nec à Christo eliguntur; sed per suos, vel à se etiam repulsi iuvantur sine sanctitate, sine vitæ perfectione, sine scientia, sine iudicio, protrito animarum zelo; quia tantùm ducti infularum crepitaculo. Anselm. in Carmin. de *Contempt. mund.* v. 128.

Ioan. 5. 2.

Quinque portæ meriti & demeriti.

Vers. 3.

Anselm.

Avertunt oculos, renuuntque videre profectò:
Non norunt quid sint cernere, sed quid habent.

Porticus prima est porticus Regia: nimirùm ostium in honorem dignitatum per gratiam Principum. Secunda est aurea porta, per quam ingrediuntur ad munera munera. Tertia est porta sanguinis & cognationis; per quam stolidi qui ingrediuntur Præsides: equidem non considerant consanguineos satagentes electionis, facultatibus plus inhiare dignitatis. Quarta porticus est adulatio amoris proprij fomes, & etiam indicium cæcitatis mentis: igitur nescitur, ab assentatoribus non plaudi, quod Principes sunt, sed quod decet esse: non celebrari factum, sed quod debebat fieri. Ultima porticus est amplissima, per quàm certatim ardeliones ingrediuntur in amplas dignitates: nempe detractio ac delatio, iurgia & discordias seminantium, ac suum respicientium commodum: quippequam nec auderent hiscere, si noverint displicere: Princepsque sine reflexione eis confert sublimiorem honorem; quia ab eius pectore continuò abegerunt pacem.

O Principes! O Præsules! Vigilate, ne caliget oculus, siquidem inimici hominis domestici eius. Vide alia apud Salmeron, *Tom. 7. tract.* 14. num. 17. & Alapid. in Ioann. 10.

7 Hìc iacet multitudo languentium, verùm erigi cupiunt, proprium tametsi cognoscant morbum. Vitia fovent, mores placent, & similibus ulceribus munera intendunt subtrahere floridissimis virtutibus. Cur igitur non imitantur munerandas virtutes, si harum appetunt honores? Dicit Textus. Motà aquà, ex tot languentibus sanabatur unus: *Sanus fiebat á quacunque detinebatur infirmitate.* Quia aliquando & miraculo, qui iacuit erectus homo; arbitrantur iacentes posse erigi, quanvis existant gravati à quacunque infirmitate. Unde cùm exempla indignorum indignos moveant, ut dignitates ineptissimi ambiant; languentium urget multitudo & multitudo, morbus & morbus, quippe aliquando sanabatur unus. Vide dicta *Tom. 4. Tautolog. 6. Didascal. 3. num.* 12. Hinc fax in Marci præfatum textum. *Nudaverunt tectum, & patefacientes submiserunt grabatum.* Per tectum ingredi, notat demeritum ingredientis, & dignitatis raptoris: portantesque indignum muneris notantur audaciæ in denudatione tecti; quoniam summus affectionis præcipitis ausus, aperire indignis ostium, quod erat prorsùs occlusum. *Nudaverunt patefacientes.* Malum, quod esset in ingressum ostium, illudusque iurè impervium; cæterùm peius, quòd maneret patefactum: aperiebat enim impetè ambitio, quod præcluserat ferro & repagulis ratio; ut nemo ingrederetur in sedem honoris, ni per honoris ostium ingrederetur. Ostium honoris sunt scientia, prudentia, virtutes, merita, dotes. His ostiarius aperit, & introrsùm manuducit. Ostium ambitionis, non est ostium, sed foramen in cuniculum; scilicèt, gratia Principum, facies munerum, &c. quæ dicuntur connexiones, queis inepti apparent habiles, etsi detineantur horroribus paralypsis. Via honoris per merita, quia salebrosa & aspera, omninò aclivis. Via dignitatum per vitia & affectus connexiones, prorsùm proclivis ac facilis: ægrèque fertur, quod ægri baiuli tectum domus aperirent; ut dignorum valentium dotes & merita iugularent: quandoquidem nemo intrabit ad dignitatem per ostium; si meritis vident clausum, & vitijs ac gratijs aliud sublimis ostium apertum. Hinc à Davide dicitur huiusmodi sedes *Cathedra pestilentiæ.* Aptissimè. Hoc vitium lues est. Ex ambitione & pruritu dominandi & excellendi, ut hìc infit Augustin. *Morbus latè pervagatus, & omnes involvens: cathedra pestilentiæ pernicioſa doctrina, cuius ſermo ut cancer ſerpit.* Quorsùm ergo in merita sudatur, si honor faciliùs gratià aut muneribus emitur? *Nullum est maius meritum, quàm gratiam invenire regnantium*: inquit Cassiodor. lib. 1. *Epist.* 43. Hæc sunt merita, sed non meritorum ostia, & in ruinam Reipublicæ pestis cathedra: igitur ambitio itidem uti pestis grassatur; quùm indignus odiosè per connexiones ingreditur.

8 Electores & Præsides huiusmodi corruptelæ minimè librant incommoda, queis merita simul iugulantur & iustitia; sed considerat Bernardi zelus Religionis & amor, ut iudicij iudicandi, ordinisque distributionis sit tenor. *Contendunt invicem Superiores constitui, atque alterutrum supergredi, inanis gloriæ cupidi* (ex Paulo sumit) *invicem provocantes, invicem invidentes.* Ita serm. 23. in *Cantic.* num. 7. de quibus etiam agemus hìc *T. 3. Didasc. 6. num.* 3. Non hìc directè Bernardus invehitur in ambitiosos, sed in indignos muneris per ambitionis effectus: iccircò dicit *invicem*, siquidem non habentes merita sedent contagio in pestilentiæ cathedra; quoniam alij inepti, doctrina corrupti, consulentes sibi & non honori, ingredi intendunt, quà alij ingressi sunt indigni: arbitranturque eximium habuisse meritum; quia gratiam invenerunt eligentium ad lubitum: *Igitur quibus fas est, de cunctis optimos quærere, videntur ſemper meritos elegiſſe.* Non eligunt, sed elegisse videntur, quippequàm cercopitheci in cadurcis dignitatis ostentantur. Claudian. 1. in *Eutrop.* à v. 303.

Ludibrium menſis erecto pectore dives
Ambulat, & claro ſeſe deformat amictu,
Humani qualis ſimulator ſimius oris.

9 Pendamus ergo Pauli verba, equidem profundissima, *Inanis gloriæ cupidi.* Meritò dicit, ubi sine gloria meriti; ubi gloria est ignominia: etenim cùm dotes veram efficiant in dignitate gloriam, efformentmerita eucliam; sine dotibus & meritis, gloria honoris gloria inanis. Est gloria picta, quia picturæ gloria, cuius prætiositates, ut proculcentur iurè, constant ex umbris. Nequit esse pulchritudo, quam formovit carbo; nec candor dignitati

Vers. 4.

Ab indignis, quia aliquando indigni erectio; ſemper præſumitur exaltatio.

Peſſimum, quod clauſum, indignis aperire oſtium.

Merita eligerentur, ni daretur aliud oſtium.

Pſalm. 1.1.

Auguſtin.

Caſiodor. *Connexiones faciliores meritis.*

Bernard.

Effectus collatæ dignitatis indignis per connexiones.

Caſiod. Ibid.

Claudian.

Galat. 5. 16.

In indignis à dignitatis gloria oſtenditur ignominia.

tati ex corruptelæ nigredine. Unde qui immeritò cacumina dignitatum in gloriam cupiunt, inanem cupiunt, dum capiunt; quippe ſplendore marceſcunt, nitore cæcutiunt, aſcenſione deſcendunt, patientes luminoſam eclipſem, quùm oſtentant gloriabundi dignitatem. Quid mirum, ſi gloria ſit inanis, comite duntaxàt vanitate oſtentationis? Dignitates enim illos uti indignos dedecorant, honores maculant, ſplendores devenuſtant; quoniam quod meritis ſummè conciliat æſtimationem, indignorum cerebri manifeſtat vacuitatem, Iunius *Embl.* 16.

Ventoſas pueri bullas per inane volantes
Prendere dum ſatagunt, opus exit inane:
Qui varia atrectat ſtudia, aut venatur honores,
Ambiguos, pueris nil ſtultior ille eſt.

Adrian. Iun.

10 Ulteriora, ut magis accedamus Didaſcaliæ inſtituto. *Invicem invidentes.* Utinàm exularet huiuſmodi deteſtabilis emulatio, quam nutrit uberibus indignorum ambitio, ſequentium veſtigia in dignitatum collatarum viam; ut eandem inanem conſequantur gloriam! etenim ni indignus dignitatem obtineret, alter qui indignus non cuperet. Ille & ille utitur connexionibus, Principum precibus, qualitate & quantitate donorum, gratia adulantium mulciminum, & denique beneficio delationum; quibus artibus ſæpè arripientes inſidiantur honoribus. Ergo horum unus honorem nanciſcitur, & alter ab honore repellitur; ſeſe vocans infelicem, dum ille alius adeptus eſt dignitatem: invicemque invident indigni indignis, dum illos vident in cacumine honoris, cum fortunæ querimonia; quippequàm in utriſque merita æqualia.

Cur indigni indigni invideant?

——— *Secum petulans amentia certat.*

Claudian.

Ut ait Claudian. quò ſupr. v. 237. igitur in cogitationibus ſine intellectu, neſcitur an impudentior, an petulantior, an ſtolidior huiuſmodi cogitatio. Aliquid ex muneribus eſt furatus, dum occurrit in riſum puerorum munus; ſed non tantam dignitatem, qualem ſurripuit, quem cognoſcit indigniorem. Quodnam dignitatum decus, ubi indigni ad invicem ſe cognoſcunt indignos? Quod nihili ſeſe amantes; alij furfuris eiuſdem, pluris ducunt invidentes. *Nunquam erit felix, quem torquet felicior*: infit Senec. 3. de *Ira*, cap. 30. Minus habent, quàm ſperabant, quia plus ſperabant, quàm debuerant: & invident invicem, invicem alienum conſiderantes honorem; quia in raptum concupitæ dignitatis, maiores ſingulis videbantur connexiones: ſi crimina merita, non æqualia, ſed ampliora crimina. His conſtat indignorum exaltatio, qua *pennas* extendunt *maiores nido*; uti ſuccinit Horat. 1. *Epiſt.* 20. v. 21.

Senec.

Horat.

11 Quæ ſunt potiora ſequamur. *Invicem* ſunt *invidentes*, & etiam ſunt *invicem provocantes.* Merita ſunt laboris in optionem muneris; & inepti cupiunt munus, non meritorum labores. Citiùs pervenitur in optata per compendium munerum & gratiarum, interventione primatum; quàm longiſsimo itinere, claudo pede meritorum. Propendent magis ingenia humana in connexiones futiles, quàm in eximias præclariſsimas dotes; quoniam dotes indignorum ſunt affectus conciliati; pignoribuſque muniti: & dum ſiccine habentur affectus, habetur meritis munus. Aperitur occulta his tantum meritis ianua, vel lachrymante iuſtitia, per quam ingrediuntur ſedere in maieſtate throni, qui indigni propter venena morum debebant ſerpere: unde aſſequentes indebitum honorem, inepti ineptos provocant invicem; quia pervenire in dignitates ſatagunt, ſicut alij indotati feliciter pervenerunt. Fortuna pulſanda eſt, à qua (ut innuit Seneca, *Epiſt.* 118.) certum eſt, *Catones repelli, Vatinios fieri.* Dat cenſus honores: & qui incommendabiles, propter recommendationes, vel propter commoditates; quia invicem invidentes, ſunt invicem provocantes; quoniam præbentes faſtoſè alijs ineptis exemplum, invitant indigno honore in ambitum dignitatum. En portatorum paralytici effectus atque conatus, ut introduceretur paralyticus. *Nudaverunt tectum patefacientes.* Congruit dignitati meritorum, non aperire, quod tectum; indignis electis, & dignis in angulo propudioſè relictis. Qui per ſe nequit nanciſci ingreſſus; quoad poteſt, ambit connexionum gradus: etenim proprium hominis lapſi, erigi & aſcendere velle. Eunt indotati, inhabiles, quà inhabiles eunt; non qua eundum. Modò non aliud oſtium niſi meriti, non aſcenderent aliundè: cæcique vel obcæcati affectus perſtiterunt infirmi portitores, tectum connexionum indignis patefacientes: igitur cupidi honoris omnes ingredi averent per meritum, ſi oſtium inſpicerent connexionum clauſum.

Quomodò mutuò ſe provocant?

Senec.

Merita munerum indignis ſunt compendiũ meritorum.

Marc. ubi ſupr.

Digni eſſent, qui ſunt indigni modò decretum, connexiones repelli.

12 Indotati ambitio repellens merita, in cunctis etiam obvijs inquirit oſtia: aptaturque verſipellis cunctorum moribus, an

aliquomodò per aliquem aliquando detur ingreſſus : equidem oſtium niſi per meritum adæquatum, & tectum eſt & obſtructum. Lenis, faciliſque movetur:dum pungitur non iraſcitur : ridet vafer ex morſu: celeri deguſtat ſingula ſenſu : nihil avidis differt, & ſeſe vel non poſcentibus offert: omnium mancipatur officio, & applaudit ingenio: ſi aliquid ab illo difficile, gaudet potentiâ flecti.

Simulatio & diſſimulatio ambitioſi.

Nec minus & ſcelerum facie, rerumque tumultu:
Mille alias rerum ſpecies in ordine ducet:
Forſitàn ipſe etiam geſtus referetur in actis.
Et ſua dicendo faciet; ſoluſque per omnes
Ibit perſonas, & turbam redibit in imam:
Omnes fortunæ vultus per membra reducet.

Manil.

Manil. 5. *Aſtronom.* à v. 469. Verùm quorsùm? Attonitus expectat. Olim, ut perhibent Plutarch. in *Corolian.* & Textor, 3. *Officin.* cap. 3. qui magiſtratus petebant, candida utebantur veſte (qua de cauſa *Candidati* dicti) & vulnera vel cicatrices vulnerum oſtendebant, vel in ſuffragantium illicium oſtentabant : quippe erant pretioſa merita, accepta ab hoſtibus pro Republica vulnera. Candidati ambientes demeritis dignitatem, mutant quandiù ambiunt, colorem ; ſed celantes vulnera morum, ne agnoſcantur per veſtigia cicatricum : equidem ſi innoteſcerent ſaltem cicatrices ; valeret minimè apparentia candoris.

Habitus candidatorum.

13 Appoſitè Seneca, *Epiſt.* 118. *Manus oſculis conterit, quibus deſignatus contingendam manum negaturus eſt.* Nunquàm unus, nec æquàlis : vel proiecti animi omninò ſervilis, vel tumidè inſoleſcentis. Apparuerunt vulnera, quæ ambitu occuluit expectatus honor ; & evanuit honore aſcititius atque ſimulatus candor. Obliquè mordet Tacitus de *Orator.* cap. 13. *Quid habent in hac præſenti fortuna concupiſcendum? An quòd timent? an quòd timentur? Quod cùm quotidiè aliquid rogentur, his quibus præſtant indignantur? Quòd alligati cum adulatione, nec imperantibus unquàm ſatis ſervi videntur, nec nobis ſatis liberi? Quæ hæc ſumma eorum potentia eſt? Tantum poſſe liberti ſolent.* Qui ſervi, neſciunt & neſcient non ſervis ad amuſsim dominari? Non dominantur ſed ſæviunt.

Senec.

Tacit.

Utque feræ tigres nunquàm poſuere furorem.

Lucan.

Adinſtar Solis ſunt: haud fas videri, diſcernique radijs vultu, niſi in ortu, aut in occaſu : vel dum acriter ſtimulantur dignitatis ambitione, vel dum expelluntur à feſſa ac oppreſſa dignitate. *Quæ cupiditates irritant, deprimunt quoque animum & labefactant : cum videntur attollere inflant, ac multâ vanitate deludunt.* Ita Senec. *Epiſt.* 76. Tactâ manu fronte, quæ illuduſque plena caſeo, bardæ Minervæ tomento, ſale prorsùm inſipido, atque cornea ſine cerebro ; impetè reſurgit Plato. Effutit inopinam miram ſapientiam, qui nec cognovit à longè literaturam ; ſibique ventosè applaudit, quùm magis deſpit. Qui Marcelli? Loquaces & nomina vana Catones. Qui uti inſignes præconizati à mundo? Cato demiſſus è cœlo, arcanaque introſpicit, qui emungere nares neſcit; cenſens per dignitatis rapinam, de cœlo infuſam ſapientiam, & occipite vacuo Minervam natam.

Cur inſtar Solis?

Senec.

Eius inſolentia, præſumptio & arrogantia.

14 De Philete Ptolomæi Philadelphi præceptore, refert Cœl. Rhodigin. *lib.* 11. *cap.* 13. adeo veſco, imbecillique corpore fuiſſe, ut pedibus plumbeas annecteret pilas, ne à vento percelleretur. Hinc Politian. in *Nutric.* accinit:

Quis Philetes?

—Quanquám veſtigia lento
Fulta gravat plumbo.

Angel Polit.

Quod arbitror fictum, in ineptis honorum furibus, dignitate Thraſonibus, apparet verum: igitur ita levitate laborant vel corpore (imò cranio) craſſo ; ut mirum non rapi à vento, quo ſtultiſsimè crepant, ut buccas impleant. Conſiderandum in Senecione exemplar. *Hic* (ut ridet Marc. Senec. *Suaſor.* 2.) *ingenij confuſi ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere ; adeo, ut huius rei morbo & teneretur & rideretur. Credatis mihi velim non iocanti : eò pervenit inſania eius, ut calceos quoque maiores ſumeret. Omnia grandia probabat : inſiſtens ſummis digitis exclamabat;* additque Cœlius d. *Quo grandior videretur.* Tunc enim videbatur minor, dum cupiebat apparere maior ; etenim illa phantaſiæ ſtatura conſtabat ex apparentia. Ita ergo qui omninò puſillus, nec à Minerva, nec à ratione, ſed duntaxàt à ſtoliditate cognitus, ita inflatè procedit papalardus ; ut illum nec capiat incedentem mundus. Pungatur uter, ut effluat aër. *Video (quod magis doleo) poſt ſpretam ſæculi pompam, nonnullos in ſchola humilitatis ſuperbiam magis addiſcere, ac ſub alis mitis humiliſque magiſtri, graviùs inſoleſcere ; & impatientes amplius fieri in clauſtro, quàm fuiſſent in ſæculo : ut quia videlicèt, ubi á pluribus honores appetuntur, ipſi locum habere non meruerunt ; ſaltem ibi honorabiles*

Senec.

Senecionis mania.

Cœl. Rhodig.

Bernard.

Mores ante & poſt raptam dignitatem.

Origo ambitionis unde?

biles videantur, ubi ab omnibus honores contemnuntur. Circumeuntes provincias, & curias frequentantes, Regum notitias, Principumque familiaritates assecuti (late invectio, *T.6.n.46.*) *Nec aliunde hæc omnia mala contingant, nisi quod illam (quæ sæculum deseruimus) deserentes humilitatem; dum per hoc cogimur denuó sectari studia sæcularium, canes efficimur revertentes ad vomitum.* Hucusque Bernard.Homil.4. super *Missus est*, num. 10.

15 Ambitio virus humanæ conditionis est, quod suxit à serpente in delicijs paradisi, quo tota natura corruit, atque diabolus prævaluit. Honores pyxides sunt, queis propinatur vel sitientibus vel non sitientibus aureum venenum. Qui non sitiunt, digni sunt: erga illos in regimen aliorum Dei eligentis apponitur cor; quorum electio grata, quoniam omnibus numeris iuxta voluntatem Dei. Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Qui indotati sitiunt: patetque virus bibisse, quippe intumescunt. Brevi prælibanda historia Pauli in Melita, eò quod fusè pendenda *T. 6. Didasc. 3. á num. 16.* Illuc cùm naufragus appulisset, & sarmenta in ignem traheret; vipera insiluit, & manum eius momordit. *Barbari existimabant eum in tumorem convertendum, & subitó casurum & mori.* Facilis tropologia, igitur qui tumet, claret morsus à vipera. Ambitione vipera dæmon pungit pectus humanum, obijciens in honoribus venenum. Haud facilè discernitur, an dignus vel indignus in fastigium dignitatis assumatur. *Verisimè iudicari* (inquit Plin. in *Traian. panegyr.*) *meruerit quis honorem, nècne, quùm adeptus est.* Quid ex adeptione in cognitionem meriti vel demeriti? Totum, quippe in honore præbibitur venenum. Si dignus habet, non nocet, quia constat muneris in munere dignus: Qui indignus apparet tumore plenus: igitur lucet indignè dignitate bibisse toxica, ex ipsamet honoris intumescentia. Minimè tumeret honore glorioso muneris, si clareret gloriosus dotibus alexiterijs. Tumor ex viperæ morsu exponitur in textu, casus & mors. Venena sanè ex dignitate bibunt, qui in dignitate tumescunt. Ibi ascensum collocant, ut cadant: equidem ex tumore elucet casus, qui per venena iudicabatur ascensus; dato in propudium solio, cùm desinat in præceps indignissima exaltatio: quippequàm ascendentibus in dignitatem, virulentissimos liquet elatos fuisse serpentes. Tumorem casus é culmine comitatur, casum mors acerbissima sequitur. Iusta profectò pœna ambitionis, electis præ connexione virulentis indignis: igitur iustum, quòd à dignitate morerentur, qui pro dignitate incessanter moriebantur.

Indigni muneris muneris sitibundi.

Actor. 28. 6.

Plin. *Unde in bonorem elatus clareat dignus vel indignus?*

Indignus patet, qui bonore tumescit.

16 Unde talis, tantique veneni serpens causa, ut pereat sæpe Respublica? An ambitus indignorum? Aliquomodò, sed urgentior (ni fallar) ambitio suffragantium. Ambirent minimè, modò scirent expelli: at impotenter totis viribus ambiunt; quia præbent & non gratis ingressum, qui præ munere ac iudicio debebant claudere ostium. Haudquaquàm fronte apertà apertoque Marte repellere possunt ambientes, qui ambitionibus fovent ambitiones: etenim ad propria vota ostia pervia non haberent; ni propter quæstum ex ambitu ostia indignis aperirent. Dum hæc audio, quid si video? non tantùm doleo; sed totà animà tabesco. Fastidiunt interventiones, etsi grandioris auctoritatis, à queis non pendent: inhiant illorum, queis indigent: indignosque atque notos indignos in honores introducunt; quia indignorum bardorum ambitum ambiunt. Frequens in Scriptura stylus pro apparatu & sumptu magnifico dici *Ambitio nimia*, *Ambitio magna*, 1. Machab. 9. 27. *Ambitio multa*, Actor. 25. 23. Hebraismus & Hellenismus est *Ambire ambitum*: uti videtur ad illud, 1. Reg. 23. 26. *Ad modum coronæ cingebant*: & Psalm. 117. 11. *Circundantes circundederunt*: ubi, *Ambitu & Ambitum ambierunt.* Haud facilis captu esset pleonasmus, ni ingenio ambitionis obijceretur expositus. Dignitas ambitur, non ambitur ambitus dignitatis. Ambiunt honorem, qui petunt in illum introduci; aliter tamen & aliter; alij ut habeant præcupitam dignitatem: alij ut habeant sublimiorem, quam adipisci non possunt, ni indigni pet illos introducantur; quia connexiones, ac interventiones ad infima, in superioribus sunt gradus ad superiora: verèque de illis dignitatem ampliorem ambientibus, indignosque honore dignantibus, dicitur ambire ambitum; quippequàm ambiunt ambitum execrandum indignorum. Hispan. *Pretenden por pretender, que pretendan; y por pedir acreedores, que pidan.* Magna utique, multa, nimiaque ambitio, quæ utitur reflexæ cogitationis ingenio; & propola exhibet beneficium, ut piscator honoris vertat in hamum: igitur excedit ambitiosi pectoris sitim, ambitionem in-

Cur ambitus indignorum nec exerantur nec puniunt Superiores.

2. Paralip. 16. 14.

Quid sit ambitum ambire?

Ambitiosus ingratus & improbus.

quirere in ambitionem; ac ut merita offerre pro futura dubia gratia, gratiam collatam in ineptorum demerita. O quantum est in rebus inane! Cor eorum vanum est. Intelligite Præsides, & erudimini in iudicium, qui iudicatis.

17 Tametsi plus iusto protrahatur Didascalia; illustrandum est nobile testimonium, quod sæpe factum. In throno quo sedebat, qui sedebat; plura mirifica
Apoc. 4. 2. visa: in sede *& supra sedem sedens*: qui intendit maiestate in sedis maiestatem, pro maiestate haud inquirit aliam sedem. *In*
Vers. 4. *circuitu sedis sedilia vigintiquatuor, & super thronos vigintiquatuor seniores sedentes.* Etiam ibi erant quatuor animalia; sed intendendum, quò erant. Quatuor ani-
Vers. 6. malia *in medio sedis & in circuitu sedis.* Perpende. Si in sedis medio, proculdubiò erant in throno: extrà etiam erant, si erant in sedis circuitu. In circuitu sunt sedilia seniorum; at sedent in sedibus, collocatis in circuitu: cur ergo animalia, si in sedibus seniores, sedent in circuitu sedis? Exhibetur in throno præclarissimum theatrum, quo elucet ordo suffragantium animalium & prudentium. Inferior erat turba respectu superiorum animalium: animalia respectu seniorum. Seniores denique respectu sedentis in superioribus: de senioribusque dicitur sedere in sedibus,
Præsides digni sine ambitu, cum ambitu stolidi. cùm essent animalia in sedis medio, & quasi extrorsùm in sedis circuitu; quia respectu seniorum suffragantium in iustitia, pro sedis gloria, animalia semper extrà. Non ambitum ambiunt, sed circunspectè librant merita in dignitatem; licèt videant Superiorum animalibus faventem: equidem haud concordant grammaticè (quid politicè, in medio glorioſæ sedis) *Animalia* & Superiores. Hinc animalia *in medio sedis, & in circuitu sedis.* Quo pacto? Instruxit ambitio. Sedes est expressio muneris iam ingressorum in gloriosam maiestatem. Circulus sedis est ambitus in meditatam maiestatis sedem: apteque notatur, animalia habere sedem, & etiam sedis circuitum; quia ambientium ingredi, ambiebant viribus ambitum, ut per Superioris gratiam & inferiorum gradus, possent ascendere estò animalia superiora superiùs. Hoccine officium est superiorum animalium, quippe animalium officium: albis visceribus repelletur amicus præclaris instrumentis dotatus, virtute optimus, apprimè muneribus ingenij atque genij instructus; introduceturque hostis & moribus pravis, fracta ab animalibus suffragatoribus lege; modò amentiâ aut desipientiâ arrideant vel leviter Superiori.

18 Iam nota corruptionis morum ac meritorum causa, ut ab his quorum interest, arceantur crimina; consulaturque honori dignitatum, atque dignitati munerum: etenim servato distributionis ordine & tenore iustitiæ, dignitates florebunt, meritorum virtutes germinabunt, digni honoribus pollent, & indigni nequaquàm insolescent. Subit mentem, quo intuitu SS. Doctor N. Benedictus, conatus tot instrumentis Monachos arcere à malo; non dixerit (cùm ambitio sit gravius malum) *Non esse ambitiosum.* An subticuit, quia arbitratus uti imposibile, quod cadere quiret in cogitationem Monachi? Alia rimor. Dixit (tangor) & præfixit legem, dum præmisit: *Non esse superbum: non detractorem*: igitur impossibile, esse ambitiosum & non esse detractorem & superbum; ut alios deprimat, & se sine virtute supra virtutem extollat. Anselm. de *Contempt. Mund.* v. 123.

Ambitiosus detractor & superbus.

S. Bened.

Sunt quos falsus honor iuvat, & peritura potestas:
Seque putant aliquos, quòd loco celsa tenent.

Anselm.



TAU-

TAUTOLOGIA TERTIA.

FUIT VIR UNUS. 1. Reg. 1. v. 1.

EXPOSITIO LITERÆ.



Agni non niſi ex magnis, dicit Plutarch. in *Scipion. Afric.* Unde illud tritum Horat. 4. *Carmin.* Od. v. 29.

Fortes creantur fortibus, & bonis. Horat.
—Nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina ſed vim promovet inſitam,
Rectique cultus pectora roborant.

Ita è viris magnis inclytus Samuel. *Meliores ex melioribus naſci*: aſtruit Ariſtotel. 3. *Politic.* cap. 8. Dotes, inſtrumentaque præclara referuntur parentum; quia tales habere debuit maiores ultimus Iudicum Samuel præſtantior omnibus; ut non repentè conceptam, ſed à maioribus acceptam, & ipſo infuſam iure naturæ, probitatem mirarentur univerſi: ſiquidem illi nobilitas propagata, & ſæculari poteſtate ſublimis, & religionis ſucceſsione venerabilis; ut aliò dicebat Ambroſ. lib. 1. in *Lucam*. Erant enim ambo iuſti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine qüerela. Ariſtotel. *Nobilitas & virtus Samuelis.*

Quod ſi nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus, atque omnes redeunt in ſemina cauſæ;
Quis venerabilior ſanguis? Quæ maior origo? Claudian.

Si cœlum etiam aſtruit, probata virtus ſplendet. Mater ſterilis peperit, ut videretur cunctis partus miraculum: iccircò Summus Sacerdos Heli dixit Annæ puerulum offerenti, ut refert in *Antiq.* Philo Bibl. *Per hunc iuſtificata eſt mater tua, ut ſtatuas prophetiam populis, & lac mamillarum tuarum conſtituas in fontem duodecim tribuum.* Phil. Bibl.

2 Pater Elcana erat de tribu Levi, uti dicitur, 1. Paralip. 6. à v. 34. *Samuel filij Elcana, filij Ieroham, filij Eliel, filij Thohu, filij Suph, filij Elcana, filij Mahath, filij Amaſai, filij Elcana, filij Iohel, filij Azariæ, filij Sophoniæ, filij Thahath, filij Aſir, filij Abiaſaph, filij Core, filij Iſaär, filij Caäth, filij Levi, filij Iſraël.* Seriem eandem ducit Serarius in cap. 1. lib. 1. Reg. De ferè omnibus his Samuelis maioribus ſolùm ſcimus ex ſacra pagina nomina: De Abiaſaph, fuiſſe unum ex filijs Core, qui abſorpto patre à terra, ſtante cum uxoribus & liberis in introitu tentorij; pendulus miré permanſit, quouſquè terræ recluderetur hiatus: quare Numer. 26. 10. 11. dicitur: *Factum eſt grande miraculum, ut Core pereunte filij eius non perirent.* De Elcana tertio, Samuelis patre, nobis eſt ſermo, qui quidem habitabat in monte Ephraim in Ramathah, pòſt *Rama*, ac denique Salvatoris N. tempore, *Arimathæa*; de qua nobilis ille decurio Ioſeph, qui ſepelivit Dominum, averſatus Iudæorum actus & conſilia, ut teſtantur Evangeliſtæ. Deſcribunt urbem Brocard. in *Ieruſal.* Adrich. in *Ephraim.* n. 79. Uvilhelm. Tyrius, lib. 7. *Hiſtor. bell. ſacr.* cap. 22. Maluend. hìc, & primò Hieronym. in Paulæ *Epitaph.* Elcana dicitur *Ephratæus*, haud quia Ephraimita, ſed quia habitabat in monte Ephraim, cùm tribus Levi diſperſa eſſet per omnes tribus Iſraël, in quibus habebant oppida: *Ioſue* 21. & nos latè *Tautolog.* 6. à num. 19. Hoc decretum tam in commodum ſpiritale, quàm in temporale totius Iſraël. Primò ne cultus Dei ad unam duntaxat tribum pertinere videretur: deinde, ut ubique eſſet qui Iſraëlitas doceret quicquid erga Dei religionem decretum, vel interdictum: præterea ne gravarentur alimentis tantæ multitudinis Levitarum; ſed à multis multi ad victum acciperent neceſſaria, de quo *Tautolog.* 5. à num. 10. Alij dicunt Elcana dici Ephratæum, quia ex matre Bethlehemita, quoniam Bethlehem dicta etiam Ephrata; de quo Hieronym. in *Tradit. Hebr.* In Scriptura Ephratæus accipitur aliquando ab Ephraim, *Iudic.* 12. 5. & ab Ephrata, Genealogia Samuelis. Num. 16. 27. 1. Reg. 1. 1. *Cur Elcana dicatur Ephratæus, ſi ex Levi?*

seu Bethlehem, 1. Reg. 17. 12. Quod quidem claret, Ruth. 1. 2. ubi dicitur: *Ephratæi de Bethlehem Iuda*: quod minimè in discrimen signaretur; ni Ephratæus etiam diceretur de Ephraim. Unde Elcana potest dici Ephratæus causa habitationis in Ephraim, & causa nativitatis vel originis ex Bethlehem. Alij denique per *Ephratæus* non patriam intelligunt, sed Elcanæ qualitatem, retenta a Vulgato voce Hebræa pro significato vocis; ut illud Proverb. 31. 24. *Cingulum tradidit Chananæo*: pro Mercatori. Sic vox *Ephratæus*. Ideſt, ut ait Maluend. *Virum nobilem, magnum, præclaræ æstimationis, & auctoritatis, amplis opibus.* Ex contextu enim elucet: si iam descripta Elcanæ patria, dum prolatum *De Ramathaim-Sophim, de monte Ephraim*; quorsum alia designanda patria, nimirùm, *Ephratæ*? Ephratæus ergo ostendit nomen appellativum, ideſt divitem Elcanam, opulentum & auctoratum, inclytum & illustrem; quo intuitu præmittitur, *Fuit vir unus.*

Vox accepta pro eius significatione.

Maluend.

3 Honorificum olim nomen Viri, quippe indicabat virum probum cum mala fortuna compositum; sed semper virum, malis pressum, verùm non oppressum, super omnia & super se mirificè elatum. Homer. 1. *Odyss.* v. 1. de Ulysse: *Dic mihi Musa virum*, &c. quem imitati Horat. de *Arte Poët.* v. 141.

Dic mihi Musa virum, captæ post tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit & urbes.

Horat.

Virgil. 1. *Æneid.* v. 5. *Arma, virumque cano. lib.* 10. v. 597. *Vir Troiane, quibus cœlo te laudibus æquem?* Idem *lib.* 11. *v.* 125. Donatus in *Æneid.* 1. v. cit. subdit: *Præmisit arma, deinde Virum addidit, non ut sexum significaret, sed viri excellentiam, qui Romani Imperij auctor & conditor esse meruerit, qui terrà marique iactatus, multa adversa tolerando, ac ferendo transmiserit; qui Iunonis inimicitias, & reliquorum factiones superavit; quibus talis, tantusque vir evasit Æneas.* Hinc Modestin. in *Præfat.* præmittit:

Virgil.

Donat.

Modestin.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus.

Lucan. 8. *Pharsal*, v. 385. *Et gens quæcunque virorum*: ideſt fortium. Tacitus de Corbulo, 11. *Annal.* cap. 11. *Formidolosum paci* (inquit) *virum insignem, & ignavo Principi prægravem.* Sic igitur Elcana dicitur *Vir*, non sexus discrimine, sed virtute, operum præstantiâ, atque dotium eminentia. *Virtute animi*: Interlin. Emphaticè, sive antonomasicè v. 3. *Vir ille*: quo sensu in Scriptura demonstratur animi præstantia. Deuter. 31. 6. *Viriliter agite*: & v. 7. dicit Iosue Moyses: *Confortare & esto robustus.* Hebr. *Esto vir*: ideſt, fortis, à virtute. 1. Reg. 17. 26. *Quid dabitur viro, qui percusserit Philisthæum hunc?* cap. 18. 17. *Tantummodò esto vir fortis & præliare bella Domini.* Quare ex fortitudine in Scriptura *Vir* sumitur pro milite, aut bellatore; cuius acceptionis testimonia obvia cuilibet. Haud in sensu roboris, seu virium corporis, sed duntaxàt animi ornamentis, Vir dicitur Elcana: claruitque virtus, quùm oblatum munus Iudicis Israël, promptè excusit; etsi sors in illum ceciderit. Magni utiquè animi, magna munera fugere. *Tantùm ab ambitione Antistes debet esse sepositus* (dicitur in Codic. Iustinian. *lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 31.) *ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat. Sola illi suffragetur necessitas excusandi.* Non secùs refert Biblicus, quò supr. de Elcana. *Dixit: Non possum esse Dux super populum istum. Si peccata mea comprehenderunt me, ut supervolaret super me sors, ego me interficiam. Tunc Dominus: Scitote, quia Elcana non potest principari vobis, sed magis filius eius, qui nasciturus ex eo, ipse principabitur in vobis, & prophetabit. Nullus de filijs Phennenæ poterit principari populo; sed natus de sterili, quam dedi ei in uxorem, ipse erit Propheta in conspectu meo, & diligam eum, quemadmodùm dilexi Isaäc.* Fides penes Auctorem sit: at si verum, in nullo alio poterant magis nitere virtutis specimina, quàm in tantæ repulsa dignitatis. Quantum dignitatis onus, quod fugit è cœlo electus! Ostenduntur profectò dignorum dotes non possessione dignitatis, sed meritis. Hinc interrogatus Cato Censorinus (uti in eo ait Plutarch.) *Cur in foro non habes statuam?* respondit: *Amplioris ducitur laudis, inquiri, Quare non ponitur, quàm quare ponitur.* Apophthegma insigne: ut erubescant *plerique quibus magnos viros per ambitionem æstimare mos est.* Ita Tacit. in *Agricol.* cap. 40.

Expositio prima.

Vir pro excellentia viri.

Pro bellatore.

Codex Iustin.

Dignus munere, qui se iudicat indignum.

Phil. Bibl.

Dignitas dignorum est, non habentium.

Plutarch.

Tacit.

4 Vir plauditur Elcana, cui additur *Unus*, uti infrà videbimus, q. d. Vir eximius: vir vir, uti dicitur de Iobo, 1. 1. *Vir erat, & erat vir ille*: hoc est, vir insignis. Psal. 86. 5. *Homo & homo.* Genebrard. *Homo magnus.* Ghisler. in Cantic. 3. 10. *Homo princeps.* Sic Ioannes dicitur Missus homo a Deo. Homo scilicèt, qui homo. Apollinarius: *Elisabeth nobilem & verum genuit filium*: verum virum à virtute, quasi qui sine virtute,

Vir pro viro insigni.

Apollin.

viri

viri fuerint, sed non veri. Intelligitur modò illud Apocal. 12. 5. *Peperit filium masculum*, & apud Ieremiam 20. 15. *Puer masculus*: hoc est, puer pretiosus, insignis, de quo Nos *Tom.* 8. *Tautolog.* 7. Hac enim acceptione Elcana dicitur *Vir*: Regia Complut. *Homo*: additque Lyranus: *Per illum significatus est Christus, qui Lucæ* 24. *dicitur Vir potens in opere & sermone: benè dicitur Unus, quia nullus alius fuit, nec est, nec erit Deus & homo in una persona.* Quare Augustin. serm. 1. *SS. Innocent.* infit: *Unum quæritis, & multos occiditis; & ad unum, qui unus est, attingere non potestis.* Floridè Gregorius Magn. hic. *Vir unus. Si unitas hæc referatur ad numerum, superfluum videtur: unusquisque enim unus & non duo est.* De Iob dicitur, *Vir erat*: & de Baptistæ patre, *Fuit Sacerdos.* Nec ibi profertur, *Vir erat unus*, nec hìc, *Fuit Sacerdos unus. Quid est ergo* (subdit Gregor.) *quod electus Propheta contra usum scriptorum, scribendi tale cœpit exordium? Quod ergo de historia præter usum narrat historiæ, hoc ad usum Catholicæ fidei in intellectu loquitur allegoriæ. Unde & hac nova consuetudine simul tota confitetur Ecclesia, Quia Deus & homo unus est Christus. Dicit ergo fuit vir unus, quia de Deo homine loquebatur; ut Deitatem eius & humanitatem assereret, & non aliam suscipientis Verbi, & suscepti hominis personam, sed Dei & hominis unam, eandemque esse, apertiùs demonstraret: quæ tamen unitas ad excellentiam dignitatis eius referri convenienter potest: nam etsi Redemptorem alium sancta Ecclesia non habuit, ex virtutis ostensione viros nonnullos habuit, Dum ergo Unus dicitur, incomparabilis demonstratur; nam æqualem non habuit.*

Secunda expositio. Lyran. Augustin. *Cur christus vocetur Vir & unus?* Greg. Mag.

5 Vir, omissà acceptione ministerij, cui vox iungitur, sicut *vir agri*, aut *pecoris*, pro agricola & pastore, de quo egimus *Tautolog. præced.* num. 37. usurpatur interdùm apud Profanos pro patre; Claud. in *Fescenn.* Od. 1. v. 40. canit, imitatus Martial. *lib.* 8. *Epigram.* 46.

Vir pro patre.

Beata quæ te mox faciet virum,
Primisque sese iunget amoribus.

Claudian.

Felix quæ tenerum vexabit sponsa maritum,
Et quæ te faciet prima puella virum.

Martial.

Hac metaphorà acyrologicè propter virtutem masculam, de bestijs etiam vox auditur. Virgil. *Eclog.* 7. v. 6. *Vir gregis ipse caper.* Ovid. 1. *Metam.* fab. 12. *De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.* Manil. *lib.* 5. *Astron.* v. 32. *Vir gregis & Ponti victor.* Martial. 1. *Epigram.* 110. de Catella Publi. *Dignum tam tenera virum puella*: & lib. 3. *Epigram.* 93. *Oleas, quód viri capellarum.* Etiam est Helleniſmus, Theocrit. *Edyl.* 8. *O hirce albarum capellarum vir!* In *Florileg. var. epigram.* Græc. lib. 3. cap. 14. Epigram. 14. *Vir tibi caprarum structam mox stabit ad aram.* Frequens acceptio viri pro uxorato. Plautus in *Amphiteatr.* Actor. 2. scen. 2. vers. 181. inquit:

Pro mare.

——Cur istud mi vir ex te audio?
Vir ego tuus sim? Ne me appella falsò falso nomine
Siquidem hæc iam mulier facta est ex viro.

Plaut.

Idem in *Casin.* Act. 2. scen. 2. v. 29. Terent. in *Eunuch.* Act. 1. scen. 2. v. 74. *Perdoluit: vir es*: & in *Hecyr.* Act. 4. scen. 1. v. 40. *Non enim hominem ducerem, nec virum satis firmum.* Ovid. 1. *Metam.* fabul. 4. *Exitio vir coniugis, illa mariti*, lib. 9. *Fab.* 10. *Victa viri precibus.* Senec. in *Troäd.* v. 1038. *Et vir & Pyrrha.* Claudian. in *Epithal.* Palladij, & Serenæ, v. 128.

Pro uxorato.

Tum dextram complexa viri, dextramque puellæ,
Tradit, & his ultró sancit connubia dictis.

Claudian.

Hoc enim sensu possumus exponere *Fuit vir*: ideſt, quidam nobilis uxoratus. Ex textu claret non solùm uxoratus, sed vigamus: *habuit* enim *duas uxores: nomen uni Anna, & nomen secundæ Phennena*: v. 2. Haccine profectò acceptione intelligitur *Vir* in Scriptura. Matth. 1. 16. *Virum Mariæ.* Ioann. 4. 17. *Benè dixisti, quia non habeo virum.* Proverb. 31. 23. *Nobilis in portis vir eius.* v. 28. *Vir eius & laudavit eam*: sicque alia.

Tertia expositio.

6 Similiter voce *Unus* variæ acceptiones sunt. Intelligitur interdùm de homine ignoto, qui sæpe dicitur *Quidam*, sed distincto sensu. Unde Gregor. lib. 5. in *Iob*, cap. 25. infit: *Stetit quidam. Quidam namque non dicimus, nisi de eo utique quem exprimere aut nolumus, aut non valemus; sed qua mente hoc loco dicitur Quidam, exponi-*

Greg. Mag.

tur

tur, cùm protinùs subinfertur: Cuius non agnoscebam vultum. Etsi cognoscatur dicitur *Quidam & unus*; quoniam ille numerum hominum implet absque speciali commendatione hominum. Genes. 14. 13. *Unus qui evaserat, nunciavit Abram*: hoc est, Quidam. Exod. 2. 6. *Misit unam è famulabus.* 4. Reg. 6. 3. *Unus ex illis.* Ioann. 18. 26. *Unus ex servis*: cap. 19. 34. *Unus militum*: quasi miles gregarius. Denique Iob, 2. 10. *Quasi una de stultis mulieribus locuta es.* Etiam phratis Ethnicorum. Horat. 1. *Satyr.* 9. v. 71. *Unus multorum.* Plaut. in *Trucul.* Act. 1. scen. 2. v. 33. *Is homo, unusne amator?* Denique Sueton. in *August.* cap. 56. *Unus è populo.* Haud nisi in oppositâ significatione intelligendum est de Elcana *Vir unus.* Non *unus vir*, quasi quidam; sed emphaticè *Vir unus.* Quasi excellens, vel excedens. Si vir unus divisibilis non est, quùm *Unus* dicitur, viri eminentia notatur. Quare dum Syr. Guarin. & alij legunt, *Quidam vir, Homo quidam*, Historicorum usum sequuntur, indeterminatè, generaliter loquentium; priusquàm demonstrent, de quo tot insignia ornamenta memorantur, ut vidimus, n. 3. *Vir unus*, q. d. inter illius civitatis, vel regionis viros insignes, quidam fuit eminentior, nomine Elcana: implicat igitur ignotum, quasi *quidam*, esse; & nomen illius dici, cuius expresione iam non quidam. Ly *Unus* non sequitur in numero cardinem, sed meritorum ac dignitatis ordinem; ita ut *Unus* sit idem ac primus, & principalis. Genes. 1. 5. *Dies unus*: cap. 48. 22. *Do tibi partem unam extra fratres tuos.* Daniel 10. 13. *Michaël unus de principibus primis.* Matth. 16. 14. *Unum ex Prophetis.*

Unus pro Quidam.

Quarta expositio.

Unus pro primate.

Mantuan. *Præposuisse hominem cunctis animantibus unum.*

Accinit Bapt. Mantuan. *Eclog.* 9. v. 158. Ideſt, Principem. Apud Profanos manus valida. Virgil. 6. *Æneid.* v. 845. *Tu maximus ille es unus: lib.* 2. v. 426. *Iustissimus unus, qui fuit in Teucris*: & *lib.* 5. v. 704.

Virgil. ——— *Unum Tritonia Pallas*
Quem docuit, multâque insignem reddidit arte.

Plaut. in *Pœnult.* Act. 5. scen. 2. v. 82. præut legit Meursius. *Hospitem habeo unum, Antidomæ filium*: ideſt, principem. In *Captiv.* Act. 2. scen. 2. v. 28. *Genus unum est pollens, atque honoratissimum.* Exprimit mentem, v. 69. *Me summo genere gnatum.* Alijs parco, ne sint fastidio.

Caietan. 7 Elcana ergo iuxta præfatam acceptionem dicitur *Vir unus*, insignis scilicèt, ac principalis. *Unus de primoribus*: 2. Machab. 6. 18. Caietan. hìc: *Elcana vir non communis, sed augustus ab augmento opum & honoris.* Opulentus enim erat & magnificus, primas inter primates; præstans inter proceres Ramatha, de quibus benè ac insigniter meritus, civium amorem concilians tam divitibus donis, quàm præclaris animi ornamentis, quibus erga cuncta sese prudentissimè gerebat, omnium respondens expectationi. Hoc utique sensu ibid. v. 5. de illo ascendente in Silo, ac dividente fercula in convivio dicitur: *Annæ dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat.* Habebat duas uxores, Annam principalem; qua de causa dicitur: *Nomen uni Anna, & nomen secundæ* (non, alterius) *Phenenna*: explicitâ prærogativâ per vocem *Uni*, sicut in parte divisa, quæ dicitur etiam *Una* Rabb. Camius: *Partem distribuit honorabiliorem.* Chald. *Electam.* Maluend. *Honorabilem, pretiosam, dignam aspectu, pulchram, speciosam, optimam; quæ hilari vultu acciperetur.* Hieronym. in *Tradit. Hebr.* signat *Partem duplicem*; quàm Hebræi vocant *Portionem unam facierum*: hoſt est, portionem duplicem, cuius elargitione Elcanæ erga dilectam ostentabatur affectus; uti contigit in convivio Ioseph, Genes. 43. 34. *Maior pars venit Beniamin, ita ut quinque partibus excederet.* Quo liquet per ly *Unam*, intelligi primam ac principalem. Obiter nota quàm disitum à veritate, quod tradunt Hebræi apud Hieronym. loc. cit. nimirùm, partem illam, quæ *Una* vocatur, esse vestes novas & pretiosiores, quæ in usu tunc erant: ut demonstraretur viri dilectio gloriâ vestis singularis dilectæ uxoris. Nequit cogitatio tolerari, quippe pars illa electa, erat portio hostiæ pacificæ, ut vel cæco patet, altruuntque sacri Expositores: imò ipsi Rabbini. Ioseph, lib. 5. *Antiq.* cap. 11. inquit: *De epulo partes.* Philo Bibl. *Fecerunt sacrificia pacifica, & epulati sunt.* Dicit textus, v. 9. *Surrexit Anna postquàm comederat.* Discrimen signatur Esth. 2. 9. *Præcepit Eunucho, ut acceleraret mundum muliebrem.* En vestes: *& traderet ei partes suas*: ideſt, fercula de mensa Regis Assueri, ut mos erat. Hac acceptione usi quoque Profani. Apuleius, *Metam.* 7. *Ad puellam commeabat assiduè, partesque subreptas clanculò, & prægustatas à se potiones offerebat hilaris.* Inculcat phrasem, *lib.* 9. 10. & 11. ibique Philipp. Beroäld.

Et Principe.

Vers. 5.

Quæ dicatur in convivio pars una dapiū?

Gen. 43. 34.

Esth. 2. 9. *Quæ partes?*

Apulei.

sub-

subdit: *Partes dicuntur eduliorum in mensa, quas amoris testificandi causâ, solent Principes convictoribus dare.* Sueton. in *Caligul.* cap. 18. *Equiti contra se avidiùs, hilariùsque vescenti, partes suas misit.* Græcè, *Merides*, & *Clasmata.* In rem nostram aptiùs Plutarch. in *Sympos.* lib. 2. cap. 10. *In plerisque cœnis* (inquit) *dispertitæ erant partes, distributâ singulis suâ ex victimis portione; quod quibusdam mirificè placebat.* Micat iam per epuli partes, à nullo cordato intelligi vestes. Ergo in Tautolog. cursum. Beroald. Sueton. Plutarch.

8 Unus etiamnum usurpatur pro solo, ideſt, sine comparatione, etsi plures eiusdem generis & ingenuitatis, virtutisque præcellentis. Sic unus pro unico, uti inter primos primas, & primus inter primores. Paulus cap. 5. ad Rom. utitur sæpissimè huiusmodi voce; *unumque*, vocat *Iesum-Christum.* Si divisibilis unus non est, signatur eius excellentia super omnia & super omnes; quia *ipse est ante omnes*: quâ de re dicitur, uti solus & unicus, Apocalyps. 17. 14. *Dominus dominorum & Rex regum*: idem, *cap.* 19. 16. & 1. *Tim.* 6. 15. Ideſt, excellentissimus, *cum sit dominus omnium.* Galat. 4. 1. Ut Ethnici præstantiam ostenderent, hoccine stylo usi sunt. Ovid. 13. *Metamorph.* fab. 1. *De tot milibus unum.* Cicero pro *Cœlio*, infit: *Cùm vir inter viros esset*: hoc est, inter viros emineret; ut ait Homer. 1. *Iliad.* v. 7. de Agamemnone: *Atrides Rex virorum.* Senec. in *Thyest.* v. 909. *Regumque Regem.* In *Oedip.* v. 242. *Regi maximè Regum.* Martial. 6. *Epigram.* 4. ad Domitian. *Principumque princeps.* Huiusmodi insania inolevit apud Monarchas Persarum & Parthorum. Plutarch. in *Lucull.* inquit: *Tigranes sedet Rex Regum, qui tantâ potentiâ viget. Nec miraculum, Regem Regum dici, cui Reges ministrabant.* Idem asserit in *Pompeio*, hunc in Epistola noluisse Regem Parthorum Regem Regum appellare, etsi hoc titulo plauderetur ab alijs Romanis, ut constat ex Sueton. in *Caligul.* cap. 5. quo in loco Philipp. Beroald. & Iulius Capitolin. in *Constantio* asserunt illi ita scripsisse Saporem: *Rex Regum Sapor particeps siderum, frater Solis & Lunæ, Constantio fratri meo salutem plurimam dico.* Idem refert Pomponius Lætus in *Dioclet.* Sic ex retrò sæculis illis Principibus arrogantia, ut liquet è sepulchro Cyri, quò huiusmodi epitaphium: *Cyrus ego Rex olim Regum conditus hìc sum.* Rident adulationem etiam Ethnici, & levi cuspide humanæ conditionis difflantur utres inflati. *Antigonus* (refert Plutarch. in *Apophthegm. Græcor.*) *cùm Hermodotus eum in Carminibus, Solis filium appellasset; Non idem dicit, respondit, servus, qui lasanum portat.* Sunt utiquè in miseria felices, miseriam nescientes. *Unus pro excellentissimo incomparabili.* Plutarch. *Fatuitas regum Persarum.* Iul. Capitol. *Insolentia pungitur.* Plutarch.

9 Diximus in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 6. patrium nominis casum iunctum cuilibet eiusdem vocis, assignare in ea linea excellentiam, ac præstantiam; sæpeque, maximè apud Hebræos, qui superlativis carent, pro superlativo sumi, ut constat testimonijs num. anteced. Similiter dum suppositum necessarium exprimitur, vox illa non accipienda pro suppositio, sed pro eminentia suppositi. In suppositi notionem sat utique, si diceretur, *Fuit Vir*: dum additur *Unus*, excellentiam profectò viri præ se fert vox: necessarium sanè, si vir, quòd esset unus. Vir erat Elcana; at vir ille, estò alij essent, præstantissimus erat; vel solus, aut unicus inter viros præstantiores. Homer. 16. *Odyss.* v. 117. *Solum, quasi singularem fecit Iupiter.* Plaut. in *Milite*, Act. 2. scen. 2. v. 120. *Nostrorum solus*: in *Casin.* Act. 2. scen. 6. v. 7. *Te uno adest, plusquàm ego volo.* Terent. in *Andr.* Act. 5. scen. 6. v. 9. *Solus est, quem diligant Dij.* Virgil. 4. *Æneid.* v. 19. *Huic uni.* Ovid. 10. *Metam.* fab. 9. *Elige Myrrha virum, dum non sit in omnibus unum.* Senec. in *Hippolyt.* v. 575. *Unus puer*: ubi Delr. *Præclarus, eximius, ut ingenium unicum, elogium unicum, iuxta illud Turpilij: Homo est unica natura & singularis.* Senec. de *Brevit. vit.* cap. 15. *Hæc una ratio est extendendæ mortalitatis, imò in immortalitatem vertendæ.* Plin. *lib.* 2. *cap.* 107. *Huius unius elementi ratio*: & lib. 11. cap. 37. de cerebro & calvitio inquit: *Uni hominum infantia palpitat. Calvitium uni tantùm animalium homini innatum.* Petron. in *Satyr.* fol. 81. *Unus etiam dux & magister sævitiæ*: demùm Cicer. 2. ad *Attic.* epist. 19. *Unus homo nobis.* His testimonijs splendet virorum præstantia; quæ à Virgilio solet exprimi Epizeuxi, seu Palilogiâ: 10. *Æneid.* v. 692. *Omnibus uni, uni viro*: ideſt, unicè illi, vel illi soli; quod ostendit, *lib.* 11. v. 220. *Solumque vocari, solum*: & *lib.* 12. v. 466. *Insequitur solum, solum in certamina poscit.* Hanc distinctionem inter unum & unum, & quoad numerum, & quoad præstantiam, expressit Plutarch. in *Pelopid.* inquiens: *Cùm pugnaret Callicratidas, unus erat: sed profectò Dux omnium cùm esset, omniumque totius exercitus potentiam suscepisset; nec unus, nec solus erat.* Unde in propositum nostrum, Elcana dicitur *Vir unus*, quasi solus, singularis & unicus, inter maiores viros maximis elatus dotibus. *Suppositum necessarium non pro suppositio, sed pro præstantia suppositi.* *Unus pro unico.* *Epizeuxis.* *Quinta expositio.*

Pote-

10 Poterit etiam *Unus* delicari, quaſi homo verax, aut verus, quem Noſtrates dicunt, *Hombre real*: non duplicis cordis, aut bilinguis, ſtabilis in iudicio, à quo removeri haud poſsibile nec prece nec pretio: equidem *vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis.* Quare Seneca, *Epiſt.* 120. ait: *Magnam rem puta, unum hominem agere.* Sic Elcana vir unus, non per diverſa mobilis, & inſtabilis; ſed firmus atque inconcuſſus perſiſtebat. Quare Bernard. 5. de *Conſider.* cap. 8. n. 18. ſubdit: *Eſt unitas poteſtativa, qua homo virtutis non eſt inſtabilis, non diſſimilis; ſed unus ſibimet ſemper nititur inveniri.* Origines hìc *Homil. unic.* infit: *Vir unus, quia unuſquiſque noſtrum non eſt unus, ſed eſt multi:: . ille qui putatur unus eſſe, non eſt unus; ſed tot in eo perſonæ videntur eſſe quot mores.* Rectus erat corde. *Vir ſimplex & rectus*, uti dicitur de Iobo, *cap.* 1. 1. Hebr. *Vir unus, abſolutus, integer*: iudicio ſcilicèt & animo, iuxta illud Horat. 1. *Carm.* Od. 1. v. 1. *Integer vitæ, ſceleriſque purus.* Unum ſæpe invenitur pro vero. Iob. 9. 22. *Unum* (verum, ſcilicèt) *quod locutus ſum: & innocentem & impium ipſe conſumit*: cap. 31. 15. *Formavit me in vulva unus.* Pſalm. 48. 3. *In unum dives & pauper*: ideſt, verè. Ezech. 34. 23. *Suſcitabo ſuper eas paſtorem unum*: nimirùm, paſtorem verum. Sic alia. Etiam apud Ethnicos. Euripid. in *Ion.* v. 382. *Unam felicitatem vix unquàm invenies aliquis homo.* Ovid. 2. de *Art.* v. 501. *Qui ſibi notus erit, ſolus ſapienter amabit.* Petron. *Metr.* 19. v. 170. *Unum crimen vocat.* Senec. nervosè & floridè, *Epiſt.* 76. *Unum bonum eſt in homine, quod unum hominis eſt*: ideſt, verum bonum, quod proprium hominis, ratio & virtus. Aliter quod fallax nec unum, quippe non verum. *Nec unum in uno*: ait Senec. in *Thyeſte*, v. 31. Martial. *lib.* 1. Epigr. 69. *Nævia non una eſt.* Terent. in *Andr.* Act. 1. ſcen. 1. v. 50. *Unus & item alter.* Econtrà autem qui verax ibid. v. 55. dicit: *Egomet continuò mecum*: & Plaut. in *Bacchid.* Act. 2. ſcen. 2. v. 29. *Imò unicè unus.* Difficile eſt, quòd homo ſit ſemper idem, ubique par ſibi, & ſemper ipſe; quippe nunquàm in eodem ſtatu permanet. Culmen hoccine aſcendit Elcana, igitur uti verax *fuit vir unus*, ſemper idem & ipſe, parque ſibi: qua præclara conditione, & indole plaudebatur à cunctis unicus, præſtantiſsimus & perfectiſsimus.

Senec.

Bernard.

Iob. 1. 8.

Unus pro vero aut verace.

Iob. 31. 15. Ezech. 34. 23.

Sexta expoſitio.

11 Hinc planum perviumque iter in celebre Salomonis teſtimonium. *Una eſt columba mea*: ideſt, Sponſa mea, dicit per ſymbolum, ut notat Sanctius in cap. 2. *Cantic.* num. 58. obſervat Pier. Valerian. lib. 22. *Hierogl.* cap. 1. canitque Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 15. v. 27.

Cant. 6. 8. *Colũba connubij ſymbolum.*

Exemplo iunctæ tibi ſint in amore columbæ
Maſculus, & tutum fœmina coniugium.

Propert.

Martialem adi *lib.* 12. *Epig.* 66. & Plin. *lib.* 10. cap. 34. *Una eſt columba mea, perfecta mea: una eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.* Filiam Pharaönis primam & primariam uxorem alloquitur Salomon. Aptiùs fit apoſtrophe in Virginem Matrem. Hæc verè electa, una & unica; quia nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem. Sola ſine exemplo. Vide Sedul. lib. 2. *Carm.* à v. 70. *Una eſt ſola mater-virgo*: ait Clem. Alexandr. 1. *Pædag.* cap. 6. Petiverat (ut videbimus fusè) oſculum virginitatis & fœcunditatis, ut in gremio eius fœdera pacis haberent, quæ nonnunquàm diſcordes extiterint. Conſule Novarin. in *Umbra virg.* excurſ. 2. num. 87. Hac de cauſa non dicit, quod humanitas Chriſti in unionem hypoſtaticam: *Oſculetur me ore ſuo*, ſed *oſculo oris ſui*: igitur ſi oſculum Patris & Filij Spiritus-Sanctus eſt (de quo infrà) Spiritus-Sancti ſpecialiſsimà gratiâ ſupervenientis in illam; ſola Virgo pulchra, & pulchra tota: etenim ſi pulchra, quia virgo; quia virgo & mater, tota pulchra, atque perfecta; cùm nil ſit ultrà. Magnum, quod pulchra; maius, quod tota; ſed maximum, tota pulchra, & una perfecta, quippe Virgo ſingularis illa ſola.

Clem. Alex.

Maria per ſe eſt pulchra, quia mater & virgo.

12 *Una eſt columba mea*, &c. inquit Salomon de filia Regis. Tametſi è cunctis vicinis regionibus Reginæ & pulcherrimæ aſtarent coniugis ſociæ, virgineſque formà comitarentur eleganti; illa ita venuſtatis gratiâ excellens, ut pulcherrimam, velint nolint, prædicarent, dicentes: *O pulcherrima mulierum!* Cantic. 5. 9. Ideo *una*, hoc eſt unica; quia eius forma pro omnibus, imò præ omnibus emicabat. Plures pulchræ, & quia pulchræ in gynæceum retractæ: at illa, quæ indiviſibilis, dicitur *una* inter plures; quoniam venuſtate, formàque ſingulari, ſic allexit cor Sponſi; ut unica in eius affectu videretur & eſſet. His ferè vocibus exprimitur æſtimatio erga pulchritudinem dilectam, quaſi erga ſingularem venuſtatis præcellentis elegantiam. *Una* (ſubditur) *matri ſuæ*: hoc eſt, ſocrui, ut diximus, *Tautolog.* 2. num. 3. *Electa genitrici ſuæ.* Idem eſt *Electa* & *Una*,

Cant. 5. 9.

Cap. 6. 8. *Quomodò electio ex uno tantũ?*

Vna. Unum eligi non potest: diciturque una & electa; quoniam inter eximias pulchritudines electa uti unica & singularis. Utriusque incomparabilis gratia conciliavit amorem, quippe perfecta. *Una ipsa matri suæ, pura ipsa genitrici suæ.* Maluend. Dilectionem ab utraque hausit mirâ elegantiâ & allectrice formâ; ita ut visa iterùm atque iterùm, ut satiarentur, quin satiari possent; iterùm atque iterùm videre cuperent. *Revertere revertere Sunamitis: revertere revertere, ut intueamur te:* ibid. v. 12. Maluend.

13 Si ob præclaram, amœnam speciem, fœminarum rapiebatur affectio, quantum vulnus in Sponso? Haud mirum, quod illam Unam diceret, quæ singularis in cunctis, in singularem rapiebat amorem. Ita *Una* hìc pro singulari ac sola accipiendum. Astruet cogitationem magna fruges Ethnicorum. Plaut. in *Menæchm.* Act. 1. scen. 3. v. 19. *Cape tibi hanc: una meis moribus:* in *Milit.* Act. 4. scen. 6. v. 17. *Segregat omnes, extra te unam:* in *Asinar.* Act. 3. scen. 1. v. 18. *Unam vidi mulierem:* in *Truculent.* Act. 1. scen. 2. v. 84. *Te unam ex omnibus amat.* Virgil. 1. *Æneid.* v. 19. *Unum pro singulari.*

Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
Coluisse. Virgil.

Ibid. v. 333. *Nympharum sanguinis una:* lib. 11. v. 586. *Chara mihi, nunc una mearum:* denique in *Ciri*, v. 18.

Quod si non aliâ poteris ratione parentem
Flectere, sed poteris: quid enim non unica possis? Idem.

Ovid. lib. 15. *Metam.* fab. 38-1. de *Art.* v. 44. etiam *lib.* 3. v. 161. & *Epist.* 19. v. 25.

Una est quæ reparet, seque ipsa reseminet ales.
Elige, cui dicas, Tu mihi sola places.
Te solam norit, tibi semper inhæreat uni.
—Nisi quòd tibi iungerer uni. Ovid.

Martial. *lib.* 12. *Epigr.* 88. *Totidemque puellæ. Una est.* Senec. in *Thebaid.* v. 89. *Unica salus.* Propert. *lib.* 1. *Eleg.* 1. v. 1. *Eleg.* 13. v. 29. & lib. 2. Eleg. 1. v. 55.

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.
Una meos quoniam prædata est fœmina sensus.
Nec mirum: cùm sit Iove digna, & proxima Ledæ;
Et Ledæ partu gratior una tribus. Propert.

Passim utitur haccine phrase Petronius, & etiam Apuleius. Iovian. Pontan. in *Uran.* lib. 3. modulatur de Venere, à Iove sic plausa:

Una, interque Deas, & formosissima Nimphas.
Una & forma, una & Choreis, & carmine princeps,
Et mihi felices inter charissima natas. Iov. Pont.

Symposius denique succinit, *Ænigm.* 83.

Una mihi soror, plures licet esse putentur. Sympos.

14 Phœnix ergo erat Sunamitis, quæ unica & rara cor rapuit Sponsi Salomonis prærogativâ singularis venustatis: dicta, plausaque fuit *Una*, quia collecta in se tenebat, quæ alias felices efficiebant divisa. Aptè Ioann. Sous. *lib.* 4. à v. 52.

Pectore charus amor divini Numinis: in te
Quicquid adest alijs pulchræ virtutis, & omne
Synceræ pietatis opus, componitur una. Sous.

Ita *unicè dilecta*, ut aliò dicit Tacitus, 15. *Annal.* cap. 63. & Virgil. 4. *Æneid.* v. 421. *Solam te colere.* In mulcimen amoris à Sponso dicitur *Columba mea*; sicut illa in expressionem fidei, cap. 1. 16. *Dilecte mi.* Theodor. *Nepos mi.* Maluend. *Chare mi*: & v. 13. & 14. *Fasciculus myrrhæ, botrus Cypri.* Sic igitur vicissim inter amasios, ut glisçat dilectio, auditur: Gaudium meum, amor, anima, vita, mel meum, optabile philtrum. Proverb. 5. 19. coniux dicitur *Cerva charissima.* Maluend. *Cerva amorum & gratiæ.* Virgil. 4. *Æneid.* v. 17. *Primus amor*: & 8. v. 581. *Mea sola voluptas.* Ovid. *Epist.* 19. v. 25. *Fraus mea.* Plaut. in *Bacchid.* Act. 1. scen. 1. v. 50. *Mea rosa.* Sousa, quò nuper: *Charus amor.* Siccine & alia, quasi illecebræ cordis: unde, nescio quis, pulchrè de oculis sponsæ inquit: Tacit. *Mulcimina amantium verba blanda.* Proverb. 5. 19.

O augustissima sidera!
O charissimæ luces!
Flagrantissimæ lampades;
Nitidissimi Soles,
Felicissimæ faces.

Haud ſecùs Sponſa *Una* eſt, quia unica eſt. Multæ congregaverunt venuſtatis divitias: hæc ſupergreſſa eſt univerſas. Ideo ſpecialis & *Una* ob pulchritudinem, ita ut præ illa etiam pulcherrimæ nequeant habere nomen. Detorqueatur Propertius, *lib. 3. Eleg. 8. v. 35.*

Propert.

Gaude, quòd nulla eſt æquè formoſa. Dolores
Si qua foret: nunc ſis iurè ſuperba licet.

Cant. 4. 7. *Quid ſit pulchritudo?* Cicer. D. Thom.

15 Verùm inquirendum, unde Sponſa ſingularis, in ſcopum ſingularis dilectionis? Dicit Sponſus: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Stylo Hebraico: *Totum tuum pulchra: toto tui pulchra.* Pulchritudo, iuxta Ciceronem, 4. *Tuſcul. qq. eſt quædam apta figura membrorum cum coloris naturali ſuavitate.* Iuxta D. Thom. 1. *p. q.* 39. *art.* 8. & 2. 2. *q.* 145. art. 2. *ad pulchritudinem tria requiruntur: primò integritas, ſive perfectio; & debita proportio, ſive conſonantia: & iterùm claritas. Unde quæ habent colorem nitidum, pulchra eſſe dicuntur.* Idem aſſerit Dionyſ. Areopagit. de *Divin. nomin.* cap. 4. Quare pulchritudo eſt forma reſultans ex debito ordine partium ſecundum ſe; ut ait Pavon. in *Theolog. natur.* p. 2. *diſtinct.* 6. n. 3385. & Suarius, *Metaph.* diſp. 42. ſect. 3. Ita ergo Sponſa non ſolùm pulchra erat, ſed tota pulchra; quia in omnibus concinna omnia, ex quibus ſpecies pleniſsimæ pulchritudinis. Per membra miratur primò, deſcribens Sponſus oculos, capillos, dentes, labia, genas, collum, ubera; præmittens, v. 1. *Quàm pulchra es amica mea! Quàm pulchra es!* quæ palilogia exprimit ſtuporem admirantis, exponiturque per interiectionem: v. g. *O quàm pulchra es!* vel per adverbium, q. d. *Proculdubiò pulchra es*: vel per emphaſim ſuperlativum efformantem: ſcilicèt, *Pulcherrima es*: de quo egimus in *Prolog. Galeat.* §. 4. n. 3. 4. & 5. Qui ſingula plauſit Amaſius, modò habitudinem partium cumulativè conſiderans, quaſi extra ſe raptus, admirabili venuſtatis ſpecie; aſtruit epiphonemate pro coronide: *Tota pulchra es, & macula non eſt in te.* Propert. *lib. 2. Eleg. 2. v. 5. Maxima toto corpore.* Virgil. 1. *Æneid.* à v. 593.

Et pulchritudo totalis? *Palilogia.* *Emphaſis.*

Virgil.

Os, humeroſque Deo ſimilis: namque ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix, lumenque iuventæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum, Pariuſve lapis circundatur auro.

Iſidor.

Unde ex his verſibus Iſidor. lib. 10. *Etymolog.* in *Alphabet.* liter. P. infit: *Pulchritudo hominis aut in vultu eſt*, ut Os, humeroſque Deo ſimilis: *aut in capillis, ut* Namque ipſa decoram cæſariem: *aut in oculis, ut* Lætos oculis afflarat honores: *aut in candore, ut* Quale manus addunt ebori decus: *aut in lineamentis, ut* Te multò plus figura & lineamenta hoſpitis delectabant: *aut in proceritate, ut* Turnus vertitur in medijs, & toto vertice ſupra eſt. Euripid. in *Medea*, v. 1070. *O manus, & mihi chariſsimum os, & ſpecies & vultus!* Homer. 18. *Odyſſ.* v. 248. *Specie, magnitudine & mente præſtas mulieribus.* Plus, magiſque Sponſa electa & dilecta; quippe haud his vel illis, ſed *tota pulchra.* Senſus invenitur apud Catull. *Epigram.* 87.

Ex quibus conſtet? Euripid.

Catull.

—Formoſa eſt: quæ cùm pulcherrima tota eſt,
Tum omnibus Una omnes ſurripuit Veneres.

Ita profectò unicà ſingulari ſpecie, tota pulchra, uti perfecta venuſtate formæ in regiam Salomonis ingreditur Sunamitis. Dicere poſſumus ex Claudiano, in *Nupt.* Mariæ & Honor. v. 262.

Claudian.

——Quamvis aliena fuiſſes
Principibus, regnum poteras hoc ore mereri.
Quæ propior ſceptris facies? Quis dignior aulæ
Vultus? Non labra roſæ, non colla pruinæ,
Non crines æquant violæ, non lumina flammæ.
Auroræ vincis digitos, humeroſque Dianæ:
Dotali potuit cœlum ſignare coronâ.

Cicer.

16 Hæccine in textus expoſitionem opportunè grata, ſed cogitanda aptiora; ut eluceat cur plaudatur Sponſa tota pulchra. *Pulchritudo in viris* (inquit Cicero, 1. de *Offic.*) *eſt dignitas, in fœminis venuſtas.* Eſt namque pulchritudo in utriſque, ſed debet eſſe in philtrum amoris, ſeu æſtimationis, ſimul pulchritudinis forma, quæ dicitur *Gratia* (Græc. *Charites*) quæ omninò forma formæ pulchritudinis; ſine qua nulla pulchritudo etiam quæ maxima reſpectu partium habitudinis, quoniam tunc pulchritudo penis

nitus forma deformis. Hæccine gratia eſt decor formæ, atque in ſuavitatem oculorum & animæ allectricem, elegantia ſpeciei. Hiſpan. *Belleza*. Unde Cicer. loc. cit. ſubdit: *Venuſtas eſt gratia pulchritudinis*: quo ſenſu Plaut. in *Milit.* Act. 4. ſcen. 1. v. 13. dicit: *Pulchram pulchritudinem*: & ſcen. 2. v. 63. *Pulchram pulchrè*: in *Moſtellar.* Act. 1. ſcen. 3. v. 5. *Oh Venus venuſta!* pro forma gratioſa, ſeu pulchritudine amœna; ſicut in *Aſinar.* Act. 3. ſcen. 3. v. 86. & in *Curculion.* Act. 4. ſcen. 2. v. 35. *I bella bellé.* Illa alia apud Theocrit. *Edyl.* 16. v. ult. quæ pulchra & ſpecioſa optat, *Utinám ſemper ſim cum Gratijs!* & de Elena, *Edyl.* 20. v. 37. *Cuius omnes in oculis Amores ſunt.* Haud alienum à ſacra pagina: igitur Pſalm. 44. 4. dicitur, *Specie tuá & pulchritudine tuá*: Species enim eſt venuſtas pulchritudinis, & pulchritudo concinnitas elegantium membrorum. De Eſther dicitur, cap. 2. 7. *Pulchra nimis, & decora facie*: de Rebeca, Geneſ. 24. 16. *Decora nimis, virgoque pulcherrima*: de Sponſo Amaſia, Cantic. 1. 16. *Pulcher & decorus.* Venuſtas ergo eſt virtus decoris in mulcimen. Unde Pſalm. 29. 8. dicitur: *Præſtitiſti decori meo virtutem*, ut oculi traherentur decore, qui immobiles pulchritudine. Gratia iſthæc, quæ in viris maieſtas, ſignatur, 2. *Machab.* 15. 13. concinnitas decoris: *Virum gloriâ mirabilem, & magni decoris habitudine.* Pulchritudo herclè grata: verùm ut 5. *Æneid.* v. 344. canit Virgilius:

Gratior & pulchro veniens è corpore virtus.

Quam quidem fœminæ cognoſcentes abeſſe, ſtudent etiam procaciter fieri. Notat Baptiſta Mantuan. *Eclog.* 4. v. 224.

Nec formæ contenta ſuæ ſplendore, decorem
Auget mille modis mulier: frontem ligat auro,
Purpurat arte genas, & collocat arte capillos:
Arte regit greſſus, & lumina temperat arte.

17 In quo ſit pulchritudinis huiuſcemodi pretioſitas; multi ſcire, aliqui dicere conantur, ſed rem acu non attingunt. *Inter iſta ſolùm certum, nihil eſſe certi*: poſſunt dicere cum Plinio, *lib.* 2. *cap.* 7. Catull. *Epigram.* 86. pulchritudinem faſtidiens, & venuſtatem pulchritudinis amans, ſecum loquens, infit:

Odi & amo: quare id faciam, fortaſsè requiris:
Neſcio, ſed fieri ſentio, & excrutior.

Oſtendit Halicarnaſſeus, lib. 11. *Antiq. Rom.* loquens de Verginea, arte inſidiatoris & ſimul iudicis Apij Claudij, ante tribunal ſiſtente. *Ei* (inquit cap. 23.) *ſupra hominem aderat forma quædam & gratia formæ.* Fatetur eſſe, ſed neſciſſe quid eſſet, etſi viderit; quippe pulchra viſa placent, quia placet pulchra. Haud aliam cauſam expreſsit Samſon, obijcientibus genus Philiſtææ ab illo ducendæ. Fateor iſta, ſed nihilominùs illa ducenda, *quia placuit oculis meis.* Iudic. 14. 3. Interrogatus Ariſtoteles, *Cur pulchrum amabile?* reſpondit: *Solus cæcus poteſt inquirere.* Vide Eraſm. & Plutarch. in *Apohpth.* Terentius in *Eunuch.* Act. 3. ſcen. 5. v. 18. *Quám elegans formarum ſpectator! Primam virginem dices, ſcio, ſi videris.* Oculi ſunt in amore duces: idem dicitur de Aſſuero, *Cùm vidiſſet Eſther, placuit oculis eius.* Optimè quidam ex noſtratibus cecinit:

El no sè què de lo lindo
Tiene un oculto primor;
Que los ojos lo conocen,
Y no alcanza la razon.

Illa ſuavitas ac pretium pulchritudinis, quæ perfectionis eſt ſummitas, apud Latinos dicitur feſtivitas, lepor, ſplendor, gratia: Vernaculè: *Sal, ayre, donayre, garbo, gracia.* Sapho apud Ovid. *Epiſt.* 21. v. 32. appellat *Ingenium formæ.* Theocrit. *Edyl.* 20. v. 21. *Grata quædam forma.* Tacit. 13. *Annal*, cap. 45. *Formæ gloriam.* Plaut. in *Moſtellar.* Act. 1. ſcen. 3. v. 17. *Virtutem*: unde Amaſius ſubdit:

Virtute formæ id evenit, te ut deceat, quicquid habeas.

Hinc olim non quæ pulchra, ſed quæ ſcitulâ formâ, ceſtum Veneris habere dicebatur; in quo, uti inquit Homer. 14. *Iliad.* v. 215. omnes Veneres, queis Iupiter in amorem conciliandus. Sic vertit Natal. Comes, lib 4. *Mythолog.* cap. 13.

——Lorum ceſti de pectore ſoluit,
In quo blanditiæ plures, mortalia corda
Mulcentes, inerant: ſermo iucundus, amores,
Gratia, quæ mentem falsâ dulcedine fucat.

De hoc baltheo, ſive zona videris Angel. Politian. *Miſcellan.* cap. 11. & Martial. lib.

Diſcrimen venuſtatis & pulchritudinis.

Pſal. 44. 4.

Eſth. 2. 7.

Cant. 1. 16.

Virgil.

Mantuan.

Plin.

Catull.

Halicarn.

Agnoſcunt oculi.

Terent.

Eſth. 5. 2.

Quid ſit venuſtas?

Plaut.

Quid ceſtus Veneris?

Natal. Com.

Eximia pulchritudo ſine gratia faſtidioſa. 14. *Epigram.* 206. Eximia pulchritudo ſine gratia, non venuſta: iccircò fictum, cum Gratijs Venerem natam, de quo Chartar. de *Imagin. Deor.* fol. 343. Si gratia adeſt, vel faſtidia exoſa placent. Ita Ovid. quò nuper, v. 22. exclam at.

Ovid. *O facies oculis inſidioſa meis!*

Econtrà cũ ſale faſtidia. Theöcrit. *Edyll.* 6. v. 19. *Non pulchra, pulchra ſunt viſa.* Claudian. de *Nupt. Mariæ & Honor.* v. 104.

Claudian. *Dat varios nexus, & iuſto dividit orbes*
Ordine, neglectam partem ſtudioſa relinquens:
Plus error decuit. Speculi nec vultus egebat
Iudicio ::: rapitur quocunqué videt.

Eraſm. Vel in rebus inanimis notatur charitum defectus: unde Apelles plaudens opus inſigne miraculum artis; dixit *Eximium & ſummum, ſed ſine gratia, quam ſi haberet, profectò immortalitate dignum*: de quo Eraſm. in *Apophth.* lib. 8. n. 10.

18 Hæc næ gratia in pulchritudine, profectò minimè eſt corporalis, etſi inhæreat corpori. Oritur ex anima: ideoque venuſtas pulchritudinis non eſt proportio, aut partium ſymmetria; ſed gratia, aut lepor ex plurium concinnitate coöriens: *Cuius radios ex animæ claritate vibrantes interior percipit oculus*: ait Plotin. apud Cœl. Rhodig. 16. *Lect. antiq.* cap. 24. Hoc enim propriè cor rapit, quippe per lumina pectus ferit.

Quæ vera pulchritudo. Plotin.

Lucret. ——— *Mens providit: conſtat imago.*
Ego animus cum ſeſe ita commovet, ut velit ire,
Inque gredi; ferit extemplò, quæ in corpore toto
Per membra atque artus animæ diſſita vis eſt.

Qualitas pulchritudinis in corpore, an corporalis, vel ſpiritalis? Accinit Lucret. 4. de *Rer. natur.* v. 886. Arbitror ergo huiuſmodi pulchritudinis qualitatem eſſe ſpiritalem, reſultantem ex animæ ſplendore, tanquàm à corporis virtute & formâ: igitur cùm anima ſpiritalis ſit, in corporis materiam quendam radium ſui decoris atque nitoris transfundit; ſine quo anima formæ, quæ ſpecioſitas, apparet inanimis, & deformis. Sine hac munditia ac lepore dicit Plaut. in *Pœnul.* Act. 1. ſcen. 2. v. 36. *Mulieres ſunt inſulſæ & invenuſtæ.* Catull. ad rem, *Epigram.* 87.

Catull. *Quintia formoſa eſt multis: mihi candida, longa,*
Recta eſt: hæc ergo ſic ſingula confiteor.
Totum illud formoſa, nego: nam nulla venuſtas,
Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.

Plaut. Cum gratia vel ingrata pulchra, quippe in illis ſalis venuſtatis mica: qua de cauſa apud Plautum in *Bacchid.* Act. 5. ſcen. 2. v. 50. quandam invenies *Lepidam illepidé*: & apud Martial. 3. *Epigr.* 91. *Inſignis formâ & nequitiâ*: equidem eſtò ingrata faſtidio nequitiæ, optabilis tamen venuſtate inſignis formæ. Lepore ſanè vel imperfecta pulcherrima. Propterea Sponſa, priuſquàm in gynæceum introduceretur, dixit: *Nigra ſum, ſed formoſa*: Cant. 1. 5. *Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim.* Adeſt lepidè venuſtiſsima gratia.

Cant. 1. 5.

Virgil. *Vaccinia nigra leguntur.*

19 Ita ergo totum pulchritudinis, quippequam ſine venuſtate nihil totum, uti inſulſum. Pulchra Sponſa erat, ut pulcherrima mulierum. *Pulchra, dum ſingula cernit, ſeque probat*: ſicut canit Claudian. quò ſupr. v. 108. ideo ſtupet Amaſius exclamans: *Quàm pulchra es, quàm pulchra es!* At modò: *Tota pulchra es*, quia illa pulchritudo lepida, ſapida, ſpecioſitas feſtiva, forma amœna, ac elegans gratia, reſultante tanquàm ab animæ ſplendore, virtute decoris, atque decore in materia, totius animæ virtute. Opportunè Lucretius, ubi dudùm, v. 1159. *Chariton, tota merum ſal.* Lambin. ibid *Una Gratiarum.* Plaut. in *Epidic.* Act. 1. ſcen. 1. v. 41. *Formâ lepidâ & liberali*: qua *Lepida tota eſt*; uti ſubdit in *Moſtellar.* Act. 1. ſcen 3. v. 12. Noſtro propoſito ad amuſsim Sueton. in *Auguſt.* cap. 79. *Forma eximia & venuſtiſsima, quamquàm & omnis lenocinij negligens*: defectu cuius venuſtatis, eſtò pulcher, fœdus Nero. Unde in eo, *cap.* 51. dicit: *Vultu pulchro, magis, quàm venuſto.* Pulchra erat & etiam venuſta Sponſa, quo *tota pulchra*:

Cant. 4. 1.

Pulchritudo venuſta.

Sueton.

Petron. *Guttura nunc aliæ magnis monilibus ornent,*
Aut gemmas aptent capiti: tu ſola placere
Vel ſpoliata potes. Nulli laudabile totum:
In te cuncta probat, ſi quiſquam cernere poſſit.

Uti inquit Petronius, 1. *Fragment.* Satyrici, v. 13. Super cunctarum fœminarum pulchri-

chritudinem præstat Amasia speciosa ; quia tota pulchra : ita , ut nisi sit Angelica , excogitari non possit species ornatior , & pulchritudo venustior. Idem ibid. à v. 1. *Speciositat Sponsæ incomparabilis.*

Candida sidereis ardescunt lumina flammis,
Fundunt colla rosas , & cedit crinibus aurum,
Mellea purpureum depromunt ora ruborem,
Lacteaque admistus sublimat pectora sangais:
Ac totus tibi servit honor , formàque Dearum
Fulges & Venerem cœlesti corpore vincis. Idem.
Argento stat facta manus , digitisque tenellis
Serica fila trahens pretioso stamine ludis.
Planta decens modicos nescit calcare lapillos:
Ipsa tuos quùm ferre velis per lilia gressus,
Nulli sternuntur leviori pondere flores.

20 Forma itaque quæ venustate , vel dignitate superior , tam in viris, quàm in fœminis, olim dicebatur Superhumana , utpote admirabilis. Halicarnass. ubi supr. n. 17. Halicarn. *Pulchritudo virginis oculorum rapiebat ad se aspectus omnium : adeo ei supra hominem forma aderat quædam , & gratia formæ.* Virgil. 1. *Æneid.* v. 331.

O quam te memorem virgo! namque haud tibi vultus
Mortalis : nec vox hominem sonat. O Dea certè! Virgil.
An Phœbi soror , an Nympharum sanguinis una?

Catullus, *Epigram.* 70. *Mortalis visus pulchrior esse Deo.* Senec. in *Octavia*, v. 171. *Membraque & vultus Deo similes.* Eodem intuitu Ovid. 2. *Fastor.* v. 397. & Calphurn. *Eclog.* 7. v. 83. *Pulchritudo eximia , cur cœlestis?*

Si genus arguitur vultu , nisi fallit imago,
Nescio , quem é vobis suspicor esse Deum. Ovid.
—Et nisi me decepit visus , in uno
Et Martis vultus , & Appollinis esse putavi. Calphurn.

Sic frequenter plausa admirabilis forma. Plutarch. *Sympos.* lib. 8. cap. 1. de Platone infit : *Haud hominis, sed filius esse videtur Dei* : in *Casib. comparat. Græc. & Rom.* n. 1. *Polizelus cum speciem humana augustiorem conspexisset ; visum amisit.* Marc. Senec. 2. *Controv.* lib. 1. *Altior humanà visa est species eminere.* Sæpè Homerus utitur phrase, sicuti 18. *Odyss.* v. 207. & 301. de Penelope dicit : *Divina mulierum.* Constat etiam ex sacra pagina , de pulchritudinis venustate , & formæ augustæ commendatione, huiusmodi Ethnicorum sensus. Daniel. 3. 92. *Species quarti similis filio Dei.* Act. 6. 15. de Stephano, *Viderunt* (dicitur) *faciem eius tanquam faciem Angeli.* Idem inculcatur , 1. *Reg.* 29. 9-2. *Reg.* 14. 17. & *Esth.* 15. 16. Quare de Iudith, *cap.* 10. 4. astruitur : *Cui Dominus contulit splendorem : ideo hanc in illam pulchritudinem ampliavit ; ut incomparabili decore omnium oculis appareret.* Haud aliter visa Sponsa , quia tota pulchra , Angelicà cœlesti formà: ideo admirabilior ; quia gratia speciositatis Angelicæ naturæ pripria, eminebat in humana. Reflectendus Propertius *lib.* 3. *Eleg.* 3. à v. 25. Plutarch. Dan. 3. 92. Iudith. 10. 4.

Hæc tibi contulerunt cœlestia munera Divi:
Hæc tibi , ne matrem fortè dedisse putes.
Non , non humani sunt partus talia dona. Propert.
Ista decem menses non peperere bona.
Gloria Sionis *una es tu nata puellis.*

Apta sanè Sponsæ : verùm aptiora Mariæ , benedictæ inter mulieres. Unde Hugo Victorin. serm. de *Conception.* subdit: *Totum quod in te est, pulchrum est; & nihil inest tibi, quod non sit pulchrum. In toto grata ; in nullo ingrata. In toto places , in nullo displices. Tota pulchra es: pulchra per naturam , pulchra per gratiam, pulcherrima fies per gloriam.* *Mariæ pulchritudo.* Hug. Vict.

21 Epitasis semper subintelligenda est , ubi tautologico stylo aliquod proponitur argumentum : sicque hoc schemate astruit Salomon venustatem Amasiæ. *Tota pulchra*, scilicèt , *& macula non est in te.* Superflua videtur secunda periodus : igitur modò aliqua intercederet macula ; quanvis Sponsa esset pulchra , non esset tota. Hiccine stylus exegeticus , vel exergasicus , quasi primæ sententiæ expositivus ; sumpto & pro *Quia* , vel *Eò quód* , particulis rationalibus. Psalm. 59. 3. *Deus repulisti nos, &* (quia) *destruxisti nos.* Psalm. 148. 14. *Super cœlum & terram &* (eò quod) *exaltavit* , &c. plura obvia : vide dicta , *Tom.* 1. *Tautolog.* 6. n. 38. Similiter in præsentiarum. *Tota pulchra es , &* (quippequàm) *macula non est in te,* Cant. 4. 7. *Exergasia.* Et pro Quia vel eò quòd.

Nam

Horat.

Nam vitijs nemo ſine naſcitur : optimus ille eſt,
Qui minimis urgetur.

Ut inquit Horat. 1. *Satyr.* 3. v. 68. Hinc profectò amplior ſors ſecunda Salomonis, Sponsà ita venuſtate, ac pulchritudine ornatà. Dicere quibat ex Propertio, *lib.* 2. *Eleg.* 22. v. 17.

Propert.

Unicuique dedit vitium natura creato:
Mi fortuna aliquid ſemper amare dedit.

Aliquid pro eximio.

Aliquid dicit emphaticè pro *Eximium*, vel *multum*; ut ibid. *Eleg.* 26. v. 27. Theöcrit. *Edyl.* 11. v. 79. & *Edyl.* 15. v. 99. *Aliquid præclari.* Plaut. in *Curcul.* Act. 2. ſcen. 3. v. 4. *Nolo herclé aliquid: aliquid mavolo.* Expreſsit Ovid. 6. *Faſtor.* v. 27. 6. *Metam.* fab. 7. & *lib.* 13. fab. 1.

Ovid.

Eſt aliquid de tot Graiorum millibus unum.
Eſt aliquid, nupſiſſe Iovi, Iovis eſſe ſororem.
Si nomina Divum ſunt aliquid.

Aliquid nactus eſt Salomon, hoc eſt, in pulchritudine momentum ſummum : igitur res ſingularis & eximia, fœmina abſque ulla in pulchritudinem macula. Canit Mariana:

Marian.

Tota venuſta es, amica mea, & ſine labe decora:
A capite ad talos gratia, turpe nihil.

Bebæoſis.

22 Aſtruitur intentum ſchemate Bebæoſi, de qua egimus, *Tautolog.* 2. num. 21. & deinde *T.* 5. *n.* 17-6. n. 43. & 7. n. 16. nimirùm, dum profertur ſententiæ affirmatio, cum negatione contrarij in affirmatione prolati. Ut Ioann. 1. 20. *Confeſſus eſt, & non negavit.* Pſalm. 106. 40. *In invio & non in via.* Iacob. 1. 4. *Perfecti, in nullo deficientes.* Levitic. 22. 21. *Immaculatum offeret : omnis macula non erit in eo.* Intellige *Omnis non*, pro nulla macula ; ut exponitur Deuter. 12. 15. *Mundum, hoc eſt, integrum, & ſine macula.* Epheſ. 5. 26. *Ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi; ſed ut ſit ſancta & immaculata.* Epiphan. in *Phyſiolog.* cap. 23. *Eſt avis* (inquit) *Charadrius, quam Phyſiologus ait, albam eſſe totam, abſque ulla prorsùs nigredinis nota.* Richard. à S. Laurent. de *Laud. Virg.* particul. 6. *Mundi & immaculati.* Stylus apud Profanos etiam inolevit & in eodem argumento. Ovid. 15. *Metam.* fab. 2.

Omnis non *pro* Nullus.

Epiphan.

Ricard.

Ovid.

Victima labe carens, & præſtantiſsimà formà.

Ideſt, præſtantiſsima victimæ forma, quia labe carens. *Virgineo nullum corpore paſſa virum.* Ita idem, 5. *Faſtor.* v. 156. & Horatius, 2. *Satyr.* 2. v. 65. *Mundus, qui non offendat ſordibus.* Senec. Epiſt. 87. *Bona omni parte carere culpa decet. Pura ſunt, non corrumpunt animos.* Denique Souſa ubi ſupr. lib. 3. v. 144. *Puram ſine labe. Purà virgine* : & v. 243. *Sancta, ſine ſorde nocenti.* Haccine ingenioſa methodo pluris commendatur ſpecioſitas Sponſæ: igitur primò dicitur *Pulchra*, pòſt *Tota pulchra*: adduciturque cauſa, cur pulchra tota; quippequam in illa nec ulla macula. Exponit metricè Genebrard. hìc:

Horat.

Senec.

Genebr.

O Sponſa, vita charior!
Eſt tota formoſiſsima,
Et labis omnis neſcia.

Septuag.

23 Aſtipulatur ſenſui Septuag. Interp. nervoſa lectio : *Tota pulchra, & Momus non eſt in te.* Scita fabula, & quid dixerit de vertebræ verſatilis defectu in domo Minervæ, de feneſtræ vitreæ in pectore hominis, à Vulcano elaborati, ac denique de collocatione cornuum bovis à Neptuno producti. Adi Chartar. de *Imagin. Deor.* fol. 313. Natal. Comit. lib. 9. *Mythолog.* cap. 20. Lutian. in *Nigrin.* & *Hermotin.* Raviſ. Textor. in *Epithet.* & Auguſtin. 18. *Civ.* cap. 9. *Quicquid eſt pulchrum ſequitur Momus*: dicebant Priſci. Ideſt, criſis malitioſa vel à malignitate, vel ab invidia. Ergo accedat præſente Salomonis Sponsà. Deformitas apparet nulla. Pulchra eſt, & tota pulchra; etſi curiosè Momus cavillator ſuperveniat, ut carpat. Haud poterit quid reprehendere ; cùm nihil reprehenſibile deprehendere poſsit. *Amor eſt pulchritudinis deſiderium in fruitionem* : ait Plotinus, ubi ſupr. num. 18. Quid diligendum, ſi non diligitur quæ eximiè, auguſtè pulchra, & tota pulchra? Quæ, niſi ſpecies abſolutiſsima, ac venuſtate perfectiſsima forma?

Momus quis?

Plotin.

Virgil.

Chara mihi ante alias:
Venit Amor ſubitaque animum dulcedine movit.

Unde

Unde vel primo aſpectu ſagitta luminum infixa tota medullis. *Vulneraſti* (exclamat) *cor meum Soror mea Sponſa: vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum.* Pulchra vulnerat cor: tota pulchra vel primo oculorum iactu. Varijs dicendi modis ſolet exprimi pulchritudinis ſumma, dum abeſt maculà. Brevi agam, quippè fusè *Tautolog.* 4. num. 13. Sæpe enim declaratur additione proprietatis ingenitæ, vel expreſsione neceſſarij ſuppoſiti. Plaut. in *Caſin.* Act. 2. ſcen. 3. v. 1. *Nitoribus nitidis*: v. 9. *Munditijs munditiam.* Virgil. 3. *Æneid.* v. 538. *Candore nivali.* Tibull. *lib.* 4. *Eleg.* 2. v. 12. *Niveâ candidâ veſte venit.* Sil. Italic. 2. de *Bell. Punic. v.* 290. *Albentes niveæ pennæ.* Apuleius, *Metam. lib.* 11. *Nunc albo candore lucida.* Sic igitur dum dicitur Sponſa pulchra & tota ſine macula, oſtenditur ſumma pulchritudinis, vel in pulchritudine ſummum, quaſi mulierum pulcherrima, uti dicitur, cap. 5. 9. & deſcribit præſtantiam Theöcrit. *Edyll.* 15. ſignans

Cant. 4. 9.

Geminatio ex ſuppoſito neceſſario, vel proprietate, pro excellentia ſuppoſiti.

Immortalem ex mortalibus hominibus.

Theocrit.

24 Clarebit modò ex huius ſingularis ſpeciei commendatione, cur Sponſa dicatur perfecta & unica. *Una eſt columba mea, perfecta mea; una*: igitur tota pulchra ſpecie & gratiâ. In his quæ fiunt, perfectum intelligitur quod omninò abſolutum, & omnibus numeris conſtat. Cui nihil in actu deëſt: ut ait D. Thom. 1. *part. quæſt.* 4. art. 1. ad 1. Sponſa namque, cùm tota eſſet pulchra (quin reprehenſio poſſet cadere in partium concinnitatem, efformantem ſingulariſsimam ſpeciem, etſi accederet Momus, quia actu habebat, quicquid in plenam venuſtatem ſpectabat) dicitur *Una* & abſolutè *Perfecta.*

Cant. 6. 8.

Cur Sponſa dicitur perfecta?

Vultu adeo decoro, ut nihil ſuprà.

Terent.

Terent. in *Andr.* Act. 1. ſcen. 1. v. 93. Hoc eſt, ſummè venuſta: quare cap. 7. 6. illi dicit Sponſus: *Quàm pulchra es, & quàm decora chariſsima!* Fax iam lucet in illud Pauli: *Ut impleamini in omnem plenitudinem.* Hæc ſententia quit accipi de virtute, cognitione, gratia, & gloria. *Quod eſt ultimò perfectum* (ſubdit Angel. Doctor. *quæſt.* 5. *art.* 1. ad 1.) *dicitur bonum ſimpliciter: quod autem non habet ultimam perfectionem, quam debet habere, quamvis habeat aliquam perfectionem, in quantum eſt actu; non tamen dicitur perfectum ſimpliciter, ſed ſecundum quid.* Virtutibus Paulus optat ornari diſcipulos, ut procedant de virtute in virtutem, in plenitudinis perfectionem; quæ eſt animæ pulchritudo: & ſumma ſeu tota, cùm ſummè virtutum perfectio habeatur. Hoc contingit, quùm nihil in actu deëſt: dicitque Paulus, non ſolùm impleri, ſed impleri in plenitudinem; ut nullius virtutis defectu, ſint eximij, ſummi, *perfecti*, & *integri in nullo deficientes*, ut dicit Iacobus. Syr. *Opus conſummatum, ut ſitis conſummati; ne quid deſit vobis.* De cognitione in fidem acceptam exponi poteſt etiam teſtimonium. Aliquam de fidei myſterijs cognitionem habebant: cupitque Paulus, illos impleri in plenitudinem & in omnem; ut gloriam Domini ſpeculentur à claritate in claritatem: *Ut det vobis* (inquit à v. 16.) *ſecundum divitias gloriæ ſuæ virtute corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem: Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris in charitate radicati & fundati: ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, ut impleamini.* Si auctoritas accipitur de gratia, aſſeclas urget Doctor Gentium in maiora, ſupereminentiorem viam demonſtrans; ut qui iuſtus eſt, iuſtificetur amplius: & ſanctus ſanctificetur adhuc; uti dicitur, *Apocal.* 22. 11. Unde in ſignum huiuſcemodi perfectionis, ac pleniſsimæ plenitudinis; poſtquam Maria dicitur, *Gratiâ plena*, ſubditur: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te.* Venerat, ut plena eſſet gratiâ in genitricis perfectionem, & ſupervenit, ut impleretur in omnem plenitudinem. Denique de gloria poteſt uſurpari eiuſmodi plenitudinis plenitudo. In via implentur homines gratia, ut dicitur de Stephano, *Act.* 6. 8. de Baptiſta, Luc. 1. 15. Plenitudo utique, ſed huius plenitudinis perfectio in gloria tantùm: quia ſatiatur anima, apparente gloriâ. Sic enim quos impleri deſiderat, cap. 4. à v. 12. excitat *ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij; donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Ibi ergo anima dilecta, perfecta, ſpecioſa & tota pulchra: ibi civitas cœleſtis, urbs perfecti decoris, gaudium univerſæ terrę viventium.

Terent.

Ephes. 3. 19

D. Thom.

Quomodò in chariſmatibus plenitudo plenitudinis?

Iacob. 1. 4.

Luc. 1. 28. 35.

Maria gratiâ plena, & ſuperplena.

25 Ut in Sponſæ ſpeciem abſolutiſsimam redeamus, etenim fulget iam perfecta & decora; ſciendum aliquid de gloria illius, dum à Salomone electa, quoniam inter tot pulcherrimas fœminas præſtabat una. Mos fuit Regibus Orientalibus recludere fœminas ſpecioſas in pallatij gynæceum, ut ex illis, quæ magis placeret, eligeretur in Regi-

Unum pro primario.

nam,

nam, uti liquet, *Esth.* 1. 19. & *Cant.* 6. 7. Cùm ibi plures essent Sponsæ, *Una* tantùm post nuptias dicebatur; quia electa ex omnibus, Regina reginarum. Hinc Salomon ait: Cant. 4. 8. postquam pulchriorem & ex toto perfectam intuitus est, v.8. *Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis.* Haud alia Sponsarum in polygamia (etsi dicerentur Esth. 5. 3. Reginę, quia Regis coniuges) coronabatur nisi uxor primaria. Unde antonomasticè hęc *Regina* dicebatur. Hac de causa dixit Assuerus: *Quid vis Esther Regina?* in cuius dignitatis signum, cap. 2. 17. profertur: *Adamavit eam Rex plusquàm omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare.* Idem contigerat cum prima primaria uxore, quam coronavit uti unicam, pulchritudinis gratia. *Ut introducerent Reginam Vasthi coram Rege, posito super caput eius diademate; ut ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra valdè.* Sub haccine metaphora dicit Dominus ingratæ Synagogæ, Ezech. 16. 12. *Dedi coronam decoris in capite tuo.* Hoc intuitu in Ethnicismo victimæ tantùm primariæ coronabantur: de quo Anton. Thylesius, & Paschal. de *Coronis.* Unde Ovidius ubi supr. n. 22.

Quæ dicebatur inter reginas Regina?

Cap. 1. 11.

Quæ victimæ olim coronabantur?

Victima labe carens, & præstantissimà formâ,
(Nam placuisse nocet) vittis insignis & auro
Sistitur ante aras.

Ovid.

Hi ritus coronarum in signum fuisse perfectionis, astruit Prado in 23. *Ezech.* n. 42. dicens: *Eo quòd circulus sit corona perfecta, perfectionis & plenitudinis symbolum.* Idem Pier. Valerian. *lib. 39. cap.* 10. Haud alio signo vividiore poterat exprimi perfectio pulchritudinis Sponsæ, quàm coronâ; ut luceret primaria uxor inter sexaginta Reginas, reliquamque puellarum turbam, uti Regina omnium; quippe *Una* illa erat, ut corona perfecta, quæ sine ulla macula, venustatis plena, pulchra tota. Quàm aptè Venet. *Nullum est initium in te.* En corona. Semper fulsisti gratiâ plena. Bessón. *Omne tuum pulchrum est, & non est in te aliquid.* Vividè. Aliquid aliquid desiderat, & non est aliquid, ubi totum; & ex toto totum pulchrum & perfectum. *Una consummata mea:* Maluend. Si electio in coronationem ex speciositate pendet singulari; quia *Una es*, & ex toto pulchra, *Veni* iter omnes *coronaberis.* Incomparabilis nitet pulchritudo. Prudens rutilat electio: igitur illæ, queis carpendi inhæret livor, fomite æmulationis, ob singularem pulchritudinis præstantiam, laudant, prædicantque usquequaquè beatissimam.

Corona qua re perfectionis symbolum.

Venet.

Bessón.

Maluend.

Scis ut te cunctis unam
Prætulerim, thronique libens in parte locarim.

Virgil.

26 Vidit sanequàm in conclavi cum reliquis Salomon, & concupivit Rex decorem, decernens ducere; ut esset una in delicijs, quæ in gratia speciositatis. Fidei demonstrationi respondit fides Amasiæ; verùm à Sponso protrahebantur nuptiæ. Nonnunquàm optata, fera: unde illa charitate vulnerata, amore, moræ impatiens, quo languebat, cùm coniugium per osculum signaretur; erumpit in quietem cordis pro optato voto, dicens: *Osculetur me osculo oris sui.* Antequàm respondentes Pleonasmo, dicamus, cur *Osculo* iungitur eiusdem prorsùs significationis verbum, instrumentum aptum & connaturale, nimirùm *Os*, & relativum *Sui*, sine antecedente, cui referatur; operæ pretium erit, elicere fontem huiusmodi vehementis affectus in vocum ex abrupto prolationem. Tametsi in tot varia & erudita vagentur ingenia sacrorum interpretum; meo iudicio hìc non agitur de nuptijs filiæ Pharaonis, ad quas apparatus tantus, divisio quasi scenica Epithalamij, recluso Sponsæ, dispositio ornatus, mundique muliebris, dies ante-nuptiales, sponsalia munera, sodalium comitas & urbanitas, Sponsi per cancellos vaga curiositas, & alia id genus; quæ divinando dicuntur, ut eruditionem, variamque lectionem Expositores ostentent, non ut mentem Cantici enucleando confirment. Non utique de his nuptijs agi arbitror; opportunum siccinè esset canticum, dum agerentur. Hypotiposis illarum tendit in altiora. Constat Salomonem, haud flore ætatis, viridique iuventâ cantica confeciisse; sed postquàm cuncta quæ optaverat, voto petita, & reapsè potita vocaverat iurè falsissima gaudia. Pœnitentiâ errorum ductus, Spiritu-Sancto afflatus cœlestia dona expressit, qui mundana præ mœrore fastidivit. Hinc concinnatus est præstantissimum canticum, scilicèt *Cantica canticorum*; qui expertus in mundi illecebris lugubre, cui entitas & titulus, *Vanitas vanitatum.*

Cant. 1. 1.

Nuptiarum symbolum, osculum.

Scopus Cantici canticorum.

27 Salomon ergo cùm rediret frugi, terrena pertæsus, cœlestia uti sempiterna optat: desponsationemque animæ cum Deo mysticè, cum Virgine-Matre hypermysticè

stícè, cum Ecclesia, Verbo divino homine, propriſsimè, in allegoria nuptiarum libentiſsimè præcantat. Hinc Franciſc. Monzæus in *Delibation. Salomon. Hiſtor.* luculentè ſuccinit: *In trinum ſenſum.*

Ipſe ſuos quanquám Salomon, ſi verba moreris,
Et celebrare ſuæ videatur coniugis ignes
Mortales; flammis tamen inſpiratus ab æthra Monz.
Sidereá, longè mortalibus orbe futuros
Demùm inſtaurato meliores cantat amores.
Nil Salomon in hoc, nudum niſi nomen, & umbra
Carmine: nil Phariæ niſi nomen & umbra puellæ.

Dixi *Propriſsimè* de nuptijs Chriſti & Eccleſiæ; quia ad nuptias propriè dictas, requiritur, quod ex duobus coniugibus, non tantùm unus ſpiritus, ſed una caro fiat; quod ante incarnationem non factum. In illa ergo divinitas & anima Chriſti eidem carni in eadem hypoſtaſe unitæ fuerunt duo: duo in carne una, qua non ſunt duo, ſed una caro; quia Deus & homo unus eſt Chriſtus. Hinc Chriſti humanitas dicit Verbo Patris: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Pende *Me* non alium; ut á me theandro, homine Deo, tanquàm à fonte fluat in cunctos homines gratia. Complacuit Trinitati SS. in ipſo inhabitare omnem pulchritudinem divinitatis corporaliter, tanquàm in capite; quòd ampliùs & perfectiùs præ participibus unxit oleo lætitiæ gratiæ: igitur de plenitudine eius omnes accepimus. *Qui plenitudinem capit, oſculum de ore ſumit: qui verè de plenitudine, oſculum de oſculo recipit*: ait Bernard. in *Cant.* ſerm. 8. num. 8. Ita igitur ut diſcrimen conſtet inter caput & membra. Verſiones variæ ſunt. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Maluend. *De oſculis* Septuag. *Ab oſculis*: Pagn. *Oſculis.* Ille qui Sponſus à Patre oſculum accepit & ab ore: Sponſa verò Eccleſia oſculum de oſculo. Ex hoc matrimonio inter Verbum & Chriſti humanitatem proceſsit ſacramentum magnum inter Chriſtum & Eccleſiam: quod quidem etſi ratum in Incarnatione, minimè conſummatum, quouſque in Euchariſtia corpus ſuum Sponſus tradidit. *Nos autem audiamus & intelligamus in carne una Chriſtum & Eccleſiam: ſicut carnem ſuam nobis manducandam fideli corde, atque ore ſuſcipimus.* Ita Auguſtin. lib. 2. *Contr. adverſar. legis & Prophet.* cap. 9. Anſelm. in *Epiſt. ad Epheſ.* 5. 31. *Duo, ideſt, Chriſtus & Eccleſia ſunt in carne una; quia carnem, quam ille de Virgine ſumpſit, quotidiè in Miſſarum celebrationibus ſumit Eccleſia.* Theodoret. loc. *Cantic.* præf. infit: *Ne quis oſculorum vocabulo perturbetur: conſideret, quemadmodùm Sponſi corpus ſuſpicientes amplectimur, & oſculamur.* Idem Chryſoſtom. Homil. 20. ad *Epheſ.* Irenæus, lib. 5. adverſ. *Hæreſes*, cap. 2. Cyrillus Alexand. lib. 1. in *Ioann.* cap. 13. & lib. 11. cap. 27. Hilar. lib. 8. de *Trinit.* Innocent. III. lib. 4. de *Myſter. Miſſ.* cap. ult. alijque PP. quorum ſententiam in noſtrum propoſitum exponit nervosè, doctèque Vazquez in 3. part. *diſput.* 204. per plura capita. Per fidem duntaxat non contrahitur huiuſmodi matrimonium, ſed tantùm poſſunt iniri ſponſalia; quippe ubi unio non eſt, matrimonium abeſt, & per fidem ſolam non datur in contrahentibus fides mutua, ad coniugium neceſſaria: qua de cauſa, Ioan. 2. 23. dicitur: *Multi crediderunt in nomine eius: ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis.* Non illi credit, qui tantùm credit, quouſquè per gratiam contrahatur matrimonium ratum, quod conſummandum per Euchariſtiæ uſum; quoniam tunc Sponſus Chriſtus tradit ſuum corpus, *non myſticé, ſed proprié & corporaliter, quia omnes uniuntur realiter corpori Chriſti, cum eoque fiunt unum in Euchariſtia, ſicut cibus fit unum cum comedente*: Ait Alapid. 1. ad *Cor.* 10. 17.

In trinum ſenſum.

Monz.

Chriſtus Eccleſiæ Sponſus.

Bernard. Maluend. Septuag. Pagn.

Auguſtin. *Cur in Euchariſtia utriuſque coniugium.* Anſelm.

Theodoret.

Quãdo ſponſum, quando ratum, & quando conſummatum?

Alapid.

28 Per huiuſmodi ſacram in gratia ſumptionem, in ſuam carnem Sponſus noſtram convertit: fiuntque duo in carne una, ita concorporati, ut non ſint duo ſed una caro: etenim qui dignè manducat; inquit Sponſus, Ioann. 6. 56. *In me manet & ego in illo.* Non convertitur caro Chriſti in noſtram carnem; ſed econtra: quare ibid. v. 57. dicit: *Qui manducat me, ipſe vivet propter me.* Haud hic cœleſtis panis, ſicut Manna. Hic panis eſt vivus & vitalis, qui in ſe transformat comedentes, ut ſint in unam ſubſtantiam; ſicut Manna comedentes in ſe tranſmutabant eſcam, de quo egimus *Tom.* 2. Tautol. 10. D. 6. à num. 5. Corpus quod eſt Eccleſia myſticum eſt, ſed non eſt myſtica corporis unio in unoquoque fidelium. Euchariſtiæ uſus eſt conſummatio huius matrimonij, per quam non ſolùm conceditur unitas cum corpore Chriſti, ſed reſurrectio & immortalitas, uti dotes corporis: *Habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in noviſsimo die:* v. 54. *Verbum ſe admiſcuit hominum naturæ* (infit Gregor. Nyſſen. *Orat. Catechetica*, cap.

Euchariſtiâ in corpus Chriſti convertimur.

Cur dotes corporis glorioſi ab Euchariſtia?

Greg. Nyſſ.

cap.37.) *ut communione divinitatis ſimul etiam deificetur humanitas. Ea de cauſa per ſuæ gratiæ diſpenſationem ſe per carnem inſerit omnibus credentibus commiſtus & contemperatus corporibus credentium, quibus ſubſtantia eſt ex pane & vino; ut unione cum eo, quod eſt immortale, ſit etiam homo particeps incorruptionis.* Dictum olim ab Ethnicis, ut ait Senec. in *Hercul. furent.* v. 445.

Senec.

Non eſt ad aſtra mollis è terris via.
Mentimur Iovem: quid violas Iovem?
Mortale cœlo non poteſt iungi genus.

Idem ſentiunt Plato in *Sympoſ.* Apuleius de *Deo Socrat.* & fusè Plutarch. in *Numa*: unde Ovidius, 3. *Metam.* fab. 3. de Semele dicit:

Ovid.

——— Corpus mortale tumultus
Non tulit æthereos, doniſque iugalibus arſit.

Fallebantur. Deus homo factus eſt, ut homines Deos faceret, factus homo, immortalitatem mortalibus largiturus. Electurus ſanè coniugem Eccleſiam pulchram Eſther, pro Synagoga Vaſthi; oppignorabitque fidem in tantam felicitatem, quippe ſic Deus hominem dilexit, ut filium ſuum unigenitum daret.

Gentilitas eligitur pro Synagoga.

Tunc ad mortales veniet, mortalibus ipſis
In terris ſimilis, natus Patris omnipotentis,
Corpore veſtitus.

Sibyll.

Accinuit Sibylla Cumana. Tota cogitatio promiſsioni hærebat, ſecumque in ſolamen loquebatur, *Quando hæc erunt? Quod ſignum adventus tui?* In hunc ſcopum deſideria exprimens collium æternorum, in optabile coniugium (ex quo ſumptâ carne in Virginis utero, connubij thalamo, Eccleſia dignanda titulo Sponſæ, quippe tunc duo iam non duo, ſed una caro) Spiritus-Sancti afflamine, quin dicatur, etſi cogitetur, cuius, vel cui, Quis vel Quæ, dicit in mentis exceſſu: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Aptè Genebrardus in *Metric. expoſition.*

Deſideria Eccleſiæ pro incarnatione Verbi Dei.

Tot expectatus ſæculis,
Tot prædicatus Patribus,
Tot ante dictus Gentibus,
Tot enunciatus literis,
Tot perſonatus Vatibus,
Tot delineatus formulis,
Tot concupitus Angelis;
Nunc ille me frequentibus
Suimet oris oſculis,
Exoſculetur ſuaviter.

Genebr.

Patet iam, hæccine verba eſſe locutionem figuratam, ſub metaphora filiæ Pharaönis, in nuptias Verbi incarnandi, & veræ futuræ Sponſæ Catholicæ Eccleſiæ. Videſis Auguſtinum, lib.8.de *Geneſ. ad liter.* cap.1.

29 Occurrit illicò, quod ſuprà præmiſi: quorsùm ſcilicèt ad oſculum additur *Oſculetur*? Minimè profectò affectus per oſculum oſtendendus ſine actione; nec ſine inſtrumento, nimirùm, ore, ſine quo non oſculum; quippequàm labiorum munus. Rupertus hìc *lib. 1. cap. 1.* dirigit verba in Virginem-Matrem, non affectum, ſed effectum demonſtrans: *Deus Pater* (inquit) *te oſculatus eſt oſculo oris ſui. Quæ auris audivit? Quis oculus hoc vidit? Cuius in cor hominis aſcendit? Tibi autem, ó Maria, ſemetipſum revelavit & oſculans & oſculum & os oſculantis.* Bernard. ſerm. 8. in *Cant.* n. 2. infit: *Si rectè Pater oſculans, filius oſculatus accipitur; non erit abs re oſculum Spiritum-Sanctum intelligi, utpotè qui Patris & Filij individuus amor, indiviſibilis unitas.* Hoc planè deſcriptio perſonarum diſtinctionis in Trinitate, cum unitate individuæ naturæ; ubi in eadem re non idem os & oſculans & oſculum. Incarnationem Filij Dei his verbis exoptari autumat Greg.Magn.14.in *Iob*,cap.20.igitur quid ut homo mortuus reſurgat,quod Giezi mittatur (nimirùm ſervi vocaturi invitatos ad nuptias) ni Propheta veniat? Neque erit vox,neque ſenſus,quouſquè ille,de quo locuti ſunt prophetæ priores, ponat os ſuum ſuper os eius, oſculeturque oſculo oris ſui. Oſcula næ per antiquos Vates data ab illo,ſed non per illum,quod ad hominis vitam omninò perneceſſarium. O Sponſe! Non in illorum, ſed tantùm hæc diffuſa gratia in labijs tuis, qui ſpecioſus forma præ filijs hominum. *Meritò proinde viſiones & ſomnia non recipio: figuras & ænigmata nolo: ipſas quoque Angelicas faſtidio ſpecies; quippe & ipſos longè ſuperat Ieſus meus ſpecie*

Maria excellenter dignata à Trinitate tota. Rupert. Bernard.

4. Reg. 4. 34.

Incarnatione Verbi Dei conditio humana revocatur ad vitam.

ſuâ

suâ & pulchritudine suâ. Non ergo alium, sive Angelum, sive hominem, sed ipsum peto osculari me osculo oris sui. Hæc Bernard. *serm.* 2. n. 2. & Theodoret. quò dudùm, n. 27. *Mitte mihi Unigenitum tuum ó Pater: nimiùm diú iam illum expecto, illum desidero. Laboravi, epistolas eius accipiens per Patriarchas, per Legislatores, per Prophetas: ampliùs ferre non possum amoris flammam: ignis est enim ardens, atque urens in visceribus meis. Per omnes mihi se venturum promisit, neque ad hunc usque diem promissa perficere voluit. Promisit se venturum, ac nuptias perfecturum. Nescio cur differat, cur me ardentem desiderio despiciat. Expecto per singulos dies: Osculetur me osculo oris sui.* Iam Prophetæ missi sunt: O Pater, mitte quem missurus es. Siccine voto Ecclesia potita, cùm venit plenitudo temporis: etenim ut ait Paulus, *Multifariàm, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, novissimè diebus istis locutus est nobis in Filio.* Longè vota Ecclesiæ à desiderijs fastidiosæ Synagogæ delicatulæ. *Loquere tu nobis* (dicebat Moysi) *& audiemus: non loquatur nobis Dominus.* Timebat ne mori, à verbo vitæ? Hic timor, in Ecclesia verus amor, quo desideratur, quòd loquatur Sponsus, aperiat os suum, & osculetur osculo oris sui. Iam enim Synagoga osculum, sed suum, acceperat; nimirùm, osculum spiritale sub lege. *Osculum spirituale* (ait Augustin. de *Amicitia*, cap. 6.) *proprié amicorum est, qui suo una lege tenentur. Non enim fit oris attactu, sed mentis affectu: non coniunctione labiorum, sed commistione spirituum.* Plus appetit Ecclesia Sponsa: equidem non solùm ambit osculum, quod amicorum; sed Sponsi osculum oris attactu & coniunctione labiorum. Sic summæ felicitatis voti compos; postquàm suspirijs protulerat, *Quis mihi det te fratrem meum?* gloriosè fuit suscitata, ibi ubi mater viventium corrupta: quod quidem nequibat fieri, ni oscularetur osculo ipsius oris Sponsi. *Oscula enim oris significant corporatam præsentiam* (subdit Genebrard. hìc in *Prof.*) *atque congressum per unionem hypostaticam, sive assumptionem humanæ substantiæ in divinam hypostasim, per quam iam osculari corporaliter possit.* Augustinusque lib. 1. de *Serm. Domin. in mont.* subdit: *Ista circumlocutio, qua scribitur: & aperiens os suum; commendat, quòd nunc eum dictum est, aperuisse os suum, quód ipse in lege veteri aperire soleret ora Prophetarum.* Dicit affectum vel Prophanus, 10. *Metam.* fab. 9.

Bernard.

Theodor.

Quanta in eius adventu gratia!

Hebr. 1. 1.

Exod. 20. 19.

Quid sit osculum spirituale? Augustin.

Cant. 8. 1.

Genebrard.

Augustin.

Ut præsens spectem, tangamque, loquarque,
Osculaque admoveam, si nil conceditur ultrà.

Ovid.

30 Inquirit Bernardus, loc. cit. num. 2. Cur Sponsa amore flagrans, haud dicit, *Osculetur me ore suo*, sed *osculo oris sui?* Ingeniosè utique respondet, osculum signare coniugium filij Dei in carne (ut celebraret uti Sponsus) venturi. *Nec sanè præsumo* (ait Sponsa) *me osculatum iri ab ore ipsius. Est enim hoc assumpti hominis unicæ felicitatis & prærogativæ singularis: sed humiliùs, ab osculo oris sui peto me osculari, quod commune utique est multorum, qui dicere possunt: & nos omnes de plenitudine eius accepimus. Sit os osculans Verbum assumens, osculatum caro quæ assumitur: osculum verò quod pariter ab osculante & osculato conficitur, Persona ipsa ex utroque compacta, mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Hac ergo ratione sanctorum nemo dicere præsumebat, Osculetur me ore suo, sed tantúm Osculo oris sui: ipsi sanè servantes prærogativam istam, cui singulariter, semelque os Verbi impressum tunc est, cúm ei se corporaliter plenitudo omnis divinitatis indulsit. Felix osculum, ac stupenda dignatione mirabile, in quo non os ori imprimitur, sed Deus homini unitur.* Luculenter profectò. Huic quæstioni Doct. Melliflui addam & aliam non vulgarem: nempè, cur si ex osculo tota totius humanæ conditionis felicitas, & oscula mutua sunt, quippe *osculum est ore ad os sumptum*, ut subdit idem *serm.* 8. num 7. non dicit Sponsa: *Osculer illum osculo oris mei*; sed *osculetur me osculo oris sui?* Quare ab illo osculum & non ab illa, cùm illa optet, dicens: *Osculetur me?* An quia non illum diligeremus, ni priùs ipse nos diligeret? Utique, ut astruit Ioannes. Haud ex meritis nostris, sed propter nimiam charitatem, qua nos dilexit, misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Nil ex iure: etsi merita dona Dei, non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Esset enim præsumptuosa cogitatio vel desiderium osculandi illum, nisi ipse priùs oscularetur Sponsam. Dicit vel Ethnicus in *Ranis*, Act. 3. scen. 1. v. 17.

Bernard.

Idem.

Cur Sponsa non petit osculari ore, sed osculo?

Cur non dicit osculer, sed, me osculetur? 1. Ioan. 4. 10. 19.

O Phœbe Apollo! Ut osculer & ipse osculare.

Cùm demerita propria intueretur humana natura; ut redamare posset, priùs ab ipso optat amari: equidem sine Sponsi liberà dignatione, aut exprimeret dilectionis flam-

Aristoph.

mam, ſed proprij amoris inſolentem arrogànter ſuperbiam. Deus hoc amore haud allicitur: ſuperbis philautis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. *Qui dives eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam* (inquit Paulus) *qua dilexit nos, cùm adhuc eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos Chriſto* (*cuius gratiâ eſtis ſalvati*) *& conreſuſcitavit, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu, ut oſtenderet abundantes divitias gratiæ ſuæ.* Ephes. 2. à v. 4. Intuitum ſequitur Bernard. ubi ſupr. *ſerm.* 3. num. 1. & *ſerm.* 8. num. 1. *Unde neque iſta, quanquàm multùm præſumens, audet tamen dicere. Non eſt enim cuiuſvis hominis, ex affectu hoc dicere. Ego autem arbitror, neminem vel ſcire poſſe quid ſit, niſi qui accipit. Eſt quippe Manna abſconditum; & ſolus qui edit, adhuc eſuriet: eſt fons ſignatus, cui non communicat alienus; ſed qui bibit, adhuc ſitiet. Minimè ergo id ſibi arroget.* Bernard.

31 Eruimus ergo teſtimonij nucleum, cuius argumentum Patribus negotium tantum faceſsijt: modò in corticem haud inſipidum, quippe pulcherrimæ imaginis involucrum; quod devolvemus ſedulò, ut clareat quid contineat textus intùs & foris. Singillatim igitur quaſi per partes agendum: *Oſculetur.* Primo intuitu in fœmina oſculum ut quid indecorum ſonat. At indecoris cordibus videbitur indecorum; cùm ſit metaphoricum, oſculùm ſanctum, ſanctum indicans connubium, maximè apud Hebræos, inter quos oſculum pignus deſponſationis. Ita aſtruit Tertullian. de *Veland. Virgin.* cap. 11. & Auguſtin. 4. *Confeſſ.* cap. 8. infit: *His atque huiuſmodi ſignis á corde amantium & redamantium procedentibus per os, per linguam, per oculos, per mille motus gratiſsimos quaſi fomitibus animos conflare, & ex pluribus unum facere.* Theöcrit. *Eayl.* 3. v. 18. *Oſculum pignus nuptiarum.* Auguſtin. Theocrit.

Nympha amplectere, ut te deoſculer.

Adi Aben Ezra hìc, cuius commentarium invenies in Genebrardo. *Oſculum pignus eſt nuptiarum*: ait Ambroſius, *Epiſt.* 2. ad Marcellam. Signat Virgilius, 1. *Æneid.* v. 691. Ambroſ.

Cùm dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet.

De oſculo nuptiali agunt plures Iuriſconſulti. Gregor. Toloſſan. *Symtagm. iuris*, lib. 9. cap. 5. & 8. Dominic. à Sancto Geminiano, *Conſil.* 24. n. 16. Arnold. Ferronus in *Conſuetud. Burdegal.* titul. 4. de *Dote*, §. 1. & Tuſchi, l. O. concluſ. 206. Videris plura apud Alexand. ab Alex. 2. *Dier. Genial.* cap. 5. ibi Tiraquell. & Iul. Cæſar. Scaliger. 3. *Poëtic.* cap. 100. Caſta enim oſcula non turpidinis, ſed amoris ſunt indicia. *Fœminæ pudico pudore*: ait Clem. Alexandr. 3. *Pædag.* cap. 11. *Tria ſunt oſculandi genera: Oſculum, ſcilicèt, Baſium & Suavium. Oſcula officiorum ſunt; Baſia, pudicorum affectuum; Suavia, libidinum, vel amorum.* Ita Donatus in Terent. *Eunuch.* Act. 3. ſcen. 2. v. 3. Idem Lælius Biſciola, Tom. 1. *Horar. ſubſecivar.* lib. 7. cap. 13. & Godeſcalcus Stevvech. in illud Apuleij *Metam.* 1. *Amplexuſque, ac comiter oſculatus.* Diſcrimen etiam expreſsit Seneca, *Epiſt.* 75. *Aliter homines* (inquit) *amicam, aliter liberos oſculantur: tamen in hoc quoque amplexu tam ſancto & moderato ſatis apparet affectus.* Clemens Alex. Donat. *Diſcrimen oſculi, baſij & ſuavij.* Senec.

32 Oſculum amorem ſanequàm præ ſe fert; ſed aliquando ſervilem: olim oſculo exprimebatur ſubiectio, vel propter obſequium, vel propter ſervitium: queis animus reverenter maieſtatem ſuperioris in ordine demonſtrabat: quo intelligitur illud Pharaonis in exaltatione Ioſeph, Geneſ. 41. 40. *Ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Hebr. *Super os tuum oſculabitur omnis populus meus.* Maluend. *Hoc ſubiectionis ſigno*: quod etiam aſtruit Arias Montan. in *Idiotiſm.* ling. Hebraic. Hoccine ſtylo innoteſcit reverentia, adoratiovè quæ olim communis ad Reges & Proceres: Geneſ. 23. 7. 33. 3. 1. *Reg.* 25. 41. & 3. *Reg.* 1. 16. alibique ſæpe. Hinc Pſalm. 2. 12. ubi; *Apprehendite diſciplinam*: reverentiam ſcilicèt, Hebr. legit: *Oſculamini filij.* Maluend. *Oſculamini filium.* Oſee. 13. 2. *Vitulos adorantes*: Hebr. *Oſculantes.* Propoſitum ſignat Sueronius, referens maieſtatis Auguſto futuræ ſomnium. *Quaſi Iupiter* (infit in eo, *cap.* 94.) *compluribus prætextatis tutorem á ſe poſcentibus, unum ex eis demonſtraſſet, ad quem omnia deſideria ſua referrent, eiuſque oſculum delibatum digitis ad os ſuum retuliſſet.* Sic Plinius: *In adorando dextram ad os referimus*: lib. 28. cap. 2. quippe manu porrectà & ad os relatà, quaſi oſculo exhibebatur adoratis reverentia. *Oſculum ſignum ſubiectionis.* Sueton. Plin.

33 Ritus erga Deos haud fuit proximè ad os applicando labia; ſed extrema digitorum manus dextræ ori ſuo adorantes admoventes, verſus idolum porrigebant. Nos utique hoccine utimur cultu, in occurſo amicorum, vel ſuperiorum, exprimendo urbanè, religiosè, pieque grati animi benevolentiam, ac in obſequium expeditam

prom-

promptitudinem. In Scriptura occurrit ritus Ethnicus, & adorantium sacrilegè intuitus. Iob, 31. à v. 26. *Si vidi Solem, cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & osculatus sum manum meam ore meo*: quippe mos apud Gentiles salutare Luminaria cœli: quæ cùm non possent osculari, manum exosculabantur, Lunam adorantes & Solem. Idem usus in Idola: 3. Reg. 19. 18. *Os quod non adoravit eum* (Baal) *osculans manus.* Unde constat ritus Ethnicus, potissimum in ortu Solis, de quo egimus, *Tom.* 4. *T.* 3. *n.* 13. Adi Brissonium. 1. de *Formul.* & Iustum Lipsium, lib. 2. *Elector.* cap. 6. *Si fanum aliquod prætereat, nefas habet, adorandi gratia manum labris admovere*: inquit Apuleius *Apolog.* 1. Aliquando, ut indicaretur cordium cultus, non manum in adoratione osculabantur; sed labia efformabant in osculum, illucque dirigebant imprimentes in aëra, ubi eminus erant idola, vibrantes labia; uti floridè dicit Tertullian. *Apolog.* cap. 16. Hoccineque sensu Petron. in *Satyr.* fol. 76. inquit: *Labia crepitabant.* Martial. 1. *Epigr.* 77. *Basia sola crepant.* Claud. in *Epithal.* Paladij, v. 131. *Oscula mille sonant.* Ovid. denique, 3. *Trist.* eleg. 5. v. 16.

Ritus Ethnicus adorandi per osculum.

Apulei.

Varia genera osculandi.

Et singultatis oscula mista sonis.

Ovid.

Sic igitur aliquam fœminam pulchram aspicientes, osculabantur osculis Numinis. *Multi civium* (ait Apuleius de Psyche, 4. *Metam.*) *quos eximij spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat, in accessæ formositatis admiratione stupidi, & admoventes oribus suis dexteram, primore digito in erectum pollicem residente* (perpende obviter Crucis formam, quam nos in iuramentum effingimus, ab Ethnicis, quin quid scirent, figuratam & osculatam) *ut ipsam prorsùs Deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.* Interdùm idolum osculabantur expulso timore, uti astruit Cicero in *Verr.* act. 4. *Ibi est ex ære* (inquit) *simulachrum Herculis, quo non facilè dixerim me quicquam vidisse pulchrius: usque adeò, iudices, ut rictum eius & mentum paulò sit attritius, quod in precibus ac gratulationibus non solùm id venerari, sed etiam osculari solent.* Vide Casaubon. in Sueton. *August.* cap. 94. Turneb. 4. *Advers.* cap. 15. & Alexand. ab Alex. *lib.* 5. cap. 13.

Apulei. *Forma crucis osculata ab Ethnicis, quin scirent.*

Ciceron.

34 Si idola occulta, quippe clausa templa; postes Ethnicus exosculabatur. *Cùm per omnia* (infit Arnob. *lib.* 1.) *supplices irent templa, cùm Deorum ante ora prostrati limina ipsa converrerent osculis.* Virgil. 2. *Æneid.* v. 490. & Tibull. 1. *eleg.* 2. v. 87.

Postes osculati.

Virgil.

Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.
Non ego, si merui, dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.

Tibull.

Plaut. in *Mercator.* Act. 5. scen. 1. v. 1. *Limen Superum, Inferumque salve.* Vide Tit. Liv. *lib.* 44. *section.* 34. Valer. Maxim. *lib.* 5. *cap.* 10. & Turneb. *lib.* 12. cap. 5. Fœminæ utpotè superstitiosiores, post osculis salutatum limen, capillis expansis verrebant aram. Livius *lib.* 3. *sect.* 24. & *lib.* 26. *sect.* 42. inquit: *Matronæ circa Deum delubra crinibus passis aras verrentes.* Statius, 4. *Thebaid.* v. 193. & Lucan. 2. v. 29.

Plaut.

Strata & limina.

Livius.

Statius.

Fallere, & incultos aris adverrere crines.
——— Cultus matrona priores
Deposuit, mœstæque tenant delubra catervæ.
Hæ lachrymis sparsere Deos, hæ pectora duro
Afflixere solo, laceraque in limine sacro
Attonitæ fudere comas.

Lucan.

Etiam capillis verrebant.

Morem priscum refert Mamertin. ad Maximian. *Panegiric.* num. 30. *Matres Italæ pensa manibus abiecerunt, parvos liberos abreptos ad templa traxerunt: ibi ædes sacras passo capillo suo quæque verrebat.* Idem Apuleius, ut videbimus illicò. Sæpesæpiùs pedes exosculabantur Idolorum. *Exosculatis vestigijs Deæ*: ait Apuleius *Metamorph.* lib. 2. & lib. 6. *Tunc Psyche uberi fletu rigans Deæ vestigia, humumque verrens crinibus suis, multijugis precibus editis, veniam postulabat.* Ex quo mos osculandi vestigia humi impressa dilectorum, ut notant Commentatores Persij, in illud *Satyr.* 2. v. 38. *Quicquid calcaverit hic, rosa fiat.* Ovid. *Epist.* 15. v. 332.

Mamertin.

Pedes idolorum exosculati.

Apulei.

Teque novam credet vulgus adesse Deam.

Causam signavi, *Tom.* 3. *Tautol.* 1. *num.* 28. ibi videris. Pro veneratione, ac reverentia summa, vel proiectione in humili statu accipitur in Scriptura osculatio vestigiorum. Isai. 49. 23. *Vultu in terram demisso, adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent:* & cap. 60. 14. *Adorabunt vestigia pedum tuorum*: ideſt, osculabuntur; sicut Psalm. 131.

Ovid.

Isai. 60. 14.

7. *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.* Eousque pervenit olim Ethnicorum Principum arrogantia, & adiatrephia, ut sibi arrogarent huiusmodi cultum, igitur pedes porrigebant in osculum. Capitolinus refert de Maximino, Dio de Cai. Caligula, quem articulum taxat severè Seneca, 2. de *Benef.* cap. 12. *Caligula porrexit* (inquit) *osculandum sinistrum pedem. Parum enim fœdè furioséque insolens fuerat, qui de capite Consularis viri soccatus audiebat, nisi in os Senatoris ingessisset Imperator pigros suos.* Pompon. Lætus in impio *Diocletian.* subdit: *Imperatores antea manus exosculandas nobilibus præbebant, pòst suis manibus sublevabant ad oris osculum. Vulgus genua exosculabatur. Diocletianus edicto sanxit, uti omnes sine generis discrimine prostrati, pedes exoscularentur: quibus etiam venerationem quandam abhibuit exornans calceamenta auro, gemmis & margaritis; quod feciſſe ante Caium Caligulam memorant. Reperit ex ipso habitu, ut Deus haberetur.* Econtrà verò Plinius *Panegyr.* Traiano, ait: *Non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec osculum manu reddis.* In sacra pagina tantum constat osculatio pedum Assertoris N. a Magdalena. Quid mirum? Vel illà singulari reverentià haud satis Salvatoris dignitatem, excellentiamque expressit, estò cordis flammam demonstraverit. Rumpantur ogganientes hæretici, audientes à Regibus fieri huiusmodi obsequium erga Vicarium Christi, Pontificem Maximum. Induuntur confusione, dum Catholici induuntur reverentià. Inflati igitur Heterodoxi dominationem Pontificis dum spernunt, maiestatem in maiestate blasphemant.

Senec.

Plin.

Osculatio pedis Summi Pontificis pro summa dignaque reverentia.

35 Olim etiam osculabantur cives Principum genua, de quo passim Homerus 17. *Odyss.* v. 35. addit: *Osculatæ sunt caput & humeros.* Catull. *Epig. 9. Applicansque collum iucundum os, oculosque suaviabor.* Ovid. 3. de *Art.* v. 310. *Oscula ferre humero.* Petron. ubi supr. fol. 54. *Modò implebat osculis pectus:* & fol. 11. *Cervicem invasit, & non repugnanti oscula dedit.* Vide Salas hìc, qui plura congerit. De osculo in fronte, quod pudicissimum, agit Cœl. Rhodigin. *lib. 3. cap. 26.* Caput quoque exhibitum in osculum, sed per caput arbitror frontem, præut genis aut labris opponitur. Apuleius, quò dudùm *lib. 2.* inquit: *Osculato capite.* Plutarch. in *Vit. Alexand.* de Philippo gaudente filium domuisse Bucephalum, ait: *Illachrymasse præ lætitia commemoratur: caputque filij osculatus dixisse: O nate! regnum tibi par quære.* Hoccine osculum dicebatur militare, quippe frequenter libabatur inter commilitones. Virgil. 12. *Æneid.* v. 434. & Statius, 4. *Thebaid.* v. 20.

Varia membra osculo olim addicta.

Plutarch.

Quid osculum militare?

Summaque per galeam delibans oscula.
Inserere amplexu galeis iuvat oscula clausis.

Virgil.

Statius.

Osculum manibus frequentius expressione venerationis, & obsequij. Seneca, *Epist. 2.* & 46. Sueton. in *Tiber.* cap. 34. in *Caligul.* 56. in *Domitian.* 12. Tacit. 15. *Annal.* cap. 71. & Martial. quolibet usque in fastidium.

36 Amici & familiares abeuntes & advenientes dimittebantur & excipiebantur osculis. Apuleius *lib. 2. Ut primum me conspexit, est, inquit, Lucius: & offert osculum.* Advenientem Venerem osculatur Iupiter. Virgil. 1. *Æneid.* v. 260. *Oscula libavit natæ.* Ovid. 1. *Trist.* Eleg. 3. v. 58. *Quasi discedens oscula summa dedi.* Adi Plin. lib. 14. cap. 13. Alexand. ab Alex. *lib. 2. cap. 19.* Cœl. Rhodigin. *lib. 4. cap. 3.* & *lib. 30. cap. 8.* & Plutarch. in *Uticens.* De Traiano asserit in præfato *Panegyr.* Plinius: *Gratum erat cunctis, quod Senatum osculo exciperes, sicut dimissus osculo fueras:* uti huius Principis emicuit comitas, ita Neroni insolens atque rustica inurbanitas. *Neque adveniens, neque proficiscens quemquam osculo impartivit, ac ne resalutatione quidem:* ait Sueton. in eo, *cap. 37* Idem de Tiber. *cap. 10.* malè nonnunquàm audiebat, in quo huiusmodi humanitas desiderabatur.

Apulei.

Oscula officiosa.

Plin.

Sueton.

Charis multa sodalibus,
Nulli plura tamen dividit oscula.

Horat.

Succinit Horat. 1. *Carm.* Od. 36. v. 5. Usum apud Romanos leges in Martiali, *lib. 2. Epigram.* 23-5. 7-7. 94-11. 99. & 12. 59. Apud Persas, æquales dignitate ac sanguine, mutuò osculari, si occurrerent; inferiores superiorum osculari genua; tradit Herodotus, *lib. 1.* Apud Megarenses erat quotannis certamen osculorum, de quo in *Ephemer. 11.* Mart. Apud *Lacedæmonios oscula non concessa modò, sed etiam instituti ludi, propositaque præmia:* Inquit Pier. Valer. *lib. 22. cap. 4.* additque quod rideas. *Noti sunt humanissimi Gallorum mores, qui passim oscula tanto studio colunt; ut honori sibi ducant, quòd adveniens hospes uxorem, sorores, filias etiamnùm virgines osculo adhibito salutaverit, & in amplexum acceperit, & in gremium sibi assidere iusserit:*

Mos apud Persas.

Pier. Valer.

Sanè

Sanè humaniſsimi ſunt. Definit Ovvenus, *lib.* 2. *Poſter. Epigram.* 29.

Gallica virginitas parvarum eſt propria virtus:
Virginis hic titulum ſola puſilla gerit. Ovven.

Cœl. Rhodigin. ait *lib.* 30. *cap.* 10. *Gallorum pueros initio ſapientes videri, mox auctiores factos deſipere. A doctiſsimis proditum eſt*: de quo latè *Tautol.* 8. *n.* 54. Unde conſtat huiuſmodi incircumſpectionem eſſe caſtitatis iugulum, ac laſciviæ foculum: ſatiùs eſſet oſtendi ruſticos, quàm ita urbanos. Cœl. Rhod.

37 Apud Hebræos mos micat ex ſacra pagina. *Geneſ.* 29. 11. *Exod.* 4. 27-1. *Reg.* 20. 41. *Tob.* 10. 12. Luc. 7. 45. Unde, 1. Reg. 10. 4. *Cùm te ſalutaverint.* Hebr. legit: *Oſculati fuerint*: Vide Maluend. in *Pſalm.* 2. 12. Petrus 1. *Epiſt.* cap. 5. 14. ait: *Salutate invicem in oſculo ſancto.* Idem Paulus, 2. *Cor.* 13. 12. Sanctum dicebatur oſculum, non modò quia pudicum; ſed quia non proditorium, ut Iudæ Chriſto, & Ioab Amaſæ & Abner. Indicabat omnes fideles fratres eſſe concordià, communione ac charitate; ut dicit Auguſtin. lib. de *Amicitia.* Ita uſus in primitiva Eccleſia: at nequaquàm inter viros & fœminas, quippe ſeorſim ſeparatis in locis ſedebant ad orationem, ut aſtruit Biſciola, quò ſupr. liter. *S.* Diaconiſſæ erat huiuſmodi munus: ideo à S. Ignatio *Epiſt.* ad Anthiochen. dicuntur *Cuſtodes templorum*: diſtinctis enim oſtijs viri & fœminæ in templa ingrediebantur, quibus præërant diaconiſſæ, ne perturbaretur ordo, intùſque illarum primaria introeuntibus diſtribuebat loca. Adi Clement. lib. 3. *Conſtit.* cap. 15. Epiphan. *Hæreſ.* 79. Theodoret. 3. de *Eccleſiaſt. hiſtor.* cap. 13. & Canoniſtas *Diaconiſſam* 27. quæſt. 1. Quia à parùm circunſpectis ſignum benevolentiæ detortum in blandiminis faſtidioſi fuerat abuſum, quaſi hiſtrionicè exprimeretur amicitia; de quibus Martialis, *lib.* 11. *Epigram.* 99. *Oſculum ſanctum?* *Munus diaconiſſæ.*

Effugere non eſt Baſſe baſiatores:
Inſtant, morantur, proſequuntur, occurrunt,
Et hinc & illinc, uſquequaquè, quacunquè, &c. Martial.

Inventum, ingredientibus in ædem ſacram imaginem offerre Crucifixi oſculandam, quam dicebant *ſacram tabellam.* Clem. Alexandr. 3. *Pædagog.* cap. 11. & 12. & Gentian. hic: *Nihil aliud oſculo, quàm Eccleſias conturbant.* Pridem in *Orat.* ad Chriſtianos, indicat Athenagoras: *Charitas* (inſit) *non in oſculo, ſed in benevolentia iudicatur: at illi nihil aliud oſculando faciunt, quàm commovere Eccleſias, cùm interiùs non habeant amorem. Hoc verò turpem movet ſuſpicionem, & anſam dat blaſphemiæ, quòd oſculo utantur impudenter, quod alioqui oportebat eſſe Myſticum.* Myſticum utique, quo utitur Catholica Eccleſia: hinc Pierius Valerian. ubi ſupr. n. 36. modulatur: Clemens Alex. Athenag. *Abuſus oſculi ſancti.*

Ipſe etenim caſtà dum operatur mente ſacerdos,
Oſcula dat, quæ dent ille vel ille alijs. Pier. Valer.

38 Quid circa oſcula præmiſi tam apud ſacros, quàm apud profanos Auctores; ut clariùs eluceat ſenſus cogitationis Sponſæ: quæ quidem haud officij oſculum petit, ſed oſculum amoris pudici & caſti, in ſignum flammæ æſtuantis pectoris, ac in demonſtrationem fidei dilectionis Sponſi. Pro ſigno amoris dicit Iſaäc: *Da mihi oſculum.* Geneſ. 27. 26. de huiuſce indicis defectu, ſeu retractione queritur Laban, *cap.* 31. 28. *Non es paſſus* (ait) *ut oſculares filios meos, & filias*: quinimò Salvator N. in domo Simonis huiuſmodi urbanitatem deſideravit; igitur illi dixit: *Oſculum mihi non dediſti.* Luc. 7. 47. Vehementior amor Sponſæ in dilectum, & quia Sponſa, petit oſculum, quo ſine frigidus ignis amor, ac ſine fidei pignore dubia fides: equidem etſi ſint oſcula, ſunt ſtatui conſona, ac pudiciſsima, ſigna firmiſsimi amoris & animi redamantis. *Per ius oſculi, & blanditiarum occaſiones pellectus in amorem*, ut ait Sueton. in *Claud.* cap. 38. Plautus in *Pſeudol.* Act. 5. ſcen. 1. à v. 11. *Oſculum ſignum amoris.* *Quid ius oſculi?*

Eſt homini quamobrem vitam amet: hic omnes
Voluptates, in hoc omnes venuſtates ſunt.
Deis proximum eſſe arbitror: nam ubi amans complexus eſt
Amantem, ubi labra ad labella adiungit. Plaut.

Apuleius *Metam.* 2. *In amoris parilitatem iam patentis oris inhalatu cinnamea, & occurſantis linguæ illiſu nectareo prona.* Exprimit Theocrit. *Edyl.* 27. *v.* 4. Apulei. Theocrit.

Eſt etiam in oſculis dulcis voluptas.
Da mihi, iterùm ut oſculer.

Totum exprimit ſaucia charitate Sponſa: *Oſculetur me* (inquit) *oſculo oris ſui, quia meliora* *Ubera pro labijs.*

liora sunt ubera tua vino fragrantia unguentis optimis. Ubera pro labris : quare Hebr. *Charitates, dilectiones, amores.* Ideo petit osculum, quia charitatis signum, dilectionis argumentum; quippe labia fragrantia redamationis pignora : & tantisper quiescet anhelans cor cupita in ambitu pectoris, igitur amor cognoscitur per amores. Petronius ingeniosè in *Fragment.* Metr. 32.

Petron.

Sic sic sine fine feriati,
Ne languescat amor : pereatque flamma,
Simul vivamus exosculantes;
Hic nullus labor est, ruborque nullus:
Hoc iuvit, iuvat, & diù iuvabit:
Hoc non deficit; incipitque semper.

39 *Osculetur me osculo.* De geminatione verbi & nominis idem significantium, diximus sæpe epitasim in affectibus sonare; igitur demonstratur vehemens desiderium (phrase Bernardi, *Desiderium triplex*; ut inquit *Serm.* 5. *Omn. SS.* n. 5.) quo cordis igniti erga dilectum flammescit amor, & flammæ patescit fervor. Propterea Hebr. *Osculabitur me osculis oris sui.* Astipulatur cogitationi Ambros. lib. de *Isaac*, cap. 3. *Non unum osculum quærit, sed plura oscula, ut desiderium suum possit explere; ita se amplius dilecto commendare consuevit. Osculum est enim* (infit) *quo invicem amantes sibi adhærent, & veluti gratiæ interioris suavitate potiuntur. Per hoc osculum adhæret anima Deo verbo, per quod sibi transfunditur spiritus osculantis; sicut etiam ij, qui se osculantur non sunt labiorum delibatione contenti, sed spiritum suum sibi invicem videntur infundere.* Osculum est summa amoris & amantium, utpotè arctissimæ familiaritatis ac coniunctionis indicium.

Bernard.

Ambros. *Per osculum unitas animarũ amãtium.*

Claudian.

Linguis assiduè reddite mutuis,
Et labris animum conciliantibus.

Accinit Claudian. in *Nupt.* Honor. Od. 4. v. 22. Ovid. *Epist.* 15. v. 241. *Narravi potus amorem*: & Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 15. v. 9. *Quantum oscula sunt labris nostra morata tuis.* Plato apud Gellium, lib. 19. *Noct. Attic.* cap. 11. & ex hoc Macrob. *lib.* 2. *Saturnal.* cap. 2. ostendit, quàm suaviter anima illaqueëtur osculo.

Plat.

Dum semihulco suavio
Meum dilectum suavior,
Dulcemque florem spiritus
Duco ex aperto tramite;
Anima tunc ægra & saucia
Cucurrit ad labia mihi,
Orisque rictum pervium
Et labra illecti mollia
Rimata itiner transitus,
Ut transiliret, nititur.
Tunc si moræ quid pluscula
Fuisset iunctione osculi,
Amoris igne percita
Transisset, & me linqueret:
Et mira prorsùm res foret,
Ut ad me fierem mortuus,
Ad eum ut intùs viverem.

Eodem sensu; quasi libato osculo extra se, epigramma aliud ingeniosè confecit sic:

Idem.

Suavia dans Agathoni animam ipsa in labra tenebam:
Ægra etenim properans quasi abitura fuit.

Amor namque tunc ut mors, fortissimus, pernix, alatus, quo anima validé icta & dulcedine vulnerum, tendit spontè simul captiva in dilectum; ut sit osculata unum cum osculante, uno spiritu in corpore utriusque: ita ut in illum quoad fieri possit, irremobiliter transformari desideret. Hoc in statu

Amans vivit in dilecto.

Ovid.

Non duò sunt, sed forma duplex:
Neutrumque & utrumque videtur,

Ut

Ut succinit Ovid. 4. *Metam.* fab. 11. & Guilielmus Hesius libr. 3. de *Charitat. Emblem.* 24.

Mirabar quid amans toties ab amante rogaret;
Fige, decora meis oscula fige labris.
Iam scio: languet amans, animá nisi vivat amantis; Hesius.
Incipiat cœlo velle patente frui.
Oscula dant animos, animis sociantur amantes:
Una etiam gemino vita sub ore latet.

Hoc totum desiderium Sponsæ, haud propriè, sed dilecti animà suaviter vivere; quæ quidem felicitas, per donum osculi. Vide dicta in propositum, *Tom.* 3. *T.* 13. *á n.* 20. & *Didasc.* 4. ibid. per tot.

40 Ad osculi coniunctionem cum osculo, seu potiùs ad actionem in effectum cum effectu actionis, nimirùm, osculo oscular, quùm osculum haud constet osculo; facilis occurrit difficultatis delicatio per metonymiam, usurpato effectu pro causa, sive instrumento ad effectum. Qua propter in auctoritate, *Osculetur me Osculo*; ly *Osculo* sumendum pro labijs, ex quibus osculum. Ovid. 1. *Metam.* fab. 9. *Metonymia.*

——*Videt igne micantes*
Sideribus similes oculos: videt oscula, quæ non
Et vidisse satis. Ovid.

Videt oscula, ideſt, labia, aut os. Martial. 11. *Epigram.* 92. eodem sensu: *Crudeles ederunt oscula morbi.* Auson. *Epist.* 25. v. 27. *Tua oscula signet*: ubi Elias Vinet. num. 491. *Os tibi claudat.* Apuleius Orat. de *Philosoph. natural.* inquit: *Linguæ & dentium vallum & ipsius osculi venustas accesit.* Denique Petron. quo nuper, fol. 71. *Osculum* (hoc est, labra) *quale Praxiteles habere Dianam credidit.* Siccine testimonij sensus, & Sponsæ animus est: *Osculetur me labijs oris sui.* Amplius elucebit ex sequentibus. *Oscula pro labijs.*

41 Post vèrbum & nomen idem significantia, etiam instrumentum in osculum additur: *Osculetur osculo oris.* Hebraismus est, quo diversis in idem vocibus ostenditur, quod optatur, & quàm anxiè optetur: etenim præ se fertur deliberatio voti plenissima, vel in actione minima incogitantia, sed diligentia studiosa, ut supr. vidimus ex 3. Reg. *Os osculans*; & Iob. *Osculatus sum manum meam ore meo.* Hellenismus est etiam. Euripid. in *Phœniss.* v. 1665. *O charissime frater! Os tuum labris applicatis exosculabor*: in *Supplic.* v. 1138. *Dulces oris ad os osculationes.* Sophocl. in *Trach.* v. 947. *Osculo amplectens ore.* Theocrit. *Edyl.* 15. v. 129. *Pungit osculum in roseis eius labris.* Secuti sunt Græcismum in ampliorem animi expressionem Latini. Ovid. 10. *Metam.* fab. 8. 3. Reg. 19. 18. Iob. 31. 27. *Geminatio in affectus vehementia.*

——*Oraque tandem*
Ore suo non falsa premit: dataque oscula virgo
Sensit, & erubuit, timidumque ad lumina lumen
Attollens, pariter cum cœlo vidit amantem. Ovid.

Lucret. 4. de *Rer. natur.* v. 1105. *Iunguntque salivas oris*: & v. 1191. *Oscula labris.* Usus est huiusmodi pleonasmo Gregor. Nazianz. in *Tragœd.* de Christo patient. vers. 2387. dicens:

O pressa nostris labra labris suaviter!

Et Bernard. serm. 1. in *Assumption. Virgin.* num. 4. *Felicia prorsùs* (ait) *oscula labijs impressa lactentis, cui virgineo mater applaudebat in gremio.* Greg. Naz. Bernard.

42 At aliquid in oris expressione (maximè cùm dicit, *Sui*) sibi cognitum, alijs occlusum intendit pectus Amasiæ, cui promissæ è cœlo nuptiæ. Explanat Gregor. Mag. lib. 14. in *Iob.* cap. 20. In osculum Sponsus priùs aperuerat ora prophetarum: quot Sponsa ex eis acceperat nuncia, quasi tot dulcia prælibaverat oscula: *Hinc est* (infit) *quòd de illo, à Sponsa præsentiam eius desiderante, dicitur: Osculetur me osculo oris sui.* Vide num. 29. Ibi diximus ex amicorum officio oscula libari, qui obsequijs siccine complacentiam ex coniugio Sponsi Sponsæque quasi paranymphi demonstrabant. Unde Baptista qui non erat Sponsus (quoniam duntaxat *qui habet Sponsam, Sponsus est*, de quo suo loco, *Tom.* 8. *Tautol.* 11.) sed amicus Sponsi, gaudio gaudebat propter Sponsi vocem. Ita ergo Psalm. 44. 13. quia amici Sponsi illam ad nuptiarum consensum alliciebant, dicitur. *In muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.* Apud Claudianum huiusmodi inter Proceres invenitur consuetudo. Greg. Mag.

Claudian. *Oratum miſi proceres, qui proxima nobis*
Iura tenent. Ante fores iam pompa ſonat.

Dicit in Nupt. *Honor.* v. 33. & 286. Hi ergo cùm mandata eſſent oſcula, erant os Sponſi: iccirco Ieremiæ dicitur 15. 19. *Quaſi os meum eris: dedi verba mea in ore tuo*: cap. 1. 9. Annuntiarunt retrò ſæculis huiuſce feſtivitates coniugij, electi ac inſignes prodromi; nuptias & adventum dilecti notum facientes Sponſæ. Audit læta præ nuncio, ſed minimè gaudio-pleno; quippe adhuc aberat, quem cupiebat, dilectione plena & oſculi Sponſi vacua. Unde cùm oſculis lactaretur, & ni Sponſi haberentur ut faſtidia, quæ mittebantur ut gaudia; ut eſſet plenum gaudium præſentiâ Sponſi; *Oſculetur me* (dicit) *oſculo oris ſui*. Oſculum oris ſui erit ſatietas amantis. Illa per alios alia, non gloriâ plena, eſtò gloria; ſed in Sponſum vehementioris amoris irritamenta. Quærit Sponſum, non nuncium: quærit quem diligit anima, haud per quos nunciantur dona.

Gaudium Sponſæ dum taxat ex ſponſo.

Euripid. *O tenerum geſtamen ulnarum!*
O dulcis habitus corporis!
Applica os.

Ut aliò dixit Euripid. in *Troädib.* à v. 752. *Oſculo aboleri præterita placet. Odia detumeſcunt, epulæque ad certamen prolatæ conciliant hilaritate convivium*: uti aiebat Petronius in *Satyr.* fol. 50. Ad rem Sanctius hìc num. 5. *Quæ iam ſæpe ab eo exhilarata fuerat, & recreata oſculis, per alieni tamen oris miniſterium impreſſis; optat Sponſa ab ore Sponſi ſui oſcula libare.* Hoccine oſculum completum, ſeu oſculari oſculo; quoniam huiuſmodi amores & charitates recreantes animos, completæ duntaxàt inter Sponſos. *Oſcula implevit*: ſubdit Euripid. in *Oreſt.* v. 464. Ideſt, os ad os. *Totum oſculatus eſt circumplexus*, ut ait Homer. 16. *Odyſſ.* v. 21. Hìc deliciæ, hìc gaudia, hæc vera oſcula, amantis dulcis præſentia.

Petron. Sanct.

43 Hinc ut dignetur, addit: *Me*. Me, ut ex nigra fiam per oſculum formoſa, ex languente valida, atque ex odioſa dilecta. *Me*. Quænam, ut *Me* intelligamus? Arbitror per ly *Me* intelligi Eccleſiam novam nuptam, & ex Gentibus collectam; quam mundavit oſculo, egredientem è pectore lanceæ diriſsimo ictu: *Mundans lavacro aquæ in verbo vitæ; ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam. Nemo enim unquàm carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam*: uti ait Apoſtolus *Epheſ.* 5. à v. 26. & Rom. 9. 26. *Et erit in loco, ubi dictum eſt eis: Non plebs mea vos; ibi vocabuntur filij Dei vivi.* Idem Oſee, 1. 10. igitur quæ abominabilis, *cuius oſculum etiam impuri vitabant* (ut aliò dixit Senec. 4. *Benefic.* cap. 30.) in gratiam admiſsà, oſculo cuncta ſunt ei remiſſa peccata. Filiam inquirens per concava vallium, per defoſſa terrarum, per freta & ſcopulos laſsitudine defeſſa Ceres, pervenit in Atticam. Ibi invitata à ſene Celeo in domum ſubſequitur.

Dona advẽtus Chriſti.

Senec.

Ovid. *Dux comiti narrat, quòd ſit ſibi filius æger:*
Nec capiat ſomnos, invigiletque malis.

Ita relatum ab Ovid. 4. *Faſtor.* à v. 529. Multa cogitavit in pueri ſalutem *mota Dea nomine matris*: verùm medicina præſens.

Revixit natura humana.

Idem. *Matre ſalutata, luctu vidit omnia plena:*
Iungere dignata eſt os puerile ſuo.
Pallor abijt, ſubitaſque vident in corpore vires;
Tantus cœleſti venit ab ore vigor.

Quod ibi fictum, hìc factum. *Nunquàm* (dicam cum Seneca, de *Tranquillit.* cap. 11.) *me in bona re malè pudebit auctoris.* Eccleſia ab Sponſo libavit oſculum, quod univerſis eius languoribus cœlicum alexipharmacum. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit.*

Senec. Iſai. 53. 4.

44 Reſtat etiam inveſtigandum in teſtimonio ly *Sui*. Cuius igitur? Nihil præmiſerat. Idem inquirendum eſt de ly *Me*. Relativa patent ſine antecedenti. *Oſculetur me* (dicitur) *oſculo oris ſui*. Neſcitur planè Quis petat & à Quo. Sponſæ vox eſt, & in Sponſum intenta. Haud mireris: vehementer amans cuncta verba dirigit in cogitata, non ad expreſſa. Prompſit Sponſa ore, circa quæ verſabatur pectore & mente. Vigor amoris eximius & nobile deſideriorum ſtudium haud aliud cogitat præter dilectum.

Amans nil cogitat præter dilectũ.

Plaut. *Qui amat, quod amat, id habet*
Videre, amplecti, oſculari, alloqui

Inquit Plaut. in *Mercator*. Act. 4. ſcen. 4. v. 4. Anima amantis eſt dilectus animæ.

Cæ-

Cæcus amor nisi in volita. In absorpta Magdalena patet. Corpus dilecti non invenit in monumento, & primo obvianti dixit: *Si tu sustulisti eum, dicito mihi, ut ego eum tollam.* Ioann.20. 15. ubi vides duo relativa sine antecedente, cui referas. Christus erat, in quo altissimè fixa amantis cogitatio: ideoque non dixit *Id*, connotans cadaver: sed bis *Eum*, in Iesum tantùm intenta. Frequenter invenitur in sacra pagina harum vocum usus, quasi sententia ex abrupto, quasi sine proposito expresso. Iob.1. 21. *Nudus egressum sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc.* Quò? Sepulchrum cogitabat: Oseæ, 10. 5. *Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samariæ: quia luxit super eum populus.* Vide *Eum* sine antecedenti, cui referre possis: *Eum* intelligere debes cogitatum, nimirùm, Vitulum. Thren. 1. 1. *Quomodó sedet sola civitas?* quin Vates nominasset. Vide dicta *Tom.3. T. 12. n.* 18. Psalm. 113. 2. *Facta est Iudæa sanctificatio eius.* Cuius? Dei scilicèt per Antonomasiam; uti Psalm. 99. v. 3. *Ipse fecit*: & Psal. 148. 5. *Ipse dixit.* Sic ergo cùm amore esset saucia Sponsa, & cogitaret quanta ex nuptijs felicitas & bona, quibus stabilis amor, cuius per osculum concedebatur pignus; in Sponsum absorta, *Osculetur me* (ait) *Osculo oris sui.* Cogitationi, seu menti exstaticæ vocibus respondit, quin erga audientes concordantiam cogitaret; quùm Sponsa continuaret internam cogitationem. Obvius articulus in Prophetis usquequaquè, igitur narrationes ordinant ex coniunctione &, ubi necessarium recurrere in locutiones internas. *Et factum est*, dicitur *Ierem. 36. 1-31. Ion. 11. 1. Zachar. 2. 1.* & *Ezech. 11.* quo loc. Gregor. Magn. infit *Homil. 2. Prophetæ sensu spiritalia aspiciunt, eisque & illa sunt præsentia, quæ nostræ ignorantiæ absentia videntur. Unde fit, ut in mente Prophetarum ita coniuncta sint exterioribus interiora; quatenùs simul utraque videant, simulque in eis fiat & intùs verbum, quod audiunt, & forás quod dicunt. Patet igitur causa, cur qui nihil dixerat inchoavit: & factum est. Hoc verbum quod foris protulit, illi verbo quod intús audierat, coniunxit. Continuavit ergo verba.* Astruxerat Augustin. in illud Psalm. 4. 4. *Et scitote, quoniam mirificavit*, &c. ubi, *Iunctura* (subdit) *coniunctionis, cum sententia non præcesserit, cui sequens annectatur; mirabiliter fortasis insinuat, prolationem veritatis in voce, cum ea visione quæ fit in corde, esse coniunctam.*

Ioann.20. 15.

Verba interdum in cogitata, non ad expressa.

Antonomasia.

Relativum sine antecedenti, & coniunctio sine extremo.

Greg. Mag.

Augustin.

45 Nec clàm modò est, quod supr. *n.*27. diximus, in huiusmodi excellentissimo Cantico non alludi in nuptias Ægyptiæ Salomonis Sponsæ; sed in connubium singulare Christi & Ecclesiæ. *De alio loquitur* (inquit Hieronym. in *Isai.* cap. 16. 1.) *& transit ad aliud; quia prophetia ænigmatibus involvitur: ne si ordinem Scriptura conservet, non sit vaticinium, sed narratio.* Ita ergo sacra Sponsa oculi solicita, loquitur secundùm interna, dictante amoris flamma & exarante linguà,

Hieronym.

Amans quid cupiat scit: quid sapiat, non videt.
Divitias mentis conficit omnis amor.

Accinunt Public. Syrus, v. 4. & Petronius, in *Fragm.* Epigr. ultim. Amor vehemens sui impotens, quò flagrantior, magis amans extra se. Sibi nec secum constat. Amare & sapere quando visum? Si aliquando visum, Deo solummodò concessum; uti ibid. dicit Syrus, *v.* 3. Amor sui compos, infans sanequàm amor. Vide dicta, *Tom.*4. *Tautolog.* 7. *Didasc.* 5. Quid Sponsa? Dicit Ambros. in *Psalm.* 118. 1. *Constitue ergo virginem desponsatam multo tempore, & iusto ferventem amore, quæ multa præclara opera dilecti probabilium testium assertione cognoverit, desiderijs suspensam, dilatam frequenter non ferentem iam moras, quæ omnia fecisset, ut Sponsum videret, aliquando votis potitam suis, ad improvisum Sponsi adventum gaudio turbatam; non quærere primordia salutationis, non verborum vices, sed statim quod desideraſſet, exigere. Ita sancta Ecclesia impatiens moræ, in oscula ruit, dicens: Osculetur me ab osculis oris sui.* Ampliùs ferre renuit moram.

P. Syr.

Petron. *Amor vehemens sui impotens.*

Ambros.

At malè dissimulat. Quis enim celaverit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo?

Ut ait Profanus *Epist.*15. v. 7.

Ovid.

46 In huiusmodi perturbatione verborum micat magnæ dilectionis specimen.

Vix memini nobis verba coisse decem.

Ingeniosè amoris flammam promens, dixit Propert. *lib.*3. *Eleg.*15. *v.*8. Dum urit affectus vehemens, vox faucibus hæret, sepeliunturque verba in cordis penetralibus; ut loquantur dicaces oculi nutibus. Si aliqua expiscata, non expressa, sed pressa proferuntur sine sensu audientibus consono; quippe nonnunquàm trunca videtur oratio. De huiusmodi

Propert.

loquendi stylo aliqua dixi, *Tom.3. T.12. num.17.* Accipe alia. Exod.4.22. *Hæc dicit Dominus: Primogenitus meus Israël.* Quid? Totum subticetur, ut affectio maxima interruptione promatur. Isai.33. 24. *Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.* Psalm. 10. 4. *Dominus in cœlo sedes eius.* Ruth, 1.13. *Nolite quæso filiæ mi.* Deuteron.28. 50. *Gentem procacissimam, quæ non deferat seni*: & tacetur quid. Hoc schema dicitur *Aposiopesis*, de quo etiam hìc *Tautolog.6. num.26.* & 7. *num.* 10. Eleganter hac figurâ usi sunt Ethnici. Sophocl. in *Oedip.in colon.* v.1835. *Nemesis enim*: ubi emphaticè lucet nominativus absolutè positus. Terentius in *Eunuch.* Act.5. scen.5. v. 19. *Ego te furcifer, si vivo*: in *Adelph.* Act.2. scen.1. v.4. *Ego iam istam, invitis omnibus.* Iuvenal. *Satyr.* 1. v.88. *Alea quando hos animos?* Hæc figura à Donato vocatur *Ellipsis*, ab aliquibus *Eclipsis*; at vehementiùs exprimit emphasim *Aposiopesis*, ut ait in *qq.Platonic.* Plutarch. *Dat Aposiopesis orationi virtutem, atque emphasim maiorem.* Amplior apparatus animi elucet conaminum sine apparatu verborum: verba quasi singulata amoris eximij idioma: itaque dum altè sedet amor, loquitur; sed sibi loquitur, intelligens & nesciens quid & quare loquatur.

Aposiopesis, & Emphasis.

Ellipsis & Eclipsis.

Plaut. *Neque cùm roget, quid loquatur cogitatum est:*
Ita animi in pectore incerti certant.

Verba pendula amantis idioma.

Uti cogitavit Plaut. in *Mercator.* Act.2. scen.3. v.10. Interciſa sunt verba, ut eloquentiùs cordis obijciantur vota. Virgil.4. *Æneid.* v.76. & *Eclog.9.* v.53.

Incipit effari, mediaque in voce resistit.
——— *Vox quoque Mœrin*
Iam fugit ipsa.

Sequuntur Propertius, *lib.* 1. *Eleg.* 5. v. 17. & Ovid. *Epist.* 14. v. 13.

Et quæcunque voles, fugient tibi verba quærenti:
Nec poteris, quis sis, aut ubi, nosse misser.
Ter tuum conata loqui, ter inutilis hæsit
Lingua, ter in primo destitit ore sonus.

In Epigramat. Græc. *lib.7. Epigr.62.* dicitur: *Oris flatus incertus. Verbum ab ore fugit.* Aulus Gell. *lib.19. cap.9.* aliud ingeniosum refert ex Valerio Ædituo, sic:

Dicere cùm conor curam tibi Pamphila cordis.
Quid mi abste quæram? verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subitó mihi sudor:
Si tacitus subidus, duplo ideo pereo.

Amantem sanè languor & silentium indicat, cuncta pectore versat, sese fugit & provocat pendulis verbis, quippe introrsùm ignis. Unde Propert. *lib.3. Eleg.14.* v.25. succinit:

Propert. *Nullo præmisso de rebus tete loquaris*
Ipse tuis: longæ nulla repulsa moræ.

Uti impatiens, ita cor in dilectione impotens, igitur clanculùm cùm uritur, magis propalàm ignescit.

Finisque flammis nullus:
Torretur æstu tacito:
Quanvis tegatur, proditur:
Senec. *Erumpit oculis ignis,*
Et lapsæ genæ lucem recusant:
Nil sanè dubiæ placet.

Ait Seneca in *Hippol.* à v.358. Qualia Sponsæ desideria dicunt carmina. Quorsùm ordinata verba? Expromerent profectò ordinem mentis, sed non ordinem amoris; cui modus, nullum habere, maximè dum tacito vivit sub pectore vulnus. *Amor ignorat iudicium, ratione caret, modum nescit: non accipit de impossibilitate solatium, nec recipit de difficultate remedium*; ut sæpe diximus ex Chrysologo, *serm.* 147.

Chrisolog. *Verus amor nullum novit habere modum.*

47 Adhuc in plenam testimonij claritatem, delicanda causalis Sponsæ in huiusmodi raptum; ut præruptè quasi sine delectu peteret osculum. Sic enim ait: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua* (amores tui per oscula) *vino.* Quid cum vino oscula, ut fragrantiora Sponsi censeantur labia? Per vinum olim contrahebantur sponsalia. *Gamma Sinorigem ad se accersit, velut coram Dea inire sponsalia, & dare fidem cuperet. Venientem comiter excipit, adducitque ad aram: tum ex patera libat, ac partem*

Vino inita sponsalia.

tem vini ipsa bibit, reliquum illi porrigit: ait Plutarch. de *Virtutib. Mulier.* num. 20. *Apud Galatas mos* (perhibet Alexand. ab Alex. *lib.2. cap.* 5.) *ut ex eodem poculo vir & uxor bibant.* Inter Hebræos usque in hunc diem permanet usus. *Romæ habetur benedictio Sponsaliorum* (inquit Petrus Gregorius Tolossanus, *Syntagm. iuris* lib.9. cap.5.) *in qua præpositus sumit calicem, posteá bibit vinum, & deinde propinat Sponso & Sponsæ.* Libatio vini erat ritus fœderis inter virum & fœminam, quo sanciebantur sponsalia, amplexu verò & osculo firmabantur coniugia; uti astruximus *num.* 31. floridèque Origenes in *Cantic.* Homil. 1. Propinavit Sponsus vinum, delibavit etiam Sponsa: at cùm nuptiæ confirmarentur plusquàm vino, Sponsi osculo & amplexu; osculari osculo iam sponsa desiderat: igitur nuptiarum munera, firmiora pignora, magisque æstimabilia quàm sponsalia. Pridem gaudebat spe, in osculo fruebatur: & labia erant chariora, fragrantiora vino; quoniam in spe de futuro, modò gloriabatur de præsenti gaudio. Pro quo sciendum hæccine verba non esse prima historicè, sed dramaticè, per choros metricè: ita ut allusio fiat in caput Cantici quintum, uti meritò autumat Doctiss. Sanctius hìc n. 2. Priùs introducta in Cellam vinariam, qua non data charitas, idest, Osculum (qua de causa, ut vidimus n. 38. labia Sponsi & oscula dicuntur charitates) sed ordinata solummodò. *Bibit vinum*: cap. 5. 1. fœdus factum: verùm quid? Carebat osculo, quod exoptat dicens illi: *Meliora sunt ubera tua vino.* Gratiora oscula inito fœdere. Quippini optem, cùm sim prima & unica, osculum oris; ubi adolescentulæ gaudent *memores* amorum, osculorum, *uberum tuorum super vinum.*

Plutarch. Alex. Alex.

Petr. Greg.

Osculo coniugia.

Cant. 2, 4.

Desideria sponsæ in dilectũ ut sint unum.

48 Hæc de osculo, de qualitate osculi, de imprimente & exoptante; quo patet Verbi Divini incarnationem exposci. *Felix osculum, ac stupenda dignatione mirabile; in quo non os ori imprimitur, sed Deus homini unitur*: uti vidimus ex Bernardo, n. 30. Investigare modò operæpretium est, quomodò caro factum, & quomodò ut fieret caro, decretum. Eccli. 24. de Sapientia Dei incarnata dicitur: *Primogenita ante omnem creaturam: Creator omnium, & qui creavit.* Præmissum cap. 1. 3. 4. *Sapientiam præcedentem omnia. Prior omnium creata est sapientia.* Proverb. 8. *In initium viarum suarum, antequám quicquám faceret à principio.* Ergo sapientia de qua sermo, creata: si creata, excludere debemus sapientiam Dei essentialem, SS. Trinitati communem, & simul sapientiam Notionalem, sive Personalem Verbi Divini, à Patre geniti. Unde Eccli. 1. 5. *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis.* Dionysius de *Divin. nominib.* cap. 2. ita sublimiter loquitur: *Essentia super essentiam extans, ab omni essentia penitùs absoluta: universa principia ordinesque determinans: super omne principium, ordinemque locata, mensura entium est, & ævum; atque super ævum ante ævum: plena quidem in rebus vacuis, in plenis autem exuberans; ineffabilis, non pronunciabilis: super intellectum, super vitam, super essentiam: supernaturale munus supernaturaliter habens: supereessentiale supereessentiali etiam ratione. Quam ob rem quando usque ad naturam ob summam benignitatem venit, verèque substantiam nostræ carnis accepit, summusque ille Deus vir est appellatus, tunc quoque in his supernaturale & supereessentiale munus emicuit.* Investigandum ergo, de qua sapientia est sermo in præfatis locis; & cur tot tautologijs similiter expressa: quo nimirùm intuitu dicatur, *Ante omnem creaturam*, si *Primogenita* præmittitur? quare *Præcedentem omnia*, si *Prior omnium creata*? Ita de reliquis, uti videmus apud Apostolum dicentem: *Primogenitus omnis creaturæ: ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.*

Prov.8. 22.

Dionys. Areop. *Qualis notionalis sapientia?*

Colos. 1. 15. 17.

49 Primò agendum est de voce *Primogenitus*: missumque facimus, an rectè dicatur *Primogenitus*; vel aptiùs, *Primigenitus*? Hæc ultima vox magis Latina videtur, & est, uti decertat Laurentius Valla contra Barthol. Facium. *Latina nomina* (inquit) *cùm componuntur, non O, quod Græcum, sed I. volunt*; *ut enim illi dicunt: Theologus, Sarcophagus, protomartyr, & id genus alia*; *ita Latini dicunt Armiger, corniger, lucifer, primicerius, primipilus, primigenitus: non primogenitus, sicut non primocerius*, &c. Io! Grande prorsùs certamen: sed de voce. Valla non præteribit Iota unum, donec cuncta Latina fiant.

Laur. Vall. *Primogenitus, an primigenitus aptiùs?*

Romani tollent equites, peditesque cachinum.

Horat.

Sine offensione Vallæ non possumus Latinè dicere *Sacrosanctum*, nec Græcè *Poligamum.* Apud AA. utroque modo invenies. Vide Tiraquell. in Præfat. de *Iure primigenior.* à n. 1. & Turneb. in *Adversar.* lib. 19. cap. 16. Aliquid hìc annotabimus de Primogenitis præter dicta, *Tom.2. T.5. á n.15. & T.10. à n.1.*

50 Primogenitum aliqui arbitrantur, posse dici respectu patris & respectu genitri-

tricis. Si patris dicitur *Protogenes*, vel *Protogonos*: si matris, *Prototoces*, vel *Prototocos*. Primogenitus haud semper natos connotat alios. Est igitur Primogenitus primò natus, etsi alij non nati: idest, *qui aperit vulvam*, ut frequenter dicitur in sacra pagina; relativum *Qui* pro voce exegetica. Hoc est, qui aperuerit vulvam, primogenitus dicendus, etsi post illum genitus nullus. *Primogenitum* (ait Hieronym. in *Matth.* 1. 25.) *non eum vocant divinæ scripturæ, quem fratres sequantur; sed eum, qui primus natus.* Unde Christus dicitur *Protogonos*: Hebr. 1. 6. *Cùm iterùm introducit primogenitum in orbem terræ.* Eccli. 36. 14. *Israël, quem coæquasti primogenito tuo.* Etiam dicitur *Prototocos*: Natth. 1. 25. & Luc. 2. 7. de Maria: *Peperit filium suum primogenitum.* Constat liquidò acceptio ex *Numer.* 18. Ibi conceduntur primogenita sacerdotibus: *Quicquid primùm erumpit de vulva cunctæ carnis*, &c. v. 15. Si unigenitus non posset esse primogenitus, sed tantùm quem alij ordine naturæ sequerentur; quousquè nascerentur illi alij, nihil de primò editis in lucem quibant percipere sacerdotes: etenim partu alio non subsecuto, non esset primogenitus, sed unigenitus. Operire deberent, quibus primogenitorum ius in alimenta cessit, futuros nasci; ut sibi concessa vendicarent: ludicrum, sanè. Adi D. Thom. 3. p. q. 28. art. 3. ad 4. & hic Suarium, *sect.* 3. Sic vernaculè dicimus, dum primus in familia nascitur, *Mayorazgo.*

Relativum pro antecedenti. Hieronym.

Primogenitus, etsi unigenitus.

51 Primogenitus etiam dicitur magnoperè dilectus. Exod. 4. 22. *Filius meus primogenitus Israël*: dicit Deus. Ierem. 31. 9. *Ephraim primogenitus meus.* Quia primogenitus magis diligitur; ut Dominus erga Israël & Ephraim demonstraret amorem, primogenitum vocat. *Quid dilecte mi? Quid dilecte uteri mei? Quid dilecte votorum meorum?* dicit Bethsabeè filio Salomoni: Proverb. 31. 2. *Quid primogenite mi?* legit Caten. Græca. Primogenitus est gratissimus: qua de causa, 2. Reg. 13. 21. de Davide dicitur: *Noluit contristare spiritum Amnon filij sui; quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.* Item Zachar. 12. 10. *Dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.* Hinc primogenitus, estò sint alij, signatur unicus, ob dilectionis indicem; quoniam qui unicus magis dilectus. *Unigenitus* dicitur Salomon, *Proverb.* 4. 3. cùm tres alios fratres haberet: 1. *Paralip.* 3. 5. siquidem præ cunctis dilectus, & electus ut videbimus num. 53. Homer. 3. *Iliad.* v. 18. *Filiam unicam amabilem.* Alijs testimonijs parco, quia fusè egi de acceptione *Tom.* 2. loc. cit.

Primogenitus pro filio dilecto, estò non sit.

Prov. 4. 3.

52 Cùm primogenitus primus & princeps, quasi eximius; qui primi vel optimi in quolibet ordine, primogeniti dicebantur. Genes. 4. 4. *Abel obtulit de primogenitis gregis sui* (hoc est, selectioribus, æstimabilioribus) *de adipibus eorum.* Psalm. 88. 20. *Ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ*: idest, principem excelsissimum. Isai. 14. 30. *Primogeniti pauperum*: nempè, pauperrimi. Iob, 18. 13. *Primogenita mors*: scilicèt, acerbissima. Quicquid optimum, Hebraismo vocatur primogenitum. Fax modò elucet in illud Numer. 18. 26. *Cum acceperitis à filijs Israël decimas, primitias earum offerte Domino.* Si decimæ fructuum sunt, nequeunt esse primitiæ, quæ primi fructus. Ibi ergo primitiæ intelliguntur selecta decimarum. Idem dicendum ad illud Ezech. 47. *Per singulos menses afferet primitiva*: hoc est, fructus selectos & opimos. Patet ibid. cap. 44. 30. ubi ius sacerdotibus *Primitiva omnium primogenitorum*: nimirùm selectissima victimarum. Haud Profanos latuit huiusmodi loquendi usus. Sil. Ital. lib. 4. *Bell. Punic.* v. 430. ait: *Primitias pugnæ.* Virgil. 11. *Æneid.* v. 16. *De rege superbo primitiæ*: & Ovid. 3. *Fastor.* v. 724. *Primitias magno suppositisse Iovi*: putà, spolia prima opima: namque erant secunda, & tertia; uti observat Servius in illud, 6. *Æneid.* v. 859. *Tertia suspendet capta Quirino.* Consule Alex. ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 14. Fortuna ab Ethnicis dicta *Primigenia*: de quo Girald. *Syntagm.* 16. n. 9. & plures alij, exhibiti loc. cit. *Tom.* 2. & in *Ephemerid.* 25. Maij. Ita nominata fuit à Servo Tullo, quippe cùm desperaret venire in regnum, qui filius servæ Tanaquilis reginæ; ludo Fortunæ factum: quod quidem vel ille cognovit, dum statuam erexit, ædem construxit, & Fortunæ Primigeniæ nominavit: hoc est, Fortunæ fortunatissimæ, Fortunæ optimæ; cuius in regnum auspicationis decretum vel dignatus iudicavit impossibile. Gratus Fortunæ extra Fortunam respondit, cuius collatum munus nec ipse spe plenus cogitavit, Primigenia fuit, quippe in Tullum quasi in primigenium prona: etenim illum, principem erexit usque in regni fastigia. Claret primogenitum accipi pro principe. Sic Sedulius, *lib.* 2. v. 1. de Adamo succinit:

Pro re selecta.

Num. 18. 26.

Ezech. 47. 12.

Quæ fortuna primigenia & quare sic dicta?

Sedul.

Expulerat primogenitum sævissimus anguis
Florigera de sede virum.

Idest,

Ideſt, orbis Principem, Regem ſummum. Hoc intuitu propter ſingularem Dei excellentiam, dixit Orpheus in *Hymn.* Illum Primogenitum. Protogonon Phaëton Perimeceos. Refert Lactantius, lib. 1. de *Falſ. Religion.* cap. 5. Ita ergo plauditur ut Rex Regum & dominorum Dominus; uti prælibavimus ſupr. n. 8. Eodem propoſito Claudian. 2. de *Laud. Stilicon.* v. 8. dicit de Clementia, *Maxima natu cœlicolum*: quaſi quid præ cunctis excellentiſsimum; quare Pſalm. 144. 9. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Alia videſis, *Tom.* 3. *Taut.* 8. *n.* 47.

Primogenitus pro principe. Orph. Claudian.

53 Alia etiam acceptione dicitur primogenitus, qui non eſt, quùm ſcilicèt quis deſtinatur ſucceſſor familiæ, principatus vel regni, de quo locuti ſumus præcit. *Tom.* 2. *Tautolog.* 5. à numer. 17. Hincque de Salomone dicitur: *Primogenitum ponam illum.* Non erat primogenitus, & tamen dicitur, quia Davidis ſucceſſor. Ideo dicit *Ponam*, quaſi eligam: roboraturque à Davide 1. Paralip. 28. 5. dicente: *De filijs meis elegit Salomonem, ut ſederet in throno regni.* Adonias elevabatur dicens, *Ego regnabo*: 3. Reg. 1. 5. Tametſi iure naturæ prior Salomone non dicitur primogenitus, quippe non hæres imperij. Modò intelligitur antilogia, quæ primo intuitu videtur difficilis. Ibid. *cap.* 26. 10. *Semri princeps. Non enim habuerat primogenitum, & iccircò poſuerat eum pater eius in principem. Helcias ſecundus*, &c. Si tot filios habuit, quomodò nullus inter illos primogenitus? Ly *Habuerat* (Enallage eſt) pro *habebat*: præteritum pluſquàm perfectum pro imperfecto. Dum pater conſtituit Semri principem familiæ, non habebat primogenitum ſuperſtitem: ideoque pro primogenito, etſi haberet alios natu maiores Semri, elegit in primogeniti dignitatem; uti factum cum Salomone. Hebr. *Quia non fuit primogenitus, poſuit eum pater in principem.* Abraham genuit Iſaäc, qui *Geneſ.* 22. 2. Unigenitus dicitur. Habuit ſanè fratrem Iſmaëlem natu maiorem; verùm Iſmaël non dicitur primogenitus; quoniam Iſaäc ſucceſsit in ſplendorem domus, donaque paterna. Ruben primogenitus fuit Iacob: & quia patri in primogenituræ munera non ſucceſsit, imò dignitatem amiſit; non dicitur primogenitus niſi in ordine ad ortum. *Data ſunt primogenita eius filijs Ioſeph, filij Iſraël; & non eſt ille reputatus in primogenitum.* 1. Paralip. 5. 1. Iudæ ceſsit Principatus: v. 2. ſacerdotium Levi. *Exod.* 28. 1. *Numer.* 8. 16. & 18. à v. 1. Ioſeph primogenitura, ideſt, duplex pars in paterna hæreditate; uti præſcribitur, *Deuter.* 21. 17. Unde Ephraim & Manaſſes duplicem in diſtributione terræ ſanctæ conſtituerunt tribum. Sic igitur ut canit Baptiſt. Mantuan. Eclog. 10. v. 61.

Pro hærede familiæ, ſeu regni. 1. Paralip. 26. 10. *Enallage.* *Mortuo primogenito ſuperſtite patre, penes illum erat electio cuiuſlibet filij in munus.*

—*Qui cùm ſint ordine primi,*
Primatum amittunt.

Mantuan.

Plura concernentia, & propoſito haud diſſona præmiſi, *Tom.* 2. *Tautolog.* 10. *num.* 2.

54 Cunctis igitur in acceptionibus dignitas primigenij convenit Chriſto Domino, homine-Deo. Non de Salomone intelligitur, nec quit intelligi propriè: *Ego ero ei in patrem; & ipſe erit mihi in filium.* 2. Reg. 7. 14-1. *Paralip.* 17. 13. & 22. 10. ſed de Chriſto Aſſertore noſtro, filio Dei naturali, aſſumptâ carne ex virgine matre, & in virgine. Cui enim Angelorum dixit aliquando: *Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Cui: *Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium?* Si nulli ex ſubſtantiarum ordine ſpiritualium, cuinam ex cœtu hominum? Hunc decrevit vel in carne ponere primogenitum, excelſum præ regibus terræ; huncque *conſtituit hæredem univerſorum, per quem fecit & ſæcula.* Omnia poſuit ei pater in manus, & dedit ei gentes hæreditatem ſuam: *qui eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ; quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inviſibilia.* Primogenitus & unigenitus Patris, filius dilectionis ſuæ, in quo ſibi benè complacuit. *Rectè primogenitus* (ait Ambroſius in Epiſt. ad *Rom.* 8. 29.) *qui ante omnem creaturam non factus, ſed natus eſt: ad cuius exemplum Deus homines in filios ſibi adoptare dignatus eſt.* Ita ergo filius Dei & filius hominis, homo-Deus, Deus de Deo, ex Patre natus ante omnia ſæcula: homo de Virgine in plenitudine temporis: *Deus qui nos fecit, homo qui nos quæſivit. Deus cum Patre ſemper, homo nobiſcum ex tempore*; ut infit Auguſtin. in *Ioann.* tract. 28. Hic eſt Chriſtus, Sapientia nimirùm incarnata, *primogenita ante omnem creaturam.*

Hebr. 1. 5. Verſ. 2. *Chriſtus primogenitus & unigenitus Patris.* Ambroſ. Auguſtin.

55 Priuſquàm huius teſtimonij & affinium expoſitionem aggrediar, inimici veritatis proterendi ſunt; quoniam titulo novitatis, in parùm cautos ingerunt errores. Unus in fide malè audijt: alter à fidei quæſtoribus ſuffocatus, antequàm audiretur.

Suc-

Succumbet unus & alter. Inconcussum utique apud AA. summi subsellij, falsam esse huiusmodi propositionem: *Christus est creatura*, nisi cum additione, *secundum naturam humanam*. Verum sanè, humanam Christi naturam fuisse creatam; sed falsissimum, Christum esse creaturam: igitur cùm sit eadem hypostasis naturæ utriusque, quæ divina, utpotè Creatoris; etiam in humanitate, qui Creator, creatura nequit esse. Prædicata igitur, quæ humanitati conveniunt, includentia negationem, cuius affirmatio divino convenit Verbo, nequeunt affirmari de Christo, qui est Verbum Dei. Creatura incipit esse: iccircò dicit pro expresso negationem, scilicèt, non semper fuisse. Verbum Patris: semper fuit: Christus est Verbum Patris: unde Christus nequit dici creatura, cuius conditio est, in tempore fuisse. Quod æternum, non in tempore. Christus homo est, sed creatura non est; quanvis conditio sit hominis, creaturam esse. Prædicatum enim hominis non repugnat Christo, qui verus homo: at repugnat prædicatum creaturæ, de cuius conditione est, aliquando non fuisse; quia semper fuit, cui hypostasis Verbi Dei. Communicatione enim idiomatum, *Iesus Christus heri & hodie: ipse & in sæcula.* Non habuit esse post non esse, quod requiritur ad creaturæ essentiam, dum ex nihilo fit quid: quando Christus nihil, qui uti Dei Verbum semper erat apud Patrem? *Cum illo fuit semper & est ante ævum.* Unde cùm Christus non sit homo purus; quia tunc excluderet divinitatem: nec purè Deus, humanitatem excludens, sed Deus & homo; creatura nequit dici: etenim hoccine prædicatum excluderet prædicatum Creatoris. In rationem creaturæ, non solùm necesse est, quod habeat esse post non esse; sed quod illi, habere esse post non esse, non repugnet. Hoc est, etsi ex nihilo non sit actu, quod possit produci ex nihilo: Christus ex nihilo non productus, nec producibilis est: illi sanequam repugnat, esse post non esse habere: equidem semper erat Verbum, & hoc *erat in principio apud Deum, & Deus erat Verbum.* Dum dicitur, *Homo factus est, & natus ex Maria Virgine*, incepit esse quod non erat, sed non amisit quod erat. Sic Christus homo factus, ut non desisteret esse Deus. *Manens Deus accepit hominem, qui fecit hominem*: Augustin. quò dudùm. Non cœpit esse simpliciter. Incepit esse homo, sed non simpliciter esse; quippe iam habebat esse, antequam homo ex Virgine fieret. Connotatur suppositum æternum: & æternitati repugnat incipere. Non æternum, de quo dici potest aliquando non fuisse. Christus enim semper fuit, qui in incarnatione posset transire de non esse ad esse essentiale creaturæ. Perperàm fieri potuit, vel incipere esse, ille qui vel ab æterno erat, priusquàm homo fieret. Si creatio est ens subsistens producere; iam subsistebat, dum Verbum factum est caro.

Christus nō est creatura.

Hebr. 13. 8.

Eccli. 1. 1.

Ioann. 1. 1. 2.

Augustin. *Eius hypostasis Verbi Dei.*

56 Unde cùm Christus habeat divinam, simulque humanam naturam; falsum est, creaturam posse dici, si propositio suppositum connotat: perperàm quippe adscribitur simpliciter toti, quod ei convenit duntaxàt ratione partis. Si verò subiectum connotat, hoc est, naturam humanam, est propositio vera; quia tunc reduplicat id quod factum: reque facta est humana Christi natura. Siccine exponuntur proclivè quæ videntur testimonia opposita in sacra pagina; ut illud Ioan. 10. 30. & 14. 28. *Ego & Pater unum sumus: Pater maior me est.* Nimirùm *Secundum divinam, vel humanam substantiam.* Roborat Augustinus, *Epistol.* 57. ad Dardanum. *Cùm enim sit Christus* (inquit) *Deus & homo, Deus utique, unde dicit, Ego & Pater unum sumus: homo autem, unde dicit, Pater maior me est, idemque filius Dei unigenitus á Patre, & Filius hominis ex semine David secundum carnem; utrunque in illo observandum est, cùm loquitur, vel cùm de illo Scriptura loquitur, & quid secundum quid dicatur, intuendum. Nam sicut unus homo est anima rationalis & caro; sic & unus Christus est Verbum & homo; proinde quod ad Verbum attinet Creator est Christus: Omnia enim per ipsum facta sunt: quod verò ad hominem, creatura est Christus: Factus est enim ex semine David secundum carnem, & in similitudinem hominum factus.* Idem inculcat lib. 1. de *Trinit.* cap. 13. capiteque 11. præmisit: *Distinguamus quid sonet secundum formam Dei, in qua æqualis est Patri; & quid secundum formam servi, quam accepit; in qua minor est Patre. Sic non conturbabimur tanquàm contrarijs ac repugnantibus inter se sanctorum librorum sententijs.* Dum aliquid de Christo dicitur, quid & secundum quid, & propter quid dicatur, cogitandum est; ut ait D. Thom. 3. *part. quæst.* 16. *art.* 4. *In propositione* (subdit) *in qua aliquid de aliquo prædicatur, non solùm attenditur quid sit illud, de quo prædicatur prædicatum; sed etiam secundum quid de illo prædicatur. Quanvis ergo non distinguantur ea, quæ prædicantur de Christo, distinguuntur tamen secundum id, secundum quod utrunque prædicatur.* Unde verum est, *Filius Dei*

Quomodò verum, Christus est creatura?

Ioan. 10. 30 14. 28.

Augustin.

Quomodò æqualis & minor Patre?

Idem.

D. Thom.

fa-

factus est, scilicèt, homo. *Incepit esse*, nimirùm, homo. *Christus est creatura*: nempè, secundum quod homo. Quam propositionem concedit idem Angel. Doctor ibid. *art.* 10. meritòque negat *art.* 8. Christum esse creaturam, nec posse dici.

57 Sic August. *Epist.* cit. Christum dicit creaturam, & 1. de *Trinit.* cap. 6. Christus creatura non est. Optimè Fulgentius de *Incarnat.* cap. 10. *Verbum incepit esse Christus: Verbum tamen mansit æternum, & caro in ipso sumpsit initium.* Adi Suarium in 3. *part. disp.* 37. *sect.* 2. Ita ergo intelligendi sunt PP. & DD. Orthodoxi dum Christum dicunt creaturam. Leo Papa, videlicèt, serm. 9. de *Nativit.* & serm. 3. in *Pentecost.* Hieronym. in Epist. ad *Ephes.* 2. 10. Ambros. de *Fide*, lib. 3. cap. 4. Gregor. lib. 5. in *Iob*, cap. 25. Fulgent. de *Fide ad Petr.* cap. 45. & de *Incarnat.* cap. 2. Damascen. de *Fide orthod.* lib. 3. cap. 4. Nazianzen. *Orat.* 34. Cyrill. Alexandr. lib. 5. *Thesaur.* cap. 4. & Hilarius, de *Trinit.* lib. 12. Hac enim de causa contraria verificantur de Christo, uti Christus est mortalis, & Christus est immortalis: passibilis, impassibilis: creabilis, increabilis: æternus, temporalis, &c. quæ omnia absolutè concedenda non sunt, nisi replicando propter quid, & secundum quid dicantur. Ita haud opponitur, quod dicit apud Ioann. 5. 22. *Omne iudicium dedit filio.* & cap. 8. 15. *Ego non iudico quemquam.* Antithesis videtur perspicua: *Utrumque* (ait Augustin. ubi dudùm de *Trinitat.* cap. 13.) *dici potest: & filius hominis iudicabit, & non filius hominis iudicabit.* Pariter plura alia testimonia, quæ secundum diversas naturas contraria non sunt: etsi videantur contraria. Aliqua videris in Augustin. loc. cit. Rationem astruit D. Thom. quò supr. *art.* 5. *Ea quæ sunt* (infit) *propria unius, non possunt veré de alio prædicari, nisi de eo quod est idem illi; sicut risibile non convenit nisi ei, quod est homo. In mysterio autem Incarnationis non est eadem natura divina & humana; sed eadem est hypostasis utriusque naturæ: & ideo ea quæ sunt unius naturæ non possunt de alia prædicari, secundum quod in abstracto significantur. Nomina verò concreta supponunt hypostasim naturæ: & ideo indifferenter prædicari possunt ea, quæ ad utramque naturam pertinent, de nominibus concretis: sive illud nomen de quo dicuntur, det intelligere utramque naturam, sicut hoc nomen Christus (in quo intelligitur & divinitas ungens, & humanitas uncta) sive solùm divinam naturam, sicut hoc nomen Deus, vel filius Dei: sive solùm naturam humanam, sicut hoc nomen Homo vel Iesus. Unde Leo Papa dicit Epist.* 83. *Non interest, ex qua Christus substantia nominetur; cùm inseparabiliter manente unitate personæ idem sit & totus filius hominis propter carnem, & totus Dei filius propter unam cum Patre deitatem.* Nihil ultra. Hæc est idiomatum communicatio, ut ait Damascen. 3. de *Fide Orthodox.* cap. 4.

Fulgent. — *Quo pacto cõtraria verificãtur de Christo?* — Ioan. 5. 22. 8. 15. — Augustin. — D. Thom. — Leo Pap.

58 Ariani asserebant Christum etiam secundum divinitatem, vel in quantum Verbum Dei creaturam esse: nostræque Tautologiæ testimonio, & alijs auctoritatibus ita constare. Eccli. 24. *Ego ex ore Altissimi prodivi*, tanquàm à principio, dicebant. Si Pater principium filij, filius sanè principiatus: si principiatus, creatura, quippe factus, utpotè subditur: *Primogenita ante omnem creaturam.* Si Verbum, quod Sapientia Patris creatura non esset, non diceretur Primogenita creaturarum, uti Christus plauditur à Paulo, Coloss. 1. 15. *Primogenitus omnis creaturæ.* Qui primogenitus, est eiusdem naturæ cum reliquis, quorum primogenitus. Homines enim prædestinavit Deus conformes fieri imaginis filij sui Iesu-Christi, *ut sit ipse primogenitus in multis fratribus*: Rom. 8. 29. Astruitur etiam cit. Eccli. cap. v. 12. ubi: *Creator omnium, & qui creavit me*: & v. 14. *Ante sæcula creata sum. Ante sæcula*, quia Verbum Patris: *creata sum*, quia creatura: hinc præmittitur, *Ab initio*: equidem estò prior omnibus, habuit initium, ut creatura: quod quidem Siracides perspicuè expressit cap. 1. v. 9. *Ipse creavit illam in Spiritu-Sancto.* Profectò *fons Sapientiæ Verbum Dei*: quod utique quantumvis præcedat omnia, creatura; quia *prior omnium creata*: v. 3. & 4. Hac de causa Baptista dixit de Christo, ut Patris Verbo: *Ante me factus est.* De illo uti de homine loqui nequibat: etenim sex mensibus Christum Ioannes præcedebat. *Luc.* 1. 26. Deinde, quia Christus dicitur *Filius dilectionis & imago Dei*: *Imago*, quia per illum Deus qui invisibilis videtur: & *dilectionis filius*, quippe non naturalis, genitus necessariò; sed gratiâ duntaxàt; dilectionis arbitrio. Iccircò vel ipse filius dixit: *Pater maior me est*: Ioan. 14. 28. Si Patri esset æqualis, uti naturalis filius, sciret quicquid Pater scit: illeque interrogatus de die universalis iudicij, asseveravit: *De die autem illo & hora nemo scit, nisi solus Pater*: Matth. 24. 36. clariùsque Marc. 13. 32. *Neque filius, nisi Pater.* Hinc Patrem Deum solum vocat, Ioan. 17. 3. *Hæc vita æterna, ut cognos-*

Eccli. 24. 5. — V. 12. & 14. — *Fundamenta erroris Arianorum.* — Ioan. 1. 15. 30. Colos. 1. 13 15. — Ioan. 14. 28 Matth. 24. 36. Marc. 13. 32. Ioan. 17. 3.

Ibid. 7. 16. & 15. 15. *gnoscant te solum Deum verum.* Similiter dixit ibid. cap. 7. 16. *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Nota facta sunt discipulis, quæcunque à Patre audita: *cap.* 15. 15. quia *non potest filius à se facere quicquam*: uti dicitur ibid. *cap.* 5. 19. En tota propugnacula antiquæ Arianorum hæresis.

59 Brevi respondendum. Filius ergo Dei, Verbum Divinum, Christus Dominus filius dicitur dilectionis; haud quia gratiâ, sed naturâ filius. Loquitur Paulus estò idiomate Græco, dialecto Hebraica: etenim filius dilectionis idem est, ac filius dilectissimus: abstractum scilicèt pro superlativo, concreto, seu adiectivo; quod frequenter videtur in Scriptura. *Filij nuptiarum*: Marc. 2. 19. pro plenis gaudio. Ephes. 2. 3. *Filij iræ*: pro dignis irâ, vel cruciamine. Ibid. cap. 5. 8. *Filij lucis*: pro abundè illuminatis. 2. Thessal. 2. 3. *Filius perditionis*: ideſt, perditissimus. Rom. 9. 8. *Filij carnis*: pro valdè carnalibus. Ephes. 5. 6. *Filij diffidentiæ*: pro nimis desperatis. Sic alia cuique obvia. Ita igitur Christus Dominus dicitur à Paulo *Filius dilectionis*, quasi filius valdè dilectus, nimis & maximoperè; ut sæpe videmus: Matth. 3. 17-17. 5. Luc. 9. 35-2. Petr. 1. 17. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Marc. 9. 6. *Hic est filius meus charissimus.* Filius næ dilectionis est Christus, sed dilectionis essentialis Patris: quare imago invisibilis Dei dicitur, quia ut similis productus à patre: unus scilicèt ab uno per modum Verbi intellectualis, ad distinctionem processionis Spiritus-Sancti, qui non productus ut imago, sed ut amor essentialis Dei invisibilis, utpotè unus è duobus per modum amoris. Hinc claret, quòd Verbum Deus est: siquidem cùm sit imago Patris, non dicitur Patris imago, sed imago invisibilis Dei, qui Pater; quippequàm non paternitatem, sed deitatem accepit à Patre ut filius, & quia filius, similis, utpotè imago essentialis in invisibili Deitate. Si abesset Deitas, non esset substantialiter imago Dei: Christusque imago Dei dicitur, quia in substantiali esse accepit similitudinem essentiæ & unâ Deitatem. Unde quùm Christus, qui filius Patris, dicit: *Pater maior me est*, non est intelligendum secundum quod est imago invisibilis Dei, Deus de Deo; sed secundum conditionem humanam, qua minor est Patre. Vide Div. Thom. 1. *part.* q. 42. *art.* 4. Quanvis Pater sit principium (ut cum Augustino, 4. de *Trinit.* cap. 2. dicunt orthodoxi) principium non dicit prioritatem, sed originem. Omne profectò à quo aliquid procedit, quocunque modo procedat, principium dicitur. Siccine Pater principium, quia ab illo filius procedit; quin sit prius vel posterius, etsi priùs concipiamus mente principium, quàm à principio procedentem: igitur filius à principio Patre sine tempore productus, in cuius generatione, uti Leo Papa serm. de *Transfigurat.* ait: *Nec genitor genito prior, nec genitus est genitore posterior.*

Abstractum pro superlativo, concreto, seu adjectivo.

Filius interdum pro significatione vocis sequentis.

Coloss. 1. 13. 15.

Ioan. 14. 28

Pater quomodò Verbi principium?

Leo Pap.

60 Prioritas principij dicitur prioritas originis, quia in divinis personis est ordo naturæ, qua datur, seu potiùs concipitur principium secundum originem absque ulla prioritate propriè sumptâ. Pater prior cogitatur originis prioritate, quia Pater à nullo, tanquàm à principio, quippe principium est. Filius à Patre: Spiritus-Sanctus procedit ab utroque: haud quia hic vel ille sit priùs aut posteriùs altero; sed quia alter ex altero est. Adi August. in *Genes.* lib. 4. cap. 34. & 35. D. Thom. quò supr. *q.* 33. *art.* 1. & *q.* 42. *art.* 3. Si Arius, quia Christus principium non est, facit creaturam: *Ego principium, qui & loquor vobis*: dixit Iudæis. Ioann. 8. 25. Non quia filius principium Patris; sed quia cum Patre & Spiritu-Sancto simul principium, à quo cuncta tanquàm à conditore. *Pater ergo* (infit Augustin. *Contra Maximum*, cap. 17.) *principium non de principio: Filius principium de principio; sed utrumque simul: non duo, sed unum principium. Sicut Pater Deus & filius Deus, ambo simul: non duo Dij, sed unus Deus. Nec Spiritum-Sanctum, ab utroque procedentem, negabo esse principium; sed hæc tria simul sicut unum Deum, ita unum dico esse principium.* Quit etiam exponi *Ego principium*, de Christo; quia Verbum, quod filius Dei, simul cum Patre est Spiritus-Sancti principium, qui etiam est Deus, sicut est Deus Filius & Pater. Christus ergo creatura non est, sed Deus: iccircò priusquàm diceret Iudæis, *Ego principium, qui & loquor vobis*; præmisit: *Si non credideritis, quia ego sum.* v. 24. Non dicit quid, sed tantùm, *Quia ego sum*, ut cognosceretur Deus, iuxta illud Moysi dictum, Exod. 3. 14. *Ego sum qui sum*: & Isai. 48. 15. *Ego ego*: in quo signatur Deitas, tanquàm ens à se, & cuius esse est esse. Si Christus ita est principium, Deus utiquè, quia Deus erat Verbum. Unde cùm vellet per *Ego sum*, & *Ego principium*, declarare Iudæis suam divinitatem; ait Evangelista, v. 27. *Non cognoverunt, quia Patrem eius dicebat Deum.*

Ioan. 8. 25. *Series processionum in Trinitate.* Augustin.

61 Patet dictis expositio genuina ad illud de Christi Assertoris N. doctrina, igitur om-

omnia quæ audivit à Patre nota fecit. *Mea doctrina* (inquit) *non est mea; sed eius qui misit me. Mea*, q. d. quia mihi à Patre data: *non mea*, quia data à Patre. *Mea*, quia in me est; *non mea*, quia originaliter à Patre: Propterea dixit coram discipulis Patri, Ioann. 17.7.10. *Omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt.* Verbum est doctrina Patris: & verbum alicuius est, & sui est, etsi à se non sit: quare si doctrina est verbum, doctrina eius illius, & non illius, quia cùm Verbum Patris non à se, sed à Patre; Patris est sanè doctrina, sicut Patris constat Verbum. *Pater* (ait ibid.cap.5.17.) *usquemodò operatur, & ego operor.* Simul uterque operatur, quin estò distinctæ personæ, operatio sit distincta: nec quia operatio Patris est, non est operatio filij: equidem operatio filij dicitur Patris, quia filius habet à Patre operandi potestatem. *Naturæ divinæ* (infit Hilarius lib.9. de *Trinit.*) *hæc unitas est, ut ita per se agat Filius, quod non à se agat.* Sic intelligitur illud: *Non potest Filius a se facere quicquam*: siquidem quanvis filius operetur, non à se, sed à Patre habet facere quod facit: & cum Patre facit, quin à se possit facere quicquam; quippequàm cum essentia à Patre accepit potentiam, quæ quidem eadem Patris & filij. Ideo additur in sententiæ prioris explanationem: *Non potest facere, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit.* Aliud à Patre facere posset, modò haberet aliam naturam à Patre: cùm Christus, filius Patris, eius naturam habeat & potentiam; non potest filius facere, nisi quod viderit Patrem facientem. Potentia in filio est ipsamet potentia faciendi in Patre; quoniam quæcunque hic fecerit, facit filius. Filij hominum faciunt & possunt facere aliud quàm patres; quia non habent eandem potentiam, neque eandem naturam numericam. Una enim duntaxàt est in Patre & filio: ideo filius Patris, veri Dei, Deus verus: & propter inseparabilitatem personarum in essentia; non potest facere filius, nisi quod fecerit Pater. Consulendus Cyrillus Alexandr. hìc.

Ioan.7.16.

Ibid. 5.17.

Hilar. Ibid. 19.

Una essentia & potentia in patre & filio.

62 Claret iam, Christum esse Deum, Verbumque Patris creaturam non esse: quod Christus protulit, dicens: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum*: similiter verum Deum: equidem etsi filius sit alius, non est aliud respectu Deitatis, cùm eandem individuam naturam habeat. Nihil de Iesu Christo credendum diceret, ni intenderit in sententia credi Iesum Christum Deum. Pende verba. *Ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Quid, si non Deum verum, uti Patrem, verum Deum? Aliquid enim cognoscendum de utroque. Si Deus verus Pater, quid cognoscendum de Christo? Quod esset Filius Dei veri, verus Deus. Aliud præter id quod objiciebatur, intentum verbis; quippe sine huiusmodi proposito, trunca esset atque pendula oratio. Si filius tantùm cognoscendus, & non ut filius; Iesus Christus non cognoscitur. Vita æterna, seu vitæ æternæ causa stat in eo, quòd Iesus Christus cognoscatur Filius veri Dei. Unde Iesus Christus verus Deus; quia consubstantialis Patri, qui solus Deus verus, cognoscendus cum filio. Consule Ambros. lib. 5. de *Fide*, cap. 2. Basil. lib, 4. *Contr. Eumonium*: & Cyprian. 1. *Contr. Iudæos.* Nec cespites in ly *Te solum.* Igitur dictio exclusiva, seu exceptiva iuncta termino personali in divinis, non excludit alias personas respectu essentialium; ut dixi *Tom.* 1. *Tautolog.* 6. num. 72. ad illud Epist. Iudæ, v. 4. *Solum Dominatorem & Dominum nostrum Iesum Christum negantes*: & *Tom.* 4. *Taut.* 4. fusè à n. 16. ad illud Deuter. 32. 39. *Ego sum solus*: & 1. Tim. 6. 16. *Qui solus habet immortalitatem.* His in locis plura invenies testimonia, sed obvium accipe. Matth. 11. 27. dicitur: *Nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Si solus Filius novit Patrem & Pater Filium; uterque se non cognoscit: quod quidem ludicrum. Nullo modo huiusmodi exclusionis expressio eximit aliam personam. Liquet. Ibi dicitur, *nisi Filius & cui voluerit Filius revelare*: constatque, Filium cognitum à Petro ex revelatione Patris. *Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est*: Matth. 16. 17. Quod essentiale, profectò commune tribus personis, uti cognitio, Deitas, sapientia, omnipotentia, & alia id genus. Unde in incarnatione Verbi dicitur Mariæ, Luc. 1. 35. *Spiritus Sanctus superveniet in te.* Idest, tota Trinitas, ut inquit Ildephonsus, de *Virginit. Mar.* Etiam, Genes. 1. 2. *Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Vide Augustin. lib. 13. *Confess.* cap. 9.

Ioan.17.3.

Dictio exclusiva in essentialibus non excludit vel in termino personali, alias personas divinas.

63 Hac expositione delicatur difficultas orta ex nescientia diei & horæ iudicij universalis, dum dicitur, ut vidimus n. 58. *Nemo scit, neque Filius, nisi solus Pater.*

Matth. 24. 26.

Marc. 13. 32. ter. D. Thom. 3. *p. q.* 10. *art.* 2. ad 1. asserit hoc exponi ab aliquibus, de Filio De adoptivo, non consubstantiali, uti est Christus Dominus. Basilius ubi dudùm contr. *Eumon.* & Origen. tract. 30. in *Matth.* de Christo, secundum corpus eius, quod est Ecclesia: in quo sensu Psalm. 68. 2. dicit: *Salvum me fac Deus*: & Actor. 9. 4. *Saule Saule, quid me persequeris?* Augustin. 1. de *Trinit.* cap. 12. inquit: *Hoc enim nescit; quod nescientes facit: ideſt, quod non ita sciebat, ut tunc discipulis indicaret.* Usus hoccine stylo Plautus, in *Bacch.* Act. 4. scen. 6. v. 21. *Nescio etiam id, quod scio.* Nescit ut Patris legatus ad homines, etsi sciat, quippe nescit ut legatus. Nuncius enim tantùm refert illa, quæ illi dicenda commissa sunt. Indicavit Christus Dominus illustri oppositione sententiarum. Ioann. 15. 15. dicit discipulis: *Omnia quæ audivi à Patre meo nota feci vobis*: & nihilominùs addit, cap. 16. 12. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modó.* Si adhuc multa habet dicenda, & omnia dicenda dixerat; signum est dixisse omnia, quæ dicere ordinaverat Pater: & adhuc multa alia habebat, quæ licèt sciebat, dicere nolebat; quia necdùm voluntas Patris ut diceret: dicturus sanè, quando disponeret Pater. Pende verbi proprietatem: non dicit omnia quæ vidi, sed *omnia, quæ audivi.* Haud omnia, quorum notitiam habebat, iussus est à Patre dicere; sed tantùm quæ audivit notificanda. *Quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo*: ibid. cap. 8. 26. Modò claret in primum testimonium. Omnia quæ accepi à Patre dicenda, dixi & locutus sum vobis: de die autem illo, ut dicerem vobis nihil audivi, etsi vidi. Audivi multa vobis dicenda; sed non modò: dicam, cum fuerint dicenda. Non omnia, quæ vidi aut novi, dicenda audivi: at quæ ut legatus audivi dicenda, vobis nota feci & omnia. *Paraclitus autem, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia*, quæ docenda: verùm non docenda omnia. Docebit ad quæ missus, & omnia; sicut ego dixi vobis omnia quæ audivi dicenda. *Hoc solum se scire dicebat, quod eos per illum scire oportebat*: subdit Augustin. ubi supr. Alia dicerem, si interesset vestra: at *non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.*

Ioann. 15. 15. — *Quo intuitu Christus dicit nescire, quod scit?* Cap. 8. 26. — Cap. 14. 26. — Augustin. Actor. 1. 7.

64 Caietanus respondet aliter & non abs re, de nescientia Christi circa præfati mysterij secretum. *Non excludit á filio secundum divinitatem, sed secundum humanitatem: & est sermo de notitia naturali. Solus enim Deus novit ex sua naturali notitia tempora & momenta. Cum hac tamen veritate stat, quòd Iesus etiam secundum quod homo est, sciat notitiâ supernaturali diem illum. Nec est dubitandum, quòd sciat & scierit illum ab instanti, quo conceptus est in materno utero; quoniam fuit perfectè beatus secundum partem superiorem animæ, & vidit in divina essentia omnia & singula quæ sunt erunt & fuerunt.* Nos iuxta dicta in superioribus germaniùs interpretabimur testimonium. Ly *Solus Pater* non excludit notitiam à filio de hora universalis iudicij: igitur cognitio sive scientiâ est quid essentiale, tribus personis commune. Unde dum dicitur: *Nemo scit, neque filius*, non intelligendum, quòd filius nesciat; sed quòd illam intelligentiam à se tanquàm à principio non habeat; sed à Patre, qui filij principium: uti num. 61. diximus de doctrina sua & non sua, quippe habuit à Patre; igitur cum substantia ab illo etiam cognitionem accepit: *Huiusmodi cognitionem tradidit filio* (inquit Angelic. Mag. 3. *part.* loc. cit. num. 6?.) *unde in hoc ipso quod dicitur*: Nisi Pater, *datur intelligi quód filius cognoscit, & non solùm quantum ad divinam naturam, sed etiam quantum ad humanam*: sicut vidimus, & etiam astruit Chrysostom. Homil. 78. in *Matth.* & 14. in *Marc.* in Christo igitur *sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ absconditi.* Non enim illi deëst, quod nos latet uti absconditum.

Caietan. — D. Thom. — Coloss. 2. 3.

65 Nec valet Arianis, dicere Christum dici filium per adoptionem, aut per quandam singularem excellentiam; quia electus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Ita blateravit Arius, sed novo acumine (ut clareat quis magis delirus) digladiatur bambalio Franc. Ignatius de Zarraga, de quo plura infrà, à num. 74 Sic igitur oggannit in *Splendor. Meridian.* Scintill. 6. num. 4. *Christus enim (Dei Patris verus consubstantialitatis filius) quoad humanitatis suæ primam Numinis gratiæ infusionem, Spiritus-Sancti non filius, sed filij imago declaratur; etsi paulò antè prædestinatus filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis (rhetoricé) exprimatur. Humanitatem ad Dei filij hypostasim prædefiniens Numen illam etiam adoptavit in suiipsius imaginem filij; ut Christus quoad humanitatem, & Spiritus-Sanctus quoad suam creatam substantiam, unum mysticè existerent in charitate & sanctitate creata, sicut & nos unum existimus.* Quis audivit unquàm tale? Duntaxàt excusationem quit habere in

Zarrag.

cere-

cerebro terebrato. Quodnam sit huiusmodi Numen & illa illius substantia creata, scie-mus posteà, demonstrantes consona deliramenta. Quodnam illud signum, in quo Christus, filius consubstantialis Patris & Deus verus, suiipsius imago est quoad humanitatem, & gratiæ primam infusionem? Christus est imago Patris quia filius & Verbum. Humanitas nec verbum est, nec filius filij. Imago enim relationem dicit similitudinis ad suum exemplar. Unde sola secunda divina persona relationem dicit similitudinis ad primam, à qua procedit modo assimilativo ut Verbum, uti asserunt DD. Scholast. cum D. Thom. 1. *part. quæst.* 34. & 35. fusèque Pavonius in *Theolog. natur.* part. 1. distinct. 1. à num. 55. & part. 2. distinct. 6. num. 3524. Procedit ne humanitas Christi aliquo modo à filio Dei? Unde igitur erit imago filij Dei? Christus semper fuit filius Dei: aliàs non esset Christus, quippe Christus nil aliud quàm humanitas subsistens hypostasi filij Dei. In quo ergo signo prima Numinis infusio gratię? Si prius fuit, quo supposito subsistebat humanitas, quæ futura Christi? Haud capax est gratię sine subsistentia. Ubi illud *Paulò antè*? Quando Christus non fuit Christus? Si ut extitit, filium consubstantialitatis Patris iurè fateris, quando Numen humanitatem adoptavit in imaginem filij? Adoptio, uti tu asseris, & videbimus, est *acceptio personæ*. Humanitas sola non est persona. Si persona Verbi est, iam est Christus subsistens in persona Verbi Dei, ut prædestinatum erat. Unde, dic, & quomodò nexus adoptionis, & consubstantialitatis? Ut sit cum Spiritu-Sancto unum in charitate & sanctitate creata, sicut & nos unum existimus? Blasphemas. Ubi est, quam in Christo filio Dei supponis, cum Patre consubstantialitas? Habet Christus per naturam, quod nos habemus per gratiam. Non sicut nos unum sumus, Christus sanctus est; sed per sanctitatem increatam ex hypostatica unione. Nec mysticè, sed entitative; quippequam eandem habet essentiam cum Patre. Furis utique. Hæccine horribilia: adhuc maiora videnda.

Christus nō est imago filij Dei, sed filius Dei.

Naturalis non adoptivus.

Quid sit adoptio?

66 Christus Dominus, Assertor N. philtrum amantium, peccatorum eleutherium, filius Dei est, & filius Dei vivi; non adoptivus, nec per excellentiam. Ex vi originis consubstantialitatem habet cum Patre, & ipsammet ex Patre naturam. Adoptio iuxta communem Iurisperitor. sententiam, in Gloss. instit. de *Adoption.* §. 1. imitatur naturam. Generatio, uti origo viventis à vivente, naturæ exigit similitudinem. Qui filius adoptivus, non est in natura similis; quippe adoptio naturam æmulatur, & natura tendit in simile. Si adoptio est acceptio personæ extraneæ; non potest Christus dici extranea persona, gaudens eadem cum genitore naturà. A Ioanne cap. 1. dicitur *Unigenitus filius, qui est in sinu Patris.* Unigenitus non esset Christus, modò per adoptionem filius Dei esset; siquidem plures filij Dei per adoptionem, qui ex Deo nati sunt. Ibid. v. 12. & 13. Hoc idem propositum ab eodem Evangelista, dicente: *Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus.* Vocat Christum verum filium & verum Deum, haud quia filij adoptivi non sint verè filij Dei, sed non veri filij Dei, idest, filij naturales: quandoquidem filiationem non habent ex vi originis, sed ex virtute adoptionis, ex voluntate Dei. Quod in gratia voluntarium, in generatione necessarium, sicut necessarium esse Deum: hinc necessaria in Christo consubstantialitas cum Patre; quia Patris Filius verus, naturalis, similitudinem habens ex vi originis. Iudæi non cognoverunt multis concionibus, quòd Christus Patrem suum dicebat Deum. *Ioann.* 8. 27. Dum cognoverunt, quærebant interficere, & ob crimen apprehensum tradiderunt Pilato: *Quia filium Dei se fecit*: ibid. cap. 19. 7. Si tantùm filiatio usurparetur de adoptione per gratiam, & non de identitate per naturam; nihil novi dicerent: imò haud excandescerent: ipsi enim sciebant per gratiam Filios Dei adoptivos fieri. Non adoptionem, sed generationem in filiatione intelligebant, quùm Deum Patrem suum Iesus-Christus prædicabat, per quam æqualis, vel cùm esset homo, Patri: *Quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum*: cap. 10. 33. Æqualis non esset, ni Deus esset: nec Deus esset, ni eandem Patris naturam naturaliter Christus haberet. Unde dicitur ibid. cap. 5. 18. *Propterea magis quærebant eum Iudæi interficere, quia Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* Æqualitatem in consubstantialitate Filij & Patris Iudæi agnoscunt, & Ariani recognoscere renuunt? *Hic est Filius meus, quem à me non separat Deitas, non dividit potestas, non discernit æternitas. Hic est Filius meus non adoptivus, sed proprius: non aliundè creatus, sed ex me genitus; nec de alia natura mihi factus comparabilis, sed de mea essentia mihi natus æqualis.* Ita Leo Pap. serm. de *Transfigurat.* Nec Altissimus æqualem potuit sibi condere creaturam, nec inæqualem gignere filium. Solùm enim Uni-

Christus non est in Deitate persona extranea. Ioan. 1. 14. 18.

1. Epist. 5. 20.

Quomodò homines verè filij Dei, sed non filij veri?

Leo Pap.

Unigenitum, quem non fecit, sed genuit, Altissimum Altissimus, & coæternum æternus concepit.

67 Iam enim locum habent, quæ promisi, *Tom.* 4. *T.* 4. *n.* 30. nimirùm, cur si Christus Filius Dei non fictus, sed verus, & Pater Deus verus & vivus, genitorque pariter Filij, Dei veri & vivi, à Patre Deo vivo & vero: dicitur à Ioanne, ut vidimus *n.* anteced. *Filius verus & Deus verus*: & à Petro, *Filius Dei vivi*? Non sat in expressionem consubstantialitatis, quòd Petrus diceret *Filius Dei*? Si Filius, genitus planè: si genitus, necessarium suppositum vitæ; quippe generatio est origo viventis à principio vivente: quare igitur non solùm Christus dicitur Filius Dei, sed vivi Dei? Singularitatem generationis Petrus intendit exprimere, uti revelavit Pater: aliàs generationem eius quis enarraret? Incubuit Vicarius Christi, toti Ecclesiæ præpositus, demonstrare coram illo quid Ecclesiam docturus: igitur per Petrum Ecclesia quotidiè dicit: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Protulit Petrus de Patre quo modo pater; ac de Filio, quo modo filius. Intendite. Verbum significat aliquid ab alio emanans: & in divinis, nihil ex his quæ ad intellectum spectant, dicitur personaliter nisi Verbum, quod est Sapientia genita: id enim quod intellectus intelligendo, seu concipiendo format, dicitur Verbum. Quapropter in Deo oportet ponere Verbum (ut dicit D. Thom. *Opusc.* 3. cap. 37.) quod est nomen proprium personæ Filij, signans emanationem intellectus paterni. Persona enim, quæ procedit in divinis secundum emanationem intellectus, dicitur Filius, & huiusmodi processio generatio; ut dicit idem 1. *p. q.* 34. *art.* 2. Datur ergo in rebus creatis cognitio & vita: verùm ita, tametsi simul sint, quòd cognoscens in quantum cognoscit, non sit pater; neque cognitum sit filius: patet in Angelo, cuius cognitione, quantumvis eximia, non generatur alius Angelus; & in homine, qui secundum quod cognoscit, haud pater est alicuius. Pater & filius tantùm dantur in viventibus: equidem generatio est viventium munus, quatenùs viventia sunt, tendentia in simile: generatio quippe est origo viventis à principio vivente coniuncto in similitudinem naturæ. Hoc namque commune generationi, & productioni mentali: nimirùm, quòd homo vivens, & homo cognoscens; quin ut intelligens gignat, nec præut vivens intelligat, estò vitalitatem supponat. Aliter & longè in generatione & productione divini Verbi, quod filius Patris: igitur Verbum ita est Verbum, ut etiam sit Filius; quia in illa generatione invenitur intellectio, quæ non solùm est vitalis, sed vita ipsa. Quapropter si viventis est gignere; patris divini intelligentis est gignere, quia illa intellectio, etiam præut intellectio, est vitalis. Verbum, intelligentis est, Filius viventis: & Verbum est filius Patris; quia procedit per modum intelligibilis actionis, quæ est vitæ operatio. Si ad generationem requiritur, quòd productio sit hypostasis viventis ab hypostase vivente, & in similitudinem naturæ ex vi illius productionis; intelligens vel dicens est Pater, & Verbum Filius: quippequàm Pater dicens est hypostasis vivens, & quatenùs vivens dicit: & Verbum dictum à Patre dicente productum, etiam est hypostasis vivens, quia in ipso vita erat: pariterque illa productio est in similitudinem naturæ; quia dicens est Deus, & dictum est Deus, quod Verbum. *Processio Verbi in divinis* (infit Angel. Doctor 1. *p. q.* 27. *art.* 2.) *habet rationem generationis: procedit enim per modum intelligibilis actionis, quæ est operatio vitæ, & á principio coniuncto, & secundum rationem similitudinis: quia conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ, & in eadem natura existens, quia in Deo idem est intelligere & esse. Unde processio Verbi in divinis dicitur generatio, & ipsum Verbum procedens dicitur Filius.* In rebus creatis hoccine minimè accidit: etenim verbum mentis est intelligentis verbum, & non Filius, & Filius, quia non à mente, quippe ex voluntate carnis, nunquàm potest esse verbum. Discrimen est penes intellectionem creaturæ & Creatoris, limitatam scilicèt & infinitam. Quoties intellectus habet ultimam perfectionem intellectionis (ideſt, summam, ut est intellectus divinus) non solùm assimilat terminum in esse intelligibili, uti intellectus creatus; sed etiam in esse substantiali: virtus enim perfectè assimilativa respicit terminum ut similem perfectiori modo: quare cùm perfectior similitudo sit in esse naturali; intellectio Patris (quæ summa & perfectissima) communicat Filio, Verbo consubstantialitatem, dum intelligendo producit. Claret exemplum perfectionis in processione tertiæ personæ Sanctiss. Trinitatis. De ratione voluntatis ut sic, est producere amorem: verùm de ratione voluntatis summè perfectæ est producere amorem summè perfectum. Hinc cùm nullus amor perfectior amore substantiali; voluntas Patris & Filij amorem substantialem producit, qui Spiritus-Sanctus est

1. Ioann. 5. 20. & Math. 16. 16.

Quid sit verbum mentis?

Quare Dei filius dicitur Verbum?

Et minimè aliorum filij?

D. Thom.

Filius & Spiritus Sanctus consubstantiales Patri.

68 Palàm eſt iam, cur Chriſtus dicatur, prædiceturque à Petro Dei vivi filius. Verbum Dei eò dicitur Verbum, quo filius: aliter in nobis contingit, ut patet; quia verbum à cognoſcente, & filius à generante. In nobis intelligibile non pertinet ad ſubſtantiale eſſe; ſed generabile: in Deo pertinet tam generabile, quàm intelligibile ad intra; quia eſſe Dei eſt ipſum intelligere. Ni Petrus diceret Deum vivum, cui competit generatio; intelligeretur Verbum verbum mentis, quin eſſet filius, ſicut verbum mentis hominis: Verbumque Patris, Chriſtum Dominum Petrus definit non ſolùm filium Dei, ſed Dei vivi; ut conſtet filius, quod Verbum: Verbum eiuſdem naturæ ſubſtantialis cum intelligente, ſicut filius eiuſdem naturalis ſubſtantiæ cum genitore. Filius dicitur verus filius, quippe habet ſubſtantiam patris: verbum mentis in humanis non habet naturam intelligentis; quia noſtrum intelligere non eſt ipſa intellectus ſubſtantia. Sæpe Filium Dei Ioannes dixerat Verbum: Verbum connotat intellectionem, cuius eſt Verbum, non naturam: & cùm Verbum in divinis naturam connotet, quoniam Verbum etiam filius; dicitur Verbum in divinis verus Deus: igitur ſicut filius habet ſubſtantiam producentis genitoris; ita Verbum quod filius gaudet conſubſtantialitate intelligentis: idem enim in Deo intelligere & eſſe. Si Ioannes dixiſſet, *In principio erat filius*; clareſceret, filium habere eandem naturam generantis: at ignoraret mundus quo modo in divinis Filius, & quo modo Pater. Primum Ioannes ſuppoſuit, ſecundum, ut par erat, meditatò expreſsit, dicens: *In principio erat Verbum*: & non Filius, quia qui filius erat Verbum, producto filio ab intellectu paterno. Clariùs Verbum intellectus eſt. Intellectus non generat alium intellectum, ſed verbum intellectionis. Homo generat filium, in quo intellectus; ſed non per intellectum: cæterùm Pater æternus per intellectum generat filium, qui Verbum. Unde cùm huiuſmodi generatio hominibus eſſet ignota; ut notum fieret non notum, Ioannes dixit Filium Verbum, & non Filium: equidem ſi filius habet ſubſtantiam Patris, Verbum habet naturam genitoris: idem eſt enim in Patre intelligere & producere: ſicut in Filio idem, dici ac generari. Iccircò Ioannes in *Epiſt.* dicit: *Hic eſt verus Deus.* Filius verus Deus, quia filius veri Dei. Non videbatur mundo verè filius, quippe Verbum; cùm in homine mentis Verbum non ſit filius: ſignatque Verbum verum Deum, ſicut veré filium; quia ſicut filius habet eſſe verè à Patre per originem, Verbum habet eſſe filium per Patris intellectionem. Non ſolùm his ſententijs in divinis deſcribitur generatio; ſed ordo & ſingularis generationis modus, à nemine illatenùs auditus. Hoc mundo incognitum, ſed ad fidem documentum neceſſarium. *Generationem eius quis ennarrabit?* Petrus & Ioannes. Noverunt ordinem cœli, & poſuerunt rationem eius in terra; ſicut interrogatum, *Iob* 38. 33. Cuncta protulerunt & modum. Hac etiam de cauſa Chriſtus, filius Dei dicitur *Unigenitus*, quia ſic gigni, tantùm unici filij Dei. Hinc intelliges, cur in divinis unicum ſit Verbum, & Pater unicum habeat filium, unigenitum à Patre, qui eſt Chriſtus Dominus, quin poſsit alium habere. In eo cuius eſſe eſt intelligere, ſemper eſt idem intelligere: quare nequit eſſe aliud Verbum, quoniam intelligere non eſt aliud. Vide Auguſt. lib. 7. de *Trinit.* cap. 1-9. cap. 10. & 15. cap. 10. Damaſcen. lib. 1. de *Fide orthod.* cap. 18. Anſelm. in *Monolog.* cap. 31. & 58. & Iræneum, 2. *Adverſ. hæreſ.* cap. 47.

Generatio & ordo & modus generationis in divinis.

Ioann. 1. 1.

1. Ioan. 5. 20.

Iſai. 53. 8. Iob. 38. 33.

Cur filius Dei unigenitus ſit? Ioan. 1. 18.

69 Cur autem Ioannes primò dixerit Verbum, poſtque Unigenitum & Dei Filium; poteſt inquiri à curioſo lectore. Reſpondet obiter D. Thom. 1. *part. q.* 34. art. 2. ad 3. *Ut oſtendatur connaturalis Patri, dicitur Filius: ut oſtendatur coæternus, dicitur Splendor: ut oſtendatur omnium ſimilis, dicitur Imago: ut oſtendatur immaterialiter genitus, dicitur Verbum: Non autem potuit unum nomen inveniri, per quod omnia iſta deſignarentur.* Quo reſpondetur ad illud, de quo ſupr. num. 58. *Creator omnium, & qui creavit me*; & ad alia teſtimonia, quibus Sapientia increata, Dei Filius ſcilicèt, creata dicitur, cùm tantùm ſit genita. Pende. In generatione noſtra recipitur natura generantis, & genitor immutatur. In creatione Creator non immutatur, nec natura Creatoris recipitur. In Scriptura Sapientia increata, ut creata exponitur & genita; ſed non in ſenſu proprio creationis, ut ſonat: creatum & increatum profectò implicat. Altiſsimus intuitus eſt in iſthac terminorum implicatione. Unde Filius dicitur Sapientia genita à Patre; ut per generationem conſtet in utroque eiuſdem naturæ unitas: & ſimul dicitur quòd creata, etſi increata; ut pateat genitoris in generatione immutabilitas: etenim Creator nullatenùs immutatur, dum creaturæ eſſe propriæ naturæ conceditur. *Sapientia igitur quæ ſe dicit creatam* (infit Hilarius de *Synodis adverſ. Arianos*, Ana-

Ioan. 1. 1. 18.

D. Thom.

Eccl. 24. 12.

Cur filius Dei dicitur Sapientia creata, ſi increata ſapientia?

thes

thematism. 5.) *eandem in consequenti se dicit & genitam; creationem refere ns ad parentis indemutabilem naturam, quæ extra humani partus speciem & consuetudinem, sine imminutione aliqua, ac demutatione sui creavit ex seipsa quod genuit. Creantis enim opus non habet passionem aut permistionis aut partus. Esse enim aliquando incipit, quod creatur ex nihilo; & qui creat, efficit pro potestate quod condit: est opus virtutis creatio, non naturæ ex natura gignente nativitas: at verò nativitas legitimæ originis & genuinæ naturæ profectus est: ex natura enim generante, naturam sumpsit genita natura. Sed quia Dei filius non corporalis partitudinis est genitus exemplo, sed ex perfecto Deo perfectus Deus natus est; iccircò ait, creatam se esse, sapientia; omnes in generatione sua corporales passiones excludens. At verò ut ostenderet non creationis in se, sed nativitatis naturam esse; subijcit & genitam: ut cùm creatam se & genitam confitetur, absolutam nativitatis suæ intelligentiam præstaret, dum & indemutabilem Patris naturam in creatione significat; & legitimam ac propriam ex Deo Patre genitæ naturæ suæ ostendit esse substantiam.* Luculenter ac præclarè dicta. Idem ex eodem dicit D. Thom. 4. *contr. Gentes*, cap. 8.

Hilar.

70 Ergo in altiorem sensum sumenda vox creationis. Cùm igitur vel intellectus noster producat verbum mentis immaterialiter sine sui mutatione, & homo generet cum mutatione sui; filius Dei dicitur Verbum, quia sicut homo sine ulla sui mutatione producit immaterialiter verbum, Pater generavit filium: eiusdem naturæ, quia filius: & filium Verbum, quia immaterialiter genitus. Idem dicendum ad illud Baptistæ: *Hic erat, qui ante me factus est, quia prior me erat.* In ly *Factus* offendit Arius. Respondet Cyrill. Alexandr. lib. 5. *Thesaur.* cap. 6. *Sicut igitur de verè creaturis, non naturaliter, sed abusivé verbum Genuit dicitur* (de Deo, scilicet, ut Deuteron. 32. 18. *Deum, qui te genuit, dereliquisti.* Iob. 38. 28. *Quis est pluviæ pater, vel quis genuit stillas roris?*) *sic quando de filio creatio dicitur, abusivé intelligenda est; ut naturalis eius proprietas conservetur.* Idem Athanas. serm. 3. *contr. Arian.* Sic ergo, dum dicit Baptista de Christo: *Ante me factus est*, idem est, ac genitus: non loquitur de eius humanitate quam tempore utiquè præcedebat; sed connotat suppositum divinum, nimirùm filium naturalem Dei, ante Ioannem sanè genitum, qui dixit: *Antequàm Abraham fieret ego sum.* Ioann. 8. 58. Hac de causa non prolatum, *Hic est*, primò, sed *Hic erat.* Minimè factus qui iam *erat* antequàm caro factus. Si caro factus post Ioannem, & iam erat, qui non erat caro factus; non utique factus, sed ante sæcula genitus. Nec dissonum arbitreris, quod hìc dixit v. 15. *Hic erat*, subindeque v. 30. *Hic est.* Demonstravit in utraque sententia, ex quo Christus, quando genitus, & quando quoad humanam carnem factus. *Hic est*, naturam humanam, quæ post Ioannem facta est. *Hic erat*, personam divinam, quæ ante illum, utpotè ab æterno, sed minimè facta. Quomodò enim *erat*, si factus erat? Non erat factus. *Hic erat*, qui *hic est.* Non novum, q. d. quod sit ante me, qui post me est? Post me est, qui ante me erat. Post me præcursorem, ex utero matris-virginis, qui ante me erat ex intellectione Patris. Hic est qui erat, & erit: & erit & erat *est*; ideſt, vel in carne Deus, cuius esse proprium, esse. Nihil aliud est, quàm erat priùs, nisi naturâ novâ, & etiam in illa idem ipsissimus ipse. Retorquea-tur Profanus, nesciens quid diceret, lib. 1. *Astronom.* cap. 3. v. 18.

Ioan. 1. 15. Cyrill. Alex.

Generatio & creatio, quando metaphoricè?

Quomodò Christus ante & post Baptistam?

Hæc æterna manet, divisisque simillima forma,
Cui neque principium est usquàm, nec finis in ipso,
Sed similis toto remanet, perque omnia par est.

Manil.

Hoc perspicuum testimonium, quin Arius habeat effugium. Alia infrà, *num.* 120.

71 Sensu præfato in confirmationem æternæ generationis dicitur Sapientia personalis *Primogenita ante omnem creaturam.* Si ante omnem creaturam, non creatura, & consequenter non facta. Non enim quia primò creata, esset unigenita: igitur *non est unigenitus, quem multi sequuntur*, ut ait Cyrill. quò dudùm *cap.* 5. Filius Dei est *Unigenitus.* Unde nec primò creatus: at primò genitus, quia ab æterno genitus à Patre ante omnem creaturam. Si esset factus, estò primò, inter creaturas; non esset ante. Primogenitus filius est, quia primò genitus. Ideo Pater dicitur filij principium, & non causa: equidem causa importat diversitatem substantiæ, dependentiam effectus, & prioritatem vel naturæ vel temporis. Filius autem Dei non est effectus, quippe non factus. In illo ac Patre nulla substantiæ diversitas, nulla naturæ, vel hypostasis prioritas, quin intersit dependentia effectus à causa; cùm tantùm pendeat ut Verbum filius à Patris intellectione, connotans in processione originem; & originis, non naturæ prio-

Eccli. 24. 5.

Ioan. 1.

Pater cœlestis filij principium, non causa.

prioritatem: etenim in Trinitate nihil prius, vel posterius, ut vidimus ex Leon. Pap. *num. 66.* Quare verò Christus Dei filius a Paulo dicatur *Primogenitus omnis creaturæ*, astruemus infrà à *num. 126.*

72 Hæc tela in Arianos, in quos multis alijs testimonijs invehuntur SS. PP. ingenia: sed Erasmo nec videntur valida ratiocinia, nec perspicua sacra testimonia.

O quàm cæca gerit nigro sub pectore corda Sedul.
Mens tenebris obscura suis!

Dicam ex Sedulio lib. 2. *Carm.* v. 211. Ita ergo desipit ille, dum sapit. *Ex sacris literis* (ait in *Ioann.* 20.28.) *non deducitur evidenter Christum esse Deum; licèt ex libris novi testamenti pijs mentibus constet, Christum Deum pariter & hominem fuisse.* In quæ non prorsit infatuata præsumptio! *Pijs mentibus?* Vocas duntaxàt pium ad salutem æternam necessarium? Unde hausta huiusmodi veritas? Ex Evangelistis & reliquis libris Apostolicis. Hoc Ecclesiæ Catholicæ decretum non solùm suscipiendum est pietate, sed credendum firmâ fide: quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, salvus esse non poterit. Quod dicis voluntarij affectum cordis, non est signum, sed demonstratio impietatis. Perperàm à te creditur, si ex abundantia cordis os loquitur. Super illud Thomæ, *Dominus meus & Deus meus*; ita occinis: *Iste est unus locus, ex quibus Evangelistæ Christo nomen Dei tribuunt.* Ergo iam constat ex Evangelio Christum Deum esse. Evangelium, solummodò tenendum & credendum pie? Audias aliud testimonium à te visum, sed alto silentio pressum. *Scimus, quoniam filius Dei venit: & dedit nobis sensum* (idest, aperuit, vel illustravit) *ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus.* Christus filius Dei est, & verus Deus, ut astruximus à *num. 67.* Filius Dei Verbum est: non legisti, & *Deus erat Verbum?* Verbum caro factum est. En filius Dei vel in carne. Hic est unigenitus á Patre: hic est Christus. Patebit iam ex sacris literis Christus Deus? In Christo enim *inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter*: Coloss. 2. 9. Quid est corporaliter? Unita divinitas non solùm animæ, sed etiam corpori Christi. D. Thom. 3. *part. quæst.* 2. *art.* 10. *ad* 2. Ipsamet Deitas in Christo habet esse substantiale corporeum, quoniam Verbum caro factum: & simul corporeum illud habet esse, absque ulla sui mutatione. *Ego Dominus & non mutor.* Malach. 3. 6. Ita Deus homo, & homo Deus. Filius Dei, profectò Deus, quia consubstantialis Patri: & interroganti cæco, *Quis est Domine* (*ut credam in eum*) filius Dei? respondit Iesus: *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* Pater æternus pater dicitur Domini nostri Iesu-Christi. 1. *Petr.* 1. 3. *Hebr.* 1. 1. 5. 8. Sic ergo ad Tit. 2. 11. *Apparuit gratia Dei, Salvatoris nostri.* Quæ & quomodò gratia, si Salvator Deus non est? Subditur v. 13. *Gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu-Christi.* Disiunges *Magni Dei* à *Salvatoris*? Disiunges. My! Disiunges, sicut illud ad Rom. 9. 5. *Ex quibus* (Iudæis nempe) *est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Quid dices ad hæc? *Ibi Christus non declaratur Deus: tantùm Paulus insinuat in hunc sensum: Sit Deus benedictus, quia Christus est incarnatus.* Ingeniosè profectò. Plaudite manibus. Quis Arianorum sine rubore ita interpretaretur? Dogma pestilens insignem olim amisit hyperaspisten. Sensum ne mentis hoc-cine velamine occulis? Quod vel ipsis Arianis negotium tot sæculis grave graviter facessijt, tibi constat sine succo futiliter? Perpendamus expositionem. *Benedictus Deus, quia Christus est incarnatus.* Christus non est incarnatus; sed filius Dei, qui in carne dicitur Christus. Est incarnatus, antequàm Verbum caro fieret? Desipis, & desipiendo veritatem dicis, velis nolis. Christus per te est incarnatus; ergo Christus est Deus: homo enim non incarnatur, quippe nullo modo est, antequàm sit. Si ille qui incarnatus est, erat antequàm incarnaretur; profectò Deus erat: & homo factus haud destitit esse Deus. Incarnatus est cùm in forma Dei esset: si homo est, qui formam hominis habet; erit profectò Deus, qui in similitudinem hominum factus, permanet in forma Dei. Ni Deus esset, in forma Dei non esset. Vide cervicosè in semel apprehenso, huiusmodi in articulo, an in forma Dei esset habitu inventus ut homo. Si negas, Arianus es: si concedis, cur etiam deductionem evidentem è sacris literis negas? Ergo in carne Christus Filius Dei: si Filius Dei in carne, planè Deus. Habet herclè Filius naturam patris: Christusque Filius est Patris cœlestis, qui sæpe coram testibus dixit: *Hic est filius meus.*

Eraſm. Roterod.

Idem.

1. Ioann. 5. 20.

Ioann. 1. 1.

Christus clarè Deus ex scripturis sacris.

Cap. 9. 36. 37.

Eraſm.

Deus verus & homo verus.

73 Quid dicet Erasmus? Hui, mi homo, dum hæc cogitabas, eras mus: siquidem cuncta Scripturæ testimonia rodebas; tibi, omnibusque, scientiâ sacrâ pollentibus, dice-

cebas ſub titulo Termini, in annulo ſculpti, ut lateret procax inflatio in ambiguo: *Nulli cedo.* Nulli? Quanta modeſtia! Vertigo eſt ex prurigine plauſus. Impingis, ex ventoſa ſapientia factus ſtultus. Audiatur inſignis Theologus Minorita Carvaialus *Apolog. in Eraſm.* novum Apionem. *Malé habet Eraſmus, quód Eccleſiæ Doctores & Evangeliſtæ ad numerum quaternarium ſint redacti: quód videat ſe non poſſe inter illos computari; neque credit ſe illis eſſe inferiorem, qui nulli cedit. Hoc enim elogio ſua ſcripta claudit Eraſmus: Nulli cedo. Nonne hæc inſolentia omnes eius inſolentias ſuperat? Non cedis Auguſtino, Ambroſio, aut Hieronymo? Cedo nulli. Non Hilario, Lactantio, aut Origeni? Nulli. O felix ſæculum cui talis homo datus eſt!* Haud fingit invector in Eraſmi arrogantiam. Ipſe prædicat. In illud Pauli, de quo ſupr. *Magni Dei, & Salvatoris N. Ieſu-Chriſti,* ita infit: *Quantuncunquè* Chryſoſtomus, Hieronymus, Auguſtinus *& PP. in iſto loco adverſus Arianos exultent; nihil tamen contra Arianos.* Nulli cedit. Verùm unde tanta pervicacia? Dicit: *Sermo Græcus & anceps & ambiguus.* Sit ergo. Si anceps, quo intuitu exponis pro Arianis, & nequaquàm pro Catholicis? Dicit Seneca, *Epiſt. 94. Aut ineſt animo pravis opinionibus malitia contracta; aut etiam ſi non eſt falſis occupatus, ad falſa proclivis eſt, & citó ſpecie, quò non oportet, trahente, corrumpitur.* Liquent igitur quænam & quorsùm cogitationes Eraſmi: tranſeamus ad alias alterius deliras cogitationes.

Arrogantia Eraſmi. Carvaial. *Pertunditur* Eraſm. Senec.

74 Ariani proceſsionem Filij Dei à Patre Deo ſtatuerunt non tanquàm à principio, ſed tanquàm à cauſa: unde Filius ab eis dictus prima creatura, & Spiritus Sanctus etiam utriuſque creatura; quia ab utroque procedit. Nihilominùs filius erat magnus, etſi in illorum ſententia non eſſet Deus. Hæccine & alia iam ratione, teſtimonijs, atque tempore ſopita: cæterùm noviter non ſolùm excitata, ſed fota; quaſi aliquid de cœlo delapſum, luci quæ tenebris digna, expoſita à Zarraga: qui quidem vel ſine nomine appareret ex pelle. Suis enim coloribus alibi pinxi, & adhuc reſtant colores. Miſereor (ita Dij me ament, uti dicebant Ethnici) quòd quæſiverit plauſum, & debitæ ſervitutis effugium, unde vel gyrovagis opprobrium. Placet culinarum ſuffimen, verùm confuſio non coöperuit faciem. Ut clariùs procedamus, non in Theölogico, ſed in *Theöpolitico opere Splendoris inviſibilium*, arbitratur Zarraga, nihil Deum ad extra operari ſub expreſsione Iovis, vel Entis; ſed tantùm ſub expreſsione Numinis: cui quidem ut huiuſmodi expreſsionem haberet, neceſſe fuit creare quandam ſubſtantiam ſupernaturalem, quæ hypoſtaſi alicuius perſonæ Santiſſ. Trinitatis ab æterno uniretur, ut poſſet operari & Numen eſſe. Ideo Spiritum-Sanctum vocat impudicè *Coniugem*; quia Auguſtinus diſputans cum pagano, qui ſanctas Scripturas renuebat, libell. de *Quinque hæreſib.* cap. 3. ait: *Quid dicis pagane? Deus, inquis, ſi delectatus eſt Filio, indiguit coniugio ::. coniugem Dei quæris? Abijciatur ex corde tuo impura pravitas. Coniux Dei bona voluntas eſt.* Sumpta hæc ex Mercur. Triſmegiſt. lib. de *Verb. perfect.* Vide illum de *Natura Deor.* ſive ad *Aſclep.* apud Apuleium. Sic igitur loquitur Triſmegiſtus: *Filius benedicti Dei, atque bonæ voluntatis, cuius nomen non poteſt humano ore narrari.* Quod intelligendum metaphoricè, ſeu rhetoricè, ipſe Zarraga aſtruit in *Veſpertin. Splendor.* ſcintil. 1. n. 4. Etſi uſquequaquè in libello ſumat entitativè & phyſicè, ut videbimus. Hic Auctor, ſeu ſomniator haud ſupponit bonam voluntatem pro voluntate eſſentiali, ſed pro perſonali, quam ſine rubore *Coniugem* uſquequaquè dicit: prioremque facit Filio, deſtruens ſeriem & ordinem proceſsionum in divinis. Unde D. Thom. 1. *p. q.* 27. *art.* 3. *ad* 3. ſubdit: *Licèt in Deo non ſit aliud voluntas & intellectus; tamen de ratione voluntatis & intellectus eſt, quód proceſsiones, quæ ſunt ſecundum actionem utriuſque, ſe habeant ſecundùm quemdam ordinem. Non enim eſt proceſsio amoris niſi in ordine ad proceſsionem Verbi: nihil enim poteſt voluntate amari, niſi ſit in intellectu conceptum. Sicut enim attenditur quidam ordo Verbi ad principium, à quo procedit (licèt in divinis ſit eadem ſubſtantia intellectus, & conceptio intellectus) ita licèt in Deo ſit idem voluntas & intellectus; tamen quia de ratione amoris eſt, quód non procedat niſi á conceptione intellectus; habet ordinis diſtinctionem proceſsio amoris à proceſsione Verbi in divinis.*

Deliria Zarragæ. Auguſt. Mercur. Triſm. *Ordo proceſſionũ in divinis.* D. Thom.

75 Ita ergo Verbum, quod Filius, à Patre, & Spiritus-Sanctus ab utroque. Neſcit Zarraga diſtinguere inter amorem eſſentialem, & notionalem. Eſſentialis antecedit originem, cuius ipſe eſt principium *Quo*: qui quidem amor eſt notionalis, ut eſt in Spiritu-Sancto, & principium *Quod* talis Originis, ſeu productionis. Eſſentialia enim ſunt priora notionalibus. His haud immoror, quia iam à DD. Scholaſticis expoſitum. Si lu-

Eſt amor eſſentialis, & notionalis.

lubet, ädi Scotum in 1. *distinct.* 6. quæst. 1. Suarium de *Trinit.* lib. 6. cap. 4. & Caietan. in 1. *part.* D. Thom. *quæst.* 41. *art.* 2. in Deo negat Zarraga omnem operationem etiam ad intra, ut Iove; *quod omni blasphemia est gravius*: uti inquit Damascen. lib. 1. de *Fid. Orthod.* cap. 8. Ratio negationis est illius vacui sincipitis, tomento pleni. *Deus ut ens* (ait in *Matut. scintill.* 5. num. 7.) *non habet intellectuales operationes, nec mentem: nempé potentiam intellectualem. Intelligere enim censetur pati, actuari, & moveri: quare omnis intellectus habet materiam, & agens in agendo repatitur.* O theologe insignis! Sic rudit & oncat asellus. Astruit (quod audacius) ex Dionysio de *Divin. nomin.* cap. 7. ubi inficiatur S. Doctor in Deo operationes etiam intellectuales modo nostro, quod fatemur; sed non modo suo eminentissimè cum summa divina perfectione. In Deo non est actio progrediens ad aliquod extrinsecum, sed manet in operante. Intellectus divinus non est in potentia, cùm sit sua perfectio & suum intelligere. Unde intelligere non significat actionem ab intelligente exeuntem, sed in illo manentem. Similiter in Velle: igitur voluntatis obiectum est bonum, ad quod datur motus, si est extra voluntatem: at minimè in divina, cuius obiectum est bonitas sua, quæ est eius essentia; uti asserit fides Catholica, & Scholastici cum Angel. Magistro, 1. *part. quæst.* 14. *art.* 2. *quæst.* 18. *art.* 3. & *quæst.* 19. *art.* 1. Cogitat Zarraga, præut ipse cogitat, & malè cogitat. Actus sunt in Deo, quorum nullus immanens, præter intellectus & voluntatis; qui habent infinitatem, simplicitatem & immutabilitatem, quas habere nequit operatio cuiuslibet entis creati: de quo eruditè Eximius Doctor, de *Prædestinat.* lib. 5. cap. 1. n. 5. & de *Deo trino & uno*, lib. 2. cap. 24. n. 10.

Damasc.

In Deo sunt operationes ad intra & ad extra.

76 Totum libelli diabolici propositum, nil aliud est, quàm Deus Creator simul & creatura. Ut creator nihil agens, quia ut Creator est ens, vel Iove, & ut ens nil operatur: ut creatura omnia agens; quia siccine est unita hypostasi Spiritus Sancti; qua ex compositione resultat *Deus-Numen*: Deus scilicèt & creatura prima. Quis audivit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israël? Unde titulus libri, *Iovis, & Numinis contubernium, invisibilium splendor*, matutinus, meridianus & vespertinus, cùm varijs scintillis arundineti Zarraguini capitis, quas diabolus misit in cor, quod omninò vanum est. *Nihil iam in studiosis vanæ & novæ eruditionis desideratur* (inquit Mabillonius *Studior. Monastic.* part. 2. cap. 11. num. 23.) *nisi usus vocis Iovis pro Christo.* Non desideratur, adest utique Zarraguinum opus, & cum nomine Iovis totum Ethnicum; igitur cuncta nostra ad theologiam Gentilicam retorquet: quod quidem respectu aliorum, minoris ducendum offendiculum. Vide dicta *Tom.* 4. *Tautolog.* 4. *num.* 11. dicemusque T. 6. T. 8. contra Bezam ex Rabbin. & SS. Patribus: igitur contendit Deum Hebraicè (ut sequitur Zarraga) dici Iovam, vel Iehovam stylo Ethnico. Unde Genebrard. *Epist.* ad lector. in Commentar. in *Psalm.* rhymicè ait:

Summa libelli Zarraguini.

Mabill.

Beza è Paganismo in Calvinismum transit,
Beza à Calvinismo in Paganismum redit.

Philosophi autem qui vocantur (ait Augustin. lib. 2. de *Doctrin. Christ.* cap. 40.) *si quæ forté vera, & fidei nostræ accomodanda dixerunt; non solùm formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanquàm iniustis possessoribus in usum nostrum vendicanda.* Econtrà Zarraga, *Matut.* scint. 4. num. 9. nomen Dei *Sadai* ad Deum Pana reducit: ideoque *Pan* Deus pastorum, quia Deus, Deus dicitur Abraham, Isaäc & Iacob, qui pastores, *Primam causam* (quàm malignè huiusmodi vox, constabit ex dicendis) *colentes. Dicitur etiam Pan* (subdit) *Deus ruris, quia colebatur in rure Sichem, in phano extructo á Melchisedech.* Fingit in fulcrum auctores. Ibid. *n.* 8. addit, Spiritum Sanctum, quia descendit de cœlo in Apostolos facto repentè sono, & pridem ductor fuit Israël, & tonitruis dedit legem, *Tonantis* epitheto insignitum, dictumque Iovem: cultus utique fuit Iupiter ab Ethnicis sub titulo Tonantis. Pende obiter, qua facie operantem ad extra Spiritum Sanctum vocat Iovem; cùm Deo, præut Iove est, nullam concedat operationem. In circuitu ambulat. Spiritum Sanctum in Incarnatione Verbi supervenientem in Virginem (qua de causa exclamavit Isaias 45. 8. *Rorate cœli desuper, & nubes pluant*) ibid. sic exponit: *Aureis imbribus Iovem super Virginem descendisse dicitur, quam Danais* (transeat declinatio: callet optimè Græcum idioma, de quo gloriatur) *nomine velavit Comicus.* Hic blasphemat. Ita Christus,

Augustin.

Retorquet Theologiam ad Ethnicam.

—*Quem pluvio Danaë conceperat auro?*

Vide Ovid. 4. *Metam.* Fabul. 16. & Natal. Comit. lib. 7. *Mytholog.* cap. 18. Bellum Gigantum in Iovem appropriat Nemrod, ibid. n. 5. quia ly *Venator coram Domino,*

Ovid.

Genes. 10. 9. *ex Hebraica fonte* (alia concordantia) *legi potest: Usurpator gloriæ Iovis*; quod Gigantes fecerunt, uti refert Ovid. loc. cit. *lib.* 1. *fabul.* 5. In *Meridian.* Sacrilegus. scint. 5. n. 2. effutit: *Melchisedech, vir Chananæus Phœnicius, apud suos denominabatur Siri; apud Græcos, Hermes: nempè Mercurius, qui Gentium extitit Legislator in Sion, ac Primogenitorum Altissimo sacrificium instituit. Huic æneum erexerunt Gentes simulachrum, in cuius manibus pueri offerebantur*, &c. Hic est legislator in Sion? Obstruatur os loquentium iniqua. Adhuc debacchatur. ibid. n. 5. subdit: *Bifrontem Poëtæ Ianum delineaverunt, nempè senili & iuvenili facie; quia Spiritus Sanctus ait: Ego primus & novissimus.* Hoc est Scripturas exponere, vel ridere? O malè feriate! *Profanas vocum novitates devita: multum enim proficiunt ad impietatem*: ut ait Apostolus, 1. Tim. 6. 20-2.2.26.

77 Hæc illi quasi quisquiliæ, in ludum phantasiæ lęsæ, & quasi parerga delirij primò propositi. Audi Zarraga, etsi summatim, quid cogites. *Nos autem* (inquis *Meridian.* scint. 2. n. 4.) *cùm materia prima fieri nequeat, quia ex nihilo nihil fit; materiam primam non æternam, nec factam, sed ab initio & ante sæcula creatam in principio, Deoque ut Numini coævam, contemplamur*: & scint. 3. num. 2. & 3. *Creaturarum prior est, omnium facturarum principium & mater, utpotè prima causa, primævaque materia. Igitur primæ creaturæ nomine, intelligi damus rationalem, incorpoream, supernaturalem substantiam completam, quæ Deo coniugi hypostaticè unita creatur, & tot* Delirus. *nominibus insignitur glorioris, quot muneribus subarrhatur cœlestibus; vocatur enim Dei voluntas, Dei sapientia, Dei mystica manus, typicus Dei mons & civitas, mater Sion & Numen, materia prima & prior causa.* Sic itaque torquens interpretatur testimonia, de quibus Tautologia præsens: *Primogenita*, nimirùm, *ante omnem creaturam. Ab initio & ante sæcula creata sum. Prior omnium creata est Sapientia. Unus est Creator, ipse creavit illam in Spiritu Sancto.* Unde ibid. *scint.* 5. n. 1. profert: *Creaturarum prior ipsamet Spiritus Sancti censetur persona.* Scintil. 4. n. 5. Si Christus quatenùs homo & minor Patre dicitur Paracletus; *alium Paracletum* debemus dicere (ait) *Spiritum Sanctum, scilicèt, aliam substantiam nempè creatam in illo. Non enim mitteretur Spiritus Sanctus, nisi ratione alterius substantiæ, nempè creatæ, sibique hypostaticé unitæ* (præmittit, *Scint.* 2. n. 3.) *qua à Patre & Filio posset separari & mitti. In* Blasphemiæ eius in Spiritum Sanctum. *illa enim* (infit *Scint.* 3. n. 4.) *delineatur Spiritus Sanctus unicus & multiplex. Unicus ratione personæ: multiplex ex substantiarum pluralitate. Hic, quatenùs Iove, dicitur stabilis; quatenùs creatura, seu Numen, mobilis nuncupatur, omnium artifex.* Addit, *scint.* 4. n. 6. *Mundi anima, Deus simul & creatura, Parens spirituum: producit enim Angelos & hominum animas.* Scint. 6. n. 2. *Ancilla est & domina ratione duplicis substantiæ.* Quanta in unico furore deliria! Ex antecedenti falso quæ consequentia vera in forma & falsissima in materia? Vide quæ collegerit Zarraga in vomicam, & quanta glomerat in insaniam.

78 *Prima enim causa creatura est. Iove non voluntas, sed charitas est: illius enim voluntas creatura censetur*: ait phanaticè in *Merid.* scint. 1. num. 2. & 3. Hæc substantia creata Spiritui Sancto hypostaticè unita, quæ Numen, dicitur Coniux Iovis: *& ex contubernio Iovis & Numinis oritur, scilicèt, Verbum benedicti Dei & coniugis eius. In principio enim existebat Verbum, & Verbum erat apud Deum coniugem, & Deus* Aliæ & in Patrem, & in Filium. *Filius quoad Incarnationem existebat Verbum in principio*: infit in *Vespert.* scint. 1. n. 4. Hic vel delirus, vel hæreticus. Pater ab illo definitur in *Matutin.* scint. 8. n. 3. *Consubstantialitatis ordinis hypostasis, ex qua necessariò infertur filius & coniux.* Filius autem: *Consubstantialitatis ordinis hypostasis, quæ ex patre vel matre necessariò & immediatè infertur, ac ex illa coniux.* Optima atque plausibilis diffinitio, qua differentia constitutiva sumitur ex prædicatis necessariò consequentibus. O bonum ingenium! Quænam ergo diffinitio coniugis? Mirifica. Obstupesce. *Consubstantialitatis*, nimirùm, *ordinis hypostasis.* Papæ! Genus in diffinitione Patris & Filij est tota diffinitio imaginariæ coniugis. Quàm exactè æmulatur Aristotelem! Tam Pater, quàm Filius erunt coniuges; igitur uterque in diffinitione est hypostasis ordinis consubstantialitatis. *Dei ergo Filij humanitas agnoscitur figura substantiæ Numinis, portans omnia verbo virtutis suæ*: subdit in *Vespert.* scint. 1. num. 1. & scint. 2. num. 1. sic acciisat: *Quia Numen ex quinque spiritualibus potentijs constat, nempè, sensus, intellectus, voluntas, memoria, & virtus operativa ad extra* (alia concordantia, etsi Nebrisensi ignota) *Christi animam, utpotè ei similem componere decreverat.* Quoad sensum infit: *Quis non videt in*

sa-

ſacræ paginæ ſpeculo non ſolùm Angelos, ſed ipſummet Numen paſsionibus affectum, & affectionibus rationalibus ſubditum? Nihil eſt in intellectu, quin priùs ſtiterit in ſenſu. O præclarum virum! Nec conſtringitur catenis, ut intellectus evigilet ſtridore vexationis! Adhuc deſipit: igitur *ſcint.* 1. num. 2. indulgentià veſaniæ ſtimulatus, effutit: *Spiritus Dei, utpoté Dei voluntas ferebatur ſuper aquas ſapientiæ, in quarum ſpeculo omnium fiendi poſsibilium imagines contemplans, intellectualiter dixit: Fiat lux hominis: & ortum duxit humanitatis Dei Filij notitia, quæ dicitur Verbum, ac univerſorum cenſetur idea in mente Numinis. Chriſtum coronat, cuius humanitati omnis poteſtas in cœlo & in terra conceditur, dum caput conſtituitur, & ad dexteram creatæ Numinis ſubſtantiæ collocatur. Stat enim à dextris virtutis Dei.* Ita in *Meridian.* ſcint. 6. num. 6. Vah! potiùs, væ. Hæc & alia balbutit digniſsima virgà cenſoria. Quantum auguror, mihi haud creditur Zarragam ita ſentire; ſed tantùm intendiſſe lævo levis cranei ratiocinio, linguam magnificare, vigilem dormire, & quàm otioſum fuiſſe, cunctis oſtendere; an ab auribus ſibilo, vel poppyſmatè reciperentur. *In Chriſtum & Angelos.*

Verſus inopes rerum, nugæque canoræ. Horat.

Uti dicebat Horatius de *Arte*, v. 322. Occurrit illud D. Thomæ, 1. *part. quæſt.* 3. *art.* 8. in Dimandum (qui Deum poſuit materiam primam) dicentis: *Stultiſsimè poſuit.* De Almerico aſſerente Deum eſſe animam mundi, dixit cap. *Damnamus*, Concil. Lateran. *Cuius mentem ſic pater mendacij excæcavit, ut eius doctrina non tam hæretica cenſenda ſit, quàm inſana*: Zarragæ autem inſana & hæretica. D. Thom.

79 Parciùs iſta, dicit ille. Cenſuram præcavet. *Abſtineamus ergo* (ait in *Meridian.* ſcint. 4. num. 1.) *ab omni cenſura quarumlibet opinionum nondum ab Eccleſia præſcriptarum.* Haud à fidei Quæſtoribus liber proſcriberetur infami appenſus columnæ; modò ſanam doctrinam, ut par erat, contineret. Cavet notam quia timet virgam. Conformia plura dixerunt hæretici, iam ab Eccleſia damnati. Non eſt periculum in cenſura. Quod ille dicit opinionem, noſtrates appellant hæreſim; quam quidem à fidelium cordibus fides Petri eliminavit, uti videbimus infrà. Ergo in libramen proferamus, uti canit Horat. de *Arte*, v. 138. *Cautio Zarragæ.*

Quid digum tanto ferat hic promiſſor hiatu. Horat.

Ita enim probat bombalobombax dicibula, ſomnia vera. *Nulla* (inquit in *Meridian. ſcint.* 4. num. 2.) *ſubſiſtere poteſt ſupernaturalis ſubſtantia, niſi in alterius naturalis ſubſtantiæ ſubſiſtentis hypoſtaſi: ſed prima creatura ſupernaturalis ſubſtantia agnoſcitur, quæ utpoté omnem factiuram abſoluté præcedens, in nullius factiuræ naturalis ſubſtantiæ hypoſtaſi ſubſiſtere valuit; ergo alicui ex tribus eſſentialis naturalis ſubſtantiæ perſonis creatur unita: cùm ergo hæccine expreſsè in Spiritu Sancto creata declaretur* (iuxta illud Eccli. 1. 9. *Deus ipſe creavit illam in Spiritu Sancto*) *Numen eſſentiali coniugi hypoſtaticè apparet unitum.* En arx totius delirij: & ex collectione patet, Numen non eſſe illud unum ex ſubſtantia ſupernaturali creata & ſubſiſtentia increata Spiritus Sancti; ſed ſubſtantiam præfatam eſſe Numen ſolummodò: igitur infert: *Ergo Numen eſſentiali coniugi hypoſtaticè apparet unitum.* Ergo iam ante huiuſmodi unionem erat Numen. Identidem aberrat. Quis enim materiam primam appellavit Numen? Numen, quæ propè nihil, & qua inferius nihil eſt? At hoc infrà ex Auguſtino videbimus, *n.* 108. Satis utique fit, negando maioris ſuppoſitum; ſcilicèt, ſubſtantiam ſupernaturalem, ſcopum totius inſanæ lucubrationis. Poteſt dari, uti datur, ſubſtantia completa rationalis (hoc eſt, intellectualis, vel intellectiva) incorporea, ut patet in Angelis; & probat D. Thom. 1. *part. quæſt.* 50. *art.* 1. verùm inficiari debemus ſubſtantiam ſupernaturalem, coævam Numini, ab initio creatam, Spiritui Sancto unitam, per quam omnia facta ſunt. Per partes igitur demonſtrabo. *Fundamentum ineptiarum eius.*

80 Subſtantia ſupernaturalis creata nec facta eſt, nec poſsibilis eſt. Si poſsibilis fuiſſet, eſſet: ſi facta non eſt, ut revera non eſt facta; non eſt poſsibilis. Debebat eſſe actus purus illa ſupernaturalis ſubſtantia; quod repugnat, quia creata: ſiquidem haud poſsibilis creata ſubſtantia omninò ſimplex, cùm quicquid creatum habeat potentialitatem; igitur etſi perfectiſsima eſſet, reſpectu ſimplicitatis Dei haberet aliquam compoſitionem: quam quidem imperfectionem ſignat Zarraga in illa ſubſtantia ſupernaturali chimerica; equidem licèt dicat incorpoream, dicit etiam materialem: imò materiam primam, quæ non ſolùm dicit potentialitatem; ſed eſt ipſa potentia & pura potentia, ut dicunt Philoſophi. Quod eſſet actus purus, conſtat ex eo quod naturaliter videret Deum neceſſariò, ſicut intellectus illuſtratus lumine gloriæ,

riæ, necessariò Deum videt; ut cum D. Thoma, 1. *p. quæst.* 12. *art.* 5. dicunt Theologi: de quo etiam Eximius Doctor, de *Deo trino & uno*, lib. 2. cap. 17. igitur haberet essentiam divinam pro obiecto visibili proprio & connaturali; quia ex suppositione per sua naturalia, nulla tunc creatura existeret similior Deo, in his quæ propria Dei. Proprium enim Dei est, qui est actus purus, habere essentiam divinam pro obiecto visibili proprio & connaturali; quippe substantia eius est intellectus eius: quod quidem totum repugnat substantiæ creatæ ex vi suæ naturalis virtutis: quibus de causis uti non possibilis repugnat substantia supernaturalis. Deinde: hæccine substantia, si possibilis, non solùm Deum videret, sed esset ex natura sua beata & impeccabilis, propter summam similitudinem cum Deo in proprijs Dei attributis: deberenturque ei huiusmodi dona ratione beatificæ visionis connaturalis supernaturali substantiæ; ut idem observat, *Metaph.* disp. 35. sect. 1. Præterea: Visio beata est simpliciter & absolutè supernaturalis: substantia illa, supernaturalis etiam supponitur. Si visio beata non connaturalis intellectui creabili, quia hic naturalis & illa supernaturalis respectu intellectus; deberetur profectò illi substantiæ chimericæ visio beata, quia ex natura sua supernaturalis existebat: visio tunc non erat superioris ordinis, quod repugnat. Repugnat, tùm quia illa substantia intellectiva non posset attingere Deum, nisi per medium cognitum; quoniam creatura non cognoscit, nec potest cognoscere naturaliter ultra modum suæ substantiæ: quæ sanè cùm naturalis sit, nequit supernaturalis esse, neque capax visionis supernaturalis. Tùm etiam, quia intelligibilitas Dei est iuxta modum essendi ipsius Dei: etenim aliter non potest intelligi. Unde cùm altioris sit ordinis, quippe ens à se, & debeat dari proportio inter intelligibile & intelligentem: nullaque sit inter modum essendi Dei, obiecti intelligibilis, & naturæ, seu substantiæ intelligentis; nequit naturaliter cognosci à substantia illa creata, estò fingatur supernaturalis.

Non est possibilis substantia supernaturalis.

81 Ulteriùs: Accidens connaturale subiecto, sequitur modum essendi, qui est in subiecto. Omne subiectum creatum est ens in potentia, & finitum. Quomodò accidens non proprium in subiecto finito, poterit repræsentare actum purum & infinitum? Quomodò ulla substantia creata, cui connaturalis sit visio Dei intuitiva, ut Deus est; quod ei competeret ratione supernaturalitatis? Sicut repugnat connaturalis visio Dei intuitiva, ita repughat supernaturalis substantia. Vide Pavonium in *Theolog. natur.* 1. part. dist. 5. à num. 33. & part. 2. distinct. 4. num. 1975. & Angel. Mag. 1. p. q. 12. art. 4. & 5. & 1. *Contr. Gentes*, cap. 52. Rursùs. Creaturam videre Deum (quod quidem potest, quippe obiectum commensurationis, si creatura intellectualis, illustrata lumine gloriæ, quo videtur lumen, & Deus ut Deus est, quod visio intuitiva dicitur: igitur anima & intellectus spirituales sunt, ut illa visio; & etiam visio finita est, ut est anima) Creaturam (inquam) videre Deum posse, astruunt iurè Theologi: *Ea tamen quæ potest* (ait) Augustin. 12. *Civit.* cap. 1.) *non ex seipsa potest; quia ex nihilo creata est: sed ex illo, à quo creata est.* Illam substantiam supernaturalem phantasticam, etsi non factam, quia ex nihilo nihil fit; fatetur Zarraga creatam ex nihilo. Unde ex seipsa non habet videre Deum, sed ab illo qui creavit ex nihilo: at si esset supernaturalis, ex se haberet videre Deum, uti demonstravimus; ergo si ex se non habet, nec potest habere, quia ex nihilo, ut creatura; illa substantia possibilis non est.

Creatura naturaliter non potest videre Deū.

Augustin.

82 Universum ornandum erat (ex suppositione, quòd illa ante omnia) substantiâ intellectivâ in materia, nimirùm homine: etiam substantiâ intellectivâ immateriali, scilicèt Angelis: qui licèt immateriales, non sunt simplicis substantiæ, cùm detur in illis compositio sive ex esse & essentia, sive ex natura & suppositio, sive ex genere & differentia, sive ex subiecto & accidenti: ideoque medij dicuntur inter Deum, simplicem, & immaterialem substantiam; & inter hominem substantiâ spiritali atque corporeâ constantem: sicut ipse homo dicitur medius inter Angelos & substantias tantùm corporeas, utpotè creatura ex spiritu & corpore constituta: cap. *Firmiter* de *Trinitate.* Quorsùm siccine universo, composito aut componendo, illa substantia supernaturalis, quæ dicitur Numen? Ut in universo esset maxima similitudo Dei? Negatur huiusmodi gradus uti impossibilis à Theologis (Vide Suarium in 3. *p. D. Thom. q.* 1. *in Comment.* ad 1. argument.) quia non necessarius ad universi perfectionem, imò impossibilis: & quia sic vel daretur processus in infinitum, siquidem ultra illam chimericam substantiam quibat Deus eminentiorem creare; & quibusvis creatis, etiam aliæ perfectiores erant possibiles: vel perveniret creatio in summum (quo exhauriretur potentia) quod quidem in Creatore nequit esse: solummodò exhauritur potentia Patris in Verbo, quod est plena

Natura Angelica media inter divinam & humanam.

Summa similitudo cū Deo, creaturæ repugnat.

ge-

genitoris imagō. Hinc Ambrosius lib. 10. in *Luc.* cap. 22. infit: *Non ergo æqualitatis homini ad Deum, sed similitudinis æmulatio est. Solus enim Christus est plena imago Dei, propter expressam in se paternæ claritudinis unitatem.* Sic Paulus, Coloss. 1. 15. dicit: *Qui est imago Dei invisibilis.* Non quia Verbum sit imago Deitatis; sed quia per appropriationem nomen Dei simpliciter prolati de Patre accipitur. Quo intelliges illud eiusdem: *Figura substantiæ eius.* Ubi ly *Eius* non ad Deum, sed ad Deum Patrem referendum; quasi Verbum sit figura substantialis Patris propter expressam in se paternæ claritudinis unitatem. Ita dicitur in fidei Symbolo: *Deus de Deo. Deus* ibi haud supponit pro Deitate, sed pro persona Filij, qui Deus est: sicut *De Deo* pro persona Patris, à quo Verbum procedit, & cuius processio est vera generatio & propria: ideoque dicitur Filius Patre genitus; non *Nominaliter* (ut impiè dicit Zarraga, *Matutin.* scint. 5. n. 7. dixeruntque Ariani vocantes Filium Magnum Deum, sed non de Patris substantia: vid. Alphons. à Castro *Adverss. hæres.* libr. 5. liter. *D.* & Velloſill. *Advertent. Theolog.* in Tom. 2. *Augusſt.* quæsit. 4.) sed verè ac propriè *Deus verus de Deo vero; genitus, non factus.*

Ambros.

Christus cur plena imago Dei?

Coloss. 1. 15.

Hebr. 1. 3.

Nomen Dei simpliciter pro Deo Patre.

83 Adhuc concesso supposito, maior syllogismi falsa est; nimirùm, nullam substantiam supernaturalem posse subsistere nisi in alterius naturalis substantiæ subsistentis hypostasi: ideoque quia non erat subsistentia naturalis creatæ substantiæ (quippe ante omnia) necessariò subsistere debebat subsistentia alicuius personæ divinæ: quæ profectò non alia, nisi Spiritus Sancti, quia in illo creata. Illa substantia impossibilis, si possibilis; per se subsistere quibat. Ad scholas denuò eundum. A Zarraga dicitur illa substantia completa. Ut substantia sit completa non in esse naturæ, sed in esse substantiæ; requiritur, quòd sit per subsistentiam terminata: igitur per illam completur in esse substantiæ, seu in linea substantiæ (uti dicunt Philosophi) seu in esse suppositi: ex utroque enim resultat unum per se substantiale: ideoque dicitur, substantiam esse per se positivè, ad quam sic sequitur inexistentia in alio. Quis cogitavit substantiam completam sine complemento substantiæ, proveniente à subsistentia? Si iam erat in esse suppositi, quia completa; quorsùm alia subsistentia constituens suppositum, cùm effectus subsistentiæ sit reddere positivè substantiam alteri subsistenti incommunicabilem? Per quam subsistebat subsistentiam? per propriam, vel per alienam? Si per alienam, antequàm ab illa terminaretur, nequibat esse completa substantia. Si per propriam, nequibat esse terminabilis per aliam subsistentiam. Unde perperàm hypostaticè uniretur personæ Spiritus-Sancti per quam subsisteret; modò antequàm hypostasi huius subsisteret, esset completa in linea substantiæ. Patet in unione hypostatica Verbi, equidem humanitas Christi haud propria subsistit subsistentia, vel completa in esse naturæ; quia subsistit hypostasi Verbi: aliàs Christus non esset una persona, sed duplex, cum duplici natura, qualibet suaptè subsistentia subsistente.

Si possibilis substantia supernaturalis, per se subsisteret.

84 Ulteriùs: Quia non erat substantia creata, cuius subsistentia posset subsistere illa chimerica supernaturalis substantia, cùm esset ante omnia; subsistere debuit hypostasi substantiæ essentialis, Spiritus Sancti, nempè. An de perfectione est supernaturalis substantiæ, non subsistere subsistentiâ propria? Illa non esset perfectio, sed imperfectio summa. Si aliæ substantiæ, etsi non ita perfectæ, per se subsistunt; illa Zarraguina, supernaturalis, completa, à Deo creata, per se subsisteret, eique daret subsistentiam, qui essentiam & existentiam dedit. His proteruntur tot tormenta ineptiarum à Zarraga ibi congesta, quorum pudet vel referre; quia cramben recoquit, canit & occinit. Suffragor enim siccine illius sententiæ: *Profectiò illa substantia tot muneribus cristata, non subsistebat, quia non existebat in rerum natura.* Aliquibus Theologis placuit, de potentia Dei absoluta posse substantiam non completam conservari absque ulla sua, vel aliena subsistentia: Caietan. in 3. *part. quæst.* 4. *art.* 2. refertque Suarius, *Metaph.* disp. 34. sect. 7. à n. 25. Minùs profectò difficile, conservari sine subsistentia; quàm subsistere completam substantiam, per alterius substantiæ subsistentiam: igitur vel non esset completa in esse suppositi, vel non esset constituta in esse incommunicabili; quod implicat. Si illa substantia supernaturalis per se uti completa subsistit, difflatur unio hypostatica Spiritus-Sancti: si propriam subsistentiam non habet, imperfectior est naturalibus, inferioribus substantijs, quæ per se subsistunt: ille astruit *Meridian.* scint. 4. n. 2. *Nulla in rerum natura collocatur substantia absque hypostasi ulla.* Ubi erat illa supernaturalis substantia? Fateri debet Zarraga in huiusmodi anfractu vel substantiam incompletam, vel illius subsistentiam propriam. Si primum, quomodò completa substantia? Si se-

Vel non esse completa.

secundum, quomodò terminabilis alienà Spiritus-Sancti subsistentiâ? Ex repugnantibus sequitur quodlibet.

85 Respondet Zarrag. ibid. *scint.* 2. n. 4. & *scint.* 3. n. 2. & 3. illam substantiam supernaturalem completam à Deo in principio creatam, & hypostasi Spiritus Sancti unitam, esse materiam primævam, seu materiam primam. Deponatne senex, materia prima, substantia completa, & substantia supernaturalis? Fuge, fuge, ne vel in schola bardus candidibus pluat. Materia prima, etsi pura potentia, priùs naturâ quàm uniatur formæ, subsistit propria partiali subsistentiâ, quam ex se habet. Ita D. Thom. 3. *part. quæst.* 6. *art.* 4. *ad* 3. & Suarius hìc, *disp.* 17. sect. 2. Ergo iam haberet subsistentiam. Si completam quæris à forma, ergo illa supernaturalis substantia, priusquàm terminaretur, erat incompleta. Quæ forma huius substantiæ? Forma Numinis? Iam illam substantiam fateris Numen (uti vidimus, *n.* 79.) priusquàm Spiritus-Sancti uniretur hypostasi. Spiritus-Sanctus gerebat vices formæ? Annuis. Si mundus per te est huiusmodi substantia, quippe factus ex materia prima & primæva; hoccine embolium nomine Numinis appellas animam mundi, de quo infr. n. 94. *Insanis Fulica, insanis*: dicam cum Mantuano, *Eclog.* 6. v. 224. sed non resipis: dicis enim ibid. *scint.* 5. n. 3. *Sine materia Deus operari nequit, quia actio supponit materiam: & cùm Deus ut ens careat materiâ; prima causa & principium mobile & materiale debet esse creatura, in cuius contubernio, ex quo Numen* (quomodò Numen ex hoccine contubernio, si priùs erat, quam daretur unio?) *cuncta fiant*: igitur nequit operari ad extra sine substantia creata, hypostaticè assumpta. *Quid in his verbis intolerabilius iudicem* (dicam cum Bernardo, *Epist.* 190.) *blasphemiam, an arrogantiam? Quid damnabilius, temeritatem, an impietatem?* Inquiro: Dum Deus creavit huiusmodi substantiam operatus est ad extra? Fateberis: ergo sine huiusmodi substantia, quæ materia prima, operatus est: nequibat illa esse antequàm esset. Quomodò ergo Deus sine materia, illam operatus est, si vera fuit actio, & omnis actio supponat materiam. Creatio mi homo cùm sit ex nihilo, nihil supponit: Deusque minimè dependet in operationibus à materia, nec dispositione subiecti. Deinde: per te quousquè ex contubernio materiæ & hypostasæ Spiritus-Sancti resultaret Numen, nihil est factum; igitur huiusmodi embolium cunctarum rerum principium. Ergo dum creatum, creatum à Deo ut ens est. Ergo ut ens potest operari sine materia, quia illa creata, & non erat, antequam crearetur. Deus non solùm ut ens caret materiâ; sed quoquò inspexerit, qui non fuerit Vadianus, vel Antropomorphita, de quibus agunt Bernard. à Lutzemburg in *Catalog. hæretic.* Castro *adverf. hæref.* lib. 5. liter. *D.* & Petr. Annat. in *Theolog. positiv.* lib. 7. Ex qua ergo classe mi Zarraga? Si exceptio regulæ firmat regulam in contrarium, & Deus ut ens caret materiâ; habebit prorsùm in alijs, præter acceptionem entis. Deliras insulsè. Alia infrà.

Materia prima non est substantia cõpleta, nec supernaturalis.

Mantuan.

Bernard.

Deus operatur absque ulla materia.

86 Hæc supernaturalis completa substantia, quæ materia prima (plorabimus, vel ridebimus?) in Spiritu-Sancto creata, illius hypostasi constituitur unita. Etsi non habeamus alium Deum (mirum, quod non dederit, qui invenit Deum ut Iovem, distinctum à Deo uti Numine. Vult novus auctor haberi.

Cura viris levibus rerum solet esse novarum.

Mantuan.

Dicit Mantuanus, *Eclog.* 10. v. 154.) Verùm titillatio pupugit. Pruriebat: penè moti sunt pedes. Vox cerebro placuit, & in blasphemiam impulit: igitur *Meridiano* (non splendore, sed dæmonio) scint. 5. num. 5. pro *Dux*, *Princepsvè Monachorum*, profert: *Benedictus Monachorum Deus.* Nec plausus Divi sine nota? Quid ille, si ita offendit, vel dum plaudit? Benedictus Monachorum Deus! Novatores per iocum ita vocant Benedictum. Adi Bellarmin. Tom. 1. *Controv.* lib. 2. Etsi non habeamus (inquam) alium Deum, habemus tamen iam aliud, quod Deus dicatur, & singulariter: equidem cùm nullo modo fieri possit, quòd Deus in compositionem alicuius veniat, nisi per unionem hypostaticam, ut astruit Suarius, de *Deo trino & uno*, lib. 1. cap. 5. à n. 8. concessa fuit unio hypostatica Spiritus-Sancti illi chimericæ substantiæ, nimirùm materiæ primæ. Dixi meditatò *singulariter*, quoniam si Verbum divinum assumpsit sibi humanitatem, ideſt, corpus & animam hominis inter se unita, quo completur substantia in esse naturæ, seu in vi essentiæ; Spiritus-Sanctus iam sibi hypostaticè assumpserat materiam primam, quæ est pura potentia, ut videretur compositio substantialis singularis nunquàm visa, nec audita, imò nec cogitata, Dei videlicèt, qui est actus purus, & illius substantiæ, quæ pura potentia. Quid singularius? Estne, vel quit esse aliquid magis novum? Nec magis insanum. *In rebus* (inquit D. Thom. 1. *contr. Gentes*, cap. 43.)

Ridicula compositio ex actu puro, & pura potentia.

D. Thom.

inve-

Invenitur aliquid, quod eſt potentia tantùm; & hæc eſt materia prima: & aliquid, quod eſt tantùm actus, ut Deus. Plaudamus Zarraguinum ingenium, eò quòd invenerit compoſitum ſubſtantiale impoſsibili nexu, ex pura potentia atque puriſsimo actu. Nunquàm ſic locutus eſt homo. Alia num. 104. & 108.

87 Unde ergo huiuſmodi delirium? Quia dicitur: *Deus ipſe creavit illam in Spiritu Sancto.* Heus tu, amice palæophile imò, antechaoſphile, callens quid Iuno fabulata cum Iove, & quicquid hic ſtillevit in aurem; de quo eſt ſermo in præſenti teſtimonio? De Sapientia. Quo fulcro retorques ad materiam primam, quam dicis ſupernaturalem completam ſubſtantiam? Supernaturalis ſubſtantia, materia prima, eſt ſapientia? Sapientiam creatam in Spiritu Sancto variè delicant Expoſitores: primò pro ſapientia creata, ſecundò pro ſapientia notionali increata, denique pro ſapientia incarnata. Conſule Raban. Maur. Holcot, Hugonem, Lyran. Cornel. Ianſen. Alapid. & Pinnam hìc. In quacunque acceptione ridenda eſt expoſitio Zarraguina. Sapientia creata, ſive ſumatur pro cognitione ſublimi univerſalium, ſive pro excellentiore ſcientia, ſive pro iudicio ſpeculativo ſcientifico, ſive pro cognitione cauſæ ſupremæ (de quo videſis Pavonium, in *Theolog. natur.* part. 2. diſtinct. 4. num. 1930-2058-2060.) accidens eſt. Unio hypoſtatica num decens in accidente? Quis vidit huic ſimile? Quomodò conſtabit compoſitum ſubſtantiale? Ex hypoſtaſe divinæ perſonæ & accidente? Pictura ſanè Boſchi. Si accipitur de ſapientia notionali, nec eſt creata, nec in Spiritu-Sancto; imò Spiritus-Sanctus ab hac ſapientia, filio ſimul cum Patre uno Spiritus-Sancti principio. In Spiritu-Sancto nullo modo hæc ſapientia creata, quinimò nec à Patre in Spiritu-Sancto genita, niſi lato modo; de quo ingeniosè Suarius, de *Trinitat.* lib. 9. cap. 4. num. 4. quo intelligitur illud Angel. Præceptoris, 1. *part. quæſt.* 34. *arte* 1. *ad* 3. ubi: *Eo modo quo dicitur res in Verbo intellecta, cuilibet perſonæ convenit dici: Pater enim intelligendo ſe & Filium & Spiritum-Sanctum, & omnia alia quæ eius ſcientiâ continentur, concipit Verbum. Ut ſic tota Trinitas Verbo dicatur, & etiam omnis creatura*, &c. Idem Auguſtin. lib. 7. de *Trinitat.* cap. 1. & 3. qua de cauſa *lib.* 15. cap. 13. & 14. vocat Verbum Patris *Verbum adæquatum.* Denique: Subſtantia illa, quæ Sapientia, ſi notionalis eſt, & creata in Spiritu-Sancto (præter ſuppoſitum falſum, & implicationem terminorum) erit Verbum Dei, & non erit Verbum Dei. Erit, quia Verbum Dei eſt ſapientia notionalis. Non erit, uti non eſt; quia Verbum Dei propriam hypoſtaſim habet, qua incommunicabile alij, tanquàm ſuppoſito. Illa Sapientia, quæ creata in Spiritu-Sancto, Spiritus-Sancti ſubſiſtit hypoſtaſi in ſententia Zarraguina. Ergo Verbum, ſapientia Patris in Spiritu-Sancto creata, ſubſiſtet perſonata Spiritus-Sancti ſubſiſtentiâ. Tunc ubi Trinitas? Haud aliud effugium, niſi negare Siracidem non loqui de ſapientia; quod quidem falſum, ut patet. Quanvis ſic eſſet, Zarraga præcluſus iacet: equidem, *Meridian.* ſcint. 3. num. 3. ſubdit: *Hæc ſubſtantia prima creatura vocatur ſapientia Dei.* Pendendum, in quem ſtatum redigat Dei ſapientiam. Elleboro indiget. Sapientia incarnata eſt Chriſtus Dominus in natura humana ſubſiſtens Verbi hypoſtaſe; cuius profectò humanitas non creata in Spiritu-Sancto, nec huius hypoſtaſe ſubſiſtens: genita quippe in & ex Maria Virgine modo ſupernaturali: *Quod in ea natum eſt, de Spiritu-Sancto eſt*: Matth. 1. 20. Non *in Spiritu-Sancto*, ſed *De Spiritu-Sancto*; quippe modus ille concipiendi ſingularis fuit Spiritus-Sancti virtute, non per proprietatem, ſed per appropriationem, ſenſu quo Virgini dictum: *Spiritus-Sanctus ſuperveniet in te*: Luc. 1. 35 de quo egimus *Tom. 2. Tautolog. 2. num. 19.* Tota inviſibiliter Trinitas conceptionem operata eſt, uti opus Trinitati commune; ſed ſpecialiter tribuitur Spiritui-Sancto, quippe opus amoris; de quo D. Thom. 3. *part. quæſt.* 32. fusè. Unde Ly *De Spiritu-Sancto* intelligendum eſt, *ex Spiritu-Sancto*; uti obſervant Ambroſ. lib. 2. de *Spirit. Sanct.* cap. 25. & de Auguſtin. de *Natur. boni*, cap. 27. Non *De* propriè, quaſi corpus Chriſti Spiritui-Sancto conſubſtantiale; ſed *Ex* propter munus formationis, & conceptionis ſingularis. Non *De*, quia non de Spiritus-Sancti ſubſtantia, ſicut nec Chriſti ſubſtantia *in Spiritu-Sancto creata*, ut delirat Zarraga, quia ex ly *In* infert in ſubſtantia chimerica unionem hypoſtaticam Spiritus-Sancti; Chriſtuſque non ſubſiſtit niſi Filij Dei hypoſtaſi, qua naturalis filius Dei.

Eccli. 1. 9.

Quid ſit Sapientia?

D. Thom.

Matth. 1. 20.

Chriſtus quo modò conceptus de Spiritu Sancto?

88 Verùm audiendum ab illo (qui renuit egens Anticyras petere,

I, bibe, dixiſſem, purgantes pectora ſuccos,
Quicquid & in tota naſcitur Anticyra.)

Ovid.

Cur illa celebris ſiſtrata ſubſtantia creata fuerit & unita hypoſtaſi Spiritu-Sancti, & non

Patris, aut Filij. *Patri* (ait *Meridian.* scint. 6. num. 1.) *non creatur hypostaticè unita: illi enim non competit mitti, sicut nec ab alio procedere. In facturis, dum sibi consubstantialem patrat unusquisque filium, actualis efficitur pater: cùm ergo prima creatura nullum sibi consubstantialem generet filium; Patris hypostasi non apparet unita.* Rara syllogismi species! In maiore signatur Pater cœlestis; in minore factus pater in creaturis: & ex his quòd substantia non sit unita hypostasi cœlestis Patris? Ignorat sanè, quid distent æra lupinis. Quid dicam de supposito, ne hypostasi Patris uniatur, *quia illi non competit mitti, sicut nec ab alio procedere*? Ingeniosus homo est. Filius & Spiritus Sanctus mittuntur: Filius a Patre procedit: Spiritus Sanctus ab utroque; & tamen non subsistunt hypostasæ Patris. Quid ad hypostasim, qua constet substantia illa, quòd Pater ab alio non procedat, nec possit mitti? Hæc seria: transeamus ad ludicra. *Prima creatura nullum sibi consubstantialem generat filium. Fœcunda ergo est* (addit, n. sequent.) *omnia enim continet, quare omnia parit.* Quis non achriogelus? Quò tulit ingenium!

Delirium in signe de hypostasi substantiæ chimericæ.

Mantuan. ——*O stupor? O sors*
Ingeniosa! O res risu celebranda bimestri!

Parit uti fœcunda, & Filium substantialem illa substantia non habet? Unde fœcunda & ita fœcunda, quòd contineat omnia? Si ex illa substantia omnes substantiæ, ad Filium fœcunda, sine substantia? Vide à n. 92. Si ex illa substantia Filius, quia parit, substantialis erit filius: generatio enim (ut dicunt Philosophi) est origo substantiæ à substantia secundum similitudinem naturæ. *Non est strictè mater Entitatis coniux*: ait ibid. *Angeli omnes* (subdit, *Vespert.* scint. 2. n. 4.) *simul ex Numinis vulva ortum duxerunt.* Idem *Meridian.* scint. 4. n. 6. Quare sic? Dicit ibid. *scint. 6. n. 2. Fœcunda est. Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? ait Entitatis coniux per Isaiam, 66. 9.* Inquiro partus aliorum metaphoricus est? Quomodò illa coniux, quę parit (si illius partus ut aliorum partus) mater strictè non erit? Quorsùm coniux & quorsùm fœcunda? Quæ fœcunda & coniux, strictè & legitimè mater: imò Mater magna, ut dicebant Gentiles de terra, quando omnes Angeli simul ortum duxerunt ex illius fœcundissima vulva. Ita est dicet buccaferreus, quicquid dicatur cap. *Firmiter de Trinitate*: scilicet, *Creator omnium simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem: Angelicam videlicèt & mundanam*, &c. de quo *num. 93.* Ergo non de vulva fœcundissimæ non matris, sed parientis, coniugis nempè Entitatis: non subsistentis hypostasi Patris; quoniam *illi non competit mitti, sicut nec ab alio procedere.*

Cur non mater, etsi peperit?

Decret.

89 Ergo huiusmodi substantia unita fuit hypostasi Filij, cui ab alio procedere, & etiam mitti, profectò competit. Negat consequentiam subtilissimus Zarraga. *Nec filio hypostaticè unita creatur* (subprofert, *Meridian.* scint. 6. n. 1.) *quia filius ut Filius nec principium dici potest, nec valet ex nihilo produci.* Ergo Spiritus-Sanctus, cuius hypostasæ illa substantia rutilat personata, valet produci ex nihilo. Cerebrum Zarragæ refrigerandum: eget sanè unguine murium. Filius utiquè non valet produci ex nihilo. Hoc inconcussum; cæterùm falsum, non esse principium. Non est respectu Patris; attamen cum Patre Filius ut Patris filius est, est principium Spiritus-Sancti, ab utroque procedentis tanquàm ab uno principio. Quia substantia illa ex nihilo facta est, & principium est, & Filius ut filius non est principium, nec valet produci ex nihilo; non potest subsistere hypostasi Filij unita? Ergo subsistit hypostasæ Patris. Claret ad hominem Pater enim principium est, nec valet produci ex nihilo. *Creatur igitur* (infit) *Sapientia in Spiritu Sancto* (iam est sapientia, quæ materia pridem prima) *quia ex nihilo surgens, nequit nisi in coniugio alterius naturalis substantiæ personæ existere in rerum natura.* Fatue, quid dicis? Si quia principium filius ut filius non est, nec valet produci ex nihilo, illa substantia nequit subsistere hypostasæ filij; ut posset subsistere Spiritus Sancti hypostasæ, debebas astruere Spiritum-Sanctum, ut est Spiritus-Sanctus, esse principium, ac simul valere produci ex nihilo. Alias quid probas? Substantia illa ex nihilo surgens pari ratione convenire potest singulis tribus personis. Quid speciale invenis in Spiritu-Sancto, ut huius in hypostasæ fuerit illa substantia creata? Quod signas, non est aliquid in Spiritu-Sancto (quo excludas alias personas, quas excludere conaris) sed in illa substantia, nimirùm quod ex nihilo fuerit producta. Si quia ex nihilo surgit, debet subsistere hypostasæ Spiritus-Sancti; cur non poterit subsistere alterius personæ hypostasæ, surgens ex nihilo? Theologiam novam statuis, & etiam logicam destruis. Intende,

Nullius divinarũ personarum hypostasi potest subsistere.

Pri-

Primo ne medium, medio ne discrepet imum. Horat.

Haud medium variandum, ut illatione consequens collectio cadat in rectum. Animo ergo sedeat, quantum desipias. De fide est, ex nihilo Deum cœlum & terram creasse: *Genes.* 1. 1: per te, quod ex nihilo surgit, nequit subsistere in rerum natura, nisi in coniugio alterius naturalis substantiæ personæ, quæ non alia nisi Spiritus-Sancti; Ergo cœlum & terra, ante quæ nihil, quia ex nihilo producta, in rerum natura existunt unita Spiritus-Sancti hypostasi. Vide an in effugium sit rimula. Mira dicis de lente. Perscrutemur reliqua, quæ dicis.

90 Hæccine substantia supernaturalis, materia prima, ab initio creata in principio, insulatur etiam à Zarraga uti *Numini coæva*. Incidit in caveam, de qua emergere non poterit. Numen non hebet ævum; haud sanè æterdum esset, si haberet. Si Numen æternum est, & Numini illa ficta substantia, materia prima coæva; proculdubio erit æterna. Æternam negat Zarraga, quippe creata fuit. Si ex quo creata, Numini coæva; durationem Numinis ævum mensurabit & non æternitas: Numenque duntaxàt mensuratur æternitate, in qua duratio tota simul, quæ quidem nec principium nec finem habet (uti dicunt Theologi cum D. Thom. 1. *part. quæst.* 10. *art.* 5.) imò nec habere potest. Si illa substantia creata, habet principium: si ex quo creata Numini coæva, Numen habebit principium: quo ibimus, vel quò non ibimus? Vide Dionysium de *Divin. nomin.* cap. 10. In Septuag. Interpretibus promiscuè invenitur ævum & æternitas: equidem sæpe æternitas in notam ævi, & ævum occurrit pro acceptione æternitatis. *Colles æterni* in Script. vocantur Angeli, *Genes.* 49. 16. & *Deuter.* 33. 15. Nihilominùs tamen æternitas Angelorum sumenda est pro ævo, idest duratione totà simul, quò ex natura sua principium habet, finem tamen naturaliter habere non potest. Ita ergo Eccli. 38. 39. dicitur: *Creaturam ævi confirmabunt*. Propriè *Creaturam*, quippe uti talis habet principium; at finem nequit habere, quoniam ab ævo. Eadem vox propriè & metaphoricè ibid. invenitur. Propriè, cap. 1. v. 1. *Sapientia á Domino Deo est, & cum illo fuit semper; & est ante ævum.* Idest ante constitutionem Angelorum; qui, uti diximus, ævo mensurantur. Pro æternitate autem ævum usurpatur, v. 4. *Intellectus prudentiæ ab ævo*: hoc est, ab æterno, ante omnia nimirùm; igitur si aliqua cogitari possent, æviterna essent; & etiam hæc Sapientia Dei præcesit, quippe æternum æviternum naturaliter præcedit. Duratio ergo, ut constat ex Siracho, & est ævi, & est ante ævum. Quæ ante ævum, est æternitas, Numini conveniens. Si coæva Numini illa substantia supernaturalis somniata, materia prima; vel Numen mensuratur ævo, vel materia prima est æterna, sicut Numen, cui coæva. Nodum dissolve, ut glorieris Alexander.

Ævum pro æternitate, & econtrà.

Eccli. 1. 1; 4.

91 Ampliùs delicabo in nostrum propositum. Duratio nihil aliud est, quàm permanentia in esse rei præexistentis ante quolibet instans, in quo durare dicitur: hoc est profecto permanere in esse. Est duratio æternitatis, ut diximus, tota simul sine principio vel fine, imò sine possibilitate. Etiam est duratio ævi tota simul cum principio, sed naturaliter sine fine. Hinc duratio absolutè dividitur in creatam & in increatam. Hæc est æternitas simpliciter dicta sine ulla successione neque in esse, neque in actibus. Unde Boëtius, lib. 3. de *Consolat. Philosoph.* Pross. 2. subdit: *Tota simul & perfecta possessio.* Creata verò duratio, quia creata, in se vel in actibus amittit successionem. Quare increata talis est duratio, ut essentialiter includat omnem perfectionem essendi. Sic enim æternitas est duratio ipsius esse per essentiam; ita ut æternitas sit plenitudo durandi, sicut est illud esse tota plenitudo essendi. Ex quo liquet distantia cuiusvis durationis rei creatæ, quantumlibet permanentis, aut immutabilis naturaliter; igitur deficit plenitudo durationis, quam habet æternitas suaptè natura. Ingeniosè Bonaventura 2. Sent. dist. 2. art. 1. quæst. 3. infit: *Nec in ævo est duratio permanens, etsi rei permanentis sit duratio*: etenim in creatura datur successio & in esse substantiali, quia succedit post non esse, & postquàm est, potest succedere non esse, saltem de potentia Dei, quia potest anihilari: & deinde in actibus, accidentibus & præsentia locali potest habere durationem successivam; igitur est successio, ubi mutatio. Huiusmodi cogitationem inficiatur Suarius, *Metaph.* disp. 50. sect. 5. num. 15. & 18. nihilominùs illam concedit, lib. 2. de *Deo Trin.* cap. 4. numer. 8. Alia videsis apud DD. Scholastic. cum D. Thom. loc. cit. & in 1. *distinct.* 9. & 19. ac de *Potentia*, quæst. 3. art. 14. Ævum autem est duratio permanens, necessaria, sive immutabilis naturá sua, in quo distinguitur ab instanti permanente, cuius duratio tota simul, sed defectibilis ab intrinseco: quæ quidem duratio conceditur actibus intellectus & voluntatis (quorum productio est tota simul

Quid æternitas, & ævum?

Boet.

Bonaventu

secundum intensionem) ut observant Suarius loc. cit. *sect.* 6. num. 9. & Caietan. in 1. *part. quæst.* 10. *art.* 5. & 6. Quo igitur pacto illa substantia Zarragina erit coæva Numini, dum Numen habet plenitudinem durationis; & substantia illa phantastica, utpotè creata, gauderet successione, esset que mutabilis, habens principium; quod excludit Numen, quippe æternum & immutabile?

92 Ipse concinnat, sed linguâ mendaci. Audite acumen. Principium est Numen, scilicèt Spiritus-Sanctus: tuncque dicitur principium, dum creata illa substantia illi hypostaticè unitur. *Creatio* (ait *Meridian.* scint. 2. num. 1. & 3.) *definitur, Primi principij constitutio. Quia verò creatura originem ex Dei esse trahere nequit, & ante primum principium nihil materiæ, vel principij excogitari valet; ideo creatio dici potest productio ex nihilo. Ex nihilo nihil fit: fieri enim effectum exprimit, quod necessariò venit ex actione: actio verò supponit materiam & motum: quare Deus creavit, ut faceret: nempè constituit principium efficientem & materialem* (plaudite pueri concordantiam, sed fugite virgam) *quod mystica illius manus, qua omnia fiant: sed creavit ut Iove; facit autem, ut Numen. Iove semel loquendo creavit omnia simul in principio, primaque materia, ut suo ordine & tempore ex illa singula sigillatim faceret. Quapropter usque modò operatur Pater & Filius, nempè cum Sancto-Spiritu & in istius creata substantia, tanquàm ministrâ manu. Creat igitur Iove, mittens spiritum suum: non autem mitteretur Spiritus-Sanctus, nisi ratione alterius substantiæ, nempè creatæ, sivique hypostaticè unitæ.* Ineptiæ Zarraguinæ sunt. Utinam essent ineptiæ! Illis igitur probat, quod negat: creata, nimirùm, originem trahere ex Dei esse. Deus est utique Spiritus-Sanctus, de quo ibid. *scintil.* 4. n. 6. Zarraga subdit: *Spiritus-Sanctus in ipsius creata substantia omnia facit*: Iove enim constituit Numen (nimirùm illam substantiam, materiam primam, utinam hypostasi Spiritus-Sancti) principium efficiens & materiale, in quo omnia (quia omnia in principio, primâque materiâ, quæ *prima causa* siccine à Zarraga indigitatur ibid.) ut suo ordine & tempore singula faceret. Spiritus-Sanctus, qui Numen, cui unita hypostaticè illa prima materia, per se est principium efficiens, educens ut agens formas privativas ex illa substantia, materiali principio. Omnia mundana, ut clàm non est, constant tanquàm principio intrinseco, primâ materiâ: si isthæc Spiritui-Sancto hypostaticè unita; profectò cuncta mundana trahunt originem ex Dei Numinis essentia: quinimo, cùm illa materia sit iuxta Zarragam, substantia incorporea supernaturalis, & mundana necessariò constent ex illa materia; necessariò erunt corporeæ substantiæ incorporeæ & immateriales.

Quid à Deo Iove & Numine iuxta Zarragam?

93 Deinde: Si ex materia ista incorporea, unità hypostasi increatæ, resultat Numen, quod principium efficiens; & substantia sic assumpta est principium materiale, ex quo cuncta, quoniam primogenita ante omnem creaturam; quodnam erit principium substantiarum spiritualium? Numen nequit esse: siquidem Numen est materia prima Spiritus-Sancti hypostasi unita. Si substantiæ spiritales immateriales sunt, nequeunt provenire à materia illa, causâ primâ, omniumque principio: aliàs, si proveniunt, immateriales nequeunt esse, quæ necessariò ex materia constitutæ. Si non proveniunt, iam non omnia per Numen fiunt. Quomodo ergo erit primum principium, sine quo nihil est factum? Nonne risu dignum, omnia, quia ab illa & ex illa substantia supernaturali, Spiritui-Sancto unità, esse, estò materialia, substantias supernaturales, & spiritales substantias non esse spiritales, quoniam ab illa? Non multæ literæ Zarragam in insaniam adduxerunt. Demùm: *Creatio* per illum definitur *Primi principij constitutio.* Ergo Deus nec creavit Angelos, nec tempus, nec cœlum, nec terram; isthæc enim non sunt, ut patet, primum principium, quo constituitur creatio. Ante illam substantiam chimericam non potuerunt creari; quippe illa primum principium. Post illam similiter, quia tunc iam supposita materia, quæ creationem excludit. In quot ambages impingit delirus! Creatio nihil aliud est præter productionem rei ex nullo præsuppositio subiecto, quæ propria Dei est; igitur cùm primum sit ens, independens, & illimitatum, non indiget subiecto, cui subsit effectus. Inter agens limitatum & nihilum nulla est proportio: Deus autem vocat quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt. *Sua omnipotenti virtute* (dicitur cap. *Firmiter de summa Trinitate & fide catholica*) *Deus simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem: Angelicam, videlicét, & mundanam.* Si ex nihilo condidit, priùs nihil erat. Si in principio tunc creavit; pridem non erat principium, ex quo suo ordine & tempore singula sin-

Quid sit creatio?

gillatim faceret. *In principio creavit Deus cœlum & terram : ideſt, ante omnia* (ut ait Angelic. Magiſt. 1.part. quæſt.46. art.3.) *Quatuor enim ponuntur ſimul creata, ſcilicét, Cœlum empyreum, materia corporalis, quæ nomine terræ intelligitur, tempus, & Angelica natura.* Non ergo priùs quàm iſta creata illa ſubſtantia ſupernaturalis, materia prima, tertiæ perſonæ Trinitatis unita, ac Numini coæva. Ævum, quia duratio, eſt poſterius naturâ re præexiſtente ; quia priùs concipitur, quòd exiſtat, quàm quod permaneat. Iam ergo res erant, dum ævum cœpit. Priùs quàm res Deus erat, qui illas ex nihilo produxit. Qua igitur acceptione, vel ſigno cum Deo Numine ævum habebunt, ut ſint coævæ? Erunt coæva, quorum duratio tota ſimul ex inſtanti creationis ; ſed non Creatori coæva, quippe æternus : & eſt ſumma diſtantia inter ævi & æternitatis durationem ; igitur hæc includit omnem eſſendi & durandi plenitudinem, ac perfectionem ſine ulla poſsibili ſucceſsione, aut mutabilitate. Vel Ethnicus aſtruit, lib. 1. *Aſtronom.* cap.6. v.33. & 41.

Ceneſ.1. 1. D.Thom.

Omnia mortali mutantur lege creata.
—Deus eſt, qui non mutatur in ævo.

Manil.

94 Dicet Zarraga me inſulſum, vel inſenſatum, igitur haud ſpiſcor diſcrimen inter Deum Iove & Deum numen. *Ut Numen fecit, ut Iove creavit.* Ita in *Meridian.* ſcint. 2. num. 1. Qua conſequentiá, ipſe viderit : ſubdit enim ibid. num. 3. *Iovis enim nomine dicitur, Iſai.46. 11. Creavi & faciam: & non dicitur Creavit, niſi in Spiritu-Sancto.* Eccli. 1.9. *Iuxta illud Pſalm.*103. 30. *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur:* & Iudith,16.17. *Miſiſti Spiritum tuum, & creata ſunt.* Mirum, quod dum legit, Matth.10.20. *Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis* ; ſicque alia, non intelligeret de unione hypoſtatica Spiritus-Sancti in nobis loquentis. Singulare prorsùs acumen! Laudanda ſanè deridicula expoſitio, quaſi vox *Spiritus-Sanctus*, & *Spiritus Dei* accipi non poſsit niſi de tertia SS. Trinitatis perſona, cùm Spiritus Dei dicatur aër, gratia, favor, & alia, quæ virtute Dei fiunt. Omitto teſtimonia, quia ubique pervia. Hoc enim delirio ducti, ſeductique plures, animam hominis, quæ ſpiritus, dixerunt particulam divinæ ſubſtantiæ, uti refutavimus, *Tom.1. Tautolog.*4. num.19. Mundumque grande animal & immane (Senec. lib.7. *qq. natur.* cap.2. Plato in *Timæo*, Cicer.4. *Academ.* & Ovid. 15. *Metam.* fab. 25.) ipſumque Deum *Animam Mundi*, ut Gnoſtici, Almericus, de quo num. 78. Macrob. 1. *in Somnium Scipion.* cap. 6. & lib. 2. cap. 16. Plutarch. lib.1. de *Placit. Philoſoph.* cap. 3. Ariſtotel.1.de *Anima.* Cœl Rhodigin.*lib.*20.*cap.*10. alijque apud Clem. Alexand. lib. 5. *Stromat.* Unde Virgil.6. *Æneid.* à v.724. ſuccinit:

Acceptio vocis Spiritus Sanctus, & Spiritus Dei.

Mundus grande animal & Deus eius anima apud Ethnicos.

Principio cœlum, ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra
Spiritus intùs alit, totamque infuſa per artus,
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Virgil.

Æmulus acuminis Marc. Manil. quò ſupr. cap. 3. v. 54. vividiùs modulatur.

Hoc opus immenſi conſtructum corpore mundi,
Membraque naturæ diversà condita formà
Aëris, atque ignis, terræ, pelagique iacentis
Vis animæ divina regit, ſacroque meatu
Conſpirat Deus, & tacitá ratione gubernat.

Manil.

Modum quo intelligebant Ethnici Deum eſſe animam mundi, videris apud Iuſtum Lipſium, lib.1. *Phiſiolog. Stoicor.* diſert. 7. & 8.

95 Nos autem animam Dei in rebus intelligimus eius virtutem conſervatricem, ac ordinem regiminis, providentiamve. Unde Paulin. *Epiſt.* 36. *Quis enim non videt* (inquit) *mundum iſtum corporeum vi incorporeà gubernari, totamque molem infuſam, atque permiſtam magno univerſitatis corpori, divini Spiritus mente, qua facta eſt, agitari ad vitam?* Eſt enim in huiuſmodi regiminis ſapientia, ut ait Salomon, *Spiritus intelligentiæ ſanctus, unicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat benefaciens, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus, intelligibilis*, &c. Favet Stoicus vel Ethnicè loquendo, 4. de *Benef.* cap. 7. *Quid enim* (inſit) *aliud eſt Natura, quám Deus, & divina ratio toti mundo, & partibus eius inſerta? Iovem illum optim. ac Maxim. rité dices, & Tonantem & Statorem: ſtant beneficio eius omnia. Stator, ſtabilitorque eſt.* Efficacitas, virtuſque divina, cuſtodia

Paulin.

Sapient.7.à v. 22.

Senec.

&

Quo sensu Deus verè anima mundi?

& tutela creaturarum omnium, dicitur anima Mundi, Spirituſque Dei rerum cunctarum eventum opportunum efficientis; ut obſervat Ar. Montan. in Apparat. de *Arcano ſerm.* verb. *Spiritus* & *Candelabrum*. Non autem ut excogitavit Petr. Abailardus, damnatus in Concil. Senonenſi ſub Innocent. II. uti hæreticus (de quo vid. Bernard. Epiſt. 190. & Alphonſ. à Caſtro *Adverſ. hæreſ.* verb. *Deus*, hæreſ. 11.) qui quidem Spiritum Sanctum conſtituit formam & animam univerſi, quia *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*. Sapient. 1. 7. & *plena eſt omnis terra maieſtate eius*. Iſai. 6. 3. Haud cogitavit, *quòd Deus excelſior cœlo ſit, & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur*: Iob. 22. 12. Perperàm incluſus in rebus quit eſſe, *ſi cœlum & cœli cœlorum capere eum nequeunt*. 2. Paral. 2. 6. Caperet ſanè univerſus, ſi Spiritus-Sanctus eſſet mundi forma, utpotè minor mundo, uti pars mundi. Videamus modò an diſtet ſenſus Zarragæ ab Abailardi ſenſu; ut conſtet, quæ præcipitia ille ſibi paravit ad ruinam, dum aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum. *Mundi autem anima, quæ Deus cenſetur* (infit *Merid.* ſcen. 4. n. 6.) *animarum omnium fons. Sed quia diverſimodè philoſophari ſolet de Mundi anima; ut claritati & brevitati conſulamus, Mundi animæ nomine, nihil aliud, quàm primam cauſam intelligi debere proteſtamur. Creaturarum prior eſt, omnium factarum principium, utpatè prima cauſa* (præmiſit ibid. *ſcintil.* 3. n. 2.) *primævaque materia, quæ Deo coniugi hypoſtaticè unita creatur, mater omnium*: qua tenebris & carcere cæco, ut canit Virgilius, quò dudùm, v. 728.

Virgil.

Inde hominum, pecudumque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.
Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo.

Doctrina utriuſque Auctoris differt ſicut ovum ob ovo; ſit ergo ſub eodem iudicio.

96 Adhuc inſtat dementia diſtinguendo inter poſsibilia creandi, & poſsibilia fiendi, quæ ſunt Numinis, ſicut illa tantùm Iovis; quæ poſsibilia creandi, ſunt aliæ ſubſtantiæ perfectiores, quam prima creatura. *Hæccine abſolutè fugiunt omnem intellectum creatum tam hominum & Angelorum, quàm Chriſti & Numinis*: ſubdit ibid. *ſcintil.* 6. num. 2. *Poſsibilia fiendi, ſeu Numinis, cenſentur omnia in virtute primæ cauſæ cum ipſamet Numinis ſubſtantia, & in ipſa ſimul creata: quæ nihil aliud important, quàm ipſammet Numinis creatam poteſtatem & virtutem.* Amœniſsimum cerebrum! Poſſum iurè dicere cum Mellifluo Doctore, *Epiſt.* 192. *Cum de Trinitate loquitur, ſapit Arium: cùm de gratia, ſapit Pelagium: cùm de perſona Chriſti, ſapit Neſtorium.* Poſsibilia tam fiendi, quàm creandi, Deo congruunt creatori viſibilium omnium & inviſibilium, ſine phantaſtica acceptione Numinis & Iovis; ut conſtat ex factis, creatiſque rebus toto hexaëmero. Iove in ſententia Zarragæ, eſt Deus, ut ens à ſe; cui negat etiam operationes ad intra, uti vidimus, *num.* 75. Ut Numen Deus nihil aliud eſt, quàm eius voluntas. *Iove* (ait *Meridian.* ſcintil. 1. n. 3.) *non voluntas, ſed charitas eſt: illius enim voluntas creatura cenſetur, quæ factibilium omnium cauſa agnoſcitur.* Quàm hæreticè loquatur, dicunt Theologi cum D. Thom. 1. p. q. 19. art. 1. ad 3. ubi Angel. Doctor infit: *Obiectum divinæ voluntatis eſt bonitas ſua, quæ eſt eius eſſentia*: quare per eſſentiam eſt charitas, quippe eſt ſummum bonum, ſui diffuſivum, de quo conſule Dionyſ. de *Divin. nomin.* & Leſsium lib. 9. de *Divin. perfection.* à cap. 3. & quia *relatè ad nos primus & præcipuus divinus erga nos actus eſt dilectio*: ita Caietan. in illud 1. Ioann. 4. 16. *Deus charitas eſt.*

Ridicula diſtinctio Dei Iovis & Numinis ad rerum creationem. Bernard.

Volùtas Dei non eſt creatura.

97 Numen ergo pro captu Zarraguino eſt voluntas Dei, quæ creatura, quo ſenſu Ethnicus, lib. 2. *Æneid.* v. 778. infit:

Virgil.

—Non hæc ſine Numine Divum
Eveniunt. Aut ille ſinit ſuperi regnator Olympi.

Hinc La-Zerd. in 1. *Æneid.* v. 12. n. 4. *Eſt enim Numen* (ſubdit) *Deorum poteſtas*; Quare dum Deus voluit omnipotentiam, ſeu poteſtatem operibus ad extra oſtendere, conſtitutus eſt Numen: illa, ſcilicèt, creata ſubſtantia, Spiritus-Sancti hypoſtaſi unita; quod quidem Patri & Filio non congruebat, uti riſimus, num. 88. & 89. Deum cognitum Creatorem per opera facta, ſimulque eius omnipotentiam (eſtò non in omnia, quippe non omnia quæ poterat, fecit) inconcuſſum eſt: at non nomine, entitativè Numinis (quæ vox in huiuſmodi ſenſu non ſolùm Theologis inaudita, ſed etiam Ethnicis, qui Numen pro Deo abſolutè intellexerunt. Virgil. loc. proxim. *Numine læſo.* & 2. *Æneid.* v. 735. *Numen amicum.*) ſed Dei, ut eſt à ſe; etenim creatio non alij niſi Deo convenit. Creatio autem, etſi liber actus Dei, etiam menſuratur æternitate: quip-

pè

pe neceſſarius quoad totam ſuam entitatem in recto, licèt non neceſſarius quoad determinationem, ſeu connotatum. Eſt enim actus immanens, etiam ut determinatus liberè ad creaturas, quin poſsit habere initium aut finem; quanvis in actione Dei tranſeunte ſit initium & finis. Actio tranſiens eſt in creatura, ponitque mutationem in illa, & relationem in Deo, qui ex illa denominatur ex tempore Creator, vel Dominus. Actus immanens eſt in ipſo Deo, ab æterno denominans Dominum (eſtò ſine creaturis) quoad poteſtatem, licèt non quoad dominium, quod connotat actio ad extra Creationis. *Domini eſt regnum*: & quando fuerint, *Ipſe dominabitur Gentium.* Hinc à Iuda v.4. dicitur: *Dominatorem, & Dominum noſtrum*: quod ſæpe apud Iſaiam legimus. Creatio quidem nihil præter relationem ſecundum rationem ponit in Deo; quippequàm illa ex tempore eſt denominatio haud quia mutatur Deus, ſed quia creatura mutatur. Adi D. Thom. 1. *p. q.* 13. *art.* 7. & Auguſtin. lib. 5. de *Trinit.* cap. 16. Pendet ergo creatio à Deo, ut Iove, ſeu ut ens à ſe eſt; cùm voluerit oſtendere poteſtatem, aut omnipotentiam: non à Deo, ut Numine; quippe Deus ab æterno Numen eſt, ideſt, habet potentiam ad omnia; quæ profectò dicitur Omnipotentia in operibus ad extra: ubi ly *Omni* non eſt intelligendum de potentia, q. d. Omnis potentia; ſed de obiecto potentiæ, quod eſt ens creabile: ideſt, ad omne, quod contradictionem non implicat. Qua de cauſa cùm Deus ſit principium principale; *ut tale principium in agendo* (infit Suar. *de Deo uno & trin.* lib. 3. cap. 9.) *requirit infinitatem ſimpliciter in genere entis* (nimirùm, uti Iove, ut Zarraguinis utar phantaſticis terminis, non ſub acceptione deteſtanda Numinis) *quia hæc infinitas neceſſaria eſt; ut eminenter conſtituat omnia.*

Quo pacto creatio actus Dei liber, eſt neceſſarius?

Quomodò Deus ſemper Dominus? Pſal. 21. 29. Iud. v. 4.

Quid ſit omnipotentia?

Suar.

98 De ratione creaturæ eſt, non eſſe æternam, nec poſſe eſſe. Quare ſi ſubſtantia illa Zarraguina, quæ nullam habet ſubſtantiam, poſſet eſſe Numinis coæva, æterna eſſet: Numen enim menſuratur ut Numen æternitate. Si Numen ab ævo, & illa coæva Numini; æterna utique, quia Numen æternum. Unde implicat, illam ſubſtantiam Numini coævam poſſe dici, ſimulque creatam uti diximus, *num.* 90. Verbum divinum, caro factum, Chriſtus Dominus creatura non eſt, quia æternus eſt (ut præmiſsimus, à n. 55.) productioque illius creatio non eſt, quia æterna eſt; cùm æternitas opponatur creationi. Audi Damaſcen. 1. de *Fide Orthod.* cap. 8. *Generatio quidem ſine principio & æterna, naturæ opus eſt, & de ſubſtantia eius profecta: ita ut is qui generat, mutationem non ſubeat ullam; & ut non Deus primus, & Deus poſterior ſit, atque additionem ſignet. Creatio verò á Deo, cùm voluntatis opus ſit, non coæterna Deo eſt: quandoquidem ſuapte naturá capax non ſit, quod de non eſſe ad eſſe deducitur: coæternum illi eſſe, qui ſine principio, atque aliquid ſempiternum eſſe.* Sic ergo perperàm illa floſculata ſubſtantia poteſt eſſe Deo coæva, ſi creata: igitur ſi creata, etſi eſſet ab æterno, non eſſet æterna.

Implicat creatum & æternum.

Damaſcen.

99 AA. orthodoxi nihil creatum ab æterno aſtruunt: nec inquirunt, An aliquid creari poſsit æternum? ſed, An aliquid ab æterno poſsit creari? *A me quæritur* (ait Auguſtin. lib. 12. *Civit.* cap. 12.) *utrum ſemper potuerunt eſſe, qui facti ſunt?* Aliqui hoccine ſtatuunt, eo quòd non repugnet ex parte Omnipotentiæ; quùm Deus æquè potens ſit ab æterno, ac in tempore. Neque ex parte libertatis divinæ; cùm liberè quicquid vellet ab æterno produceret. Neque ex parte creaturæ; quippe licèt ab æterno, ens eſſet creatum, ideoque non à ſe, nec cum abſoluta neceſsitate eſſendi; cùm ſolùm exigeret fieri ex non eſſe ſui pro priori naturæ. Nec ex parte prioritatis cauſæ: equidem cauſa non requirit prioritatem durationis, ſed naturæ tantùm: quin neceſſarium ſit, quòd à parte antè aliquando non fuerit; ſicut non eſt, quod aliquando futurum non ſit à parte pòſt. Neque repugnat ex parte æternitatis, quippe tunc non eſſet per eſſentiam, ſed per participationem. Conſulendi Philoſophi in 8. *Phyſic.* Ariſtotel. & Suarius, *Metaph.* diſput. 20. ſect. 8. à n. 5. *Tunc enim* (inquit Richard. Victorin. lib. 2. de *Trinitate*, cap 4.) *creatura propriè eſſet ſempiterna, ſed non æterna*: quippe in eius ſententia, ſempiternum poteſt dici, quod caret principio & fine: æternum autem ultra requirit immutabilitatem. Ego in contrarium voces acciperem: æternum nempè, quod caret principio & fine: ſempiternum verò, quod immutabilitem addit æternitati; quapropter frequenter ab Eccleſia dicitur: *Omnipotens ſempiterne Deus.* Verùm hoc de nomine quæſtio. Hoccine ſenſu, quia æternitatem non haberent ab intrinſeco, ſicut Deus; etſi ab æterno fuiſſent Angeli, dicit Auguſtin. loc. præfat. *Per hoc etſi ſemper fuerunt, creati ſunt: nec ſi ſemper fuerunt, ideo Creatori coæterni ſunt. Ille autem ſemper fuit æternitate immutabili; iſti autem facti ſunt.* Optimè *Facti*, quia ſi facti, creaturæ:

Cur nõ æternum aliquid, etſi ab æterno?

Richard.

Quid æternum & ſempiternum?

Auguſtin.

crea-

creaturæque repugnat immutabilitas. Iccircò præmiſit, factos fuiſſe, vel in ſuppoſitione quòd fuiſſent ab æterno; *Ne aliquam Creatori creaturam coæternam eſſe dicamus, quod fides, ratioque ſana condemnat.* Si Zarraga dicit, nec fidem, nec rationem utique habet. An dices æternum, quod in principio temporis, eò quod principium temporis non ſit tempus, & quod non tempus, æternitas? Dicit ibid. *ſcintil.* 2. num. 5. *Tempus ab initio cœpit, ſed in primo inſtanti rationis non extitit tempus, ſed temporis principium, quod omnia præceſſit tempora.* At quid ex hoc? Quia creata in principio temporis, erunt æterna etſi creata? Refragor Tom. 3. Tautol. 8. num. 39. Vide D. Thom. 1. *part. quæſt.* 46. *art.* 1. *ad* 7. & *art.* 3. *ad* 3. *Mundus factus eſt in tempore, ſed non cum tempore*: ait Auguſtin. quò dudùm, *lib.* 11. *cap.* 6. Non ſunt æterna, quæ in principio creatæ durationis: principiumque dicitur temporis & negativè, eò quòd nihil præceſſerit; & poſitivè, eò quòd primum ſimul cum alijs creatum: equidem etſi initium temporis non fuit tempus phyſicè (quippe ſucceſsio nequit eſſe in inſtanti ſecundum proprium ſuum eſſe) metaphyſicè, ſeu intellectualiter aliquod tempus ſecundum ſuum initium concreatum eſt, datumque in initio creationis initium intrinſecum talis temporis; *quia tunc prima pars illius extitit*: ut ait Suarius de *Univerſ.* lib. 1. cap. 9. numer. 8. Sic ergo in principio vel initio temporis factum eſt tempus, quod vocat *informe* Angelic. Doctor, 1. *part. quæſt.* 66. *art.* 4. *ad* 2. *In initio temporis præcedentis alia tempora, cœperunt omnia cum prima cauſa*: ſubdit Zarraga, *Meridian.* ſcint. 2. numer. 5. ſcilicèt, illa ſubſtantia coæva Numini. Quomodò coæva Numini, ſi initio temporis facta? Quæ gaudent menſurà temporis, ſunt citra ævum. In initio temporis, ut vidimus, erat aliquod tempus: qua lege ævum in illa ſubſtantia in tempore condita, dum ævum tempus excludit? Conſule D. Thom. loc. citat. *quæſt.* 10. art. 5. Deinde tempus in initio temporis factum eſt: tempus Numini non eſt coævum; etenim nota durationis Numinis non eſt tempus, ſed æternitas; implicant ergo æternitas & tempus vel in principio temporis præcedentis alia tempora.

Quomodò mundus factus in tempore, & non cum tempore? Idem. Suar. *Quid ſit tempus informe?*

100 Diſtinguit acumen Auctoris ſplendorum & ſcintillarum (præclarène?) tempus ſignatum & non ſignatum. Signatum, quod ab Aſtris: non ſignatum (quod etiam ſignat occultum & indefinitum) quod ab ævo. *Tempus enim non ſignatum, ævum*: dicit ibid. Patet ludibrio bellum cogitamen. In principio temporis, quo creati ſimul cum tempore Angeli, fuit Angelorum ævum; & erat tempus ſignatum. Hinc tempus non ſignatum haud erit ævum. Quid ergo erit? Tempus, & non æternitas, quam ſubſtantiæ chimericæ tribuit gratis & ex benè eſſe Zarraguina generoſitas ratione coævitatis cum Numine. Inquiro, dum formatum huiuſmodi embolium, erat tempus, vel non erat? Si erat, vel in initio temporis, nihil æternum. Si non erat tempus, unde initium temporis alia præcedentis tempora? Audiendus Auguſtin. loc. cit. *lib.* 12. cap. 19. *Si non omni tempore fuit tempus; erat ergo tempus, quando nullum erat tempus? Quis hoc ſtultiſsimus dixerit?* Zarraga. *An dicendum eſt, & ſemper illos* (Angelos, nimirùm) *fuiſſe, quoniam omni tempore fuerunt, qui cum tempore facti ſunt; aut cum quibus facta ſunt tempora, & tamen creatos?* Patet implicatio, dum exponitur illa ſubſtantia creata, & ſimul Numini deſponſata coæva. Si creata in principio temporis, principium temporis haud ævum Numinis. Dices ſi ex principio temporis ævum Angelorum, ævum erit illius ſubſtantiæ principium temporis, præcedentis alia tempora. Negatur ſuppoſitum, quia ante tempus, ex quo ævum Angelorum, non fuit tempus: & ſine tempore nequit eſſe principium temporis, præcedentis alia tempora, in quo fingitur coævitas ſubſtantiæ unitæ Deo Numini. Ab initio & ante ſæcula in principio creatam, non æternam; aſtruit *Meridian.* ſcint. 2. numer. 4. & allucinatur. Si ante ſæcula, æterna eſt: ſi in principio temporis, non præcedit tempus, nec eſt ante ſæcula. Quid hoc? Maximini caliga.

Implicat tempus ante tempus. Auguſtin.

101 Nec valet effugium temporis ſignati & non ſignati; etſi prius fuerit non ſignatum, quàm ſignatum: igitur ſi tempus quomodolibet, non poteſt eſſe coæva Numini illa verſatilis, mira ſubſtantia. Si non tempus, quomodò dicitur non ſignatum; quando etiam tempus non ſignatum ſignatur tempus? Oedipo opus eſt, ſed Zarraga Davus. Videat. Creatio etiam eſt creatura, quam uti actio præcedere debet. Ita D. Thom. 1. part. quæſt. 45. art. 3. Suariuſque, *Metaphyſ.* diſp. 20. ſect. 5. à num. 2. Ergo creatio præcedit omnem creaturam: qua quidem præcedentiâ nequit eſſe creatura, quia creatura nequit eſſe, quæ omnem creaturam præcedit. Erit ne creatura ante creaturam? Dicet

Creatio etiã creatura eſt.

Zarra-

Zarraga emungens cerebri nares, *Signatè, & non signatè.* Ridebimus. Aliud: Nulla regula sine rectitudine, si verè regula. Nulla siccine argumentando, erit, nec quit esse regula. Si est, per quam regulam facta, qua rectitudo regulæ constet? Si sine regula, non erit regula. Si cum regula, iam non regula illa; quoniam iam erat regula, per quam regula facta. Dicet profectò regulam non signatam, ante signatam. Dicet, & ludicra dicet. Vide an ludicra. *Interroganti* (inſit, *Meridian.* ſcintil. 2. n. 6.) *cur Deus in principio creavit, quod anteà non creaverat; negari debet ſuppoſitum: quia Deus in principio temporum creavit principium: & ante principium implicationem exprimit.* Quorsùm iſta? Inquiritur, cur non anteà creata, quæ creata in principio, quia nullum poteſt aſsignari inſtans determinatum, ante quod creari omnipotentiâ non poſsit, quod omnipotentiâ in principio creatum; & reſpondens negando ſuppoſitum, quia ante principium nullum principium? Quodnam principium illud, ante quod nullum, quia primum; quùm nihil ſupponatur creatum, dum inquiritur: *Cur non creatum pridem, quod in principio creatum?* Deblateras ſanè nugipolyloquides. *Nugæ Zarraginæ.*

102 Cùm ex errore ſit error; quia tunc error ſimul & furor: ex conſtitutione Dei ſub munere Numinis, fingit Zarraga illà ſubſtantiam coævam. Numen, ait ibid. conſtituitur, dum Iove creat: & primò creata fuit illa ſubſtantia ſupernaturalis, materia prima, ex qua omnia, cuius duratio dicitur ævum, Spiritus-Sancti hypoſtaſi unita. Si tunc cœpit ævum Numinis, & illa ſubſtantia; proculdubiò Numini coæva. Hìc aptè negandum ſuppoſitum: tum quia Numen non habet ævum: igitur ſi Numen eſt ac virtus, poteſtaſvè omnipotentis expreſſa per creationem; ab æterno habuit, & habet omnipotentiam: tùm quia ævum non menſurat increata. Unde illa chimerica ſubſtantia, quia creata, Deo ut Numini non erit coæva. Nec quia unita Spiritus-Sancti hypoſtaſi: etenim illa unio hypoſtatica, impoſsibilis prorsùs, & innominabilis, eſtò fuiſſet, non eſſet Numen, ſed unio materiæ primæ, vel ſubſtantiæ alienæ Numini: quo ſanè conſtat delirium coævitatis. Hoc profectò nihil aliud eſt, quàm mentem (ſi mens) in paſcua mittere. Fanaticus es. *Nulla coævitas rei creatæ cum Numine.*

Quicquid ais, vanum eſt: quicquid moliris, ineptum. Mantuan.

103 Iam ergo in abominabilem blaſphemiam, nimirùm, illam ſubſtantiam ſupernaturalem, materiam primam, unitam fuiſſe Spiritus-Sancti hypoſtaſi. Quia ſanam doctrinam luci-fuga non ſuſtinet, ad ſua deſideria coacerbat ſibi Magiſtros. At quos? Inſigniores: Sacram Scripturam, SS. PP. Ius civile & Pontificium, aliaque retorquet ad inſomnia, novæ inventionis accumina. Unde ſine fronte audet proferre in Prologo, ſeu *Aurora*, num. 6. *Præceptor Angelicus, Auguſtinus & alij Patres: quibus nos (etſi aliquando contra videamur dicere) lucem afferre & conſenſum præſtare proteſtamur.* Bellè quidem. Priùs videre oportebat, ne quis te deciperet per philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſeductum & circunductum omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum ſpiritum. Quorsùm huiuſmodi hæreticum delirium? *Hæccine hypoſtatica unio* (inquit, *Meridian.* ſcintil. 4. num. 1.) *nondùm à Catholica Eccleſia apparet definita; ſed nec in contrarium aliquid authenticè legitur: quin ex ſacris literis meridiano clareſcit ſplendore.* Proh pudor! Non ſolùm non definita, ſed nec audita. Quomodò damnare quibat, quod in mentem fide imbutam nec venire poſſe catholicè cogitabat? Eccleſia non definit hæreſes, ſed anathematizat, profligat, & arcet. Ut vidit, fecit, & iurè fecit. Terreat, quod Servator N. dixit, Luc. 12. 10. *Omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum-Sanctum blaſphemaverit, non remittetur.* Ad unguem cadunt Bernardi verba de *Errorib. Abailardi*, cap. 5. num. 11. *Omnes* (inquit Abailardus) *ſic: ſed non ego. Quid ergo tu? Quid melius affers? Quid ſubtilius invenis? Quid ſecretius tibi revelatum iactas, quod tot præterierit ſanctos, effugerit ſapientes? Aquas furtivas, & panes abſconditos puto apponet nobis iſte. Dic tamen, dic quicquid illud eſt, quod tibi videtur, & nulli alteri.* Dicet effrons. Prima, ſcilicèt, creatura rationalis, incorporea, ſupernaturalis ſubſtantia completa, materia prima, prima cauſa, Deo coniugi hypoſtaticè unita. Nil ſimile natum ex Erebo. Summum Zarragæ delirium. Et blaſphemia. Bernard.

Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ.

Erebi tamen tranabimus amnes. Ovid.

104 Ex hypoſtaſi Spiritus-Sancti & materia prima unum per ſe ſubſtantiale! Ubi os tuum, ubi facies, ubi mens? Tantùm in Eccleſia auditum, ex Verbi divini hypoſtaſi & humanitate, eſſe unum per ſe ſubſtantiale; quod Chriſtus, minor Patre ſecun-

Spiritus. Sancti hypoſtaſis tantùm in Spiritu-Sancto.

dum humanitatem, & Patri ſecundum divinitatem æqualis: utrunque profectò verum ratione duplicis ſubſtantiæ in una perſona. Idem dicit Zarraga de Numine, ita dictum ex hypoſtaſi Spiritus-Sancti, & illà ſubſtantia chimericà. Unum & multiplex: unum, ratione perſonæ; multiplex ex ſubſtantiarum pluralitate. Quatenùs Iove, ſtabilis; quatenus Numen, mobilis cauſa. Deus ſimul & creatura, ancilla & domina, primus & noviſsimus; uti ſupr. vidimus, num. 77. Quis ſine fulmine audit, ad quæ mens effrænis audet? Quis non ſuccenſet auditis? Si ſic Spiritus-Sanctus, nec ſi Spiritus-Sanctus eſt, audivimus.

Mantuan.

Qui furit, inſanit: qui verò inſanit, amaro
Impatiens animo, nec corda, nec ora gubernat.

Ad quid illa phantaſtica compoſitio? Ut Deus conderet hominem? Siccine, mirabilius non reformavit: etenim ut reformaret mirificè, divina Verbi perſona aſſumpſit humanitatem: & ut conderet, perſona Spiritus-Sancti illam chimericam ſubſtantiam iam aſſumpſerat. Tunc non novum, *Fœmina circundabit virum.* Ierem. 31. 22. Ideſt, filium Dei, qui dicitur *Vir* virtute Patris, & ſplendor genitoris. Hebr. 1. 3.

Unio hypoſtatica niſi ſemel, & humanitati cõmunicari nõ debuit. Suar. D. Thom. Ildephonſ.

105 Unio hypoſtatica non debuit multis communicari (etſi poſsibilis trium divinarum perſonarum) nec alij naturæ præter humanam. Qua de cauſa Gentium Doctor ibid. v. 5. & 13. ſubdit: *Cui enim dixit aliquando Angelorum, filius meus es tu*, &c. & cap. 2. 16. *Nuſquám enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ.* Ad ampliorem excellentiſsimam tanti, taliſque myſterij commendationem attinebat, *hoc opus eſſe unicum & ſingulare*: ait Suarius in 3. part. D. Thom. *quæſt.* 1. *art.* 1. in *Comment.* Angelic. Doctor, ibid. quæſt. 2. artic. 9. infit: *Eſt maxima unionum.* Ildelphonſus de *Virginit. Mariæ* dicit: *Inauditum oraculum, inuſitatum opus, incognitum arcanum, inviſum factum.* Hoc opus nugis Zarragæ nec incognitum, nec inauditum, nec inviſum, nec inuſitatum; quùm ab initio & ante fæcula, materia prima ſignetur unita hypoſtaticè Spiritui-Sancto. Angelos filius non apprehendit, & Spiritus-Sanctus materiam primam apprehendit? Apagè fatue delirans. Quid dicis? *Spiritus-Sancti creata ſubſtantia, etſi omninó ſpiritualis* (infit *Meridian.* ſcint. 5. num. 1.) *Minimè annumeratur cum ſubſtantijs denominatis Angelicis; genere enim diſtinguitur ab illis: quare non ſolùm Deus filius nuſquám Angelos apprehendit, ſed nec Entitatis Coniux.* Ergo ſubſtantia illa apprehenſa, à Spiritu-Sancto non eſt genere diſtincta. Agit philoſophum, ſicut agit theologum. Ergo dum filius Dei hominem apprehendit, natura divina & humana non diſtinguebantur genere. Ergo vel humana in Chriſto, filio Dei, genere non diſtinguitur; vel diſtinctio generica haud impedit, quod Spiritus-Sanctus apprehendiſſet Angelicam, decentiorem materiâ primâ. Effutit Zarraga quicquid venit in buccam.

Repugnat materiæ primæ.

106 Solummodò materia prima in illius iudicio, quoniam haud habuit dum dixit, perſonata fuit à Spiritu-Sancto. Siccine illam Deus facit. Liquet: Chriſtus Dominus Deus eſt haud aliâ de causâ, niſi quia eius humana natura unita fuit hypoſtaſi Filij Dei: ſi materia prima, ornata coloribus ſubſtantiæ ſpiritalis, &c. ſubſiſtit hypoſtaſi Spiritus-Sancti; Deus utique erit: invenitur enim vel in natura creata increata ſubſiſtentia. Creatam illam dicit, ex quo claret creatura; quod quidem rectè dici hoc ſuppoſito nequit, dum ſubſiſtit hypoſtaſi Spiritus-Sancti, niſi cum addito, ut diximus de Chriſto contra Arianos, *num.* 55. ſiquidem Chriſtus, etſi habeat naturam humanam, abſolutè nequit dici creatura, quia ſubſiſtit in perſona Filij Dei. Macedonius, ut ait Baſilius *adverſ. Eunomium*, Ambroſ. de *Spiritu-Sanct.* ad Gratian. Platina in *Vita Felicis*, & Caſtro cum multis alijs *Adverſ. hæreſ.* lib. 5. liter. *D.* aſſeruit, Spiritum-Sanctum eſſe veram creaturam, ac Patris miniſtram. Idem profert Zarraga, quò ſupr. *Scint.* 2. n. 3. & *ſcintill.* 3. n. 3. Nonne iam damnatum ab Eccleſia in Concilijs Conſtantinopolit. Chalcedonenſ. & Lateranenſi? Abſtinebimus nunc à cenſura? Iam minimè tuum opus Theo-politicum dico damnabile, ſed damnatum. An creaturam profundè ſignabis, ut ſentiat ſimul cum Angelis pacis, amarè flentibus, paſsiones, ſimulque affectiones rationalium (uti retulimus, *num.* 78.) quia *poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*? O magnus in magnis! Nec Hebraiſmi, nec præcepta rhetorica te latent. Neſcis, auctorem operis dici, qui influit in opus? Vide quæ præmiſsimus, *Tom.* 3. *T.* 10. *n.* 12. *T.* 14. *n.* 3. & *Tom.* 4. *T.* 5. n. 10. Dum dicitur, Matth. 10. 20. *Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis*; loquitur, vel facit loqui? Similiter Galat. 4. 6. *Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra, clamantem, Abba Pater.*

Rom. 8. 26.

Auctor operis, qui in opus influit.

107 Quomodò niſi hypoſtaticè poteſt dici (ogganit muſa Zarraguina) creata in

Spi-

Spiritu-Sancto illa subſtantia? Ita Eccli. 1. Negavimus ſuppoſitum ; *num.* 87. quia ibi Siracides loquitur de Sapientia , haudquaquàm de materia prima ludicrè ſupernaturali ſubſtantia. Quia dicitur *In Spiritu-Sancto* , ly *In* importabit ſubſiſtentiam perſonæ divinæ, cui coniungenda? Craſsisſimum ratiocinium Ioann. 1. 1. dicitur : *In principio erat Verbum* , ideſt , in Patre. Verbumne , quia in illo , ſubſiſtet hypoſtaſi Patris conſtituente perſonam? Idem , Actor. 17. 28. *In ipſo enim vivimus , & movemur & ſumus.* Coloſſ. 1. 16. *In ipſo condita ſunt univerſa , in cœlis & in terra , viſibilia & inviſibilia.* Num quia in Verbo, hypoſtaſe Verbi? Epheſ. 1. 10. *Inſtaurare omnia in Chriſto , quæ in cœlis & quæ in terra ſunt , in ipſo* ; ſignabit cuncta inſtaurata ſubſiſtere hypoſtaſe Chriſti? Multos deliros vidi , verùm te maiorem , neminem. Dum dicitur Sapientiam creatam in Spiritu-Sancto , *Eccli.* 1. 9. Idem eſt , ac ex & in amore creavit, non neceſſariò. Si vis attributivè exponere,non peccabis;amor enim Spiritui-Sancto tribuitur : *Deus charitas eſt.* Vid. *num.* 96. Quicquid creatum dici quit creatum in Spiritu-Sancto , quia eſſe accepit ex non eſſe ex libero Deitatis amore : unde dicitur , Apocal. 4. 11. *Tu creaſti omnia , & propter voluntatem tuam erant* (obiectivè in mente divina) *& creata ſunt.* Quid dices, quùm in Græco & Maluend. non legitur *In Spiritu-Sancto* ; ſed tantùm : *Ipſe creavit illam?* Quid , dum apud plures legitur : *Ipſe creavit illam Spiritus?* Hoc eſt , tota Trinitas , quippe *Spiritus* & *Sanctus* eſſentialiter convenit tribus perſonis;notionaliter, ſolummodò tertiæ: quare Pater & Filius dicuntur *Spiritus-Sanctus* ; quia Deus *Sanctus eſt* , Levit. 11. 44. & *Spiritus eſt Deus* : Ioann. 4. 24-2. *Cor.* 3. 17. *Dominus ſpiritus eſt* : & propter Trinitatem dicitur Iſai. 6. 3. *Sanctus , Sanctus, Sanctus Dominus Deus.*

In *non ſigna hypoſtaſim eius , in quo , vel de quo.*

Maluend.

Spiritus & Sanctus *convenit tribus Trinitatis perſonis.*

108 Denuò in ridiculam illam unionem hypoſtaticam , priorem quàm Verbi cum humanitate Chriſti. Quod fuit opus dignationis Verbi , eſſet profectò indecens incongruum , indignumque in Spiritu-Sancto : tùm quia aſſumeret quod ultimum & infimum in entibus ſubſtantialibus:qua de cauſa Auguſt. 12. *Confeſſ.* cap. 7. loquens de Angelo & Materia prima ſub metaphora Cœli & Terræ,ſubdit: *Propè nihil. Unum, quo ſuperior tu eſſes : alterum , quo inferius nihil eſſet.* Tùm , quia ad nihil erat neceſſarium: imò nec conveniens. Quænam ergo convenientia in compoſitione hypoſtaſis Spiritus-Sancti & materiæ primæ? Huiuſmodi mirificum opus , quouſque Verbum carnem ſumpſit, a ſæculo non auditum. An ut illud ſuppoſitum fieret principium creaturarum,& prius omnibus? Sit ergo. Quando facta huiuſmodi hypoſtatica unio ? In principio ? De fide eſt,omnia facta & ſine haccine chimerica unione. *In principio creavit Deus cœlum & terram.* Non ſolùm perſona Spiritus-Sancti mundum condidit , ut fusè infr. *num.* 111. (ſicut ſola perſona filij carnem aſſumpſit : etenim licèt totius Trinitatis opus , ſolummodò Verbum caro factum eſt) quia actio Creatoris indiviſa in tribus perſonis.Si unio facta ante res creatas, vel principium rerum creandarum; ubi illa creatura erat , vel illa ſubſtantia Numini coæva cum omnibus alijs infulis ? Eſſet otioſa totà illà duratione, cùm nihil ageret : vel ſi aliquam operationem fecit , ut gauderet Ubi ſpiritali , nihil perfecit ; igitur uſque in principium creandorum nihil factum , nec perfectum: eſſet utique imperfectum agens , ſine termino ſuæ perfectionis , ad quem illa ſubſtantia creata. Hinc SS. PP. aſſerunt , nullum ens creatum ſecundum naturam ſuam poſſe æternum eſſe. Adi Athanaſium , Orat. 2. contr. Arianos , & Pavon. de *Theolog. natur.* p. 2. diſtinct. 2. n. 963.

Auguſtin.

Repugnat unio hypoſtatica Zarraguina.

Geneſ. 1. 1.

109 Ita enim proteruntur , quæ conſequenter è cerebello putido elicit , ibid. *ſcintill.* 7. n. 1. de ubicatione primæ creaturæ , ex qua omnia, tanquàm prima cauſa. At perpendenda ulterius ſpectabilis fatuitas. De creatura prima , *quæ ipſamet Spiritus-Sancti cenſetur perſona* , uti ex illo vidimus , *numer.* 77. ſubdit , *Meridian.* ſcint. 2. num. 3. & *Veſpertin.* ſcintill. 1. n. 2. Spiritus-Sancti ſeu Numinis *creata ſubſtantia completa & in ſe formata, reſpectu facturarum omnium informis materia exiſtebat.* Iam Deus venit in compoſitionem gerens vices cauſæ formalis, quod inficiantur orthodoxi cum D. Thom. 1. *p. q.* 3. *art.* 8. & Dionyſ. de *Divin. nominib.* cap. 2. igitur illa ſubſtantia completa erat & formata , etſi ad alia quorum erat principium eſſet informis. Unde illa omnia principiata eſſe habebant divinæ ſubſtantiæ (ut diximus , *num.* 92.) cùm haberent eſſentiam ex illa ſubſtantia formatà à Deo Iove , & informata Numine. Materia creata fuit cum forma , ut Nos diximus , *Tom.* 1. T. 1. à num. 27. ex D. Thom. 1. *p. q.* 44. art. 2. ad 3. Si illa chimerica Zarraguina erat informis ad alia , & in ſe completa formà ; forma ex quanam ergo ſubſtantia , niſi illius cuius hypoſtaſi ſubſiſtebat ? Quis , inquiro , legit,

Et ſubſtantia completa & informis.

vel audivit in philosophia substantiam simul completam & incompletam? Quomodò completa erit materia prima, quæ principium materiale in genere substantiæ, cum ordine ad compositum, cum alia substantia, quæ compositi forma? Zarraga novorum dæmoniorum videtur annunciator. Singulare phantasma. Scena nobilis, materia prima completa. Quid si simul substantia supernaturalis intellectiva? Quid, si Numini coæva? Quid denique, si Spiritui-Sancto hypostaticè unita? In quodnam occiput, aut cuiusnam linguam venirent tot dicibula? Claret cerebrum Cimmerijs tenebris circunseptum, & adhuc ludit. Plausum in Aquilone quærit & ambit. *Expedit* (dicet cum Theodorico apud Cassiod. 3. *Var. Epist.* 51.) *interdùm desipere, ut populi possimus desiderata gaudia continere.* Omnia inculcat & miscens sacra profanis. Sese inventorem idiotis hæresum facit, cum rancidas excitet, seu potiùs extumulet. Andiatur Irenæus, ut constet modus Zarraginus interpretandi Scripturas, & ars rutila surripiendi ab hæreticis phantasias. Discrimen tantùm intercedit in eo quod unusquisque eorum in viam suam declinavit. De se Simon Magus dicebat, *Semetipsum esse* (ait Irenæus lib. 1. *contr. Hæres.* cap. 20.) *qui inter Iudæos quasi filius adparuerit: in Samaria autem quasi Pater descenderit; & in reliquis verò gentibus quasi Spiritus-Sanctus adventaverit. Esse autem se sublimissimam virtutem, hoc est, eum qui sit super omnia Pater, & sustinere vocari se quodcunque eum vocant homines. Simon autem Samaritanus, postquàm universæ hæreses substiterunt; habet huiusmodi sectæ materiam. His Selenen quandam, quam ipse á Tyro civitate Phœnices quæstuariam cùm redemisset, secum circunducebat dicens, hanc esse primam mentis eius Conceptionem, Matrem omnium, per quam initio mente concepit Angelos facere & Archangelos. Hanc enim Ennoiam exilientem ex eo, cognoscentem quæ vult pater eius degredi ad inferiora, & generare Angelos, & Potestates, á quibus & mundum hunc factum dixit. Posteà quàm generavit eos, hæc detenta est ab ipsis propter invidiam; quoniam nollent alterius progenies cuiusdam putari esse: ipsum enim se in totum ignoratum ab ipsis. Ennoiam autem eius detentam ab ijs, quæ ab ea emissæ essent potestates & Angeli: & omnem contumeliam ab eis passam, ut non recurreret rursùm ad suum patrem; usque adeó ut & in corpore humano includeretur, & per sæcula veluti de vase in vas transmigraret in altera muliebria corpora. Fuisse autem eam & in illa Helena, propter quam Troianum contractum est bellum. Transmigrantem autem eam de corpore in corpus, ex eo ut semper contumeliam sustinentem, in novissimis etiam in fornice prostitisse: & hanc esse perditam ovem; quapropter & ipsum venisse, uti eam assumeret primam, & liberaret eam á vinculis; hominibus autem salutem præstaret per suam Agnitionem.* Agnitionem dicebat (sive Sapientiam) quia è cerebro suo natam referebat: qua de causa *mystici Sacerdotes* (infit) *imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Iovis, & Selenæ in figuram Minervæ.* Iustin. *Apolog.* 2. inquit: *Samaritæ primarium eum Deum adorant, unà cum Helena quadam, quam appellant Primam Intelligentiam.* His subscribunt Cyrill. Ierosolym. *Cateches.* 6. Theodoret. lib. 1. *Hæretic. fabul.* Tertullian. *Apolog.* cap. 13. refertque Euseb. lib. 2. *Histor.* cap. 12. additque Nicetas lib. 4. *Orthodox.* cap. 1. contr. hæres. 21. *Helenam vocabat Primam Notionem.* Confer doctrinam Zarragæ cum huiuscemodi hæreseon sentina; distabuntque figura, quantum ovum ab ovo. Etiam in collationem adducenda Basilidis deliria. *Hic ut altius aliquid & verisimilius adinvenisse videatur* (subdit Iræneus ibid. *cap.* 23.) *ostendit Nun primó ab innato natum Patre: ab hoc autem natum Logum: deinde à Logo Phronesin; à Phronesi autem Sophiam & Dynamin: à Dymani autem & Sophia Virtutes & Principes & Angelos; quos & Primos vocat, & ab ijs primum cœlum factum: deinde ab horum derivatione alios item factos, aliud cœlum simile priori feciisse; & simili modo ex eorum derivatione cúm alij facti essent, antypi eis qui super eos essent, aliud tertium deformasse cœlum, & à tertio deorsum descendentium quartum: & deinceps secundum eum modum alteros & alteros Principes & Angelos factos esse dicunt, & cœlos CCCLXV. quapropter & tot dies habere annum, secundum ordinem Cœlorum.* Eadem invenies apud Tertullian. de *Præscription. adverss. Hæretic.* cap. 46. (refertque Euseb. *lib.* 4. *cap.* 7.) Vide Pamel. hic *num.* 304. Unde iocatur idem Tertullian. lib. 1. *Carmin. adverss. Marcion.* v. 163.

Tantos esse Deos Basiliden credere iussit,
Quantos & dies annus habet, tot denique mundos.

Mundos, ideſt, cœlos. Adi Epiphan. *Hæres.* 31. ubi nominatim enumerat. Hæc est religio Angelorum, in quam invehitur Doctor Gentium, dicens: *Nemo vos seducat volens*

Cassiodor.

Deliria Simonis Magi.

Iren.

Imago eius instar Iovis parturientis

Iustin.

Nicet.

Basilidis hæreticæ ineptiæ.

Iren.

Tertull.

Quænam dicatur Angelorum religio?

lens in humilitate & religione Angelorum. Ita & aliter delirat Zarraga ovo prognatus eodem. Nec lac lacti similius, imò veneno venenum. Dic modò vel meum, an hæc damnata ab Ecclesia. Ergo tibi consule. Vide. Megethius, Marcus, Droserius, Valens & Marinus hæretici, quos videris apud Originem in *Dialog.* de *Recta in Deum fide*, interprete N. Ioachimo Perionio, asserebant quam tu exhibes distinctionem inter Deum Iove & Numen, etsi alijs vocibus. Dicebant enim tria esse principia, scilicèt Deum bonum (quem *Iove* dicis) Deum opificem (quem *Numen* vocas) & Deum malum. Bonum præesse Christianis, Opificem Iudæis, Malum Gentibus. Opificem condidisse mundum, sed Bonum illo esse præstantiorem: Christumque non esse Opificis filium, & alias leges Christum, alias Opificem tulisse, quas Christus abrogavit. Confer mi homo, vide si hæc damnata sunt ab Ecclesia, & tibi consule. Coloss. 2. 18.

110 Olim à Philastrio in *Catalog. hæreseon*, dicta fuit terra, quæ à Deo in principio facta (quam vocat D. Thom. 1. *p. q.* 46. *art.* 3. materiam corporalem) non propriè terra, sed Hyle, quasi matrix omnium rerum. Sumpsit ex Platone in *Timæo*, ubi: *Fuit enim Hyle materia prima sine qualitate, & sine quantitate, sine colore, sine specie, sine loco, sine tempore, inter aliquam substantiam & nullam existens.* Quod quidem delirium sensu non ita impervio, exponit Grannuyse, lib. 8. de *Propr. rer.* cap. 1. Refutavimus, *Tom.* 1. *Taut.* 1. *à num.* 8. Hanc dementiam sopitam tot retrò sæculis, imò sepultam, è pulvere excitavit Zarraga, tertius de cœlo cadens Cato, spes altera Romæ: sed quia sic visa ab illo nimis nuda, rudis, indigestaque moles; ornavit floridè, coluit luculenter, ac insertavit politè, proferens, ut vidimus, *numer.* 92. *Spiritus-Sanctus in ipsius creata substantia* (pende *Ipsius creata substantia* ad supr. dicta, *num.* anteced.) *peculiariter omnia facit. Creavit omnia simul in Principio, primaque materia, ut suo ordine & tempore ex illa singula sigillatim faceret. Constituit principium efficientem & materialem, quod mystica illius censetur manus, qua omnia fiunt.* Ita in *Meridian.* scintill. 2. num. 1. & 3. Materia prima principium materiale, in confesso est apud omnes: verùm effectivum? Quis huc usque protulit? Quomodò principium efficiens, si dicis *Ex illa*? Quo pacto mystica Dei manus, si ex illa omnia? *Materia prima est primum subiectum, ex quo aliquid fit*, iuxta Aristotel. 1. *Physic.* text. 82. si *ex quo*, perperàm erit efficiens. Quis efficiens constituit subiectum? Inverterentur principia & causalitates. Quis materiæ primæ dedit agere efficienter, quùm Philosophi haud infimi subsellij, quia purè potentia, vel potentia merè passiva, negant actum entitativum? Vel illa efficit, vel non efficit? Si efficit, non est *ex qua*: si non efficit non est formata & completa substantia. Si efficit, non est informis: si non efficit, non est formata. Omne tulit punctum! Quia creata, erit principium materiale & efficiens, dum implicat principium efficiens & materiale? Si *ex qua*, non *per quam.* Quomodò illa prima materia erit *Quæ*, si *ex qua* tanquàm principio cuncta perfecta? Aliquid, ni fallor, invenit Zarraguinum acumen (sed non promit) inter primam materiam, & materiam primam.

Quid Hyle? Plat.

Simul principium efficiens & materiale.

Aristotel.

111 Hæccine tolerari quibant, quia hæreses in Philosophia; sed sustineri nequit, quod omnia ex illa & in illa Spiritus-Sanctus fecerit. Dixi *num.* 108. in operibus ad extra, opera Trinitatis indivisa. Astipulantur Theologi cum D. Thom. 1. *part. quæst.* 45. *art.* 6. constatque ex Eccli. 18. quod quidem testimonium sine reflexione à multis prætermittitur, cùm efficacissimum. *Qui vivit in æternum, creavit omnia simul.* Licet frequenter argumento hexaëmeri respondeatur, simul creata cuncta quoad substantiam, etsi non quoad species; haud arbitror de creaturis intelligendum ly *Simul*, sed de Creatore. Per attributionem sæpesæpiùs creatio dicitur de Patre: unde nos dicimus: *Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ*: verùm cùm simul non fecerit omnia, igitur constat *Genes.* 1. opus sex dierum; ly *Simul* intelligendum de Patre, qui simul cum duabus alijs personis omnia creaverit. Per attributionem etiam de filio dicimus: *Per quem omnia facta sunt*; in quantum habet eandem virtutem, sed ab illo, nimirùm, à Patre, qui principium, & non à principio, sicut filius. Similiter de Spiritu-Sancto, *quód omnia vivificet* creata à Patre per filium; quia habet eandem virtutem ab utroque. Vide D. Thom. loc. cit. ad 2. argument. Sic in corpore articuli dicit: *Creare non est proprium alicui personæ, sed commune toti Trinitati: sed tamen divinæ personæ secundum rationem suæ processionis habent causalitatem respectu creationis rerum.* Hinc Augustin. 12. *Confess.* cap. 7. exclamat: *Tu Domine, qui non es aliás aliud, & aliá aliter, sed idipsum & idipsum & idipsum: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omni-*

Eccli. 18. 1.

Non Spiritus-Sancti, sed totius Trinitatis est mundi creatio.

D. Thom.

Augustin.

Dionys. *Quo sensu singularum personarũ?* *omnipotens: in principio fecisti cœlum & terram una trinitas, & trina unitas.* Dionys. de *Divin. nomin.* cap. 1. infit: *Unitas unitatis unifica*, ita ut tota Trinitas cuncta crearet. Hæc de fide. Nova enim quædam infers Zarraga auribus nostris. Qua die audaciâ asseris solummodò Spiritum-Sanctum in ipsius creata substantia fecisse omnia? Quænam Spiritus-Sancti creata substantia? *Fecisti enim cœlum & terram non de te* (ait Augustin. loc. præf.) *nam esset æquale unigenito tuo, ac per hoc & tibi: & nullo modo iustum esset, ut æquale tibi esset, quod in te non esset: & aliud præter te non erat, unde faceres ea Deus.* Erubesce miser, vel abi ad corbos. Quomodo Deus ut Iove omnia simul creavit in illo principio, ex quo Numen; ut ex illo principio Numen suo ordine & tempore singula figillatim faceret? Iam Zarragæ præmium inadæquatum (etsi accisset) gyrgatus pro evacuatione sincipitis læsi: fortissimè utendum loris. *Quæramus ergo* (infit Augustin. de *Quinq. hæresib.* cap. 3. unde Zarraga uti aranea hausit de rosa venenum) *lapidem, quo percutiatur, ut percussus quassetur, quassatus comminuatur, comminutus in pulverem convertatur, conversus in pulverem compluatur, complutus seratur, satus faciat fructum, non qui igne consumatur, sed qui in horreo recondatur.*

Augustin. Idem.

Ioan. 1. 3. 112 Ne aliquid restet, quo cæspitet pravitas, dum audit de Filio Dei, Verboque Patris, *Omnia per ipsum facta sunt*, quasi fuisset instrumentum; genuine exponendum testimonium. Sicut de Spiritu-Sancto, qui quia minister Patris (uti dixit Macedonius) dissimilis, & non consubstantialis; ut vidimus, *num.* 106. sic dictum de Verbo, filio Dei ab Arianis, esse creaturam; per quam tanquam per instrumentum vivum Pater condiderit omnia. Ruffin. lib. 10. *Histor.* & Tripartit. *lib.* 1. à cap. 12. Augustin. de *Hæres.* cap. 58. Dictum ergo à Ioanne: *Omnia per ipsum facta sunt*; quia cùm omnia in sapientia Pater fecerit, & filius sit sapientia Patris; omnia in filio & per filium facta. In filio, *In principio creavit Deus cœlum & terram.* Per filium, *sine ipso factum est nihil.* Suarium consule 2. de *Trinitat.* cap. 4. num. 13. Filius Dei, Christus Dominus dicitur, 1. Cor. 1.24, *Dei virtus & sapientia*; ideſt, Patris: ideo *aptata sunt sæcula verbo Dei.* Hebr. 11.3. Filium *constituit* Pater *hæredem universorum, per quem fecit & sæcula.* Unde Augustin. 12. *Confess.* cap. 20. ait: *In principio fecit Deus cœlum & terram: ideſt, in Verbo suo sibi coæterno, fecit Deus intelligibilem atque sensibilem, vel spiritualem corporalemque creaturam.* Si accepisset aliam, quam habet Pater virtutem in creationem, posset dici filius instrumentum Patris, at cum eadem virtus numero in utroque sit; per illum Pater fecit omnia: ideſt, unà cum Patre, qui filij principium, in quo eadem virtus & omnipotentia. Ita Cyril. Alexandr. 5. *Thesaur.* cap. 3. Ly *Per* notans causam efficientem, non est appropriatum, sed proprium filij, quia ipse est principium de principio. Ita ex D. Thom, 1. *part. quæst.* 36. *art.* 3. & *quæst.* 39. *art.* 8. Aliam acceptionem præpositionis *Per*, præter dicta, *Tom.* 1. *Taut.* 3. *v.* 23. videbimus infr. n. 119.

Quomodò omnia in filio & per filium facta? Genes. 1. 1. Ioan. Augustin.

113 Ab Arianis cogitatum filium instrumentum Patris, quod refutatum à Ioanne dicente, *Omnia per ipsum facta sunt*: nam si per ipsum omnia facta, ipsum Verbum non est factum. Non potuit fieri per seipsum: ipsumque erat ante omnia per ipsum facta. *Quomodó enim erat* (infit Cyrillus Alexand. quo supr. cap. 5.) *si creatus est? Quomodò creandi virtutem habet, si creatus est? Quomodó creator omnium est ipse creatus?* Novam provinciam eiusdem furfuris invenit Zarraga. Dicam cum Ovveno lib. 2. *Epigram.* 191.

Cyr. Alex.

Ovven.

Antiquata viget novitas, renovata vetustas
Nascitur; & veteres nunc novitate placent.

Pende. *Spiritus-Sanctus in ipsius creata substantia peculiariter omnia facit.* Abstinere à censura precaris, cùm damnatum constet quicquid dicis in Macedonio ab Ecclesia? Quod de Spiritu-Sancto profers, de Verbo, filio Dei dixerunt Ariani. Instrumentum Dei vivum signas Spiritum-Sanctum, Deum simul & creaturam, per quem & ex qua omnia facta: igitur illa ipsius creata substantia, divinæ hypostasi unita, constituta est in Numen, quod omnia fecit. Hæreticè prisci dixerunt, ut refert D. Thom. 1. *part. quæst.* 8. *art.* 3. in corp. Quòd *Deus immediatè creavit primas creaturas, & illæ creaverunt alias.* Abstinebimus à censura? Nolumus catholici, dum claret tuus error peior priore: statuis enim Deum Iove creasse substantiam illam chimericam, Spiritui-Sancto hypostaticè unitam, ex quo toto Numen: quod ex illa prima creatura & cum illa non creavit, sed fecit, quæ videntur & non videntur in cosmopœio; ita ut nihil reliquerit filio Dei, Verbo Patris, per quod facta sunt omnia: omnia enim Spiritus-Sanctus peculiariter facit in ipsius creata substantia. Hæc est lux, quam protestaris afferre

D. Thom. *Minimè Spiritus-Sanctus facit in substantia creata.*

Pa-

Patribus, etsi aliquando contraria videaris dicere? Expunge *Videaris.* O insignis facula! Mi homo suspicios est modestia cum impudentia omninò inverecunda. Mirificus in his quæ cogitasti (si cogitasti) parrhesiastes appares, & nugivendulus. Adiatrephia rutilat, quæ Caligulæ encomium (Sueton.in eo,*cap.*29.)& rationali propudium. Felix sæculum, in quo ferale semen cecidit, quia non in corda. Perversa locutus non abduces discipulos post te. Non es stultus factus a scientia, sed à vesania.

114 Bona verba, dices: dico. Respondeo cum Bernardo *Epist.* 192. *Eum non ego accuso: est, qui eum accusat liber suus, in quo sibi malè complacuit. Profanas vocum novitates inducit, & sensuum, disputans de fide contra fidem: verbis legis legem impugnat. Nihil videt per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem omnia intuetur* (scrutatur etiam profunda Dei) *ambulans in magnis & mirabilibus super se. Melius illi erat, si seipsum cognosceret, nec egrederetur mensuram suam, sed saperet ad sobrietatem.* Consilium est etiam Augustini, 12. *Civit.* cap.15. ubi: *Videant, á quibus quæstionum periculis debeant temperare, neque ad omnia se idoneos arbitrentur. Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem; sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei.* Fidem catholicam habes, utere: igitur in tuo enthusiasmo haud profers candida verba, sed alba dithyrambico intellectu. Tuo enim debacchanti sensui aptas Scripturas; cùm ius sit, Scripturis sanctis subijcere sensum, & redigere intellectum in captivitatem, & omnem intellectum in obsequium Christi, eiusque fidei. *Philosophiam vestram* (dicebant Machabæi apud Iosephum, de *Imperio ration.*) *lex nostra condemnat, in qua tantó minus quis intelligit, quantò plus intelligere se credit.* Totus liber tuus scatet erroribus, sentina hæreseon, quin lineam habeat sine nævo, redolens *R* in tribus famosis idiomatibus. Latinè profertur *Er*: Græcè, *Rho*: Hebraicè, *Res.* Iunge, & invenies materiem operis Theöpolitici, datis Numini operationibus Theöhylicis; sicut in Christo designantur Theandricæ.

Bernard. *Liber Zarragæ scatet erroribus.* Augustin. Iosephus.

Non possum non vera loqui: si vera tacerì
Fortè velis, levibus me parce lacessere dictis.
Optimum consilium præstare, lacessere non est.

Mantuan.

115 Modum interpretandi Scripturas audi, ut gaudeas modo & careas errore. In hoccine munus opus est Theölogia Scholastica, quæ nihil aliud, quàm divinarum Scripturarum notitia; recepto, quem Ecclesia approbat, sensu, non spretis orthodoxorum DD. interpretationibus & censuris; ac interdùm aliarum disciplinarum non contempto suffragio. Hinc Tridentina Synodus, *session.* 4. *Ad coërcendá petulantia ingenia decernit, ut nemo suæ prudentiæ innixus in rebus fidei & morum, Sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, ipsam Scripturam interpretari audeat,*&c. Concordat textus in cap. *Hæresis*, & in cap. *Adam.* Vid. plures apud Barbosam,loc.cit. Ex huius decreti tenore abdicto, oriuntur hæreses. *Neque enim natæ sunt, & quædam dogmata peruersitatis, nisi dum Scripturæ bonæ intelliguntur non benè.* Augustin. Tract. 18. in *Ioann.* & Hieronym. in *Dialog.* contra Luciferianos: *Nunquám* (ait) *nos terreant, si de Scripturarum capitulis sibi videntur affirmare, quod dicunt: cùm & diabolus de Scriptura aliqua sit locutus.* Eadem Hilarius lib.11.de *Trinit.* Isidor.lib.8. *Originum*, cap.5. Origen.lib.3.de *Principijs*, Virgil. Afer,lib.2.*contra Eutychem.* Iræneus,præfat.lib.1. *Adverss. hæres.* Tertulian. de *Præscription.hæretic.*cap.39. Vincent.Lirinens.1. *Commonitorij*,cap.1.& 11. Epiphan.Diacon. in *Synodi VII.*action.6 Gregor.Magn.lib.3.in *Iob.* cap. 14. Sic ergo mi homo, ne transgrediaris terminos, quos posuerunt Patres tui. Ne feceris, audi Gillebert. serm.4. in *Cant.*num.2. *Bonus* (inquit) *iste circuitus, in quo mens rationis ductu perveſtigando procedit; sed á fide non recedit instructa á fide, & restricta ad fidem. Erronea planè, si non cuncta ad eius referat examen, & citum rationis incessum ad fidei maturitatem castiget. Bonus circuitus, ubi iustitia Dei revelatur de fide in fidem.* Resipias ergo, & ne dicas ex Scripturis contra Scripturas, Numen esse substantiam creatam hypostasi Spiritus-Sancti unitam; sicut eodem furore Parisijs, ann. 1666. pro ostentatione acuminis programma innotuit asserens: *Dæmonum pœnam oriri ex eo, quòd per unionem hypostaticam diabolus factus est ignis, & ignis diabolus.* At quo fulcro? Quia scriptum, Ps.139.11. *Cadent super eos carbones: in ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent.* Risus obortus pro plausu. Vide Ioann. Launoium,*p.*5. *Epist.*4. Alia multa digna indignatione promit bonus Zarraga; sed levi, parcàque manu præfata præstrinxi, quoniam brevis stylus in Tautologiarum expositione: nihilominùs tamen, si occurrerint, digladiabimur.

Quid sit theologia scholastica?

Concil. Trid.

Modus interpretandi Scripturas Augustin. Hieronym.

Gillebert.

Thesis hæretica de dæmonum pœna.

Mis-

116 Missis quæ ridiculè fuerunt excogitata, etiam restat ante Tautologiarum expositionem alia Origenis repellenda cogitatio: nimirùm Angelos longè ante mundum fuisse creatos. Ita in *Isai.* homil. 4. & in *Matth.* Tract. 9. Multi illius cogitationem secuti sunt ex SS. PP. Gregor. Nazianz. *Orat.* 38. & 42. Basilius homil. 1. in *Exaëm.* Damasc. lib. 2. de *Fide Orthod.* cap. 3. Anastas. Sinait. in *Exaëmer.* lib. 1. Chrysost. homil. 22. in *Genes.* & lib. 1. de *Provident.* Ex Latinis PP. Hieronym. in *Epist.* ad Titum, cap. 1. 2. super illa verba: *Ante tempora sæcularia.* Ambros. lib. in *Exaëmer.* cap. 5. Hilarius, lib. 12. de *Trinit.* Clemens Pap. lib. 8. *Constit.* cap. 12. Auctoritates prætermitto apud illos videndas; sed non possum Augustini vivaciter loquentis in hac suppositione. *Hæc est domus tua* (ait in *Meditat.* cap. 19. inculcatque lib. 12. *Confess.* cap. 15.) *Deus non terrena, neque ulla cœlesti mole corporea, sed spiritualis & particeps æternitatis, quia sine labe manet in æternum. Nec tamen tibi Deo coæterna, quia non sine initio facta est: Prior quippe omnium creata est Sapientia. Non utique illa Sapientia Patri Deo planè coæterna, & coæqualis, per quam creata sunt omnia, & in quo principio factum est cœlum & terra; sed profectò Sapientia, quæ creata est spiritualis natura: scilicèt, quæ contemplatione luminis lumen est. Dicitur enim ipsa, quanvis creata, Sapientia; sed quantum distat inter lumen illuminans, & lumen quod illuminatur, tantum differt inter te, summam Sapientiam, quæ es creans, & istam quæ creata est.* Nihil mirum: vigebat tunc opinio. Contrarium iam œcumenicè sanctum in Concil. Lateranens. & constat ex Decretali præf. n. 93. probatque Ferrara, 2. *Contr. Gent.* cap. 83. *Neque per hoc fit iniuria antiquioribus Patribus* (subdit Suarius lib. 1. de *Angelis*, cap. 3. n. 15.) *quia illis temporibus res erat magis controversa, minusque declarata.* Unde Augustin. 11. *Civit.* cap. 32. postquàm præmisit ante mundum factos Angelos, subdit: *Proinde ut volet unusquisque accipiat, quod ita profundum est, ut ad exercitationem legentium, à fidei regula non aberrantes plures possit generare sententias.* Ita D. Thom. 1. *p. q.* 61. *art.* 3. huiusmodi sententiam non dicit erroneam: verùm post Concil. Lateran. contra illam non sentire temerarium est; ut ait Suar. quò dudùm, Bannez in loc. D. Thom. & Valentia, *Tom.* 1. *q.* 12. punct. 2. Videat nunc Zarraga qua fronte, *Vespert.* scintil. 2. n. 3. promat: *Quoad creationem Angelica & mundana creatura simul in principio producuntur* (*in principio*, idest, in prima substantia Spiritu-Sancto personata) *etsi quoad facturam Angeli præcedant actualem mundi constitutionem.* Adhuc effutit.

Angeli non fuerunt creati ante temporis principium.

Augustin.

Suar.

Augustin.

117 Clarebit modò, quàm devia à veritate superiùs dicta, veritate seorsim exposità. Aliqui intelligunt, ut diximus, *num.* 87. testimonia Eccli. & Salomonis de Sapientia creata, increata, notionali, & incarnata; quia ibi expressa simul singulis convenire non possunt. Testimonia ergo Tautologiarum, de quibus agendum, arbitror de nulla, nisi de Sapientia personali incarnata, intelligi debere; uti constabit: pro quo notandus ordo decretorum Dei ab æterno, ut faceret *opus suum*, *peregrinum* ab eo, scilicèt Verbi incarnationem. *Suum*, quia in illo Filij Dei persona: *Peregrinum*, quippe omnino extranea humana natura ab illo terminanda. Deus ergo in se erat, uti à se (latè egi, *Tom.* 3. *T.* 6.) unus Deus in substantia, atque trinus in personis propter emanationem ad intra, Pater, scilicèt, & Filius, & Spiritus-Sanctus. Pater ingenitus, Filius genitus, Spiritus-Sanctus ab utroque procedens, ex unitate substantiæ circuminsessionem, idest, mutuam existentiam unius personæ in alia habentes; cùm unaquæque persona sit ipsa essentia, & essentia sit in omnibus & singulis personis. At cùm esset ipsa summa bonitas, decrevit liberè communicare operationibus ad extra, suas perfectiones modo communicabili, in exaltationem suæ maiestatis & extrinsecam gloriam, ostentatione & ostensione interminabilis, æternæque magnitudinis; disponens simul ordinem operationum in communicatione perfectionum illius. Unde ut eximium, primum & primarium opus, decrevit assumptionem humanitatis in Deum, nimirùm in Verbum, cuius hypostasæ Christi humanitas subsisteret. Zarraga, *Vespert.* scint. 1. num. 3. Ita desipit contra communem PP. atque Theologorum placitum. *Numinis creata substantia in ipsomet instanti desponsationis eius ad Entitatis Coniugis hypostasim, cordis Verbum peperit, antequàm superveniret in Mariam, & ex utero in uterum parturiret Christi humanitatem, de Spiritu-Sancto conceptam.* Caruit proculdubiò cœnâ, dum vigil habuit huiusmodi insomnia. Abstineamus à censura. Non ab æterno decreta incarnatio, sed ab instanti creationis substantiæ, ornatæ Spiritus-Sancti hypostasæ? exercebatur profectò Numen in Verbi hypostasim, dum fuit assumpta hypostaticè materia prima à Spiritu-Sancto pro nova scena embolij Zarraguini.

Isai. 28. 21.

Ordo decretorum Dei pro Verbi incarnatione.

Ergo

118 Ergo seriò. Incarnatio Verbi divini dicitur Dei opus primarium; quippequàm communicatà ad intra divinitate per Verbi productionem & processionem Spiritus-Sancti; nihil ultrà, quàm communicatio substantialis divinitatis ad extra per unionem hypostaticam, qua duplex natura, divina nempè & humana, unaque persona in Christo existeret. Tuncque, cùm ordo executionis ordinem manifestet intentionis; decreta fuit mater Christi futura in natura humana, nimirùm Virgo Maria (de quo egimus, *Tom.* 1. *Taut.* 3. *D.* 12. *á n.* 24.) simulque natura Angelica & humana. Humana, ex qua Christus, ad cuius similitudinem formam primi hominis condendi acciperet, qui uti Filius in forma Dei erat; ut esset primogenitus in multis fratribus, qui finis huius naturæ productionis: igitur etsi inventus ut homo in fine temporum; Deus decrevit homines condere, ac prædestinavit conformes fieri imagini Filij sui. Iccircò dicitur, Isai. 41. 4-44. 6-48. 12. *Primus & novissimus ego sum.* Idem *Apoc.* 1. 17-22. 13. Angelica, præter gloriam Dei, condi decreta, ut Christus (& similiter Virgo-Mater, quia facta unio hypostatica interventione Mariæ) haberet populum ad obsequium, ad nutum servientem; ita ut non solùm Christus esset *caput supra omnem* (ex hominibus) *Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, plenitudo eius*; ut dicitur, Ephes. 1. 22. sed etiam *Caput omnis principatus & potestatis*: Coloss. 2. 10. Unde meritis Christi Angelis concessa, vel in primo instanti creationis gratia, pòstque fidelibus confirmatio & gloria; ut Angelorum & hominum Christus agnosceretur Salvator: horum ab incarnatione; illorum, *ab initio creaturæ.* Ita Bernard. serm. 1. de *Circuncis.* n. 2. Hinc dicitur Christus *ante luciferum* genitus, & *Teccum principium in splendoribus sanctorum.* Principium ergo fuit Christus splendorum naturæ Angelicæ & humanæ, quæ propter Christum sunt conditæ, dum prædestinatus Filius Dei secundum spiritus sanctificationem, & ante omnia, quod significat ly *Ante luciferum*: *Quasi Pater* (subdit hic Genebrard.) *prius cogitaverit de edendo in lucem corpoream Filio, quàm de reliquis rebus procreandis.* Alia, *num.* 124. Simul etiam locus decretus, quo Verbum caro factum cum hominibus conversaretur: hinc sancta creatio totius Cosmopœij, sive macrocosmi, qui sub nomine Cœli & Terræ describitur, *Genes.* 1. Cœlum itaque ornandum stellis & Planetis, Terra omnigeno ornatu culta, cum alijs elementis, constituto Christo universorum hærede, propter quem Deus fecit & sæcula: igitur Christus *imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt universa in cœlis & in terra: visibilia & invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates; omnia per ipsum & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.*

119 Modò intelligitur singulariter illud: *Omnia per ipsum facta sunt. Per* non semper signat causam efficientem, sed aliquando finalem. Constat, Hebr. 1. 2. *Per quem fecit & sæcula*: idest, propter quem. Quo sensu Raphaël, Tob. 12. 18. dixit: *Cùm essem vobiscum, per voluntatem Dei eram.* Apocal. 4. 11. *Propter voluntatem tuam erant & creata sunt*: ubi Græc. *Per voluntatem.* Usus etiam apud Profanos. Plaut. in *Captiv.* Act. 1. scen. 5. v. 32. *Qui per virtutem, non interit*: nimirùm propter virtutem. Propert. *lib.* 1. *Eleg.* 8. *v.* 31. & *lib.* 2. *Eleg.* 34. *v.* 49.

Illi charus ego, & per me charissima Roma
Nec tu tam duros per te patieris amores.

Tit. Liv. *lib.* 4. sect. 35. *Per secessionem plebis ludi facti.* Utriusque acceptionem amplexus est Cicero de *Amicitia*, subdens: *Carent amicitiá, per se & propter se expetenda.* Alapideque ad illud Pauli: *Omnia per ipsum & in ipso* (Græc. *in ipsum*) *creata*; infit) *Puta, ad ipsius gloriam.* Cùm ab æterno, in principio, idest, in Patre sine principio esset Verbum (quod etiam Deus) sed faciendum caro; ut Verbum caro fieret, *omnia per ipsum facta sunt*: hoc est, propter ipsum. Ideo præcesit omnia, quasi Primogenitus omnis creaturæ: igitur priùs decreta Sapientia incarnata, quàm cuncta reliqua; quippe propter Christum cuncta. Siccine claret ly *Primogenita ante omnem creaturam.* Primogenita & ante, quia humanitas Christi (quæ creatura) hominis secundi, cœlestis vel in carne, ad cuius imaginem terrenus homo primus Adamus; prior decreta est. *Prior omnium creata est Sapientia*: idest, decreta creari, uti videbimus, *num.* 122. Sic dicitur: *Ego sum Alpha & Omega, principium & finis*, quasi rerum omnium summa: quo stylo & sensu loquuntur vel Ethnici. Theocrit. *Edyl.* 17. v. 3. *Ptholomæus inter primos & ultimus & medius. Hic enim præstantissimus virorum est.* Propert. *lib.* 1. Eleg. 12. v. 20. *Cynthia prima fuit: Cynthia finis erit.* & *lib.* 3. Eleg. 18. v. 21. *Huc omnes, huc primus & ultimus ordo.* Virgil. *Eclog.* 8. v. 11.

In operibus ad extra, sublimior unio hypostatica.

Apoc. 2. 17.

Maria decreta ab æterno mater Dei.

Bernard. Psal. 109. 3. *Natura Angelica & humana propter Christũ & Mariam.* Genebrard.

Coloss. 1. v. 15.

Ioann. 1. 3.

Per proPropter. Plaut.

Propert.

Liv. Cicer. Coloss. 1.

Omnia propter Christum.

Eccli. 24. 5.

Cap. 1. 4. Apoc. 1. 8.

Idem, principium & finis pro rerum summa.

A te principium: tibi desinet. Ovid. 14. *Metam.* fab. 16. *Tu primus & ultimus illi, solique tibi.* Eructavit cor Patris Verbum bonum. Dicam aptiùs, quàm Macrob. lib. 1. de *Somnio Scipion.* cap. 20. *Iure ergo Cor Cœli dicitur, per quem fiunt omnia, quæ divina ratione fieri videmus.* Iccircò addit Paulus, postquàm vocavit Primogenitum omnis creaturæ: *In ipso condita sunt universa in cœlis & in terra* &c. In ipso, tanquam in exemplari forma & idea, de quo diximus, *Tom.* 1. T. 3. n. 5. quia ratione hypostasis est consubstantialis *imago invisibilis Dei*: igitur omnia creata ad imitationem divinæ substantiæ, cuius filius est imago. Hinc *Omnia per ipsum & in ipso creata, & ipse ante omnes.* Non omnia in ipso imitativè, ni ante omnia esset: nec per ipsum creata, ideſt, propter ipsum; ni incarnatio Verbi Dei, qua incarnata notionalis Sapientia, esset omnium rerum visibilium ac invisibilium summa.

Macrob.

Colos. 1. 16

Vers. 15.

Incarnatio Verbi Dei summa rerum.

120 His prælibatis, intelligitur & in propositum, illud Baptistæ: *Hic erat, quem dixi* (Non primò protulit *Hic est*, sed *hic erat*; quia iam erat, quem præsentem demonstrabat, uti notavimus, *num.* 70.) *qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat.* Haud protulit, *Prius me*; sed *Prior me erat. Prior* ergo non significat tempus: aliàs esset formaliter Tautologia, siquidem si ante illum factus, perspicuum erat, priorem esse, quia prius factus: tuncque frivola esset sententia, *Ante me factus est, quia prior me erat*: q. d. Ante me fuit, quia ante me fuerat. *Prior* & *Ante* referenda sunt ad Christi dignitatem, ordinationemque divinam, qua constitutus est caput universorum, principiumque, ut dicitur, *Coloss.* 1. 18. Rex Angelorum & hominum ampliore dignitatis gradu, ac excellentiâ, quam Baptista: iste quippe tantum vox incarnati Verbi, prodromusque Solis Iustitiæ. *Ante me, non ad ordinem temporis, sed ad distantiam pertinet dignitatis*, infit Beda hic. Suffragatur Caietan. *Ante me* (inquit) *non significat temporis mensuram, qua factus est; sed significat terminum, ad quem terminatur factus est. Factus est anterior in ordine gratiæ secundum quod homo* (habes aliam solutionem argumenti Arianorum, de quo supr. num. 70.) *& hoc est secundum mysterium, quo declaratur, quòd Iesus secundum humanam naturam est factus anterior in ordine gratiæ, quàm Ioannes secundum dona gratiæ: & verè longè anterior factus est & gratiâ unionis personalis, & gratiâ capitali.* Sic enim plaudit Sirachus: *Sapientiam Dei præcedentem omnia. Prior omnium creata est*, & alia de quibus actutùm.

Ioan. 1. 15.

Christus caput universorum & principium & finis.

Beda.

Caietan.

Eccli. 1. 3. 4

121 In summam exaltationem, & dignitatem præ se fertur Sapientia incarnata: igitur ab æterno decretum, quod Christus ut homo subsisteret in persona Filij Dei; ita ut Deus esset homo & homo Deus. Adi D. Thom. 3. *part. quæst.* 24. *art.* 1. Ab æterno quidem illi destinata est gloria hæc, qua omnes præcelleret: quapropter dixit: *Clarifica me Pater apud temetipsum claritate quam habui, priusquàm mundus esset apud te*: etenim antequàm mundus fieret, clarificavit Pater, decernens filij incarnationem, & assumptionem humanitatis Christi ad hypostasim Verbi; propter quod (caro faciendum) decrevit etiam mundum facere, visibilia scilicèt & invisibilia, ut Christus prædestinatus ante omnia, esset super omnia: consummatoque in plenitudine temporis cœlestis missionis cursu, sederet ad dexteram maiestatis in excelsis, tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit. Quid novi dicet Zarraga? Aliquid sanè novum & simul putidum. Substantia illa Spiritus-Sancti hypostasi subarrhata, quia *manus Dei Christum coronat, cuius humanitati omnis potestas in cœlo & in terra conceditur, dum caput instruitur, & ad dextram creatæ Numinis substantiæ collocatur: stat enim á dextris virtutis Dei.* Quàm decorè sedebit! Quanta maiestas! Ubi thronus huiusce petulcæ tripudiantis substantiæ? Profectò, nullibi, tanquàm in loco. Christus ergo constitutus est omnium prior, antequàm per illum Deus quicquam faceret à principio: & hæc est claritas, quam antequàm mundus esset, habuit ab æterno, non actu, sed in decreto Incarnationis, quod secutum est decretum creationis mundi, uti astruximus, *numer.* 118. Claritas verò, quam habuit postquam opus consummavit, quod dedit Pater ut faceret; est sedere à dextris virtutis Dei, qua phrase exprimitur summus honor. Christo est duplex natura, humana scilicèt & divina. Ut filius Dei dicitur sedere ad dexteram Patris, quia habet gloriam & honorem uti Deus & Patri consubstantialis, ut cogitat Damascen. lib. 4. de *Fid. orthod.* cap. 2. Ut homo, quia gaudet beatitudine ampliore cæteris creaturis, & regia sublimiore iudiciariâ potestate; ut inquit Augustin. lib. 2. de *Symbol.* cap. 7. De utroque agit D. Thom. 3. *p. q.* 58. Suar. ibid. *disput.* 58. *sect.* 4. & Alap. in Epist. ad *Coloss.* 3. 1.

Ioan. 17. 5.

Quomodò Christus clarificatus ante mundi constitutionem.

Vide num. 78.

Marc. 16. 19.

Quomodò postquàm in cœlum ascendit?

Eccli. 24. 14

122 Nec quia Sapientia incarnata, hoc ordine, dicit: *Ab initio & ante sæcula creata*

ta sum, intelligendum est ly *Creata* pro de nihilo produci; quod quidem falsum, cùm ipse filius sit, Patri coæternus. *Creare* & *facere* idem aliquando est in Scriptura, ac ordinare, prædestinare & decernere. Isai. 46. 11. *Creavi & faciam*: idest, decrevi, & fiet. Ibid. cap. 45. 6. *Creans tenebras: creans malum.* Hoc est, decernens mala, & supplicia: cùm tenebræ propriè creari nequeant, quippe lucis privatio, creatio accipienda est pro decreto immissionis tenebrarum. Psalm. 21. 32. *Populo, qui nascetur, quem fecit Dominus*: nempè, quem decrevit facere. 2. Tim. 1. 9. *Gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia*: nimirùm, quæ decreta dari. Sæpe Hebræi utuntur terminis realibus pro mentalibus, ut patet præf. testimonijs, & Ierem. 1. 10. *Ecce constitui te* (putà, decrevi constituere) *hodie super Gentes & super regna, ut evellas*, &c. scilicèt, ut annuncies evellenda, destruenda, disperdenda, & dissipanda regna, novaque plantanda & ædificanda. Non aliter in Tautologijs præsent. *Ante me factus, quia prior me erat*: ideſt, ante me prædestinatus in ordine gratiæ, etsi ego ad existentiam tempore præcesserim, sicut secundus ille homo præcesit primum hominem Adamum. *Dominus possedit me* (Ambros. de *Interpel.* Iob, *Creavit*) *in initio viarum suarum.* Hoc est in initio condendarum rerum, decrevit me primam creare; ideſt, primogenitam ante omnem creaturam: sicque *ex ore Altissimi prodivi.* Ita intelligitur illud in quo Zarraga usquequaquè offendit: *Altissimus Creator ipse creavit illam in Spiritu Sancto.* Sapientia, nimirùm, incarnata creari prædestinata est: Christus Dominus, scilicèt, cuius humanitas in Spiritu Sancto, quia formata ab illo in & ex Virgine. Unde de Spiritu Sancto dicitur conceptus (dum Verbum caro factum) supernaturali, scilicèt, modo; etsi conceptione naturali: qua de causa plauditur Christus *homo de cœlo cœlestis*, tametsi de Virgine; quia *quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est.* Matth. 1. 20. Non à viro, licèt in fœmina conceptus, quia solummodò Spiritus Sancti virtute: sicut de Adamo dicitur, *Qui fuit Dei*, quia virtute Dei productus.

Termini realles pro mentalibus. Ioan. 1. 15. Prov. 8. 22. Eccli. 24. 5. Cap. 1. 9. *Quomodò Christus de Spiritu Sancto conceptus?* 1. Cor. 15. 47. Luc. 3. 38.

123 Obiter, sed in propositum luce novà donandum illustre testimonium, in quo Helvidius, Cerinthus, alijque hæreticè miserrimè cespitarunt: nimirùm. *Ioseph non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum*: quasi postquàm peperit cognovisset (ut illi delirabant) ex occasione fratrum, qui nominantur in Evangelio. Pro quo notandum, sæpe in Scriptura inveniri Enallagem, scilicèt, unum tempus pro alio. Daniel. 3. 49. *Angelus Domini descendit* (pro descenderat) *cum Azaria & socijs eius.* Matth. 28. 2. *Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens revolvit lapidem.* Genes. 2. 7. *Formavit igitur Dominus Deus hominem*: pro formaverat, sicut v. 8. *Plantaverat paradisum.* Similiter v. 9. *Produxit Dominus*, &c. ibid. cap. 21. 1. *Visitavit Dominus Saram*, pro visitaverat. Idem Exod. 4. 19. *Dixit Dominus* (pro dixerat) *ad Moysen*: *Vade & revertere in Ægyptum.* Sic alia plura obvia. Quare in præf. auctoritate Matthæi, *Non cognoscebat* accipiendum pro *Non cognoverat*: præteritum imperfectum pro plusquàm perfecto. Etiam observandum est, *Donec* etsi significet frequenter *Usquequò, Usque eó, Quousquè, Quando* & *Quandiú*; interdùm valet pro *Quanvis*. Plaut. in *Cistellar.* Act. 2. scen. 3. v. 69. *Non destiti instare, donec* (pro *quanvis*) *adiurat se anus.* Virgil. Eclog. 6. v. 85. & *Georg.* 4. v. 413.

Enallage. *Præteritum imperfectū pro plusquàm perfecto.* Plaut. Virgil.

Ille canit, pulsæ referunt ad sidera valles,
Cogere donec (quanvis) *oves stabulis, numerumque referre*
Iussit, & invito processit Vesper Olympo.
Donec (pro *etsi*) *talis erit mutato corpore, qualem*
Videris, incepto tegeret cum lumina somno.

Propertius eadem acceptione *lib.* 1. *Eleg.* 1. v. 5. ait amasse Cynthiam;

Donec me docuit castas odisse puellas.

Donec pro *Quamquàm*, sicut ibid. *Eleg.* 3. à v. 31. *Dormiebam ingrato*, quanvis;

Donec diversas percurrens Luna fenestras,
Compositos levibus radijs patefecit ocellos.

Propert. Idem.

Etiam in sacris inolevit usus. 1. Reg. 30. 4. *Planxerunt, donec* (pro *etiamsi*) *deficerent in eis lachrymæ.* 1. Esdr. 4. 21. *Urbs illa non ædificetur, donec* (pro *tametsi*) *si forté à me iussum fuerit.* Esth. 15. 11. *Rex sustentans eam ulnis suis, donec* (pro *etsi*) *rediret ad se, his verbis blandiebatur.* Iob 8. 21. *Deus non proijciet simplicem, nec porriget manum malignis; donec* (pro *licèt*) *impleatur risu os tuum.* Q. d. Quanvis rideas. Psalm. 56. 2. *In umbra alarum tuarum sperabo*, donec (pro *Quamquàm*) *transeat iniquitas.* Ezech. 24. 13. *Nec mandaveris priùs, donec* (pro *Quanvis*) *quiescere faciam indignationem meam in te.*

Donec, pro *Quanvis.*

Matth. 5. 18. *Donec transeat cœlum & terra, iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Primum *Donec* est hyperbolicum per epitasim. Q. d. ita firma omnia, ut vel minimum punctum legis non transeat in cassum, *donec*, quanvis quæ transire non possunt, cœlum & terra transirent. Prius illa deficient, quàm quæ signata in lege. Sic cap. 24. 35. *Cœlum & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt.* Eadem exaggeratione Psalm. 71. 7. de Christo dicitur: *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec* (quanvis) *auferatur Luna*: nimirùm, priùs evanescet Luna, & eius cursus, quàm deficiat tempore Salvatoris iustitia & abundantia pacis.

124 Sumptis ergo, ut probavimus, præterito imperfecto pro plusquàm perfecto, *Cognoscebat* pro *cognoverat*; & adverbio *Donec* pro *Quanvis*; quin vel cæcus possit offendere, clarescit genuinè sensus præfati difficilis testimonij. *Ioseph*, scilicèt, *non cognoverat eam quanvis peperit filium primogenitum.* Si fœmina parit, profectò cognita à viro: cæterùm Maria peperit filium, & vir non cognoverat eam. *Christi autem generatio sic erat: Cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph; antequàm convenirent, inventa est, in utero habens de Spiritu-Sancto.* Hinc meditanter de hoccine mirifico opere dixit Pater: *Ex utero ante Luciferum genui te.* Uti Verbum, ex ore Altissimi (idest, intellectu, quia dicendo genuit Pater) prodivit. Ut caro factum, ex utero Virginis tantùm, hoc est, sine semine viri: quod decrevit ante Luciferum, initium viarum Domini, nimirùm, ante omnem creaturam, ut à cunctis uti Dominus adoraretur, & in nomine Iesu flecteretur omne genu cœlestium, terrestrium & infernorum: etenim ut dicit per Isaiam: *Mihi curvabitur omne genu, & iuravit omnis lingua.*

Partus Virginis Matris non ex viro.

Ibid. v. 18.

Psal. 109. 6.

Isai. 45. 24.

125 Modò rutilant Tautologiæ. *Creator omnium & qui creavit me.* Propriissimè in meditatum Opus Incarnationis, qua natura humana subsistit divina Filij Dei hypostasi, diciturque Deus huius operis Creator, estò Creator omnium; ut clareret, quòd licèt creata illa humanitas assumpta à Verbo, excellentior præstantissimè extitit cunctis creatis. Seorsim exponitur in sacra pagina, etsi comprehendatur in ratione communi, quod eminenter excedit. Auctor. 1. 14. *Cum mulieribus, & matre Iesu.* Marc. 16. 7. *Dicite discipulis eius & Petro.* 1. Cor. 9. 5. *Cæteri Apostoli, & Cephas.* 3. Reg. 1. 35. *Illi præcipiam, ut sit dux super Israël & super Iudam.* Ierem. 21. 7. *In manu Nabuchodonosor & in manu inimicorum.* Eodem stylo, Psalm. 17. 1. *De manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul.* Apud Virgil. passim: 1. *Æneid.* v. 34. & 3. v. 87. *Reliquias Danaum, atque immitis Achilli.* lib. 2. v. 7. *Dolopumve, aut duri miles Ulyssei.* Nonnunquàm peculiaris rei memoria ex aliarum comparatione aliquid eximium in suo genere exprimit. Quo intelliguntur plura sacræ paginæ testimonia. Proverb. 6. 16. *Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur anima mea*, &c. nimirùm, intelligendum illud *Et* pro *Magis.* Vel per comparativum, q. d. sed septimum detestabilius. Sic lucent illa, cap. 30. 15. *Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquàm dicit, Sufficit.* Idest, quartum magis. Vers. 18. *Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitùs ignoro.* Vers. 21. *Per tria movetur terra, & quartum non potest sustinere.* Vers. 29. *Tria sunt, quæ benè gradiuntur; & quartum quod incedit feliciter.* Eccli. 26. 5. *A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit.* Sic exponendus Amos, cap. 1. 3. 6. 11. 13. & cap. 2. 1. 4. 6. ubi: *Super tribus sceleribus & super quatuor*, idest super quartum (cardinali numero pro ordinali, ut suprà) aliàs essent tria & quatuor septem, uti cogitat Vatablus cum Poëta, 1. *Æneid.* v. 98. *O terque, quaterque beati.* Sensus ergo est, Super tribus sceleribus irascor, plus super quartum, quippe non parcam. Subintelligitur nota comparationis, ut apud Theocritum *Edyl.* 8. v. 56.

Quod eminet in genere, seorsim designatur.

Eccli. 24. 12

Virgil.

Et *pro* Magis.

Absolutum, relatis alijs, pro comparativo.

Arboribus hyemns terribile malum, aquis siccitas,
Avibus autem laqueus, feris silvestribus retia:
Homini autem virginis teneræ amor.

Theocrit.

Idest, viro maius malum amor virginis. Sic Virgil. *Eclog.* 3. à v. 81. alijs relatis ingeniosè succinit: *Nobis Amarillidis iræ. Mihi solus Amyntas.*

Virgil.

126 Quod præstat inter alia, pater seorsim ostendi. Haud aliter in præsentiarum, *Creator omnium & qui creavit me.* Deus creavit omnia, & me inter omnia; sed *Me*, quippe super omnia, utpotè propter me cuncta. Hinc *Primogenita omnis creaturæ, ante omnem creaturam, prior omnium, omnia precedens.* Eccli. 1. 4-24. 5. & Colos. 1. 15. 17. In hoc primogenitura, scilicèt, quod primum propositum voluntatis Dei: non quia ipse propter nos, sed nos propter ipsum. *Nam si propter nos factus est Filius, & non*

Eccli. 24. 12

pro-

propter Filium nos (ait Cyrill. Alexandr. 5.) *Thesaur.* cap. 3.) *erimus nos ipso multò præstantiores, quod absurdissimum est. Cur ergo gratiam etiam nobis non aget, qui propter non est? Erit etiam ipse sic gloria nostra, ut fœmina viri: Fœmina enim (inquit Paulus) gloria viri est. Non enim vir creatus est propter fœminam, sed fœmina propter virum.* Propter nos homines homo factus est, sed non est Dei filius propter nos homines; sed nos propter illum: ipseque dicitur in carne *Primogenitus omnis creaturæ*, quoniam decreta incarnatio ante omnia, ut illâ peractâ haberemus potestatem, filios Dei fieri; essetque ipse primogenitus in multis fratribus, modo primogenito conformes. Adam est primogenitus, imago & gloria Dei, ideſt, Dei glorioſa imago (per Hendiadym) sicut dicitur fœmina gloria viri, hoc est, imago glorioſa, quia in ea ostenditur viri gloria; siquidem ob illum facta. Finis sanè ille, propter quem producta: ipse verò gloria Dei, quia propter Deum productus est: at respectu aliarum rerum iurè primogenitus; quoniam cuncta propter hominem. Altior homo cœlestis, quàm terrenus: igitur si omnia propter terrenum; terrenus propter cœlestem. Adamus fuit generis initium: Christus principium: ideo ille primus homo, non primarius; quia primarius, utpotè cœlestis, secundus homo de cœlo. Initium Adamus, quia non prius quod spiritale, sed quod animale: deinde quod spiritale. Spiritalis ergo homo, qui Christus Dominus, Filius Dei, & etiam Virginis filius.

Cyr. Alex.

Hendiadys in Scriptur.

1. Cor. 11. 7.

Discrimen inter initiũ & principium.

Humana sub lege Deus, qui temporis expers
Principium de matre tulit, nec vile putavit
Maiestate potens, terreni sumere formam;

Arator.

Primarius in decreto æterno fuit. Hinc dicit, Ioann. 8. 25. *Ego principium, qui & loquor vobis*; ut qui imaginem initij terreni portatis, portetis imaginem principij cœlestis hominis, primogeniti omnis creaturæ.

127 Iam ergo in præfatæ autoritatis Hebraismum. *Creator omnium, & qui creavit me.* Frequenter igitur apud Hebræos, & Græcos repetitione eiusdem sententiæ, vel vocum geminatione usuvenit, res exprimere mirabiles, quæ haud facilè cogitatione comprehenduntur, ut est æternitas, quam duntaxàt concipimus adinstar longissimi & longissimi temporis, interminabilis durationis. 1. Tim. 1. 17. *In sæcula sæculorum*, & Epist. 2. cap. 1. 9. *Ante tempora sæcularia.* Psalm. 78. 13-84. 6-89. 1. *In generationem & generationem.* Psalm. 104. 8. *In mille generationes.* Psalm. 102. 17. *Ab æterno & usque in æternum.* Psalm. 9. divis. v. 16. *In æternum & in sæculum sæculi.* Aliquando terminis implicatorijs. Mich. 5. 2. *Ab initio, à diebus æternitatis.* Proverb. 8. 23. *Ab æterno, & ex antiquis.* Psal. 76. 6. *Dies antiquos, & annos æternos.* 2. Petr. 3. 18. *In diem æternitatis.* Phil. Biblic. Hebr. *Antiquit.* inquit: *Memor temporis, quod fuit ante sæcula: in tempore, quo non erat homo.* At de hoc agemus, *Tom.* 8. T. 9. Haccine phrase usus est Lucretius, lib. 3. de *Rer. natur.* v. 1077. *Temporis æterni*: & Otho Vænius, *Amor.* Emblem. 1. accinit:

Geminatione exprimitur, quod exprimi nequit.

Phil. Bibl.

Annulus hic, anguisque tibi curvatus in orbem,
Temporis æterni signa vetusta notant.

Lucret.

Otho Væn.

Sic ergo per epitasim, quippe futilis in entitatem etiam amplissima hyperbole; quæ exprimi non valet excellentia, regyratione sententiarum exprimitur: scilicèt, *Creator omnium, & qui creavit me: Primogenita ante omnem creaturam*: cùm palam sit, quod extiterit ante, si primogenita; & illa creata fuerit ab omnium Creatore. Ita Virgil. 2. *Æneid.* v. 40. & *lib.* 5. v. 491. *Primus ibi ante omnes*: & v. 833. *Princeps ante omnes.* Quod quidem, ut primatum singulariter ostenderet, expressit Sophocl. in *Aiac.* v. 384. de Iove dicens:

Virgil.

O Iupiter, progenitorum progenitor!

Sophocl.

128 Aliter possumus, nec sine fulcro interpretari Tautologias præfixas. Sæpe monui in sacris inveniri Exergasiam; ita ut &, quæ videtur particula copulativa, sit exegetica, exponens causalem. Vide dicta, *Tom.* 1. *Tautol.* 6. *num.* 38. & Tom. 3. Tautol. 8. num. 49. Sic *Tota pulchra es*, & (quia) *macula non est in te*: uti vidimus fusè supr, à *num.* 21. Aliter sumitur pro nota expositiva. Apocal. 4. 11. *Erant*, & (ideſt) *creata sunt.* Colos. 2. 8. *Per philosophiam* & (scilicèt) *inanem fallaciam.* Virgil. 10. *Æneid.* v. 698.

Exergasia.

Et *pro* Ideſt

Sed Latagum saxo, atque ingenti fragmine montis
Occupat os, faciemque adversam.

Virgil.

Atque pro *Nimirùm. Os, faciemque*, eodem tropo, pro *Ideſt.* Siccine, *Ab initio*, & (hoc est)

Eccli. 24. 14

eſt) *ante ſæcula.* Iacob 1. 4. *Perfecti*, & (ideſt) *integri.* Eccli. 24. 12. *Creator omnium* & (videlicet) *qui creavit me*: vel quia creavit me, propter quam omnia, ut vidimus & videbimus, *num.* 131.

Verſ. 5.

129 Aliter ergo exponendum, ubi non præfigitur &, uti in *Primogenita ante omnem creaturam*, etſi eodem ſenſu, per Zeuma, quia verba diſiuncta ſine nota diſtinctionis colliguntur: quæ quidem figura vocatur Aſyndeton, uti diximus, *Tom.* 3. *Tautol.* 8. *num.* 48. & hìc agemus, *Tautolog.* 4. *num.* 22. & 5. *num.* 26. Unde ſecunda periodus idem ſignat quod prima, alijs terminis, queis perfectè, liquidòque intelligitur quod primò prolatum appoſitione particulæ expoſitivæ, vel coniunctione: v. g. *Gratis* (ideſt) *ſine pecunia.* Exod. 21. 11. *Integri* (hoc eſt) *in nullo deficientes.* Iacob 1. 4. Similiter, 2. Reg. 23. 4. *Lux auroræ, oriente Sole.* Coloſſ. 1. 18. *Ipſe eſt caput Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus.* Agg. 1. 13. *Nuncius Domini, de nuncijs Domini.* Ita alia. Haud ſecùs interpretanda teſtimonia Tautologica præſentia. *Primogenita* (ideſt) *ante omnem creaturam. Ab initio* (ideſt) *á diebus æternitatis. Ab initio viarum ſuarum* (nimirum) *antequàm quicquam faceret á principio.* Suffragantur ſtylo Biblico Ethnici. Virgil. 4. *Æneid.* v. 511.

Zeuma & Aſyndeton.

Tergeminamque Hecatem (ideſt) *tria virginis ora Dianæ.*

Virgil.

Idem *lib.* 9. v. 37. Vide pulchra apud La-Zerd. hic. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 21. v. 11. *Nunc agite, propellite in æquora navem.* Ovid. 2. *Metam.* fab. ult.

Nullæ in fronte minæ, nec formidabile Numen:

Ovid.

Pacem vultus habet.

Et *lib.* 10. fab. 8. *Sine coniuge cœlebs.* Terent. in *Phorm.* Act. 5. ſcen. 8. v. 30. *Mortem obijt, é medio abijt.* Marc. Senec. *Suaſor.* 1. *Nihil ſtabile, omnia fluitare, incertis motibus modó attolli, modó deprimi.* Ex noſtris Baptiſt. Mantuan. *Eclog.* 7. v. 114. *Graditur quadrupes, nec ſuſpicit aſtra.* Ioann. Mell. Souſa, lib. 5. de *Incarnat.* v. 143.

Senec. Mantuan.

Sponte ſuá patuere aditus, nil obſtat eunti.

Souſa.

Favent & Græci. Homer. 5. *Iliad.* v. 193. *Currus recèns compacti, nuper facti.* Theocrit. Edyl. 1. v. 28. *Poculum nuper factum, adhuc ſculpturam redolens,* Sophocl. in *Aiac.* v. 972. *Abi, coronare, collabora.* Ariſtophan. in *Pluto,* Act. 3. ſcen. 1. v. 7. *Ite, properate, currite: nullus morandi locus.* Denique Euripid. in *Phœniſſ.* v. 1591. *Priuſquàm venirem in lucem nondum natus.* Satis næ videtur aſtructa figura in delicationem Pleonaſmorum.

130 Primogenita ante omnem creaturam dicitur Sapientia, quæ ex ore, ſeu mente Altiſsimi prodivit. Hanc dixerunt Ethnici Minervam, natam ex capite Iovis, & ſine matre.

Ovid.

——*De capitis fertur ſine matre paterni*
Vertice cum clypeo proſiluiſſe ſuo.

Minerva ex capite Iovis.

Ut ſuccinit Ovid. 3. *Faſtor.* v. 835. & Lucan. 9. *Pharſal.* v. 350. *Patrio quæ vertice nata.* Leviter tangam, quippe fuſiùs in *Ephemer.* d. 19. Mart. Plutarch. de *Iſide & Oſiride*, Mythologiam explanans, ſcitè deſipit. *Ens enim* (ait) *intelligibile & bonum eſt interitu & mutatione validius. Aliquas autem ex eo ſenſibile corpus exprimit imagines, rationeſque & ſpecies & affinitates recipit. Nam dum adhuc tenerentur in utero Rheæ Dij; editus ex Iſide & Oſiride partus ſignificat, priuſquàm in lucem hic mundus prodiret, & eſſet conſummatus; à ratione materiam deprehendi naturà per ſe rudem, primam fudiſſe genituram. Iſis natura fœmina, & omnis capax fœturæ, Millenominis eſt nuncupata; quod omnes á ratione converſa formas & ſpecies accipiat. Quibus Copti* (ideſt Ægyptij) *docent concinnatam á ratione univerſitatem, ex diſſonis concinentem partibus eſſe effectam.* Aptiùs Chartar. de *Imag. Deor.* in *Minerva*, ſubdit fol. 240. *Intelligenti animi virtus in cerebro ſedet, ac á divina mente, quam Iupiter adumbrat, tota promanat; omnis enim ſapientia á Deo, & ab ore Altiſsimi procedit: non autem ortum ab inferioribus trahit, quæ per Iunonem repræſentantur.* Aptiſsimè Copti Minervam plaudentes Iſidem, apud Anonymum in *Mythолog.* Natal. Comit. Ibi *Obſervat.* 14. ſubditur: *Iſidem Ægyptij ardentiſsimo cultu proſecuti ſunt. Inſtitutum hunc cultum arbitror ex tenui (ut ita dicam) aura famæ, quæ fuit reliqua de muliere paritura filium, generis humani redemptionem: ſignificat Iſis, ſeu Iſcha virginem.* Veriora quæramus. Etſi cæcutiens, quaſi manu tentans de Deo (ſed aliò) dixit Ovid. 15. *Metam.* fab. 51.

Plutarch.

Quid ſignet?

Chartar.

Anonym.

Virgo abumbrata apud Ægyptios ſub Iſidis nota.

——*Inque futuri*
Temporis ætatem, venturorumque nepotum

Ovid.

Proſ-

Prospiciens prolem sancta de virgine natam.

131 Cuncta ergo, quæ de Sapientia incarnata diximus, appropriat Virgini-Matri, sive Deiparæ Catholica Ecclesia. Modò promam quo iure aptissimè appropriet. Maria igitur, ut sup. *num.* 118. notavimus, prædestinata fuit ab æterno mater Dei, ita ut si Christus non veniret, Virgo non esset futura. Prætermitto aliorum testimonia, Bernardi, scilicèt, homil. 1. super *Missus est.* Idiotæ, de *Beat. Virgin.* cap. 2. Anselm. de *Concept.* varijs in loc. sed audiendus Damascen. in *Virgin. Nativit.* Orat. 1. *Non enim tuiipsius causa progenita es, quocircá Deo vitam habebis, ob quem in vitam prodijsti: ut orbis universi saluti administram te præberes, atque antiquum Dei consilium, hoc est, incarnationis Verbi, ac nostræ deificationis per te impleretur.* Unde quia Christus futurus, Mariam Deus fore decrevit; ita ut in matrem Christi efficaciter eligeret, & in eam gratiam ac gloriam maternitati condecentem, destinaret. *Ego feci* (ait) *ut oriretur lumen indeficiens.* Eccli. 24. *6. Non fuit à filio disiuncta etiam in electione divina,* subdit Suarius in 3. part. *D. Thom.* quæst. 27. disp. 1. sect. 3. & de *Prædestin.* lib. 2. cap. 24. Ipsa enim possessa à Deo in initio viarum suarum, antequàm decreverit quicquam facere à principio. Electa fuit & prælecta. Ipsa iurè dicitur Primogenita ante omnem creaturam, quia prima pura creatura ante reliquas, ab initio & ante sæcula decreta creari, præcedens omnia. Succinit Gregor. Nazianzen. *Tragœd. de Christ. patient.* v. 2416.

Ni Christus veniret, Maria nõ fuisset.

Damasc. *Orbis salutis ministra*

Suar.

Ab æterno electa & prælecta.

Decrevit olim genitor, antequàm edita
Essem, vel isto quicquam in orbe viveret.

Electa est, & ita prælecta (ut verbis Chrysologi utar *serm.* 146.) *virginitate sponsa, fœcunditate mater: mater viri nescia, partus conscia. Aut quomodó non ante conceptum mater, quæ post partum virgo mater? Aut genitrix quando non, quæ sæculorum generavit auctorem, & principium dedit rebus?* Rupert. in Cantic. *lib.* 2. infit: *Antequàm fierent, bené* (filio) *cognita fueram: elegit me ante mundi constitutionem.* Hac de causa à Bernardo, serm. 2. in *Pentecost.* num. 4 dicitur: *Ad illam sicut ad medium, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium sæculorum respiciunt & qui in cœlo habitant, & qui in inferno, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Meritó in te respiciunt oculi totius creaturæ; quia in te, & per te, & de te benigna manus Omnipotentis, quicquid creaverat, recreavit.* Petr. Damian. serm. de *Annunt. Virgin.* infit: *Per ipsam, & in ipsa, & deipsa, & cum ipsa totum hoc faciendum decernitur.* Astipulatur Damasc. de *Dormition. Virgin.* Orat. 1. inquiens: *Omnium enim bonorum est initium & medium & finis.* Refert floridè quanta Cyrill. Alexand. homil. 6. contr. *Nestor.* Bernardinus Senensis, serm. 1. super *Salve Regina*, ait: *De hac, & ob hanc, & propter hanc totus mundus factus*: & serm. 51. de *Beat. Virgin.* cap. 4. *Tu ante omnem creaturam in mente Dei præordinata fuisti, ut Deum ipsum hominem procreares.* Andr. Cretens. in *Virgin. Assumpt.* subscribit: *Hæc est declaratio profundorum divinæ incomprehensibilitatis: hic est scopus, qui excogitatus est ante sæcula.* Sic alij PP. At quid mirum, si Rabbini suffragantur? Rabb. Hacados in illud Ierem. 33. 20. *Si irritum potest fieri pactum meum,* subdit: *Pactum meum: idest, si amore mei Iesu & Mariæ, diem & noctem, leges cœlo & terræ non possuissem; idest, mundum minimè creassem.* Rab. Onkelos, qui idem ac Aquila, in *Paraphras. Chald.* super Genes. 1. 1. promit: *Propter Sapientiam creavit Deus cœlum & terram: hoc est, amore intemeratæ Virginis, quæ est mundi sapientia, creavit Deus hunc mundum.* Ita quidem Deipara elucet electa ante omnem creaturam: & ut legit Tigurin. *Ante omnem rerum naturam.*

Chrysolog.

Rupert.

Bernard. *Negotium sæculorum initium, medium & finis.*

Petr. Dam. Ioan. Dam. Bernard. Senens.

And. Cret. *Speculum secretorum Dei.*

Rabb. Hacados.

OnKel.

Tigurin.

132 Aliter cogitat Damascenus, serm. 1. de *Nativit. Virgin.* scilicèt, primogenitam dici ante omnem creaturam Virginem-Matrem; quia priùs concepta gratia, quàm naturà. *Natura gratiæ fœtum antevertere minimé ausa est; verùm tantisper expectavit, dum gratia fructum suum produxisset.* Damascenі mens perspicuò explicanda. Priùs dicitur Maria in gratia, quàm in natura concepta; quia non priùs decreta natura humana, ex qua Maria: sed priùs Maria, atque pòst natura humana, cuius esset individuum mater Christi, cui hypostatica præordinata unio filij Dei. Unde postquàm præfinitum, quòd humanitas Christi subsisteret hypostasi Verbi, prædestinata fuit pura creatura, Maria, scilicèt, quæ mater hominis-Dei: cui profectò decrevit statim Deus varia in hoc ministerium singulare, singularia conferre charismata: cumulum videlicèt gratiæ & gloriæ; tuncque constituta fuit Theotocos caput Angelorum & hominum, excedens in huius decreti horologio decem lineas: quippequàm non solùm perfectionem

Damascen. *Quo pacto Virgo priùs concepta in gratia, quàm in natura?*

nem hominum ſuperavit ſed eminentiſsimos novem choros Angelorum. Adi Gregor. Magn. in 1. *Reg.* 1. 1. in Alegor. ſenſ. Quapropter etſi Sapientia incarnata primò fuit decreta, quia prior omnium, ab initio & ante ſæcula, uti primogenita ante omnem creaturam; etiam ab initio huius decreti, quod fuit ante ſæcula prima pura creatura, Virgo ſcilicèt Maria, præordinata fuit, ut Mater Dei eſſet, cùm veniret in tempore temporis plenitudo. Hæc igitur etſi poſt Chriſtum prædeſtinata, prima eſt; quia Chriſtus non eſt creatura (ut diximus à num. 55.) etſi habiturus humanitatem creandam. Maria propriè creatura ante omnem creaturam, quippe pura creatura. Aliò intentus expreſsit acumen Auſonius, *Epiſt.* 3. v. 24.

Quomodò Maria propriè creatura ante omnem creaturam?

Auſon.

Primum in ſecundis faſcibus:
Nam primus é cunctis erit
Conſul, ſecundus Principi.

Quando Deus præparabat cœlos aderat, quippe iam concepta erat. Aptè carmina Claudiani, *Epigram.* 3. à v. 79.

Claudian.

Quicquid erit cauſæ, quocunque remitteris ortu,
Non ſine conſilio currere certa fides.
Ille Pater rerum, qui ſæcula dividit aſtris,
Inter prima Poli te quoque ſacra dedit.

133 Maria utiquè plena gratiarum, imò ipſa plenitudo gratiæ, cui reſpondit prærogativa gloriæ ſingularis: igitur illam conſtituit Filius *ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem principatum & poteſtatem & virtutem & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro.* Innuit ſerm. 1. n. 4. de *Aſſumpt.* Bernard. *Quantum enim gratiæ in terris adepta eſt præ cæteris, tantùm in cœlis obtinet gloriæ ſingularis.* Conſule Hieronym. de *Virgin. Aſſumpt.* Chryſolog. *ſerm.* 142. Bonavent. in *Specul.* cap. 7. & Richard. Victorin. in *Cant.* cap. 2. Idea enim fuit omnium dotium naturæ & gratiæ hominum & Angelorum. *Intelligentia Angelica* (inquit Bonaventur. quò nuper, *cap.* 3.) *eſt famula, ſuper quam domina eius Maria innititur, tanquàm familiariſsima, ſe Angelis ſociando: innititur tanquàm pleniſsima, ſe cum ſua plenitudine Angelis communicando: innititur tanquàm potentiſsima Angelis imperando.* Bernardin. Senenſ. Serm. 61. cap. 6. *Omnes enim creaturæ, quemcunque gradum teneant in creatis, ſive ſpirituales, ut Angeli, ſive rationales, ut homines, omnia quæ ſunt in cœlo & in terra, gloriosæ Virgini ſunt ſubiecta.* Aſtipulatur Richard. ubi dudùm. *Utraque creaturá* (inſit) *potentior iudicatur Virgo Mater.* Angelicà ſcilicèt & humanà.

Ephes. 1. 20 21.

Bernard. *Virgo omnium charismatum idea.*

Bonavent.

Bernard. Senenſ.

Ricard. Victor.

Cuius honore ſacro Genitrix tranſcendit Olympum,
Et ſuper aſtrigeros erigit ora polos.

Venant.

Uti canit Venantius de *Partu Virgin.* v. 259. Sic enim ordinatum, & præordinatum, ut ipſa eſſet primogenita ante omnem creaturam, *cùm hominis ſola natura ſupra immortales ſpiritus exaltatur in Virgine.* Bernard. ibid. *ſerm.* 4. num. 1. Sapientia incarnata prior omnium.

Super omnia gloriâ & gratiâ. Bernard.

Inde Dei genitrix pia Virgo Maria coruſcat.

Venant.

134 Qui filium ſuo modo effinxit, & ſomnijs aptavit; etiam matrem obiter læſit Zarraguiſsimus bambalio, diſtinguens (ſubtiliter ſanè) inter generationem & conceptionem: aſſerens poſſe dici Virginem in peccato generatam, verùm in gratia conceptam. Præclaram rem! Audiamus enthuſiaſmum. *Non ergo conceptioni* (inquit, *Veſpert.* ſciat. ult. n. 6.) *ſed generationi concomitatur* (haud audiat verbi caſum rigidæ frontis Priſcianus, ne rideat Vala) *originale peccatum: quare ſi extraordinariá providentiá hominum aliquis abſque generatione conciperetur, ut Chriſtus, originale peccatum non contraheret: ſed regulariter, non abſolutè omnis homo in iniquitatibus concipitur: quia etſi decretum de contrahendo peccato originali abſolutè generationi adſcribatur; poteſt tamen adhuc ſuppoſito iſto decreto, extraordinariá potentiá aliquis in Adam peccare in inſtanti generationis, & nihilominùs in primo ſuæ conceptionis momento gratiæ reſtitui, & conſequenter concipi abſque peccati macula. Unde iſtius conceptio, non generatio, ſancta & immaculata poſſet ab Eccleſia diffiniri.* Facetè & feſtivè. Quorsùm hæc putida tendunt? Hucuſque nemo quæſivit, diſtinguens inter generationem & conceptionem: ſolummodò fuit diſputatio, an Virgo fuerit in propria perſona obnoxia peccato originali, vel tantùm in radice, ideſt, in ſemine & formatione fœtus toto tempore generationis uſque ad animationem. Agitur ergo de debito peccati, non de contractione peccati, quippe con-

Zarragæ impietas in Virginem.

conceptio præventa per gratiam. Vide Chatarin. de *Peccat. original.* cap. 1. & de *Conception.* ad Synod. Trident. p. 1. cap. 1. Pro quo eximius Suarius in *3. p. q. 27. art. 2. disp. 3. sect. 4.* ait: *Unde intelligitur, esse obnoxium peccato originali, prout natura antecedit ipsum peccatum, non esse culpam cùm illam naturæ ordine antecedat: nec reatum pœnæ, cùm hic culpam consequatur; sed solùm esse necessitatem quandam incurrendi culpam, vel impotentiam quandam vitandi huiusmodi culpam, nisi Deus eam impediat.* Zarraga igitur cuncta infarcit, glomerat, volvit, & replicat, ne intelligatur propositum: sed cuncta diluenda, ne sit pravitati effugium. Suar. *Quid sit esse obnoxium peccato originali.*

135 Generatio sumitur non pro motu in generationem, seu coniugum copulâ (per quam coniuges) qua ministratur materia generationi apta (Unde ille, *Matutin.* scintill. 7. n. 5. infit: *Fœmina in actuali corporea generatione coniux efficitur, & non mater*: quod fatemur, mater quidem non est, nisi filius sit) sed propriè prout est mutatio totius in totum, in qua est terminus *Qui*, & *Quo*. *Qui*, totum nimirùm compositum: *Quo*, forma totius compositi constitutiva: ita ut tunc verè dicatur in similitudinem naturæ homo genitus; quod nequit fieri, nisi humana sit caro: caroque humana non est, quin humana sit forma, scilicet, anima rationalis. Hoc est quod intelligitur á Philosophis propriè generatio. Copula sanè necessaria in conceptionem, sicut in generationem conceptio: igitur si fœmina, etiam suppositâ copulâ, non conciperet; generatio haudquaquam esset. Contra ingenium Zarragæ deblaterat, ibidem subdens: *Generatio igitur corporea efficitur in instanti conceptionem præcedente, in quo fœto* (pro fœtui) *infunditur á Numine rationalis spiritus.* Pende priùs pro consequentia doctrinæ Zarraguinæ, negantis à Numine aliquid creari; Deum creando infundere animam rationalem: si à Numine infunditur, non solùm ut Iove Deus, sed ut Numen etiam creat. In momento ergo (asserit) conceptionem præcedente fit fœtus generatio: ex quo deducit, cùm absolutè homo generetur in peccato, consequenter in peccato concipi; nisi extraordinariâ providentiâ illustretur gratiâ, ut contigit in Maria: qua de causa illa & omnes (uti proles ex illo & simul damnata, per quam peccaverat coniuge) in Adam peccaverunt, & originalem contraxerunt luem, illicò ut geniti: at Maria, etsi uti cæteri in generatione originis contraxit peccatum; quia gratiâ præventa, in conceptione non contraxit. Præclarum sanequàm cerebrum! Coluber è barathro, qui persecutus est mulierem Sole, Lunâ & stellis ornatam, isthæc cogitaret? Mirum, non dixisse animam Virginis etiam in conceptione originale contraxisse peccatum; non uti rationalis, sed ut vegetativa & sensitiva. Acumen quibat esse illius ingenij, imò genij. *Generatio non fit in instanti conceptionem præcedente.*

136 Generatio minimè fit in momento conceptionem antecedente. Invertit Zarraga generationis & conceptionis acceptionem, ut sub huiusmodi maligna atque fatua distinctione Virginis generationem comprehendat sub peccato originali. Fallitur, dum intendit decipere. Dum Maria dicitur concepta sine peccato originali, etiam labis huius immunis dicitur genita; quia generatio passiva idem est ac conceptio passiva. In hoc articulo non loquimur nisi de passiva generatione & conceptione Mariæ: si Mariæ, anima Mariæ iam erat forma corporis, ex quibus coniunctis Virgo: aliàs non diceretur Mariæ conceptio & generatio. Si non Mariæ, de quo quæstio? *Nec generatio fit, nec infunditur anima* (ait ille *Vespert.* scintil. 5. num. 4.) *nisi cùm necessarijs dispositionibus materia reperitur, & mulier in ultima dispositione ad conceptionem existit præparata. Homo in ipsomet generationis instanti animatus apparet.* Si generatio in qua infunditur anima præcedit conceptionem; homo habebit animam antequàm uti homo concipiatur. Quorsùm concipitur homo? Homo est, dum concipitur homo: si est in peccato, antequàm concipiatur; datur instans, quo verificari possit cum peccato, antequàm sit homo: quod negat ipse ibid. subdens: *Absque animæ infusione proles culpæ obnoxia non existit; sed homo in iniquitatibus concipitur.* Si in generatione, quæ conceptionem præcedit, & in qua infunditur anima, contrahitur peccatum originale; iam non in iniquitatibus concipitur homo: igitur in conceptione nequit iterùm contrahere quod in generatione præcedente illius conceptionem, contraxerat. Quomodò ergo nunc verum quod supr. asseritur, *Non conceptioni, sed generationi concomitatur originale peccatum*? Si conceptionis hominis est, non potest esse generationis præcedentis. Si generationi tribuitur, David clamat Psalm. 50. 7. *In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* *Maria non fuit in peccato genita.* *Nequit non esse idem, individui conceptio & generatio.* Psal. 50. 7.

137 Aliud est, in embryonem conceptio ex humano semine in utero fœminæ, & aliud conceptio ex embryone in hominem: quod quidem distinguitur à Philosophis nomine

Variæ acceptiones generationis. mine *Conceptionis* & *Conceptus*. Conceptio fœminæ est, quæ dicitur *Imprægnatio*: Conceptus dicitur animatus fœtus ex imprægnatione, qui priùs embryo, ante quàm speciei propriæ lineamina accipiat. Hanc distinctionem exhibuit Chrysostom. Homil. 65. in *Ioann.* dicens: *Quotidiè hoc videmus in generatione nostra: primùm enim corrumpi semen oportet, inde fieri generationem.* Eadem voce pro diversis utitur S. Doctor: primò pro imprægnatione fœminæ, secundò propriè pro fœtus animatione generationem accipit. Similiter Plato lib. 7. de *Republ.* seu de *Iusto*, inquit: *A generatione usque ad id, quod ens dicitur*: Dicitur ens generatione passivâ: & à generatione, idest, ab imprægnatione genitricis. Speusippus apud Diogen. Laërtium, de *Vitis Philosoph. & dogmatib.* lib. 4. describit usum vocis, signans generationem pro motu in essentiam individui, pro processu in essentiam, & pro acceptione essentiæ. Motus signat copulam, processus imprægnationem fœminæ, acceptio essentiæ fœtus animationem, in cuius instanti homo dicitur conceptus, quia tunc iam homo, individuum humanæ naturæ. Hæc est generatio, seu conceptio passiva: aliæ autem generationis acceptiones præsupponuntur, in quibus nihil quoad originale peccatum futuri fortè individui: tùm, quia in semine non est qualitas morbida, ex qua animæ futuræ morbus; nec peccatum originale contrahitur per actionem physicam, sed modò morali: tùm etiam quia peccatum originis, utpotè privatio iustitiæ originalis & gratiæ amicitiæque Dei, non insidet in corpore, sed in mente & animo, in quo gratia iustitiæ originalis residebat. Vide Anselm. de *conceptu Virginal.* lib. 1. cap. 22. & 26. cum seqq. Soto, lib. 1. de *Natur. & grat.* cap. 8. & 9. Azor *Tom.* 1. *Institution.* lib. 4. à cap. 26. & Suar. in 3. p. *D. Thom.* q. 27. disp. 3. à sect. 3.

Chrysost.

Propriè pro acceptione essentiæ.

Sine qua nequit esse peccatum originale.

138 Generatio itaque in primis acceptionibus non potest dici individui conceptio passiva; quippe tunc nullum, cùm non sit *Hoc*: *hoc*que nequit dici sine anima infusa in carne humana: caroque humana non est, quousque forma humana sit, etsi sit dispositio remota, decursu temporis proxima & proximior ad carnem humanam. Quapropter non est *Huius* passiva conceptio, cùm non sit de quo possit dici *Hic* (Adisis D. Thom. quò dudùm, *quæst. 6. art. 4. ad* 1.) ut videtur in abortu inanimi. Conceptio ex embryone in hoccine singulariter individuum, infusa animâ, dicitur propriè passiva conceptio, quæ eadem est ac passiva generatio, & iurè: tunc enim propriè est origo viventis à principio viventi coniuncto in similitudinem naturæ. Si origo viventis, sine anima esse non poterit; debet esse ens completum in sua specie, nimirùm suppositum: qua de causa excluditur à Philosophis, tanquàm non generata, substantia partialis per nutritionem acquisita. Nulla ergo intercedit distinctio inter huiusmodi conceptionem & generationem: etenim etsi generatio substantialis fiat successivè secundum prævias dispositiones, ut vidimus; secundum formam substantialem, tota simul & in instanti perficitur; quin detur instans generationis, atque aliud instans conceptionis: ita Philosophi apud Petr. Galtruch. in *Physic. partic.* p. 2. *tract.* 1. cap. 1.

Generatio & conceptio quoad formam substantialem, tota simul, & unico instanti.

139 Unde instituto articulo respondendum: vel in illa generatione Virginis conceptionem præveniente, erat forma, seu Mariæ anima, peccati gratiæve capax, vel non. Si non erat forma, Maria nec erat genita, nec concepta, quia non erat: non entis profectò non sunt passiones. Si erat, simul concepta & generata fuit Virgo; quin priùs esset anima infusa in Virginis generationem, & instanti sequenti in conceptionem eius; quare si concepta fuit sine originaria labe, etiam sine labe genita; quippe nequit concipi momentum, in quo aliquid sit & non sit. Erat utique terminorum implicatio, sicut quùm profert Zarraga: *Potest aliquis in Adam peccare in instanti generationis & nihilominùs in primo suæ conceptionis momento gratiæ restitui.* Vide quid dixeris. *Restitui?* Nemo restituitur nisi in habitum. Si in secundo instanti restituitur gratiæ, ergo habuit gratiam in primo: in primo, asseris, contrahi originale peccatum; ergo in primo instanti erat peccatum simul & gratia; ad quam restituitur in sequenti momento. Ex quo sequitur, Virginem in instanti generationis habuisse gratiam, & in eodem instanti quo habuit, amisisse contractione peccati originis; & in secundo sequenti scilicèt, conceptionis momento, recuperasse, & obtinuisse; quippequàm tunc Virgo restituta est gratiæ. Quid mihi homo? In profunda versutiæ demergeris, & non nisi in cachinnos appares.

Maria non solum concepta in gratia, sed genita in gratia.

140 Sed astruis Matris-Virginis dedecus, ex eo quòd filius eius, Christus Salvator fuit immunis ab originaria lue, quoniam in Virgine conceptus sine generatione; cùm generationem & non conceptionem comitetur peccatum originale Falleris. Chri-

stus

ſtus Dominus genitus fuit & conceptus à Virgine, etſi non generatione communi, ſed mirabili, non ex viro & muliere, ſed factus ex muliere, quia carnem non aliundè, ſed maternà traxit ex carne, cooperante in conceptione virtute Spiritus-Sancti, agentis infinitæ virtutis. Naturalis generatio fuit Chriſti in Virginis utero quoad ſubſtantiam & eſſentiam, unde vera Chriſti mater, etſi miraculoſa ex parte modi; tum propter unionem hypoſtaticam, tùm ratione cauſæ efficientis humanam generationem: quare Ambroſ. de *Incarnat. myſter.* cap. 5. ait: *Generatio generationi non præiudicat.* Vide Div. Thom. 3. *part. quæſt.* 32. *art.* 4. Suarium hìc & in *quæſt.* 35. diſp. 12. ſect. 1. Sic ergo Chriſtus dicitur conceptus de Spiritu-Sancto ex Maria Virgine, uti diximus, *num.* 87. & 122. Maria ergo concepta fuit modo communi, non generatione præcedente conceptionem; ſed conceptione feminis præcedente propriam paſsivam generationem, in qua infuſa corpori anima, materiâ diſpoſitâ, tuncque illa ſimul genita & concepta: concepta ſine peccato originali, & genita ſine peccato originali. Sic evaneſcunt delitia Zarragæ, quæ ille duntaxat excogitare quibat.

Chriſtus nō ſolùm conceptus à Virgine, ſed etiam genitus. Ambroſ.

——*Nunc actum eſt: caput inſanabile prorsùm,*
Ergo miſer vinclis dignus eſt, & baculo. Achil. Bocch.

141 In verſiones igitur calamo iam faſtidiſi lubrici cerebri laſſo, deſcendamus. *Fuit vir unus.* Pagnin. *Fuit Zuph Ephratæi.* Guarric. *Fuit vir quidam.* Syr. & Rom. *Fuit homo.* Bibl. Reg. *Fuit homo unus.* Chald. *Vir unus fuit.* Alij, *Vir ſingularis, inclytus, excellens, prædives, electus, nobilis*; uti vidimus in expoſitione: quæ nunc attinget mores, ut ſatagamus in virtutibus eſſe ſingulares & inſignes. Variet. lect.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurſ.

1. *Fuit vir unus*: Ideſt, ſingularis Chriſtus Dominus, quia Deus & homo unus eſt Chriſtus. Captivum erat genus humanum originali peccato, quouſque Deus fieret inter homines homo: diciturque qui unus, excellentia ſingularis, per libertatem hominibus conceſſam in ligno crucis: igitur ibi collocata noſtra gloria, ubi hominum ignominia.
2. *Fuit vir unus*: Ideſt, in cunctis ſuper cuncta ſingularis in demonſtrationibus amoris: ſiquidem ita homines diligit, pro quibus & vitam tradidit; ut flagrante cordis flamma, procedat continuò de officijs dilectionis maioribus in maiora.
3. *Fuit vir unus.* Hoc humanæ conditionis in Chriſto celſitas, ac in Virgine-matre extenta noſtra felicitas; igitur pro conferenda gloria, iam eſt unus & eſt una. Ita electa inter fœminas excellens præ omnibus, ſingularis chariſmatibus; ut emineat ampliùs perfectionis excellentia, ex eo quòd in perfectione perfectiore Virgo ſola.
4. *Fuit unus*, dicitur de Sponſo virginum Chriſto, quia *excellens.* Una erit ergo Sponſa, ſi Sponſus unus per cordium nexus, exceſſu amoris & ingenio charitatis, quo videtur unus & alter alter & unus. Unde ſi iam unum, & ille unus fide redamationis, & quia in ſtudio ſingularis fides; ius eſt, Sponſam celebrare ut unicam, propter amoris in Sponſum inſignioris excellentiam.
5. *Fuit unus*, Sponſus virginum. Una etiam Sponſa, ſed nequaquàm nominatur unus & una. Si eſſet unus & una, nulla profectò in amore vehementia. Unum pro exceſſu inter utriuſque amorem neceſſarium: nihilque dicitur de numero poſt nuptiarum contubernium; quia nec unus, nec una, qui iam per amorem unum.
6. *Fuit vir unus, ſingularis & electus.* Quomodò electus, ſi unus? Neceſſaria libertas, ut conſtet electionis auctoritas: diciturque unius electio, ubi dotes ſine numero; ut clareat quàm ſpectabilis ſine concurſu electionis: igitur nobilior libertas in electionem, modò dotes furripiant electuris libertatem.

DIDASCALIA I.

Ubi ſervitutis hominis infelicitas, inde pependit noſtra libertas.

1 INter Philoſophi Stoici Cordubenſ. ſingulares enthuſiaſmos, inſignis profectò eſt ille, quo aliud dixit, & aliud neſciens ſignavit. Unde lib. 3. de *Ira*, cap. 15. ait: *Vides illam arborem, brevem, retorridam, infelicem? Pendet inde libertas.* Seneca

Si bonum libertatis in ſummo, quoniam non bene pro toto libertas venditur auro; quo pacto arbor infelix felicitatis origo? Vocat ille truncum infelicem, per mortem; felicem, per libertatem: equidem victoria ex dolore ac morte in felicitatem parta; quippe in ligno infelici felix depoſita vita. Excellentius aliquid in cogitatione latet, igitur neſcijt quid diceret. Aptiùs Octavius Strada Tom. 1. *Symbol.* 1. de *Cruce.* quo depingitur agnus, arborque illa infelix, in cuius ſiccis ramis pro folijs inſident octo ſtellæ efformantes Signum Libræ: ſubditque Iacob. Typotius *Iſagoges* in Expoſit. *Arbor infelix (qua ferè voce Crux, aut palus ſupplicij à Romanis appellatur) trunca imago crucis: quam ut agnoſcas, hic eſt ille aries, quem Abrahamus in vepreto cornibus impactum comprehendit atque immolavit Deo* (vitam enim dedit, ut morte hominem à morte redimeret) *ſupra arborem octo ſtellæ Libram repræſentant: qua ex re clarius ipſo ſidere collucet, pœnam eſſe adæquatam delicto, & inſontem ſontium pœnas dependiſſe.* Infelicis notâ ſignatur crucis arbor, quia *maledictus omnis, qui pendet in ligno.* Videtur ibi infelicitas? Inde pependit & dependit noſtra libertas; quippe per agni ſine macula mortem, captivam duxit pendens captivitatem; & quos cruci mors addixerat, ſuperatâ morte, ſidera donat: equidem ibi mors mortua, quia ibi depoſita vita. *Fuit vir unus*: ideſt, ſingularis, Chriſtus Dominus, quia Deus & homo unus eſt Chriſtus. Captivum erat genus humanum originali peccato, quo uſque Deus fieret inter homines homo: diciturque qui unus excellentiâ ſingularis per libertatem hominibus conceſſam in ligno crucis; igitur ibi collocata noſtra gloria, ubi hominum ignominia.

Quid lignũ infelix?

Iacob. Typotius

Galat. 3. 13. *Cur iam felix?*

1. Reg. 1. 1.

2 Apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi; properatque Moyſes videre *viſionem hanc magnam.* In rubo ſtantem, ſignificaſſe Chriſtum in cruce patientem; videbimus ex Auguſtin. *T.* 10. *D.* 6. *n.* 3. Verùm unde viſio magna, ut in illa Moyſis curioſa ineſcentur lumina? *Rubus aridus Dei præſentiâ floruit roſis*: inquit Rabb. David. Nec miror ſententiam. Vidi oculis inter inſignia antiquitatis monumenta, in Schoriali Monaſterio repoſita, lapidis fragmentum ex monte Horeb, quo rubus floruit, undique, quaquà verſum haud repræſentans rubum, ſed roſetum. A rubo, uti ab arbore infelici, tantùm quibant procedere vulnera, habente ſpicula mucronata: videreque intendit Moyſes uti ſingulare, quod mirabantur vel oculi; quippe ſi viſus ſtupet, quòd rubus in ipſa ariditate floreret; magis mirabile, ſpinas converti in pulchriores roſas. *Deſcendi* (ait) *ut liberem eum, & educam.* Ni ille de cœlo deſcendiſſet, & in ligno infelici fixus ſtaret; populum è captivitate non educeret. In illo ligno ſpinoſo, in vulnera cuſpidibus ſtipato pridem ſedebat diriſsima ſervitus: apparuit in ligno Dominus; viſionemque magnam vocat Moyſes, quod ut ſingulare videt; quippe nil ultrà videri poteſt, in tam inſigni miraculo, quàm, quia Dominus iam in infelici ligno, genus totum accipere libertatem, ibi unde diriſsimam patiebatur ſervitutem. Patraturus ſanè mira, ut viſio eſſet uti nova, magna: equidem magnum & novum, quòd unde ſervitutis infelicitas, fauſtè penderet florens noſtra libertas. Graphicè Prudentius in *Catemerin.* v. 605.

Virtute Chriſti ſeliu crucis infelicitas. Verſ. 8.

Libertas ex ſervitute.

——— *Populus ſanguinis inclyti*
Maiorum meritis tutus & impotens,
Suetus ſub dominis vivere barbaris,
Iam liber ſequitur longa per arva.

Prudent.

Iam enim liberè graditur mundus, cui dominabatur crudeliter Barbarus: igitur Chriſto in cruce viſo, à qua pendebat noſtra liberatio; claruit per infelicem truncum, felicem crucem, totius mundi figuratam redemptionem.

Exod. 3. 2. 3.

Rab. David.

3 Olim apud Ægyptios celeberrimus caracter Tauticus, tanquàm vitæ futuræ ſymbolum, uti notat Rufinus *lib.* 11. *cap.* 29. de quo Nos latè *Tom.* 6. *T.* 1. Figura illius erat ſphæræ, ſeu circuli ſerpentem continentis, uti deſcribit Athanaſ. Kircher. in *Obeliſc. Pamph.* lib. 2. cap. 6. Pòſt ſignum crucis ſub circulo collocatum; quod vocabatur *Anſata Crux*: denique ſignum crucis haud ſub circulo, ſed ſuper ſphæram, habens ſub ſe ſerpentem, qui priùs amplectebatur univerſum orbem, de quo fusè ibid. *lib.* 4. *Hieragrammatiſm.* 20. Totum deſumptum ex Arabe Abenephio, deſignante, quomodo huiuſmodi ſignum ſalutare vitæ venturæ ad Ægyptios deſcenderit ab Adamo. Pro nunc ergo, ac in præſens propoſitum adæquatum emblema, ut rutilet crucis gratia. Circulus mundum ſignat, ac ſerpens diabolum notat, in cuius figura Protoparentes decepit, & ſe in orbem introduxit: additurque crux, tanquàm ſymbolum vitæ venturæ felicis, ac in virulentiam efficacis medicaminis equi-

Quid ſignũ Thau, & Crux anſata?

Imago qualis & quorſum?

equidem ſi in medio orbis dominabatur tartaricus ſerpens, quia ligno vigebat hominum infelicitas; lignum affuit, ut princeps mundi eijceretur foràs; iacuit enim per lignum, qui per lignum erexerat in univerſo trophæum: igitur ſubivit iugum, ubi exaltaverat caput. Dominabatur, quando crux ſub mundi ſphæra, quippe habita ut ignominia; illique probrum, dum ſuper orbem exaltatum lignum; ut quæ erat ignominia, homini conſtaret gloria; quandoquidem gloria ligno adhibebatur, ſi per quod ille mundum vicerat, inſigniter vinceretur. Videbat Adamus lignum, quo corruit genus humanum & ſimul ſerpentem introductum in mundum; ſigno crucis calcato, quippe ſub mundo. In hoc ſigno, ſigno vitæ futuræ latebat vitalitas, quoniam ab arbore infelici ſanè ventura libertas. Quia ſignum iacebat, ſortem miſeram plorabat; cæterum ſpem vitæ inſtaurandæ fovebat: igitur tunc adempturus & vitam & libertatem, ubi crux imponeretur ſuper univerſum orbem. *Per crucem vis ſignatur diffuſiva per totum orbem*: ait Kircher. quò ſupr. *Hierogramm.* 10. & Hermes Triſmegiſtus, in *Tabul. ſmaragdin.* ſubdit: *Quod eſt ſupra eſt ſicut quod eſt infrà.* Verum quoad figuram, ſed non quoad gloriam: equidem cùm per crucem mundus impetraturus & vitam & libertatem; lignum à mundo deſpectum infrà, mundi ſplendor, quando ſuprà: patuit gloria: igitur per Chriſtum Redemptorem exaltatum, traxit ad ſe totum mundum. Sine reflexione dicit Seneca, lib. 1. de *Ira*, cap. 12. *Abominandum remedij genus eſt, ſanitatem debere morbo.* Errat. Haud haberemus tantum ac talem Salvatorem, ni amiſiſſemus ſalutem. *Maius eſt, reparare perdita, quàm illæſa reſervare*: inſit Chryſolog. ſerm. 97. Summa fuit charitatis cogitatio, ſalutem debere morbo: equidem Chriſtus ab homine virus expulit, per quod venenum diabolus introduxit, ut ſub arbore malo ſuſcitaret, ſub quo Protoplaſtus corruit.

In crucis exaltatione libertas generis humani.

Kircher. Triſmeg.

Seneca.

Chryſolog.

4 A ſerpentibus ignitis vexabantur filij Iſraël, & pro medicamine & alexipharmaco, Deus Moyſen iuſsit, ut ſerpentem æneum fabricaret. Allegoria expreſſa fuit à Chriſto, & etiam Tertullianus ſignat, de *Idolatr.* cap. 5. *Effigiem ærei ſerpentis ſuſpenſi in modum, figuram deſignaſſe Dominicæ Crucis, à ſerpentibus, ideſt, ab Angelis diaboli, liberaturæ nos.* Cur igitur in percuſſorum ſalutem, & vulnerum medicamen non ſuſpenditur ſerpens ligneus, ſed æreus? Ex qualibet materia, ſerpentis quibat efformari figura. Sanè, verùm ſi ex ære, lucebat magis ac magis induſtria ſuſpenſi in cruce, mira patrantis in ligno, quod deſervierat opprobrio: quandoquidem maioris miraculi notabile ſpecimen, morbo debere ſalutem. *Nihil uſque adeò à ſerpentibus læſis nocivum, quàm ex attingere, aut ſolùm intueri*: ait Iacobus Gaffarellus, in *Curioſitatib. inaudit.* cap. 6. n. 7. iubeturque pro figura crucis erigi non ſerpens ligneus, ſed æneus; ut clareat hominis ſaucij per Chriſtum mirifica ſalus: equidem mirum, dum prævalebat venenum, conſtitui vulnerum medicamenta, per quæ gravabantur vulnera. Quiſquis ſerpentis patitur morſum; in ære, quam in ſerpente, habet præſentius venenum: ex æreque fit antidotus, ut conſtet ſingularis curationis modus: igitur ſingulare, colubro totam maſſam generis inficiente; quòd homines ſanarentur, quo percuſsi moriebantur. *Cùm percuſsi aſpicerent, ſanabantur.* Opus profectò novum per oppoſitum effectum, non ſolùm quia in ictu oculorum ſalus, ut expelleretur virus; ſed ut mirabilis appareret, cùm mortiferos levaret: igitur ære viſo in ictu oculi valebant, qui pridem læſi, duntaxàt aſpicientes interibant. *Pro ſigno* ergo huiuſmodi ſerpens in ligno ſuſpenditur, & elevatus in ſalutem aſpicitur; quia *ſicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto*, ita Chriſtus cruce exaltatus in calvario. Opus ſanequàm inſigne, & cum modo ſingulari, ut inæſtimabilis fulgeret cauſa, qua in vulnus cogitata medicina: equidem donum homini inæſtimabile, adinſtar ſerpentis Chriſto collocato in cruce; quòd illi ſauciato occurreret ſalus ſub eadem ipſa figura, qua in paradiſo percuſſus. Serpens momordit, & virulentus ruit; ſed non corruit, quippe mirificè præparata medicina in inferentis venena, ingenio amoris & ſtudio charitatis: igitur ſummum amoris ſtudium, dum in hominis ſalutem Deus miſit in orbem Unigenitum; quòd inveniretur morbi virulenti ſalus, ubi contractus origine à protoparente morbus.

Gaffarel.

Mira facta à Chriſto in cruce, in opere, modo, & cauſa.

Ioan. 3. 14.

5 Diximus, *Tom.* 4. *Taut.* 3. *D.* 2. n. 13. aliqua de ficu Indica, ſed in propoſitum noſtrum occurrunt mirifica poma. *Granatæ inventa ſunt poma* (ait Ioan. Nider, in *Formicar.* lib. 4. cap. 6. & Gaffarell. quo dudùm, cap. 5. n. 3.) *quæ quocunque modo ſecta imaginem Crucifixi exhibuerunt.*

Tertull.

Num. 21. 9.

Nider.

Poma mirifica.

runt. Tunc ob rebellem Iudæorum cervicem ibi degentium, quibus Deus crucifixus ſemper ſcandalum, apparuit ſignum medicaminis in primævæ vulnus prævaricationis. Intimè Dominum pupugit quòd fraude diabolicâ, homo tot gratijs donatus inimico crederet, hoſtique maligno vulneratus ſuccumberet: ſed quia cognovit figmentum, ne ſupplantator haberet de conſortio prævaricatoris ſolatium; miſericors ad hominem percuſſum acceſsit, ut qui diaboli verſutia actus in culpam, contra divinum propoſitum non periret. Quid ergo in ſalutem conſtituit? Ipſe lignum tunc notavit. *Deus cuius natura bonitas, cuius opus miſericordia eſt* (inquit Leo Papa, ſerm. 2. de *Chriſt. nativit.*)

Leo Pap. *ſtatim ut nos diabolica malignitas veneno ſuæ mortificavit invidiæ; prædeſtinata renovandis mortalibus ſuæ pietatis remedia, inter ipſa mundi primordia præſignavit.* In primordio mundi? Senè. Pomo vetito guſtato, primus homo cum toto genere corruit: ſaucius iacuit, æger doluit, medicamenque & ſalutem à Conditore quæſivit: ipſeque lignum, ex quo naturæ venenum, ſigno crucis tunc notavit; ut remedium dato tempore exhiberet: equidem tunc perfecta ſalus ex originali morbo; quùm filius Dei videretur crucifixus ipſo in ligno. Ut humana natura rueret, ut ſerpens in paradiſum ingreſſus eſt diabolus: ut illam elevaret, adinſtar ſerpentis in ligno exaltatus eſt Chriſtus. Oculus horret formam, ſaltem à diabolo aſſumptam; & nulla næ congruentior, ut deſtrueretur penitùs ſupplantationis impulſor: arbor opponitur arbori, ſerpenſque ſerpenti; quia Chriſtus in ligno crucis fuit ſerpenti virulento, quod ſerpens homini primo in delicijs paradiſi collocato. Ex opprobrio ligni Aſſertor perfecit laudem, ut ſilentiosè deſtrueret inimicum & ultorem. Alibi dixi ex Alcimo Avit. libr. 3. Geneſeos. verſ. 16.

Crux Chriſti lethum lethi, expulſio toxici, ſerpens ſerpenti. Ubi ſupr.

Quouſque aluit miſero fallax inſania pomo
Alc. Avit. *Veſtivit folio: & quos ſæva ex arbore nudos*
Reddidit, hoc gratius tenui de cortice texit.
Et tamen adveniet tempus, cùm crimina ligni
Per lignum ſanet, purgetque noviſsimus Adam,
Materiãque ipſam faciat medicamina vitæ,
Aureus ex alta cùm pendens arbore ſerpens
Serpentis veteres morſus, atque omne venenum.
Eluet, & veterem perimet ſuâ formâ draconem.

Tunc etiam invitum letho delebere lethum. Tunc Deus in fructu ſignavit: quod pòſt benignus oſtendit. Unde cùm exhibere vellet in ſalutis ſolatium, efficax præſtantiſsimè ſignum; poma mali cruce ornantur, medicinæque exponuntur: quandoquidem genus humanum impetraturum ſalutem cum videret in pomo crucis imaginem. Obſtabat amori tempus; & creditur pignus ſigno nobili pro ſalute ac libertate, ex ipſa materia facto medicamine vitæ: ſignaturque Crucifixi imagine pomum, ut clareret quomodo lignum in paradiſo ſignatum: igitur in pomo apparuit effigies, qua medicina originariæ labis.

A principio lapſus humanæ naturæ, crux illius mœſtitudinis ſolamen.

6 Ita igitur mater Eva ſeducta, ſed ita in vitam ingeniosè revocata. *Sub arbore malo* (dicit Chriſtus Sponſæ, humanæ naturæ) *ſuſcitavi te. Ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.* Vide dicta, *tom. 2. Tautol. 5. Didaſc. 9. à num.* 22. Per pomum & violata & corrupta. Unde Tertullian. in ſua *Geneſ.* v. 97. ſuccinit: Cant. 8. 5.

——Quis poma dedit noxalia vobis?
Accepi fallente dolo, blandoque rogatu;
Nam ſua vipereis intexens verba venenis, Tertull.
Hæc mihi præ cunctis narravit dulcia pomis.

Sub arbore malo genitrix Sponſæ pomum comedit, cuius eſſu ſe ſuoſque ſuffocavit, antequàm parturiret. Quare Alapide hìc in ſenſu 1. ſubdit: *O ſponſa, moriens ego in ligno crucis, te á morte ſuſcitavi; eó quòd in ligno antiſtropho pomi vetiti, á ſerpente corrupta fuit mater Eva, quæ in te, dum te genuit, peccatum originale quaſi naturali propagine tranſmiſit.* Crimini ergo facta ſatisfactio, ſervitutis redemptio, pharmacum morbo, cadaveri ſuſcitatio. A Domino factum eſt iſtud, quod ſanè mirabile in oculis noſtris. Verùm quare dicitur lignum crucis (ex quo tota felicitas hominis) ipſummet lignum, unde naturæ venenum? Speciali amore & artificio mirabili Deus intendit erigere ſeductum hominem, ac ſuperare ſeductorem dæmonem: cruciſque lignum dicitur ipſum lignum ex quo malum: quoniam in malo ſignum libertatis ſcriptum: igitur in eodem ligno è morte nanciſcenda reſurrectio, unde toti naturæ lethalis in mortem provenerat ægritudo. Alapid.

Ibi è morte reſurrectio, unde proveniret ægritudo.

Hæc vetiti ligni poma tulere boni. Venant.

Canit Venant. Fortunat. de *Cruc.* Hymn.

4. etenim cùm lignum eſſet boni & ma-
Geneſ. 2. 9. li humanæ felici & infelici naturæ ; ibi bona adepta. Sponſa, quæ amiſerat mater Eva. Ibi lytrum libertatis, ubi pondus ſervitutis: ibi medicamen venenatæ plagæ, ubi virus hauſtum cordi: ibi ſalus ; ubi vulnus : ibi vita , ubi perempta. Ubi mors valuit , vitâ prævalente obſtupuit. Abſorpta eſt mors in victoria : equidem venuſtas floruit reſtauratæ integritatis, ibi ubi principium totius originalis corruptionis. Idem ibid.

Venant. *Virtus celſa Crucis totum rectè occupat orbem:*
Hæc quoniam mundi perdita cuncta refert.

7 Excerpta accipe ex Auguſtino, de *Tempor.* ſerm. 130. *Crux totius eſt cauſa noſtræ felicitatis ac beatitudinis. A cæcitate liberavit erroris , & facta origo ſalutis. Sedentes in tenebris illuminavit, Deo reconciliavit , á diabolo eripuit , á peccato eruit , in paradiſum reſtituit , ianuam cœli aperuit , in patriam reduxit , domum redonavit. Theſaurus eſt omnium bonorum, apotheca cunctarum felicitatum , donorum abunda largitio , diſcordiæ amputatio , pacis conceſsio , dæmonum expulſio ; mortis confoſsio. Crux vicit , & mors ſubverſa eſt. Crux fixa , & mors ſuperata. Crux exaltata , qua univerſa mirabilia : igitur princeps huius mundi victus , foras eiectus , homo ſolutus , atque Deus glorificatus.* Cuncta ſanè magna : cæterùm fulgent maiora ; quòd ibi ubi , & quo corruit, homo miro artificio reſurgeret : ibi ubi, & quo præceps fatua natura perdidit, ſummam felicitatem inveniret : ſalutem, quietem , æternam beatitudinem , exultationem inſignem ; dum confecit ab illo confecta infenſiſsimum hoſtem , ridentem ridens , de irriſione geſtiens , ut in victoriæ trophæum numeraret etiam victoriæ inſtrumentum , atque mirabilem modum: diciturque natura humana inſigniter erecta , ubi infeliciter lapſa ; ibi vitæ reſtituta , ſub ipſa arbore , qua mortua ; pomo integra , quo corrupta ; quippequàm tanti triumphi gloriæ aliquid ſubtrahebatur, ni ibi ubi , quo & per quam vicerat , inimicus generis vinceretur.

Quanta in Cruce bona! Auguſtin.

8 *Sub arbore malo ſuſcitavi te* , ubi genitrix corruptioni infatuata dedit cor. Tunc ergo non ſuſcitavit, nec in Sponſam aſſumpſit, imò repulit : cur ergo dum iacet putida , deformis ac lethaliter languida , tunc Sponſus futurus ibidem ſuſcitatam ſub arbore dicit? Damna ligni tunc notavit (& quanvis in noviſsimis tempo-ribus conferendus cadaveri vitalis halitus) ut convaleſceret cor , ſine dolo dicit *tunc*; quippe decerpto pomo prævaricationis, ibi poſuit ſignum crucis : & nullum efficacius in vulneris originarij ſalutem , quàm in pomo videre cruciſixi Sponſi imaginem. Fictum à Poëtis Acontium voluiſſe conciliare amorem Cydippæ , ſpecioſitate cuiuſdam pretioſi pomi ; quo ſcripſit ampliores flammas, quàm literas. Unde apud Ovidium *Epiſt.* 19. inquit:

Crux nota arboris , in quo peccavit Adamus.

Sed neque compedibus , nec me compeſce catenis,
Servabor firmo vinctus amore tui.
Hoc quod amor iuſsit, ſcriptum eſt, iniuria noſtra:
Aſſumpſit vires, auctaque flamma mora eſt.
Te mihi compoſitis , ſi quid tamen egimus arte,
Aſtrinxit verbis ingenioſus amor.

Ovid.

Capta eſt illa dolo , latitante ſpecioſo in malo malo ; unde quod ſibi videbatur honor , apparuit vulnus & languor.

Mittitur ante pedes pomum cum carmine tali:
Hei mihi iuravi nunc quoque penè tibi.
Suſtulit hoc nutrix, miratque, Perlege, dixit:
Inſidias legi, magne poëta, tuas.
Concidimus macie , color eſt in ſanguine, qualem
In pomo refero mente fuiſſe tuo.

Idem.

Pomis olim conciliabatur coniugium, quoniam amoris hieroglyphicon pomum. *Malo me Galatea petit* : accinit Virgil. *Eclog.* 3. v. 64. Ideo malis ornata , picta Venus ; ut aſtruit Vinc. Chartar. de *Imagin.* fol. 343. Pier. Valerian. *lib.* 54. cap. 14. Etiam Cupidines colligentes , decertanteſque pomis , Philoſtrat. in *Iconib.* Theocrit. *Edyl.* 5. v. 87. Unde apud Perſas mos Sponſis edere tantùm mala in die nuptiarum ; uti refert Strab. *lib.* 15. Nec extra ſacra ritus : quandoquidem Sponſa coniugium optans, exclamat, Cant. 2. 5. *Fulcite me floribus , ſtipate me malis, quia amore langueo.* Languit ex pomo Cydippe, conditione fragili. Quouſque in malo reſcriberetur medicina, minimè ſaluti reſtituenda, nec Sponſa nominanda : ipſumque pomum reſcribitur in deſponſationis fidem , ut in reſcripto , quæ infirma , ſaltem haberet ſolamen.

Malũ amoris ſymbolum.

Cant. 2. 5.

Quid , niſi quod cupio me iam coniugere tecum,
Reſtat? Ut adſcripta litera noſtra , Vale.

Ovid.

9 Fabula , ſeu verum canitur? Habet in falſo de vero fabula notam. Sibi etiam per

per gratiam iunxit Conditor humanam conditionem, quam muneribus eximijs illuſtravit in plenam felicitatem, collocans in horto deliciarum, quippe illi deliciæ morari cum filijs hominum. Vidit in paradiſo invidus, qui fuerat in cœlo & perduellis & inquietus; autumanſque præſagus fragilitatem, in pomo ſpecie pulchertimo fallax ſtruxit ſupplantationem. *Litera Cydippen pomo perlata feſellit.* Vulneravit, cui pomum obtulit, à conſortio Deitatis avertit, at felicem riſit; eo lætior, quia deformaverat, quam amabat Conditor. Languit vulnerata natura, ſed non languit auctoris benevolentia: equidem notans lignum, in ſalutis pharmacum, ſcripſit pomum; ut hoſtis corrueret ibi ubi & quo de fraude exultavit, victus ſcripti pomi ſalutifero ingenio, qui ſupplantaverat pomo: igitur ſub arbore ipſo, à qua lethiferum vulnus, accepta ab amaſio præſtantiſsima ſalus. Morulas quas in levamen protrahebat tarda pernicitas temporis, adſtrinxit verbis nobile ingenium amoris, tacentis quando reparanda conditio; ſed dicentis, aliquando: nimirùm cùm eligeretur in Sponſam, quæ à ſe deviaverat per originariam culpam: & quod amore notavit, pomum ſcripſit; ut ſaltem ſalutis lactaretur ſpe, cuius præ morte languebat cor: equidem cùm valere non poſſet, quouſque qui conditor in Sponſam aſſumeret; notà ligni reſpiravit: vidit quippe naturæ lapſæ remedium, dum in pignus accepit pomum ſcriptum. Signaculum erat crux, ſalus generis, atque conciliatio interrupti culpâ amoris: ſcriptiſque pomi lætificata eſt abundè, geſtiente corde; qui in pomo legebat imaginem conditoris crucifixi, cuius ſigno firmanda amiſſa felicitas, & inſidiatoris infirmanda poteſtas.

Idem. *Dæmon ibi corruit, ubi vicit.*

Crux arma noſtra.

Ergo fides innixa Deo trepidantia firmet
Pectora, & in mœſto ſecurũ tempore tempus
Præſumat confiſa Deo.
Nos Crucis invictæ ſignum, & confeſsio munit
Armatique Deo mentem, non quærimus arma
Corporis, & quanquàm membris videamur inermes;
Arma tamen gerimus, quibus & ſub pace ſerena
Contra incorporeos animi decernimus hoſtes.

Paulin.

Succinit Paulin. *Natal.* 8. à v. 98. Ligni ſignum nobis ſcutum, conſtat inimico telum: è ligno egreſſus, & in ligno ipſomet victus: igitur eiectus ut ureretur in flammam, unde egreſſus eſt in noxam.

10 Illuſtrem contemplemur allegoriam. Poſt naufragium *cùm congregaſſet Paulus* (in Melita) *ſarmentorum aliquantam multitudinem & impoſuiſſet ſuper ignem; vipera á calore cùm proceſsiſſet, invaſit manum eius: & ille quidem excutiens beſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt.* En perſpicuum ſpeculum originariæ luis, & etiam pœnæ Adami prævaricantis; Chriſtique patet trophæum, nactà victoriâ per lignum. Latebat ſerpens in ligno, quia in ligno vicit, & Adamum, poſteroſque poſt naufragium protoparentis momordit: ſed venit in ignem, ut articulus glorioſum per lignum oſtenderet Redemptorem, qui ingenio amoris deſtruxit verſutiam fraudis: equidem ſi ſerpens è ligno prodijt, in ipſomet ligno perijt. In ſerpente erat morſus & ſimul in morſu virus. Iam in homine non venenum, etſi originariè morſus: quippequàm ſi in ligno ſerpens originale peccatum: eſt abolitum per lignum. Quouſquè expulſus ſerpens, in ligno præparata vaſa mortis. Lignum haud erat lethale, niſi inhærente ſerpente. Chriſtum morte ſerpens incautè momordit, ſed non infecit; quippe nullum peccatum in carne virgine, licèt de carne peccati: quapropter ſerpentem expulit, illicò ut illum momordit, partà ſalutè unde manavit mors homini: igitur ſerpente expulſo, iam lignum ſine veneno. A ligno ſerpens avulſus, in ignem ex ligno eiectus. Exprimit in articulo vorax ignivoma flamma, quo modo & arte ſerpentis antiqui torrebantur viſcera: equidem cùm videret morte Chriſti lignum ſalutis, quod fuit principium inoleſcentis languoris; non tantùm clades præcordia putrida urebat, ſed magis quòd ibi uſtus, ubi veneno naturam corruperat. Audax adorſus eſt innocentem, quem expertem cogitavit debitorem. Voluit Chriſtus acceptare è ſerpente mortis morſum, ut ab hominibus illius prævalens removeret venenum; qui quidem morſus haud infigeretur ab arte dæmonis, ni tantùm cogitaret formam hominis: ſerpenſque morſu expellitur, uſtuſque rumpitur; quippe ſe vidit per lignum notum & ignotum, exulem, ibi ubi & quo ingreſſus erat in orbem.

Actor. 28. à v. 3.

Ex ligno dæmon prodijt, & in ligno perijt.

11 Pravum ſerpentis propoſitum incumbebat in malignitatem, hominis intuens honorem; ne ab hoc eiuſque poſteris occuparentur in cœlo throni, à queis iurè Angeli deſertores dextrà Excelſi fulmi-

minati. In paradiso nactus est fructu ligni, quicquid diabolicæ aptaverat intentioni. Ignoravit à Conditore lignum notatum, ut malignitatis anihilaret propositum. Filium Dei in forma hominis audenter momordit, & tunc ille venenum ac serpentem in ignem expulit, usto serpente ac fremente, ex arte ingeniosi triumphi: quandoquidem per ipsummet lignum clausum respexit barathrum, per quod ille malignanter fraude præcluserat cœlum. Aliqua acumina signat Arator hic *lib.* 2. à vers. 1187.

Unde rabies dæmonis ex ligno Crucis?

——*Cui vipera fixit*
Dæmonis arma ferens surgentibus obvia flammis,
Antiqua feritate manum, gelidique veneni
Vulnus in igne dedit. Quid adhuc malè noxia serpens
A Domino revocare cupis, veteresque rapinas
In legis novitate paras? Quid mortis amatrix,
Cuius es ipsa parens, instauras bella redemptis?
Prædo venis, sed præda iaces: lethumque ministrans
Arboris alterni consumeris improba ramis,
Arator. *Postque crucem Christi mors est tibi portio ligni.*
Et divina probant: digito nam bestia pendens
Excutitur proiecta rogis: benè reddita flammæ
Quam dedit ipsa priùs, quæ culpa protulit ignem,
Unde gehenna calet. Glacies tepefacta veneni
Solvitur in cineres: gelidæque superbia pestis
Ex ardore perit: focus hinc rapidique vapores
Non solidas vires capiunt: atque arida secum
Nutrimenta ferunt; sed tu modo decoquis anguem, &c.

Carmina longa, sed aurea: equidem serpente usto, fructu ligni iam pretioso, mutato in salutem veneno, claruit confusio Dæmonis & felicitas hominis.

12 Floruit ergo lignum in Calvario, quod aruerat in deliciarum horto; ut dilatatis foliis, novis floribus, singulari fructu dum micaret, sub umbra illius, quem desideraverat natura lassa atque lapsa sederet. *Crux Christi omninò resloruit* (ait Bernard. *Epist.* 109.) *& nunc quasi de novo lignum, in quo pependit Dominus gloriæ; qui mortuus est non tantùm pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Ipse ipse collegit, qui diligit tanquàm viscera sua, tanquam fructum pretiosissimum crucis, tanquám dignissimam recompensationem effusi sanguinis.* Hinc Christi in ligno triumphus mundi salus, atque mortis antidotus: at hoc latè aliàs, maximè *Tom. 6. T.* 1. Annunciemus inter Gentes studia eius, qui pro nobis tradidit semetipsum in mortem, ut illam destrueret, & mortuos vivificaret. Respice in faciem Christi tui: & ut canit Paulinus, *Natal.* 9. v. 284.

Bernard.

Christi in cruce triumphus.

Cerne Deum nostro velatum corpore Christum.
Sed cruce dulcis item, quia protulit arbore vitam.
Vita Deus noster ligno mea vita pependit, Paulin.
Ut staret mea vita Deo. Quid vita rependam
Pro vita tibi, Christe?

DIDASCALIA II.

Vehementia Christi amoris, ex vite crucis transitus in crucem vitis.

1 EXcessibus gaudet amor, & quasi flamma semper petit summa. Legem nescit, quietem odit: quandoquidem si excessus demonstrationum illi uti sedes disponitur;

In nulla sede moratur. Ovid.

Vide Ovid. 3. de *Art.* v. 436. Lucan. 1. *Pharsal.* v. 144. & Othon. Vænium, *Amor.* Emblem. 48. Claret in Christo eximia vehemens dilectio, dum præ amore in homines rursùm apparuit in Crucis ligno. Cùm Iudæis Deus crucifixus sit scandalum, quidam Hebræus iuxta Toletum ad verbum expavit, illustrissimam illam sedem ann. 1412. D. D. Sanctio de Roxas omnibus numeris, ac præclarè moderante. In incredulum invehitur prædicantium veritas, sed magis Hebræi duri cordis insistebat pertinacitas; dum negare ingratus debita amori cogitavit, ex quo plus conditori ac Redemptori debuit: fovit enim pectoris ingratitudinem considerare Christum eximiè benefactorem: metiebatur gratiam Redemptionis corde pusilo, humano; & eliminavit fidei amoris fidem beneficij magnitudo. Intùs pulsabat, seu

Amor Christi de maioribus in maiora procedit.

Historia imaginis Christi è vite formati cœlitùs, in conversionè cuiusdam Hebræi.

potiùs mentem urgebat denunciata veritas, illamque expellebat surda cordis pervicacitas. Induravit faciem suam supra petram, & pectus silex ictibus duntaxàt iræ eliciebat scintillam. Haud evellere quibat à corde, quod ebiberat in lacte. Dici quit, ex Aratore lib. 1. in *Act. Apostol.* à v. 261.

——*Iudæa rebellis,*
Quæ crimine duro saxea semper eris.
Arator. *Res aperit quod causa gerit: gens nomen ab illo*
Israel dicta tenet, qui bella reliquerat æger,
Conatus certare Deo.

Crux Iudæis scandalum.

Ut depelleret Iudæus prementem cogitationem; tendit in vineæ putamen, secum repetens: *Deus crucifixus! Stolidum. Redemptor Israël in patibulo! Somnium. Digniora cogitanda de Deitate. Cuncta audita, nugæ & nugæ. Nisi videro non credam. Apage cogitamen illudens mentem.* O Bone Deus! O Christi pretiosissimum pectus, estò amor ictus! Circunfulsit Iudæum actutùm lux de cœlo, fulgore summo (instantis miraculi obsequio) ac inter splendorem figura sacra Redemptoris illius oculis apparuit, queis mirè lucebat, ex ipsomet efformata palmite, quem è vite amputare cogitabat. Aptiùs dicemus, quàm Guilielm. Salustius apud Caspar. Dornavium in *Amphitheatr.* p. 1.

Guil. Saust.

Quæ tantùm quanvis superatur ab arbore forma
Illi fructus enim divinitùs insinuando
Per caules animæ, vitalem spirituum vim
Recreat, & cerebri volitantes discutit umbras,
Attonitos reficit vultus, & languida corda.

An Christus omninò nudus in cruce suspensus?

2 Imago Crucifixi ex & in vite Hebræo dubitanti apparuit, & ad interiorem cordis illuminationem scientiæ claritatis Dei, illuxit in facie Christi Iesu; ita affabrè perfecta, ut omnimodà symmetrià corporis in cruce vitis appareret effigies cum coma, pilis & barba. Ex quo claret notitia in duplex obiter dubium: nimirùm, an Christus cruci adstrictus penè nudus? Astruunt Ambrosius lib. 12. in *Luc.* Athanas. serm. de *Passion. & cruc. Dom.* Bonavent. *Meditat. vit. Christ.* cap. 78. Landulph. p. 2. *Vit. Christ.* alijque passim, cum Iust. Lipsi. lib. 2. de *Cruc.* cap. 7. exponentes illud Genes. 3. 22. *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est*: & illud Isai. 1. 6. *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.* Negant Perezzius Benedictin. in *Laur. Salmant.* p. 1. quæst. de *Cruc.* cap. 3. n. 76. Maria de Agreda, 2. p. *Mistic. Civ.* lib. 6. cap. 22. & Birgitta, lib. 1. *Revelat.* cap. 10. & 27. *lib.* 4. cap. 70. Secunda quæstio, an Christus tribus, vel quatuor clavis affixus fuerit stipiti Crucis? Quatuor, affirmant Rufin. lib. 1. *Hist.* cap. 8. Theodoret. in *PP. histor.* lib. 1. cap. 8. Gregor. Turonens. de *Glor. Mart.* cap. 6. Irenæus *lib. 2. cap.* 42. Petrus Molineus, Notis ad Epist. Gregor. Nysseni, Pamell, Annot. 5. in Serm. Cyprian. de *Passion.* Taubman. in Plaut. *Mostellar.* Act. 2. scen. 1. v. 12. Abulens. *Paradox.* 3. à cap. 7. Medina in 3. p. *D. Thom.* q. 46. art. 11. dub. ult. Tolet. in *Ioann.* 19. annot. 14. dub. 7. alijque videndi apud Lipsi. cit. cap. 9. & 10. & Rutil. Benzon. 1. p. *Speculi*, disp. 2. q. 3. dub. 2. Tribus tantùm clavis Assertorem N. affixum fuisse Cruci, arbitrantur Bonaventur. & Landulph. loc. cit. cap. 63. Nazianzen. Tragœd. de *Christ. patient.* & Maria de Agred. præf. n. 1384. Ex imagine Christi huic Hebræo mirabiliter oblatâ, & ad illius illustrationem extructa, clarè constat Redemptorem in cruce exaltatum penitùs nudum, & simul tribus clavis affixum: neganti enim crediturum, ni uti crucifixus fuerat, Deum hominem videret; incongruum videretur illi apparere aliter, quàm pependerat in cruce. Cùm ergo per imaginem liqueat & corpus nudum & tribus clavis viti affixum; haud aliter in Calvario contigisse, iudicandum. Ergo proposito nostro.

An tribus, vel quatuor clavis affixus?

3 Hebræus fassus illicò Christum Deum & hominem, cuius in vite tuebatur imaginem: renatus est sacro fonte, florente ad reliquos fide; fauto pignore tanto Archiepiscopo Sanctio, de Vallisoletano nostro Monasterio egregiè ac præclarè benemerito: cuius quidem propensio in Religionem claruit, ubi munus tanti momenti custodiendum benignissimè tribuit; quod sanè regium Monasterium, Congregationis Benedictinæ illustrissimum caput, augustiùs habet, quàm accepit, ex ebena, constructâ cum gradibus argenteâ urnâ; igitur etsi dies metallorum pretiositas, amor nullas in obsequium reputavit expensas. Omnem substantiam domus suæ pro dilectione si dederit; quasi nihil in maiorem & ampliorem venerationem despiciet. Fulget continuo cultu atque servitio, Monachorum flagrantissima dilectio. Acceperunt ergo signum: sed quid? Dicam aptiùs, quàm Manilius, lib. 1. *Astron.* cap. 1. v. 46.

Imago custoditur in Vallisoletano Monasterio Benedictino.

Tum

Tunc qui templa ſacris coluerunt omne
per ævum.

Manil. *Delectique ſacerdotes in publica vota*
Officio iunxere Deum ; quibus ipſa potentis
Numinis accendit caſtam præſentia mentem:
Inque Deum Deus ipſe tulit , patuitque
miniſtris.

Cognoſcitur , unde maiora egerit amor: etenim ſi magnum , pro hominibus pependiſſe in vite Crucis ; maius profectò pro Hebræo apparere in cruce vitis. Ad unguem quadrat illud Venant. Honor. Fortunati, Hymn.4.de *Cruce*, v. 9.

Fortunat. *Appenſa eſt vitis inter tua brachia , de qua*
Dulcia ſanguineo vina rubore fluunt.

Ibi magnum perfectum , quippe vitis appenſa inter Redemptoris brachia : hìc verò maiora perfecta per Salvatorem ; quia appenſa ſane eius brachia inter mirabilem vitem.

4 Ingeniosè picta lancea ex ligno arenti , quæ mirè floruit ſtudio fixa telluri (adi ſymbola Auſtriac. Gentis, 4. p. *Symbol. ult.*) cum huiuſmodi epigraphe: *Etiam maiora.* Fructum primò tulit , pòſt lignum aruit , ex quo lancea, quæ vireſcens ſurrexit in maiora: equidem ſi magnum, ex ligno arido pilum , aut telum , quo arefacientem induſtria confecerat inimicum: maius omninò , quod iam lancea , rutilaret virens folijs ac flore in ipſamet ariditate ligni. Hic ſcopus emblematis in præclara geſta. Noſtro ergo in inſtituto etiam maiora. Florebat in paradiſo lignum , inſigne ſcilicet , boni & mali. Utut fructu eius Adam primus homo corruit lignum aruit. Notavit lignum Dei Verbum in carne venturum , ex illoque lanceam efformavit , ut inimicum , qui arborem arefecerat , confoderet. Ita fecit, quæ ſanè magna ; verùm reſtabant maiora : equidem ut Iudæum converteret , novo fructu lignum floruit , ferens Crucifixi imaginem, atque in corde pertinaci concilians expulſam fidem. Hinc Bernard. uti vidimus, Didaſc.antec. num. 12. inquit: *Crux Chriſti omninò refloruit : & nunc quaſi de novo lignum , in quo pependit Dominus gloriæ ; qui mortuus eſt non tantùm pro gente , ſed ut filios Dei , qui erant diſperſi, congregaret in unum.* Vigilanti verbo uſus eſt Bernardus. Haud dixit : *Floruit* , ſed *refloruit de novo lignum* , quippe habemus & fructum & lignum novum : equidem primò floruerat in Calvario , quod pridem aruerat in paradiſo : modoque refloruit fructu novo ; igitur quam videbat Hebræus vitem , tulit Crucifixi imaginem.

Franc. Bergom. *Excellentia miraculi.* Bernard. *Quomodò in hac cruce lignum crucis refloruit?*

——— Ramos , felicia poma ferentes,
Brachia compeſcit : fiſſo modò cortice, Ovid.
lignum
Inſerit , & ſuccos alieno præſtat alumno.

Dicit etſi aliò , Ovid. 14. *Metam.* fab. 16. Alia contemplemur.

5 Narrat Pauſanias in *Phocicis* , ſeu *cap.* 156. originem ibi primæ vitis haccine fictione. *Oreſtheo* (inquit) *Deucalionis filio , regnum in hac regione obtinenti , ſua Canis pro catulo lignum peperit ; id cùm Oreſtheus defodiſſet , vere appetente , vitem ex ea materia enatam , tradunt.* Meliore luce ſomnium donandum : igitur videmus vitem novo flore , fronde & germine , natam è partu ligni , antiqui draconis , canis rabidi. Quod ex arbore viridi lignum admiſsit ariditatem , lumina mirata ac venerata ſunt vitem , deſtructa formà à dæmone acceptà : quandoquidem novum protulit vitis ſuaviſsimæ fructum , quod lignum aridum. In ſacra pagina , uti veritas effulgurabit prodigium. *Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris* (dicit per Sirachum Sapientia incarnata) *& flores mei fructus honoris & honeſtatis,* Tigurin. & Maluend. *Fructus gloriæ & divitiarum.* Cuncta propoſito conſona. *Quid per hanc vitem* (inſit hìc Hraban. Maurus) *niſi ipſe exprimitur, qui in Evangelio dicit : Ego ſum vitis vera* ? Fructificat Chriſtus vitis ; ſed ut ſingularis , pro fructu exponit ſuavitatem odoris. Quorsùm ergo odor vitis exponitur , quùm fructus vitis oſtenditur ; maximè cum odoris ſuavitas non ſit vitis fructus , ſed fructus vel floris effectus ? Quia qui in vite crucis fecit , quippe potens magna ; in cruce vitis facturus ſanè maiora : igitur cùm fructus vitis non vitis fructus , ſed ipſe , in vitis odore, aſpectu , conditione , ac qualitate; ut miraculum noſtrum conſtaret , vitis duntaxàt odorem dixit : equidem in vite fructum videmus imaginem Redemptoris, & tantùm odorem vitis. Perſpicuius patet. Vitis fructificavit. At fructus vitis iſtiuſce qualis ? *Fructus honoris.* Hinc gloria ſingularis vitis proventus : per honorem notatur cordium venerantium cultus : fructumque huius vitis contemplamur verè honorem ; quia colimus illa in vite crucifixi Dei imaginem. Fructus eſt honoris , honeſtatis , divitiarum , opumque cœleſtium : etenim Monaſterio auguſto gloria (inter tot præclara inſignia) pretio-

Pauſan. *Origo vitis apud Græcos.* Eccli. 24. 23. Tigurin. Hraban. *Fructus ſanctæ vitis quomodò eſt fructus honoris?*

ſior omni orbis pretioſitate; Chriſti imago de cœlo figurata in ipſa vite. Priuſquàm ſerius rem tractemus, miraculum comprobabimus.

6 Dixi de Imagine Iovis è vite fabrefacta, *Tom.* 3. *Tautol.* 4. numer. 9. De pomis novis Granatæ, *num.* 5. Didaſcal. præcedentis. Imaginem lætitiæ, ſub Bacchi nomine fieri ab Ethnicis è vite, aſſerit Pier. Valer. *lib.* 53. *cap.* 18. & 33. Noſque die 2. *Sept. in Ephemer.* Speciale illorum ſtudium in Magnæ matris, ſeu Deorum, imagine, ſub titulo Opis & Rheæ, uti obſervat Natal. Comes, lib. 9. cap. 5. *Mytholog.* & Pier. loc. cit. Eius effigiem è vite facere ſolebant: Emanavit ritus ab Argonautis: de quibus, quia irata Deorum mater, Arguſque placavit, aſſerit Orpheus, v. 605.

Variæ imagines è vite.

Qui pius obliqua intortum cum cortice ramum
Et ferro arentem vitem præcidit acuto,
Effigiemque ſacram, ſæclis monimenta daturam
Omnibus, egregiâ fixit, formavit & arte,
Reginæque aram ſculpto de marmore ſtruxit;

Orph.

In propoſitum noſtrum, mutato cultu, nil aptius; igitur quod fictum, videmus & fauſtè verum.

7 Ex fictitijs in artificialia tranſeundum. *Miſit ad Pompeium* (ait Ioſeph lib. 14. *Antiq.* cap. 5.) *inſigne donum Ariſtobolus, vitem ſcilicèt auream D. talentorum. Meminit huius muneris etiam Strabo Cappadox. Vitis, quod opus Græcè Terpole, ideſt, delectamentum vocabatur. Hoc donum vidimus etiam nos Romæ dedicatum in Iovis Capitolini templo.* Feliciores ſumus. Non imago vitis rutilat in templo Summi, Opt. Max. Iovis; ſed Imago Dei in ligno fœcundo vitis. *Ianua templi Hieroſolymitani* (ſubdit idem ibid. *lib.* 15. cap. 14.) *ipſi templo par, & ſuperliminare aulæis variegatis ornabatur, floribus purpureis diſtinctis, & habentibus columnas intextas, ſub quarum capitibus vitis expandebatur aurea, dependentibus botryonibus; mirandum ſané opus, tam manus, quàm materiæ pretio.* Noſtra vitis ſuper aurum & topazion. Super aurum & lapidem pretioſum multum, dulcior ſuper mel & favum: igitur non artis opus, ſed mirabilior & pretio inellaborabilis materiæ, & præſtantiâ manus ſuperioris artificis. Zelus Domini exercituum fecit hoc, ingreſſo Hebræo in templum per ianuam fidei; cuius ſtabilitate, videretur vitis frondoſa Iſraël, Deus ſcilicèt Deorum; diſtinctis in illa purpureis floribus vulnerum.

Vitis ex auro inſignis. Ioſeph.

Idem. *Alia ſuper limina e parte orientalis templi.*

Cœlum te dicam: nam quot cœlo aſtra refulgent,
Tu nitidis aſtris æmula poma tenes

Columel.

Cœlum utique, quod Hebræus clauſerat tenaci incredulitate: fide ingreſſus eſt myſteria ſemel in ſancta, æterna redemptione Salvatoris inventa.

Et de purpureis collecta vitibus uva. Ovid.

8 Mirabilia etiam à natura efformata, referenda. *Mittunt iam ad nos* (infit Ioan. Terrentius Lynceus, in *Theſaur. rer. medicar. Novæ Hiſpan.* vel Nardus Anton. Recchus, ex Franc. Hernandez, Medic. Mexicano, *lib.* 10. *cap.* 9.) *Philippicæ inſulæ mira artificum opera, & ſpectanda alia, quæ ſponte profert natura. Verùm præter cæteras omnium generum gemmas, oſtendit nobis inter alias nauclerus quandam, caſu, ut opinor repertam, cryſtallinâ formâ, candidâ & translucida; ſed in cuius medio Agnus cyanei coloris* (Hiſpanicè, *Turqueſado*) *crucem geſtans humeris, mirando naturæ opificio: niſi hiſce eventis præſagire iam fas eſt, cœleſte Evangelij præconium ad eas oras penetraturum.* Ex huiuſmodi pictura affabrè à natura quaſi catagrapho, ſeu adumbratione delineata, efformatum Symbolum inſigne Crucis cum Agno Dei, vite ac ſpicis, cuius lemma, *Quid fœcundius?* Adi Octavium Strada, *Euchariſt.* ſymbol. 3. *Crucis*, ſymbol. 1. quo in loco Iacob. Typotius ſubdit: *Impreſſus magis, quàm expreſſus amor Servatoris.* Aptè pro miraculo noſtro, ſymboli & naturæ opus; ſiquidem hac vite nihil fœcundius. Quid ergo, quùm hìc Agni Dei pendeat è viticula imago? Amor Chriſti omninò eximius, in vite micat & expreſſus & impreſſus: expreſſus demonſtratione, impreſſus in vite ſingulari portento; quandoquidem eius ibi figitur imago. Aliquod micat diſcrimen, ſed in ampliorem erga nos Chriſti charitatis expreſſionem; dum ibi vitis crucis à Chriſto, Agno Dei portatur, & hìc in cruce vitis ſuſpenditur: equidem portans exprimit dilectionem in crucem: ſuſpenſus autem charitatem in hominem. *Marchioni Badenſi eſt gemma, quæ quacunquè verteretur, imaginem Crucifixi ſemper repræſentabat.* Aſtruit Ioann. Nider. in *Fovic.* & Gaffarell. ubi infr. *n.* 3.

Recch. *Agnus cum cruce in gemma.*

Octav. Strad.

Iacob Typoc.

Nider. *Etiã Chriſtus crucifixus.*

Spontè ſuâ profert hìc vitis alma racemum.

Pontan.

Ma-

9 Magis accedamus ſcopo, fixi mirabili exemplo: igitur ut fides huius miraculi firmaretur in allectionem cordium, pridem quaſi in graphide alterius viticulæ delineatum. *Vidi* (inquit. Iacob Gaffarel. in *Curioſit. inaud.* cap. 5. n. 4.) *palmitem tanta ſimilitudine caput hominis referentem; ut & capilli in eo diſcerni poſſent: cæteris, ut fronte, auribus, naſo, ore & mento, aliiſque mirá proportione concordantibus.* Miram profectò dicit naturæ lubidinem, vel arcanum ſapientiſsimum errorem. Arbitror noſtram ſanequàm vidiſſe imaginem, dum caput deſcribit; & non vidiſſe, quùm tantùm depingit caput: etenim totius humani corporis præ ſe fert ſymmetricam perfectionem à planta pedis uſque ad verticem capitis. Hoc eſt opus in catholicam fidem, quo dextera Domini fecit virtutem.

Gaffarel.

Caput hominis effigiatum in almite.

Hoc Dominus fecit, quod lumina detinet orbis,
Quod intuendo noſmet obſtupeſcimus.

Crucius.

Mirum profectò, verùm non mira admiratio: igitur Chriſti amoris ingenium ad inventionem crucis, miraculum alterius cogitavit inventionis. Lignum utique adinvenit ut ſuperaret generis inimicum: lignum quoque, ut ſubiugaret incredulum: lignum ſiccum, ut floribus germinaret: lignum etiam viride, ut ſimul areſceret: lignum aridum crucis, ut fieret hominibus vitis; & lignum viride vitis, ut fieret crux imaginis Redemptoris. *En Deus meus in carne & in cruce*: ait Alapid. in *Habac.* 3. Carne in cruce apparuit in ſimilitudinem hominum factus cœleſtis botrus. In cruce vitis aliam demonſtravit inventionem; quia tantùm humani corporis accepit ſimilitudinem: equidem dum eius in vite videtur imago, habitu corporis invenitur ut homo.

Differentia Chriſti amoris in vite crucis & in cruce vitis.

Alapid.

10 *Notas facite in populis adinventiones eius*; monet fideles David. Inventio ligni crucis ſupponitur, & alia adinventio deſignatur. Quænam crucis inventio poſt inventionem crucis? Inventio crucis etiam in ligno vitis. Semper Chriſti amor maiora molitur; ut conſtet, hominem quanto amore proſequatur: & dum caro & crux noſtræ fidei exponuntur, eius amoris adinventiones notantur; quia apparere primo cruce dignatus eſt in corpore carnis, & pòſt in vite duntaxàt ſimilitudine corporis. Aliter in vite crucis, aliter in cruce vitis: ibi corpus, hìc imago: notaque fit poſt inventionem inventio; quia in cruce corpore fronduit lignum aridum, & in vite imagine exaruit viride lignum. *Siccavi* (inquit) *lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus ſum & feci.* Sub metaphora vitis potentiam divinam virore palmitis & ariditate oſtendit, & adinventiones mirabilium operum ſtudioſè præ ſe tulit: igitur ex ligno crucis arido, cruore coporis pretioſo, fecit in redemptionem mirabilem vitem, ac ex vite viridi mirabiliter pulchram ſui corporis efformavit imaginem. Fructus arboris ſemper iuxta genus ſuum: *Habens* (dicitur) *lignum faciens fructum, unumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam.* Ex fructu crucis vitis & vitis crucis, clarent Verbi Dei incarnati ſingulares inventiones; quoniam fructus arborum non iuxta proprias ſpecies: igitur fructus ligni aridi caro Chriſti patientis, ligni autem viridis alma effigies Servatoris.

1. Paral. 16. 8.

Miracula.

Ezech. 17. 24.

Gen. 1. 12.

Fructus ingnes.

11 Clariùs. Utraque fructum & eundem tulit, aliter tamen & aliter. Lignum ſiccum corpus vivum quoad totam entitatem: lignum verò vivum quoad corporis duntaxàt ſimilitudinem. Perſcrutemur. Diximus *Didaſc. antec.* num. 6. lignum per Adami crimen ſiccum, fuiſſe pomum: lignum viride in imaginem, perſpicuum eſt, fuiſſe vitem. Ad vitem ſpectabat producere, ſed botrum producere; malus uti arida nil poterat germinare: at ſi aliquid, uti malum: tantùm producere pomum. Elucent mirificæ adinventiones utriuſque fructibus arboris: equidem ſi illarum mirabilis fructus, cùm ultra proprium producitur genus; mirabilis in oculis noſtris fructus vitis crucis, & crucis vitis: igitur in malo videmus botri pretioſi cruorem, & in vite pro pomo ſanguinis effuſi imaginem. Chriſtus in cruce, radice peccati, dicitur floridus: hinc in cruce dicitur & per crucem *Nazarenus*, quod floridum ſonat, vel dum crux gravat. *Marc.* 16. 6. Ioann. 19. 19. *Flos* (unde ſpina, ait Propheta) *de radice eius aſcendet*, Flos, unde ſpina, mirabilis fructus, quoniam citra proprium genus; radix notatur, ex qua malum producitur; ut mirum portentum eluceat in inventione: etenim ſignum mirabile, quod ex radice mali malus produceret florem, verùm non iuxta radicem. Alia perſcrutanda allegoria. *Videamus* (ait Sponſa) *ſi floruit vinea: ſi floruerunt mala punica.* Quid ad mala punica vitis in vinetis florida? *Malogranata typus ſunt Chriſti in cruce pendentis, rubentis ſanguine ex ſacris vulneribus*: inſit Ghislerius hìc.

Quia ultra propriasſpecies.

Iſai. 11. 1.

Cant. 7. 12.

Ghisler.

Quod

Quod videtur in argumento diſſonum, noſtrum aſtruit argumentum; quod videre cupiebat Sponſa, Amaſij deſiderans ſingularia mirabilia; etenim ſi malum punicum protendit Chriſtum pendentem in cruce, madentem pretioſo purpureo ſanguine; ſingulare exoptat opus, ubi fructus vitis obſervatur ultra genus, malumque punicum iungitur viti: quippe omninò ſingulare, vite florente, quod vitis palmes patientis imaginem produceret Redemptoris. Iam *non oſt uva in vitibus*, ſed malogranata in ſpectabile ſignum. Si uva è vite prodit ac malum punicum (typus Chriſti vulnerati) è vite procedit; in vite malogranata & non uva, nobis conſtat gloria magna: igitur gloriæ noſtræ magnitudo; quia in vite, ſimul ex vite videtur Chriſti crucifixi imago.

Inde mirabiliores.

Ier. 8. 15.

12 Hæccine mirabilia facta, & antytipè pro ligno vitæ, & imagine. Cæterùm *quomodó poſſunt hæc fieri*? An oportet naſci denuò? Exemplo ſanè mirifico. Per nativitatem exprimitur cuiuſque natura: ſi denuò naſcitur, eſt ipſa; & quia nata denuò, eſt alia: igitur haud alio indigeret ortu, ſi in eadem eadem remaneret conditio. Expoſitio quæſtionis Nicomedi demonſtrat in ligno utroque, quomodò poſſunt hæc fieri: equidem ipſa ſunt entitativè, ſed ut dennò nata, ſunt ſub alia conditione; quia contactu corporis Chriſti lignum aridum floruit, & ad eius effigiem viride lignum peraruit. Videamus quomodò, in ſimilitudine propoſita à Chriſto. *Nemo poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo*; locutus eſt Nicodemus: cui Aſſertor, *Niſi quis renatus fuerit denuó, non poteſt videre regnum Dei*: concluditque ſubdens de futura crucis virtute *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.* Quid ſermo de cruce cum effectu baptiſmi, ut Nicodemus intelligat ſigna facta per futura ſigna? Magni profectò, ut miraculum comprobetur miraculo, & conſtet dubitanti, quomodò poſſunt hæc fieri. Baptiſma eſt ſacramentum mortuorum, quippe mortuis originali crimine hoccine conceditur ſacramentum. Lignum crucis eodem piaculo infelix, erat duntaxàt lignum; quippequàm afflatu ſerpentis aridum. Chriſtus ſigna fecerat magna; ſed cogitabat amore maiora: exponitque Nicodemo baptiſmum, & ſimul crucis myſterium; quia ſicut de morte ad vitam tranſit homo virtute baptiſmi, ſic tactu ſanguinis Chriſti, lignum morte omninò ſiccum; futurum lignum vitale. Accinit Venant. Fortunat. Hymn. *Cruc.* 3.

Quorsùm & quomodò renata, utriuſque crucis ligna?

Ioan. 3. 9.

Ibid. à v. 2.

Verſ. 14.

Crux benedicta nitet, Dominus qua carne pependit:
Atque cruore ſuo vulnera noſtra lavit.

Unde crucis lignum lignum vitale?

13 De ariditate lignum tranſit in virorem: econtrà vitis tranſit in ariditatem, ut non ferat fructum iuxta ſpeciem ſuam, dum aliam perfert ſpeciem, floridiore ſiccitate. Quomodò poſſunt hæc fieri? *Promptuaria* Salvatoris potentiſsimæ charitatis omninò *plena*: *eructantia ex hoc in illud.* Quid eſt *illud*, & quid *hoc*? Rab. Ionan: *De ſpecie in ſpeciem.* Maluend. *De genere in genus.* In vite, ex qua Salvatoris effigies, fulget novitas eiuſdem & alterius conditionis. Non inclinavit vitem *ex hoc in hoc*, quippe tunc fructum ferret vitis iuxta genus ſuum. Dum fructus iuxta vitis conditionem, non eſſet de ſpecie in aliam ſpeciem, qua inſigne portentum fit: minimèque dicitur *Ex hoc in hoc* ſed ut emineat miraculum, duntaxàt *Ex hoc in illud*; quia ut ſpecies vitis alteram fructus ferret ad ſpeciem, pertulit in propria ſpecie ſpecioſam Chriſti imaginem. *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis? Nunquid tolletur de ea lignum, ut fiat opus*? Non homo, ſed potens eſt Deus: igitur tulit lignum vitis in mirificum opus; quando ut putaret palmitem iniecit appella manus.

Pſalm. 145. 13.

Pſal. 74. 9.

Imago Chriſti pro fructu vitis.

Ezech. 15. 2.

Compeſcit vitem:

Angel.

Modulatur Angelus Politianus. Aliam in fructu vitis oſtendit ſpeciem: quandoquidem palmes producturus botrum protulit Chriſtum.

14 Lignum vitæ crux Chriſti plauditur, quod in medio Eccleſiæ paradiſi conſtituitur. Unde placuit aliquibus, ut refert Reyes-Franco, in *Elyſ. camp.* quæſt. 26. num. 6. vitis arborem loco arboris vitæ nobis ſubſtitutam; ut homo ex ſucco inſtauraret per agentia extrinſeca amiſſam virtutem, cùm haberet in illa caloris naturalis amicum fomitem. Canit etiam Nonnus, lib. 12. *Dyoniſiac.* v. 293.

Reyes Franc.

Vitis data pro arbore vitæ.

Alius antiquior eſt ſermo, ut olim terræ
Cœlitus fructiferum cœleſte fluxit ſerum.

Nonn.

Data Hebræo incredulo crux, lignum vitæ, ſicut cunctis in calvario, quam proſequebatur odio; quia illi videbatur impoſsibile Deum poſſe mori, & quod turpius, in ligno. Expulſus erat ab horto ligni vitæ, cuius eſſu vitalitatem quiret inſtaurare; quippe iudicatus exiſtit, qui non credit, ut in vita per fidem vita

ſit;

ſit; quia non credit in nomine Unigeniti filij Dei. Hebræus errabat mente, non corde. A cæcitate manabat incredulitas, haudquaquàm à voluntaria incredulitate cæcitas, qua in æternum præceps fueret. Miſericordiam conſecutus eſt, quia ignorans fecit: & pro vitæ ligno datum eſt lignum vitis; quia in ligno vitæ ex vitis ligno in animæ vitam, vidit ſtupens Redemptoris formam. Aqua, ſeu lachrymis vitis illuminatus, uti Longinus iuxta crucem aperuit oculos; & per ſpeciem venerandæ, refulgentis imaginis, cognovit aliam eſſe ſpeciem ita fructiferæ vitis. Aliò propriſsimè Ovidius dixit, lib. 3. *Faſtor.* v. 760.

Et imago ex vite in vitam.

Ovid. ——*Gravidæ munera vitis amat.*

Cur vitis gravida?

Gravidanæ hæccine mira vitis, pro miraculo ſtupendæ converſionis: equidem ut nutriret incredulum devotione, produxit inſperatam imaginem Crucifixi.

Auguſtin. 15 *Unum è duobus palmiti congruit* (inſit Auguſtin. Tract. 81. in *Ioann.*) *aut vitis, aut ignis.* In articulo noſtro & ignis & vitis palmiti congruit. Vitis, quia illi imago Salvatoris inhæſit: ignis, quia fulgore imaginis mentem illuminavit: ſiquidem, dum ſic imago videtur, videre cæcè potuit, quem pridem averſabatur. Patet iam Chriſtus *vitis vera*, qui in cruce duntaxat metaphorica (de quo & alijs teſtimonijs affinibus, literaliter agemus hìc *T. 9. n.* 19. & *T.* 11. n. 29.) igitur attributio tantùm per ſimilitudinem, nequaquàm per proprietatem. Inter imaginem, & prototypum dividitur vitis entitas & ſimilitudinis claritas: etenim Chriſtus in proprietate, duntaxàt vitis imago: in imagine autem vera vitis, nequaquam ſimilitudo. Perſpicuius: Chriſtus vitis eſt vera in ſimilitudine ſecundum proprietatem; in proprietate verò ſecundum ſimilitudinem. Vitis vera eſt Chriſtus, dum in imagine videtur mirabile opus à ſæculo non auditum, in converſionem rebellium: equidem in vite putanda dum expectabatur botrus, refulſit pro triumpho Chriſtus.

Ioan. 15. 1.

Unde Chriſtus vitis vera & metaphorica?

16 Canticum Habacuc directum utique in Chriſti victoriam, & conterendam incredulis gratiam; quæ quidem mira mirificè per contradictionem exponuntur à Propheta. Poſtquàm in cruce Dominus vicit mortem, & abyſsi principem (qui egreſſus ante pedes eius per impudentem audaciam, ut lingeret ſubiugatus, menſus eſt terram) addit Habacucus: *Non erit germen in vineis. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.* Hæc eſt gratia, vel miſeria? Fructus inopia ſemper regioni calamitas; non felicitas.

Habac. 3. 17. 18.

Verberatæ grandine vineæ,
Funduſque mendax.

Horat. Uti ait Horat. 3. *Carm.* Od. 1. v. 29. & Iſaias, 57. 4. *Semen mendax.* Cur ergo defectus germinis in divite vinea erit Ieſu Salvatoris ſpectatiſsima gratia? Noſtrum prænunciat articulum, vitis exponens defectum; quæ meliorem ornatura electam vineam, germen haudquaquam producens ſecundum ſpeciem propriam; germenque non eſſe in vineis, quod videtur calamitas, ſumma oſtenditur felicitas; quoniam gratia ultra votum, ſingulare miraculum, quòd vitis abundans proprium haud producat germen, ſed pro germine nativo germinet Salvatorem. *Gaudebo* (ſubdit hìc, Sanctius, num. 155.) *in ipſo naturæ, fortunæque ludibrio, cum Deus ſteterit; cuius potentiam ſummam & ſingularem providentiam experior.* Nobis enim fauſtum naturæ vitis ludibrium: equidem ſi germen vitis in botrum; per potentiam ſummam uberius gaudium, quàm ex germine vitis, ex germine imaginis Salvatoris. *Non erit germen in vineis*: ſed non deërit ſingularis providentia, qua redeat fauſtè fortuna: equidem ſi triſtis deficiente in vite botro, gaudebo in Ieſu Domino Deo meo; quippe prætermittens germen, Dei mei ſpectabo effigiem.

Vitis illuſtrior præ proprio germine producens imaginem Salvatoris.

Sanct.

17 Enucleatiùs. Hebræus inficiabatur poſſe dici, eſſeque Meſsiam, qui in cruce ut ſumeret, depoſuerat animam. Hac cogitatione quùm putare intendit vitis palmitem, in vite defecit germen, pro illo illic apparente Salvatoris imagine, potentiâ ſummâ, ſingulari providentia: igitur cùm novum germen, deficens à vite ſtupefactus videret; Ieſum in cruce vitis Deum ſuum, atque Dominum cognovit. En articulus Thomæ de Salvatoris gloria dubitantis. Non credam: ait: *Niſi videro in manibus eius fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus eius; non credam.* Quærebat anxiè animam Thomæ, qui pretioſo redemerat ſanguine, eſtò deficientis à fide. Unde cùm præſtet excellenter Chriſti amor, ubi magis animarum tenax error; ut perſiſtens errori actutùm crederet, Thomæ dubitanti in carne glorioſa apparuit. Glorioſum credere nolebat, & *Dominus meus, & Deus meus* in ſe converſus exclamat. Ex apparitione Salvatoris gratioſà, Thomæ mirificè illuminata eſt anima: igitur illi-

Ioann. 20. 25.

Vers. 28. *Per illius imaginem Hebræus credidit Redemptorem.*

illicò, qui in cruce paſſus eſt mortem; utut vidit, confeſſus eſt Deitatem. Thomas de gloria Meſsiæ in immortalitatem reſurgentis dubitavit: Hebræus mortem Meſsiæ in crucis ſtipite non credit; verùm apparente imagine, vulnera conſpexit pro ſe ab avis crucifixi: & exultavit in Deo Ieſu, in cruce ſuſpenſo præ nimio amore, deficiente in vite germine, & à corde ſimul infidelitate; quippe continuò eius credidit Deitatem, cuius in cruce nec credebat mortem. *Vinum mentietur eis*: ait Oſeas pro converſione Hebræorum. Felix profectò in vitibus infortunium: igitur ſumma fortuna, quòd pro vino fœcundi mentientis palmitis, in vite vinum ſtaret germinans virgines.

Oſee. 9. 2.

18 Inter mira à Græcis ficta, refert Pauſanias, in *Bœotic.* ſeu cap. 291. *Memoriæ proditum, cum eo fulmine, quo icta Semele, de cœlo lignum decidiſſe.* Cadat deriſa vetuſtas. In Hebræi increduli converſionem, ſimul de cœlo venit lignum & fulmen: igitur ex imagine Dei in ligno pendentis, fabricatà à cœlo, ita compacta radiorum illucentium corruſcatio; ut fulmen quo cor lumine percuſsit, & mentem illuminaverit. Lignum & fulgur, ut cognoſceret in ligno, quomodò Chriſti fulgurabat imago. Fulgur & lignum, ut clareret menti illuminatæ miraculum: ſiquidem crux apparebat in ligno vitis, & fulgur emanabat à coruſcatione imaginis. Vitis nefaſta habebatur, ſi imputata, ſi fulmine icta, ſi iuxta illam homo cæſus, vel liquor botri pedibus vulneratis elicitus. Adi Plinium, *lib.* 14. *cap.* 19. Sacravit miraculo cœlum, quod Ethniciſmus oſtendit ſuperſtitioſum: etenim in imputata vite, tactà de cœlo fulmine, apparuit imago hominis vulneribus cæſi & mortui, cuius ſanguinis in pretium, ac lavacrum elicitus corde, manibus & pedibus. Quid mirum, quòd Hebræum attraheret, qui in vite exaltatum ac vulneratum ſe oſtendit?

Pauſan.

Fulgur & lignum.

Vitis quę dicebatur impura & infauſta?

19 Fructus vitis dulcior, ſuavior & copioſior, iuxta eundem, ſi terræ proximior: ſed ſtimabilior, modo in altum collocetur. Unde cap. 1. ibid. ait: *In agropopulis nubunt: maritaſque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachijs geniculato curſu ſcandentes, cacumina æquant, in tantùm ſublimes.* Modò intelligitur illud N. Servatoris: *Ego ſi exaltatus fuero á terra, omnia traham ad me ipſum.* Cur ergo non in terra poſitus, ſed omnia trahenda, ſupra terram collocatus? Eadem ſic vel aliter poteſtas, ac effuſi cruoris efficacitas. Sanè, verùm non erat in cruce. Tunc exaltatus, quùm Deus cognitus. Infrà Deitas latitabat; ſupra terram apparebat: dicitque totum mundum illotunc ad ſe converti, ex apparitione in cruce. Tunc *omnes totius mundi gentes ad fidem & amorem ſui traxit*: ſubdit Cornelius. *Ad fidem & amorem*? Sanè per crucem, in qua dignabatur apparere ſaucius, qui immortalis erat Deus; ut amor aſtrueretur fide, & fides ex ſingulari in crucis ſtipite apparitione: igitur ſingulare prorſum, immortalem Deum quod cognoſcerent per crucem; quem in cruce mori videbant uti mortalem. Si exaltatus, ad illum totus mundus trahendus. Sic & aliter Hebræus incredulus ad illum tractus. Sic, quia ut vitis Chriſtus ut traheret, exaltatus in populo crucis: aliter, quia hic exaltatus in palmite vitis. Unde cùm ex elevatione in ligno, cordium manaret converſio; Hebræus illum Deum credidit toto corde, dum eius exaltatam imaginem vidit in vite.

Plin.

Ioann. 12. 32.

Alapid.

Chriſtus in apparitione dum mortalis videtur, immortalis cognoſcitur.

20 *O admirabilis potentia crucis! O ineffabilis gloria paſsionis! Traxiſti Domine omnia ad te* (ait Leo Pap. ſerm. 8. de *Paſsion.*) *cùm in execrationem Iudaici ſceleris, unam protulerunt omnia elementa ſententiam. Iſti enim nihil in crucifixo Domino præter facinus ſuum cogitare potuerunt.* Aſtipulatur Gregor. Magn. in *Evangel.* Homil. 10. *Omnia quippe elementa Auctorem ſuum veniſſe teſtata ſunt. Deum hunc cœli eſſe cognoverunt, quia protinùs ſtellam miſerunt. Mare cognovit, quia ſub pedibus eius ſe calcabile præbuit. Terra cognovit, quia eo moriente contremuit. Sol cognovit, quia lucis ſuæ radios abſcondit. Saxa & parietes cognoverunt, quia tempore mortis eius ſciſſa ſunt. Infernus agnovit, quia hos quos tenebat mortuos, reddidit: & tamen hunc quem Dominum omnia inſenſibilia elementa ſenſerunt; adhuc infidelium Iudæorum corda Deum eſſe minimè cognoſcunt: & duriora ſaxis ſcindi ad pœnitentiam nolunt.* Cor huius ad pœnitentiam cognitione ſcinditur, & ad quem cognovit Redemptorem convertitur; illuminatis oculis eò quòd effigies eſſet in palmite vitis: igitur Chriſtus hìc exaltatur, dum in vite tanquàm in cruce conſpicitur; ut qui credit in eum non pereat, ſed vitam æternam habeat. Apparuit Chriſtus in hac veneranda imagine,

Leo Pap.

Greg. Mag.

In imagine vitis amor expreſſus & impreſſus Salvatoris.

Vitiſque frondens germine. Augurell.

In

In hac amor Salvatoris expreſſus & impreſſus; ut per fidem videns cœlitùs efformatam imaginem, ſalvaretur, dum excuſſus cordis error, qui (ut canit Ovid. 14. *Metamorph.* Fab. 16.)

Ovid. *Falce datà frondator erat, vitiſque putator.*

DIDASCALIA III.

Maria virgo ſingularis & varijs & miris modis.

1 DE Virginis Deiparæ perfectione diximus plura in Expoſitione Literæ, modò aliquid delibandum de illius illibata fœcunda maternitate. Egimus iam *Tom. 2. T. 2. D. 12.* Verùm dicam cum Leone Magn. de *Paſsion.* ſerm. 11. *Cùm ipſa materia ex eo quod eſt ineffabilis, fandi tribuat facultatem: nec poſſit deſidere quod dicatur, dum nunquam poteſt ſatis eſſe quod dicitur.* Quid ergo de illa dicendum, uti adæquatum præconium, quæ tot expetita ſæculis, tot prænunciata literis, tot concupita Angelis, tot prædicata Patribus, tot antedicta Gentibus, tot perſonata Vatibus, tot delineata formulis, humani gloria generis? 1.Reg.1. 1. *Fuit vir unus*, dicitur de Chriſto; equidem ſolus prædicatur & creditur homo-Deus. Virgo ſanè humana, & Dei prædicatur forma, & forma digna; ut aſtruit Auguſt. Tom. 10. ſerm. de *Aſſumpt.* & ſerm. 35. de *Sanct. Ildephonſ.* ſerm. 2. de *Nativ. Virgin.* Albert. Magn. in *Poſtill.* in cap. 11. [illegible] Ioann. Geŏmetr. *Hymn. 3.* qui ſerm. de *Annunciat.* etiam ait: *Forma eius qui non habet formam.* Unde ſi Chriſtus unus, quia in præfata perfectione ſolus; Virgo inter mulieres benedicta, unicè una; quippe illa ſola potita honore matris, & integritate virginis.

Nunquàm ſat in laudes Virginis. Leo Pap.

Gloria humani generis.

Virgo forma Dei.

Ioann. Geom.

Sedul. *Sola fuit mulier.*

Canit Sedulius in *Hymn.* epanaleptic. v. 8. equidem etſi excelleret donis, fulgeret gratijs; tota & maior excellentia, quòd eſſet ſola. Pridem de millibus *virum unum* Eccl. 7. 32. invenit Salomon: fœminam nullam. Ex quo Poëta in *Aulular.* Act. 2. ſcen. 1. verſ. 19.

Plaut. *Optuma nulla poteſt eligi: alia aliá peior.* Iam ergo invenitur perfecta inter fœminas una; & eo commendabilior, quippè illa ſola.

2 *Una eſt columba mea, perfecta mea: Una eſt*: ait Divinus Sponſus, quam quidem etiam fœminæ prædicarunt felicem, atque inter ſe præ mulieribus pulchriorem. Marian. hic. Cant. 6. 8.

Una columba mihi, mea ſola & magna voluptas, Marian.

Hæc ſponſa eſt Virgo mater pulcherrima inter mulieres. Pulchra eſt fœmina virgo, pulchra eſt fœmina partu. Unde Ethnicus, 1. in *Eutrop.* v. 72. inquit. *Cur inter fœminas pulcherrima?*

——— *Retinet connubia partu,*
Uxoriſque decus matris reverentia penſat. Claudian.

Deiparaque plauditur inter mulieres pulcherrima; quippe illi conceſſa gratia, quòd cum reverentia matris decus iungeretur virginis. Iam elucet mater & virgo-pulcherrima, uti in ſuperiore gradu. Cur igitur ſuper ſummum additur etiam alia perfectio, ita ut dicatur quaſi non eſſet, perfecta, dum celebratur ut una? Perfectio ſanequam, venuſtas virginitatis, ſed illam fugit claritas generationis. Perfectio ſimiliter inclyta veneranda fœcunditas, ſed abeſt ab eius gloria pudoris honorabilis integritas. Maximum utrumque, quippe impoſsibile in carne; & adhuc proceditur ultrà, haccine ſemel viſa in terra gloria: Sponſaque ſingularis Maria, quùm oſtenditur ut una, plauditur uti perfecta; ſiquidem ſumma ſuper ſummam perfectionem perfectio, quod virgo mater ſola eſſet mater & virgo. Iccircò dicitur: *Omnis gloria eius filiæ Regis.* Haud pleonaſmicè *Eius* uti cogitavit Genebrardus; ſed demoſtrativè, ut ſignetur admirationis ſcopus. *Eius*, non *Alius*; quia dum Deus Deiparæ ſingulariſsimam iſthanc gratiam conceſsit, gloriam ſuam alteri non dabit. *Eius omnis gloria.* Aptiſsimè. Gloria utique virginis integritas: gloria ſanè genitricis fœcunditas. Maior næ nexus integritatis & fœcunditatis, ſed non omnis: omniſque gloria dicitur, dum ſola tam virgo quàm mater filia Regis plauditur; quippe omnem glorioſam demonſtravit perfectionem, dum ſola ex cunctis obtinuit fœcundam virginitatem. *Quare perfectior, quia ſola?* Pſalm. 44. 14. *Hinc omnis illius gloria*

3 Illuſtre ænigma refert in *Notabil. Epitaph.* Æneas Silvius. Sic igitur ait:

Sum quod eram, nec eram quod ſum: nunc dicor utrunque. Æn. Silv.

Claret Virginis Deiparæ gloria. Erat virgo, non erat mater: modò mater & virgo: equidem ſola in carne felix obtinuit utrumque: mater igitur extitit, & virgo pulchrior illibata permanſit. *Virgo & mater & ſola virgo-mater.*

Florens de virginitate pudica Prudent.

Iam mater, sed virgo tamen.

Infit Prudentius in *Apotheos.* v. 642. De huiusmodi mirabilis conceptionis & partus prænotitia vel apud Ethnicos, diximus obiter, *Tom.* 4. *T.* 3. *n.* 10. fusiùsque agemus, *Tom.* 6. *T.* 1. Illa mira de Minerva parthetica, cui titulus: *Peplum meum nemo revelavit: de me Sol natus.* Eugubin. de *Perenn. Philosoph.* lib. 3. & Plutarch. de *Isid. & Osirid.* ex queis Gyrald. *Syntagm.* 11. Virgo fingitur, è qua Sol nascitur, mirantibus nobis uti verum, quod ab illis uti miraculum, fictum: quandoquidem de sola Virgine-matre natus nobis Sol iustitiæ. Iam ergo partus & virginitas (omninò discordes) fœdere gaudent pacis in gremio Virginis. Accinit Sabellicus:

Inscriptio Minervæ.

Sabell.

Nascitur intactâ virginitate puer.

Isai. 16. 11.

4 *Super hoc venter meus quasi citharа sonabit*: dicit per Vatem Evangelicum Maria, gratiâ & Verbo mirabiliter plena. Quid, ut viscera resonarent propter hoc? Virginitas & maternitas, ex quibus tota felicitas: dicitque propter, & *super hoc*, quasi mirabile, quod gestum è cœlo in sacrato ventre; igitur superiores excedunt intelligentias, simul in ventre virginitas & fœcunditas. Verùm, quùm singularis huiusmodi in illa sola celebratur gratia; quare eius venter resonat nostra in aure quasi cithara? O quantum est auribus ingenium! Cithara disponitur diversis oppositis chordis in dulcem harmoniam, ac ex contraria soni qualitate in consonantiam. Unde citharæ lemma: *Discordia concors*, quippe ut infit Engelgrave, in concentum ac sonorum modulamen; quæ distincta, parem scit suavem reddere vocem. Deipara prædicatur à D. Thom. Villanov. in *Visitat.* concion. *Cithara regis sonans*: & à Proclo, de *Laudib. Virgin.* Orat. 6. *Cithara animata, quam Gabriel dulci modulamine personavit in annuntiatione Verbi, eius filij futuri.* Est in cithara corda gravis, quæ maternitas: corda acuta, quæ virginitas; venterque Mariæ in Christi conceptione quasi cithara sonavit, dum cœlum utriusque discordiam concordem vidit: quoniam diversis vocibus continuit in cithara ventris, tenorem nunquàm auditum virginis-matris. Fœcunditas virginitati vox dissona: integritas maternitati vox muta. Vox audienda de cœlo, diversarum fidium fide consono sono. Unde cùm in Virginis ventre, citharâ, utriusque formandus & unicâ voce tenor; oppositæ, vocem dedit altera concors. *Quomodó fiet istud*, quod nunquàm factum? Excedit naturæ modum, tenente in sinu collecta, quæ fœminas beatificant splendore divisa: igitur iam in virgine & matre miramur utrunque, utriusque vocis singulari tenore. Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus: equidem resonans canticum cithara novum, fecit mirabiliter utraque unum, quo te descendente de cœlo, nascereris ex Maria virgine factus homo.

Summa felicitas, virginitas, & maternitas.

Engelgrave.

Villanov. Procl.

Cur Maria plauditur cithara animata?

Luc. 1. 34.

5 *Plus solvit in fructu, quàm promiserat in flore* (inquit Chrysol. *serm.* 97.) *quæ manente virginitatis flore, copiosum pervenit ad fructum.* Hi sunt fructus Solis & Lunæ, pomaque cœli: igitur favente cœlo singulari miraculo, à sæculo non audito; apparuit in terris fructus benedictus Solis, ex viscеribus sacris Lunæ virginis-matris. Hinc illa: *Flores mei fructus honoris & honestatis.* Flores & fructus simul, ut constet de cœlo fructus. In terra fructus ventris sine flore matris. Ubi in viscеribus fructus de cœlo; quæ mater floret, floret mater & virgo. Hac igitur de causa dicuntur fructus & flores honoris & honestatis. Honestatur fœmina partu, verùm non honoratur quasi virgo: dicunturque flores Virginis honoris & honestatis; quia genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit. His supersedeo, quia sæpe tetigi. Naturæ iura mutantur: ideo singularis utpotè cœlestis fructus, quippe cum floribus. Succinit Prudentius, ubi sup. 636.

Chrysolog. Deut. 33. 13 14.

Eccli. 24. 23.

Mirabilis fructus ventris in flore & cum flore virginitatis.

Intactam thalami virtus divina puellam
Syncero afflatu per viscera casta maritat.

Prudent.

6 Non fugit Ethnicos enthusiasmus, extendentes, uti cæci, manus: si fortè attrectent. De ritu Ægyptiorum dicemus loc. cit. *Tom.* 6. Græcis placuit, Terram genuisse cœlum & virginem permansisse: qua de causa Vesta dicta, ideſt, virgo, ut latè agit Ovid. lib. 6. *Fast.* cuius ministræ virgines, in obsequium huius singularis matris. Unde v. 280.

Terra cur dicta Vesta?

Quid mirum, virgo virgine si læta ministrá,
Admittit castas in sua sacra manus?

Ovid.

Vide Anton. Constant. & Paulum Marsi. hic. Hesiodus in *Theögon.* & Natal. Com. lib. 5. *Mytholog.* cap. 19. astipulantur delirio.

Alma sibi peperit tellus æquale supernè
Cœlum, quod stellis fulgens circuntegit illam.

Hesiod.

Quod figuratum in Iside, uti diximus in *Liter.* n. 130. Cœlum dicitur supremus Deorum qui fecit terram. Ita Cicero lib.

2. de *Natur. Deor.* Augustin. lib. 4. *Civ.* cap. 11. & Natal. Com. quò dudùm, *lib.* 2. *cap.* 1. Quorsùm fictum cœlum genitum à terra virgine, filia cœli? Unde hoc nisi de nostris sacramentis, subodoratum atque expressum sub cæcitate illustratæ rationis? Notitiam partus futuri singularis è primis patribus hausit, & in errores retorsit, ubi miraculum de insensibilibus finxit; verum uti rectum ab errore miraculum designavit. Quod videbat, haud Ethnicismus ducebat magni; quippe commune. Aliquid cogitare volebat magnum, per quod commendabile Numen in rationis stuporem, ac venerationem cordis; finxitque Telluris virginis patrem Cœlum, Telluris filium: terram, scilicèt seu Magnæ matris globum, à Iove (cœlo) factum, concepisse atque peperisse cœlum; equidem cùm magna in excellentiam Numinis excogitaret, nec nisi figmentis quid magnum signare posset; finxit patrem matris virginis ipsum cœlum: quippe nihil maius in encomium; quam signare filiam virginem peperisse genitorem.

Quare fictum, terrã genuisse cœlum?

7 Nescio, an Gentilitas præsaga, vel invidiosa. Dicam appositè ex Martiali, *lib.* 9. *Epigram.* 36

Plurima dum fingit, & quasi vera refert.

Martial.

Nil illustrius in Maria, virgine ac fertili terra (uti illam plaudit Andr. Cretens. *Cantic. in Virgin. concept.*) quam esse matrem & virginem: quasi cœli ex terra, prima conceditur lux, quia veritas de terra orta est. Iam non fictum, tellurem genuisse cœlum.

Præmia quanta uterum implebant, & gaudia pectus,
Cœlorum artificem cùm tua ferret humus!

Venant.

Succinit Venant. Honor. Fortunat. de *Virgin. part.* v. 176.

Melli. Sous.

——*Virgo*
Stans apud immensum cœli terræque Potentem
Insignes meruit divæ genitricis honores,
Matris & Æterni titulos: mirabilis ipsa,
Supremi manifestat opus, mirabile nobis,
Et superis etiam, non ante ab origine mundi
Patratum, nunquámque iterùm patrabile.

Si virginis à cœlo conceptio, quomodò concepit cœlum?

Ita Ioann. Melius Sousa lib. 5. de *Incarnat. Dom.* Hoc mirum, sed restabat maximum: nempè, quod filia Dei Deum filium conciperet, ut cœlum terra à quo producta produceret; ut constaret veritate, quod mirabile duntaxàt ex mera cogitatione. Extollunt sacri Vates. Idem ibid.

——*Virgo potioribus auctam*
Muneribus se novit enim, mentisque vigore,
Postquám divinum cœlesti Numine Verbum
Alma caro factum est, teneros compegit in artus.

Idem.

Certus inesse utero Numen. Veneratur & aulam
Virgineam pueri: maiori pronus honore
Quám priùs.

Venantius Honor. Fortunat. de *Partu Virgin.* v. 260. Sedulius lib. 2. *Carmin.* a v. 38. & Sabellicus, de *Virgin. ort.*

Unde tuum mater generas natum, atque parentem:
Hinc prolem, inde patrem.

Venant.

——*Uterumque puellæ*
Sidereum mox implet onus, rerumque Creator
Nascendi sub lege fuit: stupet innuba tensos
Virgo sinus, gaudetque suum paritura parentem.

Sedul.

O patris veneranda parens! O filia nati!
Siderei mater formosa Tonantis.

Sabellic.

Augustin. apud Picinell. lib. 1. *Mundi Symbol.* numer. 48. *Si omnia* (inquit) *per ipsum facta sunt; & ipsa etiam Maria, de qua natus est, per ipsum facta est. Quomodò ergo ille quasi cæteri homines nasceretur, qui sibi fecit matrem, de qua nasceretur?* Filia ergo filij Virgo-mater est, quo Deiparæ summa laus: equidem cùm munera sint eximia, si singularia, ac alteri non concessa; summum profectò in Maria huiusmodi privilegium: quoniam sine exemplo eximium, non solùm virginem esse matrem; sed filiam patris generare parentem.

Augustin.

Quod Virginis summum privilegium?

8 Inter Dei opera præclara refert David, uti summitatis culmen, *Tu fabricatus est Auroram & Solem.* Haud luminaris notat splendorem Lunæ, sed solummodò Solis & Auroræ, quasi ex huiusmodi fabrica Dei constaret magna singularis gloria. Deinde. Idem Dei studium (si studium) in macrocosmi propositum, & ornatum: cur ergo nec plauditur Luna, nec Sol nec Aurora, sed Solis & Auroræ duntaxàt fabrica? Quia ex huiusmodi fabrica summum prælucebat mysterium, inter opera Dei opus peculiare, ut summum, Sol (intendite) Auroram gignit: Aurora Solem producit. Aurora Solis filia, materque Solis. A Sole sanequàm fit, per quam producitur Sol; quod quidem nullis in rebus videtur, & mundus ut singulare miratur. Unde uti magnus Deus non plauditur ex splendore Solis & Lunæ, sed ex fabrica Solis & Auroræ; quoniam inter opera miranda mirabilius, singulariss imum opus, filiam Auroram ex patre So-

Psalm. 73. 16.

Quare commendatur Auroræ?

le per infusum splendorem, esse ac fulgere Solis patris genitricem. Sine matris corruptione: unde lux, producitur filius Sol. Magnus Dominus, & laudabilis nimis ex Sole & Aurora; sed perampliùs & perfectiùs ex Auroræ & Solis fabrica: igitur ex universi opificio, summa Conditoris perfectio, non solùm in productionem Solis filij existere matrem virginem, sed Solis producentis Auroram, rutilare tanquàm matrem.

Cant. 6. 9. 9 Maria ergo uti Aurora progreditur: Christus verò Sol Iustitiæ ex illa, uti Aurora nascitur. Quid excellentius Christo? Nil ampliùs, quàm Deus-homo: equidem novus homo, splendens Sol, subsistit in persona filij Dei. Quid perfectius in pura creatura, matre Virgine radijs Auroræ, Solis huius matre? Et licèt utriusque insignis valdè excellentia, Deus plauditur mirabilis ex Auroræ & Solis fabrica; quippequàm opus singulare, mirum, insigne, quòd filia virgo, uti Aurora producens rutila Solem, filium haberet parentem: filia nati Conditoris, materque patris. Vide alia in idem propositum, hìc *Tautol.* 11. *á num.* 44. usque in fin. Modò intelligitur acumen Siracidis dicentis: *Filia patris.* Quod videtur suppositum necessarium, est privilegij Deiparæ regium sigillum. Si filia, ex patre utique; quippe nulla sine patre: diciturque meditanter *Patris filia*, ut constet Virginis-matris singularis differentia: igitur videnda in rerum natura, quæ filia, uti mater patris, & quæ producta, genitrix Creatoris; quæ quidem naturà mirante instar Auroræ producentis Solem; in lucem qui illam edidit, dedit in lucem. Plura dicemus *Tom.* 7. *Tautol.* 1. ad illud Iobi, 14. 1. *Homo natus de muliere.* Quæ vincit omninò virgines, vincit super omnia matres. Super omnia: quia illius singularis gratia, quòd mater virgo gigneret, qui illam filiam eximiam creaverat: & Aurora Solem iustitiæ produceret, qui produxerat.

Virgo filia nati, materque patris.

Eccli. 42. 9.

Qui illam in lucem dedit, dedit in lucem.

10 Quæstio celebris venit in mentem, & eius expositio in inextricabilem quæstionem. *Quem dicunt homines esse filium hominis?* dixit Magister cœlestis discipulis suis. Variè cogitabant homines, dum non illum, sed alium in illo, vel illum cogitabant apud se. Sciebat enim cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Vana sanè opinio, modò ille habeatur pro alio: igitur non inquiritur, an sit illud, an sit hoc; sed duntaxat an ille vel ille sit. *Vos autem* (Christus infit) *quem me esse dicitis?*

Matth. 16. 13.

Vers. 15.

Petrus tunc ex persona sociorum, tanquàm omnium forma fidelium, profitetur: *Tu es Christus filius Dei vivi.* Hilarius hìc *Canon.* 16. subdit: *Certè filium hominis contemplatio corporis præferebat: sed addendo, Quem me esse dicunt; significavit, præter id, quod in se videbatur, esse aliud sentiendum: erat enim filius hominis.* In nodum incidimus. Si filius hominis, inquirit de filio Virginis (quippe præferebatur contemplatio solùm corporis) cur ergo Petrus quæstioni respondebit propriè, dicens filium hominis, filium Dei vivi? Deus vivus non est homo, etsi pater filij hominis, qui ut filius genitori debet esse omninò consubstantialis. Quorsùm igitur Petri professio de genitore, dum inquiritur de matre, qua filius hominis? Bernardus Homil. 2. *super Missus est.* n. 1. inquit: *Matrem suam singulari in cœlestibus donaturus gloriâ, singulari in terris prævenire curavit & gratiâ: qua videlicèt ineffabiliter intacta conciperet & pareret incorrupta. Porrò Deum huiusmodi decebat nativitas, qua non nisi de virgine nasceretur: talis congruebat & Virgini partus, ut non pareret nisi Deum.* Hinc respondetur de genitore, dum de filij hominis inquiritur genitrice: siquidem quia de virgine natus, Dei vivi clarescit filius.

Vers. 16.

Hilar.

Unde Christus clarescit Dei filius, quia de Virgine natus?

Bernard.

11 Aliud arcanum latet in Petri definitione, quùm filium hominis dicit filium Dei vivi. Christus est filius Patris, & etiam est filius Virginis; cui ex conceptione & partu miraculoso cessura prorsùm insignis glorificatio, quin haberet ex fœminis priorem similem, nec posset unquàm habere sequentem, superans matres, præstans inter virgines: & ubi de matre in filij hominis professione à Christo inquiritur, de Patre cœlesti filij hominis respondetur; ut luceret Mariæ singularis gloria, in alteri incommunicata, ac incommunicabili gratiâ: equidem Petrus in Christo nato è Virgine connotat patrem; ut clareat cunctis peperisse parentem.

Dedit, à quo accepit esse.

Quæque Creatorem meruisti ventre tenere. Accinit Venant. Fortun. quò supr. v. 121. Hinc laus, ultra quam nil plus: igitur quem venerata virgo parentem, in partu nunquàm viso respexit prolem. *Miraculum mundi* dicitur à Guarrico, de *Baptist. nativit.* serm. 1. Conceptio & partus in fœmina naturales: miraculum partus Virginis; at supra miraculum, quod & naturæ & gratiæ excedit modum; quandoquidem in Virgine visum, habere sobolem, quem suum cognovit artificem. Creantis

Venant.

Guarr. *Miraculum quare dicitur orbis?*

tis intacta gavisa est partu, à nato formata suo.

12 Necdùm discedimus à quæstione; sed primùm observanda verba Hilarij. In ly *Filium hominis*, inquit, *significavit præter id quod in se videbatur, esse aliud sentiendum; erat enim filius hominis.* Si filius hominis videbatur, & præter id quod videbatur erat aliud sentiendum, nimirùm divinum; aptius erat dicere: *Erat enim filius Dei Æterni Patris.* Quare ergo dicitur, *erat ergo filius hominis?* Ut constet in Christo discrimen utriusque & ab utroque nativitatis. Exponit ergo disquisitio Assertorem N. Patris verbum & Virginis filium, cum utriusque natura, estò magna differentiâ in modò conceptionis genitoris & conceptus genitricis. Hæc filium genuit sine patre, ille eundem filium genuit sine genitrice; quippe à solo processit patris intellectu, sicut à Virgine uti filius hominis sine viro: & dum inquiritur de filio hominis (scilicèt, Virginis) designatur à Petro filius Dei vivi, Æterni Patris cœlestis; ut luceret excellentia diversæ à Patre & matre naturæ in una tantùm persona. Ideo, quia filius videbatur hominis, aliud quod non videbatur, sentiendum de filio Patris. Paris enim periculi malum est, si Salvatori naturæ humanæ veritas, vel paternæ substantiæ denegetur divinitas. Claudicaret sanè in fide, qui crederet filium hominis sine Deo, vel filium Dei vivi sine esse humano: utrumque fide verâ fatendum, ut miremur utriusque conceptionis & nativitatis modum: diciturque Dei vivi genitus filius, dum videtur filius hominis à Virgine natus; ut ex modo conceptionis eluceat filius Dei, homo novus singularis: quandoquidem filius hominis ex matre-virgine sine genitore, filius verò Dei vivi ab æterno sine matre. *Christi autem generatio sic erat.* Sine matre in natura divina: sine genitore conditione humanâ: ut Deus, quin haberet genitricem; ut homo, quin haberet genitorem.

Hilar.

Analogia matris virginis & patris cœlestis.

Matth. 1. 18.

Venant.

Et tamen est genitus Deus atque homo, verus & unus.

Ad laudem artificis nobilis artis opus.

Modulatur quò dudùm Venant. v. 231. & 253. Alia & volupè dicerem, ut hanccine penitiùs exponerem perfectionem; sed protrahitur plus iusto Didascalia: alibi occurret propositum, quo fulget Virgo singularis & varijs & miris modis; etenim ut idem ibid. canit v. 247.

Idem.

Sola sine exemplo

DIDASCALIA IV.

Unde vita Theresiæ mors viva?

1 IAM enim, uti vidimus, sponsa, mater & filia Regis astitit in throni superioris culmine in vestitu deaurato, circundata varietate prærogativæ singularis matris-virginis, cuius prædicavimus ex animo gloriam. Adducentur Regi virgines post eam: & inter electas una, Diva virgo Theresia, ad exemplar Virginis virginum, dote ac pulchritudine charismatum singularium.

Comites virginitatis amat. Ovid.

Rutilat Theresiæ iubar, eius ad exemplar: equidem virgo illibata ad Sponsum, atque simul mater virginum.

Quomodò mater & virgo?

Astabunt famulæ claris á Regibus ortæ;
Ut tua, cùm fuerint iussæ, mandata capessant. Crucius.

Fuit vir unus: dicitur de Sponso: idest, *Excellens*, ut vidimus in *Liter.* Una erit ergo Sponsa, si Sponsus unus per redamationis nexus, indissimili corde, uno ex duobus vehementiore charitate. Unde si *unus* dicitur Sponsus, quia excellens in fide amoris, & in studio singularis fides; par est Theresiam plaudere ut unicam, propter amoris in Sponsum insignioris excellentiam. *In animæ meæ centro, quæ tota erat clarissimum speculum, erat Christus, quem perspicuè videbam, quoquó lumen dirigebam versus animam: hancque quam tuebar uti speculum, inesse Domino modo singulari, ineffabili, per quandam unionem benevolè amicam.* Ita ipsa in *Vita*, cap. 40. Quippini dicamus unum, utrunque utriusque vicissim præclarissimum speculum?

1. Reg. 1. 1.

Eius anima speculum Christi.

Theres.

2 Devotio profectò conatur comprehendere cuncta, & opprimitur à gloria. Ad omnia haud valet, quia copia inopem me fecit, ac inter tot commendabilia feliciter dubium, quid intendam anxius, illi addictus in celebrationis scopum? Papilioni in flammam volanti apposita epigraphe: *Ut potiar, patiar.* Vide Picinell. *Mund. Symbol.* lib. 8. numer. 263. Unde Ioach. Camerar. *Centur.* 3. Emblem. 97. succinit:

Picinel.

Qui circunvolitat deceptus amoris ad ignes,
Nunquid naturam papilionis habet? Ioach Camer.

Habet num inflammata Theresia, sed non de-

Instar papilionis.

decpta, conditionem papilionis; dum irrequieta circumvolitat enixim Sponsi amoris ad ignes? Habet profectò, sed in vita invita & irrito voto; igitur volando patitur, quia micante flammâ, vel ignita non potitur. Splendorem ambit, veniens non pervenit. Instat, sed vita gravat: & dum non potitur, vehementissimè patitur; quippe non pervenit felix defectibilis vita, quò transeunt & transvolant desideria. Hæc illuc versus halitus vitales (fortiores, deficientes) rectò tramite ducunt; at illi appropinquaverunt, & steterunt, orto dolore ex ignis propinquitate: siquidem cordi impulso in optatam flammam propter amoris vehementiam, incumbenti studio, ut potiretur amplexu; inhibitum, pro tunc ingredi; ac indultum, splendorem ambire, ultrò citròque inde circumvolitare. Potitur, aut patitur? Patitur, quia non potitur. Aliquando dicebat: *Aut pati, aut mori*; quippe patiebatur, ut securiùs potiretur: de quo egimus, *Tom.* 3. Tautol. 13. Didasc. 3. agemusque aliàs, vità comite, faventeque Matre, ut opto, eius mancipatus studio, atque delicioso obsequio. Modò, *Quia non potior, patior.* Intellexistis hæc omnia? Quæ non cogitat flagrans amore divino cor? Stultus non intelliget hæc. Est intelligendo non intelligere, intelligere & intellecta non comprehendere: ut ipsa astruit in *Vit.* capit. 18. Bernard. serm. 79. in *Cantic.* num. 1. *Qui non amat, frustrà ad audiendum amoris carmen accedit; quoniam omninò non potest capere ignitum eloquium frigidum pectus.* Quid hoc? Quale carmen? Quod amantem reddit sapientissimè ac prudentissimè amentem; ut ipse infit, præfat. in lib. de *Considerat.* ipsaque Mater, d. cap. 16. *Dicit anima mille sanctas ineptias* (Vide quæ diximus, *Tom.* 4. *Tautolog.* 7. *Didasc.* 5.) *quin possit ostendere gaudia ex huiusmodi pœna. Dùm hæc scribo, haud sum extra insthanc sanctam amentiam cœlestem. Utinàm sic omnes amentes propter amorem! Et propter amorem eius, qui propter omnium nostrum amorem amens appellatus est.* En qui à frigido nequit intelligi cordis amor. Si frigido loquor, nihil loquor.

Qua conditione?

Amor non amanti stultitia.

Bernard. Sapientissimè ineptit amore Theresia.

3 *Aut pati, aut mori*, exclamabat: in præsentiarùm verò patitur, quia non potitur. Utroque, atque nullo gaudet; dum utrumque habet, & fugit: equidem mortem ante mortem patitur; quæ moritur, quia non moritur. Si ut potiatur, patitur, & moritur patiens, potiturque moriens; obtinet & mori & pati, quod non amanti videtur amentia, quippe impossibile: illaque in vita sine vita propria, iungit aversantia extrema; ut constet eximius amor, quæ videtur insania: igitur excessu amoris, voto potitur; quia vivendo moritur: & quia voto non potitur, ut potiatur, mortem patitur. Ipsa dicat, quæ ita cantat:

Moritur, quia non moritur.

Vivo ego, quin mecum vivam:
Sed manet vita superior
Talis ibi, de qua glorior; Theres.
Quòd moriar, quippe non morior.

Implicant termini, sed explicantur amore. Aliò idem apud Ethnicum, lib. 12. *Metam.* Fab. ultim.

Cùm vitæ suspensa fuga est, amplectitur amens
Exanimem: clamatque placet, placet esse secutam. Ovid.
Sed non hoc timui. Nec erat mihi vivere tanti.

Vivit, quin secum vivat, quæ vitalitatem modo vitæ suffocat, halitu in vita dubio, quoniam eius vitæ vitalitas in Sponso & ab Amasio. Vitam habebat, sed deficiebat in dolore vita, quia nequaquàm vivebat ibi & unde vivebat; siquidem necessaria hæc vita mortua, ut haberetur, quam cupiebat, vita. Propè erat, quod ardebat, scilicèt, in flammivomo corde: longè autem à facie, morientis retinaculis vitæ, qua minimè respirabat, quia vivendo tabescebat. Desideria, queis lactabantur proposita cordis, fomites nutriebant voracitatem ignis. Secum contendebat in mortem, & deprimebat vitalitatis solamen; igitur vita vitam fugabat, & non præsentem, sed veram amor desiderat. Ita animus intimè carpitur: moriturque Theresia, quippe non moritur: siquidem per felices halitus vitalis flammas, amittebatur tota desiderata felicitas.

Vivit sine se.

Unde mors viva?

Urget ampliùs invenire mortem.
Nunquàm non fugientem adibat. Anacr.
Cuncta sic membra amor necaverat.
Animamque reddidisse:
Teneris mihi sed alis
Agitans Amor frontem
Ait: ergo amare disce.

Liquet summa charitatis, & fornax examinis auri amoris: etenim multipliciter in carne mors vitalis; in dilectum morte tendere, sic stare & velle mori.

4 Alio, superioreque intuitu, quàm Seneca *Epist.* 24. exclamat Paulus: *Quotidiè morior.* Stoicus, quia mensurabiles dies, loquitur physicè: *Non repentè* (inquit) 1. Cor. 15. 31.

quit) *nos in mortem incidere, sed minutatim procedere. Quotidiè morimur; quotidiè enim demitur aliqua pars vitæ: & tunc quoque cùm crescimus, vita decrescit.* Paulus theologicè, sed implexè: igitur si quotidiè gaudet respiratione vitali, non potest mori quotidiè. Quomodò intelligendum, quotidiè vivere & mori? Dicit ipse: *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo.* In illo vivit Paulus, vel in corde Pauli Christus. Gloria invitat, vita gravat; quippe per vitam nequit pervenire in gloriam, qua statim felix potietur, si moritur. Detinetur à vita, dum urgent in dilectum desideria halitum vitalitate suffocantia; quia quotidiè Christi facies expectatur, & quotidiè optata diù tanta gloria detinetur: moriturque quotidiè, in gaudium expectans mori; quia in gaudio mortis mors successiva diligentium cordium, haberi & fugere gaudium. Instat vehemens in dilectum amoris æstuantis flamma, & accedunt vitæ moribundæ vincula, queis cordis impeditur velocitas, cùm tempus amoris præsecet alas, practico impossibili nexu vitalitatis, & mortis, possessione ac desiderijs: igitur cùm voluntas formet pennas, atque vincula vitalitas; morti cor mancipatur multiplici, dum sic stat & vult mori.

Senec.

Philip. 1. 22 23.

Intolerabile, haberi & fugere gaudium.

5 Scrutemur abdita Apostolici propositi. Quid optat Paulus? Mori. Moritur sanè quotidiè. Quod habetur à pectore votum, excludit penitùs desiderium. Si gloria ex morte, moriturque quotidiè, habet quotidiè quod optat: quo pacto mori desiderat? Ut non sit mors vitalis ex qua mors multiplex; quippe mors sine morte amplior mors summo cruciamine. Morte Paulus intendit esse cum Christo, quem ardebat dilectio repulsa voto. Satagit utique potiri, sed detinetur, ne gaudeat, vitalitate: moriturque, quia non moritur, vivitque morte quasi non moreretur; ut constaret cordis amantis intensissima flamma, & quò perduxerunt moribundum viva vota: equidem affuit vitalitas, ut mortem crebrò ex desiderijs causaret; & mors, quæ utpotè vitalis, beatitudinem excluderet. Innuit Ethnicus, quò dudùm, *Carmin.* 46.

Quo pacto mors multiplex, velle mori, neque valere?

Anacreont.

Et non amare, durum est,
Et est amare, durum:
Durissima omnium res,
Amare, nec potiri.

Hinc mors quotidiana Pauli, dum vult dissolvi: negatur potiri, cui concessum, vehementer amare. Unde cùm huiusmodi articulus, uti durior, premat mortem usque amantis pectus; mortem acriorem patitur, quia dilecto non potitur, & ut potiatur moriens vivens mortem passam non patiatur: etenim sic esse, cùm grave cordi diligenti sit, illi durum plus quàm mors, usque in mortem desiderijs pervenire, & perveniendo iterùm cum desiderijs recedere; mori scilicèt & non mori: sic esse in vita, & non esse: mori velle, sed non posse; tenere, sed non potiri. Quod promittitur, è manibus labitur. Quod illuminat, obcæcat. Quod ducit, repellit. Quod venit, fugit; ut constet amoris fides ex excessu doloris amantis. Patientia sanè necessaria, ut reportetur promissio. Astruitur siccine eximia, insignis dilectio, probata per patientiam, mortemque miram; ubi nec malum, nec mors, sed gaudium atque felicitas est. Clareat mirum: siquidem amanti summum tormentum, pati gaudium.

Cur multiplex mors amanti?

6 Ratio subest. Animæ est, vivere secum: amantis animæ, vivere extra se; amantis intensè, ignitè, vivere vitâ dilecti: cæterùm si in summum exardescit cordis flagratio; nec secum, nec sibi vivit, sed in dilecto. Unde Theocrit. *Edyl.* 29. v. 6. succinit:

Theocrit.

——— *Dimidium vitæ, quod habeo,*
Vivit per tuam formam: reliquum interijt.

Quare si vivit?

Non vivere vitâ amantis & simul amati, in amore potiùs mors est dicenda, quàm vita; quia secum vivit, qui sibi vivere renuit: verùm dum amor glisci t, mors continua iudicatur ab animo, esse secum, dum vult esse cum dilecto. Astruit Ambrosius & apprimè in Luc. 2. *Ut non videat mortem, qui viderit vitam.* En discrimen amoris magni & amoris. Amoris est, dilecti vivere vitam: amoris magni, videre vitam dilecti: morsque acerba & crebrò dicitur, quùm vita dilecti, etsi habeatur, non videtur; quippe ultra cruciamina mortis, vehementibus desiderijs, vitam ex dilecto vivere, & dilectum in quo vivit, non videre. Non videt mortem, qui viderit vitam. Ergo qui amat non videns amantem, videt vel in vita mortem: & mortem successivam, per vehementem cordis flammam: igitur mors super mortem amanti, in vita pro vita videnda mori. Exemplo Tantali claret. Vide Horat. *lib.* 1. *Satyr.* 1. v. 68. & *Epod.* Od. ult. v. 66. ex Homero, *Odyss.* 11. à v. 580. Nonn. in *Dionysiac.* lib. 1. à v. 146. Pindar. *Olymp.* Claud. Minoën in *Emblem.* 84. Alciat. Natal. Comit.

Ambros.

Non videre dilectum, non est vita.

mit. lib. 6. *Mytholog.* cap. 18. Aptè Petron. in Satyric. *Epigram. 9.*

Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit
Petron. *Tantalus infelix, quem sua vota premunt.*

O Paule! Cupis dissolvi? Mutato nomine, de te fabula narratur. Infelix, quem sua vota premunt. Bona cœlestia appropinquanti usque ad portas mortis proxima ludunt, affluunt & effluunt. Edis & esuris? Sitis in undis?

Cornel. Gall. *Non aliter sitiens vicinas Tantalus undas*
Captat, & appositis abstinet ore cibos.

Equidem cùm mori sit lucrum, ut videat dilectum, sitque perpetuò cum Christo, qui sedet animo, concupitus voto; fraudatus à proxima fruitione, spirat sanè quotidiè, impatiens ponderis venturi temporis, atque præsentis amoris: grave, in bono, ac gaudio tormentum, quòd iam præsens sit futurum: solvique desiderat, dum ita vitam desiderium gravat; quia mors addita amantis continuæ morti, gloriam esse præsentem, & non potiri.

Nec gloriâ præsentem esse, & unâ.

7 Qui cupit dissolvi (moriturque quotidiè haccine cupiditate) ipse dicit Paulus. *Quis* (in hac quotidiana morte) *me liberabit de corpore mortis huius?* Quodnam ergo corpus mortis? Pondus carnis: unde querulus exclamat Augustin. de *Spirit. & anima*, cap. 62. *Audi anima qualis sis. Onerata es peccatis, irretita vitijs, capta illecebris, exilio captiva, corpore carcerata, hærens luto, infixa limo, affixa membris, confixa curis, distenta negotijs, contracta timoribus, afflicta doloribus, erroribus vaga, suspicionibus inquieta, solicitudinibus anxia, advena in terra inimicorum, & coinquinata cum mortuis.* Hoc est corpus mortis, quod dissolvitur per gratiam: aliud profectò quod dissolvitur per gloriam, ex cuius pugna, ante mortem ex vita mortem patitur anima; quippe revelatâ facie vult contemplari quod præsens fugit, & obice temporis ante oculos evanescit, permanente siti in fonte, & inter epulas fame, urgentibus votis in gaudium plenum optatæ felicitatis. Quid tantus ac deliciarum talis thesaurus, cui non conceditur usus? Mors erit carnis? Utinam! Corpus est mortis. Mors corporis in instanti: corpus mortis toto tempore vitæ. Ex morte corporis manabat optata gloria: ex corpore mortis, totius cupitæ felicitatis absentia, tabescente animâ per conceptum corditús ignem; ex eo quòd desiderans speciem (tunc gloriam Dilecti speculans atquè lumen) haud de haccine claritate in claritatem feliciorem, in eius transformabatur imaginem: diciturque corpus mortis in amante, dum corpus præ amoris flamma non subijcitur morti; quia excedit mortis acerbissimæ pœnam, propter vitam mortalem amanti differri vitam. Infelix sanè, quem sua vota premunt, dum bona ad manum copiosissimè affluunt. Mors vitæ est vita amantis, quin possit obtineri in vitam gloria, cum corporis declinabili vita. Vita Pauli erat in cœlo: hocque in articulo vivens dicitur *infelix* felicitate *homo*; haud tantùm, quia moritur quotidiè, cùm statutum sit hominibus, semel mori, ex gloriæ occurrentis fuga; sed ex gloriæ fugæ causa: equidem corpus mortis morte gravius, quia non moriebatur corpus. Hinc dicit: *Semper nos qui vivimus in mortem tradimur.* Alibique: *In mortibus frequenter.* Non in morte, sed frequenter in mortibus, & semper, quandiu vivimus. Expectabatur gloria, & spectabatur: magnumque tormentum, expectare quod visum. Quorundam bonorum intolerabilis magnitudo est. Quid maius gloriâ, quam expectat exæstuans securè cor? Illa trahit, sed vitâ corporis fugit. Vita impedit vitam, & vitam præ vita optatam, in qua & ex qua tota simul magnitudo beatitudinis: quæ quidem magnitudo eximiè diligenti intolerabilis; quippe summa cordi pœna, proximâ gloriâ, ad cupitam veram vitam ostium amanti aperire, & per vitam à vita ioco temporis repelli. Videt amans quid potiundum, unde mortali immortale gaudium, suspensum vitâ corporis futilis, ex qua dirum corpus mortis: Paulusque quandiù vivit traditur in mortem & in mortes, & quotidiè, & frequenter, & semper; igitur quin potiatur, cuncta patitur, & moritur, quia non moritur.

Mors amanti protracta mors acerbissima.

Ibid. *Corpus mortis, quia non moritur corpus.*

2. Cor. 4. 11 & 11. 23.

Quæ patiatur anima, corpori immersa? Augustin.

Unde tunc in vita mori?

8 Quæ Theresia passa, ut vita Iesu manifestaretur in illa? Gloria micante, cupiebat dissolvi, & moriebatur quotidie: equidem durissima amanti lex, præut ultra mortem intolerabilis mors, ubi dilectus propè, amare, sed non potiri. Vita præsens dulcis, at manet vita cœlestis; quæ utpotè superior, vita dulcior, quærente corde Sponsum, eius qui non vivit secum. Hæc vita sanè vita, quippe cùm ibi dilectus, ibi cor ubi thesaurus: ibi fons vitæ, quò fertur anima dulcissimi amoris pondere. *Non valeo Domine* (dicebat, ut constat ex eius *vit.* cap. 16.) *tot ferre labores,*

Cur à Theresia præsens despicitur vita?

Theres.

bores, queis quin te videam, ut videam, afficior. Invitè profectò vivo, *igitur renuo mihi & mecum vivere, ut tecum & tibi vivam.* Additque cap. 29. *Moriebar, ut Deum viderem, & nesciebam quo nisi in morte quærenda huiusmodi vita. O Domine! Singulare ingenium tui delicatissimi amoris erga me. Fugiebas à me, unáque tuæ charitatis studio amplectebaris morte ita dulci, ut anima ab illa separaretur violenté.* Canit quò supr. Carmin. 6:

O vita, secùs & ita!
O mors, quàm mihi severa!
Non habetur vita vera,
Donec moriatur hæc vita.
Sic etiam in cœlo sita, — *Phœnix est.*
De qua misereor, & glorior,
Quia veniet vita superior,
Dum deficit hæc inferior.
Si uti phœnix morte exorior,
En morior, quippe non morior.

Iam non mors amara, si ex morte gloria: igitur quia fovet animum, hìc gaudet mori festinus in ortum. Ad unguem Augustin. d. cap. 61.

——In aspectum Solis, lucisque supernæ
Penè parem Superis animam rapit immaculatam.

Augustin. *Ultimus astringit, stabilique subbarrat amore,*
Collateratque Deo, quam dotem iam speculatur.
Qui thalami, quis cultus eam, quæ festa serenant:
Quis dicat, Mea Sponsa, veni.

9 Hæc cogitatio rapiebat à corpore animam, ut una vivificaret, suffocaretque Theresiam; nonnunquàm morti traditam *propter Iesum*, cui vivebat tantùm cor. 2. Cor. 4. 11. Vivit igitur, & propter Sponsum morti traditur. Ab illo vita, morsque infertur propter illum? Utique: ita vitam mortis suffocabat desiderium videndi per quem vivebat, & moriebatur Sponsum: dicitque, propter Iesum fontem vitæ, morti tradi; quippe si moriebatur, haud deficiebat per infirmitatem, sed languebat in vita, expirans ac suspirans propter amorem. Graphicè obumbrata affectio dira Theresiæ in gemitu saucìæ charitate Sponsæ. Pingitur hæc mittens in aures Dei, per cancellos prospicientis, tela ignita, suspiria: è pectoreque ad oculos electissimas sagittas, desideria; cum lemmate: *Ante te omne desiderium meum: & gemitus meus á te non est absconditus.* Nomen sagittarum erat, *Utinám*: nomen verò telorum, *Ah*, & *Heu.* Vide Hermann. Hugon. præfat. *Pior. desiderior.* Imago planæ Theresiæ ex vitæ atque mortis contentione. Micabat è cœlo gloria, in illudque emittebatur sagitta. *Utinam!* Psalm. 30. 11 39. 14. 41. 2 83. 1. 5. 141. 8. 142. 12. *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum!* Proh! Quanta hìc, estò mortalis, ærumna! Ah! *Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Oh! *Beati qui habitant in domo tua Domine.* O! Ego in valle & *in valle lachrymarum!* Hui *Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo. Complaceat tibi Domine ut eruas me. Me expectant iusti, donec retribuas mihi.* Evax! *Ne longé facias*: Nec longè fias. Hei! Laboro *in deficiendo ex me spiritum meum.* Au! *Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.* Sic! *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Quando hæc erunt? Quod signum adventus tui, & consummationis sæculi? Exultabimus, & lætabimur in te memores uberum. Trahe me post te.* Ha! *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Hoi! Si aliquando cur non modò? Utinam! amore langueo. Invitat fugiens dilectus. *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Matth. 24. 3. Cant. 1. 4.

Uror, & in vacuo pectore regnat amor. Ovid.

Moriente vivà vita propter intolerabilia desideria. Siccine secum loquitur apud Hugonem, ibid.

Quot mihi clam tacitis mens æstuet anxia votis,
Iudicio potuit discere nemo meo.
Nemo nisi arcani qui pectoris intima lustrat,
Quem fugit humani nulla latebra sinus.
Si tamen ulla foret speranda hac arte medela,
Ars desiderijs hæc foret ulla meis.
Ille meos gemitus, mea scit suspiria solus.
Ille, oculis etiam persecat ima suis.
Quæ mea sint igitur, dum triste gemo, — Herm. Hug.
lamenta;
Non nisi nos soli novimus, ille & ego.
Quid voveam, tacitis dum compleo littora votis; — *Colloquia & soliloquia.*
Non nisi nos soli novimus, ille & ego.
Quid clamem, mea dum se suspiria rumpunt;
Non nisi nos soli novimus, ille & ego.
Nemo meos gemitus, vota, aut suspiria novit
Nemo, duo nisi nos, & duo sufficimus.

Sponsus scit, quid Theresiæ meditetur cor: & dum vivit, morti traditur propter Iesum; quia licèt amanti securè futurum gaudium, mors est in vita quicquid futurum erga Dilectum. Mors est amor præsens

Suspiria & eius desideria.

Unde illi penetrantius vulnus?

vehemens, & præsens Sponsus absens, fugiens & amplectens; etenim cùm crescit amor, augescit propter fugam amanti dolor, quo cruciatur intimè anima per dilectionis atque temporis vulnera: igitur dum amor egregius, altissimum cordi vulnus, ad terminum percupitè pervenire, & quasi non esset, à termino retrocedere.

Luc. 1. 21.

10 *Postquàm consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer* Iesus; quid? Facta circuncisio? Utique, & pueri acerbo dolore; sed vulnus altius à tempore, ex cuius sagitta elicita cum sanguine cordis incognita flamma. Unde Augustinum serm. 23. de *Tempor.* (etsi apud illum non legerim) fertur, dixisse: *In passione Christus pretium, in circumcisione amorem & voluntatem ostendit.* Cur igitur in circuncisione insignem amorem ostendit, quùm in cruce totum pretiosum sanguinem fudit, vitam amisit, & maiorem hàc dilectionem nemo habet? Vel in vulnere circuncisionis vita floret, in cruce autem amore vita defecit. Quo pacto siccine eximia demonstratur dilectio? Quippe tunc mortuus, dum ita saucius. Amor intendebat in vulnera, ut ostenderetur hominibus cordis flamma. Quærebat præ amore vitæ finem, ut homo quamprimum obtineret libertatem. Pervenit in vulnus, sed adhuc in finem non erat tempus. Unde si per mortem dilectio maior ostenditur; in circuncisione saucius qui vivebat, moritur: igitur mors morte acerbior amanti; proximum esse morti, & sic suspendi. Dies octo consummati sunt, ut circumcideretur puer, taceturque circuncisionis vulnus, quia ex consummatione sine fine temporis vulnus maius. Cùm vellet mori & non posset usque ad præfinitum tempus à Patre; acerbior profectò cordi vulneris dolor à tempore, quàm à vulnere: igitur à tempore vulnerabatur amor cordis intra pectus, à circuncidente vulnerabatur tantummodò corpus. De hoc latè *Tautolog. seq. Didasc.* 1.

Augustin.

Cur vulnus circuncisionis, amoris vulnus?

Quantus dolor amanti, mori velle, sed non posse!

Mors ante tempus.

Homer.

Accinit Homer. 1. *Iliad.* v. 3. Mors ante mortis tempora, est mors in vita, amanti propria: qua de causa Horatius de *Arte*, à v. 467. infit:

Horat.

Invitum qui servat, idem facit occidenti.
Nec semel hoc fecit: nec si retractus erit, iam
Fiet homo, & ponet famosæ mortis amorem.

Per amorem famosa huiusmodi mors; dum à morte servatur, qua amor pectoris vehementer exprimitur; consummatisque in finem demonstrationis diebus, mors amantis dicitur & non vulnus; quippe mors expectare in vulnus temporis consummationem, & in fine pro excessu nullum invenire finem. Arctiùs utpotè in mortem penetrat vulnus temporis, quàm pœna vulneris.

Vulnus sine morte amanti mors, & non vulnus.

11 Articulus anceps videtur in angustia Salvatoris. Proximus morti dilectis discipulis dixit: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Non propter mortem, sed mortem usque? Patet, non dolere de mortis dolore, sed de tempore. Mors ultimum malum, quia summum: ante mortem non summum, estò malum. Cur igitur, dum quèri, affligique debet mortis diro cruciamine, duntaxàt causatur de suspensione? Desiderio desideraverat implere cursum, ut morte aperiret hominibus regna cœlorum, sederetque morte devicta, ac partà victoriâ in cœlis, etiam ad dexteram patris. Per mille labores non semel mors obviarat, modò uti proxima instabat: tristisque usque in mortem manet; quippe timet, dum ex illa tantum emolumentum, quod sicut aliàs frustraretur votum. Tempus semper inimicus amanti, cupienti per compendia occurrere morti, ut voto frueretur desiderium in felicitatem hominum. Exanimis cupido mors invitabat hiatu, pro tanta felicitate, in mortem urgente amore: & qui propter illam non tristatur, quousque veniat & animitùs affligitur; ut clareat quantus dolor, dum voto moriendi frandatur amor: etenim saucio cordi in collatione cruciaminis; plus quàm mors amantem, affligit dilatio mortis.

Marc. 14. 34.

Tempus inimicus amanti summè.

12 Hinc Sponsi mœror, & etiam Sponsæ labor, per dulcem amaritudinem posituræ avidè famosæ mortis amorem. Desiderium habebat dissolvi & esse cum Christo: ita ut vehementi impetu videndi eum, quasi sagità confossa, omni usu sensuum videretur destituta. Adisis Ioann. à Sanct. Hieronymo in *Compend.* num. 77. Nihil promptius habebat in pectore, nihil frequentius in ore. Verùm quid? Patiebatur martyrium ex amore, tyranno tempore. Dicit & iurè Benavidius lib. 2. *Horar. successiv. Epigram.* 22.

Et tyrannus.

Martyr ovas animo, plus passa superstite victrix
Corpore, & assiduis spontè peracta malis.

Benavid.

Erat mors vitalis, superstite corpore, quoniam in amorem vulnus, quin vulneraretur pectus. Vulnerata erat, ita ut amore caderet, quin amor langueret, qui valebat fortius vulnere: eratque fortis dilectio

Cant. 8. 6.

ctio uti mors corpori, verùm ut sæpe moreretur corpore invitè superstite : igitur impulsæ Theresiæ à flamma (quæ in mortem dirigebat desideria) dira mors ; approximante morte ex cordis vulnere, velle ac cupitè mori, & morientem, quin moreretur, suspendi, & sic suspensam stare. Animam pertransibat desiderij flammata sagitta, quin è custodia illam educerent vota. Moriebatur quo vivebat ; & quia morte vivebat, succesivè moriebatur : etenim mors supra mortem amanti, cupienti statim dissolvi, quo usque in animam transiret nobile vulnus, quin vulneraretur corpus. Ut finis laborum cogitabatur consummatio temporum, lætabaturque pectus, quasi tempus post finem non foret amplius ; & ab ingenio amoris inveniebatur, quo sæpius corpore superstite moreretur : quandoquidem pro fine ex vulnere dierum prospiciebat consummationem, verùm non inveniebat in morte finem. Quælibet temporis pro voto levissima morula, erat Theresiæ uti impatienti lethalis sagitta. Mors quæ fastidiosa cæteris, illi suavissimè dulcis : & dum languet amore, haud tristis propter mortem sed mortem usque ; quippequàm Theresiam non interimit mors futilis, sed tantùm dilatio mortis : illàque veniente, timet ne veniat, & sicut aliàs illudendo eludat ; solicita mortem usque, præ mortis cupiditate : siquidem dum illa desideratur ; plus quàm mors, ut mors timetur, quòd fortissima dilectio, voto iam uti in manu, privetur voto.

Affectus dilectionis irritus Theresiæ lethale vulnus.

13 Satagit securitatis David, ubi sic cupientis auditur vox. *Tu es spes mea, portio mea* (Maluend. *Possessio mea*) *in terra viventium.* Si in cœlis servas servis interminabilem gloriam, *educ de custodia animam meam.* Lactat mortem spes vitæ : & præ ardenti gloriæ voto David desiderat mori ; quippe (licèt in spe felicitas sit, & gloriemur in spe gloriæ venturæ filiorum Dei) plenam haud nancisceturi felicitatem, quousquè spes titillans animum, vertatur in possessionem. Idem Theresia efflictim avet & timet, sese angit ut è custodia corporis educatur, quo quippe non moritur, moritur. Non expectabit quod expectant iusti ; spe nimirùm tantæ portionis lactari? Si spes per flores ; in quo eximia amoris flamma, pascitur sanè inter lilia. Si hæret Theresiæ pectori vulnus, dilectionisque angit morbus, plenis date lilia manibus.

Psalm. 141. 6. 8. Maluend.

Spes amoris nutrix.

Pindar.

Spes Amoris nutrix optima.

Spes est, quæ capiat ; spes est, quæ pascat amantem. Ovid.

Huiusmodi vanitati creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe ; quia & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloriæ. Cur ergo vel sic Theresia non quiescit, sed usque in depositionem satagit, moriens pro morte etiam in proxima exspoliatione vitæ ? Quia timet morte non mori, ex eo quòd semel & iterùm, ut spes possessio videretur, accesserit & mors fugerit : unde de morte non dolens proxima morte, mœret anxiè mortem usque, quia mortem acerbiorem formidat, dum in mortem vehementior amor inflammat: igitur egregiè amanti, ac è custodia exeunti, super mortem dura mors ; si possessio quæ iam portio, convertitur in spem. En Theresiæ amoris anfractus, & dilectioni angiportus ; quippe singularis illius charitatis insigne, mori simul & non mori.

Et tormentum amantis.

Mori & non mori.

14 Eluceścat desiderium. *Quanvis adeo ardenter mori cuperet* (subdit ubi supr. Ioannes à Sancto Hieron.) *ut eum videret, ut nihil optabilius, aut vitá gravius illi esse posset ; tali tamen Dei amore æstuabat, quòd ut pro eius dilectione aliquid perpeti, vel alicuius animæ saluti posset consulere, ultró se Dei voluntati committeret.* En speculum charitatis Pauli. Ita ergo infit : *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Quód si vivere in carne hìc, mihi fructus operis est ; & quid eligam, ignoro. Coärctor autem è duobus : desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multó magis melius ; permanere autem in carne, necessarium propter vos.* Vide quæ diximus, *Tom. 4. T. 12. D. 6. à n. 7.* Hoc est ferculum, quod ex ingenio Salomonis efformavit sibi Theresia, cogitans reclinatorium aureum, Dilectum : ascensum purpureum ex martyrio sine sanguine, corpore superstite ; & medium imagine Charitatis (de qua *Tautolog. 10. D. 5. num. 6.*) ipsa graphicè constravit. Effulsit profectò eximò splendore flagrans cor, ubi imago charitatis affixa *propter filias Ierusalem.* Unde ergo in Theresia illustris charitatis imago ? Mori intendit, & esse cum Christo, in quo habebat reclinatorium, cuius semper ardens fovebat in pectore desiderium. Clamant filiæ.

Ioann. à S. Hier.

Quanta in Theresia charitas!

Philip. 1. à v. 21.

Cant. 3. 10.

Parva loquor. Duplicem Carmeli nomine sexum

Signa Tonantiparæ sub veneranda vehis.

Benavid.

Coärtabatur è duobus, desiderium habens dissolvi, quod melius ; & in carne permanere,

nere, quod neceſſarius. Mori erat lucrum; vivere in carne, non ſibi ſed alijs commodum: & ferculum triumphale imagine eximiæ charitatis conſtravit, dum mori vult & à morte recedit; quippe eluxit eius cordis ſumma charitas, reclinatorium Sponſi relinquere propter filias. Pende: *Eſſe cum Chriſto, multò magis melius*, in quo ly *Melius* gravem excitat quæſtionem. Thereſia maximè arduum votum emiſit, efficiendi ſemper, quicquid perfectius eſſe intelligeret. Si perfectius optat, & eſſe cum Chriſto Paulus *melius* pronunciat; quomodò perfectius erit, Chriſtum relinquere: ſi melius (quod optatur) cum Chriſto eſſe?

Unde

Pſalm. 115. 15. Maluend.

15 *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius*: inquit David. Maluend. *Chara in oculis Iehovæ mors intentata gratioſis eius.* Sæpè, imò ſemper mors intentata amoris telo à Thereſia, ut Sponſum videret in gloria. Propter hoc moriebatur vivens, ſeu potiùs vivebat moriens, cùm eſſet ubi amabat; & nequaquàm ubi erat. Si huiuſmodi mors multiplicatur, in gratioſis eius; Deo mors ſuavior, gratior & acceptior. Modò ſemel Thereſia moreretur, theatrum Sponſo pretioſum ſuſpendebatur: & cùm eſſet optimum eſſe cum Chriſto, in perfectiora tendens recedit ultrò à Sponſo; quippe ſi huiuſmodi mors grata divino flagranti cordi, gratior omninò, ſi moreretur quotidiè. Lucem acumini confert præfata auctoritas Pauli. *Quotidiè morior*: inquit. Quomodò quotidie, quod fit ſemel? Invenitur anceps inter proprium lucrum ex aſsiſtentia cum Chriſto, & aliorum commodum ex fratrum dilectorum contubernio. Eſſe cum Chriſto melius, pro quo moriebatur; verùm ita, ſemel tantùm moreretur. Ex mortis deſiderio & propter fratres mortis ſuſpenſione, Paulus vivendo moriebatur quotidie: ſicque eſſe (ubi melius) tanquàm perfectius deſignat, dum mortem optat; ut vitæ ſacrificium eſſet gratius, modò obſequium amantis exhiberetur acceptius: ſiquidem ſi mors per vota Dilecto grata; quotidiè, magis pretioſa.

Gratiſſima cur Sponſo mors quotidiana Thereſiæ

1. Cor. 15. 31.

16 Conſtat ergo vel in bono meliori, quanta perfectio ex voto Thereſiæ, & quanta charitas, ubi Sponſum, pro quo moritur, derelinquit propter filias. *Quotidie morior* (alloquitur Paulus Corinthios) *per veſtram gloriam.* Sermo iurè dirigitur in Thereſiam, dum propter filias augendo compeſcit amoris flammas: etenim cùm illi mors eſſe ſic, & ſic eſſe, continua pretioſior mors; ut à filiabus gloria fauſtè obtineretur, gloriâ invitante quotidie propter filias privabatur. Imitatur zelum Pauli, & cum effectu ardentiſſimi zeli. *Semper* (inquit) *nos qui vivimus, morti tradimur. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.* Idem ac ex eodem mors & vita? Claret etiam in Thereſia. Quia ſemper morti vivens traditur, vita in filiabus videtur: morſque eius ſi pretioſa, dilatio magis ac magis grata; quippe quotidie diu moriendo ſupervixit, ut filiæ vitam glorioſiſsimam haberent. Acu rem tangeret Euripides, dicens in *Iphigen. in Aulid.* v. 1251.

Ibid.

Quo amoris exceſſu?

2. Cor. 4. 11. 12.

Unde filiabus gloria.

Inſanit enim, qui cupit mori:

Euripid.

Modò inſanire diceret, charitate: igitur cùm gloria Sponſi Thereſiam educeret extra ſe; ut potiretur, nil placebat niſi mors. Quotidiè moritur, quotidiè expirat, ut martyrium in expectatione clareat. Retorqueatur Ethnicus, *Epiſt.* 19. v. 89.

Cùm bené ſe, quantumque volet, ſatiaverit amor.

Ovid.

Ipſa tibi dicet, quàm patienter amat.

DIDASCALIA V.

Amor Gertrudis ingenioſus amor.

1 FAllitur Publ. Syrus dum in *Mimis* infit: *Fœmina peior fœminâ*; igitur ſeſe offert perfectior, præmiſsâ bona. Thereſia gratijs præſtantiſsimè fulget, & Gertrudis gratia apparet; ut conſtet quòd non fœmina peior nonnumquàm fœmina, ſed *filia melior filiâ*. Differt enim ſtella ab aurea rutila ſtella claritate radiorum; verùm amœna ſemper conciliatrix claritas ſtellarum. Quid inter Thereſiam & Gertrudem uti diſcrimen intercerit? Dicit devotio, eſtò ſumptum ab Ethnico, lib. 2. *Amor.* Eleg. 10. à v. 5.

Publ. Syr.

Eccli. 36. 23.

Utraque formoſa eſt, operoſæ cultibus ambæ:

Artibus in dubio eſt, hæc ſit, an illa prior.

Ovid.

Pulchrior hâc illa eſt: hæc eſt quoque pulcrior illâ.

Et magis hæc nobis, & magis illa placet.

Equidem cùm utraque gratiæ miraculum; in diſcrimen miranti atque colenti duntaxàt occurrit dubium (ſine diſcretione vel in

Thereſia & Gertrudis quam ſimiles.

in profectu ſcientiæ è cœlo communicatæ, vel in virtutum mirificâ operatione) harum utra, filia gratiæ, melior filia. Sponſus unus exponitur. *Fuit vir unus.* Vidimus Thereſiæ erga illum in redamatione flammam, pendamus in Gertrude eximij amoris induſtriam. *Fuit vir unus* virginum Sponſus; futura erat Sponſa, ut ornaretur thalamus: Iccircò virgines mirâ ſpecioſitate exierunt obviam ſponſo & ſponſæ. Cur ergo ſi de Sponſo dicitur, *Fuit vir unus*, cœleſtis, præclarus, ſingulariter inclytus; ac de Sponſa, *Una eſt columba mea: una*; dum connubium in Evangelio enunciatur, nec *unus* nec *una* dicitur? Si eſſet alius & alia, nulla in amore vehementia. Summus amor prænotatur, dum mortale immortali coniungitur, viventibus uno corde, uno ſpiramine, unâ vitâ amoris ferventis flamma. Quapropter cùm unum in exceſsivo amore ſit neceſſarium: poſt nuptiarum contubernium, nec unus nec una nominatur, qui iam unum.

1.Reg.1. 1.

Cant. 6. 8. Matth. 25. 1.

Sponſus & Sponſa unũ.

Spiritus unus, amorque animis concordibus unus,
Una anima eſt: animos quis putet eſſe duos?

Heſius.

Ita Guilielm. Heſius de *Charit.* Emblem. 33. Aſtruit etiam Caſtanniza in cap. 4. lib. 1. *Div. inſinuat.* ubi Chriſtus Gertrudem ſic alloquitur: *Nec duo corpora nos iam & unus animus (ut de familiariſsimis dici ſolet amicis) ſed unus homo in unum corpus, unumque ſpiritum commiſti ſumus.* Hinc Sponſus Chriſtus à Gertrude excordatur, dum ſiccine & diligit & diligitur. *Fatetur* (idem ibid. infit) *ſic ſe ictum amore Sponſæ, ut ipſius cor in illius cor ſit mutatum & converſum. Tanta eſt divinæ gratiæ virtus, tamque reddit animam Deo gratioſam, & tanta cum voluptate hanc imaginem, & divinum opus ſuum artifex ipſe contemplatur, & diviná arte expreſſam ſui ſimilitudinem tanto amore proſequitur; ut quaſi transformatus in illam, illius perſonam induat.* En philoſophia cœleſtis ſummi amoris, & mutui; quippe amans vivit animâ amantis.

Caſtann.

Cor Gertrudis & Sponſi unum eſt cor.

Idem.

2 Redditur à Petro negationi trinæ trina Dilecti confeſsio; ne minùs amori lingua ſerviat, quàm timori: & plus vocis elicuiſſe videatur mors imminens, quàm vita præſens. Dixit ergo Ieſus illi: *Simon Ioannis amas me?* Reſpondit ergo: *Domine, tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te.* Amare dicitur iuxta Caietan. hìc, vehementer diligere; ſed deviat ab ingenio vehementis amoris, aſtruens amoris confeſsionem, & flagrans Petri profitentis cor; *utpoté conſcius ſui proprij affectus erga Ieſum.* Si ex proprio affectu oriretur cognitio; non diceret Dilecto, *Tu ſcis*, ſed *Ego ſcio*, ſicut protulit, *Amo.* Amor erat ex proprij cordis affectu: cæterùm haud eſſet vehemens, ſi eſſet in illo cognitio. Claret cauſa. Qui amat intensè, vivit in dilecto: minimèque dicit Petrus, *Ego ſcio*, ſed *Tu ſcis*, quod te te amo; quippe dum Petrus Ieſum amabat, ſolus Ieſus ſcire quibat: etenim in throno glorioſo cordis, animam continebat amantis.

Ioann. 21. 18.

Diſcrimen inter diligere & amare. Caietan.

Amans vivit in dilecto.

Ubi ſum, ibi non ſum.
Ubi non ſum, ibi eſt animus.

Plaut.

Accinit Plautus in *Cyſtellar.* Act. 2. ſcen. 1. v. 6. Anima amantis in corpore videtur eſſe, ſed fertur amore; ut ſit ubi non eſt, ſed ubi ſubſidet cor: dicitque Petrus, Ieſum eius cognoſcere amorem, ubi erga illum pectus fovebat vehementem; quia illum cognoſcere poterat, in quo feliciter eximio amore vivebat. Ulteriùs. Duæ cognitiones exponuntur à Petro, dum eius amoris deſideratur cognitio: ſcilicèt, *Tu omnia noſti*, & *Tu ſcis, quia amo te.* Si Chriſtus cognoſcit omnia, flagrantis pectoris Petri non latet flamma. Cur igitur promitur amoris cognitio, quaſi ultra cunctorum notitiam alia neceſſaria notio? Dupliciter cognoſcitur amor, potiſsimè ſi vehementior. Cognoſcitur intellectione ex cordis affectu; & ſimul voluntate, ex cordis ſitu: ſedet anima in amato. Unde ſcientia amoris ſpeculativè atque practicè in dilecto; quoniam vehementer diligens præ amoris firmiſsimi veritate, cognoſcit, ſecum non eſſe. Patuit amor Petri Chriſti ſcientiæ, & patuit amori. Intellectui ac voluntati: Petruſque dicit Chriſtum eius amorem cognoſcere, & quia voluntatis incendia atque flammam noverat; & quia vitam amantis ſecum habebat.

Ibidem.

Quomodò eximius cognoſcitur amor, ex cordis ſitu?

3 Amans in dilecta fertur, & ſecum non eſt, ut ſecum ſit; moriens ſibi dulci vulnere ac telo, ut vivat ſingulari metempſychoſi in amato. *Quantum poſsit amor, qui vitam in morte miniſtrat*; huiuſmodi mors in vita demonſtrat: vide Achillem Bocchium, *Symbolic. qq. 7.* In dilecto nec eſſet, nec viveret, ni maximoperè & propenſius amaret: in morteque amantis collocatur potentia atque vita amoris; quippequàm ni moreretur ſibi, haud eſſe quibat in corde & vita dilecti, ut amoris metamorphoſi ac

Acchill. Bocch.

Quo ingenio per mortem vivat?

po-

potentiâ utriusque esset una vita. Canit Mantuanus *Eclog.* 3. à v. 97.

Mantuan. *At veluti quoties aliena ex arbore secto*
Surculus inseritur trunco, natura duorum
Iungitur, & misto coalescit corpore virga;
Sic Dominæ dilecta mihi se immersit imago,
Et fecit duo corda unum, duo traxit in unum
Pectora: sensus inest nobis & spiritus idem.

Hic animæ status in amore vocatur excelsus à Bernard. de *Diligend. Deo* cap. 10. subditque *numer.* 28. *O amor sanctus & castus! O dulcis & suavis affectio! O pura & defæcata intentio voluntatis; eo purior, quo in ea de proprio nil iam admistum relinquitur: eó suavior & dulcior, quó totum divinum est, quod sentitur. Sic affici, deificari est. Manet quidem hominis substantia, sed in alia forma, aliâ glorià, aliâque potentiâ.* Si hæc amoris cacumina, præproperè Gertrudis ascendit flamma; qua de causa illa Sponsum vocat spiritum suum; dicit ergo *lib.* 2. cit. *cap.* 23. *Rapuisti me ad talem tui unionem, quod supra miraculum miror, quod post potui amplius vivere sicut homo inter homines. Addidisti etiam mihi illam nobilissimam Arcam Deitatis, scilicèt, deificatum cor tuum præbendo in copiam omnium delectationum mearum: nunc gratis dando, nunc ad maiorem indicium mutuæ familiaritatis, illud mihi pro meo commutando. Inter quæ specialiùs præfero, quod impressisti cordi meo saluberrimorum vulnerum tuorum præclara monilia: & ad hoc, vulnus amoris; scilicèt, ut in corde meo delicias tuas iugiter cum anima mea posses habere; perficiens hoc donum, omni creaturæ stupendum: quod scilicèt, ab illa hora usque in præsens nunquám ad oculi ictum sensi, vel cognovi te cordi meo alienatum.* Ita ergo in Sponso viventi facta vox: *Sicut ego sum figura substantiæ Dei Patris in divinitate; sic tu eris figura substantiæ meæ ex parte humanitatis, suscipiens in tuam deificatam animam emissiones meæ divinitatis.* Adisis *Tom.* 1. *Tautolog.* 5. *Didasc.* 20. *num.* 4. & *Tom.* 4. *Tautolog.* 12. *Didasc.* 5. *num.* 8. Siccine.

Bernard. *Qua arte in amantis substantia fit dilecti cor & forma?* *Christus cor Gertrudis accipit, & suum, ut illa respiret offert.* *Alia mira.*

Taubmn. *Concordes animæ casto sociantur amore.*

4 Hæc utique præclara, sed respectu dilectionis Gertrudis, eius amori principia. Altiora petit, singularia discutit,

Plaut. *Ut amantem amanti decet.*

Si singularis Sponsus in fide demonstrationum; Gertrudis etiam singulare studium, ut insigni pectoris flammâ, in amore appareat unica. More & modo. Amorem quærit amando.

Virgil. ——*Flammam media ipsa tenebat*
Ingentem, & summa Christum ex arce vocabat.

Verùm quomodò? Amoris sublimi ingenio, & effectu amoris novo. Amoris conditio est, ut à dilecto amantis rapiatur cor; quippe captivâ suavitate vinculorum voluntate, amor amantem non sinit esse sui. Econtrà est usus intellectionis: equidem cùm ratio versatur in intellectas species; ad se necessariò trahit, quicquid ratiocinio intelligit. *In corde Gertrudis invenietis me* (dicit Sponsus) *cui totâ affectione inter eius amplexus tanquám captivum tradidi.* Illa amore non fertur in Sponsum? Utique. Qua ergo lege habet captivum? Propter amoris singularis ingenium: igitur cùm æstuaret cor charitatis vehementiâ; traxit in cor, à quo tracta.

In quo ingenium amoris Gertrudis? Lib. 1. capit. 4.

5 *Ingenium charitatis* signat Paulus, dum plaudit in hacciue inaudita nova scientia, amoris studium. Sit. Cæterùm in quo amoris ingenium? In modo speciali amoris, & processu voluntatis. Ingenium spectat intellectionem, charitas voluntatis originem. Intellectus trahit res ad se, voluntas fertur à rebus. Intellectus trahit res ad se, rerum intelligentiâ; quia intelligendo fit omnia. Voluntas fertur à rebus, quippe amor pondus. Ferri amore, amori commune: trahere verò, quia extra amoris tenorem, singulare: signaturque à Paulo in processu singulari amoris, amoris ingenium; quia omninò in amore novum, quòd amor intellectualis in sphæra & ordine dilectionis; siquidem si voluntas fertur in dilectum, & trahit bonum; claret novum amoris studium, quòd dilectus à voluntate trahatur, dum diligens, quippe diligit, ipsâ voluntate fertur. Sic ordinatur charitas, ubi dilectionis supereminet celsitas; quia tunc ordo charitatis sublimis, sine ordine amoris regularis. Ni excederet (potentiarum permutando processum) frequentiorem in amore modum; esset charitas, sed non haberet ingenium. Captivatur voluntas à dilecto: summaque petit amoris studio; quia per nova mira dilectionis obsequia, traxit captivum captiva. A Dilecto capta per suavissimam dilectionis dulcedinem, *captivam duxit* profectò *captivitatem*; dum dilectus tractus per nobile studium, intellectum captivavit in obsequium: igitur si intellectus

7. Cor. 8, 2. *Quale & quantum!* Cant. 2. 4. *Novus ordo amoris sine ordine voluntatis.* Ephes. 4. 8.

ctus nequaquàm ducitur, & voluntas bono fertur; magnum emicat ingenium charitatis, in ordine miro ſingularis amoris: igitur novum, qui captivavit diligentis animum, tradi captivæ voluntati captivum. Theatrum patet amoris inter cor Chriſti & Gertrudis, in qua invenitur, dum quæritur, igitur in eius amplexus tanquàm captivus voluptuosè traditur.

Captus amor renuit libertatem.

6 Scrutemur in fabula quàm iucunda dilectionis vincula. Liber amor cùm hinc inde vagaretur, à Nimphis obſequijs, quaſi inſidiosè capitur, ligatur, ſicque vinctus, Decori traditur cuſtodiendus. Mater ligatum invenit, pretium, ut ſolvat, ſolvit; ſed amor renuit: etenim illicò ac Decor cognitus, decrevit firmiter vivere dedititius, iam vinculis dedidactus. Canit Anacreon, *Carm.* 30.

Anacreont.

Muſæ florea vincula
Capto nuper Amori
Iniecere coronas,
Vinctum dantque Decori.
Nunc autem Cytherea
Quærens, munera præfert;
Queis abſolvat Amorem:
Sed quanvis redimatur,
Hærebit tamen illic,
Iam ſervire ſuetus.

Videmus è pectoris Gertrudis flammâ, quicquid Græcia mendax habet in hiſtoria. Nymphæ virtutes ſunt, queis capitur Amor, Gertrudis Sponſus, cuius concupivit decorem, ac gratiarum venuſtatem. Iccircò Gertrudi dicit, apud Caſtann. d. *lib.* 1. *cap.* 12. *Tanta eſt mihi pulchritudo tua, & univerſi corporis gratia, ut te intuendo, mentem explere nequeam. Neque in cœlis, neque in terris quid reperio, in quo ſine te oblectter.* Amor *meus in te tantus eſt, quod ſine te vivere nolo*: lib. 3. cap. 5. Tantus! Claret, ſi vinctus. Redimitur à Matre? Utique, ſed hæret Sponſæ. Haud gravatur vinculis è Gertrudis brachijs.

Caſtann.

Theocrit.

Sic amat amatus.

Videamus articulum. *Virginea mater tua* (alloquitur Sponſum) *te filiolum dilectum uteri ſui, reddi ſibi á me repetijt.* Accepit, poſtque *immaculatis manibus ſuis porrexit mihi te virginalem parvulum, amabilem infantulum, quaſi totis conatibus amplexus meos nitentem.* Recedit à matre, ſtudet Sponſæ, ut clareat eius charitatis ingenium: igitur vehementis amoris ſignum; quòd ubi Gertrudis cor ob Sponſum extra pectus, ob ſingularem amorem Sponſus à tracta tractus.

Chriſtus Sponſus Gertrudi captivus.

7 *Vulneraſti cor meum ſoror mea Sponſa*, Sæpe dixit dilectæ Gertrudi Amaſius, ex loco *Cantic.* quod ita interpretatur Maluenda: *Dicit ſpecie hominis in amorem ſummum exaræſcentis. Intimè amas me: traxiſti me ad tuum cor, ut ibi maneam, & te totam diligam. Miſiſti me in tuum cor.* Non ſolùm amat Sponſa, ſed & intimè: flagrat Sponſus, & ſummè, quaſi ex illa in pectus adacto vulnere, ex quo glorioſus; quippe per illam ſaucium uſque ad intima pectus. Sed unde vulnus? Illa tracta poſt Sponſum cucurrit, quia Sponſus amore traxit. Quo ergo pacto qui dilectus in cor diligentis trahitur, dum illa præ amore in dilectum fertur? Amor, quo vehementior, ingenioſior; quippe intellectus nobile ingenitum munus claret amantis voluntatis modus. Amor ampliorem oſtendit flammam, dum tranſit obſequijs voluntatis ſphæram. Dilectus allicitur, dum voluntas ducitur: ſi ille in diligentem fertur, amore certo certiùs vulneratur; manens in corde quod traxerat, quùm dilexerat. Unde ſi vulnus amoris ex exceſſu voluntatis, efficaciâ intellectionis; intimum & uſque ad animam Sponſus oſtendit vulnus, quippe ſingulari ingenio à rapta præ amore raptus. Ulteriùs. Operatio communis amoris eſt traditio voluntatis, quippe cor tendit in ea, quæ diligit. Summi amoris effectus eſt ex vulnere diligentis dilecti vulnus, quo trahens trahitur, & ducens ducitur; ut ibi maneat, unde vulnus acceperat: Sponſuſque ſe fatetur vulneratum, & amorem ex vulnere profectò ſummum; quippequàm præ amoris vulnere, dulciter tractus manet in corde Dilectæ. Ni intellectualis eſſet amor, ſervaretur in amore ductæ voluntatis tenor, quo cor fertur in quod diligit, & nihil amando trahit. Trahit ubi amoris exceſſus; igitur amantis pervertitur munus, ut capientem capiat, at ſagittantem feriat, recludens in pectus per illatum cordi vulnus: Sponſuſque ſe ſaucium à Sponſa nominat, & raptum cuſpide eius dilectionis indicat, demonſtrans in amore ſummitatem; dum in corde diligentis ſtatuit habitationem.

Cant. 4. 9.

Maluend.

Amor quo vehementior ingenioſior.

Trahit, dũ trahitur.

8 Dicit Gertrudis ab Sponſo uti huiuſce amoris ſingularis ingenio. *Sciens dilexit*: ita Ioannes aſtruit, ut ſignaret exceſſum amoris, connotatione originis. Amor utique procedit à voluntate, ſcientia à mente: & dum cuncta ad ſe rapit intellectus, demonſtratur amor ſcientificus; ut clareret per novum ſtudium, ſummæ

Ioan. 13. 1.

Unde ſcientificus amor.

mæ eius charitatis ingenium : igitur ſi voluntas fertur, in quod diligitur ; uti ex ſcientia, charitate qua dilexit, corda hominum ad ſe traxit. Hæc eſt ſumma amoris flamma, ac ultra ſphæram amoris, ſingularis dilectionis ſphæra, charitatis præclaræ cacumen ; *Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem.* Per hypallagen: ideſt, ſcire ſupereminentis charitatis ſcientiam : igitur in huiuſmodi ſcientia amor eminet ; dum ingenio ſingulari charitatis inſtruit, corda trahi à voluntatis potentia, quæ ſubdit amantium corda : patereque ſcientiam voluntatis amando, quod perficit intellectus cognoſcendo : quandoquidem ſummo acumine cor dilecti trahit ad ſe, cui dedidit pectus cor.

Epheſ. 3. 19 *Hypallag.*

Imitantur hamos dona.

Martial. *Gertrudis cur cor hamatum?*

Canit Martial. *lib.* 5. *Epigram.* 18. Nunquàm verius, quàm in amore Gertrudis quaſi inſidioſa præſtanti oblatione cordis. Magna dedit, ſed ſibi voluit maiora remitti, imitante dono aduncum hamum, ut maius à capiente caperet donum : etenim ubi cor dilecto dedit, in cor ſuum cor eius rapuit.

9 Vidimus Sponſum ab illa, charitate vulneratà, vulneràtum. An qüerulum? Iurè igitur, ſi ubi fulgida lucet charitas, experitur inſidias per amoris ingenium : ſiquidem quod videbatur vulnus pectoris, inventum eſt furtum cordis: ipſa enim oſtium vulnere aperuit, ut tutò cor ſurripere poſsit. *Excordaſti, abſtuliſti, ademiſti mihi cor.* Vide Maluend. & Alapid. Si ibi ubi cor, vita amantis, rapuitque Gertrudis; quando Sponſus inquiritur, in corde Gertrudis invenietur, per quas inſidias excogitavit charitas: *Affluit inſidioſus amor*: igitur vel qüerulus plaudit ut nobile furtum ; quia cor rapuit à quo raptum. Contemplemur modum. *Excordaſti me, ſoror mea Sponſa.* Alij apud d. AA. econtrariò legunt. *Cordificaſti me, cor mihi indidiſti.* Cor Sponſo tribuit, & cor abſtulit? Utique. Cordis donum imitatum eſt hamum : igitur cùm Sponſus tradat cor, cui cordi ſingularis amor eſt; nacta Gertrudis eſt furtum, per charitatis ingenium : etenim oblato corde, amoris arte, tota mente ſummà fide, cui reſpondebat Sponſus, qui ab illa acceperat vulnus ; illicò ac dedititiam voluntatem obtulit, in proprium cor tanquàm captivum traxit. Sic illi Sponſus oſtendit : *Sic me in te transfudi, teque totam meam feci* (Caſtann. in *lib.* 1. *cap.* 4.) *ut iurè iam non tu, ſed ego in te.*

Ubi ſupr.

Ovid. *In Sponſo vulnus pectoris inventum eſt furtum cordis.*

Maluend.

Caſtann.

Sumpſit ſpicula in illam à Sponſo miſſa; ac in corde flammata; & ignem iaculis miſit, ut amore amor arderet : equidem per ſagittam in cor Sponſi volantem, totum incenſa inflammavit amorem.

——Prob mira! Quis ignem Claud. Min.
Igne uret? Flammas ſenſit amoris Amor.

10 Siccine à quadam puella iectà ſcintillà in nitratum pulverem ; totum, maiore ardente in animo flammà, corripiendum ab igne fecit fomitem.

——Ilicèt arſit Strad.
Extemplò fulgur, tonitruque exterrita pinus
Evomuit flammarum undas, & fragmina cœlo
Suſtulit avulſæ diſiectâ mole carinæ.

Vide Famian. Stradam. *lib.* 2. *Proculſion.* 3. De cœlo ignem miſit Sponſus in Gertrudis ductile pectus, intendens è corde incendium. Unde ſagitta ignità aperiente in pectore pervium oſtium ; qui è cœlo miſit, telum volatile ſenſit : inflammatum ad cor traxit ; quippe favillâ cœleſti corripiente medullas; totum exarſit in flammas; & dum flagrans patuit in pectore cor qui deſursùm deſcendit,

Igne Gertrudis flagrat Sponſus.

——Ignis in igne fuit. Ovid.

Ideo non tam radijs, quàm flammis cor Gertrudis micat inter candentes carbones; de quo *lib.* 2. *cap.* 3. Igne exprimitur eius dilectio, ut effulguret cunctis tanti amoris ſingularis conditio. In igne vivax emblema? Nec ſine cauſa.

Meus ignis, Amyntas: Virgil. Ovid.

Dicit Profanus, *Eclog.* 3. v. 66. ex quo Ovidius, 2. *Amor.* Eleg. 16. v. 11. ſuccinit: *At meus ignis.* Horat. *Epod.* de Helena, *Od.* 14. v. 13. *Non pulchrior ignis accendit Ilion.* Denique Tibullus *lib.* 4. *Eleg.* 5. v. 6. *Mutuus ignis adeſt : mutuus adſit amor.* Quæ quidem acceptio uſquequaquè in ſacris, uti latè videbimus *Tautolog.* 5. D. 1. *Meus ignis* dicitur ab amante Dilectus, in quem loc. La-Zerda *num.* 7. ſubdit: *Præclarè, ad eximium amorem indicandum.* Unde ergo in igne tanti amoris pondus, ut per illum ſignetur amor eximius? Ignis cuncta ad ſe trahit, inſeque tracta convertit : Gertrudiſque dicitur ignis Sponſi, à quo tracta, ut conſtet ex pectore iam candente flamma eximia: igitur tracta Sponſum in pectus traxit, & in ſe mirè idinſtar ignis convertit. Adi loc. cit.

Ignis pro amore.

La-Zerd.

11 Modò ſcitur cur dicitur à Sponſo de illa Methildi, d. *lib.* 1. *cap.* 4. *Nuſquàm optatiori congruentiorivè modo me inve-*

invenire potes, quàm aut in sacramento altaris, aut deinde in huius meæ dilectæ corde & animâ. Ad hanc enim admirabili modo omnem cordis mei divini delectationem converti. Quid igitur commune inter thronum Sponsi, Gertrudis animam, & Eucharistiæ augustissimam escam? An quia à Gertrude trahitur sagittis, sicut in sacramento mirè descendit è cœlis? Alia micat singularitas, ut præstet quanta erga Gertrudem voluntas. In sacramento panis ille uti vitalis, de cœlo descendens, non convertitur in substantiam aliti, sicut panis ad nutritionem communis. Quicquid in escam sumitur, in manducantem convertitur. Christus datur in cibum singularem, hominibus singularem demonstraus amorem: igitur cibo sequente amoris modum, quo trahit, dum fertur, corda rationalium; singularem, eximiam largitur escam, dum manducantem convertit in alimenti substantiam. Sequitur formam sumentis panis communis: aliter cœlestis panis; quippe dum præcordia lustrat, sumentem in se transformat. Libavi plura in hoccine propositum, *Tom.* 2. *T.* 10. *D.* 6. adi. Hoc opus mirabile lucet in Gertrudis corde: igitur si in sacramento Christus trahit trahentem, ob insignem, studiosam, excessivam charitatem; nunquàm convenientiùs invenietur, quàm in sacramento altaris, vel in pectore Gertrudis: igitur ab illa captivus trahitur, & cor eius in cor Sponsæ convertitur. Contemplare in huiusmodi demonstrationibus speciem quasi hominis, in amorem summum exardescentis.

Analogia præsentiæ Christi in sacramento altaris, ac in corde Gertrudis.

12 Verùm dices. Quomodò Gertrudis in cor traxit, si Sponsus ut dilectam in cor duxit? Num quia permutata corda (ut vidimus *numer.* 3.) & manet incognitum, utrum horum trahens vel tractum? Trahere & trahi simul, videtur sanè impossibile, sicut cor habere, & tradere. Qua arte huiusmodi suave embolium? Per amoris singularis doctum ingenium. Dicit ipsa ex Davide. *Quia inflammatum est cor meum, defecit caro mea* (Hebr. *in carne mea*) *cor meum: Deus cordis mei.* Si cor in carne deficit, quomodò cor suum & inflammatum dicit? Cor habet & cor non habet, quia uterque alterius ex corde vivit, commutato corde, transformatione speciali; igitur mirè deficiente & habito, cor Dei est pro corde proprio. Adest, dum detrahitur, quippe nobilius sufficitur: diciturque Sponsus *Deus cordis & mei*, ubi præ Sponso inflammatum in carne defecit cor; ut clareret, quanti Gertrudis haberetur, dum cor ex amore amisit, per quod invenit: siquidem charisma uti insigne amoris summum, quòd Dei cor appellet proprium.

Psalm. 72. 21. 26.

Cor habet Sponsi.

Omnia ingenia mihi sunt,
Dum cor in carne dereliquit me; sed deficiendo non defecit, quia Sponsi traxit. Amor summus est, & pulchrior, quia trahit amor. Mutuò cor utriusque in utroque traxit: & cor Gertrudem reliquit, quia illud Sponsus in suum convertit: qui quidem ab illa plauditur *Deus cordis mei*; quippe Sponsum sagittatum attraxit in proprium cor. Inflammatum astruit Gertrudis, in pectore præsens simulque deficiens. Haud trahere, quod sursùm, quiret; ni in cœlum volando ascenderet. Flamma nonnunquàm sursùm: & cor signat pro dilecto & à dilecto inflammatum; ut indicet ingenium quo rapuit, dum illum in cœlo invenit: siquidem traxit cordis harpagone subtili, ut ductus eius habitaret in corde.

Plaut.

Et Sponsum in corde.

13 Inter omnes proximam sibi, asserit Amor: ita ut *nemo mihi, quàm illa sit vicinior, aut coniunctior.* Ibid. *lib.* 1. *cap.* 4. Firmamentum lucidis stellis variegatum, depictum invenies apud Octavium Stradam, *Tom.* 2. *Hieroglyph.* 52. cum hoccine lummate: *Aspicit unam.* Quo loco Iacobus Typotius infit: *Quasi unius amore captus & huius sale carptus, quod in virginum choro esset frequentior, responderit adamatæ; se plurium consortium non fugere, sed uni, ipsi scilicèt adhærescere. Nauclerus enim unam Cynosuram miratur, licèt totum cœlum & tot cœli stellas contempletur: ita se, humanitatis causà cæteras colere virgines; sed unam illam venerari, & adamare.* Valeant voces absurdæ, ut hieroglyphicum aptemus veritati. Multæ utique Christo Sponsæ & dilectissimæ, quasi sidera in Ecclesiæ cœlo sparsæ; verùm intra cœlestem lucidam tot virginum sphæram, Christus duntaxàt videtur aspicere unam; Gertrudem nempè, ut quiescat ac inhabitet in eius corde: etenim quùm illum illuc è sinu Patris hausit; in illam Sponsus thesauri gratiarum divitias velut effudit. Quid quod illi vicinior; si nulla præ illa in redamatione acceptior? Ostendit acceptionem Gertrudis optatum pectus, igitur ab illa, ut cor inhabitet, captus.

Strad.

Typot.

Nulla magis Sponso accepta.

14 *Una est columba mea, perfecta mea: una.* Una tantùm? Videtur difficillimum. Sexaginta sunt reginæ, pulcherri-

Cant. 6. 8.

mæ, & speciosæ: aliarum venustate ornatur thalamus, ac virginum non est numerus: quomodò verè inter tot amasias unam dicit? Quia ut perfectior magis placet. Ducitur Sponsus pulchritudine, ut gratior profundiùs insedeat cordi: ut sit vicinior, quæ in perfectione speciosior: unamque vocat Sponsam, uti perfectam; ut ostendat cunctis præcellentem gratiam: quandoquidem inter tot fœminas dilectas & speciosas, charismatibus & dotibus supergressa est universas. Coniunctior Sponso designatur Gertrudis, innumeris donis & præ alijs. Amoris in redamatione momenta producunt eius encomia. *Antecellit universas.* *Suscipiens in brachia sua, quasi glorians de ea, ipsam Deo Patri ex perfectione sanctitatis illius ex persona sui iucundè Christus præsentabat.* d. lib. 3. cap. 18. Virgines multæ sunt, ac venustæ; sed nulla uti Gertrudis respondit amori: diciturque iurè una præ cunctis perfecta; quippe respectu Gertrudis reliquarum respectus, non est Sponsarum numerus. Flos pulcher æstimatur, quousque luminibus occurrat pulchrior. Plures nitent in Ecclesiæ militantis paradiso, sicut præclara sidera cœlo: unde Sponsus inter tot flores & stellas, ut perfectam, Gertrudem respicit unam; quippe in illa conspexit cunctarum gratiam. Haud novum, quòd vicinior, si illi gratior. Haud mirum, quod una, si perfectior; perfectionem indicat Sponsi à Gertrude vulnus; quia præ cunctis Gertrudis amore captus. Mactè dilectionis ingenio dulcissimum sanè cor. *Præ cunctis Christus à Gertrude amore captus.*

Non sibi cum rapto cessat amore Deus. Propert.

DIDASCALIA VI.

Electio optima, ubi priùs dotes suffragantur, quàm suffragia.

1 SIc igitur consulitur dignitatis decori, non electi; ut electus emineat dignitatis decor, quia illi ab illa nullus fulgor: etenim plenissimam spargit in munere lucem; modò assumptus, ut sit lux, haud fulget per dignitatem. Ita fulgent dignitates, si eliguntur dotes: igitur electio per suffragia plausibilior, eligi quandiu nequiverit, nisi qui & melior. *Fuit vir unus*: dicitur de Elcana. Alij ut vidimus in *Liter.* legunt: *Electus.* Ita *excellens, inclytus; singularis* per commendabiles dotes. Verùm electio quomodò, si nequit dari ad minùs nisi inter duo? Est & electio eligendi à præclaris instrumentis; & est electio à suffragijs: Elcanaque iurè dicitur electus, quantunvis unus; quippe antequàm suffragia, in dignitatem elegerant ornamenta. Optimè eligitur, dùm excellens in munere collocatur; quippe pares electi dotes, & officia dignitatis: & qui *unus*, dicitur ante electionem *electus*; quia inter tot eligendos dotibus unicus. *Vir* & *unus* designatur, quùm ita commendabilis exponitur. *Vir* addit supra hominem, qua homo homo cognoscitur, excellentem virtutem. *Unus* autem, dotium singularitatem: daturque & prudens electio ante tractum electionis; quippe non solùm eligitur homo, sed & homo singularis. Clamant dexteritas in regimine, momentaque prudentiæ, ut astruant tuta suffragia, quem sine suffragijs elegerunt ornamenta. Multi erant, quibus Reipublicæ habenæ credi quibant: & inter tales Elcana dicitur unus; quippe præ cunctis ille solus in regimen aptus. *Unus* & *electus*. Utique, illum dignitate poscente, quia electus ab illa, priusquàm electio esset facta: siquidem illius suffragijs electio efflagitatur dignioris: & *unus* & *electus* inter omnes nominatur, priusquàm ab omnibus nominetur; ut constet quàm spectabilis per insignes dotes, qui unus unicus inter primates: equidem iurè nunquàm electio prudentior; quàm ubi sine suffragijs felix assumitur dignior. Vide in *Liter.* n. 12. quomodò perfectionis sit electio ex numero sine numero: siquidem nobilior libertas in electionem; ubi instrumenta præclara furantur eligentis libertatem. *Fulgent dignitates, si eliguntur dotes.* 1. Reg. 1. 1. *Quando electio ante electionem.*

2 *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol?* dicunt vel homines vel Angeli, exurgentis in thronum miro fulgure: etenim plauditur assumptorum thronus, dum spectaculum facti & Angelis & hominibus. Interrogatio indicat admirationem, quasi in electione aliquam præsensissent novitatem: aliquid sanè subolet indignum, ubi electio expectanti occurrit aliquid novum: cæterùm omninò plausibile in meditata benemeriti electione; dum admiratio non ex assumptione in fastigium dignitatis, sed ex dotibus assumpti in dignitatem electis. Quasi Sol merita electa, quorum initium uti aurora, & Cantic. 9. *Admiratio electionis ex duplici titulo.*

pro-

processus quasi Luna. Prudentissimè, equidem gradatim assumitur, qui feliciter extollitur, testante regiminis erga minora exercitia, an præceps vel considerata electio: igitur nonnunquàm suspicioſa, si ex imis impetè ad summa. Hinc Paulus: *Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli*: celsa attonant in electi præcipitium: turpeque patet, uti insuetum, videre Superiorem attonitum; qui quidem iudicio elatus apparet sine iudicio, vacuo præ inflatione cerebro; etenim fastigij novitate perculsus, eminet ac ridetur stupefactus. Non quasi ex fide, sed ex opere debemus modò cum Hieronymo plorare. *Heri catechumenus, hodie Pontifex? Heri in amphitheatro, hodie in Ecclesia? Vesperè in Circo, manè in altario! Dudùm fautor histrionum, nunc virginum consecrator! Num, ignorabat Apostolus tergiversationes nostras, & argumentorum ineptias nesciebat?* Hæc *Epist.* 83. Senecaque *Epist.* 111. infit: *In magnis evenit montibus, quorum proceritas minùs apparet longè intuentibus: cùm accesseris, tunc manifestum fit, quàm in arduo summa sint.* Aptus assumptus videtur: & videtur ineptus, repentè assumptus; siquidem qui nec in infimo subsellio, sedens inflatus in throno, muneris proceritate, saxò laborat vertigine: qua perturbato cerebro, superbiæ arrogantis dolo, claret exaltatione inopinà, caput non habere ad superiorà.

1. Tim. 3. 6. *Suspicioſa, si subitò ex imis in summa.*

Hieron.

Senec.

Unde evectus attonitus?

3 Aliter, sed in propositum Tacitus. *Officijs & administrationibus* (inquit in *Agricol.* cap. 19.) *potiùs non peccaturos, quàm damnare cùm peccassent.* Aptior, peritiorque medicus, qui cohibet, quàm qui sanat promptè vulnus: meliusque, impedire crimen, quàm condemnare peccantem. Optimus (dicunt) apparebat, ac commendabilis egregijs meritis. Quis talia crederet? Appositiùs, Quis talià non cogitaret? Aliter, apparent ineptiæ argumentorum, dum propter utile tergiversatur cerebrum: siquidem cùm altiora sint munera, non regunt, sed attrectant sine experientia. Hispan. *Pierden el tino.* Astipulatur Bernard. in *Cantic.* serm. 23. n. 7. *Habeo & alia nomina, evidentiorem sui gerentia rationem: hoc est, sub alio, Cum alio, Super alium: vel sic, Subesse, coësse, præesse. Omnes homines natura æquales genuit: at quoniam bono naturæ superbiá depravato, facti sunt homines æqualitatis impatientes; contendunt invicem Superiores constitui, alterum supergredi cupientes, inanis gloriæ cupidi, invicem invidentes, invicem provocantes.* Haud quadrat *Super* ad unguem, nisi *Sub* & *Cum* præcedant in assumptionem: quandoquidem prorsùm ineptiet, disipietque Prælatus, qui nescivit esse socius, aut subditus. Profectò merebit æqualitatis impatiens, quisquis ullius etiam nescius subiectionis: igitur vel habens cerebrum, habuisse non constat usum. Quàm longè huiusmodi à prudentia intuitus, dicit infeliciter exitus, volentibus sese fallere, dum inexpertum nituntur eligere; qui dignitatem deturpat, splendorem dedecorat, electore calcato, iusto supplicio: siquidem haud decrevit dignitati hominem, sed homini intentato, rudique conferre superiorem dignitatem; ut rutilaret ampliùs eligentis abusus, & electus cognosceretur in proceritate dignitatis ineptus: apparet quippe attonita ac caperata stultitia, quæ præcogitabatur profundissima prudentia. Stulti utrique facti sunt in cogitationibus suis; quia in electo ne cogitatio, & in electore haud rationalis intentio. Totà mente, toto corde, totà virtute conatur propositum, quod apparet abolitio rationalium potentiarum, sine quibus dum inexperti electio, constat electo non homo. *Hinc est* (infit Bernard. serm. 11. in *Cant.* n. 5.) *quòd & ratio sæpissimè in iuditijs fallitur, & voluntas perturbatione iactatur, & memoria multiplici oblivione confunditur.* Patent incommoda, & electionis imprudentis pericula, ubi repit in ratione fallacia, in voluntate turbulenta, oblivio etiam in memoria: igitur electo bambalione papalardo, rudi, indigno, ac inexperto, elector infaustè propter sensum proprium, totum ac plenum amittit sensum. Vigilanter Nostrates: *Pierde el sentido.*

Tacit.

Sine experientia cerebrum rotat.

Bernard.

Electio sine illa, indecora, & stulta.

Quàm & quare exposita errori.

Idem.

Oportet unumquodque ibi collocare,
Ubi maximè utilis fuerit.

Euripid.

Uti monet Euripides in *Rhes.* v. 626. Evanescit utilitas, ubi non dignitatis, sed electoris commoditas: elucetque in electione delirium, irrationale propositum; igitur amentia & summa, commitere fortunæ, quòd debetur experientiæ.

Maximè dum non capitatur dignitas sed commoditas.

4 Thamaridis instante partu, apparuerunt pro exitu contendentes gemini in utero. Unde in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in qua obstetrix industriè ligavit coccinum, dicens: *Iste egredietur prior.* At quid inde? *Illo verò retrahente manum, egressus est alter.* Sæpe in electionibus huiusmodi iactus; ut

Genes. 38. 28. 29.

lactentur politici varijs volatilibus cogitationibus, inter metum & spem, queis deviat, vel apponitur studiosissimè cor: siquidem multoties unus expectatur, & alter egreditur. Perpendamus articulum ex Plinio *lib. 7. cap. 8. Ritu naturæ capite hominem gigni* (idest, nasci) *mos est. In pedes procedere nascentem, contra naturam est.* At sæpe videtur, rectusque dicitur partus, etsi non naturalis: brachijs verò procedere partum, nec naturale nec rectum. Adi Ulyssem Aldrovand. Tom. 4. de *Monstr.* En figura in utero ambitionis, qua stimulatur in prolubium prurigo scabiosa electurientis, quasi obstetricis malacià, ut monstrum pariat fortuna. Tænia purpurea signatur infans, ut egrediatur Princeps, brachium extendens. Haud caput apparuerat, cui infulas obstetrix aptaverat. Ritu naturæ homo nascitur capite: occultum planè erat illum in principem eligenti: & quæ videbatur electio, erat omninò infatuatio; quippe in Prælatum signavit, ignorans, an caput electus haberet, vel non haberet. Ligavit ad manum dignitatis insignia, duntaxàt propter electionis prolubia, etiam cognoscens ita nasci non posse, imò perire; quandoquidem violentum, quòd quod partus, sit abortus. Præceps sanè apparet consilium, dum ita disponuntur infulæ & rutilæ in principatum: etenim ruina rationis & opprobrium maiestatis; dum illum primatem & in potiora electrix ex abrupto designaverat, qui necdùm caput ostenderat.

Plin.

Electio qualis ex voluntatis pro lubio?

5 Ulterius. Primus debet esse prior, ut illius meritis dignitas regente rutilet speciosior; quin dotibus fiat iniuria, ex eo quòd posteriori destinetur gratia. Manum, dubià electione, qui novissimus extendit, & illicò obstetrix tanquàm primum insignivit. Longè profectò à prudenti in electionem circumspectione, lubitum risibile fœminæ, commendantis apparentiam, ac destinantis ad purpuram: igitur dignum risu; relicto destinato propter dotes à cœlo, alteri conferre obsequiosè dignitatem, quia habebat manum potentem. In pedes procedere nascentem, notatur contra naturam. Non ita violentum, ostendere pedem, ac ostendere manum. Manus homini conceditur, ut accipiat: pedes dantur ut procedat: & elargito insigni dignitatis, non electio emicat, sed appetentia electionis; siquidem duntaxàt voluptatis præcipitium, munus conferre, quia electus extendit manum, quin notum omnibus faceret, quomodò pridem processerit. Per caput ritu naturæ homo nascitur dignitati, siquidem capite notantur eligendi spectabilia instrumenta; manu autem potentum interventiones, aut munera. Infans habebat caput occultum: elegit obstetrix in priorem, quia vidit manum, & errore muliebri, & sensus facilitate: igitur illicò coccino dignitatem contulit, ignara, electus quale caput haberet. Ubi deliberatio fieri solet in partum successoris, adesse solent ardeliones obstetrices, qui fœtà voluntate (ut Princeps pariat, non quod concepit, sed quod illorum lubido in commodum cogitavit) audito nomine, actutùm proclamant: *Iste.* Infulis signatur: perguntque plaudentes: *Iste egredietur.* Dotibus, qui cunctis maior, *Iste egredietur prior.* Quare? Quia ab illis signatus, quia ab illis electus, quia visa manus, unde illis pretiosius munus; quin viderent illorum præposterà designatione, totius ordinem immutari naturæ, quippe egrederetur, qui iure postponebatur. Quare edito partu cum ordine (illorum suffusà facie, dum electores his obstetricibus liber) in splendorem familiæ Princeps egressus est alter.

Per prius acta vel non acta debens librari merita.

Ex potenti brachio?

6 Pende verba, ut constet quàm adstricta præ ratione connexionum vincula. *Illa verò retrahente manum, egressus est alter.* Ordo sanè, quòd prior egrederetur, qui conceptus erat prior; sed manus externa obstabat, ne prodiret, quod priùs priore dispositione conceperat. Quod priùs parturientem instabat, manus valida & insignita in oppositum premebat; ita ut invitè faceret, quod fieri nollet: siquidem ni signatus manum ab incepto retraheret; illum proculdubiò fuderet, conferendo prioris dignitatem, quantunvis factum contra totum ordinem. Dum obstetrix purpura manus ligavit (etsi puer in dignitatem manum ambitiosè extenderit) prudenter ligatus manum retraxit; etenim turpissimum ab electore munus, quo successor apparet ligatus manibus. Signare coccino, videbatur in dignitatem electio, quæ quidem dignitas ut fulgeat, honore atque potestate constat: indignumque in electione putatur (qua de causa electus refugit, & manum à dignitate retraxit) accipere honorem, & honoris accepti non videre potestatem: igitur propudiosum in decore, ita degere constrictum, ut sine electoris nutu non possit movere manum: Vide dicta, *Tom. 1. T. 3. D. 3.* à num. 14. Aliter cogitandum. Refugit, ut sese, etsi speciosè, ligatum sen-

Quàm præ cunctis premant intercessiones?

Electus ab electore ligatus, quare frequenter indignus?

sensit; maximè dum dignitati ligaturà coccini destinatur, quippe ligatus assumitur: & simul cognoscitur, assumpsisse tormentum, simulatque in honorem extendit brachium. Ligatura est signum muneris, & simul quo constringitur amens: infansque sic ligatur, dum sic eligitur (ex cuius nota haud evaderet, nisi manum retraxisset) quia funibus dignus, uti insanus & furiosus; intendere fratri surripere officium, quia meritorum loco faventem habebat manum. Cuncta acumina auctoritatis vividiùs expresione nativi idiomatis. *Sería un loco de atar por la presuncion; pues sin haver mostrado cabeza, antojo de una muger, pretendia el primer puesto, por tener un brazo poderoso.*

Qui ambitiosus, insanus.

7 Denique. In huiusmodi articulo, elucet quænam ambitionis cogitatio. *Quare* (dixit obstetrix) *divisa est propter te maceria?* Ideſt, tunica agnina, qua in utero involvuntur gemini, non membranà duplici, ni sexus sint diversi; quippe tunc distinctæ tunicæ. Adi Fernelium, lib. 7. *Physiolog.* cap. 12. & Maluend. hìc. Sensus obstetricis est, cum priore egresso loquentis: Quomodò egressus prior è simplici membrana; dum priùs iam à fratre, ut prior egrederetur, excisa? Qui legitimè egredi debebat, non rupit: rupit qui non debebat, quùm manum foràs extendit. Dum aliquis eligitur, cruciamine solicitudinis, ibi dolores ut parturientis. Plures & plures addit perturbatio, si adsit ambitio, quæ omnia invertit, cuncta confundit, adinstar in utero geminorum, egredi & quàm primùm contendentium; ex quibus matri intensissimus dolor, eò quòd iste vel ille intendit exire prior: mater dolet, sed dolore matrem ambitiosus abdicit; quippe parvi ducit in vota ambitionis, quod doleant, vel rumpantur viscera matris.

Ubi supr.

Aliorum nullum reputat incommodum.

Statius

Superant vota modum.

Ut canit Statius, 1. *Achill.* v. 144. etenim illorum modus, nullum habere, quanvis cœlum misceatur, orbe confuso, telluri. At quorsùm tanta? Considera.

8 Satagit per pythonissam Saul videre Samuelem, iam fato functum, igitur tot angustijs & præsuris desponderat animum. De historia agemus *Tom.* 7. *Tautol.* 2. modò videamus articulum, dum venefica commovet Samuelis requiescentis monumentum. Facta incantatione, *Deos vidi* (ait) *ascendentes de terra.* Scena obijcitur indigni in thronum elati, atque pectoris ex suscitamine tumidi, quasi virtute excitarentur proprià, qui iacent, & iacere debent uti cadavera. *Deos* dicit *ascendentes*: ni ascenderent, haud siccine qui fautores nominarent: equidem nomina magna addita & addicta plausui, nequaquàm dotibus attribuuntur sed ascensui. Tanti sunt ascensus & descensus, ut exulet, vel ut concilietur plausus: igitur qui adinstar numinum ascendentes efferuntur insignes, descendentes truderentur uti dæmones. *Deos ascendentes.* Iam Dij qui dignè abdicuntur? Nihil mirum: suscitantur: approbatque in aulicis dependentia, quæ reprobat rationalis conditionis verecundia; quippequàm pudor vel perfrictæ fronti, quòd beneficio ac veneficio mulierculæ, qui debent iacere in terra, adorentur quasi numina. Prætereà. *Rex inclinavit se super faciem suam & adoravit.* Cuius despexit personam, adoravit & umbram? Mortuum viventem volebat, & requirit mortuum in auxilium, quem uti mortuum novit, quùm adhuc viveret. En conditio potentum, dum indigent, vel indigentur, qua vel expertà aulici non respiscunt: igitur quilibet liber se ostendit tumidum; & ubi pendet, proiectum; tantam fovens in servitute ignominiam, quantam expers præferebat arrogantiam. Saulis instantià arte pythonissæ erectus, qui terræ oblivionis traditus; sicque constituto, exhibita prona à principe adoratio: Principis profectò & regni expressa ruina ex huiusmodi scena. Sepulchrum oblivionem indicat: iussu regis mulier sepultum excitat, constante ex suscitationis tractu, totius Monarchiæ periculo: siquidem grave; quòd qui oblitus iurè debebat iacere, interventione fœminæ excitaretur è pulvere. Princeps in angustia colit, quem sæpe ut cadaver præterivit. Pavit postquàm excitatum intellexit; ut discant Principes, quanti discriminis huiusmodi elevationes: igitur semper ominosum, potissimè interventione mulierum; quod obijciatur tanquàm numen erectus, qui aptiùs iaceret sepultus.

Semper plausus comitantur ascensus.

Vers. 14.

Unde in potentibus proiectionis ignominia, & arrogans insolentia?

Indigni erectio totius monarchiæ destructio.

9 Denique pendendum in propositum (quasi digressione esset interruptum) cur ex suscitatione illius quem desideraverat, tanta consternatio cordi principis inerat? *Statim cecidit porrectus in terram: robur non erat in eo.* Haud tam horror ex erectione, quàm ex loco tali. E sepulchro facta fuit erectio, mulierculæ pravæ prolubio; cùm sint fomes infelicitatis è pulvere nonnunquàm erectiones. Eriguntur è pulvere, in quibus meritorum visa nec umbra. Eriguntur, sed non è pulvere, quorum aliqua ali-

1. Reg. 28. 13.

Vers. 20.

Fomes infelicitatis è pulvere indignorum erectiones.

aliquomodò prævisa & experta merita: horroreque Princeps tunc erectione percellitur; quippe vel improbis horror, quòd excitatus è pulvere, nullis meritis præmissis, erigatur tanquàm numen in fastigia dignitatis. Prosit exemplum, ac compescat impetus imprudentis præcipitium.

Menand. *Fortuna lubrica.*

Fortuna quando saltat insultat simul. Ut astruit Menander in *Cnidia*: equidem elatos ridet, videns elatos in ardua, erectionibus indignis fabricare præcipitia. Secus videtur, dum quæ assumitur adinstar Solis electa, ritè præmittitur uti Aurora & uti Luna: Solis maioris luminaris munus constat præ cæteris maius. Quod supremum debet eligi ac destinari supremo regimini; sed suffragio prudentissimæ experientiæ: igitur meritò fulget in solio Solis, Solis adinstar electa; quæ priùs per munera processerat inferiora. At dices: Quomodò *electa*? Similitudo acuit argumentum, equidem Solem prospicimus solum. Si electio non est in uno, quo iure erit electa & electio? Dum adimitur dotibus electi huiusmodi necessaria libertas, effulget magis in electione felicitas; etenim tanta meritorum commendatio, ut sit nobilior electio, quòd priùs fiat meritis, quàm suffragijs. Nobilior sanè, quùm priùs assumitur sic: igitur qui dignior munere fulget ut Sol; dum dignitati dotibus nanciscitur electionem, antequàm eligatur suffragijs in dignitatem.

Cant. 6. 9.

Quomodò electio plausibilis sine libertate eligentis?

10 Non mirum, quòd in his plausibilibus electionibus floreat prudentia, siquidem commendantur in Scriptura: habebit enim eundem exitum felicem, quisquis sequitur præ meritis directionem. *Exaltavi electum de plebe mea*: infit Deus de electione David, assumpti ab illo & per illum totius in principem Israël. Ita à Deo assumptus & constitutus Rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Suffragium planè divinum, ex quo electi nomen glorioſum: igitur in verbis quasi per signa, Principis designatur in dotibus excellentia: perspicuè quippe nota meritorum fit, quum electio plauditur electio Dei. Intende. Adversus huiusmodi optabilem plausum, grave occurrit argumentum. Si electio patet exaltatione electi in dignitatem, quomodò electus signatur ante electionem? Erat homo vel privus singulariter David, quo plus nemo iuxta cor Dei. Sunt merita quæ priùs eligunt, quem voces astruunt; quippe confirmat eligentium suffragium electionem meritorum: & ante electionem plauditur David electus & iurè in fastigium dignitatis; quoniam antequàm vocales; iam exaltaverat dotes. Dialecto nostra: *Se aplaude electo à las mayores alturas, porque antes de la eleccion era un hombre de prendas.* Ratio subest. *Ecce* (Deus) *dabit voci suæ vocem virtutis*: dicitur alibi. In electione indigni, sine virtute suffragia duntaxàt voces. Voci vox datur virtutis, & voci Dei; dum electus est iuxta divinum cor. Vox meritorum, estò valens, est sine virtute, modò sine suffragantium applicatione; approbatisque electi meritis, virtus cognoscitur vocis; quippequàm in electo quæ vox dotium, comprobatur per voces iam electum eligentium.

Pſalm. 88. 20.

Inſignis fit, ſi è cœlo eſt.

Et à meritis ante ſuffragia electionis.

Pſalm. 67. 34.

11 Claret, dum de Deo dicitur: *Fecisti patres electos.* Ille etiam, Isai. 42. 1. *Ecce servus meus electus meus*: quo loc. Hieronym. *Ecce puer meus electus, quem elegi.* Unde apud Matth. 11. 18. *Ecce puer meus, quem elegi.* Electus eligitur? Fit & præclarè quod supponitur inter indivisa merita atque divisa suffragia, cum commendatione electi; quippe tunc consulunt dignitatis splendori: etenim elevant vocales egregiè in thronum, quem propter merita eximia invenerunt constitutum. Quanta in constitutione perturbatio, quùm aliter fit electio! In varietate lectionum Tautologiæ, objiciuntur electiones à ratione deviæ. *Fuit* (dicitur) *vir unus, singularis, excellens, electus, inclytus.* Alij: *Fuit vir quidam.* Vide *num.* 6. & 141. Et variæ sententiæ pro vocalium fastidio vel affectione, non eligentium electum, sed voluntatis prolubium: etenim cùm non eligant electione, sed phantasiâ, iuxta cupidinis vota; stolidum, inhabilem, ineptum, qui *quidam*, extollunt unicum: & qui unicus, excellens, in dotibus singularis propter præstantiam; æstimatur ab illis quasi quidam. Ratio accedit, attentè circunspicit: at quid? *Principes extiterunt, & non cognovi.* Non cognoscit videns assumptos in principatum? Utique: non cognoscit, qui dotibus in throno non cognoscuntur: oriturque risus, unde illorum plausus; quippe ab illis uti unicus electus, qui nec ut quidam inter vocales notus. Eligunt profectò merita, ut sit dignitas electione decora: & ubi siccine illi præclarus honos, vocales eligunt *Patres electos*; quia dotes illos evehunt electione illustriore in dignitatem, antequàm suffragia vocalium manifestent electionem.

2. Mach. 1. 25.

Hieron.

Electio electi quo iure habenda maximè?

1. Reg. 1. 1.

Oſee. 8. 4.

Affectionis errores in electionibus.

Cur eligendus dicitur electus, ſi dignus?

12 De patre Gracchorum ait in *Tiber.* Plutarch. *Cùm Censura, duo Consulatus, totidemque acti triumphi ei magnam*

gnam atulerint gloriam, splendidiorem tamen virtus dignitatem conciliavit. Vividiùs interprete Leonardo Aretino: *Duobus consulatibus, duobusque triumphis, & insuper Censuræ gloria insignis: multò plus tamen ex virtutibus eius, quam ex magistratibus atque honoribus aderat dignitatis.* Siccine meritò plausus, ex eo quòd patuit decore dignitatis ante electionem electus, haud honoratus à munere, sed munus illustrans in assumptione: igitur vel amplissima dignitas, ubi ab electo dignitati manat amplior auctoritas.

Plutarch.

Dignitas ex dignitate, fusca, sed clara econtra.

Inanes captat honores

Qui quærit honores ex commendatione dignitatis: etenim cùm hæc constet, dotium electi præstantia; sine meritorum splendore, auctoritas solij & infulæ cadunt sine auctoritate. *Ipsi sunt reges magni* (infit Vener. Beda, lib. 3. cap. 43. in Luc.) *regendo præesse noverunt.* Haud sublimes cadunt, quippequàm regendo præsunt: minimèque præsides præessent, modò sine meritis honores vacuos captarent: quandoquidem honores inanes, si honor duntaxat ab auctoritate honoris. Floruit virga Aäron, uti vidimus: *Tautol. 2. D. 1.* à n. 2. dum contentio facta circa electum in Pontificem summum. Liquit contentio aversione voluntatis, & non consilio rationis. Hæc decertat, priusquàm aliquid fiat: illa persistit, etsi electum floridum noscat, notâ turpitudinis ex pravæ proclivitate affectionis; cùm ratio pugnet & repugnet abundantiâ sensus, ut floreat munere dignus: satius sanè certare semel, quàm semper supercertare. Ergo instituto.

Oth. Ven.

Beda.

Non honor qui ab honore.

Num. 17. 8.

13 Floruit virga, postquàm, Aäron Primas electus ad sacra. Hoccine miraculo patuit dignitati aptus, qui priusquàm sceptrum floreret, electus. Prius meritis floruit, & virga floruisse, ostendit; quia ni dotibus ante munus floruisset, in munere non floreret. Indignus marcet inter flosculos infularum, se signans post electionem nec electum; igitur electio crepera; quæ fit á cæca fortuna. Rutilant namque honores, sed inanes: apparetque floridus, qui ante flores virgæ electus; siquidem in throno electus patet, & splendet prævia electione, qui florens meritis poterit in dignitate florere. Refertur virga hæccine florens in Tabernaculum, ut hic articulus sit *in signum rebellium.* Hoc est, indignorum, igitur frequenter capitones, in quibus dignitates inanes. In signum aliarum electionum sit huiusmodi miraculum: qua de causa virgam floridam in sicis percudit Hebræorum Respublica. Adiis Georg. Hervvart *Thesaur. Hieroglyph.* figur. 104. Villalp. in *Ezechiel.* Tom. 3. lib. 2. de *Ponder. numismat. & mensur.* disput. 4. cap. 22. & Ioach. Camerar. *Centur.* 1. *Embl.* 52. Quàm felix Respublica, quam fausta, si ad electiones inter candidatos istiusce generis versaretur numisma! Optabilis sanè electio, ubi dici posset: *Cuius est imago hæc & superscriptio?* Optabilis, si singuli virga florens: equidem haud inanes honores, modò rivales essent dotibus florentes. Perpende verborum emphasim, dum in numismate objicitur excusa imago: non dicitur *Scriptio* sed *superscriptio.* Scriptio nominis est indignorum rubrica: quo intuitu Seneca 1. *Benefic.* cap. 1. infit: *Non eligimus dignos, quibus tribuamus; sed nomina.* Superscriptio notat super nomen meritorum dignitatem: & dum monstratur eligendi imago, dicitur *Superscriptio*, & non *scriptio*; quia nequaquam in munus nominandi, qui sunt scripti, quia scripti: sed quos scripserunt cum nominibus merita; ut subscriberent suffragia.

Dotibus florentes eligendi, ut floreat dignitas.

Versc. 10.

In indigno honor inanis.

Signum virgæ florentis Aaron in Sceptris Israel.

Matth. 22. 20.

Senec. *Non scripti nominandi sed meritis digni.*

14 Sic exaltatur David. Prospexi (dicit Dominus) super filios nominum, & inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum. Meritis superabat omnes, qui quidem plures: & exaltavit electum de plebe, nimirùm, de tam religiosa, dotatâ meritis congregatione; quia evehi in culmen dignitatis, necessarium, cuius dotes iam in solio eminentiâ meritorum. Erat eligendus è millibus iam electus, in cacumen dotibus elatus, priusquàm assumptus: unde cùm optimis, præclaris meritis cedant iurè dignitates; antequam esset in culmen electus, supremo throno iam collocaverat virtus. *Exaltavi electum.* Non exaltatur electus, ni fulgeat ante exaltationem dotibus; quia ut ait ad *Appium*, Cicer. *Insignia virtutis multi etiam sine virtute consecuti sunt*: equidem meritis vacui gaudent dignitate, sine exaltationis honore. David expectationi respondit: & in sublimiori cacumine sine exaltatione fulsit; quippequàm ut singulares, insignes & eminentes, ante exaltationem in honorem dignitatis, iam suffragatæ fuerant electi dotes. Nostrates: *Antes de la eleccion exaltadas, porque para la dignidad yá avian votado sus prendas.*

Ubi supr. *Quomodò dotes eligunt?*

Cicer. *Indignus non exaltatur in muneris exaltatione.*

15 Hinc de Isai dicitur: *Iesse genuit Da-*

Matth. 1. 6.

Dignus qui eligitur antequam eligatur.

David regem. Reges haud gignuntur, gignuntur homines. Utique, sed fiunt in electione, & etiam exaltatione spectabiles; quando quia homines & singulares constituuntur in reges: unde de illo quem Deus uti electum exaltavit, asseritur mirè, regem fuisse à conceptione; quia dotibus rex apparuit, antequàm fieret. Vide *Tom.* 1.*T.*4.*D.*1.à n.10. Ipse natus est in Principem, & estò rex, non regem qui rex genuit Salomonem. Hominem in principatum, sed non principem genuit; quoniam expectationi, etsi princeps non respondit: minimèque à rege rex uti pater concipitur, regia quantunvis dignitas obtineatur; quia non habet uti princeps dignitatem, nisi qui natus in principem. Iccircò Salomon de se dicit: *Fui rex Israël in Ierusalem.* Quando non fuit, ex quo cœpit? Describitur differentia meritorum inter patrem & filium: etenim Salomon fuit rex, dum fuit, & habenas regiminis habuit; David verò antequàm esset: nactus est enim dotibus dignitatem, ante vocum electionem. Voces dederunt nubes, ut exaltarentur dotes: etenim sine illo sede vacante violentus regalis thronus, quippe David in regni regimen natus.

Ibid.

Eccles. 1. 12.

Non qui electus.

16 Denique pendamus Dei verba, ubi ab illo assumitur David in regni cacumina. *Exaltavi electum.* Videtur in eisdem idem sensus, & est pro exaltatione maiestatis distinctus. Est exaltatio, *Exaltavi*: & est electio, *electum*; simulque electi exaltati gloria: *de plebe mea.* Quorsùm ergo extendenda cogitatio, si digni ac digna patrata electio? Nihil planè ad electionis æquitatem, sed totum restat ad electi exaltationem. Multoties iacent proculcata insignia dotium, sine honore, quo clarent, dignitatum. Pendente à cœlo electione benemeriti, merita nunquàm sine debito honore: Deusque dicitur exaltasse electum in auctoratum refulgentem thronum; quippe si elegerunt priùs dotes in dignitatem, necessariò conferri à Domino possessionem. Lucent ampliùs electi commendabilia instrumenta, in firmamento dignitatis tanquàm sidera: Davidque à Deo exaltatur electus, ut evectus ad thronum luceret ampliùs, commendante dotium æmulationem, ut cæteri dignè ascendant in dignitatem: etenim prudens consilium suffragantium patebat, eligentium ex voto, quem Deus propensè exaltabat. Semper honorat dignos, ut ex eis claresçat honos: & ex congregatione illustrissimà David assumitur, demùmque inter fratres elevatur; ut possessione dignitatis elevaret, quem propter merita insignia ut ritè ac iurè eligeretur, elegit: igitur electio omninò prudentissima, dotes quandiù suffragantur; priusquàm suffragia. Per illos enim lucet dignitatum thronus, quos

Si è cœlo electio, confirmat in possessione exaltatio.

Ardens evexit ad æthera virtus. Virgil.

Ubi supr.



TAU-

TAUTOLOGIA QUARTA.

LACTAVIT FILIUM SUUM, DONEC AMOVERET eum á lacte. 1. Reg. 1. v. 23.

EXPOSITIO LITERÆ.



Impletum est igitur, quod Annæ, uxori Elcana, Summus Sacerdos Heli optaverat, vel promiserat. Dixit ad eam Heli: *Ambula, quoniam scis pro quibus oraveris. Exaudita est oratio tua: noluit autem* (inſit Philo Biblicus) *ei dicere Sacerdos, quis prænumeratus est ex ea Propheta: ipse enim audivit, cùm dixit Dominus pro eo.* De hoc egimus, *Tautolog.* præc. numer. 3. Videtur idem astruere vir eius, quum Annæ dixit: *Precor, ut impleat Dominus verbum suum.* Quale ergo huiusmodi verbum præter dicta à Philone; divinant Rabbini, fingendo auditam aliquando de cœlo vocem in Silo, prænuntiantem pueri nativitatem, nomine Samuelis, quo superstite, iugum Allophylorum excutiendum, & ipsos proterendos miris victorijs à victis Israëlitis. Vide Abulens. Lyram, Mendozam, & Sanctium hìc. Idem astructum in Elisei nativitate: at enim gaudemus patrono. *In eius ortu aurea vitula* (ait Isidor. de *Ortu & obitu Patrum*, cap. 36.) *mugitum dedit, eiusque vox in Ierusalem personavit. Tunc quidam præsagus Vates: Hodie, inquit, in Israël natus est Propheta, qui cuncta eorum destruet idola.* Idem Petrus Comestor in *Histor. Eschol.* cap. 36. in 3. *Reg.* Addit. 1. Sanct. ibid. cap. 19. num. 64. Alap. v. 16. Ulyss. Aldrovand. de *Qua duped. bisulc. lib.* 1. cap. 1. de *Bove*, titul. *Oracula & prodigia.* Omnes, ni fallor, sumpserunt ex Epiphan. de *Vit. & interitu Prophetar.* cap. 6. & Ioan. Hierosolymitan. *cap.* 13. Haud aliter Rabbini cogitant factum in ortu Samuelis, implente Domino verbum suum, uti dixit Elcana; verùm falluntur: quandoquidem claret, illis verbis alluſisse tantùm ad illud Heli, exponente votum Anna, v. 17. *Vade in pace, & Deus Israël det tibi petitionem tuam*: vel ut inquit Philo, non optativè, sed assertivè: *Exaudita est oratio tua.*

Philo Bibl.

Nativitas Samuelis prænunciatur.

Isidor.

Præsagia virtutis Elisei ab ipsa nativitate.

2 Soboles ab illa desideratur, & ob amoris vinculum, & ob avertendum ab æmula irrogatum opprobrium. Amaro enim animo flevit largiter, votum vovit, & potita voto, Floridè ac nitidè Ioann. Melius de Sousa lib. 3. de *Concept. Virg.* à v. 223.

——Unum mihi dicere fas sit:
Non ego concubitus turpes, Veneriſque nefandæ
Delicias, indigna toris socialibus, hausi:
Legis in obsequio nubens, & prolis amore
Ducta viro, thalamis & ius & fœdera novi.
Da mihi materno, si fas est, munere fungi.
Si mihi concedas, quod adhuc natura negavit;
Quisquis erit fœtus, dederint quem viscera partu
Incolumem, tibi grata dico: si lege parenti
Ius datur in sobolem, si qua est materna potestas;
Sive marem dederis, matri solatia: sive
Dulcia fœmineæ videam cunabula prolis,
En tibi devoveo: soli famuletur Olympo.
Talibus orabat dictis & pectore supplex
Anna Deum, passimque preces & vota serebat.

Sousa.

Audijt illa pius celsi dominator Olympi,
Annaque concepit.

Retorqueatur etiam Ethnicus, qui propositum nostrum aliò descripsit, *lib. 4. Eleg. 1. v. 100.*

Propert. ——— *Votum impetrabile dixit:*
Illa parit.

Voti compos facta est Anna, filiumque peperit quem lactavit: sicque dicitur: *Lactavit filium suum, donec amoveret eum á lacte:* quod præsentis argumentum Tautologiæ.

Suppositum necessarium aliquãdo ex primitur.

3 Aliquando in Scriptura, ut sæpe vidimus, exprimitur suppositum necessarium in indicem clariorem verbi concepti. Homer. 9. *Odyss.* v. 110. *Vites, quæ ferunt vinum.* v. 193. *Mulctralia, quibus mulgebat.* Euripid. in *Rhes.* v. 112. *Cavam profunditatem fossarum.* v. 524. *Excubias agere vigilando.* Sophocl. *in Trachin.* v. 572. *Pulmones pectorum.* & in *Philoctet.* v. 689. *Vir æqualis in æqualibus.* Q. Calaber, lib. 1. v. 793. *In cava urna condiderunt.* Virgil. 10. *Æneid.* v. 349. *Vomit ore cruorem.* Ovid. 2. *Fastor.* v. 571. *Anus in medijs residens annosa puellis.* Senec. in *Hercul. fur.* v. 569. *Prece supplici.* & in *Thyest*, v. 454. *Vertice alti montis domum eminentem.* Mantuan. *Eclog.* 2. v. 7. *Fluviumque fluentem.* Plaut. in *Bacchid.* Act. 3. scen. 1. v. 17. *Lutulento cœno.* In *Asinar.* Act. 2. scen. 1. v. 18. *Falsæ fallaciæ.* Plin. *lib. 36. cap.* 13. *Vesana amentia.* Sueton. in *Tiber.* cap. 63. *Secretó, & sine testibus consuli.* Similiter in præsenti, alijsque Scripturæ testimonijs. Unde dicitur: *Lactavit, donec amoveret á lacte.* Isai. 28. *Ablactatos á lacte, abulsos ab uberibus.* Iob enim etiam querulus clamat: *Cur lactatus uberibus?* Stylus communis apud Græcos & Latinos: in eodem argumento. Euripid. in *Phœniss.* v. 1524. *Gemina matris meæ ubera lactis.* Ælian. lib. 13. *Variar. histor.* cap. 1. *Uberibus copiá lactis.* Virgil. *Eclog.* 4. v. 21.

Isai. 28. 9. Iob 3. 12. Euripid. Virgil.

Ipse lacte domum referent distenta capellæ
Ubera.

Pridem Lucretius lib. 1. de *Rer. natur.* v. 259. *Et candens lacteus humor uberibus manat:* puroque Helenismo profert ibid. v. 770. & *lib. 2. v. 370.*

Lucret. ——— *Quali sunt ubera lactis.*
Ad sua quisque ferè decurrunt ubera lactis.

Sic Varro ad *Tithonum*, dicit: *Mammam lactis.* Hæc alia similiter proferunt per Hypallagen, quo schemate continens usurpatur pro contento. Quare *Ubera lactis* idem est, ac lac uberum, seu mammarum. *Hypallage.*

Contentum pro re contenta, & econtrà.

4 Obvia usquequaquè huiusmodi figura in Sacris. Continens pro contento, Genes. 24. 20. *Effundens hydriam in canalibus*: ideſt, aquam contentam in hydria. Psalm. 67. 9. *Terra mota est*, hoc est, habitatores terræ. Sic 1. Mach. 1. 3. *Siluit terra.* v. 29. & cap. 9. 13. *Commota est.* Matth. 2. 3. *Turbata est Hierosolyma*: nimirùm, cives. Psalm. 104. 38. *Lætata est Ægyptus*: nempè Ægyptij. Similiter apud Profanos. Sophocles in *Electr.* v. 650. *Fama ad omnem urbem*: putà, ad omnes urbis. Virgil. 6. *Æneid.* v. 414. *Multam paludem*: scilicèt, multam aquam. Martial. *lib. 9. Epigram. 99. Quód me Roma legit*: videlicèt, Romani. Aliquando fit, sumpto adiuncto pro subiecto, vel inversione vocum. Isai. 6. 7. *Peccatum tuum mundabitur*: pro *mundaberis à peccato.* Matth. 8. 3. *Mundata est lepra eius*: pro *mandatus à lepra.* Virgil. 5. *Æneid.* v. 480. *Effractoque illisit in ossa cerebro*: pro *Effractis ossibus illisit in cerebrum.* Ita Servius hìc, à quo La-Zerda. Idem ibid. v. 829. *Iubet intendi brachia velis*: pro *Vela intendi brachis.* Sumitur etiam unum pro altero, quod Rhetores dicunt Submutationem, vel Suppositionem. Ierem. 44. 22. *Propter malitiam studiorum vestrorum*: ideſt studia malitiæ vestræ. Pariformiter invertes, Genes. 49. 21. *Dans eloquia pulchritudinis.* Eccli. 44. 6. *Pulchritudinis studium habentes.* Psalm. 114. 8. *Oculos meos á lachrymis.* Psalm. 67. 22. *Verticem capilli.* Act. 8. 23. *In felle amaritudinis.* Rom. 7. 24. *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Colos. 1. 22. *In corpore carnis eius.* Sic alia. Homer. 15. *Odyss.* v. 82. *Ad urbes hominum*: hoc est, ad homines urbis. Si vis plura, diximus, *Tom. 2. T. 7. num. 28-T. 10. num. 19. Tom. 3. T. 8.* num. 58. & *Tom. 4. T. 11.* num. 19. Sic igitur in testimonio Iobi; *Lactatus uberibus*: ideſt, lacte uberum, per Hypallagen, aut Metonymiam.

Metonymia

Adiunctum pro subiecto.

Inversio & transmutatio vocum.

5 In hoccine stylo latet verborum utriusque auctoritatis genuinus sensus. Per lactentes, vel nuper avulsos à mammis, intelligitur in sacra pagina defectus usus rationis, vel simplicitas, scilicèt doli incapacitas. Nostrates: *Sin mas razon, ni malicia, que*

un niño de pecho. Unde de SS. Innocentibus, ſublatis in infantia, metaphoricè Eccleſia canit:

Aram ante ipſam ſimplices
Palmâ & coronâ luditis.

Pauluſque ſub hac eadem metaphora, ad Hebr. 5. 13. infit: *Omnis enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ.* 1. Cor. 14. 20. *Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitiâ parvuli eſtote.* Petruſque 1. cap. 2. à v. 1. *Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, ſicut modò geniti infantes lac concupiſcite.* Ideo dicuntur infantes, qui loqui non poſſunt; ſed pro ſermone vagiunt, vel balbutiunt, necdum natâ ratione cuius ſignum ſermocinatio, ut infrà, num. 23. videbimus. Aliâ phraſe delicatur: ſcilicèt, neſcire, *quid ſit inter dextram & ſiniſtram*: ut legitur Ionæ cap. 4. 11. Quo indicatur ſumma ignorantia, ſicut dialecto noſtrâ: *No ſaben qual es ſu mano derecha.* Horatius *lib.* 1. *Epiſt.* 7. v. 23. *Lactentes pro carentia uſus rationis.*

——— *Ignorat, quid diſtent æra lupinis.* Horat.

Sine pudore in eundem ſenſum Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 300. Homer. 18. Odyſſ. v. 227. & 20. v. 312. ſuccinit:

Animo intelligo, ſcio omnia ſingula: bona
Et peiora: antea adhuc infans eram.

Seneca *Epiſt.* 124. *Bonum, malumque dignoſcere*: & lib. 2. de *Ira*, cap. 9. *Quis iraſcitur pueris: quorum ætas nondum novit rerum diſcrimina?* Ideſt, non habent ſyndereſim. Hieronymus ſubſcribit cogitationi. *Ignorant* (ait) *quid ſit inter dextram & ſiniſtram, propter innocentiam & ſimplicitatem, ut lactentem monſtret ætatem.* Hieronym. Qua igitur acceptione, cùm Iſraëlitæ ploderent legem (illudentes Prophetis exponentibus divinam in præceptis voluntatem) & qui docere inſtituta debuerant, dedignarentur & diſcere; exclamat Evangelicus Vates: *Quem docebit* (Deus) *ſcientiam? Ablactatos á lacte? Avulſos ab uberibus?* Ideſt, docebit rationis impotes, ac diſciplinæ incapaces, neſcientes reprobare malum & eligere bonum? Quo pacto accipient, ac retinebunt legis ſcientiam, ignorantes quid ſit inter dextram & ſiniſtram? Exaudient leges, qui nequeunt diſtinguere voces? Infantia præ ſe fert innocentiam, quæ ſentit, ſed non cognoſcit; ſicuti videmus in pupis à lacte excuſsis, atque depulſis à mammis. Haud alio intuitu Iobus queritur: *Quare exceptus genibus? Cur lactatus uberibus?* Lacte utitur infans pro cibo: haud hæc dicit Iobus, quoniam aliter eveniat, nec evenire poſsit; ſed quia modò cum uſu rationis patitur, quod levius eſſet, ſi citra cognitionem pateretur. In dolore *qui addit ſcientiam, addit & laborem*: Eccle. 1. 18. Igitur perſpicacia rationis, quæ debet eſſe in doloris lenitatem amica; cauſas inveſtigando, ſæpeſæpiùs invenitur adverſa. Haud homini innocenti afflicto cruciamen acrius, quàm vigil, acer & optimus intellectus. Vita faſtidioſa, ſi angore plena. Dulcius non incepiſſe quàm dirè pati. Quapropter ſi Iobus priuſquàm lactaretur uberibus, fato cederet; pateretur abſdubiò, ſed non cognoſceret. Pateretur infans, ſed non homo, contendens cum dolore & intellectu. Pateretur adinſtar lactentium, *Quomodò & quando homini intellectus inimicus?*

——— *Queis ubere raptis*
Naſci pœna fuit,
Poſſe magis, quàm ſcire mori. Arator.

Canit Arator lib. 1. in *Apoſtol. acta*, à v. 349. Quare ergo innocens ſimplexque corde Iobus abominetur uſuram lucis, haud avidus uberum, ſuctique lactis, dicemus fusè, *Tom.* 8. *T.* 7. ad illud Ierem. 20. 14. *Maledicta dies in qua natus ſum: dies in qua peperit me mater mea.* His enim Tautologiæ principali affinibus teſtimonijs dilucidatis, facilè ad illius illuſtrationem flectetur calamus.

6 In lactatione non tantùm amorem, ſed amores plus infantibus demonſtrant genitrices. Sic Anna quem pepererat puerum lactavit ubere. *Lactavit filium*, & in expreſsionem dilectionis, & in informationem nobilis indolis. Vulva formavit, lacte informavit: quem in utero concipiendo fecit, uberum lactè perfecit. *Utiliſsimum cuique maternum lac*: inquit Plinius *lib.* 28. *cap.* 9. ne degeneret fœtus lacte à nobilitate ex ſemine. Lac maternum ſaluberrimum infanti, notat Galen. lib. 1. de *Tuend. valetud.* quippe tunc non ſolùm conſueto, ſed etiam perproprio utitur nutrimento: infantes enim in utero genitricis ſanguine aluuntur, lac ex ipſo ſanguine in mammis illicò formatur acceptâ per intenſiorem calorem aliquâ coloris mutatione: qua de cauſa aptiùs & feliciùs nutriuntur pueri lacte matris, quàm uberibus nutricis. Videtur planè ex re- Plin. *Utile cuique lac maternum.*

pugnantia ad papillam alienam, cùm avidissimè inhient genitricis uberibus, fugant voluptuosè, atque deglutiant promptissimè. *An* (infit Phavorinus apud Gellium lib. 12. *Noct. Attic.* cap. 1.) *qui á spiritu multo & calore exalbuit, non idem sanguis est nunc in uberibus, qui in utero fuit? Nonne hac quoque in re solertia naturæ evidens est; quòd posteaquàm sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus hominis finxit, adventante iam partus tempore, in supernas se partes profert, & ad fovenda vitæ atque lucis rudimenta præstò est, & recens natis notum & familiarem victum offert?* Quapropter subdit: *Nihil dubito, quin filium lacte suo nutritura sit.* Sed cùm mater puellæ parcendum esse ei diceret, adhibendasque puero nutrices, ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoque nutricationis grave, ac difficile accederet: *Oro te* (inquit) *mulier, sine eam totam ac integram esse matrem filij sui. Quod est enim hoc contra naturam imperfectum, atque dimidiatum matris genus; peperisse, atque statim ab sese abiecisse? Aluisse in utero sanguine suo nescio quid, quod non videret; & non alere nunc suo lacte, quod videt iam viventem, iam hominem, iam matris officia implorantem? An tu putas naturam fœminis mammarum ubera, quasi quosdam nævulos venustiores, non liberorum alendorum, sed ornandi pectoris causá, dedisse? Sic enim quod á vobis scilicèt abest, pleræque istæ prodigiosæ mulieres fontem illum sanctissimum corporis, generis humani educatorem, arefacere, & extinguere cum periculo quoque aversi corruptique lactis laborant; tanquám pulchritudinis sibi insignia devenustet.* Hactenus Phavorinus. Nihil ultra. Huic delirio, abiectionis puerorum ab ubere matris, multùm favit Gallego de la Serna cap. 8. libell. de *Alendi fœtus ration.* Nil mirum: Archiater aulicus erat, fœminisque procerum placere cupiebat: in quem videsis Sennertum, cap. 1. Tract. de *Diæta & regimen. infant.*

Aul. Gell.

Mater filiũ non lactans, imperfecta mater.

Abusus hic mœrũ abominabilis.

7 Nicol. Nancelius, *Analog. Micr. ad Macr.* lib. 4. cap. 5. in Problem. inquit: *Quæ infantem mater non alit, iam non mater; sed sæviſsima noverca dici potest.*

Nancel.

Nec ratione aliâ proles cognoscere matrem,
Nec mater possit prolem.

Lucret.

Qui suorum, maximè domesticorum curam non habet, est profectò infideli deterior. Erubescit fieri nutrix, quæ facta est mater? Proterit superbia generosa pietatis insignia? Falluntur: haud quod cogitant, matris honos, sed summum dedecus. Retorqueatur Virgil. 5. *Æneid.* v. 229.

Novercà peiores.

Hæ proprium decus, & partus indignantur honorem;
Ni teneant.

Virgil.

Tanta vel apud Indos huius muneris commendatio; ut nullus esset honor matris, sinè decore nutricis. In Regno Iaöa Imperator utitur fœminis ad legationes: verùm nulla fungi potest huiusmodi honore, de qua authenticè non constet proprio lacte filios universos nutrivisse. Consule Ferdinand. Mendez Pinto *Histor. Oriental. Peregrin.* cap. 172. n. 1. Adeo inolevit apud fœminas vasti huius imperij mos, simulque gloria, filios lactandi; ut quæ mater, in effugium dedecoris, modò infirmitate natos nutrire non valeat; publico utatur testimonio: quippequàm quæ omittit, famæ, glorioſæque opinioni non consulit. Idem ibid. Matris sinus sanequàm filiorum thronus: pignora tot periculis parta, necessarium, quòd diligant: à necessitate ac amoris necessitudine ultrò recedunt, si viscerum fructum actutùm enixæ deponunt. Horridum sanè, onus summittere ventris, & simul pondus amoris. Iccircò erga hasce languidus amor natorum, quippe non conciliavit nutricationis fastidium. Objcit Iunius Rusticus, apud Tiraquell. de *Nobilitat.* cap. 20. n. 92. & apud Beyerlink in *Theatr. Vit. human.* verb. *Mulier*, illo celeberrimo tractu nothi cuiusdam ex familia Gracchorum, qui occurrentibus reduci, in urbe triumphaturo, matre, unàque nutrice, gratulabundis ob plausum, & incolumitatem inter spicula hostium; distributis ex manubijs utrique monilibus, sed pretiosiore nutrici, ex quo fastidita genitrix; huic blandè pungendo respondit: *Tu me novem solùm mensibus in utero, hæc verò duobus integris annis uberibus aluit, nutrivitque. Sic itaque corpus, medio parùm honesto abs te mater habeo: hæc verò candidá ac syncerá voluntate mores dedit. Tu me natum primum à te procul reiecisti: hæc à te despectum, abiectumque suis ulnis recepit, & in hunc statum perduxit.* Non novum: filiorum pleræque faciem ignorant, quippe nec vident: magisque filij propendunt in ubera, quàm in viscera. Nutrix, non genitrix Phædræ apud Senec. in *Hyppolit.* v. 246. *Per chara ubera*: quoniam nutricis ubera chara, ex quorum lacte dilectio in lactente exorta. Hac de causa Antipater matris vitæ non pepercit, *etsi ipsa deprecare-*

Honor lactantium apud Indos.

Turpe, onus deponere vẽtris & simul pondus amoris.

Jun. Rustic.

Senec. Iustin.

tur

tur per ubera materna; ut ait Iustinus *lib.* 16. *Histor.* siquidem ab illa genitus, sed non lactatus.

8 Quot igitur familijs incommoda, parentibus subacida, igitur sæpe cordolia; ex errore (aptiùs errato) nutricum alienarum identidem enascuntur? Quàm latè deditur ista lues! Mundi lucet corruptela (quam vel infimæ plebis imitantur, quia lucet) quasi generis splendor astrueretur degenere lacte, nequaquàm genere; claritasque sanguinis, nitorque gentis esset non habere nutricem, quam natura dedit matrem, ruptis legibus & naturæ & rationis ascititio privilegio vanitatis. *Videtur autem* (ait Nancelius ubi supr. *lib.* 10. *cap.* 9.) *non modò nutrimentum id natura infantibus præparasse; verùm etiam facultates quasdam naturales, quibus eo utuntur ab initio contulisse.* Astipulatur, quò dudùm Gellius: *Quamobrem non frustrà* (inquit) *creditum est, sicuti valeat ad fingendas animi atque corporis similitudines vis & natura seminis; non secùs ad eandem rem lactis quoque ingenia ac proprietates valere. Neque in hominibus id solùm, sed in pecudibus quoque animadversum; nam si ovium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur; constat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Quæ* (malùm) *igitur ratio est, nobilitatem istam nati modò hominis, corpusque & animum, benignè ingenitis primordijs inchoätum, insitivo degenerique alimento lactis alieni corrumpere? Quæ? præsertim, si ista, quam ad præbendum lac tunc adhibebitis, aut serva, aut servilis, & ut plerunque solet, externæ, atque barbaræ nationis: si improba, si informis, si impudica, si temulenta est.* Exempla videbimus à num. 10. Vis igitur lactis vel docilitatem vel improbitatem lactentibus indit, ut astruit Macrobius, 5. *Saturnal.* cap. 11. Hinc Cicero, 3. *Tuscul. qq.* infit: *Nunc autem simulatque in lucem editi, ac suscepti sumus, in omni continuó pravitate, & in summa omnium perversitate versamur; ut penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur.* Aliqui arbitrantur (at sine fulcro) in nutricum lacte, quod imaginatione fœminæ contigit in fœtus conceptione. Sic insignis Thomas Morus succinuit:

Quantæ amaritudinet matris, ex degenere nutrice.

Nancel.

Aul. Gell.

Cicer.

Atqui graves tradunt Sophi,
Quodcunque matres interim
Imaginantur fortiter,
Dum liberis dant operam;
Eius latenter & notas
Certas, & indelebiles,
Modoque inexplicabili,
In semen ipsum congeri;
Quibus receptis intimè,
Simulque concrescentibus,
A mente matris insitam,
Natus refert imaginem.

Tho. Mor.

Vide ac consule, si lubet, Perer. in *Genes.* 30. 37. disput. 3. & 4. à num. 47. Delr. lib. 3. *Disq. magic.* cap. 3. q. 3. ex Medicis, Paul. Zachiam lib. 10. *qq. Medicoleg.* consil. 21. & 60. & Reyes-Franco in *Elys. camp.* quæst. 50.

9 Vitia nutricum, mores, totamque penè naturam, apud Medicos inconcussum, communicari lacte. Lac non multum distat à seminis conditione: utrumque sanguis decoctus. Sicut à semine malè affecto prava proles, haud secùs à lacte. Hinc effrenes, pessimæque indolis, perversæ ac distortæ inclinationis evadunt lactati infantes; siquidem qualitates participant aliti, potissimè ætate tenerà, ex affectione alimenti.

Causæ.

Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcaneque admorunt ubera tigres.

Virgil.

Ita Virgil. 4. *Æneid.* v. 365. Quem imitatur Ovidius, 1. *Trist.* Eleg. 7. v. 43. & lib. 3. Eleg. 11. v. 3.

Quæque tibi tenera, quondam ducenda palato,
Plena dedit nutrix ubera, tigris erat.
Natus es scopulis, nutritus lacte ferino.

Ovid.

De Atalanta, cui à patre proiectæ ubera dedit ursa, ait Ælian. lib. 13. *Var. histor.* cap. 1. *Vultum habebat quodammodó virilem ac trucem, idque ex ferino fortasse victu.* Ælian.

Succinit Senec. in *Hercul. Oetæo*, v. 144.

——Te fera Caspia tulit,

Senec.

Quæ

Quæ virgata tibi præbuit ubera.

Sæpe AA. eodem modo loquuntur de lacte ac de semine. *In moribus inolescendis* (inquit Macrob. lib. 5. *Saturnal.* cap. 11.) *magnam ferè partem nutricis ingenium & natura lactis tenet : quæ infusa tenero, & mista parentum semini adhuc recenti, ex hac gemina concretione unam indolem configurat. Hinc est, quòd providentia naturæ similitudinem notarum atque gignentium ex ipso quoque nutricatu præparans, fecit cum ipso partu alimoniæ copiam nasci.* Idem Ovidius loc. cit. v. 37. & 40. & *Epist.* 7. v. 36.

Macrob. Ovid.

Non ego te genitum placidâ reor urbe Quirini:
Inque feris Scythiæ, Sarmaticisque iugis.
—Te sævæ progenuere feræ.

Eurip. Euripides in *Bacch.* v. 986. dicit : *Non enim ex sanguine muliebri natus est sed profectò leænæ.* Catull. in *Nupt. Pelei & Thetid.* v. 154. & Theocrit. *Edyl.* 28.

Catull. Theocrit.

Quænam te genuit sola sub rupe leæna?
Malæ germen leænæ.

10 Efficax namque influxus claret lactis in alitos : astruunt exempla. Rabbini arbitrati sunt Asaëlem insignem cursorem (de quo, 2. *Reg.* 2. 10.) eò quòd à cerva lacte nutritus. Nugæ. Idem fingunt Græci de Lada, *qui pedum celeritate cunctos anteivit*: uti asserit Pausan. *cap.* 61. & 104. Idem de Habide Hispaniarum rege tradit Iustin. *lib.* 44. *Cerva* (ait) *affuit, quæ ubera parvulo offert : inde conversatione nutricis eximia puero pernicitas fuit, interque cervorum greges diù montes ; saltusque haud inferior velocitate peragravit.*

Exempla. Pausan. Iustin.

Propert.

Est, quibus in celeres gloria nata pedes.

Sic igitur plures videris apud Ravis. Textor. lib. 4. *Officin.* cap. 54. Unde Virgilius, postquàm lib. 7. *Æneid.* à v. 808. descripserat Camillæ velocitatem, causam subijcit *lib.* 11. à v. 540. accinens:

Virgil.

Hic natam in dumis, interque horrentia lustra
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino
Nutriebat, teneris immulgens ubera labris.

Truces fuere Romulus & Remus, quippe à lupa lactati, de quo Plutarch. de *Fortun. Roman. in Romul.* & *Rom. qq.* 55. Propert. 2. *Eleg.* 6. v. 20. 4. *Eleg.* 1. v. 38.

Propert.

Nutritus duro Romulus lacte lupæ.
Sanguinis altricem nunc pudet esse lupam.

De Cyro dicitur summa sagacitas, quoniam ab avo expositus à cane lactatus. Iustin. ubi supr. & Marian. de *Rege & Regn.* cap. 29. De alijs haccine de causa rabies & furor. Ovid. in *Ibim* v. 231.

Ovid.

Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino:
Hic primos pueri venit in ora cibus.
Perbibit inde rabiem nutricis alumnus,
Latrat, & in toto verba canina foro.

De Paride prædicatur crudelitas, fallacia, & lascivia, quippequàm suxit lac primum ab ursa. Natal. Com. lib. 6. *Mytholog.* cap. 23. Verùm fabulas Priscorum, ut vera proferantur, susque deque faciamus, & lubenter.

11 De Caligula humani generis hoste, igitur desiderabat cunctorum vitam ab uno collo pendere (ut refert in eo Sueton. cap. 30.) ad hoc ut citò iugulare posset ; dicebat sagacissimus Tiberius, ibid. cap. 11. *Exitio suo omniumque Caium vivere & se natricem populo Rom. Phaetontem orbi terrarum educare.*

Caligula bostis generis humani. Sueton.

Schild.

Produxit orbi monstra civibus pestes
Ocellus orbis ; vita civium Cæsar:
Virtute patrum, gloriaque metiri
Dedisce natos. Indolem dies prompsit.

Insit Ioann. Schild. Unde tanta ac inaudita monstrositas, si à Germanico, civium vita, orbis & urbis ocello? Ex sævitia nutricis barbaræ ; cui lactenti mammarum papillas cruore ferarum oblinebat, sicut illa nutrita. *Tartari occidunt & vulnerant equos, cruoremque bibunt*: ait Gesnerus in *Equo*, lit. F. & apud Atlantem in Tartaria mos barbaris, ut ostendit Virgil. 3. *Georg.* v. 460. *Inter.*

Unde? Gesner. Virgil.

Ima ferire pedis salientem sanguine venam.
Venit & epoto Sarmata pastus equo.

Addit Martial. *Spectacul.* Epigram. 3. Sic Caligulæ ex tunc liquor sanguineus adeò pa-

la-

lato gratus, ut multorum, quos proprio gladio occiderat, in eo relictum sanguinem lamberet, ex acieque quasi ex uberibus sugeret; uti notat Dio Cassius. Hinc truculentus, nec vultu affabilis ulli: quandoquidem, ut astruit Suetonius, *cap.* 50. *Vultum natura horridum ac tetrum etiam ex industriâ efferebat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem.* Plus à nutrice, quam a parentibus animus acceperat: unde quicquid finxerat conditio humana, delevit equina, in quam usque in insaniam propensus, & postquam cogitabat de purgando cerebro. *Quendam suorum equorum* (subdit Dio) *Incitatum nomine, ad cœnam quoque adhibebat, & inauratum et hordeum apponebat, & in poculis aureis vinum propinabat, salutem eius ac fortunam iurabat, Consulemque eum creaturum pollicebatur: facturus, sidiutius vixisset.* Alia deliria refert Sueton. cap. 55. *Incitato equo* (infit) *cuius causâ pridie Circenses, ne inquietaretur, vicinia silentium per milites indicere solebat, præter equile marmoreum & præsepe eburneum, præterque purpurea tegumenta, ac monille è gemmis, domum etiam & familiam & supellectilem dedit, quo lautiùs nomine eius invitati acciperentur: Consulatum quoque traditur destinasse.* Equis & sanguine gaudebat; quia eius cruore, à primis unguiculis in papillis lactatus. Iurè natura ferox. Indubium pectus, maduisse sanguine,

Crudelitus.

Sueton.

Dio Cass.

Eius vesania inauditâ erga equum.

Sueton.

——*Calidumque animasse cruorem:*
In faciem vertisse hominum: sed & illa propago
Contemptrix Superûm, sanèque avidissima cædis,
Et violenta fuit: scires è sanguine natam.

Ovid.

12 Non infrequens apud Parthos, lambere & bibere sanguinem, ut notat Tacitus lib. 12. *Annal.* cap. 47. *Carmanis* (ait Cœl. Rhodigin. *lib.* 18. *cap.* 32.) *id ineisse peculiare, ut in convivijs percussâ faciei venâ, profluentem inde cruorem vinno commisceant, atque propinent, amicitiæ finem statuentes, sanguinem gustasse mutuum.* Eadem apud Thraces cruditas, à quibus Romam invecta, uti ex Ammian. Marcell. refert Iustus Lipsius lib. 2. *Saturnal.* cap. 9. qui *cap.* 22. profert cruoris aviditatem, eò quòd *gladiatorum sanguinem ex ipso vulneris hiatu biberent, calidumque & adhuc spirantem.* Hinc sanguisugus non solum, sed sanguibibax Commodus Imperator, ut notat Lampridius; quia conceptus postquàm à Faustina matre cruoris poculum è vulnere gladiatoris avidissimè haustum: sicque ille pòst, *cùm in gladiatoris occisi vulnus* (ait idem in *Commodo*) *misisset manum, ad caput sibi detersit.* Usum sævitiæ notatur ab Ovid. 12. *Metam.* fabul. 5.

Sanguine mutua fœdera.

Cœl. Rhod.

Lipsi.

Sanguinolentia Imp. Commodi.

Lamprid.

Gladiatorũ.

——*Nostro tua corpora ferro*
Tentemus, capuloque tenus demisit in armos
Ensem fatiferum, cæcamque in viscera movit,
Versavitque manum, vulnusque in vulnere fecit.

Ovid.

Manus victrices cruore proluebant, atque conspurcantes insolenter dealbabant: qua metaphorà in sacra pagina exprimitur plena vindicta, & satietas ulciscendi sedata. Psal. 57. 11. *Cùm viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.*

13 Sic intelliges, quid sit apud AA. lac nigrum. Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. ait: *Astacest rigat campos, in quibus pastæ, nigro lacte equæ gentes alunt.* Nancel. quo supr. *lib.* 10. cap. 9. infit: *In Ponto homines lacte equino ali, eoque nigro.* Lac nigrum nequit esse vel in Æthiopibus; ut claret. Decoctum sanguinem comitatur albedo. An quia ubi summè uberis mamma premitur, pro lacte sanguis elicitur? *Qui fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem.* Proverb. 30. 33. Haud hæc causa; sed viscerum horrida sanguinolentia. Dicitur *lac nigrum*, haud quia sit, uti deliravit Anagaxoras de nive, de quo egi alibi; sed quia apud Barbaros in delicias miscebatur sanguine, ex quo color luridus, qui apparet nigredo in liquore nimis candido. *Sarmatarum quoque gentes* (inquit Plin. lib. 18. cap. 10.) *hac maximè pulte aluntur, & crudâ etiam farinâ, equino lacte, vel sanguine è cruris venis admisto.* Virgil. 3. *Georg.* v. 463.

Psalm. 57.

Plin.

Nancel.

Lac nigrum

Plin.

Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Virgil.

Vide Herodotum *lib.* 4. & Sidonium Apollin. *lib.* 4. *Epist.* 1. Qui *Paneg. ad Avitum*, v. 72. modulatur:

Sauromatem taceo, ac Moschum, solitosque eruentum
Lac potare Getas, & pocula tingere venis.

Sidon.

Unde cùm lac dicitur album, purum scilicèt dicitur. Homer. 4. *Iliad.* v. 434, & 5.

Lac quare dicitur album?

v. 909. *Lac* notat *album*. Euripides in *Cyclop.* v. 388. *Album infundens lac.* Senec. in *Oedip.* v. 495. *Nivei lactis candidos fontes.* Tibull. *lib.* 3. *Eleg.* 2. v. 20. *Niveo fundere lacte parent.* Ovid. 4. *Fastor.* v. 151. *Niveo cum lacte papaver.* & Mar. Victor lib. 2. *Genes.* v. 135. *Candenti lacte renidens.* Cum suppositum necessarium ostenditur, nihil aliud est, quam puritatem lactis sine mistione signare; sicut quùm dicitur à Theocrit. *Edyl.* 5. *Albæ nives*: Ideſt, intactæ: & à Quintian. *Carm.* 6. *Nives candidæ*, q. d. intemeratæ: nostroque proposito, Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 3. v. 12. *Rosæ puro lacte natent.* Homerusque, 9. *Odyss.* v. 267. *Merum lac biberis.*

Quid signet suppositum expressum?

14 Sic igitur causa nutrimenti immutantur naturæ conditiones, & multoties in contrarias; ut videtur in Psylis & Marsis nutritis simul cum lacte venenis, in quibus tam præsens vel in serpentes efficacia, ut essent insignia contra venena venena. Consulesis Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. & Aul. Gell. *lib.* 16. cap. 11. Galenus ad *Glaucum*, cap. 10. nominat ab aspidibus & serpentibus nutritos: eum sequitur Paulus Zachias, *qq. Medicoleg.* lib. 2. titul. 2. q. 9. & 10. Pindarusque in *Olymp.* Od. 6. Iamum dicit altum à serpente. De Candeis, ideo Ophiophagi, asserit Plin. *lib.* 6. *cap.* 29. serpentibus vesci.

Qui homines venena venenis?

Qui nutriti veneno?

De Troglodytis & Æthiopibus, Herodotus, quò nuper. De Indis Iul. Cæsar Scaliger, *Exercitat.* 175. additque opiparas cœnas serpentibus præparari, & utpotè nobiliores cibos tantùm Regibus apponi. Vide Hugonem Lintscotanum in *Peregrination. ad Orient.* De puella nutrita araneis Cœl. Rhodigin. lib. 11. cap. 13. Arnald. in *Specul.* cap. 77. Ulyss. Aldrovand. de *Serpentib.* lib. 1. tit. *Medela veneni.* Garsias ab Horto lib. 1. *Histor. Aromat.* & Reyes ubi supr. *q.* 47. Nieremberg. lib. 2. *Curios. & occultæ Philosoph.* cap. 12. & Scaliger *Exercitat.* præf. referunt Cambaiæ Principem lactatum venenato lacte (penes illos fides sit) quo ita veneficus factus, ut verba essent lethalia. Frequenter apud nationes Barbaras veneni usus ab infantia, ut inolescente ætate pòst essent cassa venena; uti de Mithridate Ponti Rege referunt, quò supr. Rhodiginus, Plin. *lib.* 25. *cap.* 2. & Iustin. *lib.* 37. Præsumebatur quotidie venenum, ut ipsa consuetudine fieret innoxium. Unde Martial. *lib.* 5. *Epigr.* 77.

Martial.

Profecit poto Mithridates sæpe veneno,
Toxica ne possent sæva nocere sibi.

Effectus mirabiles.

De alia puella pulcherrima, Alexandro Magno à quodam Indorum Principe insidiosè pro munere oblata (cuius meminit Averroes Procem. lib. 3. *Physic.*) asserit quò dudùm Cœl. Rhodigin. *Cœpisse initio paulatim venenis nutriri, consuetudinemque in naturam abiisse, ut venenis perinde vesceretur, aleretur que ac confuetis cibis reliquis: ipsam verò educationis ratione venenosam evasisse, ut sputo, aut quovis humore alio perimeret appropinquantes, evestigió etiamnum expirantibus, qui cum ea coissent.* Sumpsit ex Aristotele lib. de *Regimin. Hanc puellam* (insit Reyes *quæst.* 63. num. 5.) *cùm illius Præceptor vidisset, scintillantesque & serpentum more nictantes oculos contemplatus esset, Alexandro dixit: Cave ab hac: exitium tibi paratur.* Vide Ludovic. Barthema lib. 1. *Indicar. rerum*, cap. 2. Mihi suspecta notitia, quippe Aristoteles haud, etsi rogatus, in Asiam comitatus Alexandrum, præcognoscens indolem, pro seque misit Callisthenem nepotem, ut claret ex Q. Curt. & Arrian. Quantum profectò erit venenum, dum homo ipsis serpentibus toxicum? Humor quò purior, si corrumpitur, nocentior. *Scribit Avicenna* (subdit Rhodiginus) *tempestate suâ vixisse hominem, quem fugerent venenata omnia, morientibus, quæ fortè eum mordicùs apprehendissent, inde nihil omninò læsum. Cùm verò grandior admota foret serpens, bidui quidem induxisse febrem, cæterùm defeciisse ipsam.* Vide *Tom.* 4. *Tautolog.* 3. *num.* 56. quæ diximus de Exagone. Cardan. lib. 2. de *Contrad.* tract. 2. cap. 7. refert hominem, quem serpentes non nisi coarcti mordebant, quoniam illicò expirabant. Nil mirum. *Tantum remanet virus* (insit Plin. *lib.* 28. *cap.* 3.) *excepto semel malo, ut venefici fiant, venena pasti.*

Cœl. Rhod.

Reyes.

Cœl. Rhod.

Qui non læsi à serpentibus?

Plin.

15 Si qualitates ingeruntur corporibus ætate adultà, faciliùs, ætate tenera; maximè si noxia, aut prava cum lacte mista. Conditiones alienæ naturæ fugi, vidimus in agno & hœdo ex Phavorino, num. 8. etiam videmus in arboribus surculis insitis alieni generis vel speciei. Martialis *lib.* 13. *Epigram.* 46. de ilice speciosa è surculo crysomeli, canit:

Lactentes fugunt conditiones nutricis.

Martial.

Vilia maternis fueramus præcoca ramis:
Nunc in adoptivis Persica cara sumus.

Eadem Palladius lib. 14. de *Instit.* pro pruno Persici surculum adoptante:

Pallad.

Ipsa suos onerat meliori germine ramos

Per-

Persicus, & pruno scit sociare genus.

Serpentes & aspides nutritione cicurantur ab Ægyptijs. *Primùm, ut pransi sunt* (ait Ælian. de *Animal.* lib. 17. cap. 5.) *statim temperatas vino & melle farinas in mensam, in qua pransi sunt, exponunt: posteà crepitu digitorum eas tanquàm convivas ad prandium vocant: illæ verò velut ad conditam cœnam invitatæ; aliæ aliundè prorepentes accedunt, & mensam circunstant; ac reliquà omni spirá in solo terræ relictà, caput allevantes circumlambunt, sensimque atque moderatè explentur. Quùm autem Ægyptij de nocte habent necessitatem surgere, ne ipsas in tenebris conculcent; iterùm percussione digitorum utuntur, eis, ut de via decedant, signum dantes: illæ sanè sonitus discrimen intelligentes, confestim in latibula abstruduntur. Itaque is, qui de lecto surgit, posteà in nullas ipsarum incurrit.* Naturam venenosa deponere per nutritionem, astruit Pausanias cap. 303. in *Bœoticis*; quod nobis videtur mirabile. *Sunt balsami arbores in Arabia, eá qua myrti stirpes magnitudine: folia illis qualia herbæ amaraco. Habent sua circa eas plantas cubilia viperæ, plures uno, alio pauciores loco. Est enim eis balsami liquor cibus multó suavissimus: ipsá etiam fruticis umbrá maximé delectantur. Ubi sua fuerit colligendo humoris tempestivitas, veniunt in sacrum lucum Arabes binis ligneolis regulis* (Nos Carracas) *singuli: earum complosu bestias fugant: occidi verò magna est religio, quòd sacras, & genios veluti quosdam, esse balsami putant. Quód si quem morsu appetierint, plaga est, qualis é ferri vulnere, sed veneni omninó expers, quód scilicèt balsami pastu, liquoris unius omnium odore præstantissimi, veneni acerbitas illa pristina mitescit.* Idem invenies apud Cœl. Rhodigin. *lib.* 18. *cap.* 35. qui addit: *Insignem quippe venenis molliendis, vel accendendis vim habent alimenta.* Ludicra aliqua ex nutritione signanda. De quodam lactato lacte suillo, referunt Sennert. lib. 2. *Institut.* part. 3. sect. 2. cap. 4. & Ioann. Guterius Godoy de *Educat. puer.* semper in cœno iacuisse, utpotè voluptuosum inter spurcitias volutari: ita immunditiæ deditum, ut lac nutricis suis in cunctis operationibus exprimeret. De alio, cuius pedes pruriebant in subsaltationem (Vernaculè *Cabriolas*) quia lacte caperæ nutritus, vide Mendoz. *Viridar.* lib. 4. Probl. 7. num. 44. Novi etiam alium eiusdem conditionis ab eadem origine: igitur devia appetebat, & vel itinere trito subsultabat; avidissivè cupiens lubrica ac prærupta præcipitia, vel ab oculis timenda, utpotè horrida. Nihil illi magis grave, quàm in semitam calcatam ab alijs ducere.

Quo pacto aspides cicurantur? Ælian. *Viperæ pasto balsamo sine veneno.* Pausan. Cœl. Rhod.

16 Patet iam cur de Samuelis matre dicatur: *Lactavit filium.* Dilexit, quem concipiendo pepererat; & ut magis diligeret mores suos in illo studuit lacte formare, & firmare. *E sanguine porró concinnatur lac, modicam in uberibus immutationem indeptum. Quo argumento matris lac alimoniæ in primis censetur accomodum, quia & consueta sit ac perpropria. Similibus certe servatur unumquodque: contrarijs verò ad intemperaturam recidit.* Hactenus Cœl. Rhodigin. *lib.* 9. *cap.* 12. Mores igitur lacte bibuntur; sicque filij ad ubera matris lactantur moribus. Sic Samuel matris sumpsit, ac suxit indolem, & ad egregia futura docilitatem. Flectatur in vera blandimen Claudiani de *IV. Consul. Honor.* à v. 513.

Idem. *Cum lacte mores.*

Quæ pietas, quantusque rigor! tranquillaque magni
Vis animi, nulloque levis terrore moveri;
Nec nova mirari facilis. Quæ docta facultas
Ingenij, linguæque modus! Responsa verentur
Legati. Gravibusque latet sub moribus ætas.
Quantus in ore pudor! Radiat quàm torva voluptas
Frontis, & angusti maiestas grata pudoris.

Claudian.

Sic igitur cùm similitudo dilectionis sit illex, & lac filium instruat in amorem similiorem; tota matris nutricis cogitatio de dilecto, cui uti amasia præbet ubera. *Quid* (dicunt cum illa alia, Proverb. 31. 2.) *dilecte mi? Quid dilecte uteri mei? Quid dilecte votorum meorum?* Pupos alloquuntur, quasi intelligere possent, ut possint intelligere. Alere, potentiora in philtrum amoris, quàm generasse habet irritamina. *Provocantur fœminæ* (inquit Ambrosius lib. 1. de *Abrah. cap.* 7.) *meminisse dignitatis suæ, & lactare filios suos. Hæc enim matrum gratia, hic honos quo se proprijs commendent viris: denique eos plus amare filios solent, quos ipsæ matres lactaverint uberibus suis.* Iccircò in Sacra pagina non amor vehemens exponitur matris, sed solummodò nutricis. *Nunquid ego* (dicebat Moyses) *concepi hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantu-*

Honor maioris filiorũ lactatio. Ambros.

Plus in amorem prolis lactatio quàm conceptio. Rutth. 4. 16 17.

tulum? Officium multiplici gratia Deus dicitur exhibuisse, Oseæ 11. 2. *Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis*: & Apostolus 1. Thessal. 2. 7. *Tanquàm si nutrix foveat filios suos.* Quo intuitu Noëmi ut ostenderet amorem in prolem nurus; *Puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes: Natus est filius Noëmi.* Nomen ei induunt matris propter amorem ex officio nutricis. *Debent* (inquit Plutarch. de *Instituend. liber.*) *partus ipsæ nutrire genitrices, hisque præbere ubera: maiore enim studio & cura nutrient: nempè ex ipsis visceribus, & à teneris unguiculis diligunt liberos suos; cùm nutrices & educatrices, utpotè quæ mercede ament, charitatem præbeant subdititiam & supposititiam. Benevolentiores fiunt liberis & amantiores eorum.* Astipulatur Phavorinus ubi supr. apud Gell. subdens: *Quæ partus suos deserunt, & alijs nutriendos dedunt; vinculum illud, coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filijs natura consociat, interscindunt. Nam ubi infantis aliorsùm dati, facta ex oculis amolitio est; vigor ille maternæ flagrantiæ sensim paulatimque restinguitur, omnisque impatientissimæ solicitudinis strepitus consilescit: neque multo minor, amandati ad nutricem aliam filij, quàm morte amissi, oblivio est.*

Plutarch.

Aul. Gell.

Horologium lactantis genitricis est vagitus infantis.

17 Quàm aptè dixerit de matre nutrice, *impatientissimæ solicitudinis strepitus*, videtur in qualibet, quæ pro commodo prolis non videtur solicita, sed percita, vel commota. *Super omnem vocem turbabuntur viscera eius*: ait Siracides, 30. 7. Horologium matris nutricis est vagitus infantis. *Matris quippe interna solicitudo tanta est, ac tamen excusabilis* (inst Reyes Franco in *Camp. Elys.* q. 50. n. 33.) *ut fœtui assiduè incumbens, naturaliter pro illo multò magis, quàm pro seipsa evigilet: ideoque ideam á passionibus genitam, solicitá curá, & præcautionis continuo radio ad fœtum dirigit, quem miro studio servare ac defendere satagit, tenerrimum ac germinare incipientem dulcissimum suæ vitis pampinum ad quemvis levem iniuriæ occursum facilè dissipari ac evanescere posse perpetuà affectatione, & nunquàm omissá cura extremiscens: unde apprehensà ideá in partem fœtus pergit, in quam mater sibi manum intulit: penetrant enim se mutuó ideæ absque unionis stupratione, cùm sint lumina quædam seminalia: est quippe semper cura propter aliquem finem, ad quem manus operatur, quasi organum executivum, ut animæ & phantasiæ imperio formatrix idea signaturam imprimat.* Hac igitur causa de se dicit Salomon, Sapient. 7. 4. *In involumentis nutritus sum, & curis magnis*: equidem haud alia matri lactanti nisi cura de lactente: imaginatio in humores & spiritus tantum habet imperium; ut non solùm vigili, sed & dormienti obiectet dilectum pupum. Ut mater amoveat, quod cogitat filio infanti molestum; quid faciet, vel quid non faciet? Evolvit, involvit, tendit, extendit, mulcet, erigit, sopit: at si renuit, infans ad ubera portatur, ac super genua mater studiosè blanditur. *Congaudet puero gaudenti, & compatitur puero patienti, sublevat cadentem, lactat plorantem, deosculatur tacentem, ligat se nimium diffundentem, abluit se sordidantem, pascit digito renitentem, reficit esurientem, instruit in loquelam nescientem, balbutit & quasi linguam frangit, ut facilius doceat infantem, medicina utitur, ut sanet præ morbo vagientem, sibilis demulcet dormientem, unguentis refovet indigentem, ad incedendum inducit incedere non valentem; & quandoque manum ex industria subtrahit, ut ad incessum faciat habilem.* Hucusque Petr. Berchor. *Reductor.* lib. 3. cap. 6.

Reyes.

Eius cura & solicitudo.

Berchor.

Officia.

18 Quod videtur siccine & summus labor, est matri lactanti iocus. *Tum mammis proprijs nutricando infantem* (subdit Nancel. lib. 13. p. ultim. *de Homin. dignitat.* Problem. 14.) *tum pannis & linteis mollibus ac nitidis involvendo, tum minimis mansis in oscillum ingerendis, tum blando nutu & agitatu aut gestatione demulcendo; merus ut ludus iocusque tum matri, tum puero videtur.* Ita uterque utrique delicium. *Ipsius quoque infantis affectio animi, amoris, consuetudinis, in ea sola unde alitur occupatur: & proinde* (*ut in expositis usuvenit*) *matris, quæ genuit, neque sensum ullum, neque desiderium capit. Ac propterea obliteratis & abolitis nativæ pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur; magnam ferè partem non naturalis ille amor est, sed civilis & opinabilis.* Ita Gellius ubi dudùm. Semper genitrix perculsa sine infantis præsentia, cui placent quæ alteri molestissima fastidia. *Ita suavis est & mellitula* (dicebat de pupa Hieronym. ad *Salvinam*, Epist. 9.) *ut honor sit omnium: Hanc tenere non dedignatur Augustus: hanc fovere in sinu, Regina lætatur: certatim ad se omnes rapiunt: pendet ex collo, hæret in brachijs singulo-*

Nancel.

Labor est iocus.

Aul. Gell.

Hieronym.

lorum; garrula atque balbutiens, linguæ offensione fit dulcior. Innuit Statius, lib. 5. *Thebaid.* à v. 613. de matre orbata filio lactente.

Heu ubi siderei vultus? Ubi verba ligatis
Imperfecta modis? Risusque & murmura soli
Intellecta mihi? Stat.
Sic equidem luctus solabar, & ubera parvo
Iam materna dabam; cui nunc venit irritus ori
Lactis & infelix in vulnera liquitur imber?

Quicquid à pupis obstaculi, pervium voluptuosè lactantis cordi: cuncta placent & plauduntur, graviter gerentibus matribus abesse cum puero, quibuscumque impediebantur. *Verba infantium imperfecta, gratiosa.*

——— Suspensam blanda vicissim
Gaudia pertentant mentem. Virgil.

Succinit Virgilius lib. 5. *Æneid.* vers. 827. sequiturque præfatum argumentum amoris ex tædio cuilibet præter lactantem genitricem, Statius lib. 2. Sylvar. 1. à vers. 56.

Quis tua colloquijs hilaris mulcebit hamatis
Pectora? Quis curas, mentisque arcana remittet?
Accensum quis bile feret, famulisque tumentem
Leniet, ardentique in se deflectet ab ira?
Inceptas quis ab ore dapes, libataque vina Statius.
Auferet, & dulci turbabit cuncta rapinâ?
Quis matutinos abrumpet murmure sonos
Impositus stratis, abitusque morabitur arctis
Nexibus, atque ipso revocabit ad oscula poste?
Obvius intranti rursùs quis in ora, manusque
Prosiliet, brevibusque humeros circundabit ulnis?
Muta domus.

19 His ludicris creatur, nutritur, inolescitque amor inter filium & matrem: qui nullus omninò, ni genitrix nutriat ubere proprio lactentem. Fecit Sara, etsi vetula: proptereaque dixit, Genes. 21. 7. *Quis auditurum crederet Abraham, quòd Sara lactaret filium, quem pepererat ei iam seni?* Fecit Machabæorum genitrix: adolescentiori dixit passuro filio, 2. Mach. 7. 27. *Lactriennio dedi, & alui.* Sic Anna Samuelem lactat, & lacte puro, in vberibus liquato, ut non solùm matris, sed virtutis esset filius Matris. *Uterque utriusque delicium.*

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. Virgil.

Virtutis, quippe scintilla vigoris materni lucebat in filio: *Et similitudo morum* (ut ait Hieronym. præfat. epist. 9.) *per speculum carnis erumpens, ingenuos animos augusto in pectore versat. Sic matrem mista similitudine pingit, ut in uno corpore utrumque agnoscas.* Hoc est ingenium altricis, & natura lactis. *Nec unquàm eos quorum generosam indolem* (docet Columella lib. 7. de *Re rustic.* cap. 12.) *conservare volumus; patiemur, alienæ nutricis uberibus educari, quoniam semper & lac & spiritus maternus longè magis ingenij atque corporis incrementa auget.* Amoris utique flagrantis insigne lactatio matris: Annaque Samueli etiam ubera præbuit, ne filius degener ex aliena mamma evaderet. Ex Claudiano dicemus, ubi supr. v. 157. Hieronym. *Et imago.* Collumella.

Ipsa Quirinali parvum te cinxit amictu
Mater, & ad primas docuit reptare Curules
Uberibus sanctis, immortalique Deorum Claudian.
Crescis adoratus gremio.

20 Iam igitur pervium iter in Tautologiam. *Lactavit filium.* Utique, sed cur additur: *Donec amoveret eum á lacte?* Cuilibet nutrici accidit, & idem usuvenit: igitur commune, nec novum, quòd usque amoveat à lacte, quælibet lactet alumnum. Brevi exponam. Quod necessarium videtur, hìc meditanter exprimitur: ut ostendat cum puero effectum, quod in alijs nequaquàm necessarium: scilicèt Samuelem actutùm à lacte avulsum, Domino fuisse sacratum. Citò mater ab ubere amovit, ut citiùs offeret, & votum solveret; ita ut pusio genitricem non relinqueret, sed ignoraret. *Namcùm alij* (subdit hìc num. 70. Doctiss. Sanctius) *non pauci ab infantia forent consecrati; cautum erat á Sacerdotibus, ut aliqui essent in Tabernaculo, qui teneram illam ætatem* 1. Reg. 1. 23. *Samuel illico ab ubere abulsus, Deo sacratus.* Sanctius.

epulis alerent opportunis, & de illorum tam valetudine, quàm educatione; atque institutione curarent. Caietan. Attestatur præterea Caietan. in v. 24. *Nisi fuisset consuetudo* (inquit) *ut pueri trium annorum dicati Deo, in domo Domini manerent; nequaquàm fuisset oblatus & receptus Samuel triennis.* Elucet consuetudo in præsentatione Virginis-Matris, de qua latè Canisius lib. 1. de *Deipara Virgin.* cap. 12. Dixit ipse Samuel, dum cavit audita à Deo denunciare Sacerdoti Heli, ut astruit Philo Biblicus: *Sic ut prophetizem à perditione nutritoris mei?* & Heli: *Etsi castiges nutritorem tuum, vivit Dominus, ne abscondas à me, quæ audisti.* Quo patet in Tabernaculo provideri in huiuscemodi ætate necessaria; igitur pueris verosimilius, destinatum fecessum in Sanctuario, quando virginibus & viduis iuxtà constat concessum. Vide Ioseph. lib. 5. de *Bello Iud.* cap. 12. Ipse lib. 5. *Antiquit.* cap. 11. de Samuele dicit: *Mater voti rea puerum Heli tradidit, Deo consecratum: degebatque circa fanum, cuius ministerijs educabatur.* Ioseph. *Virgo trima sistitur templo.* Constat ex lege: *Levit.* 27. præscribitur commutatio voti viri aut fœminæ sæcularis, qui respui debebant commutato servitio pro pretio in usum Sacerdotum, quoniam ad officia servilia deputati erant Gabaönitæ: ibique signatur pretium pro quacunque ætate. Si verò erat ex Levitis aut Sacerdotibus qui destinati stato tempore Sanctuario, commutatio nequibat fieri etsi ab uno mense dicari posset, ut dicitur ibid. v. 6. Quo patet, cautum à sacerdotibus, ut ibi essent necessaria ad vitam oblatorum ab uno mense: unde ni fallor, pretium ibi signatum pro illa ætatula absdubiò solvi à parentibus in victum oblatorum. Hinc consentaneum arbitror, pro Samuele usque in ætatem servitio congruam, vel præfinitam à lege, aliquid pro victu à matre solutum, sicut illi curæ fuit pro cultu quotannis afferre tunicam puero. Aliàs, qui pauperes, ut alerentur à Sanctuario, filios voverent usque in validam ætatem. Hacque de causa non admittebantur vota, sed commutabatur ex laicis scilicèt, non destinatis lege in ministeria. Idem arbitror de puellis; sed intelligenda lex de nullius admissione, quandiù Tabernaculum sedem non habebat: cæterum dum templum erectum est, etsi solveretur pretium pro victu, voti commutatio nequibat fieri. Hæc mera cogitatio est: dicant alij alia. Consule Suarium in 3. p. D. Thom. q. 29. *disput.* 7. ante section. 1. equidem post templum formatum locum fuisse destinatum fœminis liquet ex 4. *Reg.* 11. 3-2. *Mach.* 3. 19. & *Luc.* 2. 37. Quod verò dicitur de Fœminis tam *Exod.* 38. 8. quàm, 1. *Reg.* 2. 22. excubatio, seu vigiliæ causà orationis, loci devotionis dicendæ sunt potiùs, quàm habitatio, cùm in Sanctuario non degerent, sicut virgines post templum extructum: de Oblatione Virginis Mariæ Dominæ N. à parentibus, lib. 1. *Parthen.* canit Baptista Mantuan.

Mos erat antiquus longum servatus in ævum,
Æde puellares annos includere sacrà;
Ætatemque Deo teneram, primumque dicare
Virgineæ florem vitæ, & generare pudoris
Ingenui curam, sanctosque inducere mores.
Proptereá legum memores, & moris aviti,
Venturi Solymam trima cum prole parentes
Deseruere solum.

Mantuan.

Aliqui textus sacros torserunt aliorsùm, ut Caietanus in loca præfata *Exodi*, & 1. *Reg.* 2. 22. verùm causà cadit, quippe morem ex quo erectum tabernaculum, ferè cuncti DD. profitentur. Gotfridus Viterbiensis in *Chronic.* part. 4. etiam succinit:

Mos erat in templo teneras servare puellas,
Quas ibi lege sua cum Religione reservant.

Gotfrid.

21 Pro oblatione puelli Samuelis, sciendum à multis varias cogitari ablactationes. Lyra hìc num. 7. subdit: *Duplex est ablactatio, una est abstractio á lacte mammillæ; & ista circa principium tertij anni, vel circiter. Alia est ablactatio, quando abstrahitur puer á lacte pueritiæ, quando incipit uti alijs cibis communibus, & lacticinijs non nutritur amplius: & hoc fit circa decimum annum, vel circiter: & de hac ablactatione loquitur hic Scriptura; quia ante decimum annum pueri non sunt apti ad faciendum aliquod officium in templo Domini: sed ex tunc possunt aliqua officia parva facere, ut accendere lampades, vel huiusmodi: & sic paulatim assuefieri ad maiora.* Petrus Comest. hic cap. 4. addit & aliam ablactationem. *Prima* (inquit) *est á lacte mamillæ, quæ fit tertio anno. Secunda á lacte infantiæ, quæ fit septimo. Tertia á lacte pueritiæ, quæ fit duodecimo, & sic amovetur puer à nutrice, á pædagogo, à tutore. Porrò mirum videtur esse,*

Lyr. *Quotæ infantiù ablactationes?* Petr. Com.

pue-

puerum bimum, quasi nobiter ablactatum adductum esse ad ministrandum in Tabernaculo. Confirmari possunt acceptiones ex ablactatione Isaäc: qua de causa dicitur Genes. 21. 8. *Crevit puer & ablactatus est: fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis eius.* Ex quo Abulensis hic ablactationem signat *magnam festivitatem Iudæorum.* Unde ne aliquid exponatur sine nugis, addunt Rabbini in hoc illustri convivio præter Mambre, Eschol, & Aner; Sem filium Noë, & Heber accubuisse cum Isaäc. Plaudite. Hinc liquet, puerum grandioris fuisse ætatis; ita ut non solùm depulsus esset ab ubere, quod tertio anno fit; à teneritudine infantiæ roboratæ lacticinijs, quod anno fit septimo; sed etiam à vinculis pueritiæ, quod decimo anno, vel duodecimo: igitur iam tunc pueri habiles ad aliqua exigui muneris ministeria. Illustratur cogitatio ex illo Isaiæ, *cap.* 7. 15. ubi de puero, Salvatore nostro, filio Dei, non dedignato hominis carnem assumere, ut veritas patesceret carnis; dicitur: *Butyrum & mel comedet; ut* (pro *Usque*) *sciat reprobare malum & eligere bonum*: igitur usque in ætatem discretionis capacem, Israëlitæ filios lacticinijs alebant ac dulciarijs; ne carnibus imbecilles fierent: equidem lacticinia conformiora ætati, commodaque magis ad acuenda ingenia. Vide Abulens. in 2. *Reg.* 14. *q.* 6. Quare Sanctius in 7. *Isai.* n. 51. subdit: *Credo hic alludsum ad usitatos cibos, quibus aluntur infantes in Iudæa.* Idem asserit de Syris, Chaldæis & Ægyptijs Scaliger, *Exercitat.* 252. de Belgis, Reyes ubi supr. *quæst.* 85. num. 20. monet faciendum in cunctos pueros Ioannes Huarte in libro profectò ludicro, quem dixit *Examen Ingeniorum.*

Abulens. Ut *pro* Usque. Isai. 7. 15. Sanct.

22 Hæ utique lactationes & ablactationes imaginariæ sunt, quas minimè astruunt testimonia præiacta: equidem si quia crevit Isaäc, ablactatus est grandiusculus; antequàm ablactaretur, non crevit? Crevit vel dum lactaretur, & erat pupus. Pueri nesciunt quid sit bonum naturæ, aut malum; amarum & dulce, priusquàm sint septem annorum? Hæc nescientia potiùs probat spatium, quo pueri materno lacte nutriuntur, ut claret ex contextu Isaiæ: siquidem v. seq. dicitur: *Antequam sciat puer reprobare malum & bonum*: quæ sanè phrasis explicatur, cap. 8. 4. ubi: *Antequàm sciat puer vocare patrem suum & matrem suam.* Norunt omnes vocare ante septenium: si nesciunt, quia infantes; adhuc constant sub ubere pusiones. Ergo lactatio & ablactatio, præut sonat, accipienda, qua de causa illarum metaphora locum non habet in Tautologiæ præsentis testimonio: equidem ablactatio nil aliud est, quàm remotio lactentis ab uberibus nutricis. Sic Virgilius 3. *Eclog.* v. 82. *Depulsis arbutus hœdis*: ideſt, ablactatis, ut idem canit *Eclog.* 7. v. 15.

Isai. 8. 4.

Depulsos á lacte domi quæ clauderet agnos.

Virgil.

Eadem Varro lib. 2. de *Ling. Lat.* Expressè apud Isaiam, ut vidimus à num. 3. *Ablactatos á lacte* (ideſt, per Asyndeton, vel Asyntheton, quoniam sine coniunctione) *avulsos ab uberibus.* Maluend. *Depulsis á lacte.* Claret ex contextu. De lactante matre dicitur ibid. *Mansit ergo mulier, & lactavit filium suum, donec, &c.* En quomodo lactatio & ablactatio exponuntur munera fœminæ; quippe illæ duntaxàt lactant, & ubera grandiusculis præbere recusant: aliæ autem ablactationes possunt fieri à vitis, & non à nutrice. Ita pueri dicuntur *Filij excussorum*: Psalm. 126. 4. Maluendaque in v. 25. ubi: *Obtulerunt puerum Heli*, legit: *Venire fecerunt excussum ad Heli.* Etiam stylus inter Profanos. Claudian. 2. in *Eutrop.* v. 253. *Postquàm puer uberibus expers.* Apollon. Rhodius *lib.* 4. v. 77. *Tunc matris ab ubere raptum.* Eadem Natal. Comes, 1. *Mytholog.* cap. 14. illustrique phrase Iuvenal. *Satyr.* 12. v. 8. *Quem iam pudet ubera matris.*

Isai. 28. 9. *Asyntheton in Script.* Maluend.

23 Lucet modò in Tautologia propositum geminationis suppositi: nimirùm, *Lactavit, donec amoveret à lacte.* Est ergo ostentatio perfectionis voti genitricis, atque temporis dedicationis infantis. Non expectavit pia mater, ut grandior esset pupus, quàm ablactatus; sed lactavit pro officio, & pro voto Deo obtulit, simulatque ab uberibus avulsit. Promisit: *Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius*, dixerat, v. 11. Non omnibus diebus pueri vitæ dedisset; ni illicò ut nutriri quibat alijs cibis à lacte, Domino offerret. Inde periodi geminatio ex suppositio haud aliud indicat, quàm pueri oblationem factam, cùm esset adhuc tenerrimus; ideſt, puer pupus. Hebr. *Puellus, puellus.* Quod utique indicatur v. 24. *Puer autem erat adhuc infantulus.* Pende: Haud puer infans, sed *infantulus*; quasi invalidus in vocum articulationem. Adhuc palpitante cerebro, ut loquar Pliniano stylo, qui *lib.* 11. *cap.* 37. *Uni hominum* (inquit) *infantiá palpitat, nec corroboratur ante primum rationis exordium.* Siccine demonstratur adhuc in infantia eximia teneritudo. Psalm. 21. 10. *Ab uberibus matris meæ.* Levit. 22.

Heb. Plin.

Samuel infans offert Deo.

27. *Sub ubere matris.* Homer. *Odyss.* 17. v. 127. *Nuper natos, lacte nutritos.* Quint. Calaber. lib. 6. *Paralip.* v. 139. *Infantem, lactis egentem.* Et Ovid. 3. *Metam.* fab. 3. *Imperfectus adhuc infans: lactisque alimenta dedere.* Hinc de Samuele hoc in articulo Chald. *Cùm esset lactens*: haud quia lactebat, à matre iam excussus; sed quia præ ætate quibat adhuc esse sub nutricis ubere. *Fuit apud matrem tempore lactis*: Augustin. ait, in *Psalm.* 98. Indicat ætatem Philo Bibl. ubi supr. subdens: *Lactavit infantem, quousque fieret duorum annorum.* Hoccinè sanè intuitu dicitur à matre cùm invitaretur ad festum, v. 22. *Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, ut appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter.* Perpende: *Ducam*, cum sermonis, atque propositi consequentia, v. 24. *Et adduxit eum secum postquám ablactaverat.* Pede nequibat Sanctuarium ingredi: ideo ducendus à matre, *Sed cùm ipse, qui adductus est, asseritur* (ait hìc Gregor. Magn.) *eius quoque delationis causa memoratur*; *cùm subditur: Puer autem erat adhuc infantulus: nam si infantulus tunc non esset, dum per se posset accedere, duci huc ab alio non oporteret.* Indiguit profectò nutricis ulnis nimia teneritudo Samuelis infantis. Constat præterea ex tunica parva, quàm quotannis puerulo afferebat mater, *cap.* 2. v. 19. *Statutis diebus*: hoc est, de *anno in annum, vel singulis annis*: uti legit Maluend. quo loc. Gregor. Magn. *Apta* (ait) *suæ parvitati accepit monumenta.* Unde Chrysostom. Homil. 2. de *Fide Annæ*, multa in propositum congerit, & speciosa; quæ legeris, quippe multa: quæ autem à pluribus DD. adducuntur ex Theodoreto, fateor ingenuè non legisse: etenim inter eius opera haud inveni quæstiones in *lib. Regum.*

Augustin. Philo Bibl. Greg. Mag. Maluend.

24 Causa huius citæ ablactationis, præter votum, signatur à Gregorio Nazianzen. *Orat.* 40. ubi: *Infans tibi est? Ne occasionem improbitas arripiat, ab infantia sanctificetur, ab ipsis unguiculis Spiritui Sancto consecretur*: *An propter naturæ imbecillitatem sigillum metuis? Atqui Anna Samuelem in lucem editum statim consecravit.* Statim à lacte in Tabernaculum ducit; ne sensus depravarentur: imò transiret ab uberibus matris, ad ubera disciplinæ Sacerdotis.

Gregor. Nazianz. *Cur tunc dicatus?*

Hoc docet á puero, virtutum discere facta.

Canit Phocylides in *Admonitor.* v. 130. & Virgilius, 3. *Georg.* v. 187. etsi alio:

Phocyl. Virgil.

Atque hæc iam primó depulsus ab ubere matris
Audiat.

Ita ergo Anna filium pupum in Sanctuarium transtulit, ut filius esset à gratia, quem habuerat ex natura; & clareret cuias esset.

Ovid.

——*Nec enim de tigride natus,*
Nec rigidos silices, solidumve in pectore ferrum;
Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille leænæ.
Vincetur.

Ait Ovidius, 9. *Metam.* Fab. 11. & Tibullus *lib.* 3. *Eleg.* 4. à v. 87.

Tibull.

Nec canis anguineá redimitus terga catervà,
Cui tres sunt linguæ, tergeminumque caput;
Scyllaque virgineam canibus succincta figuram,
Nec te conceptum sæva leæna tulit.
Est longé ante alias omnes mitissima mater
Et culta duris non habitanda domus.

Filio ergo applaudebat in gremio sanctissima fœmina, vehebaturque Samuel ficus ablactatus super matre sua. *Adeo laborem allebat & minuit maternus amor* (inquit Nicol. Nancelius *lib.* 13. Problem. 14.) *& propensa in suos voluntas. Adeo suave est, de sua sapientia & doctrina veluti rivulos in nati sui ingenium, ceu fundum transfundere, & mutuá animorum communicatione, sicuti tandem bonorum omnium; ita nunc primùm doctrinæ & liberæ educationis, sanctorumque præceptorum & documentorum hæredem se vivá facere instituereque.*

Summa delectatio matris, ipsius in infanti optimi mores. Nancel.

Hinc amor, hinc validum devoto militi robur;
Hinc natis mansura fides: hinc nobilis ortus,
Nullaque privatæ passus contagia sortis,
Membraque vestitu nunquàm temerata profano
In sacros cecidere sinus.

Claudian.

Quasi in nostrum propositum cecinit Claudian. IV. *Honor. Consul.* à v. 120. Prævenit Anna tradens filium imbuendum sanctis moribus Summi Sacerdotis lubri-

bricæ pericula ætatis, de quo *Tautolog.* seq. à numer. 13. Innuit Persius, *Satyr.* 5. à vers. 34.

Cùmque iter ambiguum est, & vitæ nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita mentes.
Me tibi suppositi, teneros tu suscipis annos:
Et premitur ratione animus, vincique laborat, Persius.
Artificemque tuo ducit sub pollice vultum:
Unum opus & requiem pariter disponimus ambo.

25 Ut ergo omninò Lyræ respondeamus, restat dicere de ministratione Samuelis coram Heli, ad quam uti inhabilis præ ætate reijcitur; de qua uti proprio loco agemus *Tautolog.* 5. Post Samuelis à parentibus oblationem, ac tabernaculo mancipationem, dicitur *cap.* 2. v. 11. *Puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis*: & v. 18. *Ministrabat ante faciem Domini puer, accinctus Ephod lineo*: quæ quidem vestis insigne ministerij Levitarum. Abulensis hìc *quæst.* 8. adhuc in illa ætatula, cogitat puero creditam Tabernaculi custodiam, ac vigiliam ante Arcam. Maluend. inquit: *Ministrabat, ideſt, pro ætatula canendo & pulsando instrumenta musica*: verùm hæc omnia non biennio, aut triennio temporis apta: imò si hæc aut similia credita, non Samuel infantilis ætatis, sed grandiusculæ. Quomodò quibat (quod minimum erat) canere, qui vix didicerat loqui? Ter iteratur ministratio Samuelis, cuius tempora *Tautolog.* seq. distinguemus. Ex quo clarebit, quòd si post oblationem ministrasse dicitur, infantili ætate oblatus fuit. At quomodò ministrabat? Arbitror uti congruum cum Chrysostomo, ubi suprà, indolem Samuelis, nativitatem ex sterili, ac dedicationem præcocem, ministrasse admirationem euntibus in Silo: qua de causà Ibid. dicit: *Quamquàm puero ætas erat immatura, virtus tamen aderat matura* (ideſt, specimina virtutis) *nam ascendentibus in templum omnibus, multæ religionis ac pietatis magister factus est.* Philo Biblicus astruit, populum sciviſſe puerum promissum in commitijs Prophetam. *Populus autem* (inſit) *descendit unanimiter in Sillo cum tympanis & choris, cyneris & nablis; & venerunt ad Heli sacerdotem, offerentes ei Samuel: quem statuerunt ante conspectum Domini, unxerunt eum, & dixerunt: Vivat Propheta in plebe, & in longo tempore sit lumen genti huic. Samuel autem erat infans valdè, & nihil horum sciebat.* Dionysius Carthusianus astruit supernaturaliter Samueli (intelligendum, non tunc ablactato, sed decursu temporis iam grandiusculo) collatas fuisse vires, ingeniositatem ac agilitatem in ministeria: ideoque Heli illum, puerulum ornavit Ephod, veste scilicèt sacra, uti ante tempus iam aptum officio. *Verosimile, fuit* (ait Procopius) *Heli vidisse in eo florentem divinam gratiam, eó quòd esset natus admirabiliter, & præter opinionem, & intùs aleretur in Tabernaculo: ideo eo honore admodùm puerum impertijsse.* Causa sumenda vel ex Ethnico. *Felix ingenium! Nam ut Dij immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi & pars naturæ eorum esse bonos; ita quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quæ tradi solent, perveniunt sine longo magisterio, & honesta complexi sunt, cùm primùm audierint. Unde ista tam rapacia virtutis ingenia & ex se fertilia?* Hæc Stoicus *Epist.* 95. Favet cogitationi; quod meditatur Chrysost. quo supr. *Homil.* 2. *Anna* (ait) *cogitabat infantem illum, non tantùm ut infantem, verùm etiam ut rem Deo consecratam: Ideoque matri geminus amoris stimulus insitus est, alter à natura, alter á gratia: ac meá quidem sententiá etiam reverebatur puerum suum.* Aliquid sanè maiestatis animæ lucebat, dum tam mater, quàm Sacerdos illà in ætatula decreverunt ministrare Sanctuario.

Quomodò Samuel puerulus ministrabat? Chrysost.

Maluend.

Philo Bibl.

Procop.

Senec.

Initia eius per summa. Chrysost.

Ingenium cœleste suis velocius annis
Surgit, & ignavæ fert malè damna moræ.

26 Nec urget quod dicitur de Ephod, quæ vestis connotare videtur ministerium sacrum: equidem duplex erat Ephod, seu superhumerale: & quod tantùm Summo Sacerdoti congruebat, de quo Exod. 28. 8. dicitur: *Ipsa contextura & cuncta operis varietas erit ex auro & hyacintho & purpurá, coccoque bis tincto & byssо retorta.* Et quod dicebatur Ephod lineum, commune Sacerdotibus & Levitis, quod dicebatur linea tunica, Græcè, *Epomis*; apud Nostrates: *Roquete*, aut *Sobrepelliz*. Videsis Hieronym. Epist. 127. ad *Fabiolam*, & 130. ad *Marcellam*. Ariam Montan. in *Apparat.* in *Aäron*. Maluend. lib. 11. de *Antichrist.* cap. 13. Riber. de *Templ.* lib. 3. cap. 10. & denique August. in *Iudic.* quæst. 41. Huiusmodi amiculum inficiatur hìc num. 57. Doctiss. Sanctius, extra

Duplex Ephod in ministerio sacro.

San-

Sanctuarium effetri posse, etsi aliquid esset vel appareret sacrum, iuxta illud Ezechiel. 42. 14. *Cùm autem ingressi fuerint Sacerdotes, non egredientur de Sanctis in atrium exterius, &* (pro *Sed*) *ibi reponent vestimenta sua, in quibus ministrant, quia sancta sunt: vestientur que vestimentis alijs, & sic procedent ad populum.* Lubenter tanti viri auctoritati suffragor; sed intelligendum in usu communi, non verò de extraordinaria functione, ut patet, 1. Reg. 22. igitur accersitos à Saule à Nobe in Gabaä, Doëg *trucidavit in die illa octoginta quinque viros, vestitos, Ephod lineo*: v. 18. Etiam cum veste sacratiore occursum laddi Pontificis summi Alexandro Macedoni, refert Iosephus lib. 11. *Antiq.* cap. 8. *Cùm renunciatum esset Alexandrum* (infit) *iam non procul ab urbe adesse; progressus est cum sacerdotibus, & urbana multitudine, pompa quadam novâ & venerabili usque ad locum. Alexander enim ut vidit è longinquo candidatum populum, & sacerdotes ante agmen in amictu byssino* (en Ephod) *Pontificemque in stola hyacinthina, auro distincta, tiaram in capite gestantem, cum præfixa aurea lamina insculptâ Dei nomine; solus ad eum accedens, nomen illud adoravit, & salutavit Pontificem.* Abiathari comiti Davidis in persecutione, sæpe dicebatur ab illo: *Applica Ephod.* 1. Reg. 30. 7. & 23. 9. ubi v. 6. *Eo tempore quo fugiebat Abiathar, filius Achimelech á David in Ceilam, Ephod secum habens descenderat.* Quo perspicuè lucet usus vestis sacræ extra functiones Sanctuarij.

Et *pro* Sed.

Ioseph.

An vestes sacra extra functiones Sanctuarij?

27 Ephod ergo lineum aptatur illa in ætate Samuelì, haud quia tunc posset ministrare, sed ut assisteret habitu non degeneri ministrantibus: ideò, non vulgari cultu ac veste, uti nos facimus cum pueris, sacris servientibus: turpe namque ingredi in Tabernaculum cum cæteris ministris, sine veste ministrorum, etsi non ministraret, sed ministrantes aspiceret. Quod manifestum in Levitis vel ætate adultâ: igitur Ephod accincti à vigesimo usque trigesimum annum, quo tempore sese aptabant ministerio, quin quicquam facerent, quàm discere quid facturi, contemplantes Levitarum ministrantium functiones, & ordinata munera. Quo intelligitur antilogia insignis. Numer. 8. 24. dicitur: *Hæc est lex Levitarum: á vigintiquinque annis & suprá, ingredientur ut ministrent in tabernaculum fœderis*: & cap. 4. 2. de Caäthitis, v. 22. de Gersonitis, v. 29. de Meraritis dicitur: *A trigesimo anno & suprá, ut stent & ministrent in tabernaculo meo.* Idem, 1. *Paralip.* 23. 3. Anno igitur quinto supra vigesimum consecrabantur in ministerium, cuius ritus quinquennio discebant & perdiscebant: anno verò trigesimo propriè ministrabant, incipientes datum sibi à lege munus obire. Usurpata huiusmodi disciplina à Gentibus in ministerio virginum Vestalium, quo fungi per annos triginta religio fuit: decem primis dicebantur *Mellirenes*, quasi novitiæ: alijs decem, *Irenes*, quasi ministræ: decem postremis, *Protirenes*, quasi magistræ: de quo Nos in *Ephemerid.* 25. August. *Has necesse est per triginta annos manere puras á nuptijs* (ait Dionys. Halicarnass. lib. 2. *Antiq. Rom.* cap. 39.) *sacrario servientes & legitimis cerimonijs: ac primo decennio rationem sacrorum eas oportebat discere, sequenti exercere, postremo docere alias: post exactum verò annum trigesimum nihil vetabat, eas positis coronis, reliquisque insignijs sacerdotij, cui vellent, nubere.* Quod ridet Prudentius lib. 2. in *Symmach.* à v. 1891.

Quoto à tempore ministratio levitarum?

Num. 8. 24.

Cap. 4. 2.

Ordo Virginum Vestalium in ministerio.

Halicarn.

Prudent.

Nubit anus veterana sacro perfuncta labore,
Dæsertisque focis, quibus est famulata iuventus,
Transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas,
Discit & in gelido nova nupta tepescere lecto.

Vide Plutarchum in *Numa*, & Alexand. ab Alex. lib. 5. *Dier. Genial.* cap. 12. Lex præfata de Levitis viguit quandiù fuerunt in deserto, quo transferenda cum castris utensilia in Tabernaculo: etenim postquàm David collocavit Arcam sacram in arce Sion, & per vices constituit ministeria sacerdotum, Levitarum, & Cantorum; signavit Levitarum ministeria à vigesimo anno & suprà. Causam videris, 1. *Paralip.* 23. à vers. 25.

28 Sic igitur Samuel ornatur Ephod, ut ex illa ætate cunctis clareret Deo dicatus: ideo etsi quia Levita servire debebat Tabernaculo, cùm adolesceret ætas; per votum matris ab infantia destinatur ministerio, ex quo ablactatus: qua de causa cingebat filium Ephod, ut ex quo à lacte excussus, constaret Sanctuario mancipatus; uti videbimus infrà, à *n.* 33. Ni velis dicere cum Sanctio hìc *n.* 59. & cum Ribera de *Templ.* lib. 3. cap. 10. Ephod lineum absolutè non esse vestem sacram, nisi Sacerdotibus & Levitis post consecrationem in ministeria: igitur sæculares Ephod lineo usos fuisse

Ephod laicum.

constat, ad similitudinem, seu speciem Ephod linei Sacerdotum & Levitarum, vel ad ornatum, vel ad religionis cultum, vel ut in sacrorum functionibus veste extimà conformarentur cum ministris. Ita David *erat accinctus Ephod lineo* in translatione Arcæ, 2. Reg.6. 14. Clariùsque, 1.Paralip.15. 27. *David indutus erat stola byssinà, & universi Levitæ qui portabant Arcam, Cantoresque.* Unde Caietanus hìc: *Habitum* (inst) *simile amictui sacro Levitarum assumpsit David in his sacris, perinde ac si rex hodie uteretur habitu clericali in solemni supplicatione.* Idem Maluenda. Facilius effugium esset huius difficultatis, si diceremus, quod astruit Pineda, 5. de *Reb. Salomon.* cap.5. sect.23. num.157: nimirùm, Ephod ibi significare vestem pretiosissimam topaziatam, gemmis & auro fulgentem. Quomodò huiusmodi vestis augusta possit dici Ephod lineum; & obiurgari, possit Rex à Michol quasi nudus, & unus de scurris, ipse viderit: ego autem minimè cogitationi suffragor, maximè cùm diceret Rex: *Vilior fiam plusquàm factus sum: gloriosior apparebo.* 2.Reg.6. à v.20. Caietan.

29 Modò illustratur testimonium difficile, 2.Reg.8.18. ubi dicitur: *Filij autem David erant Sacerdotes*: quod quidem impossibile, cùm non Levi, sed ex tribu essent Iuda. Interpretari possumus *Sacerdotes*, idest, Principes; uti 1.Paralip.18.17.dicitur: *Filij David primi ad manum regis*: hoc est in regia, aut aula principes erant, quo sensu amici David dicuntur Sacerdotes. *Ira Iairites erat Sacerdos David*: 2.Reg. 20. 26. nimirùm, gratiâ & auctoritate valebat apud Regem, tanquam primus in palatio: haud secus, 3.Reg.4.5. *Zabud filius Nathan, sacerdos amicus Regis*: *sacerdos*, per Exergasiam, idest, regis Salomonis amicus. Vox hæccine non est ordinis, sed dignitatis; maximè si subintelligitur nota comparationis: q. d. Erat sacerdos, idest, in æstimatione quasi sacerdos. Haud aliter intelligitur apud Isaiam 61.6. *Vos sacerdotes Domini vocabimini*, &c. & Apocal.5. 10. *Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes*: sicut econtrà sacerdotes principes dicuntur; uti de Apostolis præcinuit David, Psalm.44. 17. *Constitues eos principes super omnem terram.* Horatius 3. *Carmin.* Od.1. v.3. *Musarum sacerdos*: & Od.3.v.32. dicit: *Troica Sacerdos*, pro Principissa: & Ovid.3.*Amor.* Eleg.7.v.23. 2.Reg.8.18 *Sacerdos* p *Principe*, & econtrà. *Exergasiain Script.* & *comparatio sine nota.* Horat.

Ille ego Musarum purus, Phœbique Sacerdos. Ovid.

Sacerdos pro coryphæo Musarum. Si scire cupis, cur apud Reges qui gratiâ atque consilio, dignitateque florerent, dicti fuerint Sacerdotes; consule Maluend. in *Genes.* 14. 18. Pinedam in Iob, 12.19. num.1. & Forerium in *Isai.* loc. cit. Hæccine haud displicent: verùm videor mihi videre confirmationem usus Ephod apud optimates & principes: quandoquidem filij David erant in cultu extimo sicut Sacerdotes, vel adinstar Sacerdotum, Levitarumve ministrantium; maximè euntes in arcem Sion, quo illa tempestate Arca sacra servabatur, ut à cæteris ornatu distinguerentur. Hinc, *Filij David erant Sacerdotes*, nihil aliud significat, nisi quòd regis filij, cùm starent ad sacra peragenda per Levitas & Sacerdotes in Sanctuario, quod prope regiam erat; adinstar ministrantium ornati erant Ephod laico. Haud displicet, quod cogitat Ioannes Annius in *Breviar. Philonis de Temporib.* part.2. *Sacerdos hìc* (ait) *accipitur pro præfecto super omnes sacerdotes. Sacerdotes, vel ad manum Regis*: *ideſt, ad officia regia, quæ tria erant. Primum, ut esset super omnes maiores regni, qui assistebant ei. Secundum, ut præesset Sanhedrim, ideſt, collegio sacerdotum & doctorum legis, penes quos erat publica potestas iudiciorum & sceptrum occidendi & vivificandi, eligendi reges & deponendi: & ideo dicitur Sacerdos, quia illis præpositus, non ad sacrificandum, sed ad eos continendos regio iure. Tertium officium, ut domus & familia regia tanquam à primogenito regeretur, quod est ius successionis: hocque manus habuerunt descendentes à Nathan filio David, fratre Salomonis.* Pariter igitur cogitandum de Samuele, oblato à matre, præsenti nonnunquàm sacris: qua de causa, vel pro designando genitricis voto, vel pro devotionis ornatu (qui quasi crepundia infantiæ) etsi non Sacro, pro ornamento illius ætatis, *puer accinctus erat Ephod lineo.* Reges habuisse in basilica locum pro maiestate muneris designatum, constat 2.*Paralip.*6.13. qui dicebatur *Gradus introitus*, ibid. 23.13. quoniam erat in atrio communi iuxta introitum ad Sanctum, ut ait Hieronym.hìc, cuius topographiam videris apud Adricom.in *Ierusalem*, n.97.& Ar.Montan. Appar.de *Sacris fabric.*in *Ariel.* Hebraicè dicitur *Musach.* 4. Reg. 16. 18. ideſt, solium cum umbella, in quo Regis cathedra. *Ephod in templo etiã vestiis Regum & Principum.* Ann. *Sedes Regi in templo.* 4. Reg. 26. 18.

30 Amiculum hoccine erat insigne dedicationis in ministerium Tabernaculi. Unde ut constaret votum matris impleri, & filium haud esse in Sanctuario, quia ex ordine Levitico, sed ex voto; vestitus erat Ephod lineo: quod quidem illa perspicuè ex-

pres-

1.Reg.1.28 præsit, quando ministerio exposuit. *Iccirco* (ait) *& ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus.* Pro intelligentia huius Tautologiæ circa Levitarum ministrationem (de qua sicut de instituto, uti proprio loco, dicemus *Tautolog.* seq.) in concussum est, Levitas mancipatos fuisse Sanctuario, à vigesimoquinto anno, ut vidimus supr.num. 27. pòstque templo, & quasi templo sub Davide, à vigesimo anno, servientes sacerdotibus in muneribus creditis. *Sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in vestibulis & in exedris, & in loco purificationis, & in Sanctuario, & in universis operibus ministerij templi Domini.* 1. Paralip. 23. 28. Sic igitur lege sanctum, ita ut post annum ætatis quinquagesimum emeriti viverent, sine coäctione ad officia: *Numer.*8.25. verùm lege permissum, si ultro vellent: *Deuter.*18. à.v.6.& in Talmudico tractat. *Massechta-Cholin*, exponitur: meminitque legis Petr.Cunæus lib.2. de *Republ. Hebræor.* cap.11. Verumtamen voto peculiari tam Levita, quàm Sacerdos mancipari servitio quibant & ad tempus & perpetuo, ante vigesimum annum & post quinquagesimum, quacunque ætate. Unde Samuel, qui Levita genere, voto matris à mamma dicatus est Domino: quippe cùm prolem desideraret votum vovit, dicens, *Si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ; dederisque servæ tuæ sexum virilem; dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius.* 1.Reg.1.11. Q.d. Non solùm serviet, quia Levita; sed æterno Tabernaculi mancipabitur ministerio (imò ex lege Nazaræatus, *Num.6.* à v.2. erit intonsus, & abstemius, ut volunt Septuag. Chald. & Iosephus lib.5. *Antiq.* cap. 11. vel ut cogitat Caietan. hìc, quia exceptio non excepta supponit, Nazaræum vovit puerum quoad non tonsuram, & non quoad alia) & dicabitur officio. Ita placet Chrysostomo, qui Homil.24. ad *Ephes.* infit: *Si dederis mihi filium, dabo ipsum Domino toto tempore. Non dixit, anno uno, aut duobus*: sed perpetuò, *ipsum donum, orationis filium. Ipsa erat Abrahæ filia*: *ille autem rogatus eum dedit*: *ipsa dedit etiam ante petitionem.* Siccine Anna cùm invitaretur post pueri partum in Silo, dixit v. 22. *Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, ut appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter.* Heb. Chald. Septuag. Caietan. & Maluend. *In sæculum*: *ad sæculum*: *in sempiternum.* Quo claret votum fieri posse à destinatis in Sanctuarij servitium, citra & ultra tempus à lege ritè & seriò constitutum. Abulensis in *Levit.*27.q.67. inquirit: An in huiusmodi voto excluderetur, vel includeretur intermissio muneris, per vices concessa; ne continuatione, diuturnitateve officiorum, nimis gravarentur Sacerdotes & Levitæ? Huiusmodi quæstio in præsentiarùm locum non habet; quippe votum Annæ præcesserat vicissitudinis formam, pòst à Davide præscriptam: propterèaque propositum Annæ totum in dedicatione filij, haud aliud quàm serviendi Sanctuario, vel à puero; omnibus vitæ diebus, vel quandiù vixerit. Hoc est *Iugiter.*

Cur Anna vovit ministerium fueri, qui quia Levita, debebat Tabernaculo servire?

Samuel an Nazaræus?

Chrysost.

Anna Samuelem dedicat per totam vitam.

31 Verùm occurrit cæcus nodus, ut per funem ambulemus; qui negotium non tantùm cogitationi facessat, sed & torqueat. Oblatio Annæ videtur oppositæ voto. Dicam illi aptius quàm Tibullus aliò, *lib.*3.*Eleg.*4.v.83.

Nec tibi crediderim votis contraria vota,
Nec tantum crimen pectore in esse tuo.

Tibull.

Quomodò filius iugiter serviet & sacrat Domino omnibus diebus vitæ eius; si in deditione, ac dedicatione profert: *Commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus*? Tygurin. Septuag. & Roman. eodem sensu: *Ego quoque mancipavi eum Domino cunctis diebus, quibus ipse mancipatus erit Domino.* Chald. per alia atque alia, ut mos est Orientalibus in eandem cogitationem legit: *Ego tradidi illum, & erit ministrans ante Dominum*: *omnes dies, quibus ille superstes, ministrabit ante Dominum.* Priùs in concordiam placita aliquorum DD. attruemus, & testimonijs confirmabimus; pòstque quid nobis occurrit in expeditiorem, ni fallimur, expositionem dicemus. Doctiss. Sanctius hìc num. 8. conditionatam arbitratur oblationem, & absolutum votum; quia vota parentum quæ personalia dicuntur, filij haud tenentur implere. Unde absolutum votum ex voluntate matris, sed sub conditione voluntatis filij: hoc est, si filio placuerit. Propriam igitur voluntatem mater demonstravit, voti rea; sed quandiù puer arbiter sui esse nequiret: verùm cùm filij voluntas nequaquam voluntas esset matris, nec ab illa penderet, maximè si capax rationis, illius usum plenum haberet; filio ministerij necessitatem ex proprio voto haud imponit; sed permittit illius arbitrio, quòd serviat Sanctuario, si voluerit, & quandiù voluerit servire. *Commodavi*: q. d. ex me Domino addixi, & omnibus die-

Tigur.

Chald.

Vota personalia parentum filij nũ tenentur implere.

bus

bus eius vitæ. Utinàm ipse velit! igitur meo arbitrio semper serviet, ut promisi. Sic utique in Synagoga erat Nazaræatus perpetuus & ad tempus; ut patet *Iudic.* 13. 7. & Actor. 21. à v. 23. quod constat ex lege, Numer. 6. 4. *Cunctis diebus, quibus ex voto Domino consecrantur.* Cæterùm, si à parentibus filiorum dedicatio voto promissa; filij haud voti rei, quippe parentum tantùm personale votum. Sub conditione acceptationis pueri de perpetuo ministerio, vovit & obtulit Anna, scilicèt ni filius contrariâ voluntate matris decisionem rescinderet: quod quidem aliquando exprimitur, ut vidimus supr. ex Sousa n. 2.

Quo pacto votum absolutum erit conditionatum?

———*Tibi gratia dico, si lege parenti*
Ius datur in sobolem, siqua est materna potestas. Sousa.

Sic Metabus, ut liberaret filiam Camillam apud Virgilium, 11. *Æneid.* vers. 556. inquit:

———*Ita ad æthera fatur:*
Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo Virgil.
Ipse pater famulam voveo.

Ubi Servius subdit: *Benè, IPSE PATER: quia auctoramenti potestatem nisi patres non habent.* Subscribit Cujacius in *Paratitlis*, inquiens: *Pollicitationis species est votum, quod Deo fit; sed illud in eo præcipuum, ut soli patres-familias ex eo obligentur quasi actu solemni & secundum ius. Virgilius*: *Ipse pater famulam voveo.* Idem fecerunt Samnites, ut vincerent Umbros, instituentes *Ver sacrum*: idest, quod nascerètur inter Kalend. Martias & pridie Kalend. Maias, ut ait Tit. Livius *lib.* 34. *sect.* 106. de quo nos fusiùs in *Ephemerid.* 9. Novemb. Unde ne innocentes filij interficerentur, decretum à Samnitibus perpetuò servire Marti. Adeundi, si lubet Cardinal. Tuschi Liter. *V.* à conclus. 285. Scholastici Cum D. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. Suarius Tom. 2. de *Religion.* lib. 4. cap. 17. & Azor, Tom. 1. *lib.* 11. cap. 15. Servius. Cujac. *Quid apud Ethnicos Ver sacrum?*

32 Caietanus separat sententias, ita ut punctum figat ad Ly *Fuerit*, vel *Fuit*, ut ipse ex Hebr. legit: scilicèt, *Commodavi eum Domino omnibus diebus, quibus fuit*, vel *fuerit. Ipse commodatus à Domino.* Hoc est, ex quo fuit in utero meo, vel priùs conceptus voto, commodavi & mancipavi Domino; quia à Domino mihi commodatus, nimirùm gratiâ acceptus, cùm essem sterilis. Suffragatur Maluend. *Accommodavi* (inquit) *omnibus diebus quibus fuit. Ipse postulatus, rogatus precariò Iehovæ.* Rationem Anna reddit, quare puerum offerat: & quia vovit, & quia illi Deus puerum donaverat: qua de causa filium non offert, sed restituit, à quo accepit. Sic igitur v. 22. ubi Vulgat. *Donec ablactetur infans*; Ipse legit: *Usque ad retribuetur* v. 23. *Mane, donec ablactes eum*, iterat versionem: *Sede, usque ad retribuere te eum.* Vides profectò, quomodo oblatio objiciatur retributio. *Non putetis, inquit, me magnam rem, aut admirandam facere; quòd infantem dedico. Non ego huius benefacti sum author, sed persolvo debitum. Depositum accepi, & hoc ei restituo qui dedit*: subdit Chrysostom. præfat. Homil. de *Fide Annæ.* Ita grata largitori filij, victà æmulà, opprobrij abolità notà; ut quem acceperat, ni restitueret, sibi videretur ingrata. In exactionem gratitudinis plenæ, dedicat puerum ab ubere. Hinc patet ex periodo oblationis non sequi voti contrarietatem in obicem perpetuæ mancipationis: siquidem cùm dicit: *Commodavi eum Domino omnibus diebus, quibus fuerit*, putà, quibus vixerit; ratum ostendit votum: & insuper dicit, quare ratum, siquidem à Domino *commodatus*, & acceptus. Favet Arabic. *Addixi Domino cunctis diebus, ut sit minister in ipsius æde: quandoquidem munus est, quod postulaveram.* Caietan. *Cordi grato libera donatio videtur non donum, sed restitutio.* Chrisost. Maluend. Arab.

33 Corroboravi sententias, ut minùs displicerent; proferendaque nostra, etsi non præferenda, conformior lectioni Vulgatæ, & iuxta premissa n. 28. Ex leg. Levitæ quasi emeriti degebant ultra quinquagesimum annum, & servire non debebant nisi à vigesimo quinto. Samuel Levitici erat generis. Bonum Levitis Sanctuario ministrare statis temporibus: melius ultra tempora. Votum Annæ de meliori bono: igitur, etsi filius ratione generis servire debebat per vigintiquinque annos; ratione voti mater ministrare promisit omnibus diebus vitæ filij: scilicèt ante vigesimumquintum annum, & ultra quinquagesimum. Sensus ergo periodi modò liquet. *Commodavi omnibus diebus, quibus fuerit commodatus*: idest, quibus servire possit: & cùm servire possit ante vigesimum ætatis annum, & ultra quinquagesimum; dedico & dedo ministerio, ultra quod præscribit lex. Haye: *Cunctis diebus, quibus habilis ad serviendum.* Regia: *Commodo eum usum Domino cunctis diebus.* Iam ergo consona voto genitricis pueri oblatio; *Quomodò votum Annæ propriè votum?* Hay. Reg.

tio; equidem in utroque Samuelis perpetua servituti mancipatio. In voto liquet, v.11. In dedicatione, dum obtulit cunctis diebus, quibus posset servire: aliàs ni iugiter sacraret Sanctuario, haudquam obtulisset à puero: & dum sistitur Domino, *puer erat adhuc infantulus.* v.24.

34 Verbum *Commodo* aliquando significat copulare, coniungere aut adhærere, quod varijs sacris testimonijs astruere satagit Pineda in 40. *Iob.* v.20. quæstiunc. 1.n.2. Hinc nostræ Tautologiæ sensus erit: Copulavi eum Domino, ut cunctis diebus illi adhæreat. Hoc est, commodo alicui esse, quod duplici dialecto Hispanæ respondet: nimirùm: *Hacer favor*, quasi conferretur gratia; vel *Hacer servicio*, sumpto commodo pro obsequio. Nihilo seciùs *Incommodum* pro nocere, seu esse ad minùs, gravamini. Auctoritate Profanorum confirmandum, quod desideratur in Pineda. Seneca de *Tranquill.* cap.1. *Prosilire* (inquit) *liber in forum, commodare alteri vocem, alteri manum, etsi nihil profuturam.* De *Consolat. ad Martiam*, cap. 13. *Quales retentos putàs, cùm inter commodatos Scipio fuisset?* Ideſt, inter abdicatos qui alterius iam in potestatem per adoptionem: ideoque verba abdicationis apud Romanos erant: *I. & ad illum, quem magis amas, quàm patrem*: Marc.Senec. *Controvers.* 8. Tacit. lib.15. *Annal.* cap.53. *Ad spem Antoniam nomen & periculum commodavisse, videtur*: Ideſt, sociasse. Idem in *Agricol.* cap. 32. *Britannorum pleroſque dominationi alienæ sanguinem commodantes*: nimirùm iungentes. Cicero 2. *ad Atticum*, Epist.16. *Voluisse illi ordini commodare*: nempè, socium adiungere: quo sensu etiam Petronius in *Satyr.* fol.41. infit: *Pro consortio studiorum commoda manum.* Martial.*lib.9. Epigram.*2.& 104.

Commodare, pro coniungere. Senec. Marc. Sen. *Verba abdicationis qualia?* Tacit. Cicer. Petron. Martial.

Augustus annis commodabit æstates.
Tarpeio Deus hìc commodat ora patri.

Denique Virgilius, 2. *Æneid.* v.393. *Laterique Argivum accommodat ensem.* Hac ergo acceptione Anna Samuelem abdicans, Domino commodat, ideſt iungit; quoniam abdicatum adoptat: minimèque Domino copulat ad breve tempus, sed diebus cunctis, ex quo adoptatus à Domino. Quanvis *Commodare* accipiatur in proprio sensu, nimirùm pro traditione rei reddendæ, ac iterùm iurè accipiendæ, in qua usus penes commodatarium, & penes commodantem dominium; haud erit à cogitatione matris devium; in filij religiosa abdicatione: igitur cùm potestatem in filios habeant parentes; illa ita, puero nacto, cedit Deo, ut cunctis diebus accomodet. Usus enim pueri in ministerio Sanctuarij Deitatis per totam oblati vitam: illique cui Samuel accomodatus, suppetit usus; remanente semper propriè commodo, quippe Samuel semper idem numero.

Quo sensu quùm Anna filium dedicat tantùm commodat?

35 Alia cogito, etsi aptiora ab alijs expecto. Tota argumenti moles conteritur; modò distinctà significatione accipiatur verbum & adiectivum: hoc est, quod ly *Commodatus* aliud significet, quàm ly *Commodavi. Commodare*, ut vidimus, idem sonat ac donare, sacrare, abdicare, atque coniungere: *Commodatus* verò indicat habilem, aptumque esse; qua usurpatione Virgilius, 11.*Æneid.* v.522. ait:

Virg.

Est curvo anfractu vallis accomoda fraudi.

Nimirùm, apta. Velleius Patercul.de Cæsare: *Commodabat consilia in omnem eventum.* Petron. quò dudùm, fol.86. *Nihil est commodius, quàm semper cum sapientia loqui.* Denique Ausonius.*Edyl.*5.

Commodatus pro habilis? Auson.

Naturale decus fictæ non commodat arti.

Non aptat, scilicet. Sic eruitur germanus sensus sacri testimonij; & simul liquet Annam in eo, quo petijt à Deo Filium, proposito permanere. Vovit afflicta: *Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius.* Impetravit optata, & voti rea ait: *Iccircò & ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino*: ideſt, habilis in ministerium, & ritè servire possit: igitur in templo non apti in officij munus, inepti prorsùm, quia Sanctuarij dedecus. At de hoc forsitan in *Didascalijs.* Quibat esse parvulus infirmæ valetudinis, tumque ministerio inhabilis: dicitque Anna, *Cunctis diebus quibus fuerit commodatus*; quia

1. Reg. 1. 11.28. *In Sanctuario inepti ad munus, sunt onus.*

Non est vivere, sed valere, vita.

Astruitque Hebraica lectio. Ubi, *Omnibus diebus vitæ eius*, legitur: *Omnibus diebus vitarum eius.* Vita vitæ est in vita firma valetudo, sine qua vel vivens ad quælibet munera ineptus: Annaque filium commodat Domino cunctis diebus, quibus Domino commodatus fuerit, ideſt, in ministerium aptus; quoniam aliàs non offerret Tabernaculo munus, sed onus. Ex repetitione constat intuitus. *Commodavi* (ait) *eum Domino,*

Martial. Hebr. *Vita non est vivere, sed valere.*

cun-

cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino. Quid quòd Domino dedicem in ministerium Sanctuarij, si ibi ineptus in obsequium Domini? Toto vitæ tempore gratiâ Dei, specialique providentiâ, Samuel expeditus in ministerium; ita ut dicat Hieronymus ad *Lætam* Epist.7. *Annam filium, quem Deo voverat, postquàm obtulit in Tabernaculo: nunquàm recepit.* Manifestæ fiunt Annæ virtutes tam in voto pro filio, quàm in oblatione pro voto. Reddit quod vovit, & quomodò vovit: tacitaque dicit cunctis afflictis: *Vovete & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera.* Psalm.75.12. Hieronym.

36 Quàm longè ab huiusmodi seriâ exactione voti quod, circa proprium in statu perfectiore à communi, operati Ananias & uxor eius Sapphira! igitur vel liberâ perfectione charitatis, qua convenerant, cuncta fuisse communia (ut placet Caietano) vel ex voto voluntariæ paupertatis, cuius professio fiebat nullo cogente, quando ad pedes Apostolorum rerum deponebatur pretium, quin in usum aliquid retineretur (ut tenent PP. & Expositores) fraudarunt de pretio agri venditi, & partem tantùm quandam ad pedes Apostolorum iactarunt conscientiâ læsâ. Tunc Petrus zelo religionis percitus, in Ananiam ita fulminavit: *Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate?* Quid sit hæccine geminatio participij & verbi (etsi sæpe dixerimus, ex illis unum accipi pro adverbio, vel superlativo, quæ indicant epitasim in articulo, vel vehementiam animi, vel affectum actionis, aut in actionem) in presentiarùm alium sensum pleonasmus habet pro materia circa quam geminatio verbi fit. Unde pro expositione, ne cæspites, eò quòd præposito agro, de quo dicitur, *Manens manebat*; additur: *Venundatum*, quasi mala intersit concordantia: siquidem ibi subintelligitur pretium, quod neutrum est; vel aptiùs, quia ut vidimus sæpe, remanet in Vulgato articulus generis linguæ, sive idiomatis originalis. Præter dicta, *Tom.3. T.9. num.34. & Tom.4. T.11. num.9.* accipe alia. Psalm.74.9. *Calix in manu Domini vini meri, plenus misto: & inclinavit ex hoc in hoc*: pro *In hunc calicem*; quia *Poterion*, vel *Potherion*, Græc. neutrius est generis. Hebr.9.4. *Tabernaculum, quod dicitur Sanctarum:::in qua urna aurea habens Manna*, &c. pro *In quo*, quippe *Sclene*, quod Tabernalum, fœminini generis. Similiter in presenti concordantia. *Venundatum* dicitur *Ager*, igitur Græcè *Coörion*, sive *Prathen*, neutrius generis: qua de re aliqui relativè ad *Agrum*, legunt: *Venundatus*. Adi Caietan. & Lorinum. Act. 5.3.4. *Geminatio participij & verbi, pro adverbio & superlativo.* *Retinetur aliquando genus linguæ originalis.*

37 Nec etiam offendas, cùm legeris: *Venundatum in tua erat potestate*; cùm dominium non includat, imò excludat venditio, transeunte in emptorem potestate: etenim in sacra pagina antecedens sæpe usurpatur pro fine operis, seu operationis effectû. Ioan.4.38. *Vos in labores eorum introistis*: idest, in fructus. Psalm. 127. 2. *Labores manuum tuarum*, & 104.44. *Labores populorum possederunt*: hoc est, fructus, sicut ibid. v.35. & 36. *Omnem frugem terræ eorum: primitias omnis laboris eorum.* Iacob. 1.4. *Patientia opus perfectum habet*: nimirùm operis perfecti præmium. Sicut sæpe dicitur *Opus mercenarij*, Levit.19.13. *Opus Iustitiæ*, Isai.32.17. *Opus legis*, Rom.2.15. Quod quidem frequentiùs in nominibus abstractis. Matth.16.26. *Quam dabit homo commutationem pro anima sua?* nempe quale prætium pro commutatione? Sic Psalm. 129. 4. *Apud te propitiatio est.* & v.7. *Copiosa redemptio.* Denique Ephes.1.7. *Habemus redemptionem per sanguinem eius*: scilicèt pretium, seu lytrum eius sanguinis. Siccine istheæ & alia similiter Metonimicè dicuntur, sumptâ causâ pro effectu. Sic Soles usurpantur pro calore. Martialis, *lib.*14. *Epigram.*28. Pro diebus, idem *lib.*8. *Epigram.* 14. Horat.4. *Carmin.* Od.5.v.8. Virg.3. *Æneid.*v.203. *Antecedens pro consequenti, & actio pro fine seu fructu actionis.* *Metonymia: causa pro effectu.*

Tres adeò incertos cæca caligine Soles
Erramus pelago: totidem sine sidere noctes. Virgil.

Eadem *Eclog.9.* v.52-2. *Georgic.* v.332. Euripid. in *Ione*, v.102. ait: *Labores, quos à puero laboramus usque*: & Sophocl. in *Electr.* v.759. *Quæ opera operatus? Quæ fortitus mala!* His ergo claret causam sumi pro effectu, seu pro exitu actionis. Haud secus in auctoritate sacrâ, ager dicitur manere, & esse in eius potestate, quia pretium agri erat, & manserat, ni vovisset.

38 Modò in rem excusis obstaculis. Qui voto paupertati obstrictus, rerum potestatem non habet, nec dominium. Priusquam votum fiat, utrumque habet, & usum; quod quidem nomine mansionis, permanentiæ, vel possessionis significatur tam in Biblia, ut illud Ioan.14.23. *Veniemus & mansionem apud eum faciemus*; quàm apud Profanos,

Virgil. fanos, ut illud Virgilij, 2. *Æneid.* v. 22. *Priami dum regna manebant*: scilicèt, persistebant, vel subsistebant. Ius ergo dominij in res, Ethnici vel Synonymiâ, vel Palilogia, aut plerumque Pleonasmis graphicè exprimunt. Plin. *lib.* 1. *Epist.* 16. infit: *Tenet, habet, possidetque.* Virgil. 10. *Æneid.* v. 500. *Gaudetque potitus.* Sophocl. *Oedip. in Colon.* v. 1084. *Habens habes.* Homer. 17. *Odyss.* v. 81. *Ipsum habentem te volo frui.* Ita ergo ager priusquàm additus voto, tibi manebat, ac similiter manebat pretium, ni vovisses; quippe tunc penes te plenum ius totumque dominium: hinc additur iurè: *In tua erat potestate*: igitur illo uti quibas ad libitum possessivo iure; & si placebat, quoniam tuum, poteras abdicare, aut alienare cum dominij transferentia: at verò quùm nihil te proprij habiturum vovisti; aliquid retinens, non solùm mentitus es hominibus, sed etiam Deo. Haud reddidisti votum, & deliquisti.

Mansio signat rei pacificam possessionem.

Arator. ——*Mutata voluntas*
Falsi crimen habet: cùmque est iam cautio voti,
Stare decet, nec velle prius violare sequenti.
Ius proprium retinere magis, quàm demere fas est.

Ita Arator lib. 1. in *Act. Apostol.* v. 426. Habes aliquid, sed non iure. Spontè vovisti, nemo te coëgit. Ante votum, retinere quibas & tenere: post os apertum, idest promissionem, sine iure vivis. Si aliquid habes, non tuum: furtum est, quia invito Domino. *Scire enim debemus, & nequaquàm ignorare, quæcunque promittimus, non ea deinde nostra esse, sed Dei*: ait Athanas. de *Passion. & Cruc. Domin.* Testis fidelis non mentitur: ratum debet esse ius iurandum, quod verbis conceptis iurasti. Qui usum rei alicuius, concessum à superiore, suppositio voto paupertatis habent; tanquàm non habentes sunt; etenim nullum illis vel in usu dominium. Tu autem ante votum habens agrum habebas potestativè & quoad usum, & quoad proprietatem. Sic *manens manebat* ex iure: falsò vovisti, dum sutela voti statuit, quòd sine iure non manendo maneret. Vel expone geminationem in duplicem agri statum: scilicet manente agro, vel manente pretio. Quocunque modò maneret, *tibi manebat*. Omninò tuum erat, & penitùs, nonnunquàm: participio expositio per adverbium. Sic status agri manentis; & tibi nocet, quoniam adhuc post alienationem manet. Votum patet falsum, aut fictum: quandoquidem post votum, tibi nec ager debet manere, nec pretium. Canit quò suprà Aratus v. 392.

Athanas.

Quid sit manere manendo.

Arator. ——*Non prodige rerum*
Venditor ista facis; sed qui tua iura tenere
Ambitiosè cupis. Quid enim substantia prodest,
Quæ servata perit?

Sine iure non est ius. Aliæ circa præsentem articulum, quæ ab AA. excitantur quæstiones, extra nostrum sanè institutum & propositum.

39 Tautologiæ principalis versiones variæ. *Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte.* Pagnin. & Caietan. *Lactavit, donec ablactaret eum.* Maluend. *Sugere fecit filium suum usque ad retribuere eam eum.* Augustin. *Fuit apud matrem tempore lactis.* Philo Bibl. *Lactavit infantem, quousque fieret duorum annorum.* Haye. *Lactavit, habens secum triennio.* Ita plures. Modò ad mores.

Varietas lectionum.

ADINATON EXEGETICUM.

1 *Lactavit* mater Samuelis *filium suum donec amoveret eum à lacte.* Maria Virgo filium suum lactavit, quin ab ubere amoveret: etenim cùm Christo vulnera suavissima lenocinia, quia amoris nota; quousque tempus veniret passionis crucis, Virgo filium lactavit vulnere circuncisionis.

2 *Lactavit, donec amoveret eum à lacte.* Tunc mater dicavit ex corde Domino: excellentior virtus elucet in Benedicto: igitur Deo devovetur, priusquàm sit, non à matre, sed à se: & insuper ut rutilet singulariter virtus, Dei est antequàm lactatus.

3 *Lactavit, donec amoveret eum à lacte.* Cœlum homines quasi ad ubera lactat, sed superiora demonstrat, ad quæ nemo scanderet, nisi cœlum à lactatione repelleret: & quos spe felicitatis lactavit, persecutionibus ab uberibus removet; ut degustent dulcedinem, propter illud patientes persecutionem: equidem amplior in usum dulcedo, ubi vehementior in laborem persecutio.

4 *Lactavit, donec*, &c. Secùs in Monachis

chis imperfectis, qui habitu censentur Monachi, estò ab instituto perfectionis separati: siquidem cùm in virtutis habitu solùm formentur virtute, Monachi erunt, quandiù fuerint Monachi.

DIDASCALIA I.

Amor Christi vicit tempus, à tempore victus.

1 NIL satis festinatur amanti. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia subsistinet robore valido amoris, præter intervalla temporis: etenim fulminantem è pectore flammas, fallit volatilis ætas. At quid amans, ut fallat ætatem? Arctatur tempore, & ut disrumpat vincula, acui in morulas ingeniosus arma. Fortior est tamen his imperiosus amor? Nullatenus: flagrat de tempore querulus, quippe temporis velocitas amori pondus. Haud cadit tempore flammæ fervor, sed

Nil satis festinatur amanti.

Strozius. Strad.

Vires impiger auget Amor.

Instat horologij *pondere levior*; quia eius alæ super pennas ventorum, estò in pernicem volatum, coërceantur per temporis inflexibile vinculum. Impatiens amor est: ad momentum temporis vult contrahere sæculorum distantiam, ut per sæcula perstent demonstractiones fidei unius momenti. Quicquid velocius, præ illo claudicat; sine motu obijcitur, quod festinat; dum patent compedes cordi, alæ volucris pennatæ. Canit. Ovidius in rem, lib.5.*Trist.*Eleg.11.

Amor impatiens est.

Ovid.

Stare putes: adeo procedunt tempora tardè.

Patet in Deo infante quantus amor, ubi *consummati dies ut circumcideretur puer*; igitur in notam dilectionis hominum, pro quibus descendit de cœlo in mundum; dies qui vix cœperant, instante temporis successione, erant respectu amoris ad obsequium consummati.

2 De genitrice Samuelis dicitur, *Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte.* Maria Virgo mater Christi, filium lactavit, quin ab ubere amoveret: igitur cùm filio suavissima lenocinia vulnera, quæ amoris nota; quousque tempus veniret passionis crucis, Virgo lactavit filium vulnere circumcisionis. De victimis statuitur à Deo. *Septem diebus erunt sub ubere matris suæ, die autem octavo & deinceps offerri poterunt Domino.* Idem, *Exod.* 22. 30. En sacrificium Virginis, expressioque maximæ charitatis Dei infantis: igitur nascitur, & eius sanguis vel ab ubere effunditur. Vix oritur, & iam patitur. In sinu Auroræ matris vix Sol emittit humanitatis fulgorem, & tanti actutùm splendoris sustinet pupus Eclipsim. Non sufficit sanguis cordis tenelli lachrymis, quin sanguis etiam effundatur è venis? Flos nascitur, & cito decerpitur, ubi acumine silicis excitatur flamma cordis, ut corda hominum possit studio ac dispendio trahere, in temporis motu sine temporis obice: etenim pernix amore conterit vincula ætatis; quippe Sol non tantùm nascitur, sed *Sol* ad pœnas *in pennis.* Agit & agitur, etsi à tempore lege indicta detinetur. Motus accelerat, supervolat; quia tempus haudquaquàm numerus in motu Solis, sed Sol est mensura temporis. Modò seriò, quòd alibi prælivabimus quasi per indicem.

1.Reg.1.23

Lev.22 27. *Christi in cordis demonstrationem volat.*

Malach.4.2

3 Pictus Amor olim habitu agricolæ cum falce & hoccine lemmate: *Impatiens omnia simul*: Paracelsum videris, & Picinell. *M.Symbol.* lib.24. n.37. Quod sinistra in terra seminabat, altera manu scirpiculà metebat. Haud videtur mysterij circumcisionis hieroglyphicum, sed speculum. Christus, amor cordium nascitur nobis habitu rustico humani quassati generis, exercetque quamprimùm acumen falcis. Siccine? Seminat, & metit? Ratione temporis adhuc in herba messis. Dies à nativitate duntaxàt signantur octo. Utique, sed *impatiens omnia simul.*

Paracelsus. *Amor cum falce quare?*

Scilicèt in nobis rerum natura novata est,
Cumque meis curis omnia longa facit.

Ovid.

Omnia simul, quippe amanti intolerabile, dum flagrat pectus, flores non videre fructus. Adinstar virgæ Aaronicæ eodem in tempore congruit virere, germinare, florescere, simulque fructificare. *Turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Hęc ergo siccine in Sanctuario servatur *in signum*, propter impatientem amoris impulsum, contra velocissima præpetim tempora, quæ cuncta cursui amoris faciunt longissima: igitur dierum octo brevissimo spacio in charitatis intensissimæ horto,

Num.17.8. 10.

In Circumcisione Christi flores temporis & fructus amoris.

horto, florem tenerrimæ delicatissimæ ætatis, falce secuit in fructum propositæ redemptionis.

Cant. 2. 12. 4 *Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit.* O infelicitas florum! Vix visi iam patent vulneri? Ubi venustatis speciositas, insidiatur infelicitas. Quicquid in hyacintho, totum splendidum; sed *Ai ai flos habet scriptum.* Ducitur funesta litera, dum præstat pulcherrima forma. Apparet pulcher, verùm, ut hìc canit Mariana.

Ovid. *Pulchritudo infausta est.*

Marian. *Splendidus & viridis falce putatur ager.*

Hoccine testimonium accipitur à Bernardo, serm. 1 in *Vigil. nativit.* de ortu Salvatoris, igitur, etsi Sol, patuit tunc virgam floruisse Iesse. Vere claruit Nazarenus, qui nova è virgine nativitate, totus amœnus & floridus; unde divina favente gratiâ flores apparuerunt in terra. Profectò, sed unde falcis putatio, qua crudeliter delibetur roscida pulchritudo, vix nato puero è genitrice virgine? Ex circuncisionis lege. Quare Iuvenc. lib. 1. *Evangel. histor.* v. 208. succinit:

Iuvenc. *Viderat octavam lucem puer, ecce recidi*
Ad morem legis, nomenque aptare, necesse est.

Iam lex putationis urget, & flos luci vix apparet? Iam rubicundus, qui florebat candidus?

Virgil. *O dolor atque decus magnum redditure parenti!*
Hæc te prima dies bello dedit.

Flores, & recideris? Appares, & vulneraris? Seminas cœlestis mirificè agricola, & metis? Impatiens omnia simul, ut sacietur amor.

Idem. *——Nec semine iacto*
Cœretam patitur radicem affigere terræ.

Quàm ferax terra amoris! Non ubique, non in qualibet usuvenit terra, sed in *terra nostra*: scilicet, in terra impatientis amoris, pectore infantis: siquidem vulnere ac sanguine redemptionis humanæ satagit fructus, simulatque flos Virginis in terrra sortitus ortus. Omnia tempus habent, quæ tempora sæcularia; in omni autem tempore (uti tempore opportuno) quæ cogitat obsequiosè cordis dilectio. Non est tempus & tempus pectori effictim amanti, ad ortum atque putationem flosculi. Christus flos oritur, & post dies octo, queis apparuit, circunciditur. Amore simul ac silice vulneratur. Priùs floruerat vulneratus amore: nec placeret impatienti, ni quem disiungit successivè tempus, illud ultra, nascenti pateret triumphus. Spes in flore præmittitur, ut dato tempore fructus è flore nato nascatur. Spes, qua fructus differtur, agravat animum concupiscentem avidissimè fructum: Christusque vixdùm nascitur, circunciditur (omnia simul coniungens, uti charitate impatiens) cuius signum ad fructum & florem falx; ut gratias homo recipiat ab infante, & ultra spem. *Christus cur vix natus, circunciſus?*

5 Sic igitur exponitur amoris ac vulneris tractus. *Postquàm consummati sunt dies octo, ut circuncideretur puer. Dies* circuncisionis in vulnus præ se fertur; & erat, quia dies non erat, vulneratus ante diem. *Postquàm* vulneratus, aliud ingruit vulnus; quippe non ita, præut concupiverat saucius: igitur cordi maiora vulnera, quia vulnera non maiora. Hæc enim erunt Didascaliæ scopus, dum ab amore victum, vinctus est amor per tempus. Certamen temporis & amoris novissimum videbimus, *Tautolog.* 10. *Didasc.* 6. à *num.* 13. primùm ergo contemplemur. Igitur hic quoad aspectum victus amori ibi verò uti invincibilis, victor. Commiscitur Otho Vænius, *Amor.* Emblem. 119. tempus alas persecuisse amori. Luc. 2. *Quare priùs vulneratus amore, & post ex vulneris vulnere.*

Tempus edax rerũ pennas decurtat amoris. Hoc accidisse amori descendenti è cœlo (ut conversaretur cum hominibus in mundo, assumeretque quoties vincere valeret, & cogitata perficeret) autumavit Aristoph. quem videris apud Natalem Comit. lib. 8. *Mitholog.* cap. 24. sic tractum concinens: Oth. Væn. *Amor sint alis.*

Amori alas ceciderunt Dei,
Volare ne valeret: at Dij
Alas dedere quas habebat, posset ut
Exuvias referre victor ex hostibus. Aristophũ.

Decus patet in falsis, amore valido inter temporis compedes; quo intuitu, serm. 162. à Chrysologo Christus dicitur *Vernula temporis.* Apte, suspendit volatum amoris momentorum vinculis, maximè in vulnere patrandæ circuncisionis; in cuius articulo dolor maior à tempore, quàm à vulnere: vernulaque Christus signatur perpropriè temporum; quoniam illorum sustinuit tyrannidem ut mancipium. Chrysol. *Christus cur vernula temporis?*

6 Intende. *Postquàm consummati sunt dies*, in die circuncisionis dicitur ab Evangelista. Postquàm? Utique non tempori, sed amori: etenim ut clareat flamma per vulnera, vel in tempore opportuno videntur transacta tempora. *Postquàm?* Etiam: octavo die pretiosam, amoris strenam, guttis cruoris collaturus

gra-

gratiam? dicitque in ipso articulo *Postquàm*: igitur generoso pectori in hominum beneficium, longum habetur vel brevissimum tempus. Gratia antevertit, ut grata sit, voluntatem accipientis & cursum velocitatis: *Postquàm* dicitur, ut favor tempestivè, quasi respectu amoris veniret tardè. *Postquàm*, quasi importuna opportunitas? Næ, quia non tempore mensuratur charitas: dicitque *Postquàm* temporis opportunitatem, ut in fidem cordis excluderet (& par erat) temporis iurisdictionem. Ignis amoris præ tempore, viget velociore activitate. Favere hominibus intendit infantis amor, ut vel lacteo sanguine clareat illorum Redemptor: in demonstrationemque excessus signatur *Post*, quando opportunum est nunc; quippe ubi ante tempus charitas non confert gratiam, amanti ardentiùs nonnunquàm videtur *Postquàm*. Denique. Circuncisio factà tempore quo decreta circuncisio: non postquàm consummati, sed cùm complerentur dies octo. *Postquàm* signat vel illatum iam vulnus, vel ultra tempus. Neutrum sanè, & verum utrumque, si accipitur ictus à tempore & non à corporis vulnere: *Postquàm*que notatur, quasi vulnus accepisset, quod tempus vetuit; quia sub tyrannide temporis, vulnus accepit dilationem vulneris.

Gratia tunc eius quare gratior, & acceptior?

7 Proximus Assertor N. diræ passioni, uti crucis, solamen quærebat in levamine orationis: etenim in urgentiam tribulationum urgentium, oratio promptum ac dulcissimum refugium. Accessit ergo Patrem oraturus, & vim internam prementem expresit corpus: igitur *factus* (ex angore) *sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Quàm acer dolor huiusmodi sudorem excitet, videsis apud Reyes-Franco in *Elys. camp.* quæst. 86. Ex aliquo oritur vehementi corporali nocivo, vel ex acerrimo nocumento apprehenso; ut signat D. Thom. 3. *p. q. 46. art. 6.* Elicuit namque sanguineo sudore Christus, quid internè dire patiebatur animus, mutatis horti lilijs in rosas guttis purpureas, vel in mœstissimas violas, vanido colore proprio, ut sese pœnarum comites aptarent patienti Christo. Operantur profectò insensibilia, quæ cordis humani propria; ut erubescceret facies, ubi flores decolores, socij passionum propter muriceam crystallum. Unde ergo tantus angor, ut sanguineus illo tunc appareret facer sudor? Ex nocumento apprehenso, sine corporali nocivo. Desiderio desiderabat pati, atque cupiebat perficere. Unde ille dixerat: *Quomodò coärtor usque dum perficiatur.* Quousque in horto sudor eius purpureus, latebat angoris modus. Quiescat ergo desiderium, igitur mors eius vicina in crastinum. Hinc acrior pœna, quia in crastinum mors futura: erupitque dolor in sudorem sanguineum, ex apprehenso nocumento dilatationis pœnarum. Quiesceret, si morte redemptionem perficeret. Amor desiderijs stimulatus instabat: tempus votum suis morulis impediebat. Arctabatur perficere, obice tempore. Quò passio vicinior, impatientior amor: quare cùm ex violentia tyrannidis temporis, magis excitetur in optata motus cordis; propter mortis vicinæ a tempore suspensionem, in angore guttatim elicuit sanguinem. Hydropisi pœnarum, in redemptionem satagebat dolorum. Suspendebatur tempore, quod gratius cordi. Non à vulneribus acerbitas cruciaminis, sed vulnera ab horis, ut veniret hora eius, in qua mundus esset salvus: sudatque sanguinem, non proximam, sed vicinam prospiciens mortem; quippe fortior dolor dilationis temporis, quàm ex vulnere diro tempore mortis. Activitatem cruciaminis interni corpus præ se tulit in sanguineo sudore, ex certamine proximæ mortis, & temporis suspendentis. Priùs vel sedens fatigatus in propositum sudabat, sed à longè conatus perfectionem suspiciebat. Modò vicinam videt mortem; & quia crastina, decertat usque ad sanguinem, quin in amore flagrantiore mirum, huiusmodi habere in perfectionem processum: igitur si motus in fine propter finem velocior; sudanti primùm congruebat sanguineus sudor. In quæ tempus amantem non redigit? Præcordia torquet, & ita ingeniosà pœnà, ut faciliùs tolerentur pœnæ cruciatus, quàm torquens futurum tempus.

Luc. 22. 44.

Sanguineus sudor index extremi angoris.

Cap. 10. 50.

Quò mors vicinior, impatientior Redemptoris amor.

8 Magni animi est tormenta ferre, maioris, perferre; maximi, obviare. Unde Seneca, *Epist. 24. Acrior* (inquit) *ad occupanda pericula virtus, quam crudelitas ad irroganda. Inventus est* (subdit *Epist. 76.*) *cuius risum non interrumperet tortor, qui morti intrepidus occurreret. Amor pericula deposcit.* Illustre Protesilai encomium, scire, primum in terram hostilem desilientem, mortem oppetere; atque primum desilire. Hinc Ausonius *Epigram. 19.* canit:

Senec. *Magni animi, occurrere morti.*

Protesilaë, tibi nomen sic fata dederunt:
Victima quòd Troiæ prima futurus eras.

Auson.

Effulsit excellentiùs Assertoris N. admirabilis virtus, ut astrueret mirificâ fortitudine, quod Stoici duntaxàt loquacitate. Appropinquante ministrorum cohorte, perfido discipulo turbæ duce; *Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super se processit.* Processit? Et in vulnera? & in mortem? Ita quidem: renuit temporis cruciamen. Amor solicitat pro hominibus pati & mori: vota præpedinntur tempore, quippe nullus corpori sacro cruciatus, quousque veniat hora eius. Amor in vulnera urgebat, tempus amorem cruciabat: intensior dolor à tempore, quàm à vulnere: unde dum illud sustinet, vel sciens quæ super se ventura, processit; quippe cùm graviora tyrannicè tempora, in refrigerium vulnerum quærit vulnera. *Sciens ventura, processit.* O tempus! Quo pervenies, iaculum animæ, spinaque cordi? Crucias, pœnasque geminas. Agitatur pectus æstuans salvatoris inter duplicem passionem, temporis, nimirùm, & crucis: & inter temporis expectationem, atque vulnerum cruciamen, sciens ventura, procedit; quoniam minùs pectus angit, quicquid manat à passione, quàm à temporis tyrannide.

Ioan. 18. 4.

Quando vulnus vulneris refrigerium?

9 Inter pati & pati posse, patitur dirè. Comprehensione patietur, tempore patitur; quippe perpeti vult, vulnerum fatagit, verùm vulnerari nequit, orto summo ex suspensione dolore, quoniam nequit vulnerari sine tempore; a quo dum vulnus suspenditur, intensiùs vulnerabatur. Tormenta coràm invitabant ad votum, sed fustrabatur tempus usque definitum: & ad vincula, passionem, mortemque festinè progreditur, dum tempus amore patitur; quia nulla pœna gravior, nec amanti acerbior, quàm tormenta habere coram, & tormentorum aspicere tantùm fugam. *Quod facis, fac citiùs*, dicit discipulo meditanti proditionem. Fac, quod facis, & facias citò in angoris levamen. Si mors perpetranda, citò quamprimùmque fiat: etenim ægrè fert pectus flagrans amore, tempus & tempus in vulnera tolerare; quia moritur, quin moriatur, dum mors suspenditur: igitur ultrà pœna quæ pungit, progredi nequit, ubi vicem habent mortis, vulnera suavia suspensionis temporis. Hinc patet clarius, cur in cohortem armatam processit Christus. Pridem in horto cœpit pavere & tædere: modò in illos impavidè procedit, cohorti dicens: *Ego sum.* Retorqueatur Ethnicus, lib. 1. *Æneid.* à v. 592.

Christus vulnus patitur dilationem vulneris.

Cap. 13. 27.

Restitit, claràque in luce refulsit.
Tunc sic alloquitur, cunctisque repentè
Improvisus ait: Coràm, quem quæritis, adsum.

Virgil.

Ita & in mortem validus? Sanequàm vicerat tempus: proceditque in triumphum, minore cohorte ministrorum, quam cruciaminum; quoniam leviora vulnera lethalia mortis, præ pœnis tyranni perfidi temporis. Ideo dum ita processit, *exivit vincens, ut vinceret*: clara ex morte doloribusque victoria; parta ex tempore, commissà tot diebus pugnà: igitur cùm maior acrimonia ex ictu dolorum, pro voto, temporis, quàm ex sagittis amaritudinis mortis; victori victuro mortis cessit clarus triumphus, quia pridem vicerat tempus.

Leviora vulnera mortis, quam in illa suspensio temporis.

Apocal. 6. 2

10 Intende modò in Lucæ periodum, describentis Circumcisionis Dominicæ tractum. *Postquàm consummati sunt dies, ut circumcideretur puer.* Postquàm? Quomodò post dierum consummationem factum; si factum, cùm complerentur? Dies consummati post circumcisionem pueri, non ante: qua ergo lege legem posteà consummavit, vel antequàm venas silex aperiret, & vulnus in carne faceret? Quomodò passus, quæ necdùm passus? Amore iam pertulerat avidè pueruli pectus. Tempus differebat vulneribus ostentare hominibus charitatem: pausamque isthanc dierum vulneris designat consummationem; quoniam acrior dolor ab ipso tempore, quàm ab infligendæ circumcisionis dolore. Quousque coruscet octavus in circumcisionem dies, haud nota vulneris, quia non vulneratur corpus: cor in amante patitur toto tempore vulnus: longè vehemens in præcordijs, quàm in pellicula carnis: equidem cùm corporis conficiat lapideus gladius, & cordis perficiat tempus; inter vulnus & expectationem vulneris, maior à tempore vis doloris: maior profectò, quippe vulnus die infans patietur octavo; & amor eius vulnus ante vulnus passus per dies octo. Multiplicata sunt vulnera amoris causa, & tempus *conscidit vulnere super vulnus*; quippe vulneri amoris vulnus circumcisionis addit tempus. Iccircò ab Evangelista non refertur vulnus circumcisionis, sed tantùm in circumcisionem distantia temporis: igitur præut toleraverat amor, levis profectò circumcisionis dolor. Exivit vincens, ut vinceret, dum octavo die in circumcisionem pupus processit: iam enim dolorem circumcisionis pertulerat, quem

Luc. ubi supr.

Cur maius vulnus temporis, quam ipsius circumcisionis?

Iob. 16. 15.

per

per dies octo solicitus expectaverat. Videte præclarum amorem.

Tibull. *Quem celer assueta versat ab arte puer.*

11 Adhuc perpendendum *Postquàm*, quandoquidem vel post vulnus infans, quia leviter saucius, ostendit amoris flammam. Vulneri circunciſionis inhiabat, & adhuc cura fatigat? Activus amor est. In Sole ponit tabernaculum suum, cuius sine cessatione motus. Sine errore

Ovid. *In nulla sede moratur amor.*

Eius propositum, in circunciſione vulnus ut sanguine effusso amoris etiam tunc videretur excessus: tuncque magis in ulteriora movetur, quia leviter vulneratur. Arbitrabatur amor tanquàm opportunitatem, sanguinis vel in infantia præproperam effusionem; ut actutùm per incogitata ab hominibus obsequia, tota cordis præstans clarescceret flamma: scenaque ab amore cupita excitavit mœstitudinem; quoniam sanguinis guttulis tantùm apparuit specimen. Sanguis eius pretium erat & lytrum pro excutienda servitute hominum, simulque infirmitate; quæ minimè expellenda, nisi per Verbi incarnati vulnera: hoc ab illo expectabatur theatrum, tanquam amoris vehementissimi studium; vulneratusque voto fraudatur, dum voto potitur; quippe si in vulneribus cupiebatur dilectionis demonstratio, occurrit tantùm ad vulnera circunciſio. Plus avet, quasi mortis tempus esset.

Tunc Christo maiora vulnera, quia vulnera non maiora.

Idem. *At peragût solitos communia tẽpora motus:*
Suntque magis vitæ tempora longa.
Patet.

Hic vulnus de vulnere, & non de vulnere dolor, ubi in vulnere vulnus cordis aperire intendit amor: etenim in motu, cordis impulsu, cordi non videtur demonstratio velle effundere flumen sanguinis è venis, & illam illic tantùm exprimere guttis.

12 In ritu purificationis leprosi, objicitur typus purificationis Mundi, sanguine sacro Salvatoris N. Coram Sacerdote duo passeres offerebantur, ex quibus immolabatur unus, & alius in aëra mittebatur vivus, & salvus, sed passeris

Levit.14.6. immolati sanguine tinctus. Adi *Levit.*14. à v.4. En umbra, quæ in passione & circunciſione fuit à Christo illuminata. Patri in utraque offertur Christus, effundens sanguinem, ut leprà infectum emundaret hominem. Infans circunciſione sauciatur, in cruce totus sanguis è vulneribus effunditur. In utroque tractu sanguinis effusione, intendit amoris studium, amorem cordis ostentari per obsequium; cæterùm in circunciſione angitur. Angitur? Unde dolor? Ex vulnere? Neutiquam, sed ex vulneris tenore. Ex quo natus, avidè cupiebat propter vulnus, circunciſionis tempus. Hoccine, ut arrideat amanti, labitur. Consummati sunt dies, ut puer circunderetur: doletque intimè in ipsa meditata circunciſione; quippe intendens in totius ex vulnere sanguinis effusionem, duntaxàt decreto temporis egredebatur guttatim. Ad silicem Sacerdotis pro vulnere amore percitus pervenit, & non de vulnere, sed de non vulnere dolet, qui quærebat propter hominis libertatem, vitæ è vulneribus finem: vulnereque, dum iuxta ritum circunciditur, præ amore in hominem fatigatur; quia quò deposuit amoris excessivi demonstrationem, micuit amoris specimen: igitur qui sacrificatus ab amore totus, dimissus liber guttis sanguinis tinctus. Huiusmodi à dolore libertas erat amanti cordi captivitas: equidem illi parva videbatur dilectio, ubi duntaxàt in vulnus apparebat circunciſio. Amanti quidem dolor vel sauciato maximus, ni effundatur è corpore sanguis totus.

Non de vulnere, sed de non vulnere in vulnere doluit.

13 *Tristis est anima mea usque ad mortem*, dixit dilectioribus discipulis Christus Dominus, Patrem ante passionem oraturus. Non pro morte, sed *Usque in mortem*, inquit. Intimè dolor usque in animam torsit. *Usque* profectò emphaticum, signans eius dilectionis abyssum. In morte quiescet, qui usque in mortem dolet? Si propter sanguinis effusionem; ante mortem occurret cordi languenti solamen: fiet enim in oratione sudor propter cordis angustiam, *sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram*; ita ut madida, imò ebria sacra vestis stillis copiosi sanguinis: quo respondetur interroganti Prophetæ, *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torcular?* Iam votum obvium. Imò maius è sudore tormentum: igitur cùm propositum in amoris legem, totum profundere sanguinem; amanti siccine grave, quòd egrederentur guttæ. Hinc usque in mortem tristis. Dolor maior, quia extremus, non est ex molestia mortis? Sanè: cur ergo mœret, non ex illa, sed usque? Sanguinis arbitratur exiguitatem, quicquid è venis effuderat, sudaverat illuduque: in cruceque suspensus collocat gaudium, ubi totum desiderium; igitur ruptis tunc omnibus corporis venis, quæ guttæ pridem apparebunt fontes.

Matth. 26. 38.

Luc. ubi sup.

Isai. 63.2.

An sudor sanguineus Christi ex angore, vel angor ex guttis sanguinis?

14 Ulteriùs. In morte lætabitur, qui modo mœrore pungitur. Lætabitur dolore non mortis utcunquè,

Lucan. *Sed qua non ulla cruentæ*
Tantum mortis habet?


Lætabitur. Mors utique tristis, sed crescit toto sanguine vis amoris. Unde cùm intuitus sit totum pro homine effundere sanguinem, quod nanciscetur per mortem; gaudebit vel in extremo dolore, qui tristis est mortem usque: quandoquidem mortis lactabit tormentum, totius sanguinis profusionis gaudium. Causa subest. Vel fuso sanguine tot passionis tractibus, gaudium non explicat: duntaxàt in mortem exultationem indicat, cuius anima fovet mœstitudinem, sed duntaxàt usque ad mortem. Intendite. Illicò ut mortuus in cruce Iesus, terra præ dolore mota est. Montis concussione quicquid sanguinis latebat in sinu venarum, egressum profectò per scissuras vulnerum: & usque in mortem qui mœstus, in morte obijcitur gaudibundus; quia per montis vacillantis concussionem, totum expendet in lytrum generis sanguinem. Iccircò Augustinus serm. 23. de *Tempor.* asserit, Christum sanguine passionis ostendisse lytri pretiositatem, circuncisionis vero sanguine demonstrasse amorem; cuius vulnus patet magis ex non vulnere, & ex amoris dolore: igitur si gaudet, uti in cruce, eius amor, quia totius sanguinis fluor; amanti siccine dolor, velle ostendere per vulnera amorem, nec totum posse vulnere expendere sanguinem. Amorem vehementiorem ostendit, dum vulnus parvum occuluit: circunciditur, cuius desiderium mori, atque cruore hominem liberare. Lege suspenditur, & tunc flamma pectoris magis exprimitur: igitur maior amor ostenditur in hominis libertatem, quia non poterat, præut erat, infans ostendere amorem. Ignescant vel frigida corda cœlesti pueruli flammà.

Leve amanti videtur specimen, ni pro dilecto effuderit totum sanguinem.

Unde Christo gaudium extremum mortis tormentum?

Amor quare in circuncisione magis effulsit?

Tibull. *Obsequio plurima vincit amor;*
Dignus amore puer.



DIDASCALIA II.

Æstimabilior virtus ante tempus.

1 PRimordia occurrunt Parentum Benedicti, & eius germanæ omninò sororis dilectissimæ, electissimæ Scholasticæ; obvia præproperè animarum perfectione.

——Prima est fortuna duorum
Nascentium, atque Patrum, quæ cœli condita pars est: Manil.
Asperum erat tempus.

Ut aliò accinit Manil. 2. *Astron.* cap. 16. v. 25. *Huius gloriæ nullus finis est. Proximi Deo. Ab infantia surgit ingenium*: inquit M. Seneca. *Suasors.* 2. Gloriam ingenio utique quam signat magnam, excogitavit exiguam: gloria æstimabilior ante infantiam. Vel in semine notum, quid erumpet in urticas & quid in rosas. Claudian. 4. *Paneg. Honor.* à v. 228. Marc. Sen. *Maior virtuti plausus, dum ante infantiam est virtus.*

Disce orbis, quid quisque sibi, cùm conderet artus
Nostros, ætherijs miscens terrena Prometheus, Claudian.
Synceram patri mentem furatus Olympo.
Continui claustris.

Orbis discet, verùm quid! Portentum orbis, vel in maternis claustris cùm vigil natura conderet artus; siquidem isti sunt semen, cui benedixit Dominus. De matre Samuelis dicitur: *Lactavit eum, donec amoveret eum à lacte.* Tunc filium Deo dicat, & non priùs; quoniam in infantia devotioni asperum tempus; virtus fulsit in Samuele, vel ab ubere semoto: præstantior utique effulsit in Benedicto: igitur Deo devovetur priusquàm sit, non à matre, sed à se: & insuper ut rutilet singulariter virtus, Dei fuit antequàm lactatus. *Præventum in utero Numinis gratiâ* (ait Buccelin. in *Menolog.* die 21. Mart.) *psallere in utero auditum.* Vide dicta, *Tom.* 1. *T.* 4. *D.* 14. & *Tom.* 2. *T.* 3. *D.* 4, Appositè ingenium Chrysologi, serm. 91. *Antè* (inquit) *pervenit ad cœlum, quàm tangeret terram: antè accepit divinum Spiritum, quàm haberet humanum: antè suscepit divina, quàm corporis membrà: antè cœpit vivere Deo, quàm sibi: antè aciem petijt, quam lucem; & ut vinceret mundum, vicit antè naturam. Exultat in utero.* Ipso thalamo matris in Dei laudem geminorum horum

1. Reg. 1. 23

Buccel.

Chrysol.

Benedicti & sororis mustica mirabilis in utero genitricis.

rum audiuntur voces. In alijs non laudis amor, ſed tacitæ mentes, & corpora tarda; ut conficiatur ſine voce vocum, harmonia. Mole valent: at (retorquendus eſt iterùm Manil. d. *lib.* 4. cap. 1. v. 152.)

Manil. *Mollius è geminis ſtudium eſt, & mitior ætas,*
Per varios cãtus, modulataque vocibus ora.

Chorum in Numinis plauſum hi gemini formant, dum formantur; in quorum muſica ſingulare prodigium: quandoquidem nil mirabilius, quàm in infantibus ita melodia ante tempus; ut gratiâ poſsint canere, quin naturâ poſsint loqui.

2 Prævidit Pſaltes Regius, quid ſignaret huiuſmodi nova vox; dicens Domino: *Miſericordia tua ante oculos meos eſt.* Quorsùm huius gratiæ ſtemma, ut illam ceu gratiæ ſummum intendant lumina? *Ut audiam vocem laudis, & enarrem* (infit) *univerſa mirabilia.* Non ut *vocem laudis* proferam, ſed *ut audiam.* Nec dicere, nec audire Davidi novum; cùm voces quotidiè laudis diverſis modulis reſonarent intra templum. Prorsùm è vocibus ſingulare, quod cupit David audire: ſiquidem inauditum in voce, audiri genitricis tacito in thalamo, qui plauſus ſonos reſonant tantùm in templo, *Vocem laudis.* Precioſitas vocis quæ pendet à ſingulari laude, plus æſtimatur ab Ubi. Maiora momenta accipit à loco & tempore. In matris vulva quieſcit Benedictus cum Sorore. Ibi nulla ſubeſt vox, ubi aër penitus non eſt: diciturque vox mirificæ laudis, à loco & tempore inſignis; quippe excedit vocum modulatarum pretioſitatem, ſine voce in encomium audire vocem. *Vocem laudis*, ut mirabilia Dei palàm obijciantur oculis: igitur mirabile prorsùm eſt, quòd voces laudis audiantur, ubi nequit eſſe vox. Mirabilis ſanè vox ſine inſtrumentis ad vocem: mirabilior vox in laudem, quippe exigit cognitionem: & dum huiuſmodi vocem auribus dulciter haurit, mirabilia Dei Regius Pſalmiſta proponit; quoniam audire infantium voces, in Dei Conditoris laudes, intra viſcera materna, non miraculum duntaxàt, ſed in uno ſingulari univerſa mirabilia. *Ut audiam*, & quàm mirabilis ſis in Sanctis meritò promam: equidem nihil inter miracula mirabilius, nec auditui avido ſuavius; quam videre infantes fantes, ac in utero matris laudes canentes.

Pſalm. 25. 3. v. 7.

Ex vulva formarunt templum.

In quo univerſa mirabilia.

3 Si cœli enarrant gloriam Dei haud ſilebunt Luna & Sol. Souſa in 38. *Iob.* v. 7. accinit:

Cùm primis Dominum ferrent me laudibus aſtra
Matutina ſuum, lætis & vocibus omnes
Ætherei cives, cùm cœtus iubilat ingens.

De quo Nos late agemus *Tom.* 7. Tautolog. 8. ad illud Eccli. 24. *Gyrum cœli circuivi ſola*: & hìc *Tautolog.* 10. *à num.* 26. Hoccine intuitu inquit David: *Laudate eum* (Deum videlicèt conditorem) *Sol & Luna.* Idem videris apud Danielem *cap.* 3. *v.* 62. Verùm, inquires, quænam & qualis ex his vox in laudem Dei? Promam. Primo ſæculi die ſimul cum luce fuiſſe creationem Solis & Lunæ placuit D. Thomæ in 1. *Geneſ.* v. 16. Ita ut uſque in tertium diem illa corpora, etſi lucis curſum haberent, fulgores haud informarent.

Pſal. 148. 3.

Cœlorum harmonia.

Iam tribus exactis motu ſuccenſa citato,
In flammas igniſque globum ſe cogere iuſſa eſt:
Solis prima dies, fundataque ſemina lucis,
Lunaque noctis honor.

Mar. Vict.

Uti modulatur Mar. Victor, lib. 1. *Geneſeos*, v. 96. Ante incorporationem lucis erant Solis Lunæque corpora; ſed quaſi non nata, quouſque lucis inhæreret forma. Modulamina primæ lucis ſequebantur: tuncque Laudes Solis & Lunæ ſingulariter plauduntur; quippequàm in melos curſu protulerunt vocem, priuſquàm prodirent in lucem. In ortu habebant corporis exiſtentiam, ſeu eſſe perfectum, utpotè luce formatum, & informatum: cæterùm ante lucem, corporum præferebant imperfectionem, quia protunc muſicæ quaſi incapacia: tuncque Solis & Lunæ auribus blanditur muſica; quoniam horum reſonat ſuavius mirabile melos, ex imperfectis corporibus.

Cur ſuavior Solis & Lunæ.

4 Quod de partu Luſciniæ cecinit Simmias Rodius in *Ovo Mercur.* aptè cadit in partum Abundantiæ.

Edebat ſonitus vocem aduſque ſummum.
Canorus quidem vel in utero partus caſtæ Luſciniæ.

Simm.

Partum ſignat, & non ex utero, ſed ad modulamen in utero meditatò demonſtrat: etenim voluptuoſius carmen ac in muſicam dulciorem, quòd naſcerentur ante nativitatem. Sol Lunaque in cœlo noſtro fulgent gemini & gratiâ & naturâ fratres in & ex utero Abundantiæ genitricis. Ibi ut in vitæ lucem prodeant, exiſtunt, at laudes Conditoris alternis vocibus modulantur. Laudant ergo Sol & Luna Dominum, quorum ſuaviſsimum canticum: igitur corpus melodæ vocis percipit dulcis

Inſigne, corpus vocis ſine corpore.

cis auditus, quin in vocem adsit corpus. In utero corpora sunt imperfecta, ob cuius intuitum abscondit cautè natura. Mirabile sanè canticum in infantibus post ortum. In Sole & Luna sub silentio audienda nova: meritòque signantur in huiusmodi voce universa mirabilia, illorum audiri canticum, atque cantici voces priusquam venisset tempus nativitatis. Corpora perfecta necessaria, ut vocis sint instrumenta: aliàs ut dicit Manilius, d. format

Manil. *Gracilis lugentem sonum.*

Necessaria, at magis placidus hymnus in mulcimen aurium, ante perfectionem corporum. Perfectum etiam, in imperfectione temporis, signat fastigium virtutis; quandoquidem commendabilior virtus, quando virtus ante tempus. Tempus horum illustrium, Solis & Lunæ, non erat vocis, sed taciturni silentij: verùm nova patranda, dum formatur Sol & Luna, profectò nova, quod in corporis imperfectione non solùm audiatur vox, sed summa perfectio in vocibus laudis Dei. *Te decet hymnus Deus*: dicitur à Davide. Hebr. *Te decet silentium.* Vide *Tom. 2. Tautol. 3. Didascal. 5.* Haud implicant Dei in laudibus hymnus & silentium, ubi utriusque & gratia & natura signant locum, pro commodatione melodiæ Solis & Lunæ, facta mirabili voce; siquidem hymnus illorum sonat in genitricis utero, ubi alij iacent quasi sepulti in silentio.

Undevox mirabilis?

Psal. 64. 2.

5 Signantur multoties vel à principio temporis, qui futuri singularis. Ambrosium eloquio suaviorem Platone, impsumque Platonem designarunt apes. Canit Claudian. d. v. 380.

Prognostica futuræ virtutis.

Claudian. ——*Sic mollibus olim*
Stridula ductarum pratis examina regem
Nascentem venerantur apes, & publica mellis
Iura petunt, traduntque favos.

Ambrosij Platonis & Mithridatis.

Videsis plura apud La Zerda in *Vita Virgil.* cap. 1. & 4. *Georg.* v. 152. num. 8. Mithridatis, cùm adhuc infantulus in cunis vagiret, delapsum fulmen fascias, quibus volvebatur, exussit; neque tamen crinem lasit. Adi Muretum, 1. *Var. Histor.* cap. 2. & Causs. *lib. 1. Symb. 19.* Sic alia, de quibus alibi. Virtus gloriosis Benedicto & Sorori contigit ante diem.

Ovid. *Ingenium cœleste suis velocius annis*
Surgit, & ignavæ fert malè damna moræ.

Cur virtutis dicitur ingenium cœleste?

Proterit mensuram temporis indoles pretiosa virtutis: equidem si magni ducitur assequi perfectionem ante diem; pluris profectò ante nativitatem. Notanda verba Senecæ, ut subsistat eximia perfectio cogitatione impossibili. *Cacumen radicis loco ponis. Siquis diceret illum in materno utero iacentem, vixque inceptum, tenerum & imperfectum & informen, iam in aliquo bono esse; apertè videretur errare. Atqui quantulum interest inter eum, qui cùm maximè vitam accipit, & illum qui maternorum viscerum latens onus est? Uterque quantùm ad intellectum boni ac mali, æquè maturus est: & non magis infans adhuc boni capax est, quàm arbor, aut mutum aliquod animal. Tunc ad bonum perveniet, cùm ad rationem pervenerit.* Ita *Epist.* 124. Ignorat Seneca, quid & quantum valet gratia. Miramur intra claustra maternorum viscerum, non tam boni initium, quam ipsummet bonum & bonum perfectum: etenim qui penè informes, gemini conficiunt laudes; dum alij in materna vulva tacent iacentes. Onus sanequàm sunt ventris, cæterùm non onus latens: quandoquidem latent corpora, sed nequaquàm vocum musica. Si bonum tunc perfectè cognoscitur, ubi in rationem tempore pervenitur; maioris plausus illo in statu fuit hymnus: etenim musicà pervenerunt ad perfectionem rationis, etiam in utero matris. Non absurdè, sed ad unguem quadrat carmina Claudiani, in *Panegyr. Probini*, proâvi Benedicti & Scholasticæ. Ita ergo succinit v. 66.

Senec.

Virtuti plausus, si præcox.

Quanta gratia vel in utero musica!

——*Non anxia mentem*
Spes agit, & longo tendit præcordia voto:
Cœpistis quo finis erat: primordia vestra
Vix pauci meruere senes, metasque tenetis.

Claudian.

6 Astruit Sapiens: *Consummatus, in brevi explevit tempora multa.* Haud facilè conciliantur tempora multa, & brevitas temporis: quomodò siccine in brevi consummatio perfectionis? Deinde: senectutem efformant tempora multa, non brevia: quo ergo pacto consummatio virtutis in senectute, dum plauditur perfectio ex temporis brevitate? An quia senectus venerabilis non quæ diuturna, nec quæ annorum numerum computata? Est *puer centum annorum, & infans dierum*, dum in utero matris cum Sorore miramur concinentem Benedictum: equidem qui dierum brevissimo spatio fruebatur infantia, expleverat iam perfectus virtutis tempora multa. Haud dissident in perfectionem virtus & tempus, senectutis protractæ tenor, & infantiæ imbecilli-

Sapient. 4. 13.

Excellentior virtus perfecta in infantia.

Isai. 65. 20.

litatis vigor; cùm in infantia Benedicti videatur, quod in ſenectute perfectorum non videtur: iunguntur que ſenectutis tempora multa, ſimulque reſpectu ætatis brevis infantia; quoniam infans tetigit metas altiſsimæ perfectionis, quò vis pauci temporum curſu pervenire ſenes. Maluend. *Sanctificatus, brevi implevit tempora multa.* Per gratiam ſenes perveniunt in perfectionis virtutum cacumen: & in brevi miramur Benedicti perfectarum virtutum conſummationem (præcellentis in infantia ſenes, qui faſtigium longo tempore attigerunt perfectionis) ut conſtet è ſingulari gratia, quam alta infantis primordia: equidem in ſenectute conſummate perfectus, qui in utero matris brevi effulget ſanctificatus. Adiſis Gregor. Magn. 2. *Dialogor.* cap. 1. & Angel. Magiſtr. 2. 2. *quæſt.* 189. *art.* 1. ad 2. *Quodlib.* 5. art. 11. ad 1. & *Opuſc.* 17. *cap.* 7. & 16. Mira fabulati ſunt Ægyptij de Iſide & Oſiride. *Antequam materna alvo prodiiſſent, mutuò ſe amaſſe*: inquit Plutarch. *libell.* eiuſdem tituli, ex quo Kircherius in *Obeliſc. Pamphil.* lib. 3. cap. 5. Ex hoc amore mutuo quid? Quod Oſiris eſſet Sol, & Iſis plauderetur Mater-virgo, uti aſſerit Anonymus in *Additione.* in *Mytholog. Natal. Comit.* cap. 14. Maiol. *tom.* 2. *coloq.* 11. Nos *Tautolog. præced.* num. 130. & in *Ephemerid.* fusè. Mater Virginum virgo dicitur Scholaſtica, comprobante fratris Regula. Benedictus Sol Occidentis, lucem emittens ſuæ primævæ perfectionis; ut utriuſque pateſceret amor in utero genitricis: igitur in perfectionem ex utriuſque concordia, acordis illorum ibi audita nova muſica.

Maluend. — Unde Benedicto in infantia conſummata perfectio? — Plutarch. Iſidis & Oſiridis amor. — Benedicti & Sororis unde nova muſica.

7 Cuius igitur index, dum muſica lateus? *Egregiam muſicam, quæ ſit abſcõdita, eam eſſe nulli rei*: ait Aul. Gell. *lib.* 13. *Noct. Attit.* c. 29. Quia occulta muſica, ampliùs Conditori grata. At unde modulorum modus, ita conſonus auribus? Dicit Sponſus: *Quæ habitas in hortis (amici auſcultant) fac me audire vocem tuam.* Pende. Auditus profectò in non ſurdo neceſſarius: qua lege non à voce, ſed à canente dependebit vocis ſonus? Si amici auſcultant; auſcultet, & vocem audiet: quare ergo prolatâ voce, dicit; vocem fac me audire? Muſicam publicam audit, qui audit: occultam, egregiam duntaxat audit, qui vocem intelligit. In vocem nequaquam etiam audiens intendit, ſi vox diſplicet: aut, vox gratioſa quippe placet: & prolatâ voce, ait Amaſius, *Fac me audire*: quoniam non placet muſica, ſi muſica ſine gratia. Clariùs: Eſt muſica occulta, quæ auditur tantùm à Deo. Auditur, quippe exauditur. Hanc cupit ut audiant, qui amici vocem auſcultant: etenim ſi vox eſt index occultæ in anima vocis, & placet, quoniam vox laudis; amici qui auſcultant, per effformatam harmoniam, in canente cognoſcent occultam gratiam. *Muſicæ occultæ nullum eſſe reſpectum*: dicebat Nero, uti in eo, *cap.* 20. notat Sueton. Amicis non videbatur ullus harmoniæ occultæ reſpectus, quoniam reſpectus ſicut muſica occultus. Nequibant intelligere niſi articulos vocis, latente principio originis. Verſus Deum ac Olympum, ſummum habebat reſpectum: quandoquidem occultâ illa ſingulari muſicâ, conſtabat ita canenti è cœlo collata gratia.

Muſica gratior ex gratia. — Sueton. — *Cur ſummè accepta Benedicti & Scholaſtica muſica?*

8 *Spiritus Domini replevit orbem, & hoc* (Alij *Qui*) *quod continet omnia ſcientiam habet vocis.* In propoſitum noſtrum Lorin. hìc ſubdit: *Spiritus S. qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; imperitus eſt orbi divinarum rerum cognitionem.* Elucet theatrum Benedicti & Scholaſticæ infantium, in hunc mundum, uti cæteri Adami labe, venientium: etenim ſi in vocum occultæ muſicæ ſono, Spiritus S. videtur illuminatio; ſcientiam habent vocis etiam in utero matris. Ubi nec vox ſcientiæ, ſcientia vocis mirabilis. Hinc huiuſmodi ſcientia continet omnia: igitur lucet ut ſummum inter miracula, audire vocem infantium, in matris vulva canentium. Ibi à natura conſtituti ſub ſilentio; ni à Spiritu S. fiat mirifica illuminatio: at illuminatio conſtat, quorum vox orbem illuſtrat; ſiquidem in utero genitricis non poſſent ſcire muſicam, ni haberent de cœlo gratiam. Cognitio præpes cœleſtium claret audientibus, ex prolatione vocum. Oritur hymnodia ex interiore lætitia, qua cor exultans erupit harmoniâ: gratiâque videntur ducti in huiuſmodi inſigni modulatione; igitur ſi Spiritus Sancti tunc abeſſet illuminatio, nequibat eſſe tam plena rerum cœleſtium cognitio. Poſt cognitionem addit Lorinus: *Spiritus S. ad ſui participationem pertraxit ac rapuit.* Participatio Spiritus S. fit per gratiam, qua uterque veniens in hunc mundum proruit in muſicam. Ad ſe infantes pertraxit, cognitionem ultra ordinem naturæ conceſsit: haud aliud clarius ſignum niſi vox, quæ præproperæ cognitionis index eſt: equidem ſi

Sapient. 1. 7. — Lorin. — *Ex qua vocis mirifica ſcientia.* — Idem. — *Quid ſit?*

uter-

uterque in plauſum Conditoris gaudenter concrepat; iam participes ſui infantes per gratiam traxerat. Hæc eſt ſcientia vocis, ex munere gratiæ animas ſanctificantis; qua illuminantur vel in matris utero, qui ut ſingulares oſtenduntur à cœlo: & non tam illorum ſignatur vox, quàm vocis ſcientia; quia ſi vox à natura, ſcientia vocis à gratia.

Manil. *Reſpice ſurgentem in primo cardine* luſtum:
Fulgiduſque, *ſignatque ſuas pro nomine vires.*

Plin. 9 Famigerata inter Priſcos Memnonis ſtatua, de qua Plinius, *lib.* 36. *cap.* 7. *Quem quotidiano Solis ortu contactum radijs crepare dicunt.* Idem Philoſtrat. in *Iconib.* Pauſan. *cap.* 40. Cœl. Rhodigin. *lib.* 22. *cap.* 5. & Iſaac. Grangæus in illud Iuvenal. *Satyr.* 15. v. 5.

Statua harmonica Memnonis.

Iuvenal. *Dimidio magicæ reſonant ubi Memnone chordæ.*

Compilavit cuncta, & aptius pro Didaſcalia Pier. Valerian. *lib.* 52. *cap.* 37. *Eo autem artificio* (infit) *fabricata erat, ut Sol primo ſtatim ortu radios ſuos in os eius eiacularetur, ac veluti plectrum aliquod ibi ſonum excitaret, vocalique ſignificatione iam adeſſe Deum annunciaret.* Aliter, quàm *Tom.* 2. *Tautolog.* 3. *D.* 5. *num.* 22. illuſtrabimus fabulam vel hiſtoriam. Præſentia Dei notatur per gratiam illuminatricem, eiuſque lumen per advenientem Solem. Homo in matris thalamo quoad vocis ſonum, non homo, ſed ſimulachrum. Mirabile prorsùm audiri articulos vocis; verùm plus ratione originis: equidem ſtatuæ eſſent infantes ſub ſilentio profundo, ni gratiâ priuſquàm locuti illuminati de cœlo. *Illuminat* gratia *omnem hominem, in hunc mundum venientem*; ſed non, dum venit in mundum, quippe ut renaſci poſsit, connotat natum. Hoccine uti prodigium (quo privilegium claret horum geminorum infantium) claret in puerulis non natis Benedicto & Scholaſtica, temporis antelatione, quod non omnibus commune: in vulvaque matris utriuſque conſona audiuntur organa vocis; ut gratiæ collatæ parvulis, pateret nobile ſignum; igitur Sol illuſtravit abſcondita tenebrarum. Ioannes in utero ſaltat, Virgo-mater tunc exultat. Ut audivit melos, exultavit ſpiritus. Illuminatus eſt Ioannes, ut audivit vocem Virginis: quandoquidem ſi utriuſque vox profertur in laudem Dei; proculdubio eſt ibi Sol: ſine Solis mirificis, lætis radijs; nequaquàm ante partum, infantium muſicæ voces. Si lux eſt, auditur concentus muſicæ; ſi muſica in matris utero, ſine dubio vox eſt gratiæ: igitur ſine gratia Solis in corde naſcentis, haud reſonat plectrum cordis.

Pier. Val.

Ioann. 1. 9.

Benedicti & Sororis vita ex utero illuminata.

Luc. 1. 41. & 44.

10 Decantatiſsima etiam eſt turris Megarenſium, quæ turris harmonica; quippe non ſecùs inſonaret ac Lyra; uti obſervat Pauſan. loc. cit. Cauſam deſignat Ovidius, 8. *Metamorph.* fab. 1. à v. 14.

Turris harmonica.

Regia turris erat, vocalibus addita muris,
In quibus auratam proles Latonia fertur,
Depoſſuiſſe lyram: ſaxo ſonus eius inhæſit.

Ovid.

Gratia per lyram deſignatur in ſacris. *Vocem* (ait Ioannes) *citharœdorum citharizantium in citharis ſuis.* Iam ergo gratiæ ex cithara habebat indicem, ubi corda exultabant in gratitudinis vocem: igitur iuxta Auguſtin. de *Tempor.* ſerm. 256. *Vox cantoris fervor eſt ſancti amoris.* Sol verus ex luce Dominus Ieſus, qui voces in infantium miſit cor, cui quidem ſonus eius inhæſit, dum in ventre genitricis illuminavit: ibi præſens affuit, quùm muſica ſonuit: etenim ſi erupère infantes in ſingularem harmoniam; ſignum profectò, in illis Solem depoſuiſſe lyram. Statuæ vocales ſunt, quippe ibi conſtitit Sol. Ibi cœleſtis gratia; ubi non tantùm vox, ſed etiam metrica. Præſentia Solis,

Apoc. 14. 2.

Auguſtin.

Benedictus & Soror per illuſtrantem gratiam dicere muſicam.

Signa primæve nova ſanctitatis.

Berthar.

Canit Bertharius in *Vita Benedict.* In utero næ præ illuminatione perfectum, quem pòſt inſtituerunt chorum. *In biſce enim geminis* (ait Hæſtenus *prolegom.* 14. *vitæ SS. Patriarch.*) *velut duas gentes, duplicemque in utero Abundantia portavit populum: Monachorum ſcilicèt & Sanctimonialium innumerabilem numerum, à duobus biſce S. Benedicto & S. Scholaſtica mundo cœloque propagatum.* Materno cluſi in utero chorum velut erexerunt; illoque formato primævam ſanctitatem indicarunt, aſtructà muſica ex conceſſa citò gratia: ſiquidem ubi infantium ita ſuavis modulatio,

Hæſten.

Inſtituerunt in utero chorum.

Credibile eſt, Phœbo didiciſſe magiſtro,

Ovid.

11 Minerva Sapientia plauditur, maximè quando in harmoniam redigitur. *Demetrius ſtatuarius* (inquit ex Plinio, *lib.* 34. *cap.* 8. Natalis de Comitib. 7. Mythol. cap. 16.) *Minervam vocatam Muſicam fecit ex ære: cuius in ſcuto dracones erant ita formati, ut ubi percuterentur, ſonum citharæ perſimilem emitterent.* In altiorem mythologiam rediguendus eſt ſenſus; ut conſtet, quanti habendus gratiæ

Nat. Com.

Dracones Minervæ Muſicæ.

tiæ sonus. In utero iacent infantes infecti felle draconis: naturà igitur filij sunt iræ, filij gehennæ, filij pœnæ. Hinc eximus plorantes in mundum, quasi lachrymis profitentes haustum venenum. Quod quidem vel Ethnici cognovere. Plin. Proœm. *lib.* 7. Plutarch. de *Pietate erga fratr.* Senec. ad *Polyb. cap.* 23. & *Epist.* 102. Ælian. 8. de *Var. histor.* cap. 14. & Lucret. 5. de *Rer. Natur.* à v. 224. Si auditur imbecillis gutturis cœlestis musica, adest profectò Minerva, quæ scientiam habet vocis, & disertos per illam facit infantes: plauditurque uti par est, artificium, dum auditur quasi impossibile canticum; igitur mirum, musicam edere in genitricis utero, qui debebant infecti lachrymari præ veneno. *Ubi percuterentur dracones, sonum citharæ persimilem in scuto emmitterent.* Iam metamorphosis facta, prolatà à puerulis musicà, & assistente Minervà: etenim si musica in matris utero, sanequàm ictus iam effugerat draco.

Cœlestis musica à gratia

12 Singulare alexiterium designat Theophrastus in morsum ac venenum viperarum, de quo aliqua dicemus, *Tautolog.* 10. *D.* 6. *n.* 11. Promit Ravisius Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 40. *Legitur* (ait) *in Theophrasti monumentis, viperarum morsibus tibicinem scitè modulantem adhibitum mederi.* Vipera originariæ labis mordet omnem hominem venientem in hunc mundum, morsuque vomit venenum. Huic obnoxia conditio humana, sed in musica expressa libertatis insignia: igitur cùm virus ingerat lachrymas (quoniam vel in exordio patet captiva libertas) dum in ictis veneno auditur modulis canticum, signum profectò iam expulisse venenum. Dracones & viperæ in scuto sunt cuiusque, ab humana confecta & infecta conditione. Aliquid singulare videndum in Sorore ac Benedicto, suffuso in animabus viperarum universali veneno; quoniam ante tempus draco percussus, ac in fugam actus, dum ab infantibus editum musicæ melos, utroque ostentante scutum in suavitate mirifica vocum: siquidem estò utrumque viperæ percusserint *in hunc mundum venientem*, non signarunt in hunc mundum exeuntem: innotuit perspicuò per auditam musicam, priusquàm exirent, collatam cœlestem gratiam: igitur quos venientes draco indeclinabilis dente virulento percusit; exeuntes Christus mirificè gratiâ datâ illuminavit. Moris erat Musicis priscis, gestare gemmam in ostentationem artis; ut observat Plinius, *lib.* 37. *cap.* 1. *Omnes musicæ artis hac quoquè ostentatione censentur.* Non artis hi dulcissimi gemini intendunt ostentationem, sed quid invenerint per musicæ artem: equidem *in peritia sua* (Raban. & Lyra: *in pueritia*) *requirentes modos musicos, & narrantes carmina*; facti *divites in virtute*, insolità vocum infantium harmoniâ: miraculum claruit, dum draco & morsus viperæ fugit: quandoquidem notum alternæ concentu musicæ, iam habere de cœlo, quanvis pupi, gemmam gratiæ. Biblia Antiq. aliter legit: *Imperitiâ suâ requirentes modos musicos.* Peritè & imperitè: aptè, respectu temporis ac respectu gratiæ: imperitia ætatis, & peritia virtutis, quo plus micaret prodigium, musicà infantium loquentium: igitur maius in commendationem perfectionis; peritos vocibus esse, quùm magis viderentur incapaces.

Musica in viperarum venena.

Textor.

Iam illuminati gemini, priusquàm orti.

Ioan. 1. 9.

Plin.

Eccli 44. 5.

Raban.

Bibl. Antiq.

Prior gratiæ gemma quàm appareret vita.

13 Astruat articulum Sapiens, dum Pharaönem suffocatum absorbuit gurges. Premebantur filij Israël sub tyrannidis iugo, sed pressa a Domino oppressio: involuti cuncti quidem vorticibus maris furentis, descenderunt in profundum quasi lapis. Qui salvi ex mari, cuncti Israëlitæ erupere in melos, quo Salvatoris plauderetur triumphus. *Decantaverunt Domine nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudaverunt pariter.* Hinc dicitur *Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est.* Summus utique triumphus, quo Deus apparuit magnificus & glorioſus. Elucet utique victoria inclyta, sed in grates alia à Sapiente spectabilior exponitur gratia. *Quoniam sapientia* (infit) *aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.* Magni sanè canticum, sed pluris æstimandum instrumentum: & dum canitur victoria, expeditè disserta signatur mutorum infantium lingua; quoniam victoria ita insignis, ut dicerent vel infantes. Sanè non mirum, quòd plauderent manum, potentiam victricem, quiqui ratione gauderent: insigne prorsùm, quòd qui vel loqui nescirent. Dei dicit victricem manum, ubi infantibus ante tempus confertur eloquium. Quænam ergo concordia inter hanccine Dei celeberrimam victoriam, & infantium, potentiam mirificam extollentium, disertissimam linguam? *Aliquos naturaliter mutos: loquendi tunc facultatem supernaturaliter accepisse* (inquit Dionys. Carthusian. hìc) *atque in quibusdam infantibus anticipatum linguæ usum.* Videsis etiam

Sap. 10. 20.

Exod. 15. 1.

Sap. Ibid. v. 21.

Victoria sublimis quâ dicunt infantes.

Dionys. Carth.

Alapide. Aurea sanè: victoriaque Dei insigniter plauditur, quùm usus linguæ pupis ante tempus gratis conceditur; quoniam concessa infantibus lingua, patebat cunctis in illos supernaturalis gratia: etenim si victoria decantanda, quoniam inimicum vicit; plus, quòd in victoriæ signum, voces infantiæ concederet.

Quid indicet in Benedicto & sorore linguæ usus ante tempus?

14 Victoria singularis nobis obijcitur, quùm puer Benedictus cum Sorore intra vulvæ septa clauditur. Summersus constat tyrannus, si à pupis plauditur triumphus. Unde trophæum? Ex modulamine vocum: supernaturaliter namque data loquendi facultas, igitur gratia fecit linguas infantium disertas: triumpho Dei mirificè plauso, ex concesso linguis usu; equidem haud infantium imperitia proferret in grates musicam, ni reportassent de peccato victoriam. Nunquàm magis victrix Domini manus, quam ubi animæ suffocatur inimicus; sub cuius dira tyrannide gemit etiam ab origine, exprimens fletibus captivitatem, quippe subivit tenebras ante lucis fruitionem. Benedictus & Scholastica exultant gaudio, in genitricis Abundantiæ carcere, utero. Gaudium illotunc in natura culpæ obnoxiâ, haud potest emanare nisi à gratia: victricemque manum Dei infantium declarat ex vulva metrica vox; equidem obærati nequaquàm canerent, ni culpam primam originariam vicissent. Infantes numerosè loquuntur, & alij nomen Dei decantaverunt: Iccircò dicitur, *Pariter*. Offerebatur plausui victoria & musica. Musica infantium, victoria Dei ex fractione vinculorum (annunciaverunt cœli Dei iustitiam, ut viderent populi infantium gloriam) pariterque in encomium palma victoriæ occurrit, & vox infantium aures suavitate percutit; quippequàm audientes ex triumpho puerorum vocem, eorum statim *laudaverunt laudem*. O quàm Ecclesiæ insignes, qui cognoiti scientiâ vocis! Omnes qui viderint eos, cognoscent illos. Musica per illos extensa ad claustra.

Victoriam de peccato cantant.

In utero exultant.

Ubi sup.

Laus illorũ laudata.

Psal. 105. 11.

Claudian. *Hanc tamen haud quisquam, qui non cognoverit ante,*
Inveniet.

O pignora clara, atque Occidentis pariter & Sol & Luna! Si maximi in matris thalamo, quanti & quales in lucis aspectu,

Idem. ——*Cùm matris onus Lucina beatum*
Solveret, & magnos præferrent Sidera partus!

Dicam ex Claudian. in *Panegyr.* Illorum Maiorum. v. 145. *Vita vestra abscondita cum Christo in Deo.* In Christo vita, quia per musicam innotescebat gratia: & vita abscondita, quia in matris utero cordium audiebatur musica. Cùm Christus apparuerit, vita vestra, & vos apparebitis cum ipso in gloria. Ergo corda nostra sursùm, ut cum illis cantemus *canticum novum*: novum sanè illustre canticum ex ore ac vocibus infantium, necdum lactentium. Mirabilia fecit Dominus, dum in his geminis claruit præpropera virtus. Pulchrè pulchra Philomelæ carmina, apud Famian. Stradam, *lib.2. Prolusion.6.* de fidicine & luscinia:

Coloss.3. 2. *Eorum vita quomodò abscondita?*

Psal. 97. 1.

Miraculum infantium necdum lactentium.

Miratur fidicen parvis è faucibus ire
Tam varium, tam dulce melos, maioraque tentat.
Ex inopinato gravis intonat, & leve murmur Strad.
Turbinat introrsùs, alternatique sorore:
Usque adeo & tenues animas ferit æmula virtus.

DIDASCALIA III.

Magni refert, ferre magna.

1 SEntentia est Novarini in *Umbra Virgin.* Excurs. 99. num. 913. Gloria enim etiam surgit ex pœna, uti ex certamine glorioſa victoria. Unde vel vulnerum cicatrices cedunt invitè in venustatem corporis: magnique refert ferre magna, quippe quæ lata atque perlata, decora. Dicit vel Ethnicus *Satyr.16.* v.57.

Novarin.

Cicatrices vulnerum, sunt virtutis testimonium.

——*Huc labor æquus* Iuvenal.
Provehit, & pulchro reddit sua dona labori.

De matre Samuelis dicitur: *Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte.* Cœlum homines quasi ad ubera lactat, dulcedinem torrentis voluptatis demonstrat: sed intendit lactatos ad se trahere, & illos illuc ascendere; quod obtineri nequit sine labore: & quos spe felicitatis lactavit, persecutionibus ab uberibus removet; ut possint tutò gustare dulcedinem, patientes propter cœlum persecutionem: siquidem amplior in usum dulcedo, ubi vehementior in laborem persecutio. *Ingens mali pompa est* (inquit Stoicus *Epist.* 14.) *ferrum circa se & ignes habet, & catenas & turbam ferarum, quam in viscera*

1.Reg 1.23

Gloria surgit è pœna.

Senec.

va immitat humana. Cogita carcerem & cruces & eculeos & uncum & adactum per medium hominem, qui per os emergat, ſtipitem; & diſtracta in diverſis actis cruribus membra; illam tunicam alimentis ignium & illitam & intextam; & quicquid aliud præter hæc commenta ſævitia eſt. Plus proficiunt: etenim nunquam videbit mundus in caſu virtutis caſum, ſed trophæum. *Cauſa illis vivendi fuit, fortiter mori*: dicit Philoſophi pater, *Suaſor.* 8. Clara utique ex tot laboribus ſurgit victoria, qua pro morte immortalis oritur vita.

Marc. Sen.

Pulchramque petunt per vulnera mortem.

Virgil.

2 *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate*: inquit Gentium Doctor, quod quidem difficulter percipitur. Viſio conſtat, inſtrumentum cognitionem ſtimulat. Si ſpeculum in viſionem, ineſt præſentia lucidæ claritatis; ſi ænigma, involucra confuſionis; nectitque Paulus in felicitatis ſignum, tam ænigma, quàm ſpeculum; quippè gloria, quæ in Empyreo quaſi longè cogitatur, in Eccleſia militante quaſi in ſpeculo videtur. Plaudit quæ militat (ambulans per fidem, non per ſpeciem) Eccleſiam glorioſiſsimè triumphantem: & ut deſignet in conformationem conformitatem ad cœlos; hìc

1. Cor. 13. 12.

Eccleſia militans ſpeculum triumphantis.

Ovven.

Servator mundi pronuntiat octo beatos.

Merita in haccine flebili vita videntur clara: quaſi id ænigmate præmia; quippe gradus ad felicitatem, confuſionis involucra: igitur dum cogitatio beatitudine lactatur, intellectus contradictione cogitationis amittitur. Planè ænigma, mundi bona miſſa facere, & habere, ridere & plorare: poſſeſsio & ſimul ſpes: perſecutiones & pax: dolor & gaudium, ac denique mundus cœlum: videturque nunc claritas cœli in harum contrarietatum confuſione; quoniam quouſque adveniat gloria, gloriæ laborum latentis non percipietur ænigma; tunc igitur cognoſcent immortales, qui mortales, infelicitate paſsà, nonnunquàm fuiſſe felices. *Hoc ſpeculum humanitas Chriſti eſt*: infit Alapid. Humanitas Chriſti quæ paſſa! quæ non paſſa! Pertulit gravia & indigna: at glorioſè in cœlis regnat, per quæ pertulerat. Ænigma eſt felicitas & infelicitas: huiuſque ænigmatis ſpeculum exponitur Chriſti humanitas; ut cognoſcatur quaſi latitans gloria, occurrens in gloria larva gravaminis pœna: etenim in laboribus inveniet felicitatem, cùm mortale hoc induerit incorruptionem.

Cur eius operationes dicantur ænigma?

Alapid.

Chriſtus ſpeculum patientiæ & gloriæ.

3 Veſtæ olim templum rotundum, in quo ignis perpetuus, cui præërant Virgines, à Numine dictæ Veſtales. Solium Deæ ſuſtinebant Leones: boves coronati apponebantur victimæ, & miniſtri aderant ſacerdotes vulnerati. In culmine templi Virgo erat efficta, quæ ulnis infantem continebat. Vide Vincent. Cartar. in *Magna-Matre*, fol. 152. Veſta ignem cœleſtem deſignat: unde Ovid. 6. *Faſtor.* v. 291. canit:

Templum & ſacra Veſtæ quibus inſignibus?

Nec tu aliud Veſtam, quàm vivam intellige flammam.

Ovid.

Viva flamma, qua flagrant corda, eſt ignis charitatis, de cœlo in pectora deſcendentis; ut in mundo lapidibus vivis efformetur templum Dei, quo fulgeat rutila divina lux. Leones Apoſtoli, boves Martyres candidati, miniſtri (ſponte vulnerati) Confeſſores, inclytæ ſeſe ſuperantes Virgines, quibus Maieſtas Domini implet domum, Eccleſiæ Militantis myſticum templum. Unde cùm Eccleſiæ decor ſit, nunquàm ſatis celebrata, Deipara (à qua maximè Olympi atque mundi gloria) deſignatur & meritò pro coronide Virgo virginum mater in culmine templi. Accedamus propoſito. Chriſtus *aſcendit in montem*, ut notam faceret hanccine ignotam latitantem beatitudinem. Per labores in montem acclivè aſcenditur: quò magis audax aſcenderit, elevatur: igitur quæ videtur facie afflictio; non afflictio, qua aſcendens proprior eſt cœlo. Quinam mons hic quò aſcendit Ieſus, ut novam doctrinam prædicaret, inquiritur à DD. Hieronym. hìc infit: *Putamus eſſe Thabor.* In hoc monte transfiguratus eſt Dominus; ut hominibus ſuum corpus oſtenderet eiuſdem naturæ & alterius gloriæ: & in eodem loco gloriæ felicitas demonſtratur, quò labor gravis huius vitæ prædicitur; quoniam gloria, quam fugit fragile pectus, abſconditur in laboribus.

Cuius Symbolum?

Matth. 5. 1.

Hyeron.

Gloria in labore.

4 Aſtruit N. Sator & Redemptor. *Beati* (infit) *qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Perpenderis *Eſt.* Erit, quippequàm in gloria atque cœlo pœna nulla: qua ergo lege præſentem Chriſtus demonſtrat felicitatem, ſimul deſignans præſentem perſecutionem? An quia felix afflictio, præſente cœlo?

Verſ. 10.

—*Sic me ſublimis agebat*
Gloria, nec duri tanto ſub teſte labores.

Stat.

Dicebat Achilles apud Statium *lib.* 2. verſ. 438. *Erit*, non *Eſt*, dum perſecutio fit.

Sedul.

His mox Regia cœli.

Canit Sedulius, *lib.* 1. v. 597. Quomodò tunc & ſtatim totius beatitudinis ſplendor, ſi tunc maximè de afflictione dolor? Signat mons, in quo glorioſus Ieſus. Illam gloriam ſecum Dominus habebat, ſed latitabat. Aliquando Diſcipulis gravia paſſuris oſtendit, ut in labores blandè lactans alliceret: dicitque gloriam tunc diſcipulis laborantibus eſſe; ut in ſe videant quod viſum in eius transformatione: equidem quicquid gloriæ in regno cœlorum lucet, in perſecutione pro beatitudine latet.

Qua arte?

Apoc. 1. 9. 5 *Ego Ioannes* (ait Evangeliſta) *frater veſter, particeps in tribulatione & regno & patientia*; ut quæ continebat ſub umbris Apocalipſis, nota Dei faceret ſervis. Videtur utique totum paradoxum, dum nullum diſcrimen inter pœnam & regnum. Quodnam enim qualeque regnum habet, ſi tribulationem ſubſtinet? Regnum profectò ſedes maieſtatis, gloriaque fauſtè ſedentis: quomodò igitur tribulationis participi, datur tunc maieſtas throni? Occulitur næ in tribulationis ærumnâ totius ſedis maieſtatis gloria. Modò non unà tribulatio ac regnum; gaudium eſſet proculdubiò futurum: ſignatque regnum cœlorum coràm ut præſens, dum tribulationis particeps; quippequàm beatitudinis inſigne in ipſa tribulatione. *In patientia* addit, ut regnum ex perſecutione demonſtret: equidem ſi Regis regnique inſigne corona; laboribus ac paſsione efformatur à patientia. Cauſam promit Apoſtolorum Princeps. *Gaudete* (inquit) *communicantes Chriſti paſsionibus, ut in revelatione gloriæ.* Sequitur triſtitia dolorem, in mortificationem carnis: gaudium verò beatitudinem, ex participatione cœleſtis optati luminis: gaudiumque patet in paſſionibus, quæ attigunt; quippe paſsiones in mundo uti gloria revelantur. Hinc idem dicit: *Poſteriores glorias.* Eſt gloria in cœlo, & etiam eſt gloria in mundo. Hæc prior, illa poſterior: poſterior in beatitudine, quia prima in tribulatione; & quæ ſervantur virtute paſſuris, deſignat Petrus uti glorias poſteriores; quoniam completæ in cœleſtibus, quæ gloriæ revelabantur in ipſis perſecutionibus. Inchoatur gloria in hac vita per ictus & vulnera adacta. Alia in Cœleſtibus completa æternæ felicitatis.

Beatitudinis inſigne in ipſa tribulatione.

1. Petr. 4. 13

Cap. 1. 11.

Iuvenal. —*Merces hæc ſanguinis atque laboris.*

6 Aſſertor N. uti novus cœleſtis in terra homo, nova mandata dedit mundo. Mundus non cognovit, & felicitatem àb illo ſignatam ridet. O infauſta conditio, quæ nec ſapit, neque reſipiſcit malo!

Læta malo, nimiùmque potens, perituraque amantis
Obſequio. Ovid.

Alia à Chriſto deſignatur in felicitatem ſemita: cæcis voluptatibus ignota; ut homo non pereat, ſed vitam æternam habeat: equidem dum videtur oculis inſipientium miſerè mori, tunc vel moriens, feliciter eſt in pace; quia dum perit, videt occultam illuduſque miram gloriam, quam mundus inſanus æſtimabat inſaniam. Octo gradus felicitatis ſignat mundus, uti alibi dixi ex Ariſtotele, 1. *Rhetor.* cap. 5. Chriſtus ſeſe gerit ut Sol Iuſtitiæ.

Octo mundi beatitudines.

Sol ſemper rapido currit contrarius orbi. Ovvem.

Vitæ etenim noſtræ veteri in vitijs enutritæ, contrarietatem oppoſuit novitatis ſuæ; ne uti cancris videatur iter rectum, devium prorsùs & in præcipitium. Iccircò Salomon inquit: *Dedi cor meum, ut ſcirem errores & ſtultitiam*, quærens in mundo miſerabili gloriam: igitur intendens in vanas, futiles felicitates, ſeſe dedit præcipitem & ſtultum in errores. Unde quæ carnis apparebat lenocinium, in exitu voluptatis ſtultiſsimum gaudium; ut conſtaret qualia gaudia, quæ vel cupienti atque ſaturo videbantur ſtultitia. Bona mundi divitiæ & opes. Bona vera, & perſecutio & pauperies, quippe vera bona cœli & bona in cœlum. Ita proponitur: *Beati pauperes*: etenim in cœli divitias, non divitiæ, ſed voluntaria paupertas. Beati in mundo iudicantur qui poteſtate iniuriarum ultores; ſed neſciunt felicitatem, quia *Beati mites.* Inter cætera ſæcularia bona, ſignatur vita iucunda: verùm nec iucunda placent; quoniam in hilaritatem duntaxàt *Beati qui lugent.* Corporis commoda mundani inter delicias oſtendunt; cæterùm verè *Beati*, qui *eſuriunt* & cœlum *ſitiunt.* Haud homines eiuſdem conditionis cognoſcunt homines pauperes; ſed ſe & illos cognoſcunt *Miſericordes.* Beati in mundo cenſentur ex prolis fœcunditate: *Beati* prorsùs ad cœlum, qui *mundo corde.* Inter glorias deauratas celebratur virtus in contentionis certamine: gloria falſa; quia ſolùm *Beati pacifici.* Denique æſtimantur ut felices, in alios per fas & nefas exercentes poteſtatem: verùm profectò *Beati, qui propter iuſtitiam patiuntur perſecutionem.* Illa bona mundi: en in mundo bona cœli. Sol

Ecel. 1. 17.

Felicitas mundana labor & error.

Octo beatitudines ſpecie infelicitis, & his oppoſitæ.

ſem-

ſemper rapido currit contrarius orbi. In mundo habentur qui vere beati, *in ſimilitudinem improperij*. Non demonſtrant improperij veritatem, ſed tantùm ſimilitudinem; quoniam vitæ cœleſtis vera permanſura gaudia, quæ illis ſtultis videbantur improperia. *Illud gaudium quod Deos, Deorumquæ æmulos ſequitur* (inſit Seneca, *Epiſt.*59.) *non interrumpitur, non deſinit: deſineret, ſi ſumptum eſſet aliundè: ſed quia non eſt alieni muneris nec arbitrij; quod non dedit fortuna, non eripit.* Oppoſitum iter habet gratia, quod carpit fortuna. Felicitas mundi infelicitas eſt: infelicitas averſa, dextra aſcendentibus ſors: igitur uſque in cœlum pervenitur infelicitate felici, mundo arbitrante, uſque in ima deſcendere.

Sap.5 3.

Gaudium cœli verum gaudium. Senec.

7 Occurit celebris Antilogia. Matthæus, cum Chriſtus aſcendiſſet in verticem montis; aſtruit octo expoſuiſſe beatitudines: Lucas verò aſſerit protuliſſe, cum deſcendiſſet de monte. *Deſcendens ſtetit in loco campeſtri: & elevatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat, Beati pauperes, &c.* Varia dicunt Expoſitores, & viciſsim contradicunt: verùm, ni fallor, expoſitio facilis. Bis igitur, ſemperque diſcipulos alloquens, beatitudines expreſsit. Semel in monte ſedens, & illis ſolis: denuò coram omnibus, cùm de monte deſcendiſſet: ſic verùm utrumque. Ergo in tropologiam. Cur ergo à Luca deſcenſus Chriſti & aſſeclarum deſcribitur, & ab alio Evangeliſta aſcenſus econtrariò deſignatur? Matthæus deſcribit, quod videbatur diſcipulis Salvatoris: Lucas verò quod videbatur turbis. Quod Salvator loquebatur, diſcipulis placebat, uti gloria: turbis autem diſplicebat ut ignominia. In hoc mundo felices haud contemplabantur aſcenſum, quod erat ſummum perfectionis faſtigium: ſublimes propter elevationem virtutis, videntes plenos laboris, arbitrabantur deſcendere, imo ignominiosè cadere: & quod mundo uti deſcenſus videtur, tanquàm gradus & ſcala in aſcenſionem exponitur; quoniam deſcenſus, in probra & abiectionem proclivis, eſt aſcenſus & volatus in cacumen perfectionis. Mundus non ſequitur beatitudinem, ſed beatitudinis fucatam ſpeciem. Conſiderat in voluptatibus roſam, non delitiarum ſpinam, ita exercens in & ex affectionibus; ut delitias putet amens eſſe ſub ſentibus. Paſsionem præ dolore non noſcit, niſi paſsionem; cùm paſsio doloribus diſponat felicitatem: equidem ita nexus felicitatis cum doloribus acerbitate paſsionis; ut unà aſcendat in gloriam: quiſquis procedit in perfecutionis pœnam.

Matth.5. 1. Luc. 6. 17. 20.

Mundi velamen aſcẽſus in perfectionem.

8 Iamiam paſſurus, amore libertatis generis humani allectus, cuius redamationis enixim ſatagens, dixit poſt cœnam Ieſus mœſtis diſcipulis ſuis: *Si diligeretis me, gauderetis utiquè, quia vado ad Patrem.* Q. d. ſubdit Alapid. *A miſeria & contemptu vado ad divinam felicitatem, exaltationem, honorem & gloriam.* Difficile prorsùm, cùm vadat ductus amore in patibulum, in flagra, in acerba tormenta, in mortem & mortem crucis: quomodo igitur vadit in honorificam gloriam, ut exaltetur culmine felicitatis? Quia in huiuſmodi acerbitate pœnarum latet gloriæ gaudium plenum. Honor, beatitudo & exaltatio, in exaltatione, felicitate, honoreque videtur à mundo. Miſerè ſpecie ſenſibili fallitur, quippè ſpecie non videtur, ubi in adverſis abſconditur. In cruce patebat dedecus ignominioſæ paſsionis: in Patre micabat exaltatio humanitatis: vaditque Chriſtus in honorantem Patrem, procedens in crucem & in paſsionem; ut mundus cognoſcat ubi vera felicitas, & felicitatis falſitas: equidem vera maieſtas in abiectione, honor in humilitate, exaltatio in dedecore, gloria in pœna, felicitas in ærumna. Ad gloriam iter eſt, quando proponitur crux: igitur ſi in cruce acerba cuncta cruciamina, in dextera Patris honorifica gloria: ex cruce enim gloriosè exaltavit filium; quippe per crucem iter patulum in cœlum. Haud Chriſtus dixit, per crucem tranſire ad Patrem; ſed adire Patrem, aſcendens in crucem. Primum erat, pòſt triumphum nanciſci præmium. Secundum, præmium abſcondi in ipſo crucis certamine: & connotans meditanter tormenta crucis, dicit aſcenſum ad Patrem; quia honor futurus in maieſtatis ſede, occultus latebat mirè in ipſa crucis paſsione.

Ioann. 14. 28. Alap.

Quæ videtur paſsio, eſt gloriosa beatitudo.

In cruce gloria.

9 Inſtat eodem ſermone in cognitionis propoſitum, inſtruens illorum animum, ut ſequantur exemplum. *Pater* (ſubdit) *quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum; ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi.* Cuncta ſanè nodis plena, ſed delicanda. Sui cum illo ſunt, & ibidem, ubi eſt: ubi eſt, & ſecum habet, claritas à Patre habita ſanequàm videri nequit; maximè procedente illo in paſsionem: quam ergo

Cap.17.24.

go discipuli à genitore datam sunt visuri claritatem? *Non dicit, Ubi ero, sed Ubi sum* (inst Caietan. hìc) *significans felicitatem à loco. Est enim sensus: ut in qua felicitate sum ego, in eadem beatitudine sint mecum felices.* Intendite. Cœlum est felicitatis locus, passionis mundus. Si Christus mortem tunc passurus in mundo, quo pacto illotunc erat in cœlo? Ex claritate felicitas: & in ipsa passione signatur eximia claritas; quippequàm tota claritas gloriæ in ipsa patienda cruce. Volebat Magister cœlestis felicitatem communicare discipulis: claritatemque designat cuncta tormenta passionis; quoniam si ex claritate cognita cœlestis gloria, latebat prorsùm amplissima inter tormenta. Secum desiderabat habere in beatitudine, quos secum habebat ex societate. Secum habebat, & secum in gloria non habebat, quousque pro illo paterentur: & passiones passuris proponuntur sub nomine claritatis; quippe gloriam ignorabant, quæ latebat in tormentis. In mundo est, alloquiturque dilectos, quasi in mundo non sit. In pœnarum acerbitate totum pondus inest gloriæ: & mundum ubi est, & patitur, non dicit mundum, sed cœlum; quoniam si in cœlo beatitudinis claritas, gloria coruscat per illatas pœnas.

Caietan.

Et gloriæ claritas.

Gloria summa ex summa pœna.

10 *Ut videant claritatem, quam dedisti mihi.* Quæ data claritas? Data à Patre claritudo, per crucem erat totius generis redemptio; diciturque quasi in summa plenitudo paternæ claritatis, pati ac mori in ligno crucis; igitur ibi totius cœlestis claritatis gloria, ubi mundo videbatur plorabilis ignominia. *Ut* per passionem *videant*. Contraria sanè: sed minimè. *Ut videant*, & veram beatitudinem cognoscant: etenim si cordi est felicitatem videre; cœli claritas & gloria revelatur in passione. *Ubi ego sum*: dicit Christus: idest, ubi mox futurus. Adisis Agustin. *tract.* 111. in *Ioann.* Significat felicitatem à loco, & simul obijcitur crucis passio: præsensque dicitur nunc, ubi mox futurus est; quia si futurus in gloria & futurus in cruce, idem profectò æternæ felicitati: quandoquidem nihil discriminis inter gloriam in cœlo, ac passionem in mundo; nisi quòd in cruce occulta, & in cœlo claritas ex passione manifesta. *Ubi sum ego*, ibi discipuli sint. Alibi sanè designat locum, dum assectas habet secum. Gloriam notat, ubi est, quin obstet futura crux; etenim si habuerint in mundo crucem, cœli simul habebunt felicitatem.

In qua occulta claritas & felicitas.

11 Dicit dispulus dilectus, quùm iam in astra ascendisset Christus. *Sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo.* Absurda videtur apodosis, dum Christus regnat in cœlestibus glorioſus, & Ioannem habet miserabilis mundus. Si in mundo Ioannes est, non ergo erit sicut ille, qui tenet culmina cœli. In cœlo est gloria, non passio: si patitur Ioannes hìc, qua erit specie ut Christus in cœlo est? Quippe patitur: Christoque regnanti perpessione confertur; quia qui patitur in mundo, regnat glorioſus in cœlo. Verùm quomodò, si in gloria non datur nociva passio.? Sanè cùm Deus absterserit omnem lachrymam, quiqui in cœlo nullam possunt pati pœnam. Non est clamor, neque dolor. In cœli fruitione non est pœna, sed in mundi pœna est gloria: Ioannesque patiens in mundo est sicut Christus in cœlo; quia Ioannes habet gloriæ splendorem in pectore, quem Salvator toto corpore. Claret. *Sicut ille est.* Syr. *Sicut ille fuit.* Sicut ille fuit ita & nos. Sicut ille fuit, & nos sumus. Sicut? Ita. Glorificamur, cùm passiones sustinemus. Sumus sicut ille fuit in corpore, vel mortificatà carne, ut in ipsa micet occulta laboris claritas, & cœli tota felicitas. Unde licèt præsens crux, sumus sicut ille carne passibili fuit; quoniam dum Christi corpus in acerbissima pœna, erat anima carnis in summa gloria. 1.Ioann 4. 17.

In cœli gloria non pœna: sed in mundi pœna est gloria.

Syra

12 Modò intelligitur testimonium obscurum Doctoris Gentium. *Omnes quidem resurgemus* (inquit) *sed non omnes immutabimur. Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Quo pacto dum corpus in resurrectione assumitur, Paulus immutabitur & non immutabitur? Per gloriam fiet immutatio: cur igitur nulla in Paulo, si glorioſa resurrectio? Quia pridem obtinuit per tribulationis crucem, quod pòst nacturus per carnis resurrectionem. Fit carnis, seu corporis immutatio, quùm gloria carni conceditur; Paulusque resurrecturus verè immutabitur & non immutabitur: immutabitur, quia gloria in carne apparebit: non immutabitur, quia ante gloriam habuit: etenim surgentis in portione apparebit terreà, quæ gloria in carne viventis oculebatur in anima. Ulteriùs: *Si consurrexistis cum Christo*, alibi dixit. Ecce nodus. Quomodo *Omnes*, resur- 1. Cor. 15. 51.

Et gloria in gloriam.

Coloss. 3. 1.

surrectione factà, *resurgemus*? Non est post resurrectionem resurrectio, sed est gloriæ declaratio: igitur cùm in resurrectione corpori donetur gloria, illudque patiatur pro Christo in mortali vita; quando passionem ac dolorem gloriosè sustinet, est illi quasi surrexerit. Hinc eius gloria confertur resurrectioni; quia gloria superventura latebat in eius carne. *Super-ventura.* Venit utique, si superveniet: aliter non esset *Super. Quasi intùs iam manens, sed nondùm apparens*, inquit Bernard. de *Præcepto & dispensat.* cap. 20. num. 60. Superveniet sanequàm, & habetur, quoniam in resurrectione revelabitur. Perspicuò textus. *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursùm sunt quærite.* Si ex resurrectione emanat gloria; gloria quæ sursùm, tantùm quærenda. Hæc abest: quæ deorsùm, homo iam possidet. Quænam ergo gloria deorsùm, & gloria sursùm? Eadem cœli, quæ in carne, etsi discreta à status mortalitatis conditione. Gloria sursùm est frui, deorsùm gloria, summa pati. Sursùm, dum gaudet; deorsùm, quandiù corpus sustinet: etenim quæ gloria sursùm micabit resurrectione; eadem deorsùm abscondebatur in carne.

Bernard. — Ibid. — *Quæ gloria sursum, & gloria deorsum?*

13 Alijs terminis ad Timotheum Paulus exponit, *Reposita est mihi corona iustitiæ*, ait: Corona iustitiæ, idest, gloria. Estnè gloria gratiæ, ut designando gloriam, dicat coronam iustitiæ? Sanè, & magna; quippe in vita mortali pretiosior gloria. Est profectò gloria, qua homo potitur; sed æstimabilior, quia homo patitur. Non est meritum in gloria, sed in gratia: gloria per gratiam acquiritur: & est gloria gratiæ, dum gratia gloriam meretur; ut constet gratiæ pretiositas, sine qua non habetur illa felicitas: etenim si sursùm est corona iustitiæ, gloriâ potiri; deorsùm in gratiâ datur gloriâ merendi. Iccirco Paulus gloriatur *in tribulationibus.* Quò diriores sustinet, eò plus de merito gaudet: equidem ut frui possit; maior gloria posse pati, quàm posse frui.

2. Tim. 4. 8. — *An maior gloria gratia merendi?* — Rom. 5. 3.

Felices habitura neces, ubi gloria pœna est,
Et cadere est ortus, complectens munera vitæ.

Arat.

Ut canit Arator, 1. *Act. Apostol.* v. 589.

14 Modò scrutemur in voto Moysis, quid magis placitum cœlis. *Si inveni gratiam in conspectu tuo* (dicit Domino) *ostende mihi faciem tuam*: idest, *Ostende mihi gloriam tuam.* Ibid. v. 18. Tunc Dominus: *Invenisti gratiam.* Haud cathegoricè proceditur in prece atque concessione. Gratia promittitur, dum ostensio gloriæ poscitur? Cum gratia sunt multæ crebræque possidentis anxietates: longè à gloria vel nomen tribulationis. Cur igitur si à Moyse petitur gloria, à Domino conceditur duntaxàt gratia? Ut à poscente habeatur gloria plenissima. Gloria quæritur in fruitionem; gratia in dilecti charitatem. Gloria in felicitatem videntis: gratia in fidem & charum pignus amoris. In gloria dilecto diligens fruitur: in gratia prò dilecto diligens patitur. Gloria plenissima est, qua & acquiritur meritum, & non expellitur gaudium: unde pro gloria, petenti confertur gratia; ut sit plenissima gloria: equidem si plenior, posse pati, quam posse frui; plenius accipit quod petit. Plenius utique Moyses fruitur, quod sub nomine gloriæ denegatur: igitur plus in beneficio maiori, ex ipsa gratia data gloria merendi. Haud alia de causa Dominus mulcens servum, & cedens voluntati & voluptati; *Ego* (infit) *ostendam omne bonum tibi.* Bonum utique gloria; verùm omne bonum gratia: etenim in gloria gratiæ, passionis meritum invenitur in mundo, quod dono gloriæ non invenitur in cœlo.

Exod. 33. 13. — Vers. 17. — *Cur plenissima in gratia?*

15 Dilucidat ingeniosè Achilles Bocchius *Emblemat.* 49. depingens unà & Victoriam & Patientiam: equidem homo nisi ex gratia per patientiam, haudquaquàm in cœlo nanciscereturvictoriam: daturque maior gloria in ipsa gratia; datur patientiæ favore, in vita mortali pro immortalitate vitæ; siquidem simul conceditur pati posse, & posse frui. Haud pavet patientia stridore catenarum, quæ tractivus gravioribus ampliorem efformat triumphum. Catena eminet & imminet, sed unde & qualis catena! Quæ appensa collo, etiam est appensa cœlo. E cœlo descendit, cùm patiens colla summittit. Succinit qui dudùm ibid.

Patientia unà cum Victoria. — *Cur labor dicitur catena cœlestis?*

Hoc tibi dulce iugum est: iuvat huic mea subdere colla,
Aurea quod cœlo missa catena regit.

Achill. Bocch.

Si catena iuvat, minimè pondere gravat: igitur nullam quit habere ex pondere gravitatem; cuius pondus in dulcedinem. De doloribus causarentur qui nescirent gloriam, duntaxàt sentientes dolorum pœnam: verùm qui gratiâ patiuntur, quæ sentiunt, minimè sentiunt: etenim catena de cœlo haud datur, ut collum opprimat; sed ut corda sursùm regat, & quò pendet illa dirigat. Iuvat onere: affigiturque cœlo, ne qui pressus possit cadere: quan-

Vincula pro Christo suavia.

quandoquidem longè distat à lapsu, qui inter catenas patiens figitur cœlo. Plus hic spiritu alligatur, quàm ferro supprimitur: igitur quod videtur collo vinculum, trahit patientem usque in cœlum.

Senec. *Ferte fortiter* (dicam ex Seneca, de *Provident.* cap. 6.) *hoc est, quo Deum anteceditis. Ille extra patientiam malorum est: vos ultra patientiam.* Nil mirum, si ultra patientiam feruntur gravia, quòd in cœlestibus describatur victoria.

16 Vidimus catenam, sed nescimus qualem, in oppressi beatitudinem. Stanti in mundo mittitur catena de cœlo. Catena sanè decoris, & in signum certaminis precio & acceptione iudicis: siquidem par erat, quòd à Christo acciperet solidè auream, qui pro illo mortem usque tulit ac pertulit ferream. De-

Ioseph. Aggripa refert Ioseph lib. 19. *Antiq.* cap. 5.

Catena Agrippa. *Catenam auream à Caio donatam, pondere parem illi ferreæ, quæ regias manus vinxerat, monumentum adversæ fortunæ mutatæ in prosperam, suspendit in Sacrario.* Si qui crudelis, gratus divitias velut effudit pro amicis; quid pretermittet Imperator cœlestis? Nec oculus vidit, nec auris audivit, quæ bona se diligentibus in Empyreo præparavit. *Sempiterna sunt, secura sunt,*

D.Thom. *plena sunt*: ait Angel Doctor in *Psalm.* 5. Quàm dilecta! Quàm diligibilia! Crucius, in *Psalm.* 83.

Cruc. *Conspicienda tui quàm sunt tentoria tẽpli!*
Æthereas alacri vix fero mente faces.

Par pari reddit, qui cuncta fecit in pondere? Minimè. An quod in mundo ferreum, erit aureum? Ultra procedit, quod

Beda. nescit nisi qui & videt. *Pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna*, inquit N. Venerabl. Beda, serm. 18. de *Sanct.* Magni nostra interest, ubi Gloriosus Benedictus monet:

S.Bened. *Persecutiones pro iustitia sustinere*: cap. 4. *Regul. S. instrument.* 33. igitur magna in cœlo glorificatio, quæ videtur gravis in sæculo persecutio. Festinemus ingredi in illam requiem, etsi per ignem; equidem cùm magni sit, pro Christo ferre magna; suscipiuntur ab illo maiora, qui ob præmia nostra ex patientia laboris.

Iuvenal. *Tormentis gaudet amantis.*

DIDASCALIA IV.

Locus non sanctificat hominem, sed homo locum.

1 AIt Gratianus, *Distinct.* 40. cap. *Multi.* In professores perfectionis invehitur, fallentes semetipsos, quasi species perfectionis constitueret perfectos; cùm constet omninò deficere à pretiositate veritatis, ubi duntaxàt ex sanctitatis habitu futilis micat species.

Quod extra verum, falsum est: Menand.
Inquit Menand. in *Hymnide.* Opus astruit, unde verus aut falsus innotescit: igitur *Virtus apparens est apparentia virtutis.* institui deficiente opere, quo veritas confirmatur instituti; arguetur vel rutilo velo fucatæ, insidiosæ falsitatis, quicquid extra veritatem inseritur perfectionis. Iuxta Angel. Magistr. 2. 2. *quæst.* 186. D. Thom. *articul.* 1. *Religio est status perfectionis acquirendæ.* Ergo ubi in statu non acquiritur perfectio, duntaxàt habitus erit apparens Religio: Religioque tantùm ex apparentia, non Religio sed figura. *Ex pristinis moribus nihil abijciunt* (ait Prosper Aquitan. de *Vita contemplativ.*) *quia* Prosper. Aquit. *scilicèt non mutantur mente, sed veste, non actu, sed habitu; non opere, sed sermone. In Religione enim sæculariter vivunt: opinionem virtutis pro virtute quærunt: prædicant magna, nec faciunt: accusant vitia, nec deponunt; & publicè sibi displicere simulant, quod occultè committunt.* Unde cùm apparentia sit falsa, & virtutùm specie deaurentur vitia; dum virent, dum rutilè florent, sunt quod sunt, & non quæ apparent. *Perpera in Religionem vocatio.*

2 *Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte*: dicitur de genitrice Samuelis. Aliter contingit in sæcularibus Monachis, servantibus sæculo fidem, ac foventibus vitia per Religionis speciem; *de quorum omnium miserrima conversatione, melius silere, quàm loqui*: ut infit S.Bened. SS. Gloriosus Patriarcha N. *Regul. Sanct.* cap. 1. Illa lactat, quousquè ab ubere removeat: hi etiam lactati, sunt ab ubere remoti: equidem cùm separent vitia, quantumvis adsit corpus intra claustra; apparent habitus specie Monachi, quia separantur ad lubitum, etsi lactentur à matre. Appositiùs. Est duplex apostasia, mentis, seu voluntatis, & etiam corporis. Corporis, dum à matre separantur: voluntatis, ubi 1.Reg.1.23 *Qui Monachi apparentes?*

ubi perfectionem fugiunt. Monachum constituit perfectio, & non corporis lactatio. Constituit opus, non habitus: & quùm habitu religiosos se dicunt, sese specie Religionis fallunt; siquidem minimè Monachi, quia sunt cum matre. Locus haud sanctificat, sed virtus locum illustrat; ut nequaquàm quia in habitu & monasterio, Monachi celebretur constitutio. Plutarch. *Neque enim Philosophos* (inquit Plutarch. de *Iside & Osirid.*) *promissa barba, clea & læna facit; neque stola linea Isiacos & rasura; sed circa Deos præcepta.* Non formantur loco, aut habitu: ab his signa, non perfectio, quæ pendet tantùm ab animo: etenim cùm in virtutis habitu solùm formentur virtute; Monachi erunt, quandiù fuerint Monachi.

3 Cuncta quasi in exemplari in Samuelis videntur dedicatione, tam ex cura genitricis, quàm ex indole lactentis. Lactavit filium Anna, donec à lacte amoveret, ut quod voverat constaret; quo innuitur, quale ad Religionem in magisterio infantium debet esse propositum: igitur post lactationem à se removet, quem animitùs diligit; quippequàm minimè nutrix in disciplinæ lactatione sibi, sed duntaxat Religioni. *Senior ei talis deputetur* S. Bened. (subdit Glorioſus Benedict. d. *cap.* 58.) *qui aptus sit ad lucrandas animas*: hic scopus, & hoc opus, dum amotione traditur Religioni, quem lactavit ubere disciplinæ: siquidem præ delicijs, animæ non obtineret salutem; modò lactaretur infans duntaxàt in lactationem. Lac à matre accipitur, ut nutriatur: non nutritur, ut lactetur: equidem cùm in ardua, asperaque debeat tendere, qui in Dei obsequium mancipatur Religioni; minimè accipiendus, qui ingreditur ut nutriatur, nec nutritus ut lactetur: quippequàm qui lactatur ut lactetur in Sanctuarium, tantùm nutritur in corruptelam morum. Hinc mater convivium celebrat, quùm filium à lacte amandat; ut cui dicaverat, offerat. V. 24. & 25. Suum habuit, quousque filius nutritione proficeret; quippe soli haud relinquendi religionis infantes, quousque constent in S. Bened. virtute validiores. *Foris vel ubi ubi, custodiam habeant, & disciplinam, usque dum ad intelligibilem ætatem perveniant*: monet idem SS. Patriarcha, *cap.* 63. Secum habuit, quousque Domino obtulit; ut fieret religiosus, qui ad Religionem lactatus: igitur perperàm proficeret in virtute, ni amoveretur à matre. Quod fit à natura pro formatione hominis, debemus exequi in formationem virtutis. In utero formatur in hominem fœtus; ibique existit, quousquè perfectè formatus: ut appareat in hominis perfectione, necesse est quod expellatur à matre: etenim haud perfectus existet, si mater retinet. Nunquàm cum matre Monachi apparebit perfectio, sicut nunquàm cum matre videtur homo. Hoc disponit conditionis necessitas, machinatur illud propensio prava in delitias; quia Monachus secum sæculum retinet, quod oblivisci promisit: materque à se amovet, quem Deo lactavit dicatum; ut instruat in perfectionis professionem Monachum: igitur quod in fœto signat informationis speciem, in Monacho demonstrat virtutis deformationem.

Omnia sæcularia relinquenda.

4 Anna filium lactat & dedicat; sed dum Sanctuario offert, Heli dicit: *Ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus.* Vers. 28. Plura dicta à n. 31. in *Exposit. Liter.* aliqua occurrunt in ornatum Didascaliæ. *Ego commodavi*: inquit. Quo pacto si Domino tradidit? Quia Domino obtulit. Amori matrum videtur, addictos Religioni, filios amittere; quod falsum ostendit Anna in filij dedicatione. Unde dum cedens dedicat, filium duntaxàt accommodat; quippe tunc potiùs parentes filijs potiuntur, quùm in Domini obsequium libenter offerunt. *Omnibus diebus, quibus fuerit commodatus.* Q. d. Sanctuario dedico omnibus diebus, quibus fuerit in Sanctuario. Hoc ad me spectat ex voto matris; ad filium aliter, initæ respectu Religionis: equidem cùm Deo dicatum non faciat sacer locus, sed Religionis observantia & perfectissimus cultus; si abfuerit cordi Religio, erit sacer & non erit, estò assistat in Sanctuario. Erit dicatus, cunctis diebus quibus fuerit. Potest non esse, etsi fuerit dicatus: igitur si observantià perfectionis constat religiosa vita; non erit religiosa sine observantia. Non est perfectio, ad habitum perfectionis dedicatio; quippe tunc sulùm perfectionis species, sine specie perfectionis: diciturque iurè Deo dicatus cunctis diebus, quibus virtute apparuerit Deo dicatus; quippequàm non pendet sanctitas ab ipsa dedicatione, sed ab exacta observatione observantiæ. Monasterium sanctum est, quo virtus plurium fulget & illuminat; verùm locus non sanctificat; nisi exercitio, studioque virtutis, in anxietatem acquirendæ perfectionis; in Religione ac Sanctuario Monachus

Parentes dum filios dedicant, nõ amittunt, quippe commodant.

Observantia Monachus constituitur.

Qualis nutritio Novitiorum & quorsum?

chus profectò ſtabit, cunctis diebus quibus Monachus ſteterit; quoniam in Sanctuario duntaxàt Monachi tempus, totum tempus, quo inſtituto fuerit Monachus.

5 Monachi officium eſt, non ſequi virtutis opinionem, ſed virtutem: non habitus gloriam, ſed habitus obſervantiam: non magna prædicare, ſed perficere: non tam accuſare vitia, quàm deponere: non mutari veſte, ſed intentione: non de cœlo magna loqui, ſed de virtute in virtutem illuc aſcendere: equidem velut Ethnicus inquit, 1. *Aſtron.* cap. 1. à v. 14.

Eius officiũ

——— *Iuvat ire per ipſum*
Aëra, & immenſo ſpatiantem vivere cœlo;
Quod ſolùm noviſſe parum eſt.

Manil.

Parum, quoniam haud iuvat tantùm notitia, ſed opera conducentia, queis in gloriam ſcanditur, ſæculum proteritur, virtutes continentur, vitia deploduntur, dignitates amandantur, honores evaneſcunt, abiectiones eliguntur, quo corpus in clauſtro & mens in cœlo. Alia quid & quorsùm?

Regnum Troiæ, quocunque volet,
Fortuna ferat.

Senec.

Hæc, non habitus Monachum conſtituit: & viventi in Sanctuario conſtabit habitus, quandiu fuerit Monachus. Monachus cum vitijs ſæculi, eſt ſæcularis in habitu Monachi: unde Monachus ne ſit ſæcularis, conſulere debet inſtituto perfectionis; quippe ni habeat perfectionem, nil refert habere veſtem.

Et propoſitum.

6 Sator N. commendans diſcipulis altiora, paſsione propinqua, quia ita oportuit pati, & in propriam gloriam ingredi; dicit illis: *Qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium.* Quorsùm gladius, maximè dum ab illo inhibetur palàm uſus? Ut minimè exerceatur in hoſtes vitæ, ſed in inimicos animæ; qua de cauſa venit in mundum, non pacem mittere ſed ancipitem gladium. Gladius hic metaphoricus eſt, in vitiorum, vel imperfectionum amputationes, deturpantium maculis tunicam in ſtatu ſanctitatis; cùm cohærere debeant veſtes & mores. Iam in ſchola Chriſti erant, cuius inſignia etiam habitu portabant: & ubi ex habitu & inſtituto deſignatur perfectio, Salvator monet de gladio: quoniam parùm refert geſtare tunicam ſanctitatis, ſine gladio ac ferro acuto in ſuperfluitates cordis. Haud aliter Monachis loquimur, ut opere adimpleant quod profitentur. Tunica habitum ſignat, oſtendentem ſtatus ſpeciem, & induentis perfectionem; ut iuxta obſervantiam perfectionis vivat, qui in habitu ſancto ſigna perfectionis geſtat. De profeſsione gloriari, & vitijs vivere in ſtatus maculam, eſt habere duntaxàt Monachi tunicam: gladiuſque copulatur, quùm habitus Religionis induitur; quippe nequaquàm aſtruitur ſtatus venerandus ſanctitatis, colore tantùm pretioſo & habitu Religionis. Ex animo conſtat perfectè religio, habituque religionis præ ſe fertur profeſsio, quæ omninò evaneſcet ſine gladio: etenim cùm ſtatus exigat perfectionem in altiora, & quouſquè cœlum tangatur, ſemper ultra; tunica & gladius ſunt penitùs neceſſaria: tunica, in demonſtrationem Apoſtolici inſtituti: gladius, in oſtenſionem atque ſignum obſervantiæ: quandoquidem ut habitus habeat ſplendorem ſanctitatis; non ſolùm vitia, ſed etiam reſecandæ imperfectiones. Perpenderis: Qui habet tunicam & gladium, benè eſt. Reſpondent extima & intima in Apoſtolica ſchola: at qui non habet niſi indumentum in ſtatus ſignum; actutùm vendat, & prætio diſponat gladium. Gladius prior quàm veſtis? Prior utique in ſchola virtutis: igitur ſi ſine gladio, vitia prævalent, & in veſte ſplendida abſtrusè latent; præ Religionis habitu in perfectionis ſchola, Monacho ſatius erit habere amputata vitia.

Luc. 22. 36.

Verſ. 38.

Haud ſint diſcolores mores & veſtis.

7 Hinc Seneca, de *Vita beat.* cap. 2. inſit: *Non enim colorem veſtium, quibus prætexta corpora ſunt, aſpicio: oculis de homine non credo. Habeo melius certiuſque lumen, quo à falſis vera dijudicem: animi bonum.* Quid ex veſte, ſine bonitate animi? Haud credendum luminibus, ſed operibus: igitur animus nequam, quid ad profeſsionis tunicam? Sine gladio eſt vanitatis ambitio, & profeſsionis expulſio: quandoquidem quùm vitijs virtutum abſiſtit tenor, tanquàm in veſte non ineſt niſi perfectionis color. Hercules tollere mala Heſperidum non potuit, quouſquè draconem ſagittis iteratis interfecit.

Senec.

——— *Bella per omnia,*
Monſtris exagitet cœliferam manum:
Serpentis reſecet colla ferocia:
Deceptis referat mala ſororibus,
Cum ſomno dederit pervigiles genas
Pomis divitibus præpoſitus Draco.

Idem.

Dicit idem in *Hercul. furent.* à v. 526. Draco antiquus invigilat, ne Monachus aurea poma cœleſtia pugnando carpat; ſed

Monachi ſigna vitia ſuffocata.

ſed ſtet habitu bellatoris, quin in vota utatur collatis à cœlo telis; veſtis ſpecioſa ſallacià, ut fruſtrentur in uſum profeſſa vota: unde gladij præſecans iungitur acies cum habitu profeſsionis perfectionis; quoniam non virtus, quin in deformia Monachus utatur ferro, nec bona cœli pretioſa, quin interficiatur draco. In hunccine æſtimabilem ſtatum quiqui eliguntur, vocantur ut iuſtificentur. Sine iuſtificatione quorsùm vocatio? Iuſtificatio eſt erectio. Haud morum rectitudo niſi per impletam legem; quippe non recti, qui vocati duntaxàt in vocationem. Vocatio ex habitu conſtat, ſed non iuſtificat: igitur non Monachus ex habitus vocatione, ſine habitus rectitudine.

8 Vidit Salvator N. mulierem curvam, & ad ſe vocavit, ut ſanaret eam. *Vocavit eam ad ſe, & confeſtim erecta eſt.* Multi curvi, quia non vocati: verùm mulier reſpondit promptiſsimè vocationi: igitur ut Deum audivit vocantem, confeſtim proceſsit in rectitudinem. Quod huic fœminæ contigit in labili corpore, uſuvenit Monachis in docili aut pravà mente: equidem cum ſtatus rectitudo ſit in perfectionis leges, & curvitas ſignet vitia ſeu imperfectiones; alij vel voce levi, oppidoquàm reſpondent vocationi: ſed alij pravi, & factà vocatione, ſunt magis curvi. Vitia inclinant animum, ut in illa curventur Monachi, quaſi vocati non eſſent, nec erigi poſſent. *Alius de honoribus, alius de pecunijs, alius de prædiorum ambitu cogitat* (ait Gregor. Magn. Homil. 31. in *Evangel.*) *& quando mens talibus implicatur, ab ſtatus ſui rectitudine flectitur.* Hi vocantur, ſed nequaquàm eriguntur, decepti omninò fotis vitijs ex habitu perfectionis: etenim virtutem arbitrantur virtutis veſtem, & nequaquàm virtutum ex habitu rectitudinem. Nequit eſſe rectus, qui prorsùs in vitia curvus. Sunt recti qui recti corde, conſummati ſtatus lege; haud qui ſub larva ſpecioſæ legis, ſæculi, ex quo vocati, praviſsimos fovent mores: unaque proponuntur ad virtutem vocatio, ac vocatorum erectio, ut conſtet vera vocatio: equidem nihil habent propoſitæ rectitudinis, qui in perfectionis ſtatu ſine ſtatu perfectionis. In textu liquet prævaricationis cauſa, unde illorum anima nunquàm vocatione erecta. *Vocavit ad ſe.* En intuitus vocationis divinæ; ut in vitia curvæ, in cœlum illicèt erigantur animæ: & quos ad ſe vocat Chriſtus, vocati ſed non ereſti; quia dum vocantur cœlo, vocantur ſibi, ſæculi iniqui conſervantes vitiorum pravitates, in quas intenſiùs propendent ſub habitu Religionis. *Vocavit ad ſe.* Vocatam aſſerit, ſed veniſſe fœminam Evangeliſta non dicit. Per vocationis effectus perſpicuò cordis innoteſcunt motus: dicitur fœminæ erectio, dum Salvatoris præſignatur vocatio, quin neceſſarium, indicare veniſſe; cùm conſtet ex rectitudine reſpondiſſe vocationi.

9 Miraculum contemplemur. Fœminam ad ſe vocabit, ſed mirificum remedium in erectionem exhibuit. *Impoſuit illi manus* (dicitur) *& confeſtim erecta eſt.* Non poteſt erigi ſine impoſitione manuum? Si impoſitio neceſſaria, non ſufficit manus una? Nullo modò: utraque neceſſaria, ut fiat erectio. Per digitos manus utriuſque, præcepta deſignari decalogi, diximus *Tom. 4. T. 4. D. 5. n. 10.* manuſque Chriſtus ſuper curvam imponit, ubi in ſtatus rectitudinem vocavit; quoniam in vocatione, ſtatus haudquaquàm obtinetur rectitudinis, ſine totius adimplectione legis. In Monachatu non ſat legis obſervantia, quippe progredi debemus in ulteriora, igitur à profeſsione eſt ſtatus perfectionis acquirendæ; quam non nanciſcitur ſacra veſtis, ſed eximiæ, ſingulares operationes: confeſtimque demonſtratur fœminæ vocatæ erectio, quùm in rectitudinem utriuſque manus dicitur impoſitio; igitur rectè vivere curvos, iudicium vanum, ſine ulla adverſus impulſus obſervantia mandatorum. *Impoſuit manus.* Utramque, in ſignum vitæ ex vocatione perfectæ. Non unius aut alterius præcepti ſufficit opus, ut Monachus vivat rectus. Lex tota ſupponitur: adimplendum etiam quicquid à libera voluntate vovetur. Supra legem plus & plus, quippe ad Monachi erectionem non ſufficit tota lex. *Quid ergo* (ſubdit Senec. de *Vita beat.* cap. 16.) *virtus ad vivendum beatè ſufficit, perfecta illa & divina? Quid enim deeſſe poteſt extra deſiderium omnium poſito? Sed ei qui ad virtutem tendit, etiam ſi multùm proceſsit, opus eſt tamen aliquà fortunæ indulgentià, adhuc inter humana luctanti. Quid ergo intereſt, quod alij alligati ſunt, alij adſtricti, alij diſtricti quoque? Hic qui ad ſuperiora progreſſus eſt, & ſe altiùs extulit; laxam catenam trahit, nondum liber.* Si necdum liber, imò catenatus, qui in ſuperiora progreſſus; quomodò erectus gloriabitur, qui terrenis ligatur, imò diſtringitur? Abſurdè extollit ſancti ſtatus rectitudinem, ſervans cor-

Luc. 13. 12. 13.

Et in vocationem auris prompta.

Greg. Mag.

Quæ vera vocatio?

Cur qui in rectitudinis ſtatum vocati, non erecti?

Ibid.

Tota lex in perfectione.

Et conſilia ſupra legem.

Senec.

corde in terrena curvitatem : igitur qui perfectus nil in actis credit actum,

Lucan. *Dum quid superesset agendum.*

10 Fœmina erat curva,& deorsùm inclinata , ut caro in terrena prona. Ad se vocat Christus, vocationeque videtur mirabiliter erecta. Carnis ægritudo fragilitate comite , cordeque gravi , rationem deorsùm inclinat ; cæterùm mulier vocata rectitudinem conservat. Hoc est monachi veri exercitium , & vocationis propositum : igitur nequaquàm erigitur , neque vocatus deserit curvitatem, qui non pugnat contra propriam & carnis inclinationem. Additur: *Erecta est, & glorificabat Deum.* Unde Dei specialissima gloria , quòd curva mulier esset confestim erecta ? Observa priùs illam vocatam fuisse,quapropter filia dicitur Abrahæ, v.16. Propter futiles voluptates ac delitias , terrenis alligavit satanas , & curvitate corporis , signo curvitatis mentis, ut placet Basilio in *Catena.* Ita ergo erat à satana oppressa , ut *annis decem & octo* esset curva : tantàque tanto tempore terram versus pronitate ; ut cœlum videre, *nec omninò poterat sursùm respicere. Pœna peccati est*,ait Gregor. ubi suprà, dum cœlo vocati inclinantur in terrena : equidem quia liberè defecerunt à vocatione ; invitè , sed iustè ut premantur , traduntur satanæ. Modò in dubia. Miracula semper sunt & meritò occasio glorificationis Dei, cùm effectus mirabiles incognità causà sint. Non ante vocationem , sed post vocationem hæccine fœmina curva : & Deus glorificatur , dum exponitur erecta ; ut constet quàm difficilis erectio Monachi, semel traditi præ voluptate satanæ : igitur ut possit in statum reddire pristinum ; est necessarium singulare miracullum. Iccircò additur à cœlesti medico manuum impositio , quùm alios languentes desperatos sanaverit verbo. Manus potentiam signat in potestate , quo intuitu , quæ dicitur singularis , *Mutatio dexteræ Excelsi* : & dum curva post vocationem erigitur , manus Salvatoris in curatione signatur ; quippe ut Monachus iam curvus (proh!) revertatur ad cor,uti ad insigne prodigium necessaria manus Dei. Hispanicè : *Para volver à su antigua rectitud , es necessario todo el poder de Dios.*

Ibid.

Infirmitas corporis ab animæ infirmitate.

Vers.11.

Greg. Mag.

Summum miraculum Monachum lapsum redire in statum pristinum.

Psal.76.11.

11 Ulteriùs. Liquet relaxationis summa calamitas , & cordis in delicijs obdurati protervitas ; ne possit cœlo erigi, nec in semitam dirigi , violentà oppressione dæmonis , desperatione salutis: quandoquidem si cœlum ut pium expectari quibat tanti vulneris remedium; tanta satanas in terrea oppresserat curvitate ; ut non solùm impediret cœlum respicere , sed etiam posse. Haud brevi facta oppresio , sed annis decem, & octo, Iam quasi aliam naturam confecerat consuetudo : Deusque merito glorificatur, dum confestim vocata fœmina erigitur; quia excedit fidem humanam , animam tot annis prolubijs in terrea curvam , in vocationem primam potuisse videri erectam.

In quæ precipitia impellit vocationis oscitantia.

O animæ in terris curvæ , & cœlestium inanes! Persius.

Quæ sequentes fœminæ propter vitia curvitatem , sequimini rectitudinem : quæ quidem difficilis propter inolita vitia , & obdurata consuetudine corda ; sed facilis volentibus divinà iuvante gratià: quanvis cœlum respicere , observetur ut miraculum ; in quibus tot annis nequibant videre cœlum. Hinc à Domino sacerdotibus dicitur : *Ignis in altari semper ardebit.* Semper , profectò , ut præstet exacta Sacerdotum in perfectionem nutritio : & ignis (emblematis recti cordis propter perfectiorem statum) cuius flamma semper sursùm : equidem qui excitatur ex corde lapide , ex pectore silice ; si semel in sacris incuriosè extinguitur, denuò difficilè accenditur : per virtutis enim continuatam oblivionem, qui flagrabat in mente , transit in frigiditatem. Alia vide , *Tom.* 3. *T.* 8. *D.* 2. à *num.*8. Rediguntur igitur in cineres & ardor cordis,

Levit.6.12.

Ignis devotionis difficilè accenditur , si semel extinguitur.

Flammæque micantes. Manil.

12 Dei præcepta non solùm desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum , sed & dulciora super mel & favum. Legis volumine cibatur Ioannes, sed in stomacho sentitur amaror , ubi in lingua apparuit dulcor. *In ore meo* (inquit) *tanquàm mel dulce; & cùm devorassem eum , amaricatus est venter meus.* Figura vividè exponitur cuius animus temporis diuturnitate laxatur: equidem cœlestium fastidio , videtur amara , quæ iam percepta dulcedo. Ita apparuit in ore, placuitque ita in stomachum mittere , ut transiret in substantiam aliti : mel in ore indicat dulcedinem vocationis : mel in stomacho , usus dulcedinis in tempore senectutis. Si in ore esset amara dulcedo, nulla in perfectionem cogitaretur vocatio: cæterùm postquàm percepta , dulcor amarus totalis animæ ruina : igitur lamenta-

Apoc.10.10

Monachi ægritudo, cui amara observantiæ dulcedo.

bi-

bile, quòd tempore tranſeat dulcor in amaritudinem; qui vocatione probatus in animæ nutritionem. *Mel tempore amarius ex dulciori redditur*: ait Galenus, de *Antidot.* Macrobius, vero, 7. *Saturnal.* cap. 12. & Cœl Rhodigin. *lib.* 28. *cap.* 25. *Mel optimum, quod in imo eſt.* Mel ex lege eſt profectio dulcoris diuturnitate virtutis, amaror oritur oblivione profeſſionis: haud pendet amaritudo vel dulcedo ex profeſsione; ſed ex palato avidè, vel faſtidioſè guſtante: unde ſi malum Monachis, quòd quò ſtatus dulcedine ſuavior, laxatione fiat acerbior; peius utiquè, in perfectionis dulcore, quòd mel probatum ut dulce, ampliori amareſcat tempore. Tempus virtuti datur ut omni tempore proficiat Monachus, & maior rutilet perfectione virtus. Habet ætas ſupræmum, medium & imum. Imum eſt tempus ſenectutis, quo mel optimum: ſi mel non dulce; procedit næ ex ægro valente humore, qui tenorem corrumpit deguſtantis palati. In iuventute, ætateque adulta inſurgunt vellicantes humoris ſuperfluitates (quarum ſenectus eſt expers) ut dulcedo Monachatus videatur amaritudo, & ſimul voluptatum amaritudo dulcedo. Quapropter dum in imo mel non dulce, malum ex infirmitate; cæterùm peius à tempore: equidem peſſimum, ſi ex ſapore exaſperat mellis acor quò debebat eſſe dulcior. Relaxatio fovit morum corruptionem, ſicut pravus humor & effrænis mellis dulcedinem: unde quæ venerabilis, miſerabilis deſpecta ſenectus; quippequàm non ſenex qui pravis moribus, cùm ſit ſenectutis vita, ſenectus immaculata.

Galen. Macrob.

Lethalis dum ætas creſcit & virtus ætate languet.

13 Audiatur Gregor. Magn. lib. 19. in *Iob.* cap. 16. *Ad converſionem venientes, non tales quales venerunt, perſeverant: & quaſi more arborum inchoatione vaſti ſunt, ſed tenues creſcunt; quia pauliſper per augmenta temporum patiuntur detrimenta virtutum. Senſim quippe in eis deſideria ſuperna langueſcunt: & qui robuſta ac fortia propoſuerant, debilia ac infima conſummant: dumque ætatis augmento proficiunt, quaſi flexibiles creſcunt.* Degenerant enim à propoſito, quippe in terrena propenſio. Deformitatem, ſed etiam remedium ſignat vel Profanus 1. *Georgic.* à v. 197.

Greg. Mag. *Degener ab inchoata virtute, in ſæculum pro penſione.*

Vidi lecta diù, & multo ſpectata labore
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret; ſic omnia fatis
In peius ruere, & retro ſub lapſa referri;
Non aliter, quàm qui adverſo vix flumine lembum.
Remigijs ſubigit, ſi brachia fortè remiſit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.

Virgil.

Siccine non vehuntur, ſed dilapſi in ima præcipitantur: equidem in peius vel in ipſa ſenectute rapiuntur ſenſim inclinationis pondere; quùm videri deberet apex inviolatæ ſanctitatis, ut vinculum perfectionis.

14 Deſertum erat locus in virtutis exercitium; & ut ſanctitate floreret, Deus deſtinavit deſertum: unde per Prophetam Evangelicum dicit: *Ponam in deſerto abietem*: ideſt, ſummam Monachorum perfectionem, *qui in terrenis corporibus poſiti, cœleſtia iam contemplantur*: ſubdit Gregor. Magn. Homil. 20. in *Evangel.* Cur in abiete Monachi perfectionis exponitur ſignum, ut præſtet Deo tanquam arbor delitiarum? *Arborum pulcherrima & lectiſsima eſt, renititur ponderi: ramos habet in cœlum tendentes, non in latera pronos*: ait Raviſ. Textor, 7. *Officin.* cap. 17. & Plin. *lib.* 16. *cap.* 30. Aliæ arbores dum è terra ſurgunt, rectè cœlum verſus procedunt; ſed decurſu temporis verſus latera expanduntur, pronis ramis in terram, quam reliquerunt. Non ut initium eſt finis, quia diſtractæ præut intervalla temporis, ponderoſiùs inclinatæ, quando rectiùs in alta decebat ſurgere. Non proficiunt, ubi creſcunt; quia cadit virtutis vigor, & quod augmentum eſt languor. Abies uti lectiſsima, etiam ponderi reſiſtit; procedit ſicut incepit; verſus cœlos tendens ramos, quin propendeat in terram, ex qua ſunt ortus. Creſcendo proficit, quia ſemper in cœlum tendit, ſurſùm ramos dirigit, & ſeſe erigit: ſiquidem magis ſurgit, quùm erigitur; quò longiùs à tellure ſeparatur: abietique confertur ſtatus perfectionis Monachorum, cœleſtia vel in terris contemplantium; quia ita ſunt in fine vitæ, rectitudine manente, ut fuerant in vocatione: equidem per augmenta inſtabilitatis temporum nulla ſunt viſa detrimenta virtutum. Eſt enim pectoris flamma (copia virtutum curſu temporis congeſta) in vitæ feliciſsimo exitu; ſicut erat in principio. Monachi ſunt quaſi arbores, quarum rami venientes & redeuntes utiles ac ſuperfluæ cogitationes. Superfluæ, ſi collocantur deorſùm: utiles, ſi ſurſùm ſurgunt, demonſtrantes proceſſum, & ſimul temporis curſum,

Iſai. 41. 19.

Greg. Mag.

Text. Plin.

Conditio abiectis.

Cur ſymbolum perfecti Monachi?

ſum; vel languorem vocationis ex laſſitudine ætatis in tempore ſenectutis: unde perfectorum in abiete fit meditanter deſcriptio; quippe nulla in nullo tempore in terrena cogitatio. *Nulla nobis hic* (infit Bernard. ſerm. de *Obedientia*, num.7.) *liberorum nutriendorum cura: nulla ſolicitudo, quomodò placeamus uxoribus: non de nundinis, non de negocijs ſæcularibus, non de ipſo victu & veſtitu neceſſe eſt cogitare. Procul à nobis magna quidem & ex parte diei malitia, & ſolicitudo vitæ. Sic abſcondit nos Deus in abſcondito tabernaculi ſui.* Quorsùm ergo extranea vota, dum habemus neceſſaria? Non ſufficit abſcondi in tabernaculo, ni ſit in tabernaculi abſcondito; quo corpus eſt in Sanctuario, & cogitatio eſt in cœlo. *Actus vitæ ſuæ omni hora cuſtodire*: monet N. Patriarcha, d.*cap.*4. *inſtrum.*48. Qui non cuſtodit; nec tempore proficit, nec iter in itinere dirigit, nec ſurgit, nec creſcit: igitur langueſcit extra cogitationum cuſtodiam, dum expanduntur uti rami verſus terram. *Omni hora* & omnes actus, ne langueat virtus: ſiquidem non eſt virtus virtus infirma; & infirmatur, ni tendat in ſuperiora. Non hac vel illà, ſed *omni*: non hac vel illà, ſed ſemper: etenim ſi modò ſic, modò non; Monachus (ut verbis Senecæ utar, *Epiſt.*92.) *non eſt adhuc bonus, ſed in bonum fingitur: cuicunque autem deëſt aliquid ad bonum, malus eſt. Non bonus, qui non malus,*

Sed ſi cui virtus animuſque in corpore præſens.

Vana Monachi ſolicitudo ſæculi. Bernard.

Pſal. 26. 5.

S. Bened.

Non eſt virtus, virtus infirma.

Senec.



TAU-

TAUTOLOGIA QUINTA.

SAMUEL AUTEM MINISTRABAT ANTE faciem Domini. 1. Reg. 2. v. 18.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 ER repetitur huiusmodi miniſtratio : hìc notatur primo, tanquam inſigniori loco, quod dictum, v. 11. & demùm *cap.* 3. 1. ubi dicitur: *Puer autem Samuel miniſtrabat Domino coram Heli, & ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis*: de quo ſuo loco, *Tautolog.* 7. Nihil mirum, quòd placeret in officio, qui placuit à puero. *Stet autem filius meus hìc* (dicebat Heli Annæ, apud Philonem Biblic.) *miniſtrans, quouſque fiat lumen genti huic.* Illique iam grandiuſculo, in blandimen, ſibi complacens de divite pueri indole ingenioſiſsimà: *Adveniente matre tuâ, dixi ad eam: Proficiſcere, quia quod naſcetur ex te, filius erit mihi.* Suum filium vocat, quem à matre donum Domino acceperat; ut exprimeret gaudium pectoris, atque munus magiſterij Sacerdotis; qui quos in Dei obſequium ſuſcipit ſervos, ſuſcipit liberaliter ut filios proprios. Quem non alliceret gratia infantis balbutientis cum commendatione feſtivæ amabilis pulchritudinis?

Philo Bibl.

Samuèl deliciumHeli.

Moribus & formâ conciliatur amor.

Ovid.

Faſcinat gratia & forma, verè lenocinia cordis, atque philtra pendulæ voluntatis, vincla adamantina pectoris. Quia forma bonum fragile, Samuel *fortis ex forte*, uti ait Theocrit. *Edyl.* 22. v. 212.

Ingenij dotes corporis addit donis:

Idem.

Ut aliò dixit Ovidius, 2. de *Arte.* v. 112. Intrat amor mentes uſu. Ipſe ſenex ultrò ſeſe aptat magiſterio; ut fulguret in alienis, quæ obtenebrata diſciplina in filijs. Deus ergo contulit puero gratiam; ita ut Heli tueretur in illo non tam virtutum ſpecimen, quàm perfectionis nitorem, uti obſervavimus *Tautolog.* præced. *num.* 25. ex Procopio. *Vidit in eo florentem divinam gratiam, & ideò ornavit Ephod*: igitur uti obſervavit præfatus Philo, *Pro illo prophetavit Aſaph in deſerto*; *ſcilicèt*, *Moyſes & Aäron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos.* Amor enim in educationem tanti pretioſi pignoris impulit ſacerdotem & ſenem, ut ſe exhiberet voluptuosè & nutritium & ducem. Venit in mentem illud Hieronymi ad Lætam, *Epiſt.* 7. *Ipſe* (inſit) *ſi Paulam miſeris, & magiſtrum me & nutritium ſpondeo: geſtabo humeris, balbutientia ſenex verba formabo, multò glorioſior mundi philoſopho, qui non regem Macedonum, Babylonio periturum veneno; ſed ancillam & ſponſam Chriſti erudiam, regnis cœleſtibus offerendam.* Sic igitur Heli deliciabatur, Samuelis penetrans animum, ut diſciplinis imbuerit dignum Sanctuarij miniſtrum.

Procop.

Philo Bibl. *Cuius Magiſter, ac nutritius.*

Hieronym.

Ingentes animos anguſto in corpore verſans.

Virgil.

2 Tunc quippe bonus ſenex præërat Sanctuario, fixum in Silo, perfungens ſummi munere Pontificis. Subijciam quod præcitatus Rabbinus Philo Biblicus ſeriò refert in ſuis *Antiq.* non ut plaudas, ſed ut profusè rideas: nimirùm Phineës nepotem Aäronis apud Heli ſepoſuiſſe Sacerdotium Maximum; quem (miror) ſecutus eſt Carolus Sigonius, de *Hebr. Repub.* lib. 5. cap. 2. etenim aſſerit (quod impoſsibile videbimus, *Tautolog.* ſeq. num. 2.) vixiſſe uſque ad tempora Sanſonis; quo tractus Pontificum ex familia Eleazari, filius cuius fuit Phineës, qui referuntur, 1. *Paral.* 6. à n. 4. Omninò intercipitur: illo ſanequam ſuperſtite, nullus quibat iurè gerere Pontificatum, ut præſcribitur Levit. 6. 22. ubi: *Sacerdos, qui iure patri ſucceſſerit*: de quo latè *Tautolog.* cit. Sic igitur Heli increpans filios, potiùs Belial, quàm ſuos, dicebat:

Heli non accepit ſacerdotium à Phineës.

Quæ

Philo Bibl. *Quæ est auditio hæc, quam ego audio de vobis? An non scitis, quoniam depositum de Phinees, locum accepi? Et si exteramus acceptum; quid dicemus, si iterùm inquirat, qui deposuit eum, & pro eo quod deposuit nocuerit nos?* Quomodò poterat repetere, iam ipse Pseudophilo studiosè, etsi nugaciter præmiserat. *In tempore eo Phinees* (effutit) *reclinavit se, ut moreretur, & dixit ad eum Dominus: Ecce transisti CXX. annos, qui constituti erant omni homini: & nunc exurge & vade hinc, & habita in Danaben in monte, & inhabita ibi annis plurimis: mandabo ego aquilæ meæ* (haud hunc locum offendit Zarraga, ut Deum cum insignijs facerem ex toto lovem) *& nutriet te ibi, & non descendes ad homines iam, quousque superveniat tempus, & proberis in tempore, &* Idem. *tu claudas cœlum tunc, & in ore tuo aperietur, & postea elevaberis in locum, ubi elevati sunt priores tui, & eris ibi, quousque memorabor sæculi, & tunc adducam vos, & gustabitis quod est mortis.* Lentis profectò mandibulis edunt, quorum istæ deliciæ sapiunt palato. Insulsæ prorsùm. Metempsychòsim, seu animarum transmigrationem astruit, secta hauddubiè Pharisæus, de quibus Iosephus lib. 18. *Antiq.* cap. 2. Hoc delirium Pythagoræ attributum, quippe ex Græcia in Ausonia amplificavit, cum ex alijs Philosophis rancidis suxerit; de quo egimus, etsi obiter, *Tom. 1. T. 4. n. 44.* Unde ipse, quasi auctodidactus de se glorianter buccinabat, apud Ovid. 15. *Metam.* fab. 3.

Fabula Hebræorum de Phinees.

Transmigratio animarum ex Pythagora.

Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli,
Pantoides Euphorbus eram, cui pectore quondàm
Hæsit in adverso gravis hasta minoris Atridæ,
Cognovi clypeum, levæ gestamina nostræ,
Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis.
Ovid. *Omnia mutantur: nihil interit: errat, & illinc*
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus, eque feris humana corpora transit.
Utque nobis facilis signatur cera figuris,
Nec manet ut fuerat, nec formas servat easdem,
Sed tamen ipsa eadem est; animam sic semper eandem
Esse, sed in varias doceo migrare figuras.

3 Plaudite, signat meritò acriogelo magna; sed mentitur, dum præmisit: *Nec in genijs investigata priorum*: iam enim Empedocles ut ait Tertullian. de *Anima*, cap. 31. & Clemens Alex. *Stromat.* lib. 3. Stultus factus erat ab huiusmodi scientia: igitur proclamarat, antequàm exustus, ut Deus fieret, priùs fuisse puerum, puellam, fruticem, avem, piscem, & bis Olympiæ è bellarijs immolatum; ut referunt Crinitus *lib. 11. cap. 3.* Suidas, verb. *Pithagoras*, & Philo de *Somnijs*, ex quo Plato errorem desumpsit, tam in *Phædro*, quàm lib. ult. de *Repub.* Haud hoc sapientia, sed desipientia, quam rident Tertullian. loc. cit. & *cap. 32.* atque *Adverss. Gent.* cap. 48. Iustin. adverss. *Tryphon.* Augustin. de *Trinit.* lib. 12. cap. 15. Hieronym. lib. 2. contr. *Iovinian.* Gregor. Nissen. lib. 2. *Philosophiæ* seu de *Anima*, cap. 7. Quid mirum, si deridet Aristoteles, 1. de *Anima*, cap. 3. vocans *Fabulas Pythagoricas*? Augustinusque loc. cit. *Falsas* (ait, dixerim ego, *affectatas*) *fuisse memorias, quales plerunquè experimur in somnis, quando in nobis videmur reminisci, quasi egerimus, aut viderimus, quod nec egimus omninò, nec vidimus: & eo modo affectas esse illorum mentes, etiam vigilantium, instinctu spirituum malignorum, atque fallacium.* Ipse enim Pythagoras non tantùm Euphorbum fuisse, sed & pavonem; & Homerum, & insigni formà scortum nomine *Alcen*, aliquando prædicabat; uti perhibet quò dudùm Petr. Crinit. Nemo uti Horatius Pythagoram subsannavit: equidem bis (ait, lib. 1. *Carm.* Od. 28. v. 9.) traditum fuisse Plutoni, quùm alij semel; cuius irrisum imitatus est Lucian, in dialog. *Gallus*, seu *Mycillus.*

Deliria metempsicòsis.

Augustin.

Et Iovis arcanis Minos admissus: habentque
Tartara Panthoidem, iterùm Orco
Horat. *Demissum: quanvis clypeo Troiana refixo*
Tempora testatus, nihil ultrà
Nervos atque cutem morti concesserat atræ:

4 Huius erroris fautorem, vel fulgente fidei lumine, N. Petrum Damianum; *Epist. 6.* ad Nicolaum II. quæ est *Opuscul.* 17. cap. 1. facit imprudenter Torniellus ad *Ann.* 1583. num. 20. fingens hostem ut ferire possit, seu potiùs larvam; nesciens insani esse pugnam indicere larvis. Hanc cogitationem secutus est etiam Alapide,

tam

tam in *Numer.* 25. 13. quàm in *Epist. Iacob.* 5. 17. Hem! Ita de S. PP. iudicium sine iudicio? Siccine lata sententia sine interpretatione advocatrice, etsi esset avium (quod minimè) ad sanum sensum? Quia PP. posteriores sumus ultra PP. erimus, ut posimus digladiari bambaliones? Infans haud maior super capita gigantum: altior tamen eminet, verum non proprià, sed ascititià staturà. *Audacia procax in S. Patre.*

——Iuvat ire per alta
Astra, iuvat terris & inerti sede relictâ
Nube vehi, validèque humeris insistere Atlantis. Ovid.

Perculsus notitiâ non inveni quo loco signatum Damiani testimonium; quippe Alapide haud citat iuxta novas editiones: posteà inveni locum, sed non sensum. Quod magis demirandum, est ingenuitas eruditissimi Magist. Navarro, Theologiæ primarij, & Salmantinæ almæ Universitatis primicerij; qui *Proleg.* 1. ad materiam de *Angel.* num. 451. infit: *Fateor iustam mereri animadversionem, sententiam adeo intolerabilem: nec diffiteri possum (quod non iuris, sed facti opus est) eam tenuisse Venerab. & Doctiss. Petrum Damiani, loc. cit.* subijcitque *numer.* 452. quod verè error: nimirùm, Hebræos nunquàm errasse Pythagoricà metempsychòsi sed tantùm arbitratos, eundem esse v. g. Eliam & Phineès sub diversà nominum expresione: *Eliam reverâ* (inquit) *tam corpore, quàm animâ fuisse Phineès*: non quòd anima Phinees esset in corpore zelotis Eliæ, quod Pythagoricorum entusiasmus. *Iste & non alius* (idest, sic intellectus) *fuit Hebræorum error.* Quantum auguror, tanti magistri nequit esse sensum, huiusmodi sensus, sed merè iocus; ut laxetur à serijs, excelsis, divinioribus occupationibus acer animus. Si amicum, ut par est interpretamur; Doctorem, non solùm venerabilem, sed in album Sanctorum relatum, ac taxatum immeritò, prætermittemus? Absit. Navarra

5 Quæ dixi, *Tom.* 1. *T.* 5 *n.* 19. denuò inculco. Inspexi Doctorem Sanctum ocularijs reverentiæ; & in illo nec verbum, quo vel leviter rimulà suspicarer, præfatæ sententiæ fuisse sectatorem, inveni. Qui refert errorem, errorem non sequitur. Eundem diximus protulisse Philonem: eiusdem sensi erimus, quippe referre retulimus? Assentiemur? Suffragabimur? Sæpesæpiùs fabulas Græcorum in morum instructionem assumimus, mancipamusque hasce servas veræ sapientiæ: quia illis utimur, fidem adhibebimus? Perpera illatio. Constet ergo ex Scriptura. Iudith, 16. 8. dicitur: *Nec Filij Titan percusserunt eum.* Ibi num ansa in fidem gigantomachiæ, ut Titanes Saturnum è cœlo expellerent? Isai. 13. 22. *Sirenes in delubris voluptatis.* Cap. 34. 14. *Occurrent dæmonia Onocentauris.* Ibid. & Thren. 4. 3. *Cubavit Lamia: Lamiæ nudaverunt mammam.* Iob. 21. 33. *Dulcis fuit glareis Cocyti.* Iam quippe dixerat, cap. 9. 9. *Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas.* Quia hìc huiusmodi nomina fabulosa, fovebuntur Ethnica? Imò, quia hìc referuntur, creduntur portentosa mendacia. Multa inveniuntur pagina in Sacra, quæ meritò reprobantur ab illa. Plura suppetunt, at sat unum. Refert Lucas, cap. 4. 5. 6. diabolum dixisse, ostensis regnis orbis, & gloriâ illorum, Salvatori N. *Mihi tradita sunt, & cui volo do illa.* Lucas credidit ita esse; & nos credemus vera esse, quoniam relata à diabolo refert Lucas? Vere relata à diabolo, sed quæ relata non vera. Ergo in propositum nostrum. Damianus illam Hebræorum sententiam, seu fabulam assumpsit intuitu ultionis fornicariorum. Sectabitur, quia illa in propositum utitur? Pluribus in locis cogitationis acumina Poëtarum exprimit fabulis: credetne propter usum deliris Poëtis? Collectio prorsùm insipida, digna candicibus. Damianus referendo non approbat, sed objicit zelatoris castimoniæ præmium, quippe fervidè agebat de decoroso cœlibatu Clericorum. Curiosus inquirere quibat, unde illa fidei & philosophiæ irregularis notitia nova? Non à se fictam fatetur, sed apud Hieronymum legisse. *Unde me quisque* (ait) *mentiri autumat; Divinum legis Interpretem Hieronymum, qui hoc in Hebraicarum quæstionum libro testatur; potiùs reprehendat.* Confirmat etiam textu sacro, 1. *Paralip.* 9. 19. quo Hebræi roborabant errorem. Inquiro: Quæstiones Hieronymi sunt ex sententia Hieronymi? Nullo modo, sed ex traditionibus Hebraicis. Quia ex Hebræorum traditionibus congerit, eritne sani cerebri, Hieronymum his placitis suffragari? Ille in Prologo dicit: *Studij nostri erit, eorum errores refellere.* Refert quidem Hieronymus Traditiones, sed non approbat, nisi quæ ex sacra pagina constant: imò dum occurrunt, impugnat, & proprij sensus profert sententiam. Audi in *Matth.* 11. 14. *Elias ergo Ioannes dicitur, non secundum stultos Philosophos, & quosdam hæreticos, qui metempsychósim introducunt; sed quód iuxta aliud testimonium* Evan-

Voces Ethnicorum alì quando in Script.

Iudith. 16. 6.

Damianus non favet metempsychosi.

Hieronym.

Matth. 11. 14.

Evangelij, venerit in spiritu & virtute Eliæ, & eandem Sancti Spiritus vel gratiam habuerit, vel mensuram: sed vitæ austeritas rigorque mentis Eliæ & Ioannis pares sunt. Intentum sequitur ibid. cap. 14. v. 2. *Hic est Ioannes Baptista: ipse surrexit á mortuis. Quidam Ecclesiasticorum interpretum causas quærit; quare Herodes ista sit suspicatus, quasi erroris alieni nobis reddenda sit ratio, aut metempsychòseos secta ex his verbis habeat occasionem: cùm utique eo tempore, quo Ioannes decollatus est, Dominus triginta esset annorum: metempsychòsis autem post multos annorum circulos, in diversa corpora dicat animas insinuari.* Quo pacto Hieronymus astruet, quos refert errores: maximè indigitans Philosophos stultos hisce nugis errantes? Ita Damianus secutus est traditionem à Hieronymo traditam; sed quoad entitatem veritatis traditionis, idem sentit ac Hieronymus: nimirùm errorem esse, etsi ab Hebræis creditum, & à Sancto Hieronymo relatum; sicut mendacium est, universum esse ad dæmonis libitum sub potestate diabolica; quantunvis verùm sit quòd referatur à Luca. Permulti essent Hæretici & Ethnici si sat esset, illorum errores enunciare. Aliud est referre, & uti relatis Ethnicorum, aut Hebræorum traditionibus, ut formetur, vel reformetur animus; & longè aliud in fidem nugarum traditarum assensus. Consensus pro illotunc in morum catholicorum formam, assensus nunquàm.

Idem.

Etsi referat & utatur notitiâ.

6 Exponit quoque Damianus in meditatum propositum, allucinationem Hebræorum in textu sacro, quasi illius erroris traditi fulcro: dicitur itaque loc. cit. *Phineës autem, filius Eleazari erat dux eorum coram Domino*; quasi Phineës tunc viveret gratiâ zeli exhibiti in Domini honorem: quod etiam falsum est, & tamen traditum; cæterùm nec à Damiano, neque à Hieronymo creditum. Patet perspicuè, ni fallar. Ibidem ait Damianus ex traditione Hebræorum Eliam & Phineës unicum fuisse hominem: *Cui nimirùm Phineës nomen est à parentibus inditum: Elias verò agnomen est accidens per eventum.* Ergo iuxta hoccine testimonium Elias nunquàm fuit in rerum natura; sed tantùm nomen, quod pro agnomine Phineësi tributum. Quisnam nisi pertuso cerebro cogitare poterit Damianum arbitrari nunquàm fuisse Eliam, sed agnomen Eliæ in Phineësis persona? Dicit præfatum testimonium: fateor; verùm haud ex Damiani sententia, quod refert testimonium exhibitum. Elucet haud aliter ex Hieronymo loc. *Paralip.* cit. *Hic monstratur* (infit) *Phineës adhuc eo tempore vivere.* Exponit graphicè Glossa Ordinaria: *Ut tradunt Hebræi.* Idem dicunt Damianus, & Hieronymus: at non præut sentiunt, sed præut Hebræi, sive Rabbini tradunt: traditio autem Hebræorum præter expressa, imò contra expressa in Scriptura; nec firmat doctrinam Orthodoxam, nec quit astrui, quæ ficta esse DD. Catholicorum doctrinam. Resipiant ergo Torniellus & Alapide, ne de illis Stoicum pateat, dixisse *Epist. 95. Cum amaverint, iudicant: non amant, cùm iudicaverint.* Textus, quo cæspitarunt Hebræi declivè exponitur; prætermisso, quòd ita bardâ Minervâ, ut Phineësim filium Eleazari cogitent post tot sæcula sacerdotem nepotem Aäronis: quasi nullus alius posset esse eiusdem nominis, nec patrem nomine Eleazarum habere. *Hi sunt Coritæ* (dicit textus v. 19.) *super opera ministerij, custodes vestibulorum tabernaculi*, &c. *Phineës autem filius Eleazari erat dux eorum.* Sat erat, signare Custodiam vestibulorum, ut non posset intelligi dux illorum Phineës: equidem Sacerdotum diversa longè alia officia, ut videbimus, *Tautolog. 6.* num. 5. præfata verò munera duntaxàt Levitarum, de quibus infrà num. 11. filij autem Core Levitæ fuerunt non Sacerdotes. *Videtur melius dictum, quòd iste Phineës fuit alius ab illo, & multo tempore posterior: videlicèt post reditum captivitatis Babilonicæ, & præfuit Levitis hic prænominatis, unde & iste Phineës inter Levitas ponitur. Alius verò fuit Sacerdos succedens in Summo Sacerdotio patri suo.* Hactenùs Lyran. hìc num. 4.

1. Paral. 9. 20.

Damian.

Claret evidenter.

Hieronym. Gloss. Ord.

Seneé.

Phineës haud ultrà congruâ ætatem vixit.

Lyran.

7 Quod verò Hebræi non admiserint inter errores metempsychòsim Pytagoricam toto rigore; sed tantùm speciem, variationem scilicèt nominum, non animarum (quatenùs individua humana distincta pro unica persona accipiebant, eandemque asserebant esse, vel fuisse tam corpore, quàm anima) & hunc, non alium fuisse errorem Hebræorum; tanquàm errorem excutere cogor: error sanè intolerabilis, illos dicere (& stomachicè,

Apud Hebræos vigebat opinio Pythagoræ toto rigore, sine discrimine.

——*Satur est, cùm dicit Horatius Hoë:*
Quis locus ingenio?)

Iuvenal.

Non habuisse huiusmodi errorem. Dicat Hebræus, etiam professione Pharisæus, qui agens de illorum secta, lib. 2. de *Bell. Iud.* cap. 7. in fin. subdit: *Animam autem omnem*

qui-

quidem incorruptam esse, affirmant: transire autem in alia corpora solas bonorum: improborum verò interminabili supplicio cruciari. Quid ad hæc mi homo? Non alium, sed errorem eundem, eodemque sensu, quo Pythagoras, transmigrationem animarum circa, stolidè habuerunt. Ita etiam refert Alapid. in Epist. ad *Philipp.* cap. 3. 6. & Sixtus Senens. lib. 2. *Biblioth. sanct.* liter. T. Si non sat testimonium Rabbini, quod satis, dum inimici nostri sunt iudices; constet ex Evangelio. Marci 6. à v. 14. dicitur, quòd auditis portentis, signisque mirabilibus ab Assertore nostro patratis, post Baptistæ mortem, Herodes sic cogitaverit: *Ioannes Baptista resurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo.* Idem habes apud *Matth.* 14. 2. In corpus Christi Hebræus hìc arbitratus est se insinuasse Baptistæ animam, ut tradit Chrysostom. Euthymius, & Theophilactus; sicut alij cogitarunt Christum esse unum ex antiquis Prophetis, cuius anima in Christi corpore tot mira, ac inaudita faciebat. Herodes haud dubitavit de animarum transmigratione, nec cuius anima transvolavit in Christum, sicut alij dubiè cogitabant, cuiusnam esset, uti ibid. dicitur, v. 15. & apud Matth. 16. 14. *Alij* dicebant *Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut unum ex prophetis.* Ne ratione resurrectionis cogitetur aliquid in effugium (quatenùs si resurrectio est eiusdem animæ & corporis, eundem reverà corpore & anima arbitratus sit Herodes, & non in aliud corpus animæ transmigrationem, Pythagoricorum adinstar) illustri metro sensum in propositum nostrum astruit Sedulius lib. 2. *Histor. Evangel.* à v. 551.

Ioseph. Marc. 6. 14.

Ipse est Elias, felix venturus in ævum:
Corpus Ioannis felix habitabile sumpsit.
Elias, quondàm, quem turbine iussá coruscо
Flammipedem rapuit simulatio quadriiugorum.

Sedul.

Præcluduntur, ut clareat error, effugia. Tanti momenti moles haud parciùs agenda. Non novum homines resurrexisse post aliquot sæcula: novum utique quòd animæ post sæcula & sæcula transmigrent in alia corpora. Si lubet videre stupendum miraculum, scilicèt Samuelem filium Uriæ Prophetæ (de quo *Ierem.* 26. 20.) à mortuis revocatum, constitutumque Episcopum Bracarensem à Beato Iacobo, postquàm sexcentis annis fato feliciter functus; adi Sandobal, in *Histor. Tuicienf.* & Francisc. Bivar. in Flavium Lucium Dextrum, ad *Ann. Christ.* 37. num. 2. Modò flectatur calamus in Tautologiam.

Stupendum miraculum Iacobi.

8 Non ergo à Phineës, sed à tôto populo ex Concilij Sanhedrin suffragijs, quia filij Eleazari desciverant à rectitudine legum, post mortem Samsonis constitutus est Heli & Iudex & Summus Pontifex, anno ætatis quinquagesimo octavo; utrumque munus exercens annis quadraginta, 1. *Reg.* 4. 18. pervenitque usque in nonagesimum octavum ætatis, v. 15. Quo anno eius præfecturæ natus & oblatus sit Samuel, haud Scriptura ostendit. Brietius in *Chronolog.* anno 2901. & Torniell. *ann.* 2900. & 2904. asserunt anno primo iudicaturæ ortum, ac tertio oblatum, vixisseque septuaginta & septem annis. Impossibile videtur Samuelem natum anno Præfecturæ primo: equidem si post Heli constitutus Iudex Israël; haberet profectò, dum munere fungi cœpit annos quadraginta: & valdè iuvenis (ait Genebr. *ann.* 3106.) habenas Israëlitici regiminis tenuit, scilicèt, triginta annorum: ita Adrichom. *ann.* 2850. Abulens. in 1. *Reg.* cap. 8. *quæst.* 2. astruit, Samuelem natum anno circiter octavo Ducatus Heli: quod etiam subsistere nequit in computum Scripturæ, asserentis vitam Heli fuisse nonaginta & octo annorum: unde bini anni deficiunt ad complementum ætatis, ut calculanti constabit. Siccine meo iudicio, puerum natum auguror decimo circiter anno Præfecturæ Heli, oblatumque anno circiter duodecimo, vel tertio decimo inchoante. Clarebit: quinquagesimo octavo, Heli ingressus in regimen: nato Samuele, agebat annum octavum supra sexagesimum: additis triginta Samuelis usque in mortem Heli; conficiunt summam ætatis, quam Sacra pagina signat, v. 15. nimirùm nonoginta & octo annorum. Anno itaque septuagesimo ætatis Heli puer Samuel Sanctuario sistitur, de quo prædicatur ministratio. Prima, vel in hac ætatula, ut vidimus, *Tautolog.* 4. n. 25. Secunda de qua v. 11. anno octavo, ut autumat Philo Biblicus. *Samuel erat* (ait) *deserviens in conspectu Domini, nesciens adhuc quid essent eloquia Domini: erat enim annorum octo.* Tertia, *exacto anno ætatis duodecimo*, quo Prophetam agere cœpit: uti inquit Ioseph. lib. 5. *Antiq.* cap. 11. Genere Levita erat; ut ergo constet quomodò ministerium, breviter præmittenda cuncta historia Levitarum.

Heli iudex & Summus Sacerdos.

Quoto anno Heli oblatus est Samuel?

Phil. Bibl.

Levitæ qui fuerint?

9 Levitæ sic dicti à Patriarcha Levi, qui tres filios habuit, Gerson, scilicèt, Caäth, & Merari; ex quibus Levitæ nominati propter familias, *Caäthitæ, Meraritæ & Gersonitæ*. Hos iurè elegit Deus in Sanctuarij ministros, propter zelum exhibitum in idololatra Horeb ad vitulum aureum; ubi sanguine non solùm amicorum, sed etiam cognatorum & propinquorum consecrarunt manus: *Deuter.* 33.9. qua de causa v.10. dicit Moyses Domino: *Ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum.* Ex familia Caäth, qui genuit Amran, patrem Moysis & Aäronis, fuerunt *Caäthitæ*, inter quos etiam Levita Moyses & filij eius: 1. *Paralip.* 23. 14. equidem, uti ibid. v. 13. *Separatus est Aäron, ut ministraret in Sancto-Sanctorum, ipse & filij eius in sempiternum*, &c. Sacerdotium igitur tantùm destinatum familiæ Aäron: Moyses autem, quia frater, haud erat ex illa familia. Si aliquando Sacerdotis munere functus, duntaxàt Dei privilegio; sicut Samuel etiam Levita descendens à Caäth, fuit privilegio Sacerdos, filijs inter Levitas numeratis, 1. *Paralip.* 6.28. & 15.17. Inter Caäthitas, Gersonitas à Gerson, & Meraritas à Merari, distributa Sanctuarij ministeria, postquàm consecrati sunt: ideoque in castrametatione Sacerdotes filij Aäron, erant ad ostium Tabernaculi, nempè ad Orientale latus: Meraritæ ad Aquilonem, Caäthitæ ad Meridiem, atque Gersonitæ ad Occidentem: *Num.* 3. v. 23. 29. 35. & 38. & Arias Montan. in *Apparat. Bibl. Reg.* titul. de *Sacra. fabr.* ex quo Torniellus in 4. *Mund. ætat.* ann. 2545. n. 51. & Adrichom. in *Topographia Pharan.* Hæ familiæ filiorum Levi diversis incumbebant officijs, de quibus latè, *Numer.* 4. v. 4. 24. & 33. verùm huiusmodi munera duntaxàt in deserto; quippe alia in terra promissionis, & alia sub Davide. In terra promissionis præter Tabernaculi custodiam, etiam excoriabant victimas, ac in frustra concidebant, carnes lavabant (sed ex privilegio, quippe hæc munera Sacerdotes spectabant, ni vel pauci essent, vel victimæ multæ, ut dicitur, 2. *Paralip.* 29.34.) ligna ferebant in altare holocaustorum, similam, ac reliqua necessaria pro sacrificijs conficiendis: 1. *Paralip.* 9. à v. 31. Denique præparabant Sacerdotibus tam vestes sacras, quàm instrumenta in sacrificia, de quibus *Tautolog.* seq. n. 11. cunctaque post ministerium in loculis custodiebant. Arias Montan. quo nuper, & Menoch. *Republ. Hebræor.* lib. 2. cap. 1. Summa summarum (iccircò dispersi erant per totum Israël in 48. civitatibus, deindeque habebant Synagogas in urbibus, & vicis) erat docere populum. *Excubent & observent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram Tabernaculo testimonij.* Numer. 3. 7. Semper igitur floruerunt eruditissimi, & in cultum Dei ita exacti, ut diceret Iosias: *Ad quorum eruditionem omnis Israël sanctificabatur Domino.* 2. Paralip. 35. 3.

Moyses Levita, ex privilegio sacerdos.

Officia Levitarum, in deserto.

In terra promissionis.

10 Doctrina lucet ex eo, quod assumpti in Concilium Sanhedrin, quod 71. viris constabat ac Pontifice summo, ubi de summa rerum tam civilium, quàm sacrorum agebatur. *Accedit* (ait Cunæus lib. 2. de *Hebr. Republ.* cap. 9.) *quòd legum omnium, & rerum humanarum, divinarumque summam scientiam, suo quodam sibi iure Levitæ vindicarunt, quam in Synagogis per Iudææ oppida populo tradidere; ut non immeritò omnis ingenij, eruditionisque & bonarum artium patres atque auctores habiti sint: igitur ab his pietatis virtutisque exempla petita sunt: etenim cùm pars ceremonijs sacrisque ministrarent, alij in disciplinas incumberent, plurimi muneribus, officijsque civilibus intenti Reipublicæ consulerent; omnes tamen sine cupiditate vitam agebant.* Fulserunt enim ex illis Scribæ in lege doctissimi, assumptique fuere in regimine tribuum, maximè pijs, optimisque Regibus. 1. *Paralip.* 26. 32-2. cap. 19. 8. 11. Zelus illorum etiam claret ex eo, quod permultis Sacerdotibus cum Ieroboàm, turpis lucri gratiâ, remanentibus; Levitæ religionis intuitu, relictis urbibus quas habebant inter decem tribus, transierunt ad duas, quæ patrio more iuxta legem integra solemnia Religionis observabant; ut dicitur, 2. *Paralip.* 11. 13. & quò dudùm Cunæus. Hinc, ut reor, ortum habuit, quippe necessitas caret lege; quod Levitæ haberent prædia in sortibus Israël, emerentque quæ ad vitam necessaria, tam quoad victum, quàm quoad habitaculum: quod quidem interdictum lege, *Numer.* 18. 20. & *Deuter.* 18.1. siquidem decimæ duarum tribuum haud sufficiebant in tot millia Levitarum, quos alebant tribus duodecim: nec civitates tredecim ex his duobus tribubus, ut ex *Iosue*, 21. à v. 13. numerat Adricom. in *Levi*, num. 7. satis in illorum habitacula. At quia agam *Tautolog.* seq. à num. 19. cætera prætermitto.

Levitæ doctissimi.

Cunæus.

Non defecerunt à fide tempore Ieroboam.

11 Verùm haud prætermittendum illud Domini apud Ezechielem. *Levitæ, qui longè recesserunt á me in errore filiorum Israël, & erraverunt á me post idola sua, erunt in Sanctuario meo æditui, & ianitores portarum domus, & ministri domus: ipsi*

Ezech. 44. 10.

ipsi inàctabunt holocausta, & victimas populi: & ipsi stabunt in conspectu eorum, ut ministrent eis ::. *Non appropinquabunt ad me, ut ipsi sacerdotio fungantur mihi, neque accedant ad omne Sanctuarium meum iuxta Sancta Sanctorum.* Quid his verbis in Levitas minatur Deus, cum illorum officium non sit ad altare accedere, sacerdotio fungi, nec in Sanctum iuxta Sancta-Sanctorum introire, sed ministros Sacerdotum esse, ædituos & ianitores? Notat Maimonides in *Halacha Massechta-Cholin*, cap. 1. *Crimen capitale fuisse, si Levita Sacerdotis curas capessseret.* Quo ergo pacto quasi pœna idololatriæ imponitur, quod Levitis non est pœna? Haud ullo munere privantur; cùm ad altare accedere & cætera, Levitarum non sit munus. Hic cæspitavit qui nusquàm non solùm non offendit; sed qui fax in loca difficiliora Scripturæ iurè quit plaudi: nemo, siquis alius, ita in profunda sese mergit & emergit ingeniosus, ac doctissimus, homo sanè unius sæculi, celeberrimus Sanctius. De Levitis igitur exponit præfata testimonia, cùm nomen Levitæ in Scriptura aliquando non signet Levitam officio; sed filios Levi, qui & Sacerdotes & Levitæ erant. *Numer.* 35. 2. *Præcipe filijs Israël, ut dent Levitis urbes ad habitandum. Levitis*, ideſt, omnibus filijs Levi, quippe non excludebantur Sacerdotes potioris iuris, qui quidem sicut Levitæ, sortem haud habebant in funiculis aliarum tribuum. Unde Deus non in Levitas, de quibus *numer.* anteced. sed in Sacerdotes, qui secuti sunt peccata Ieroboäm, invehitur; fulminans pro illo peccato, nunquam reversuros in ministeria Sacerdotum propria; sed ad summum, ædituos vel ianitores fore. Levitæ non tam serviebant altari, quàm Sacerdotibus: at quia Sacerdotes servierunt idolis portabunt confusionem suam, non solùm ab altari expulsi, sed mancipati servitio illis, qui sibi debebant servire. Sic igitur plectebantur Sacerdotes vitiosi vel negligentes turpi socordia in credita ministeria, ait Cunæus, quo supr. *cap.* 8. *Hi damnati deinceps in parte templi degebant, quæ dicta est Lignile, atque illic ligna findebant, quæ in altari struerentur.* Non solùm redigebantur ad officia Levitarum, sed etiam Nathinæorum, à queis in usum sacrificiorum & cædebantur ligna, & portabatur aqua: *Iosue*, 9. 27. Ecce pœna ac supplicium idololatrarum Sacerdotum, qui vocantur ab Ezechiele *Levitæ*: qua de causa collatione facta inter Sacerdotes & Sacerdotes, inter orthodoxos & aberrantes; subdit Dominus v. 15. *Sacerdotes autem & Levitæ filij Sadoch* (*Levitæ*, ideſt, prognati ex Levi, ut ipse Sanctius fatetur, *numer.* 28. equidem filij Sacerdotis Sadoc Levitæ nequibant esse) *qui custodierunt ceremonias Sanctuarij mei, cùm errarent filij Israël á me; ipsi accedent ad me, ut ministrent mihi, ingredientur Sanctuarium, & ipsi accedent ad mensam*, &c. Verùm dices: Quo pacto Sacerdotes filij Levi abierunt post idola Ieroboäm, cùm scriptum sit de hoc nequissimo bipedum: *Fecit Sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs Levi?* Haud creperum: veruntamen cùm decursu temporis filij Levi Sacerdotes viderent se privari pingui proventu; imò cogi mendicare, cùm exagòga, seu redditus annui cederent in census sacrificulorum; simulque cuperet Ieroboäm auctorare ex filijs Levi idola Bethel, ut populus videns destinatos à Deo in sacra ministeria, securiùs propenderet adoratum simulachra (sicuti exitus meditata probarunt) Levique filij plus respicerent in transitoriam utilitatem, quàm in sempiternam legem; servierunt idolis noviter à Rege erectis, Deis scilicèt, quos non coluerunt patres eorum: ideoque & propter exemplum sibi & alijs pessimum, à Domino Deo sacerdotio multantur. Quomodò ergo hic Deus interminatur Levitis, cùm venerint ex universo Israël Deo servire in Ierusalem, uti vidimus, *num.* 10. facilè exponitur, si accipitur *Omnes* pro maiore multitudinis parte; quin obsit, quod aliqui propter lucrum, & Regis tyrannidem à lege defecerint. Vide dicta, *Tom.* 4. *T.* 8. *num.* 22.

Maimon.

Levitæ nomen aliquando pro tribu, non pro ministerio.

Cunæus.

3. Reg. 12. 31.

Sacerdotes lapsi in idololatriam.

12 Sub Davide præter huiusmodi ministeria, divisi sunt Levitæ in Cantores, Ianitores, Thesaurarios, Præpositos & Iudices. De Cantoribus, & etiam de illorum sortibus per hebdomades in ministeria; agitur, 1. *Paralip.* 15. à v. 16. & cap. 25. à v. 6. De Thesaurarijs tam ex suppellectili Sanctuarij, quàm ex donarijs; *cap.* 26. à v. 26. & 3. *Reg.* 7. 51. De Ianitoribus, ne Ethnici transirent primum atrium, nec fœminæ Hebræorum secundum, nec masculi tertium, ut ait Iosephus *Contra Apion.* lib. 2. agitur, 1. *Paralip.* 9. à v. 22. & 2. *cap.* 35. 15. Turba multa erat: ducenti aliquando ad unam portam. Nihil mirum Omissa curà ingredientium; ut clauderentur & recluderentur, nescio, an sufficerent, *Ianuæ* (subdit ibid. Ioseph.) *altitudine quidem erant cubitor. LX. latitudine verò, XX. omnes deauratæ, & pené auro puro confectæ.* Addit Cunæus *lib.* 2. cap. 6. apud septem

Officia Levitarũ sub Davide.

Portæ templi immanes. Ioseph.

Sa-

Sacerdotes claves atrij custodiri : ita ut ni simul adessent , nemo possit aperire. Alia of-
Alia Levitarum ministeria. ficia , scilicèt , Præpositorum & Iudicum memorantur , 1. *Paralip.* 23. 4. An autem vacarent domibus , aut agris curandis , ex dicatis voto Domino , de quibus *Levitic.* 27. à v. 14. an verò ex illis formarentur tribunalia , de quibus *Tautolog.* 1. n. 10. sub dubio est. Consule Abulens. in 1. *Paral.* 23. q. 13. & in *cap.* 26. *quæst.* 44. Ne mireris
Ioseph. tot Leviticos ministros ; *Licèt enim* (ait Ioseph. lib. 2. *Contr. Apion.*) *sint tribus quatuor Sacerdotum , & harum tribuum singulæ habeant hominum plus quàm quinque*
Innumere victimæ in templo. *millia ; fit tamen observatio particulariter per dies certos , & his transactis , alij succedentes ad sacrificia veniunt.* Quid in Solemnitatibus? Notat ipse lib. 7. de *Bell.* cap. 17. uno die Paschatis ducenties quinquagies sexies millena & quingena animalia ex agnis duntaxat esse immolata. Prætermitto ad numerum Civium Agnum Paschalem edi lege per familiam ; & aliquando per familias , si domibus singulis non esset numerus sufficiens ad esum Agni : *Exod.* 12. 4. Solummodò calculandus est numerus Sacerdotum. Tunc illo in die necessarium fuit in hoccine Sacerdotale munus adesse centum & viginti millia Sacerdotum. Quod si è numero à Iosepho signato , mactatas à Sacerdotibus singulis binas astruas ; supersunt sexdecies millenæ & quingenæ quæ adhuc quærent , cuius manu cadant. Vide Cunæum , *lib.* 2. *cap.* 13. Ita numerus Sacerdotum : quantus ergo Levitarum? In summa Levitæ instituti in Sacerdotum servitia. *Num.* 8. à 18. & cap. 18. à v. 2. Ibi describitur ritus consecrationis: illorumque ac Sacerdotum munia præscribuntur à Davide ; cuius sanctiones usque in exidium observabit Synagoga, 1. *Paralip.* 23. à v. 28.

13 Non Sacerdos , etsi à Deo aliquoties hac dignitate donatus , fuit Samuel , sed Levita & munere & genere : in hoc ministerium destinatur à puero , ideoque traditus à matre , ut virtutem hauriret à Sacerdote , maximè qui futurus Princeps, norma integritatis , specimen virtutis , docturus populum vias Domini tam ipsius legibus , quàm proprijs moribus. *Quid enim boni efficere potest ille princeps* (ait Eras-
Educatio Principis maximoperè curanda? Eras. mus lib. *de Institution.*) *qui ab ipsis statim incunabulis, stultissimis inficitur opinionibus, enutritur inter stultas mulierculas , adolescit inter puellas lascivas , inter colluso-res perditos, inter abiectissimos assentatores , inter scurras & mimos , inter combibones , voluptatum architectos , inter quos nihil audit , nihil discit , nihil imbibit nisi voluptates, delicias , faustum , arrogantiam , avaritiam , iracundiam & tyrannidem ; atque ex hac schola mox adhibetur in regni gubernacula?* Haud erit bonus , cui nihil in pueritia negatum vel à nutrice vel à matre : hæc adulta ætate ploravit , quas lachrymas indulgendo cupitis absterfit. Nequam mores difficulter rescinduntur , quando ab infantia creverunt : siquidem quò plus puero licet , eò corrumpitur , ac in ampliora vadit , dum paulatim indulgetur. *Infantiam statim delicijs solvimus. Mollis illa educatio* (exclamat
Nunquàm puer bonus, cui nihil negatur. Quintilian. *Instit. orator.* lib. 1. cap. 2.) *quam indulgentiam vocamus nervos & mentis & corporis frangit. Nondùm prima verba exprimit & iam coccum intelligit , iam conchylium poscit. Antè palatum eorum , quàm os instituimus : in lecticis crescunt , si terram attingerint , è manibus utrinque sustinentium pendent : gaudemus , siquid licentiùs dixerint. Verba ne Alexandrinis quidem permittenda delicijs , risu & osculo excipimus: nec mirum, nos docuimus, ex nobis audierunt : pudenda dictu spectantur : fit ex his consuetudo, deinde natura. Discunt hæc miseri , antequàm sciant vitia esse ; inde soluti ac fluentes non accipiunt è scholis mala ista , sed in scholas afferunt.* Ne in huiusmodi
Neglectus educationis serò ploratur. abrupta puer evaderet, illum Summo Sacerdoti mater obtulit ; ut cuius in obsequium, ut esset Domini separaverat à mammis, instructus gereret mores. Retorqueatur Seneca ad *Helviam*, cap. 16. *Abstulit illi* votum matris *matrem. Tua* Heli *potest efficere pie-*
Senec. *tas; ut perdidisse se matrem doleat tantùm , non & sentiat. Nunc mores eius compone, nunc formam. Altiùs præcepta descendunt, quæ teneris imprimuntur ætatibus. Tuis assuescat sermonibus : ad tuum fingatur arbitrium. Multum illi dabis , etiam si nihil dederis, præter exemplum. Hoc iam tibi solemne officium.* Indicatur planè in textu , equidem
Samuel oblatus à Sacerdote Institutus. Samuel minister obijcitur Domini non solùm *Ante faciem Domini* , & *In conspectu Domini* ; sed *Ante faciem Heli*, & *Coram Heli* ; quæ phrases cum affinibus in sacra pagina à nobis exponendæ pro instituto.

14 In Scriptura facies plerunque sumitur pro cuius est facies : penè innumera sunt
Facies pro cuius est facies. testimonia. *Ante faciem venti.* Psalm. 17. 43. *Ante faciem frigoris.* 147. 17. *A facie timoris.* Isai. 2. 10. *Formidinis:* v. 19. & 21. *Vinculi colligati;* 25. 7. *A facie gladij.* Thren. 5. 9. *Tempestatum famis :* v. 10. Alia diximus , *Tom.* 1. *Tautolog.* 4. n. 18. *Tom.* 3. *T.* 8.

num.

n. 54 & *T.* 13. *n.* 10 Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 4. v. 21. & 25. *Obſtupuit Regis facie. Ne faciem læderet haſta Tati.* Tacit. *Annal.* 13. cap. 38. *Dum poſitis loricis & galeis, in faciem pacis veniretur,* Hiſtor. 2. *cap.* 42. *Pugnæ facies*: cap. 54. *Conſilij facie.* Idem Seneca *Epiſt.* 89. *Mundi facies in conſpectum.* Plinio *lib.* 2. cap. 97. *Naturæ facies.* Alia, ſi lubet, invenies in propoſitum apud Frider. Taubmn. in illud Plauti in *Amphitr.* Act. 2. Scen. 2. v. 1. *Res voluptatum.* Aliquando additur ſubiecto expreſſo facies, ob reverentiam; quippe demonſtrat excellentiam, maieſtatem & celſitudinem. Pſalm. 30. 21. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ*: ideſt, excellentia tuà: & Pſalm. 118. 58. *Deprecatus ſum faciem tuam* (maieſtatem tuam) *in toto corde meo.* Idem, *Exod.* 33. 13. *Oſtende mihi faciem tuam.* Eccli. 4. 32. *Noli reſiſtere contra faciem potentis.* Matth. 11. 10. *Angelum ante faciem tuam.* 3. Reg. 13. 6. *Deprecare faciem Domini Dei tui.* Sic plura. Unde ſenſus Tautologiæ in utraque acceptione eſt: Samuel miniſtrabat Deo & Heli: vel miniſtrabat præſenti Heli *ante faciem*, ſcilicèt, maieſtatem, *Domini*; utpotè in Sanctuario.

Propert. Tacit. *Facies pro maieſtate.* *Expoſit. prima.*

15 Sicut multoties vultus ſumitur pro facie, de quo egimus, *Tom.* 3. *T.* 13. *n.* 11. Ita in præſenti facies uſurpanda pro vultu, quo præ ſe fertur aut torvitas, aut hilaritas, aut ſeveritas. *Græci* (infit Cicero, 1. de *Legib.*) *quorum lingua uberrima eſt, nomen Vultus non habent.* Qua de cauſa Aul. Gell. lib. 13. *Noct. Attic.* cap. 28. ait: *Quidam faciem eſſe hominis putant os tantùm, & oculos & genas, quod Græci Proſopon dicunt: quando facies ſit forma omnis, & modus & factura quædam corporis totius, á faciendo dicta, ut ab aſpectu ſpecies, á fingendo figura.* In quo etiam ipſe fallitur, equidem Græci dum faciem ſignant, ideſt, oris formam: *Proſopon* ſanè dicunt, quaſi perſonæ ſigillum: Hiſpan. *Roſtro.* At verò dum facies ab illis uſurpatur pro rerum ſpecie, ſeu aſpectu, ſeu apparentiâ; Hiſpan. *Cara*, aut obiecti forma; figurave; non *Proſopon* dicunt, ſe *Ædos*, *vel Opſis*: ut videre eſt apud Pindar. in *Nemeis*, Od. 5. ubi: *Veritatis Opſis*, pro ſpecies. Idem apud Lucret. *lib.* 1. v. 154. *Naturæ ſpecies*: & *lib.* 2. v. 1025. *Nova ſe ſpecies oſtendere rerum.* Quo in loco Lambinus: ideſt, *Naturæ ædos.* Idem obſervat La-Zerda in illud Virgil. 2. *Æneid.* v. 412. *Armorum facie.* Differentia & magna eſt inter vultum & faciem: in facie enim vultus eſt, qui quidem expreſsio affectus animi, ac frontis conditio, cordis imago, meditationum arcanarum ſpeculum, pro varietate cogitationum, relucentium, ſeu potiùs reverberantium in faciem: Vernaculè dicimus: *Geſto.* Facie igitur permanente, nihil vultu mutabilius: equidem cùm nunquàm quieſcat hominis animus, iuxta affectiones in vultu facies oſtendit animi motus; quoniam vox mentis tacita legitur potiùs, quàm auditur in fronte. Seneca in *Hercul. Oetæo*, v. 705. & in *Agamemn.* v. 128.

Cicer. *Pro vultu.* Aul. Gell. Pindar. Lucret. *Quid ſit in facie vultus?*

Vultu loquitur, quodcunque negas.
Licèt ipſa ſileas, totus in vultu eſt dolor.

Senec.

Heu! Quàm difficile eſt cordis motum non procedere vultu! Ideoque diſtinguitur à facie, tanquàm accidens à ſubiecto. Vultum ſibi fingere, multi poſſunt; cæterum formam nemo. Utrumque amplexus eſt Plutarch. in *Alexand.* ubi: *Facie & vultu pictores ſimilitudines exprimunt.* Saluſt. 3. *Hiſtor.* ait: *Prorsùs in facie, vultuque verecundia inerat.* Senec. in *Oedip.* v. 841.

Plutarch.

Arridet animo forma: nec notus ſatis,
Nec rursùs iſte vultus ignotus mihi.

Seneç.

Quo claret vultus pro motu animi, forma & facies pro oris ſpecie. Unde vultus accipitur pro affectu voluntatis. Sic igitur miniſtratio Samuelis *in conſpectu Domini* dicitur, & *ante* eius *faciem*; ut quàm grata Deo innoteſcat: accipiebat enim vultu placido pueri obſequium; ita ut in miniſtrationem utpotè gratam voluptuosè Deus intenderet, & vultu explicaret amico. Etiam huiuſmodi ſtylus apud Ethnicos. *Tuarum facierum voluptatem*: ait Sophocl. in *Electr.* v. 1289. & 1299. *Dilectiſsimam habens faciem.*

Diſcrimen. *Expoſitio 2.* Sophocl.

Ut procul aſpexit fulgentia virginis ora,
Cognovitque Deam, vultus veneratur amicos.

Claudian.

Succinit Claudian. in *Panegyr.* Manlij, v. 131. & Sil. Italic. 2. de *Bell. Punic.* v. 413.

——— Fronte Regina ſerenâ
Infelix, ac iam vultu ſpectabat amico.

Sil. Ital.

16 Quæ placent, cùm videre ſtudeamus; per faciei oſtenſionem, vultus complacentiam; ac per averſionem, diſplicentiam demonſtramus: iccircò faciem oſtendere,

vel

vel abscondere, idem est, ac gratum, vel ingratum esse obiectum. Sic igitur cùm oculi sint in facie, amoris & fastidij cordis indices; quod aliquando per faciem, exprimitur per visionem. Genes. 4. 4. 5. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non respexit.* Hoc est, illius Domino gratissimum sacrificium, huius autem prorsùs ingratum. Clarent siccine obvia plura sacræ paginæ testimonia & pro amore & pro odio eadem metaphora. Psalm. 10. 7. *Æquitatem vidit vultus eius*: nimirùm, vultu agnoscitur, quòd placeat æquitas. Psalm. 33. 16. eodem sensu, *oculi Domini super iustos.* Econtrà Psalm. 9. in divis. 11. *Avertit faciem suam, ne videat.* Habac. 1. 13. *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum.* Genes. 43. 5. *Non videbitis faciem meam.* 2. Reg. 14. 25. *Faciem meam non videat.* Psalm. 12. 2. & 26. 9. *Usquequò avertis faciem?* Etiam apud Profanos ficta aversio vultus Deorum, propter displicentiam scelerum. Ovid. lib. 4. *Metam.* fab. 19. succinit in adulterio Medusæ & Neptuni, de Minerva:

Videre & non videre, pro grato & ingrato objecto.

——Aversa est, & castos ægide vultus
Nata Iovis texit.

Etiam Manilius lib. 3. *Astronom.* cap. 1. v. 17. de motu Signiferi & Solis fugientis convivium Atrei, accinit:

Natorumque epulas, conversaque sidera retrò,
Ereptumque diem.

Quintus Calab. seu Smyrnæus lib. 13. *Paralip.* v. 424. de Aiace Olei impudentia in Palladis templo, ait:

Mente captus Cassandræ vitium obtulerat:
At facinus eius scelestum Dea non aspexit,
Sed irâ simùl & pudore suffundebatur,
Et truculentos avertit oculos ad templi laquearia,
Et circunquaquè strepitum edebat divinum simulachrum.

Q. Calab.

Alludit Ovidius in *Ibim*, v. 381. vel refert scelera facta à Lemnijs Spartæ in fano Minervæ Bistoniæ, quæ ibi impensè colebatur, ut ait Suidas, verb. *Xenelasia.*

Ut qui Bistoniæ templo cecidere Minervæ,
Propter quod facies nunc quoque torta Deæ est.

Ovid.

Ob crudelitatem dirissimam, ac inexcogitabilem cœnæ Atrei paratæ fratri Thyesti ex filiorum frustis, Solem reversum in ortum, ac in oppositum hemisphærium sepultum, comminiscuntur Poëtæ. Senec. in *Thyest.* v. 792. canit:

Vel apud Ethnicos sceleribus aversæ facies simulachrorum.

Cur Phœbe tuos rapis aspectus?
Nondùm feræ nuncius horæ
Nocturna vocat lumina vesper:
Nondùm Hesperiæ flexura rotæ
Iubet emeritos solvere currus:
Nondùm in noctem vergente die,
Tertia misit buccina signum:
Stupet ad subitæ tempora cœnæ.
Quid te ætherio pepulit cursu?

Senec.

Haud aliter aspectus ab ipsis fictus in complacentiam, atque mulcimen animi vel in ipsis Dijs. Unde Stoicus Cordub. de *Provident.* cap. 2. *Non video* (inquit) *quid habeat in terris Iupiter pulchrius, si convertere animum velit, quàm ut spectet Catonem iam partibus non semel fractis stantem. Inde crediderim, fuisse parùm certum, & efficax vulnus: non fuit Dijs immortalibus satis, spectare Catonem semel.* Intuitus ergo exprimit complacentiam, quasi gratum videnti spectaculum, quod coram habetur, dignumque sit conspectu, quippequàm placet. Manilius, 1. *Astronom.* cap. 10. v. 158.

Idem.

Tertia expositit.

Pompeiusque orbis domitor, per trisque triumphos
Ante Deum princeps.

Manil.

Astruitur utique acceptio conspectus Deitatis, in acceptionem ministrationis Samuelis: etenim etsi Dominus videat cuncta; quæ placent, facie Domini sunt digna: diciturque iurè puer *ante faciem Domini* ministrare; quia illius ministratio accepta *in conspectu Domini.* De Henoch dicitur Genes. 5. 22. *Ambulavit cum Deo.* Maluend. *Fungebatur publico sacro ministerio Dei. Ambulabat ad facies in conspectu Dei.* Unde ut constaret, quid esset ministrare ad faciem Domini, & in eius conspectu; pro *Ambu-*

Maluend.

bulavit cum Deo, Siracides cap. 44. 16. legit: *Placuit Deo.* Paulus ad Hebr. 11. 5. *Testimonium habuit, placuisse Deo*: Sic igitur Samuel in conspectu Domini ministrabat, quippe Domino ministratione placebat. *Conspectu Dei dicuntur digna, quæ grata.*

17 Liquet itaque Hebraismo signari gratiam, vultus manifestatione; sicut odium aversione vultus. Expresit Moyses, Exod. 33. 13. dicens Domino: *Ostende mihi faciem tuam, ut inveniam gratiam ante oculos tuos*: Dominus ergo respondit, v. 14. *Facies mea præcedet te.* Hoc est, favor, protectio & auxilium. Proverb. 29. 26. *Multi requirunt faciem Principis*: idest, gratiam. Contrà verò fastidium, vel pertædium. Psalm. 30. 23. *Proiectus sum á facie oculorum tuorum*: & Psalm. 50. 13. *Ne proijcias me á facie tua*: itaque plura, queis præscribitur voluntatis odium & amor. Haccine acceptione facùl intelligentur plures modi Pleönasmici, erga ostensionem animi diligentis, vel aversi. *Averterunt facies suas á Tabernaculo Domini & præbuerunt dorsum.* Apud Ieremiam: *Verterunt ad me tergum & non faciem*: idem geminat, *cap.* 32. 33. alioque stylo, etsi eodem sensu, *cap.* 7. *facti sunt retrorsùm, & non in ante.* Hinc Dominus, ut vicem illis pro meritis redderet, cervicosæque indolis duritiam frangeret, bile commotà minatur: *Dorsum & non faciem ostendam eis.* Aliquando in Scriptura animus cordis firmiter exponitur, ut sæpe vidimus, affirmatione, simulque negatione contrarij positivi, expressi in prima periodo: similiter negatione, & unà affirmatione negationis: ut altiùs signetur vehementia affectus, & persistentia in meditato proposito. Hellenismum etiam apud AA. invenimus, & ubivis. Homer. 12. *Iliad.* v. 119. *Sceptrum neque retrorsùm, neque in anteriorem partem movebat; sed immobile tenebat*: & *Iliad.* 18. v. 170. *Consistebat, retrò autem non cedebat.* Euripid. in *Orest.* v. 397. *Clarum est, non obscurum*: in *Ipbigen. in Tauric.* v. 468. *Solvite, ne sint ampliùs vincti.* Aul. Gell. ubi supr. *lib.* 2. *cap.* 1. *Immobilis, eisdem in vestigijs.* Halicarnas. *lib.* 6. *cap* 32. *Desiderium natalis soli, quod omnibus ineſt necessariò, nec potest eximi.* Ioseph, lib. 18. *Antiq.* cap. 8. *Non sponté, sed coäctus tuis precibus, faciam quod facturus sum.* Haud Latini spreverunt stylum. Senec. de *Vita beat.* cap. 10. *Consummatum est summum bonum, nec quicquam ampliús desiderat*: & de *Benef.* lib. 4. cap. 8. *Idem est utrumque, nec distat.* Alex. ab Alexand. *lib.* 3. *cap.* 18. *Æquato iure, & nullo discrimine.* Natal. Comes, lib. 7. *Mytholog.* cap. 16. *Signum Victoriæ involucre, sine alis.* Nec renuerunt Poëtæ: Terent. in *Phorm.* Act. 1. scen. 2. v. 95. *Tenuiter, nec multum habet.* Plaut. in *Epidic.* Act. 5. scen. 2. v. 22. *Meo, non tuo*: in *Persa*, Act. 3. scen. 1. v. 47. *Sapienter potiùs, quám stultè.* Lucret. *lib.* 4. v. 1189. *Nec semper ficto suspirat amore, nam facit ex animo sæpe.* Claudian. in IV. *Consul. Honor.* vers. 272. & 528. *Affirmatio, & negatio contrarij quid signet?* *Bebæosis.* *Victoriæ imago sine alis.* Natal. Com.

——*Cunctis tua gentibus esse*
Facta palàm, nec posse dari regalibus usquám
Secretum vitijs-Quàm felix arcus, certique petitor
Vulneris, & iussum mentiri nescius ictum? Claudian.

Denique Ovid. 3. *Fastor.* v. 611. & Virgil. 2. *Georgic.* v. 10.

Nec timui de morte tamen: metus abfuit iste.
Namque aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua veniunt. Ovid. Virgil.

Alia in idem propositum congessi tam hìc *Tautolog.* 2. *n.* 21. quàm *Tom.* 4. *T.* 5. *n.* 26-6. *n.* 5-8. *n.* 24. & 12. *n.* 11.

18 Cuncta herclè necessaria in præsentium delicationem Tautologiarum. Unde facilis explanatio, modò negatio usurpetur pro *Non solùm*, relativè ad alia facta vel facienda. Favit largiter, abundèque Dominus filios Israël: redamatio iurè sequitur gratiam, ac benefactorem, haud dorsum vertendo, sed gratam hilarem faciem; ut demonstratio vultus astruat obnoxium favoribus nobile pectus. At refractarij abeuntes post idola, nec custodiebant legem, nec erga cor beneficum ostendebant grati faciem; quasi rubore suffusi ex aspectu, amoris ac benevolentiæ indiculo. Querebatur Dominus per Prophetas, qui Israëlitis aperiebant iniquitatem; ut eos provocarent in pœnitentiam, & consequerentur gratiam; sed *peius operati sunt, quám patres eorum*: Ierem. 7. 26. Induraverunt facies suas supra petram (Hispanicè: *Caras de corcho*) erexerunt durissimam cervicem. Unde *facti sunt retrorsùm, & non in ante.* Non solùm in debitum cultum progressi non sunt, sed retrò abierunt, patrantes maiores iniquitates. Maluend. *Faciaverunt ad me cervicem, & non facies.* In templum facies debebant *Negatio aliquando pro Non solum: affirmatio cõtrarij pro Sed etiam.* Ier. 7. 24. Maluend.

bant vertere, dorſaque in idola; verùm ut deſcribit Ezechiel, cap. 8. 16. *Dorſa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis.* Sic igitur, 2. Paralip. *Averterunt facies ſuas á Tabernaculo Domini, & præbuerunt dorſum.* Eò amentiæ progreſsi ſunt, ut non ſolùm non reſipiſcerent, ſed Deum ad iracundiam provocarent, prolapſi de iniquitatibus in iniquitatem ampliorem, cùm ire deberent de virtute in virtutem, ut videretur Deus in Sion: at cùm videre nollent, ut deſpectum ac faſtidium oſtenderent; vertebant dorſa, à quo tot, talia, & tanta acceperant beneficia. Sicut faciem oſtendere, eſt ſignum amoris; avertere faciem, & dare ſubinde terga, indicat diſplicentiam: quare ut clareret ipſorum animus pravus, indocile, barbarum pectus, pronum in idololatriam, ac ſimul in impudentiam; averſione vultus, & dorſi facie, non ſolùm oſtendebant erga Deum amorem exulem, ſed etiam deſpectum, quaſi flocci ducerent.

2. Paral. 29. 6.

Facies pro amore, dorſũ pro averſione.

19 Iuxta morum corruptorum noxam, à Domino æquà lance cogitantur ſupplicia. Si illi præbuerunt dorſum, & à me averterunt faciem; *Dorſum & non faciem oſtendam eis.* Faciem oſtendam, ut dorſum miſeri videant. *Faciem ad iudicium, non ad gaudium: ad ſupplicium, non ad præmium:* inquit Auguſtin, in *Ioann.* Tract. 76. *Vultus Domini* gaudium plenum: verùm *ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Pſalm. 33. 17. Interrogat ſanè iuſtum & impium, aliter tamen & aliter: alium videt in virtutum præmium, & alium ob peccata in exterminium. *Verterunt ad me tergum, & non faciem; & in tempore afflictionis ſuæ dicent: Surge & libera nos.* Dorſum & non faciem eis oſtendam. Nec noſcam, nec ignoſcam. Faciem in me convertendam, convertebant in idola. Surgant & opitulentur vobis & in neceſsitate vos protegant, *Ubi ſunt Dij tui, quos feciſti tibi? Surgant, & liberent te in die afflictionis.* Ubi Dij de quorum victimis comedebas adipes, & bibebas vinum libaminum? Ridebo prorsùs de ſupplicijs & ſupplices. Quicquid diſplicet, poſt tergum proijcitur. *Iſai.* 38. 17. & *Eccli.* 21. 18. Haud iudicatur dignum aſpectu, quoniam offendit intuitu. Unde non tantùm auxilia ſubtraham, verùm etiam vexamina in delinquentes immittam, clamoreſque dolentium proijciam poſt tergum, quaſi non exaudiam; dedignatus indignatione crebræ provocationis intueri, quùm vel in tantis ſupplicijs indigni miſeratione. Non ſolùm longè aberit amor; ſed deſpectu ſupplicum adſtabit fulminans terror; ut in gentibus diſperdam, uti pulverem comminuam, quoniam miſericordem ac pium ipſi vecordes adiuverunt in malum. *Verterunt ad me terga, & non facies; cùm docerem eos diluculò* (ideſt, ſummo ſtudio, & ſolicitudine & à principio, quando ab Ægypto eduxi) *& erudirem & nollent audire, ut acciperent diſciplinam, &* (pro *Ideo*) *poſuerunt idola ſua in domo in qua invocatum eſt nomen meum.* Eò proceſsit audacia, verùm fuit à tergo non clauda, ſed pernix pœna.

Deus inſultat peccatoribus.

Cap. 2. 27.

Verſ. 28.

Ierem. 32. 33.

Et *pro* ideò.

20 Expreſſerunt ſiccine Iſraëlitæ Deitatis deſpectum, cæterùm in proprium damnum; quandoquidem dedit eos in opprobrium ſempiternum. Ad æqualitatem ſitus corporis inſtructa vindicta, non ſolùm in captivitate Babylonica, ſed etiam quùm Synagoga reproba fuit penitùs reprobata. Quia faciem abſconderunt, & præbuerunt dorſum, Dominus dicit: *Dorſum & non faciem oſtendam eis.* Quando igitur hæccine acta? Quando avertentes faciem, verterunt terga. *Tolle, tolle* (dixerunt Pilato: *Ioann.* 19. 15.) *crucifige eum.* Noluerunt (expreſſo non tam tædio, quam odio) ſine vultus averſione, videre in quem deſiderant Angeli proſpicere. *Crucifixerunt*: ſed enim quo ſitu? Ita ut dorſum haberet ad templum & Civitatem, utriuſque indignum arbitrantes conſpectu: ſicque illis oſtendit dorſum & non faciem; quia indigni, quòd illos intueretur, qui nullatenùs cupiebant videre illum. Adi Adrichomium in *Ieruſalem*, num. 252. Hinc meditanter dicitur: *Dorſum & non faciem oſtendam eis, in die perditionis eorum.* Illi fuerunt pòſt & non faciebus: mortuaque Synagoga pervicax in die perditionis iacuit; quia Dominus ſicut illa dorſum oſtendit: *Tu dereliquiſti me dicit Dominus: retrorsùm abiiſti. Laboravi rogans: diſpergam ventilabro in portis terræ.* Non faciem, ſed dorſum oſtendam, ut timeant ſeverum, quem ſprevere pium. Prædixerat Proverb. 1. à v. 24. *Quia vocavi, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis: ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cùm vobis, id quod timebatis, advenerit*, &c. Quàm aptè, *Laboravi rogans!* Ut ſynagoga obtineret requiem, ultrò ſuſtinuit laborem: rogavitque quaſi ſuo intereſſet, quæ ad pacem illi. Prava mens haud poteſt dirigi:

Cap. 18. 17.

Luc. 23. 33.

Cap. 15. 6.

Amor deſpectus exandet.

gi : quùm ostendebat Salvator vultum , Synagoga præbuit dorsum , cognoscens meruisse flagra quæ conscisebant flagitia. Quid ultrà debuit facere? Quid turpius in amantem Synagoga potuit? Indignum visu , qui ostendebat faciem , iudicavit ; verùm tunc indignam prædicatione se præbuit. *Dorsum* (ait) *& non faciem ostendam eis* : dignum utique , quòd ut inimicos habeam ad pœnam in corde , qui inimici & gratis facti sunt mihi. His igitur elucet per dorsum & faciem exhibitam, displicentia & complacentia: simulque affirmationem cum negatione contrarij , & econversò, indicare animi persistentiam , immutabile propositum cum epitasi affectus , quo vehementer ducitur , seu pungitur animus : etenim ut claret in testimonijs tam ex sacris , quàm ex Ethnicis , negatio usurpanda pro *Non solùm non* , & affirmatio pro *Sed etiam* : ita ut *dorsum & non facies* idem sit , ac dicere, Non solùm nulla in pectore redamatio , signata in facie ; sed eximia interfuit ingratitudo, ex conversione dorsi. *Quanta Synagogæ ingratitudo.*

21 Primario scopo respondendum modò , ut aliæ affines illustrentur Tautologiæ. De Samuele ut vidimus dicitur : *Ministrabat ante faciem Domini.* Et v. 11. *Minister in conspectu Domini ante faciem Heli* : cap. 3. 1. *Ministrabat Domino coram Heli.* Quid signent huiusmodi voces , & aliæ similes , in Scriptura obviæ , operæpretium erit exponere. Hic stylus frequentissimus idiomatibus Orientis. Unde ubi Levitic. 23. 6. *Phase Domini est*, Chald. legit : *Phase coram Domino.* Hic v. 10. *Sublimavit cornu Christi sui* , Samaritan. *coram Christo suo.* v. 35. *Ambulavit coram Christo meo*: Hebr. *Coram faciebus M ſiæ.* Idem Maluend. Sæpe huiusmodi phrase indicatur præsentia, vel conspectus. 2. Cor 8. 24. *In faciem Ecclesiarum* : Ideſt , coram omnibus. Galat. 2. 2. *In faciem restiti* : scilicèt, os ad os : Vernaculè : *Cara á cara* , uti Genes. 32. 30. & Exod. 33. 11. *Facie ad faciem*, Utrumque amplectitur Ierem. 32. 4. *Loquetur os eius cum ore illius , & oculi eius oculos illius videbunt.* Singulari stylo utuntur & Græci , & Latini. Euripid. in *Andromach.* v. 738. *Præsens apud præsentes apertè* : Plaut. in *Mostellar.* Act. 5. scen. 1. v. 27. *Adsum præsens præsenti tibi.* Et in *Pseudol.* Act. 4. scen. 7. v. 43. *Corám præsens præsentem videt.* Virgil. 1. *Æneid.* v. 599. *Corám , quem quæritis , adsum.* Sic ergo *Coram , in conspectu & ante faciem*, cum reliquis particulis , præsentiam connotat , imò refert ad aliud similiter præsens : quare cùm præsentia Domini in templo fulgeat , & Sacerdos residere debeat in Sanctuario ; Samuelem ministrare Domino *coram Heli , in conspectu Domini ante faciem Heli* , vel *ante faciem Domini* , nihil aliud significat , quàm cum Sacerdote , Deo in Sanctuario servire ministrum. Ibi etsi Deo plena sint omnia (ut vel Ethnicus cecinit *Ecloga* , 3. v. 60. quod sumpsit ex Arato in *Astronom.* v. 2. *Iovis omnia plena*) Præsentior Dominus quoad nos , quia locum designat gratijs ac favoribus , auxilium petentibus : deindeque erat in Propitiatorio , unde Moysi loquebatur. *Cùm ingrederetur Moyses Tabernaculum fœderis , ut consuleret oraculum ; audiebat vocem loquentis ad se de Propitiatorio, quod erat super Arcam testimonij inter duos Cherubim.* Ibi utique Archangelus Michaël , legatus Dei in assumptitio corpore sedebat ; qua de causa dicitur *Sedere super Cherubim* : Psalm. 79. 2. etiamque vocatur templum vel tabernaculum *Facies Dei.* Psalm. 23. 6. *Quærentium faciem Dei Iacob.* Psalm. 41. 3. David profugus clamat : *Quando veniam , & apparebo ante faciem Dei* ? Psalm. 26. 8. *Faciem tuam Domine requiram* ideſt , *Introibo in domum tuam , adorabo ad templum sanctum tuum* : uti dicit Psalm. 5. 8. Eodem stylo oranti Salomoni in templo à se erecto , respondit Dominus : *Deprecatus es coram me.* 3. Reg. 9. 3. Denique præscribit in lege Exod. 23. 15. *Non apparebis in conspectu meo vacuus* ; nempè, in Sanctuario, vel templo , quò ter in anno omne masculum apparere debebat coram Domino ; ibid. v. 17. Sic ergo Samuel in Sanctuario ministrabat præsente Heli : & cùm ibi Deus habitasset ; *coram Domino , in conspectu , & ante faciem Domini* dicitur ministrare , quoniam cum Sacerdote assistebat in Tabernaculo, quod facies & conspectus Domini vocabatur. Acceptionem, ut constet genuina testimoniorum expositio , declarat mater Samuelis, ibid. v. 22. cap. 1. *Non vadam* (dixit Elcanæ, ascendenti in Silo ad Tabernaculum Domini , ut grates ageret pro filio) *donec ablactetur infans , & ducam eum , ut appareat ante conspectum Domini , & maneat ibi iugiter.* *Quarta expositio.* Virgil. 1. Reg. 2. 28 Num. 7. 89 *Facies Dei pro Sanctuario, aut templo.*

22 Aliter *ante faciem & in conspectu Domini* ministrare , in laudem Samuelis , & non absre , pretiositate virtutis ; possumus interpretari : nimirùm factà apodosi , seu contrapositione in ministratione cum filijs Heli , qui pessimi , in conspectu Domini

Facies Domini pro vita immaculata.

nescientes Dominum; quippe non erat timor Dei ante oculos eorum. Dei dicitur esse in præsentia qui inculpabilis. Genes. 6. 9. de Noë dicitur: *Vir iustus atque perfectus fuit, cùm Deo ambulavit.* Secunda periodus per exergasiam exponit primam: q. d. Ambulasse claret cum Deo, quia vir iustus & perfectus. Hebr. *In faciebus Elohim.* Abrahæ

Et *pro* ideſt

dicitur cap. 17. 1. *Ambula coram me, &* (ideſt) *esto perfectus*: signatque Deus, quæ perfectio sit, 3. Reg. 9. à n. 4. *Si ambulaveris coram me in simplicitate cordis & in æquitate, & feceris omnia, quæ præcepi, & legitima mea & iudicia mea servaveris.* Unde

Quinta expoſit.

singularis & insignis obijcitur oculis sanctitas, vitaque inculpabilis ante Deum, sive in Dei conspectu sine querela; quippe digna & facie & conspectu Dei. Ita Samuel in ministerio, Dei comprobatur obtutu, *consummatus, integer, perfectus, immaculatus, omnibus numeris & modis absolutus; ita ut reprehendi & culpari non possit.* Haud aliter vi-

Maluend.

ta in ministerio Sanctuarij, Dei conspectu, vel ante faciem Domini; ut observat Maluend. in *Genes. 6.* v. 9.

23 Pro quo notandum, varias esse voces in Scriptura pro significanda perfectione, iustorum, & corruptela nocentium: nimirùm, *Ambulare coram Domino*, Genes. loc. cit. *Ambulare cum Domino*, cap. 5. 22. & 9. 6. *Ambulare in conspectu Domini*, cap. 24. 40-3. Reg. 3. 6. *Ambulare post Dominum*, Osee, 11. 10. *Ambulare in nomine Do-*

Quid ſit, ambulare coram Deo?

mini, Mich. 4. 5. *In timore Dei*, 2. Esdr. 5. 9. *In lege*, Psalm. 118. 1. *In lumine.* Isai. 2. 5. *In via mandatorum*, Psalm. 118. 32. *Ambulare coram Domino*, vel *in conspectu*, est consideratio præsentiæ Dei ad facienda & non facienda iuxta tenorem legis, nequid deliret amusis: & ut Domini cor adimpleat opere ac cogitatione voluntatem; totum se explorat ad unguem.

Examẽ conſcientiæ.

——— Quid gestum in tempore, quid non,
Cur isti facto decus abfuit, aut ratio illi?
Quid illi præteritum? Cur hæc sententia sedit,
Quam melius mutare fuit? Miseratus egentem
Cur aliquem fractà perfensi mente dolorem?
Quid volui, quod nolle bonum foret? Utile honesto
Cur malus antetuli? Num dicto, aut denique vultu

Auſon.

Perstrictus quisquam? Cur me natura, magis quàm
Disciplina trahit? Sic dicta & facta per omnia
Ingrediens, ortoque á vespere cuncta revolvens,
Offensus pravis, dat palmam & præmia rectis.

Hactenùs Ausonius, *Edyl.* 8. 16. in examen actionum iuxta legis, iurisque præscriptum. Sic enim ambulat homo in timore Domini, in lege, atque in via mandatorum. *Fac omnia* (inquit Senec. *Epist.* 25.) *tanquàm spectet aliquis: prodest sine dubio, custodem sibi imposuisse, & habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis iudices. Hoc*

Præsentiæ divinæ consideratio. Senec.

quidem longè magnificentius est, sic vivere tanquàm sub alicuius boni viri, ac semper præsentis oculis: ego etiam hoc contentus sum, ut sic facias quæcunque facies, tamquàm spectet aliquis. Omnia nobis mala solitudo persuadet. Nemo est, cui non satius sit cum quolibet esse, quàm secum. Hoc est ambulare cum Domino, cuius summa perfectio, & ambulare in lumine. Ita tanquàm in speculo refulget forma virtutis: hinc vivendi exempla, in probitatis summam: equidem ut ait lib. 2. de *Virginib.* Ambrosius: *Quid*

Ambroſ.

corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis ostendunt. Ambulare *in nomine Domini*,

Quid, in nomine Domini ambulare?

est illum colere non solum corde ac mente, sed ritibus ab illo institutis, & in loco signato, nec alijs victimis, quàm ab illo præscriptis. Ita enim dicitur de Ethnica Regina Saba, 3. Reg. 10. 1. *In nomine Domini venit*: ut observat hic Lyranus. Ambulare

Poſt Dominum?

post Deum, est habere idem velle & idem nolle; ita ut cor sit unum & anima una: non duo, sed in duobus una voluntatis forma, qua constet, ambulantis post Deum, quòd in lege Domini voluntas eius, igitur ponit in via gressus suos, quia iustitia ante eum ambulavit. Servus enim semper Dominum sequitur, & filius patrem. De-

Cum Domino?

nique ambulare *cum Deo*, familiaritatem indicat, quasi duo simul præ amicitia, ac actionum complacentia; ita ut separari nequeant: quia mutuò summa & infima conciliant. Unde 1. Reg. 13. 14. dicitur: *Quæsivit Dominus sibi virum iuxta cor suum.* Sic homines sunt cum Deo, quia in illo quiescunt, & moventur & vivunt. Elucet Virginis excellentia, dum alij iusti sunt cum Domino, & Mariæ dicitur: *Dominus tecum*: Luc. 1. 28. *Alij* (ait Bernard. serm. 3. super *Missus est*, num. 4.) *Deum sibi specialiter iungunt: sed cùm ita sit cum omnibus Sanctis, specialiter tamen cum Maria,*

Bernard.

cum

um qua utique tanta ei consensio fuit; ut illius non solùm voluntatem, sed etiam carnem sibi iungeret. Vide quæ diximus, *Tom. 1. Tautol. 6. Didasc. 18. numer. 8. & Tom. 4. T. 12. Didasc. 5. num. 22.* *Virginis excellentia in gratia Dei.*

24 Econtrà autem iter impiorum tenebræ & lubricum; & Angelus Domini persequens eos, ut cadant in retiaculo eius peccatores. Ambulant vias non bonas, sed difficiles: *Post vanitatem.* Ierem. 2. 5. ideſt, post idola. *Post pravitatem cordis*: cap. 16. 12. *Post concupiscentias.* Eccli. 18. 30. *Secundum desideria cordis*: Psalm. 80. 13. Ita qui non posuerunt Deum in conspectu suo, ambulant: in *omni via*, 4. Reg. 21. 21. quæ via non est; siquidem *in circuitu impij ambulant*: Psalm. 11. 9. Cor utique, ut alio canit Ovid. ad *Pison.* à v. 53. Psalm. 11. 9.

——Calce citat, modò torquet in auras
Flexibiles rictus, & nunc cervice rotatâ
Incipit effusos in gyrum carpere cursus. Ovid.

Volitant ante oculos falsa mentis gaudia, & species voluptatum; quoniam præ falsitate tantùm species. Trahunt, sed sequentibus illudunt: alliciunt sectatores, at quasi apprehensæ recedunt; ut cæci somniantes vigiles currentes post cordis figuras, respiciant in vanitates, & insanias falsas. Asini sunt ad molam, qui semper iter faciunt, sed non perficiunt. *Peccatorum errores.*

Ast mea non lachrymis, sed digna pudore ruina est,
Quæ roto serviles sponte subacta molas. Herm. Hugo.
Qualis ab infida Samson detonsus amicâ
Corcuit indignas, hoste iocante, rotas.

Ita quæritur anima, voluptatibus oppressa, apud Hermann. Hugon. *lib. 1. Gemit. 4.* Quilibet enim peccator in concupiscentijs, ac inventionibus cordis.

Volvitur Ixion, & se sequiturque, fugitque. Ovid.

Nemo cum concupiscentijs ambulat, sed post illas: ad quas non pervenit, ambulans in circuitu, quo se fugit, quando sequitur: etenim nunquam apprehendit delicias, sed tantùm concupiscentias, ludibria infatuati cordis, lassati in via iniquitatis, quousque serò aperiat oculos, in inferno collocatus. Vivit quasi non esset Deus, & falleretur intuitus: equidem si micat obiter aliquis aliquando Deitatis respectus; *Voluptates futiles.*

Pallet, ut nudis presserit qui calcibus anguem. Iuvenal.

25 In Hebræis ductis in captivitatem, apparet peccatorum falsum mulcimen: quandoquidem illi abeunt post desideria cordis tanquàm mancipia, & dæmon exactor post illos: ut inducat captivos in cruciamina. *Parvuli* (ait Ieremias) *ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis.* En conditio tyranni victoris, & diræ captivitatis: neque ætas excusat, neque furorem retardat: igitur *abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.* Liquet discrimen inter Deum & diabolum: Deus hominibus objicitur, ut videatur, & visu afflictionem levet: diabolus objicit ante faciem, ut videat arctè vexatos, & tribulet. In his vocibus. *Ante faciem subsequentis* (quod quidem necessarium, si præcedebant captivi) notatur diritas Chaldæorum, ducentium Israëlitas in captivitatem, non tanquàm homines, sed quasi bestiarum gregem, ex quo si aliqua devia, vel tarda gressibus, non ducitur, sed abigitur fustibus. *Ducti sunt enim ut grex direptus ab inimicis*: Baruch. 4. 26. & recruduit inhumanitas, equidem ut succinit Hugo, quò dudùm: Thren. 1. 5. 6. *Crudelitas Chaldæorũ in Hebræos.*

Tu super hæc etiam loris servilibus instas,
Addis & in pœnas verbera dura meas. Hug.

Hoccine facinus utique videtur dirum, sed ultrà processit cum infantibus sævitia; quippe etiam coràm præuntes ducebat, ut sequerentur parentes, ætate adulta; instigando in iter cœptum teneris vestigijs: etenim *abierunt absque fortitudine* (scilicèt, robore) *ante faciem subsequentis* Crudelitatem detestatus Senec. 3. de *Benef.* cap. 23. *Dominam suam* (ait) *ante se egisse, & ad supplicium ab ipsis duci.* Quid, si pueros? Iuvenal. *Satyr.* 14. v. 65. Senec.

Vox domini fremit instantis, virgamque tenentis. Iuvenal.

Potiùs pectoris barbari cruditas solicitabat mortuos, quàm captivos, futuros infantes servos. Esau dicenti Iacob: *Gradiamur simul, eroque socius itineris tui*; respondit prudenter: *Nosti, quòd parvulos habeam teneros, & boves fœtas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges.* Genes. 33. 13. Vel Profanus dixit de Ascanio sequentem patrem in fuga, 2. *Æneid.* v. 723. *Homines sine humanitate.*

Dex-

Virgil. *——Dextræ se parvus Iulus*
Implicuit, sequiturque patrem non passibus æquis.

Igitur compellere puerum festinanter in iter longum, non iuxta ætatem, sed iuxta præcepta verberum; & astruit præceptoris vesaniam, atque in abacto citò defecturam vitam. In prudentiam Præsidum plerunque desipientium infulis, ac crotalis dignitatum, S. Benedict. cap. 64. *Sanct. Regul.* SS. Benedictus utitur præfato testimonio Iacob. *Testimonia discretionis, matris virtutum sumens, sic* (infit) *omnia temperet; ut & fortes sint, qui cupiant, & infirmi non refugiant.* Causamque exprimit ex zelo, dum debacchantur Præsides ex prolubio, scabie potestatis, atque pruritu lubidinis. *Noverit enim* (præscribit *cap.* 27.) *se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem.* Quò enim perventura immanis cogitatio lævitiæ, quæ nec minusculæ pepercit ætati? Patet inaudita tyrannis, dum parvuli abierunt sine virtute, ante faciem subsequentis: ut conficerent verbera, quod nequibat ætas imbecillis, delicatula. Quicquid insolens potest, licere cogitat; quippe non in legem, sed tantùm intendit in potestatem. Vide quæ diximus, *Tautolog.* 1. *Did.* 1. à *n.* 1. & *D.* 2. à *n.*6. Compescat furorem Horatius de *Arte*, v. 156.

Lyrannis Præsidum. Idem.

Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus, & annis.

26 *Coram* namque Caldæi habebant infantes, illos flagris subsequentes, quasi palàm & ad ictum; sed acceptiones reliquæ exponendæ in Tautologiæ propositum. *Coram* sæpesæpius certitudinem significat: hinc accipitur pro *Verè*, *sanè*, ac *firmissimè*. Additur plerunque *Coram Domino* meditanter phrase Hebraicâ, vel in his quæ videntur importuna; ut assertum constet innegabile, quasi ipse dixerit: equidem cùm Deus in iudicio non erret, nec falli possit; firmatur iudicium hominum, quasi Deitatis iudicio firmaretur. Sic intelligentur plures Sacræ paginæ auctoritates. Genes. 27. 7. *Benedicam tibi coram Domino*: hoc est, verè. Numer. 32. 22. *Obtinebitis regiones, quas vultis coram Domino*; scilicèt, sine dubio. 3. Reg. 2. 45. *Thronus David erit stabilis coram Domino*: idest, firmissimè. 4. Esdr. 3. 5. *Insufflasti in Adam spiritum vitæ, & factus est vivens coram te*: videlicèt, verè vivens. Genes. 10. 9. *Erat robustus venator coram Domino*: nimirùm, reapsè, revera, reipsà erat strenuus miles, & ad pugnam viribus validus, Milites dici Venatores, haud novum in Scriptura. Psalm. 90. 3. *De laqueo venantium*: putà, militum Saul. Prædicunt Ieremias & Ezechiel venturum in Ierusalem exercitum Chaldæorum; & hîc cap. 32. 30. ait: *Principes Aquilonis omnes & universi venatores*: & ille cap. 16. 16. *Mittam multos venatores.* Sic igitur Ierusalem lamentatur: *Venatione ceperunt me.* Thren. 3. 52. etiam Plutarch. de *Defect. Oraculor.* de milite canit:

Coram *pro* Verè, Sine dubio.

Venator *pro* milite.

Plutarch.

Næ ille quidem venator erat, furaxque.

Haud aliter Genes. 13. 13. dicitur: *Peccatores coram Domino nimis.* 1. Reg. 16. 6. *Num coram Domino* (idest, verè hic) *est Christus eius?* Luc. 24. 19. *Potens in opere & sermone coram Deo.* Danel. 13. 23. *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini*: q. d. verè peccare. Idem vult dicere David, dum exclamat: *Malum coram te feci*: hoc est, *Peccavi Domino*: 2. Reg. 12. 13. Maluend. *Erravi, peccavi, deliqui*: geminatâ Palilogiâ in confirmationem veritatis, atque signum certitudinis; quemadmodum illud: *Peccaverunt patres nostri, & fecerunt malum* (sine excusatione, reipsà) *in conspectu Domini Dei nostri, derelinquentes eum, averterunt* (idest, *quia*, per Asyndeton) *facies suas á tabernaculo Domini & præbuerunt dorsum.* Ita quidem sensus claret testimonij, in quod hinc inde impingitur nescientiâ Idiotismi. Prodigus reversus in se ac in domum, quam vesanus fugerat; occurrenti, imò accurrenti patri dixit: *Pater, peccavi in cœlum & coram te.* Econtrariò videbatur: siquidem dicere debuit: *Pater, peccavi in te & coram cœlo*, quippe cœlo tegebatur ubique. Plures hic torquent periodum in propriæ cogitationis futilem sensum: q. d. *Pater, peccavi in cœlum & contra te*: *coram* accepto pro *contra.* Alij interfecto parabolæ filo, dirigunt sententiam in Patrem cœlestem, præsidem misericordiæ & arbitrum culpæ, quasi prodigus resipiscens obliviscerétur cœli. Ly *Corám* non in præsentiam dirigendum patris, aut superstantis cœli; sed duntaxat in certitudinem innegabilis errati: quare sese noscens, atque pudens, dicit quod longè patratum, *Corám*: hoc est, *Pater verè peccavi in Deum*, sub nomine cœli. Sic Iosue, 7. 20. Achan ait: *Verè ego peccavi Domino.* Clariùs, 2. Reg. 19. 6. *Et verè cognovi modò.* Hebr.

Pfal. 50. 6.

1. Paral. 29. 6.

Asyndeton *in Scriptura.*

Luc. 15. 21.

Coram *pro* Contra.

Mea

Modò coram cognovi : ideſt , clarè. Idem ad illud Pſalm. 57. 2. *Si verè* (palàm) *iuſtitiam loquimini.* Ierem. 8. 8. *Verè mendacium operatus eſt* : ſimiliterque innumeris teſtimonijs.

27 In alijs quidem auctoritatibus non ſolùm invenitur *Coram* , & *Coram Domino* ; ſed etiam additur *Cœli.* 2. Eſd. *Flevi & luxi diebus multis* , *& orabam ante faciem Dei cœli.* Idem , 1. *cap.* 1.2. *Geneſ.* 24. 7-2. *Paralip.* 36. 22. *Daniel.* 2. 19. & alibi ſæpe. Haud defuerunt locutuleij,ex his qui ludunt cogitationibus inſulſis , & deſipiunt, cùm ſapiunt ; qui hic nomine *Cœli* , intelligerent Deum auctorem Univerſi , cuius regimen dicitur *Cœli militia* , iuxta Hebr. Geneſ. 2. 1. *Perfecti ſunt cœli & terra, & omnis exercitus eorum* : etenim cuncta ut caſtrorum acies ordinata ; qua de cauſa etiam dicitur *Muſica cœli* , de qua nos ſeriò , *Tom.* 7. *Tautolog.* 8. Vox *cœli* aliquando ſignificat rem ſublimem , ut egi , Tom. 2. *T.* 6. *num.* 11-& 4. *T.* 6. *n.* 7. ſumiturque frequenter pro ſuperlativo. Iccircò ſenſus eſt : *Orabam ante Deum altiſſimum*; cuius ſedes eminentiſsima , utpotè non tam cœlum , quàm cœlum cœli. 2. Reg. 22. 12. *De nubibus cœlorum* : ideſt , de elatis nubibus. Geneſ. 11. 4. *Cuius culmen pertingat ad cœlum* : hoc eſt , turrim altiſsimam. Micat acceptio, Deuter. 16. 15. *De excelſo cœlorum habitaculo*: unde ſelecta , rara , peregrina & pretioſa , dicuntur cœleſtia , ut *poma cœli* , ibid. 33. 13. 14. In cœlo gloria Domini eſt , propriumque habitaculum : quippe licèt etiam Deus terræ (quoniam utrumque ex nihilo condidit) plaudaturque utriuſque artifex & dominus , *Geneſ.* 1. 1-24. 3. 7. & *Pſalm.* 120. 2. haud dicitur terra thronus Dei , ſed *ſcabellum pedum eius* : Pſalm. 98. 5. ideoque ut ſupplex Nehemias Dei exprimeret maieſtatem ac celſitudinem , flevit & oravit coram illo , adorans in cœlo , quaſi in throno proprio. Alijs ſuperſedeo , egi quippe & fusè *Tom. præced.* Taut. 6. num. 23. ubi delicavi, cur iurè dicimus: *Pater noſter, qui es in cœlis* ; & nequaquàm , *Pater N. qui es ubique.* Acta non ago. Sic ergo Nehemias Deum orat, & Deum, cuius ſedes in cœlo,quoniam Deus vivus, vivens, videns & verus , ut latè egimus hìc *T.* 3. *á num.* 66. & *Tom.* 4. *T.* 4. n. 23. & 30.

2. Eſdr. 1. 4.

Cœlum pro re ſublimi, & pro ſuperlativo.

28 Aliquid mihi occurrit , neſcio an ſingulare. Cœlum hìc , præut auguror , vocatur terra ſancta , potiſsimùm Ieruſalem , verſus quam , qui abſentes nonnunquàm orabant ; etenim ibi Deus ſuum in terra collocaverat cœlum , ſuper Cherubim efformans thronum. Hinc emphaticè dictum ; *Cœlum cœli Domino* , qui eſt in cœlo : in terra autem ſedes non cœlum cœli , ſed Oraculum , ſive Sancta-Sanctorum , quod in terra fecit cœlum. In hoccine terreſtre cœlum avidè proſpiciebant exules , verſuſque locum abſentes Deum orabant. *Ingreſſus in domum ſuam* (dicitur de Daniele , cap. 6. 10.) *& feneſtris apertis in cœnaculo ſuo , contra Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua , & adorabat coram Deo.* Aſtruitur mos , 3. Reg. 8. 44. 48. *Orabunt te , contra viam Civitatis , quam elegiſti.* Sic enim de Sara Raguelis exulis filia , dicitur , Tobiæ , 3. 10. *Perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ.* Hoc eſt, tectum domus, in quo ambulacrum (apud Noſtrates , *Azotea* , apud Græcos , *Picnoſtilon*) ubi textus Græc. aſtruit , oraſſe ad feneſtram Verſus Ieruſalem. Hoc cœlum Hebræis , quoniam ibi facies Domini , de quo infrà : igitur ſicut in cœlo Deus colitur ab Angelis , ita in templo colebatur ab Hebræis. Hoc in ſenſu Deus dicitur *notus in Iudæa* : *Pſalm.* 75. 2. & 64. 2. *Te decet hymnus Deus in Sion* : quo loco emphaticè Hebr. *Te decet ſilentium Deus in Sion* : ſiquidem in Sion magnitudo Dei laudatur , quæ alibi ſiletur , quia non cognoſcitur. Hæccine terra illorum patribus promiſſa , ac ab eis poſſeſſa ; quippequàm ibi tabernaculum Dei cum hominibus , cœlum vocabatur. *Operuit cœlos gloria eius* : dicit Habacuc , 3. 3. Ideſt , templum , de quo 2. Paralip. 7. 2. *Eó quod impleſſet maieſtàs Domini templum Domini.* Idem , *Iſai.* 6. 1. perſpicuiùſque cap. 34. 5. ubi perculſus Dominus iteratis ſacrilegijs Hebræorum , decernens Synagogam propter idola percutere ; ait : *Inebriatus eſt in cœlo gladius meus* : *in cœlo* , nimirùm in terra promiſſionis , & in habitatores eius , quos inter cultu habitabat quaſi in cœlo:ſic ergo pro pietate ac indulgentia criminum in templo & propter templum dicebant : *Attende de cœlo , & vide de habitaculo ſancto tuo & gloriæ tuæ. Ubi multitudo viſcerum tuarum?*

Pſalm. 113. 16.

Terra ſancta dicta cœlum Dei.

Dan. 6. 14.

Pſalm. 64. 2.

Iſai. 63. 15.

29 Terra igitur Iſraël , maximè Ieruſalem, ubi Sanctuarium, dicitur Dei cœlum; quoniam ibi favebat , auxiliabatur , orationem ſuſcipiebat ſupplicem , ac demùm gratijs oſtendebat faciem. Percipietur modò , quid ſit fugere à facie Domini , quæ fugi nequit , ut dicitur *Pſalm.* 138. à v. 7. Fugere itaque à facie Domini , nihil aliud eſt, quàm

quàm solum vertere, ac deserere terram, in qua Deus specialiter hominibus favet. Sic Cainus dixit Domino: *A facie terræ*, & (pro *Ideſt*, *Nimirum*, & cætera exergasica)

Gen. 4. 14. Et pro Ideſt. *á facie tua abscondar*: q. d. in hac terræ portione, patriâ meâ, cum hominibus conversaris, qui sanè habentur in delicijs; cùm favere, ac ostendere faciem tuam non dedigneris.

Mar. Vict. ——*Convenit illi*
A patrijs longe damnato excedere terris.

Succinit Mar. Victor, in *Geneſ.* lib. 2. v. 296. In monte Moria factum autumant Rabbini, quippe ibi Abel occisus est, traditus iugulo Isaäc. Talmudistæ in Tractat. *Bereschit-Rabba*, cap. 23. asserunt Adamum ex pulvere montis Moriæ esse formatum, atque rectè dictum à Sapientibus veteri verbo esse, *Creationem eius in illo loco contigisse*, *ubi peracta eius expiatio est.* Rabb. Eliezer ex communi Iudæorum opinione prodit, montem in quo ædes Ieroſolymitana stetit, hunc ipsum esse, in quo primus hominum parens Adamus sacra fecit: atque ibidem mox Abelum, Cainumque munera sua Numini obtulisse: rursùs verò & Noächum illic altare posſuisse, cùm ex Arca egrederetur, & Abrahamum cœlestibus monitis hùc profectum fuisse, ut filium mactaret. Vide Cunæum *lib. 2. cap. 12.* Ioseph lib. 6. de *Bell.* cap. 11. insignem fabulam effutit, de Sara Abrahæ coninge, quam vocat Reginam, liberatam ab insidijs Nechiæ regis Ægypti, quia Abraham tetendit manus ad locum montis, quò pòst erectum fuit templum. Locum illum dictum *terram visionis*, propter prodigia quæ posſuit Deus super terram, signatumque fuisse Abrahamo columnâ igneâ luminosâ usque in cœlum pertingente; ac in loco ubi Christus crucifixus, sepultum caput Adami, diximus ex varijs AA. Tom. 2. Tautolog. 5. numer. 14. & 19. additque Petr. Comest. in *Histor. Scholastic.* 3. Reg. cap. 26. in eodem monte sepultum fuisse lignum, indicatum à Regina Saba, in quo crucifixus Dominus. Vide Pinedam lib. 5. de *Rebus Salomon.* cap. 14. à numer. 51. Fides horum sit penes Auctores, vel penes lectores: certum utique, in terra qua cum parentibus degebat improbus Cain Deum illi apparuisse, ut ex contextu liquet, & illum fuisse allocutum; quod quidem dicitur faciei ostenſio, ac vultus manifestatio: quare à facie Dei abscondi, est fugere aliò, ac deserere tellurem, in qua Deus tot gratijs dignabatur ostendere faciem. Hinc in confirmationem acceptionis idiomatis, v. 16. subditur: *Egressus Cain à facie Domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Edem.* Hoc est ab Hebron, ubi domicilium patris ad planitiem Libani, ut placet Adricom. in *Aser*, numer. 4. & in *Iuda*, num. 145.

Quænam prodigia facta in monte Moria?

30 Haud disimilis erit expositio ad illud Ionæ, *Surrexit ut fugeret in Tharsis á facie Domini.* Elucet fugâ in Tharsis, faciem Domini dici terram alienam à Iona, & à vera religione; non alienam à facie Domini, quia Domini est terra & plenitudo eius. Surrexit, ut fugeret à facie Domini; nimirùm, ubi illi Dominus apparuit, faciem suam ostendit, & præceptum Ninivitis prædicandi seriò intimavit. Facies, vel conspectus Domini dicitur, ubi ab illo speciale aliquod beneficium confertur, uti dixit Agar Genes. 16. 14. *Puteum viventis & videntis me*: ubi suam præsentiæ gratiam exhibet, loquitur miracula operatur, & eius clementia ostenditur. Sic descendente in Sina dare legem, *montes fluxerunt à facie Domini*: Psalm. 96. 5. *A facie Domini mota est terra*, *à facie Dei Iacob.* Psalm. 113. 7. Propterea Ionas fugiens non fugiebat à facie Domini, quasi fugere posſet Domini faciem; sciebat enim impossibile per traditam veram fidem: sed *ne esſet cum Deo*, ut legit Hebr. ideſt, ne esſet in terra tot illustrata signis & miraculis; quoniam alibi arbitrabatur impositum iri minimè præceptum de prædicatione Gentium. Hìc subodoror aliquem zelum amarum in Gentes; quippe Israëlitæ cavebant, quasi religione arctarent, ne Deus illos propter flagitia desereret, & ad Gentes fastiditus transiret: scriptum namque: *Oculi eius super Gentes respiciunt*: *qui exasperant*, *non exaltentur in semetipsis.* Psalm. 65. 7. Fructum quidem non faciebant: proinde rectè formidabant, ne auferretur ab illis regnum Dei, & daretur Gentibus laturis fructum. Fuit enim illis adversus omnes Gentes hostile odium, expressum & verbo & opere: epulis sæpe separati, in eodem domicilio cubiculis, auliſque discreti: Gentes uti peripsema abominantes vitabant, Dei se gentem dicebant, populum sanctum & electum, Dei singulare peculium, iactantes nomina magna & antiqua, Gentibus omninò nova. Hinc temporibus Hyrcani & Aristobuli, iurgijs quorum sub Pompeio senſim in urbem serp-

Iou. 1. 3.

Facies Dei pro gratijs, & auxilijs illius.

Hebr.

Psal. 65. 7.

Malevolentia Hebræorum in Gentes, quanta!

serpsit Imperium Romanum, decretum factum huiusmodi, quo exacerbata Gentilitas: *Maledictus, qui filium suum Græcorum instruxerit disciplinis.* Ita Rab. Zacuth in lib. *Iuchasim.* Gregor. Magn. Homil.40. in *Evangel.* contemplans Iudæum populum divitem, opulentum; Lazarumque mendicum, infit: *Vulneratus cupiebat saturari de micis,* Greg. Mag. *quæ cadebant de mensa divitis & nemo illi dabat; quia Gentilium quemque ad cognitionem legis admittere superbus ille populus despiciebat.* Ab hac ingenita malevolentia ortum, quod tantoperè indignarentur de lege, à Septuaginta senioribus, in lenocinium Ptolomei Philadelphi, in profanum Græcum idioma conversa: qua de causa pungentem æmulationis vomicam subindicantes, solemni ieiunio specie religionis intimum cordolium fassi sunt, uti vidimus in *Ephemer.* die 8. & 9. Decembr. Postquàm à Gentibus subiugati, peiores patribus fuere, & à cunctis malè habiti; quippequam cunctos exosi. Ius Gentium est, errantem dirigere, quærenti indicare fontem; unde Ennius in *Chor.* titul. *Fragment. Veter. Poëtar.* ait:

Homo qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit: Enn.
Nihilominùs ipse lucet, cùm illi accenderit.

En lex universalis filijs Adam: at Iudæi erraverunt à lege, quasi cæteri hominum non essent proximi. Taxat vel Ethnicus, *Satyr.* 14. à v. 101.

Romanas autem soliti contemnere leges,
Iudaicum edisc unt, & servant, ac metuunt ius: Iuvenal.
Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti,
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.

31 Iam quid indicet *Facies Domini*, *Coram Domino*, & *In conspectu Domini* demonstravimus. Idem odiotismus invenitur in ministerio Samuëlis respectu Sacerdotis: v. 11. dicitur: *Puer autem erat minister in conspectu Domini, ante faciem Heli.* Etiam 1. Reg. 2. 18 cap. 3. 1. *Ministrabat Domino coram Heli.* Explicandum huiusmodi vocum discrimen in ordinem ad Deum, & ministrum pueruli directorem. Puer Samuel, ex quo susceptus erat delicium Heli, quo totos senex collocarat amores, & cuius modestà festivitate in infantia, promptoque obsequio in pueritia, docilitate genij, facilis imbui, præcoci ingenio, ad sublimia propensiore; arcana mentis amarissimæ levabat, quùm vita filiorum cor in fletum eliciebat. Torquendus Seneca in veritatem, dum aliò duntaxat loquitur ad veritatis speciem. *Respice* (inquit, cap. 16. ad *Helviam*) *blandissimum puerum; ad cuius conspectum nulla potest durare tristitia: nihil tam magnum, nihil tam recens in cuiusquam pectore fuerit, quod non circunfusus ille permulceat: cuius non lachrymas illius hilaritas supprimat? Cuius non contractum solicitudine animum illius argutiæ solvant? Quem non in iocos vocabit illa festivitas? Quem non in se convertet & abducet infixum cogitationibus? Quem, neminem satiatura garrulitas? Deum oro, contingat, hunc habere nobis superstitem.* Hunc puerum, uti diximus sub Heli Anna genitrix obtulit Sanctuario, & attulit Heli, ut ad eius pedes disceret legem, & quomodò sese pòst præclarè gesturus circa ministrationem. Etiam retorquendus Virgil. 8. *Æneid.* v. 515. *Samuel centrum amorum Heli.* Senec.

——— *Sub te tolerare magistro*
Militiam, & grave (legis) opus, tua cernere facta Virgil.
Assuescat, primis & te miretur ab annis.

Aliquem habeat animus, quem vereatur; cuius auctoritate etiam secretum suum sanctiùs faciat. O felicem illum, qui non aspectus tantùm, sed etiam cogitatus emendat! Ita Stoycus, *Epistol.* 11. Ita mater optat filio dilecto, summo Sacerdote magistro. Senec. Iuvenal.

Ire viam pergat, & eidem incumbere sectæ.

32 His utique præmissis expeditè intelligitur ministratio Samuelis coram, vel ante faciem Heli. Docebat hìc puerum tam quoad futurum officium, quàm quoad præsens cultum. Unde puer *ad Heli faciem*, nil amplius est, quàm Sacerdoti esse familiarem & proximum: qua de causa qui ministrant propiùs, dicuntur proximi & ad faciem. Esther, 1. 13. 14. *Ex more regio semper ei aderant. Erant primi & proximi, qui videbant faciem Regis.* Hæc erat in Samuelis ætatula ministratio, assistentia, scilicet, Sacerdoti magistro: cùmque in cunctis senem comitaretur, dicitur adesse *ante faciem*, vel *coram Heli*, ut institueretur, sicut dicitur, 1. Paralip. 18. 17. *Filij David primi ad manum Regis.* Hinc Maluend. legit: *Coram, idest, de mandato Heli. Docente Heli,* Ad faciem *pro familiaritate, seu assistentia.*

Samuel discebat legem Domini & musicen. Alij, *Sub disciplina & imperio Heli*, ab eius nutu pendens: quod quidem vividè explicatur per ly *Ad faciem*, vel *Ad facies*. His verbis non ostenditur perfectio ministerij, sed obsequium servitij: quasi nimirùm ministraret ad institutionem, ad arbitrium, & tenorem Heli. Ideo etsi ministraret ante faciem Domini, propter Heli directionem, additur *Puer.* v. 18. & cap. 3. 1. ut acceptio phrasis appositè constet: *Puer ministrabat Domino coram Heli*: igitur absolutè ly *Ante faciem Dei*, vel *Domini* excludit hominis magisterium, sicut de Ioanne dicitur, Luc. 1. 76. *Præibis ante faciem Domini*, &c. Quare Gregor. Magn. lib. 2. in 1. *Reg.* cap. 3. infit: *Ante faciem Domini præire describitur, quia in ministerio suo non*
Greg. Mag. *erat secuturus arbitrium superioris hominis, sed inspirationem Divinitatis.* Illa in ætate Samuel ministrans, sequebatur Heli arbitrium, in ordine ad ministerium. Hoc innuit *Ante* vel *Coram facie*. Morigerorum igitur conditio infantium, dum aliquantisper ratio micat, nihil coram parentibus, pædagogovè agere, quin in faciem illorum intendant, & oculos in oculis figant; ut nutu intelligant, an placeant, vel an displiceant.

Plaut. *Vultum è vultu comparent:*

Ut inquit Plautus in *Amphitr.* Act. 3. scen. 3. vers. 5. Ad rem Persius, *Satyr.* 5. à v. 36.

Persius. ——*Teneros tu susci pis annos,*
Artificemque tuo ducit sub pollice vultum.

Ubi Ioannes Britanicus subdit: *Metaphora sumpta ab his, qui imagines cereas formant.*
Plutarch. Sumpsit ex Plutarcho libell. de *Instit. liber.* prope init. *Ut enim membra corporis* (infit) *quò recta hæc adolescant, mox à partu conformare pueris necesse est; sic puerorum decet à primo componere mores. Quomodò enim molli ceræ imprimuntur sigilla, sic disciplinæ animis eorum, qui etiam sunt pueri, insculpuntur.* Ita ab unguiculis teneris, quasi sub pollice cera docilis, componitur vultus ad morum rectas figuras, & vultus magistri fit artifex actionum pueri, in eum curiosè, ac studiosè intendentis: sicque ad ictum & in ictu oculi, nutu tantùm in cunctis actionibus imprimitur puero imago probitatis, regijque mores.

Quæ signa excellentissimæ indolis in Samuele?

Sil. Ital. *Iam credit puer, atque annos transcendere factis*
Molitur, longumque putat pubescere sacris.
Te duce primitias lucis, *te magna magistro*
Audeat, & primum hoc vincat servasse pudorem.

Deflectitur siccine in aptiora, atque meliora. Sil. Ital. 4. de *Bell. Punic.* à v. 428. Pueri nonnunquàm visas æmulantur actiones: circunspectioneque Heli (dum frequenter, ut canit Horat. de *Art.* v. 58.

Horat. *Reddere qui voces iam scit puer, & pede certo*
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram
Colligit, at ponit temerè, & mutatur in horas)

Vultum verba pueri decent, linguà manente sub custodia, ac habitu totius corporis sub modestia, utpotè sacerdote summo, pædagogo præsente. Haud Samuel quibat dicere, quod ille alius apud Plaut. in *Pœnul.* Act. 3. scen. 2. v. 15. *Qua sit facie nescio*: siquidem in magistrum intendebat; ut & ministeria & operationes eminerent tanquàm in templo, & coram Sacerdote.

Senec. 33 *Aliquis vir bonus eligendus est* (infit Stoicus Cordub. *Epist.* 11.) *ac semper ante oculos habendus; ut sic tanquàm illo spectante, vivamus, & omnia tanquàm illo vidente faciamus.* Proinde præut ex Platone prodit Plutarch. quò nuper, Pueris nec commemorari congruit fabulas; *ne animos horum à principio vecordia, ac vitijs*
Plutarch. *contingat impleri.* Si aliquod viget deforme, formandum, aut reformandum linguà magistri.

En quanto studio rudes catellos
Ursa perpoliat, decentiorem
Donec imprimat, ingeratque formam;
Florent. *Mortales meritò rubere discant,*
Qui neglecto animi nitore pulchri
In natis, modò sunt luti parentes.

Cura Heli in educatione Samuelis. Uti canit Florent. Schoonhovius, *Embl.* 72. Indoles pueri Samuelis formâ fulgebat decenti: traditur Heli in formam decentiorem; ut magister præ oculis habitus, formas sublimium morum, doteſque animi inferret in pectus.

Non

Non tuam veritus faciem:

Dicebat procax Tyresias apud Sophocl. in *Oedip. Tyrann.* 11. 463. Samuel autem cuncta faciebat ad arbitrium Heli, ad vultum vultu conversо, verecundè sanè, antequàm posit reprehendi: Ita ut semper tam in creditis ministerijs, quàm in disciplinis perdiscendis, oculis Heli adesset irreprehensibilis. Ampliora, atque pretiosiora continentur in ministratione Samuelis coram Heli, respectu facierum Domini, cui dicitur ministrasse; equidem etsi discendi ardor innueret cumulatissimum fructum, maior erat ob interiorem à Domino nobile magisterium. Vel parvulus erat summus; *Tertiò repetitur ministratio* (insit in *cap.* 3. Caiet,) *ad narrandam perseverantiam* (aptiùs perfectionem) *Samuelis in officio sancto*: perfectio næ ministerium in illa ætate, ampliorque cum perfectione: etenim institutione Heli, ac collatà gratiâ è cœlis, impedimenta nescivit ætatis. *Ex his ergo* (inquit Seneca, *Epist.* 124.) *unius bonum natura perficit, Dei scilicèt: alterius, cura hominis.* En doctrina Sacerdotis, & disciplina cœlestis. *Quemadmodùm omnis natura bonum suum, nisi consummata non profert; ita hominis bonum non est in homine, nisi cùm in illo ratio perfecta est. Hoc bonum* (subdit, sed nescions, nescire tarda molimina gratiam) *adeò non recipit infantia, ut pueritia non speret, adolescentia improbè speret. Benè agitur cum senectute, si illuc longo studio, intentoque pervenit, ubi hoc & bonum & intelligibile est. Quid hoc est? Animus scilicèt emendatus, ac purus, æmulator Dei, super humana se extollens, nihil extra se sui ponens.* Claret his signis animus Samuelis, quin quæratur extrà, quantunvis superior sit, quia levavit se insigniter super se. Hæc est singularis ministratio coram Deo: de ministerio coram Heli in infantia & pueritia, diximus, *Tautol.* 4. à n. 25.

Sophocl. — Caiet. — *Samuel Dei æmulator, doctus à Deo* — Senec. — *Ultima exposit.*

34 Versiones immistæ literæ. *Samuel autem ministrabat ante faciem Domini. Erat minister in conspectu Domini. Samuel ministrabat Domino.* Arias Mont. *Ministrans cum faciebus Domini.* Pagnin. *Ambulans coram Domino.* Haye: *Erat in templo.* Maluend. *Coram faciebus.* Hebr. *In faciebus Elohim.* Modò aliquid dicamus ad mores, ut quæratur Dei facies.

Varietas lection.

ADINATON EXEGETICUM.

1. *Samuel ministrabat*, quem Deus in Principem miserat, dum rebellis Israël in legem protervè indurverat cor: ceditque dum videtur Princeps, à Numine positus, è cœlo missus; igitur obvia cordium expugnatio, maximè amore ministro.
2. *Ministrabat ante faciem Domini.* Quorsùm quòd Samuelis obsequia coram Domino facta, si ei cuncta nuda & aperta? Ut cognoscat Deo sacratus virtutem operis in virtutis opus: equidem sine attentione, in virtutis opere est opus sine virtute.
3. *Ante faciem Domini.* Deus propter crimina fugiebat homines, & ministrante Samuele eius ostenditur facies. Ex Dei generosissima gratia, infantis in ministerio innotescit excellentia. Ante faciem ministrabat, quia Dominus post obsequium apparebat: igitur excellentia virtutis tantæ erat Dei acceptionis; ut idem videretur Samuelem infantulum ministrare, ac Dominum apparere.
4. *Ante faciem Domini*, matre præ gaudio exultante. In calvarij lamentabili articulo minimè gaudium, sed afflictæ genitricis vehemens cordolium; quippe in gravissima pœna Virgo mater & ministra, crescente in summum dolore, quia ministrabat coram Domini facie.

DIDASCALIA PRIMA.

Quùm Christus è cœlo Spiritum Sanctum misit, corda hominum ad se traxit.

1 MIra excogitat amor potissimè si divinus, ut respondeat redamatione dilectus. Unde cum deliciæ eius sint esse cum filijs hominum; propendet in suum delicium: tendit arcum, micantem amoris flammam, & corda in-

Cor hominis scopus amoris Dei.

docilia ponit quasi signum ad sagittam.

Oth. Væn. *Hic scopus est.*

Nec mirum, militat omnis amans: per demonstrationem quippe vehementiam. quærit efficiosè victoriam. Canit Euripides in *Hippolyt.* a v. 525.

Euripid. *O amor, amor, qui militat adversus amantem!*
Qui inducit suavem animæ voluptatem,
Adversus quos militat.

Pro amante adversus illum, ut trahat, quantunvis rebellis renuat: equidem dum amor ambit, vel cor durissimum cedit.

1. Reg. 2. 18 *Samuel ministrabat*, dicitur: *Samuel* sonat *quod venit à Deo.* Exprimitur sic Spiritus Sancti missio; ut corda hominum in cœlum miles attraheret, à quo hostis insidijs per fraudem expulit: fitque orbis totius resistentis expugnatio, quippe expeditio perfecta amore ministro. Obscurè loquimur: ergo Anacreontis fabula clareat intuitus. Ita ergo succinit *Carm.* 14.

Mundum Spiritus-Sanctus expugnavit.

Libet, libet iam amare.
Cupido me monebat,
Ut amator esse vellem.
At ego insçius monenti
Parère negligebam.
Mox ergo sumpsit arcum,
Et auream pharetram,
Me prælio lacessens.
Ego verò ut Achilles
Loricâ amictus, atque
Scuto minax & hastâ,
Cum Amore præliabar.
Iaciebat ille tela,
Anacr. *Terga at vertebam ipse:*
Tandemque missili omni
Cùm destitutus esset;
Irâ æstuans iacit se
In me velut sagittam,
Penetrans, & in cor usque
Medium resolvit artus.
Scutum ergo nil iuvat me:
Nam cur petamur extrà,
Quùm prælium ignis intùs?

Possumus ergo dicere cum Tertuliano in sua *Sodom.* v. 117.

Tertull. *Hinc habet in falso de vero fabula famam.*

2 Humanam conditionem speciosam, utpotè aliquando assumendam, Numen impensè adamavit, & priusquam conderet: hinc eam ut orbis pretiositatem in orbem apprimè induxit, quùm omnibus numeris, gratiarumque charismatibus absolvit. Incubuit ut secum esset perquàm optimè dilecta, sed seiunxit hostis antiqui adunca hamata sagitta, aversò penitùs corde, cui debebat totum speciosum esse; & gratiâ cognitâ, ut magis cognitione nosceretur ingrata. Serò aut nunquam obliviscitur, cuius cor flagrat, etsi redamatio fugiat; ut sit in corde quod cordi est, & unum coalescat cor. De cœlo Numen misit ignem ut erudiret; verùm cor frigidum eius virtutem compescuit. Misit sagittas suas, ut duritiem dissiparet cordium; fulgura misit, ut illuminaret abscondita tenebrarum; sed induraverunt faciem suam supra petram, estò cognoverint flammam, penetrantem latus; cùm non esset qui se absconderet à calore eius. Amor igitur accuebat tela, quæ citò quasi plumbea eludebant adamantina corda, quousquè pharetram exhausit; sed non resipuit: equidem Amor ab hoste retraxit, cordaque attraxit in pectoris flammam, simulatque se in arcu collocavit ut sagittam. *Spiritus-Sanctus missus mundum suo subiugavit imperio*: infit Rupert. 1. de *Oper. Spir. S.* cap. 2. Ab initio hominis lapsus, ut surgeret, cœpit Amor divinus eius sagittare pectus; sed non respondit adamas, estò senserit iaculorum scintillas. Ut mundum posset debellare, ornavit pharetram, ex qua uti è sinu misit Deus hominem filium quasi sagittam electam.

Contentio amoris divini & cordis humani.

Rupert.

——*Quàm felix arcus, certique petitor*
Vulneris, & iussum mentiri nescius ictum!

Claudian.

Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: verùm mundus non cognovit. Hæccine sagitta potentis dextera Excelsi expulsa patuit retrorsùm, ac frustravit ictum.

Subiugat Spiritus-Sanctus.

Horrendum visu! Per quas modò fugerat auras
Venit arundo retrò: versùmque à fine tenorem
Pertulit, & notæ iuxta ruit ora pharetræ.

Stat.

In cœlum inclyta sagitta ascendit, Spiritus-Sancti illinc ignem in mundum misit, & illicò totum orbem subiugavit. Unde tanta flamma, subiectaque corda? Ignis vorax effulguravit incendium, quem Filius Dei venit mittere in terram cordium. Pharetram demonstrationum amoris quasi exhausit; tuncque ipsum amorem pro sagitta misit, pectora penetravit: unde cùm telo ignito vehementer cederet ingratitudo, corda hominum suo Spiritus-Sanctus subiugavit imperio.

3 Debellat amor, dum trahit. Quo ergo pacto corda hominum amor Spiritus-Sancti trahit, si descendit? Si ille venit, quomodo trahit? Innatum amo-

ri

ri eſt ferri in cordis delicias, qua de cauſa olim *ferebatur ſuper aquas*. Auguſtinuſque lib. 13. *Confeſſ.* cap. 9. infit: *Pondus meum, amor meus: eò feror, quocumquè feror.* Si amor pondus, haud trahit: trahitur, nam,

Geneſ. 1. 2. Auguſtin.

Virgil. ——*Trahit ſua quemque voluptas.*

Amor Spiritus-Sancti fertur propensè, & non trahitur? Utiquè. Eſt amor ſummus, non tantùm amor. Conditio amoris humani eſt ferri, quippe in dilecta ſolicitat transformari. In eſſentiali Spiritus-Sancti amore, amoris invertitur ordo, igitur in amorem fit dilecti transformatio: deſcenditque amor de cœlo, ut homines trahat, quorum pectora uſque in intima penetrat: quoniam tracta Spiritus Sancti flammâ, utpotè ſingularis à pectore rapit corda. Claret cauſa cur in mundum veniens, apparuit ut ignis. *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis.* Simulque Matth. 3. 11. *Baptizabit in Spiritu-Sancto & igne.* Per Hendiadym, In igne Spiritus-Sancti; amore ſcilicet: igitur per effectum ignis, virtus ſingularis deſignatur amoris. Sic apud Pontanum in *Uran.* lib. 1.

Vius amoris ſingularis conditio.

Actor. 2. 3.

Hendiadys.

Pontan. ——*Amor urentes iam tum meditatur amores.*

Collige, ſi refert, ſegetem copioſam apud Propert. lib. 1. *Eleg.* 6. v. 7. *Eleg.* 9. v. 17. 2. *Eleg.* 34. v. 44. 3. *Eleg.* 8. v. 29. *Eleg.* 17. v. 9. & *Eleg.* 18. v. 20. In igne ergo venit Spiritus-Sanctus, ut exceſsivi, ſummi amoris coruſcet virtus: igitur corda ad ſe deſcendens de cœlo trahit, ſicut cuncta ignis in ſe virtute convertit. Eſt namque, ut aliò dixit Ethnicus. 2. *Amor.* Eleg. 10. v. 10.

Ignis pro amore.

Ovid. *Alter & alter amor.*

Humanus ut filius frigidè ardentis voluntatis, convertitur in cor dilecti præ voluptate: Divinus adinſtar ignis vehementiori flammâ, in ſe transformat dilectorum corda. Ingenioſiſsimè Auguſtin. quo dudùm. *Amor illuc attollit nos. Pondus non ad ima tantùm eſt ſed ad locum ſuum. Ignis ſurſùm tendit, deorſùm lapis. Ponderibus ſuis aguntur, loca ſua petunt. Pondus meum, amor meus: eò feror, quocunquè feror. Dono accendimur, & ſurſùm ferimur. Inardeſcimus, & imus: aſcendimus aſcenſiones in corde, & cantamus canticum graduum. Igne tuo, igne tuo bono inardeſcimus & imus, quoniam ſurſùm imus. Ibi nos collocavit.* Ubi? In cœlo. Ibi? Quomodò? Pectore igne amoris inflammato, ut citò tendamus, ubi

Diſcrimen humani & divini amoris.

Auguſtin.

ignis ſine pondere pondus: unde cum ſurſùm tendat & intendat flamma, ferimur igne in cœleſtia. Non ſolùm loca manſionis immutat, ſed etiam cordium conditionem amandat: etenim aſcendunt in Empyrium igne amoris, quæ priùs deſcendebant in profundum quaſi lapis. Cœlum cœli Domino, & iam ſedemus in cœlo? Surſùm ſunt corda? In orbem Spiritus-Sancti deſcendit flamma, quæ corda ad ſe amore traxit, & ſurſùm virtute ſuſtulit.

Quo tendat pondus ignis & amoris?

4 Modò liquet Eccleſiæ inſcrutatum propoſitum. Venit miſſus Spiritus-Sanctus in mundum, & Eccleſia exponit incarnati Verbi adventum. Sic enim ait: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.* In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut vivamus per ipſum. Ita, 1. *Ioann.* 4. 9. *Sic* vehementiam amoris oſtendit, & apparuit: quandoquidem in dilectione eximium, ut vitam poſſet dare, vitam amittere. Miſit in mundum, ut amoris demonſtraret incendium: igitur mors ignominioſa, in quo vita erat. In ſinu Patris honor regis, in mundo pœna latronis. Ibi gloria genitoris & honor, hìc neque ſpecies neque decor. Ibi gaudium ex torrente voluptatis, hic opprobrium hominum, obiectio & abiectio plebis. *Semetipſum exinanivit.* Reſpice in faciem Chriſti tui.

Ioan. 3. 16.

Eximium in amore, in vitam aliorum vitaſi amittere.

Philipp. 2. 7.

Quàm deſpectus, quàm dejectus,
Rex cœlorum eſt effectus,
Ut ſalvaret ſæculum!

Bonavent.

Sic eſt *Sic*? Cùm verba fugiant in amoris demonſtrationum expreſsionem, vivaciorem clamant emphaſim: plus enim ſignificant verba pendula, quàm eloquentius idioma: claret ſanè cordis verbum è ſuſpenſione verborum. De Chriſto dicitur: *Sedebat ſic ſupra fontem.* Sic intelligitur *Sic*; quia præut eſt, non intelligitur, ſi voce promitur: igitur ineffabile in eius amore, fatigari illum propter fatigandam; quærere quæſituram; quippe ſic eximiè peccatores amavit, quaſi illum, quod illam oportebat, oporteret. Siccine in homines, & devios, locutus amorem, qui propriam eſt arbitratus illorum utilitatem. Inſtituto ergo.

Emphaſis.

Ioann. 4. 6.

Amor Chriſti unde cõſiet eximius?

5 *Sic dilexit*, ideſt, ſummè, ſignanter, ſingulariter dilexit. Claruit per donum, quantum: at quid hoc in Spiritus-Sancti optatiſsimum adventum? Spiritus-Sanctus eſt amor, Patris & filij dilectio: Verbum eſt ſplendor Patris & ratio. Ille

ex-

exprimit voluntatis flammam, hic rationis intelligentiam. Spiritus-Sanctus ab utroque volitum, Verbum genitoris intellectum. Si trahit ad ſe obiecta intellectus vitalis efficacitas, & trahitur obiectis inflammata voluntas; quænam igitur ſimilitudo, aut vinculum, inter contrarietatem principiorum; ut aptetur deſcenſui Spiritus-Sancti modus deſcenſionis Verbi; ita ut hoccine, mundo perſpicuò conſtaret, quòd ſic & non aliter in mundum veniens dilexerit? In ipſa oppoſitione voluntatis & rationis amor lucet Spiritus-Sancti ſingularis. Hic linguis igneis demonſtrat voluntatem. Verbum uti imago Patris, perfectiſsimam rationem: & in ſimilitudinem adventus ſingularis ſummi amoris, adventus ſignatur Verbi, quod ratio Patris: quippe amor eſſentialis, ſummus conſtituitur ſic, ut quaſi intellectus obiecta rapiat ad ſe. Prætereà. Diſtinguitur intellectivum & volitivum, ex eo quod voluntas ſequitur, quicquid ab intellectione proponitur. Unde ut ſequatur, neceſſariò fertur; ſimulque intellectui in ſpeciei obiectæ intentionalem repreſentationem, quòd trahens ad ſe conſpicuò rapiat ſpeciem. Totum in adventus divini Spiritus inſtitutum erat converſio averſorum fraude cordium

Spiritus Sanctus rapit corda.

Mantuan. *Frigidaque ardenti corda inflammabat amore,*
Ignipotens ideo, quia vult ardere medullas.

Et ut conſtet (ſuppoſita oppoſitione operationis intellectus ac voluntatis) modus, virtus & tenor amoris Spiritus-Sancti; utitur Eccleſia harum potentiarum diſtinctione; quoniam ſi intellectus in ſe transformat quodcunque intelligit; amor Spiritus-Sancti trahit ad ſe quodcunque diligit. Ubi in amore huiuſmodi nitor, cadit & eminet alter & alter amor. Fertur enim in bonum voluntas humana, cùm abſens ſit. Divinus amor haud habet attractivum extra ſe: vult amare, quippe vult. Eius allicitivum mulcimine philtrum, cœleſtium eſt cordibus communicatio bonorum: cordaque hominum ſingulari amore trahit; ne extra ſe habeat, quod diligere cupit.

Quo intuitu?

6 Amori priſci in expreſsionem virtutis incognitæ emblema præbuerunt ſpeculi. Unde Plutarch. de *differen. amici & adulator.* infit: *Amantis veri cor uti ſpeculum ſplendidum.* Otho Vænius Emblem. 24. *Amor.* acumen aſtruit: ſicque Hæſten. in *Cordis ſchol.* lib. 4. lect. 15. accinit;

Plutarch.

Teſſera amoris ſpeculum.

Hæſten. *Proſpeculo cordis cor aſpice,*

Ingeniosèque Silveſter à Petraſancta de *Simb. heroicis* lib. 1. cap. 1. ex quo Picinell. in *Mund. Symb.* lib. 15. n. 176. ſpeculo apoſuit epigraphen: *Omnibus omnia.* Speculum quicquid obijcitur trahit, & præut obijcitur continet. Amor communis trahitur, amor ſublimis per contraria coradoritur: amorque Spiritus-Sancti, utpotè eximius, obijcitur uti ſpeculum, lenocinio ſuavi cordium; quippe cùm obiecta rapiat, in ſeipſum quicquid diligit, transformat. Omnia fit omnibus, ubi recipitur radius:

Petraſanct. *Cur emblema Spiritus Sancti.*

Omnibus idem. Virgil.

Species enim ſpecula, Spiritus verò Sanctus nonnunquam præ ſe fert corda: etenim omnia continet, quippe omnia ſuaviter validiſsimè trahit. Hinc Heraclitus, apud Diogen. Laërt. de *Vit. & morib. Philoſoph.* lib. 9. de Deo protulit: *Deus eſt ignis intelligibilis & intellectivus.* Altè quidem, dum dicit Moyſes, ex quo Paulus, Hebr. 12. 29. *Deus noſter ignis.* Appoſitè Iſaias pro Spiritus-Sancti dono: *Erit lumen Iſraël in igne, & Sanctus eius in flamma.* Clariùs, *cap.* 31. 9. ubi ſignatur locus adventus: *Dominus, cuius ignis in Sion.* Claret igitur, veniente in igne, conditio Spiritus-Sancti, qui æternus ignis per æternum ſplendorem & non violabile Numen. Ita ergo eſt ignis intelligibilis virtute mirà potentis amoris: cæterùm corda eius quùm percutit radius, quare demonſtratur ut ignis intellectivus? Subeſt actutùm attributionis ratio, ut huius excelſi amoris plus innoteſcat conditio. Spiritus-Sanctus eſt ignis, quia amor; & etiam intellectivus, quia ſpecialis amor. Verùm eſt, intellictivum ſpectare rationem, ob luminis ſplendidi claritatem: tribuiturque iurè ſummo amori, quod proprium intelligentiæ; quippequàm corda quæ illuſtrat, uti ratio in ſe transformat. Cuncta trahit, cuncta profert: quid mirum, quòd ſignet cuncta, dum fit in omnibus omnia? Quid mirum, ſit mundus per ignem tractus, dum amor intellectivus?

Heracl. Deut. 4. 24. Iſai. 10. 17. 31. 9. *Cur dicitur ignis intelligibilis & intellectivus?*

7 *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.* ita pro ſolamine aſſeclæ Chriſtum audierunt dicentem, tranſiturum poſtridiè de hoc mundo ad Patrem. Relinquens ergo illos, ut orphanos non relinquet, quia poſt abſceſſum in ignè Spiritus-Sanctus veniet. Sit: ait ille dicit, *Veniam* (non *veniet*) *ad vos.* Senſum non facile ratio capiet, etenim diſtincta prorsùm perſona, quæ venit. Spiritus-Sanctus, non fi-

Ioan. 14. 18

filius in igne apparuit: quo ergo ſenſu Aſſertor N. meditanter ait; cùm ille ad vos deſcenderit: ego etiam *veniam ad vos*? Quùm Spiritus-Sanctus de cœlo deſcendit, corda diſcipulorum Redemptoris ad ſe traxit. Trahit enim intellectus, cuius character, uti Verbum, filius: adventuſque non diſtinguitur Verbi, connotantis rationem, à Spiritus-Sancti deſcenſu connotantis voluntatem; quippe ab hoc corda trahuntur, quaſi ab intelligentia functiones exercerentur. *Veniam* dicit Patris ratio: non in perſona veniam, veniam in modo. Modus eſt connaturalis intellectioni, obiecta trahere adinſtar ſpeculi; quod fit omnibus omnia iuxta cognita & obiecta: & quoad modum *veniam*, dum in mundum Spiritus-Sanctus ſeminaverit flammam; igitur cùm ille venerit, ignis intellectivus à pectore corda rapiet. Haud alio intuitu infit Aſſertor: *Vado & venio ad vos.* Non miremini. *Audiſtis, quia vado & venio.* Non miremini, *quia dixi.* Modus adventus exprimet amoris ſublimis modum, ſumptà intellectus operatione in exemplum: vaditque Filius, quia in Empyrium aſcendit; ſimulque venit, quia Spiritus-Sanctus modum rationis ad amorem tranſtulit: ſiquidem cunctorum aſſeclarum attracta penitùs corda, quippequàm ex ſummo amore erat flamma intellectiva. Ex alio etiam capite allicit philtrum in huiuſmodi amore. Pondus voluntatis humanæ tendit deorsùm, pondus verò divinæ propendet ſursùm. Tendit deorsùm, ut quieſcat, quæ mutatur in horas: propendet ſursùm, quæ æterna voluntas: unde cùm illa amore feratur, ſi allicitivo percutitur; Spiritus-Sanctus voluntates allicit, quippe amor eius, uti eius; immutabilis perſiſtit.

Modus divini Verbi quomodo in Spiritus-Sancti amore?

Verſ. 28.

8 Acumen exprimit & ſimul vivacem flammam apud Vatem Ieremiam. *Longè Dominus apparuit mihi. Longè* pro *Aliter*, ut Epheſ. 2. 17. *Pacem vobis, qui longè fuiſtis*: hoc eſt, aliter. Idem *Pſalm.* 21. 2-118. 150. Cicero, *Academ.* 4. *Longè à vero*: & Saluſtius, *Longè alia mihi mens eſt.* Longè, ideſt ſecus. Contentio eſt inter Eccleſiam & Synagogam, dum hæc amiſit, quam illa impetravit gratiam. Apparuit utiquè in Horeb ignis ille Synagogæ: apparuit etiam poſt quinquaginta dies à libertate è domo Ægyptiacæ ſervitutis: *Exod.* 3. 2-19. 18. Longè, proh! Eccleſiæ. Hinc dicit: *Aliter Dominus apparuit mihi.* Aliter per mirabiles, novos, inauditos exceſſus.

Ieremi. 31. 3

Longè *pro* aliter.

Cicer.

Quos mea demulcens pectora dictat amor. Pontan. Unde igitur gloria? Ex excellentia amoris, atque modi proceſsionis differentià. *In charitate perpetua* (ait) *dilexi te: ideo attraxi te.* Difficilis in Philoſophia nodus! Voluntas amore trahitur, quippe dilectione fertur: quo igitur philtro Deus Eccleſiam ſponſam traxit, & duntaxàt quia dilexit? Voluntas utiquè contra voluntatem præmittit exceſſum, & amor demonſtrationem adverſus amoris uſum; etenim potentia ſequitur, quod amat bonum: confunduntur itaque potentiarum operationes, in utriuſque diverſis nobilibus exercitijs; quandoquidem attractione voluntatem bonum ſequitur, dum voluntas allecta ſequitur bonum: qua ergo lege, quod diligit, trahit; ſi trahitur, quippe diligit? Quia voluntas firma *in charitate perpetua*: corque amando trahit Sponſæ amaſiæ, quam diligit; quippe attractivo gaudet amoris æſtuantis fervor, dum vel in motu perſeverat amor. Aliter: operatur potentia in exceſsivo amore, quod ſpectat ad obiectum, ſeu bonum reſpectu operatricis potentiæ. Unde exceſſu conſtante amoris, munere eximio ſtabilis firmitatis; claruit pectoris dilectio, dum in amore permutatus ordo: equidem dilectum mirificè in ſe transformat, quùm bonum utcunque voluntatem captivat.

Excellentia amoris.

Ibid.

Et modus ſpecialis.

Quia immutabilis amor.

9 Ulteriùs. Non hic amor deſcribitur, ſed ſumma charitas; qua ut magis adſtringat, ultra ſe vadit voluntas. Ultrà eſt, ubi rapit ad ſe cor; quia uti ſtabilis & ſumma in amore, gaudet munere novo intellectivæ potentiæ. Sic diligit, & ideo trahit; quæ quia amabat ideo trahere nequibat. *Ideo.* Extra principia philoſophica cauſalis, ſed eximij propria amoris: igitur ſi utcunque voluntas amore ducitur, quia bonum avida ſequitur; ut eximium, ſummum, magnum amorem oſtenderet, omnes vel averſas voluntates ad ſe traxit. Elucet modò, de quo gloriatur Eccleſia, etiam nimis munerata Synagogà & igne de cœlo, & data in igne lege, eodem temporis decurſu. Longè, aliterque Spiritus-Sanctus illi deſcendens apparuit: etenim ſi ut amor in igne fulſit; fulſit ut ſummus, quo favore Hebraicus nunquàm exultavit populus: ſemper enim Spiritui-Sancto reſtitit, nec hic duræ cervicis capitonem debellavit. Aliter modò apparuit Eccleſiæ, quia ſummo amore. Charitate perpetuà, immutabili dilexit: ideo attraxit: equidem ſingulari, novà flammà, diſcipulorum Chriſti in cœleſtia traxit cor-

Unde eximius magnus, ſummus?

Ioan.7.39. corda. *Nondùm erat Spiritus datus, quia Iesus nondùm erat glorificatus.* Datus erat Spiritus-Sanctus, sed quousquè Iesus in cœlum assumptus, latebat in munere novi amoris novus modus. Olim ferebatur in dilectos, atque gratias impensè communicabat: modò corda dilectorum attrahebat, patente ex munere amore eximio, novo operationis modo, quo constaret illapsus, ubi sine corde dilectorum pectus: igitur quorum corpora in cœnaculo, corda sursùm collocata in cœlo.

10 Astruit Chrysostomus, Tom. 3. serm. 1. in *Pentecost.* Antuerp. edit. *Hodie* (inquit) *nobis terra facta est cœlum, non* Chrysost. *stellis de cœlo in terram descendentibus, sed Apostolis ad cœlos ascendentibus, quia effusa est copiosa gratia Spiritus-Sancti, & universum orbem operata est cœlum, non immutans naturam, sed voluntatem emendans.* Haud aliter in cœlum volarent Apo- Actor. 2.2. stoli, ni novus modus esset in igne. Ipsi in cœnaculo sedent, & ignem è cœlo suscipiunt; quomodò in cœlum ascendunt? Si in cœlo illos Spiritus-Sanctus collocavit, quorsùm in cœnaculum descendit? Spiritum-Sanctum in honorem conditionis humanæ è cœlo descendere, profectò inconcussum: at Apostolos, illo veniente, ascendisse in cœlum! Ita: amor traxit ad se flammà: & quanvis pondere amoris descendit; quia amor summus, illos Empyrium usque elevavit. Præterea Spiritus-Sancti amor ignis præ se tulit speciem, *Discrimen amoris & fumi amoris.* ut singularem exprimeret voluntatem; quia non descendit in terram, ut ibi maneat, sed ut homines Olympum versùs attollat: quare sustulit in cœlum, sedentium in cœnaculo corda, simulac descendit flamma; igitur si amor ut amor tendit deorsùm, ut Vers.3. ignis procedit sursùm. Ideo *sedit supra singulos*, dum elevavit in cœlos. Ut amor sedit; ut summus sedentes traxit: effusa est gratia & copiosa, quæ cognoscenda operatione mirà. Unde cùm mirum in amore trahi & trahere, erigere atque descendere; simulatque supra singulos Spiritus-Sanctus sedit, in cœlestibus assumptione collocavit. Hac namque de causa ignis figuram detulit. Facto de cœlo sono Ibid. Spiritus advenientis, *apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquàm ignis, seditque supra singulos eorum.* Pende. Linguæ, estò ignitæ, aptiùs collocantur in ore; quo ergo intuitu deponuntur in capite? Celsitas capitis elucet thronus rationis, quicquid intelligit, ad se rapidè trahentis: linguaque in solio subsidet intellectus, dum in igne, venit Spiritus-Sanctus; ut noteset novi amoris hieroglyphicum, singulari profectò collocatione linguarum: etenim usque in cœlum flamma traxit amoris, in cœnaculo sedentes. Ingenium Aratoris astipulatur, lib. 1. in *Acta*, à v. 138.

Dum descendit, quomodò corda ad se traxit?

——— *Quid sit, quòd Spiritus almus* Aratus
His datur in flamma?
Mentibus instat amor.

Non voluntati, sed menti? Intelligentiæ, non cordi? Sanè, ut constet, quo ingenio elevata corda amoris intelligentiâ: igitur corda in se convertit ignis amoris, sicut in se ratio convertit intentionales species.

11 Pergo. Spiritus ergo discipulos ad se & ad æthera trahit, non naturam immutans, sed voluntatem emendans. Quomodò hoc igne immutata voluntas, ut corda in cœlum sumpserint alas? Si inter duplicem cynosuram collocatur pyxis nautica, sicut ferrum etiam inter magnetis gemina frusta; hinc inde trahitur, & simul distrahitur. Unde Ioannes Paschalius, *Emblem.* 12. succinit:

Acus nautica inter oppositos polos trahitur & retrahitur.

Ferrea dum magnes mediat per frusta, Paschal.
quiescit,
Nec trahit; assuetum copià sistit opus.
Quis vetat attractum? Tractum distractio tollit.

Haud aliter amor nostræ voluntatis inter illicem duplicis Helices, aut magnetis geminati mulciminis. Quare

Quod ferro magnes, humanis cordibus amor est:
Consensu tacito ferrea corda trahit.

Mundus totus in maligno positus erat, quippe sensibile delectabat, etsi pugnaret ratio acri cœlestium stimulo. Bina cynosura erat, magnesque duplex in illicem humanæ voluntatis, quæ tracta, à contrario magnete distracta, nullibi immobiliter sita: equidem modò trahebatur in cœlum, modò distrahebatur in Tartarum; pugnantibus cœlestibus & terrenis pro triumpho captivitatis.

Quid veletas amore terrenorum, & cœlestium?

Errat ut à ventis discordibus acta phaselus, Ovidi.
Dividumque tenent alter & alter amor.

Aptè Augustinus, de *Tempor.* serm. 255. *Duo* (inquit) *sunt ignes: cupiditatis scilicèt & charitatis. Unus de parte Dei, alter de parte diaboli. Unus devorans omnia mala, alter universa bona; quia nihil in illo boni remanere poterit, quem ignis cupiditatis accenderit, sicut econtrariò, nihil in eo mali remanebit, in quo ignis charitatis ar-* Augustin. *Duo ignes in hominibus.*

arserit. Gravi corde, terrenorum igne, premebatur humana voluntas, quia diligebatur vanitas. Haud corda ascendebant sursùm, quoniam pondus cupiditatis deorsùm. Cùm venerit Spiritus-Sanctus, tollet & pondus.

Hesten. ——— *Geminas dabit alitis alas,*
Pertæsum terræ, queis cor ad astra volet.

Unde si locus ignis suprà, & inflammata sunt corda; igne attractivo ascenderunt in cœlum; quoniam nonunquàm sublato pondere sursùm. Haud distrahitur, qui non trahitur aliunde. In terris iacet, quem ignis isthic non fovet: etenim flammà cupiditatis,

Quæ arte elevata corda Spiritus Sancti flamma?

Virgil. ——— *Tenent Danai, quà deficit ignis.*

12 Statera amoris hodie plauditur Spiritus almus; quia licèt sursùm, charitatis ignis habet pondus. In statera una dum lanx deprimitur, huius pondere altera sublevatur. Claret causa Spiritus-Sancti adventus, cùm corda humana deorsùm impelleret pondus: etenim cùm ille descendisset, oppressa corda elevavit; quippequàm haud alia causà non ascenderant in cœlum, nisi quia Spiritus-Sanctus non descenderat in mundum. *Glorietur frater humilis in exaltatione sua*: dicit Iacobus. Cohærent quæ videntur oppositа, in amoris statera. Humilis dicitur, qui deorsùm oppressus iacet, & exaltatus qui elatus sursùm ascendit: factàque statera cœlestis ignis & humani cordis, novo prodigio, cordis, pondere pressi, designatur exaltatio; quia ut illud usque in cœlum elevaret, in igne maius amoris pondus descendit.

Quare plauditur statera amoris?

Iacob. 1. 9.

Iuvenal. 5. v. 81. *Aspice quàm longo distentat pectore lancem,*
Quæ fertur Domino.

Etenim, cùm ille esset in cœlo, cordaque in mundo; ut Domino ferrentur, longo pectore lanceam extendit, atque depressa levavit: igitur si pridem homo ad cœlum non exaltatus, deficiebat in libra ignis gravissimum pondus. Gemebant homines in terris curvi & cœlestium inanes. Quid Sponsa? *Trahe me.* Ghisler. hic: *Ama me.* Quomodò trahenda? Amore. Utiquè, si illa trahitur: trahitur enim quæ amat, quia dilecto se conformat: at quomodò potest amore tractus trahere? Novo amore, novà activitate ignis, qua

Corda iacebant in terris, quia amoris ignis non descenderat ad terras.

Cant. 1. 4. ——— *Amor hos accendit amores.*

Igitur haud intensè diligeret, ni diligi cupientem ad sese traheret. Quia Spiritus-Sanctus Sponsam amat, tractum ab amore signat, ubi erat illa; quæ nolebat esse ibi, sed ubi ille erat; quod quidem fieri sine attractione nequibat: Sponsaque cupit diligi & simul trahi, ut per amoris virtutem, cœlum usque obtineret exaltationem: igitur nullo modo ubi erat dilectus traheret; nisi eius amore, ubi erat illa descenderet. Scutum, cuius tessera corda, aliò (ut videris apud Petram-sanct. lib. 6. *Symbol. Heroic.* cap. 12.) affabrè in amoris commendationem expressum, confirmat nostrum propositum: etenim quæ in cœlum erexit; ut defenderet tanquàm scutum cordis, corda traxit. Hoc igne descendente & erigimur & trahimur: quandoquidem hominum corda, è pulvere cupiditatum erecta, Spiritu novo, novo amore, adinstar Eliæ, elevantur ad sidera.

Ordo novus in amore novo.

Petrasanct.

Scutum cordium.

Omnibus incutiens blandum per pectora amorem. Lucret.

Felix, cui placidus leniter afflat amor. Tibull.

DIDASCALIA II.

Materia virtutis virtus non est.

1 INquit Seneca, *Epist.* 90. cuius propositum amplius delicabimus, *Tautolog.* 11. à n. 41. quapropter, *Epist.* 121. iterat: *Non quicquid morale est, bonos mores facit.* Quo pacto si à moralitate boni, non boni mores cum moralitate? Quia moralitati est materia, cæterùm sine ulla moralitatis forma: unde bonos mores non instruit morale opus; quia materia virtutis non est virtus. Morale specificatur à fine, præut inhæret actioni, regulandæ, sive dirigendæ per rationem, quæ rectum demonstrat finem; ut ait D. Thom. (ex Aristotel. 1. *Ethic.* lect. 1. quem hìc illustrat eximiè varia eruditione N. Cardinal. Aguirr.) 1. *part.* q. 48. *art.* 1. ad 2. & DD. Scholastici 1. 2. *quæst.* 18. *art.* 4. & 8. Siccine voluntas humana *opus perfectum habet*: aliter vel in opere virtutis claudicans deficit: etenim ubi vel in materia virtutis perfectum est opus; sine fine rationis nequaquàm virtus. Si semel cor intentione corrumpitur, terminus actionis à dæmone possidetur: totum enim arboris fructum sibi callidè surripit, quem veneni dente in radice vitiavit. Vide Gregor. Magn. lib. 28. in *Iob*, cap. 6. Si bonitas actionis ab intentione corrumpitur, à defectu intentionis similiter depravatur. Unde cùm intentio pendeat ab attentio-

Senec.

Iacob 1. 4. Non virtus actio virtutis sine fine rationis.

ne; virtus actionis manet ſine virtute: igitur virtus eſt virtutis forma, & in actione virtutis, ſine attentione in actione, tantùm virtutis materia. De Samuele miniſtro
1.Reg.2.18 Sanctuarij dicitur: *Miniſtrabat ante faciem Domini.* Deo cuncta ſunt nuda & aperta: quorsùm igitur quòd obſequia Samuelis perficerentur coram Domini oculis? Ut ſciat Deo ſacratus, quale opus in virtutis opus: quandoquidem ſine attentione in virtutis opere, eſt opus ſine virtute. Fit ante Domini faciem, ubi actio conſiderat Deum videntem. Fit miniſtratio, ſed ante faciem non fit; ubi uti finis actionis Domini abdicitur facies: Samuelque ante faciem Domini obſequiosè miniſtrat quia cogitat miniſterio, quòd Domino miniſtrabat. Officium erat virtutis materia: intentio & attentio forma. Actio bona optimaque moralis, iuxta præſcripta finemque rationis. In virtutem bonuſque mores utriuſque conſortium inſtruit; aſt non quicquid morale bonos mores facit: igitur ſi cogitatio in vanitates & inſanias falſas;

Neceſſaria virtutis forma, ut ſit virtus.

Ovid. *Temerata eſt noſtra voluntas.*

2 Deum Religioſorum honorificat ſacrificium laudis, cum cæteris Religionis obſequioſis exercitijs; quæ materia non tantùm ſunt virtutis, ſed optatæ venerandæ perfectionis. Quid quod materia? Entitas ſine ſubſtantia, moralis figura, virtutis larva ubi nulla virtus; quippe nulla attentio in virtutis opus. Exercitia ſunt queis teritur corpus, & languet animus, ſine premio laboris; quia longè virtutis finis in animæ validiorem virtutem, Domini quærentium faciem. Unde miniſtratur Domino, ſed ante faciem eius nulla datur miniſtratio; quippe ſine attentione in materia virtutis non eſt acceptio: virtus muneratur, quoniam coronari meretur: præmijque deficit animus; quia in virtutis miniſterio nec ulla virtus. *Opera eorum inutilia*: dicit Vates Evangelicus. Ideſt, opera vana & nihili. Quo pacto nihil, ſi opera? Quoniam opera vana: dicunturque iurè opus & opus, ſed nihili; quia in opere tanto nihil eſt utilitati. Delicemus propoſitum. Quæ opera, & quàm corpori moleſta, cunctorum Religioſorum exercitia! Relictis votis, ut pleniùs obſerventur, quas ærumnas non patiuntur! Vigiliæ gravant, ieiunia mortificant, ſilentia vellicant, uti materia virtutis in ſtatum perfectionis. Sufficit chori pondus per ordinem temporis diſtributum, in gravamen moleſtiſsimum corporum; igitur ita diſponitur per intervala tenore, ut

Aliter, inutile opus.

Iſai.59.6.

benedicant Dominum in omni tempore: Hoc opus illorum coram illis ex exercitio orationis vocalis; quæ orantis ſubſidium, Deo ſacrificium, atque dœmonis flagellum, ſi attentione diſponitur & intentione dirigitur. Sic requiritur Domini facies in exercitio orationis: tunc opera ſunt accepta: & non accepta opera ſunt inutilia; quia facta ſummo labore, ſine ulla prorsùs laboris utilitate. Quænam orationis ex corde veritas, dum

Effectus orationis.

Seducta in varias certarunt pectora curas? Manil.

Hoc non eſt orare, ſed Deum offendere: ſuppliciter imploratum vulnerare, coràm maieſtatem deſpicere: profanare locum, Dei proculcare conſpectum: unde in exercitio virtutis non virtutis exercitia, ſed vana in utilitatem opera, profectòque nihili; quoniam in facie Domini ſine Domini facie. Vernaculè: *Oracion delante de los ojos de Dios, ſin que Dios la pueda vèr.*

Oratio vana.

3 Audiamus ex Bernardo diſciplinæ fictum, laſſo animo, & cogitationes ſine intellectu. *In Eccleſia* (inquit, de *Interior. domo.* cap.19.) *deteriorem me reperio. In choro ſum corpore, aliquo in negotio mente: nunc intùs maneo, nunc foràs exeo: tanta eſt levitas corporis, necnon & mentis. Aliud canto & aliud cogito. Pſalmodiæ verba profero, & pſalmodiæ ſenſum non attendo; ſed mente vagus, habitu diſſolutus, oculis attonitus, huc & illuc proſpiciens, quæcunque geruntur perluſtro. Væ mihi quoniam ibi pecco, ubi peccata emendare debeo.* Hæc fatuitas: provocare vindicem, dum quærit placare iudicem: laborem ponere in argumento virtutis, & præmium non recipere laboris: operaque quæ poſſent eſſe fine recto meritoria, ſunt nihili & inutilia, quippequàm unde meritum, reflectuntur in laborem & ſupplicium. Audivit Alexander cognomento Nobilis, Duce populi Iudaici Ionathà, quia *narraverunt ei prælia & virtutes, quas ipſe fecit & fratres eius, & labores, quos laboraverunt.* Eſt periodus exemplar congregationis in laudem Conditoris, & effectuum ex virtutis exercitijs. Primò audiuntur prælia, deinde virtutes, poſtremò labores. En perfectorum felicitas & corruptorum calamitas, miſerabili ſtatu, cum fratribus ſimul aſsiſtentium in choro: equidem morum corruptio, quod eadem exercitia à fratribus redigantur in virtutes, & ab illis convertantur in labores. *Prælia, & virtutes.* Aptè. Vagà hominum cogitatio, ut non ſint animo ubi corporis præſentia. Hinc perfectorum certami-

Bernard.

Quæ opus laboris & non virtutis.

1.Mach.10. 15.

Ut ſit perfecta oratio, adſint intentio & attentio.

na,

na, ut opera sint utilia: igitur intendentes in opus, quò pergit animus, permanent debito fine in virtute; quippe continuò contendunt cum ipsa cogitatione. Prælia coniunguntur virtuti, non labori, quem denuò sequuntur premia; ut inutilitatis operum pateſcat causa: siquidem desides cumulantur laboribus & non virtutibus; quia suis succumbunt vanis cogitationibus. Ubi per illos virtutes exulant, labores laboribus coniugant. *Labores quos laboraverunt.* Non commoda laboribus, sed labores laborarunt? Profectò: cuncta opera sine fructu; & intentio, ubi vana cogitatio. Exercitia omninò sancta non in virtute, sed in virtutis materia: & cùm sine ordine ad finem essent opera inutilia; opus & opus, erat terere tempus & tempus, consumpto tempore; & duntaxàt in labores laborare. Causam indicat Versio Maluendæ. *Opera inutilia, & violentia in operibus eorum.* Opus orationis est utile, quùm etiam ex obligatione spontè: igitur nulla ullius operis acceptio, quod ab invito: languidorumque in chori exercitijs remissa opera iurè dicuntur voluntati violentia; quia ad laudes Dei minimè voluntate vehuntur, sed quasi ad chorum funiculis traherentur. Quare cùm opus sit operæ fructus, ex opera nullum opus, neque ex virtutis operatione virtus; iacentibus miserabili conditione, in cœlestium actionum preciositate: quandoquidem incumbunt operà in pretium externarum actionum, & in tot exercitijs nullum est operæpretium.

Maluend.

Et exultet inanis cogitatio.

4 Itendite sacri Deo vocatione pretiosà, ut intendatis in sacra. *Si quis vult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Qui vult sequi, sequatur: igitur exemplaris imitatio stat in virtutis exercitio, nequaquam in nudo voto: implicat enim sequi, & sic stare; moveri sine motione. Hinc addit Salvator: *Sequatur me*: etenim qui sibi studet, sibi placet, sibi in virtutum exercitio consulit; ubi promit in laudibus ministerium, se sequitur & non Christum. Cogitatio astruit, & propositum destruit: equidem cùm Deus sit laudis finis, cui diriguntur preces in imitationem Salvatoris; longè in oratione est, qui non proponit Deum ante conspectum suum: equidem dum proponuntur cogitationes cœlestes, dissolutus vanas cordis sequitur cogitationes. *Animum enim cogo* (ait Senec. *Epist.* 56.) *sibi intentum esse, nec avocari ad externa: nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt? Interdùm quies inquieta est: animus obstrepit.* Sequitur, qui toto corde præcedentem sectatur: & præcedentem non sequitur; qui in gressus retinetur animo, & proprio miser captivatur affectu. Aliquid latet appositius, ut in attentionem operis ægrum relevetur pectus. Quorsùm igitur, *Qui vult sequi, sequatur?* Quit quis non sequi, dum sequitur? Næ, & sine contradictione, per contradictionem animi. Probant actus Communitatis, inhærere Christi sacris vestigijs. Possunt fieri in actu, & possunt fieri voluntatis affectu, in orationis propositum & animæ emolumentum, ut virtutes crescant, & quæ recta rectè fiant; quippe operæ estò laborioſæ nihili, ni fiant rectè. Rectè fiunt (iuxta Gloriosum N. Patriarcham, *Regul. Sanct.* cap. 19.) ubi mens concordat voci. Non fiunt etsi fiant, quando tumultus cogitationum avocant animum: iubeturque sequi meritò sequentem; ut in eo quod facit, necessariam in opus prædisponat intentionem: equidem quæ facta, in præmium omninò infecta; quia facta sine attentione ex cogitatione vaga. Sequitur, qui consequitur: consequiturque, ubi merces ex labore disponitur. Non sequitur sequendo, cuius labor perit, & ex labore non quies, sed maior labor exurgit: moneturque qui sequitur, ut sequatur; ut consequatur quod sequitur: igitur defectu (etiam cum intentione) attentionis, signum claret fatuitatis; sustinere ex virtutis functionibus totum laborem, & ex continuo labore nullam habere mercedem.

Marc. 8. 34.

Amor sui iugulatio amoris Dei.

Senec.

S. Bened.

Quo pacto in chorò quæ facta infecta?

5 Liquet ex textu. *Tollat crucem suam & sequatur me.* Crux divinis addictorum officijs, est pondus adimpletionis, noctu dieque; quippe omni tempore humeris portatur crux, & interruptione somni, & continuatione linguæ. Est crux cum pondere crucis, modo coram Deo sit tantùm præsentia corporis. Est crux sine crucis pondere in pondere crucis; modò sit operæ merces, quam ex attentione ac intentione consequitur, quisquis huiusmodi crucem ex voto patitur. Christum sequi, nil aliud est, nisi sic crucem portare. Portatur in oratione continua, verùm cor longè à præsentia: dicitque Christus in laborantium premium, quòd qui cruce sequuntur, illum sequantur; siquidem lamentabile, quòd nullam spontè percipiant utilitatem, tam gravem continuò portantes pondere crucem. In contextu est

Laboratur in vanum.

regula directionis, ut in utilitatem orantis procedant preces. *Si vult sequi, deneget Semetipsum.* Se denegare, est non esse sui; quod debet esse in perfecta oratione. Sui orans est, cùm suarum & non Dei cogitationum fuerit; & sese orantem denegare Christus docet; ut nascisatur orationis fructum, ex cogitatione intentà fervore in Deum: etenim in illo defixum habebit cor; quisquis uti ibi non sui, sibi abnegaverit se. *Sibi* meditatò dixi: igitur in ministerio, quo intenditur Dei laudatio; minuit ponderosam ex continuatione crucem, quisquis sequitur locando in Christo cogitationem. Pendo æquivocum vocis, dum commendatur ab illo portatio crucis. *Tollat crucem suam.* Significat *Tollere* & crucem assumere & crucem deponere. Verbi ambiguitas demonstrat pondus crucis, & levamen ponderis: equidem cùm labor in laborem pondus gravet, & præmium ex labore crucis gravitatem levet; in attentione portantis, stat pondus, & stat levitas crucis. Levitas, quia habet mercedem, sacrificando simul cum oratione attentionem: pondus, cùm non habeat ex opera præmium, & sæpiùs laboret ac laboret in officium.

Unde pondus & levamen in officij divini recitatione?

6 Intelligitur modo, proprioque sensu, illud tritum Ieremiæ. *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter.* Opus facit, & opus perdit. Nullum maius opus in Dei obsequium, quàm divinum Religiosis officium; ex cuius exacto munere, copia gratiarum in beatitudinem animæ, premium iniuncti oneris, æternaque merces: infelixque dicitur quisquis opus Dei facit, & in opus non perfecerit; quia faciens temporis sumptum, nullum adeptus est virtutis emolumentum: etenim cogitatione volatili, & avocatione mentis, sese fraudat à præmio tanti laboris. Sacrificium laudis est, quo Deus plauditur, & supplex diteſcit. Sacrificium est, cuius victima ardens dilectione cor: in cuius munere, obsequij grati functione dicitur: *Sin autem habuerit maculam, vel claudum fuerit, vel cæcum, aut in aliqua parte deforme, vel debile, non immolabitur Domino.* Sine macula debet esse cordis sacrificium, ut in conspectu Domini sit acceptum. Pura laus à cogitatione vaga maculam contrahit: Deusque laudis sacrificium, quod ipsi gratum, studiosè despicit; quippe talsidit, hominem maculas cordi contrahere, ubi debebat diluere. *Te decet hymnus*: dicit devotus divinæ laudi David: alij, *Te decet silentium.* Apposite vel in opposito munere: silentiumque præfertur plausui, si macula cordi victimæ; quoniam, si cor vagum, & opus sacrificij defunctorium; satius in plausu, quòd sileant, quam quòd maculati plaudant.

Ier.48.10.

Quomodò in huiusmodi officio, fructus fraudatio?

Deuter. 15. 21.

Quæ oratio poluta?

Psal. 64. 2.

7 *Vel claudum.* Sic cor orantis, & duabus vijs in chorum ingredientis, ut suis cogitationibus blandiatur, & simul usque in cœlum obsecratione elevetur; quod quidem summa fatuitas: igitur affectatur volatus, dum hinc inde serpit cor stultis cogitationibus. *In cœlo sursùm, & in terra deorsùm*; est proverbium tritum in Scriptura. Affectibus movetur anima, ita ut non sit alibi, quàm ubi allecta figitur cogitatione. Unde in desiderijs claudа, iacet miserandè decepta; quasi esset oratione sursùm in cœlo, quæ in terram inclinat motu, affectibus claudicando: quandoquidem impossibile prorsùs, cogitatione esse sursùm, & simul esse affectionibus deorsùm. Preces olim pingebantur claudæ, uti refert Vincent. Chartar. in *Iani imagin.* fol. 28. ex Homero, qui 9. *Iliad.* à v. 497. ait: *Litæ claudæ, Iovis filiæ.* A Iove admittuntur uti assistentes; sed expelluntur à conspectu deitatis, dum claudæ procedunt, quantunvis supplices: equidem cùm hinc a corde trahantur, ubi illuc inclinatæ perducuntur; iubentur expelli vel in suplici oratione, quoniam affectu contrario minimè procedunt rectè. Rectè ad Dei faciem introducitur oratio, modò coram facie sua ambulet supplex devotio. Vanis, inutilibus cogitationibus claudicans versus latera flectitur: tuncque repulsa à conspectu uti vacua reijcitur: quia accedendo recedit, & appropinquando fugit: igitur quùm in accessum graditur; non graditur, sed revertitur.

Quæ claudа?

Actor. 2. 19.

Preces claudæ.

Homer.

8 Argumentum explicat Gregorius Magnus. *Omnis iustus* (inquit Homil. 4. in *Ezechiel.*) *qui vitam suam solicitus aspicit, & diligenter considerat, quantum quotidiè in bonis crescat; aut fortasse quantum à bonis decrescat; iste quia se ante se ponit, coram se ambulat; quippe qui vigilanter videt, utrùm surgat, an defluat. Quisquis verò vitæ suæ custodiam negligit discutere quæ agit, quæ loquitur, quæ cogitat, aut despicit, vel nescit: coram se iste non ambulat, quia qualis sit in suis operibus, vel in moribus ignorat, nec semetipsi præsens est.* Totus iste tenor habendus in oratione, ut qui stat ibi stet mente. Oratione ambulat, sed diversione voluntarià ultrò citròque se inclinat. Iam cogi-

Greg. Mag.

Rectè orat, qui coràm se ambulat.

ta-

tatione claudicat, quippe despicit quid loquitur, quid cogitat, & quid agit; vel utrùm surgat an desinat. Si Deum respicientem respicit, sese coram se (ut in bonis crescat) ponit. Si se respicit, se non respicit; quia à se cogitatio subtrahit: unde cùm procedendo non procedat, qui affectionibus vanis affectu claudicat; claudicatione inanium, procedentes retrocedunt. De Cherubinis dicitur: *Unumquodque eorum coram facie sua ambulabat; nec revertebantur cùm ambularent.* Ante faciem, cùm in Deum dirigerent ex spiritu orationem; quin se relinquerent, dum in Deum intenderent: equidem offerentes cordium oblationem supplicem, ut rectiùs fieret, respiciebant respicientem. Qui se colentem Deum intuetur, in oratione graditur: qui Deum cultum non considerat, in orationis processione regreditur: illique non revertebantur cùm ambularent; quia videbant qua attentione coram Domino procederent. Est in oratione spiritus impetus, animam in Deum elevantis: & impetus futilis cogitationis, usque in ima deprimentis. Illo anima ambulando præcurrit: hoc procedente recedit: Cherubinique ambulantes haudquaquàm profectione revertuntur; quippe non cogitationis, sed ubi erat impetus spiritus gradiebantur. Si hinc inde ambularent, preces uti claudæ in Deum properantes, procedendo non procederent; igitur spiritus flagrantis facer impetus retineretur à stultis cogitationibus: minimèque reversi cùm ambulabant; quia in oratione fixi quo tantùm ibant. Quorum claudus in oratione affectus, minimè ponunt in via gressus suos. Oratio bona, sed non ubi cogitatio vana: vanaque utique intervenit cogitatio in sanctissimo exercitio; ubi ex illo prorsùm egrediuntur vacui, sicut ingressi. Oratione ad Deum *appropinquaverunt, & steterunt.* Appropinquaverunt, quia oratio grata; & steterunt, cùm appropinquarent, quia cor extra. Appropinquarunt residentia corporis: steterunt vagatione mentis. Sunt non in loco, seu ubi rapit vultivola cogitatio: equidem quasi inter duplicem cynosuram ancipites, huic inde claudicantes, stant, quin propinquantes stent in conspectu Dei; quippe à se ducti & seducti parvipendunt ubi sint, ignorantes & scientes ubi sunt.

Ezech. 1. 12

Qui non recte, accedendo retrocedit.

Vanum orationis opus quo nullus fructus.

Psal. 37. 12.

9 *Vel cæcum.* Nec mirùm, quòd huiusmodi victimæ sit fastidium: igitur tanta in choro cogitationum vagatio, ut minimè videant, in cuius orent conspectu. *Ergo consideremus* (subdit Gloriosus Benedictus ubi n. 4.) *qualiter oporteat nos in conspectu divinitatis & Angelorum eius esse.* Considerant ibi, quò affectus ducit; non quid oporter. Haud cogitant qualiter adsunt, sed duntaxàt quòd adsint, quin detrimenta ex diversione senserint: etenim *videntes non vident*; quoniam præsentiam maiestatis cognoscunt, & maiestatem despiciunt. Hæc est summa desidum obcæcatio super morbum voluntarium cæcitatis, quo intuitu dicit Salvator: *Videbitis & non videbitis.* Non videbitis in cultum Numinis, & reverentiam; & videbitis in ampliorem conscientiæ noxam: siquidem si despectus semper crimen, amplius profectò præterire præsentem; quoniam ob cogitationes penitùs vacuas, honor proteritur atque divina maiestas. *Non potui ut viderem.* Nec posse? Utique, ex inolita vagationis consuetudine. *Mentis iudicium* (ait Gregor. Pap. Homil. 31. in *Evangel.*) *ad rectitudinem conspicit, sed ad hanc operis fortitudo succumbit. Iam de pœna peccati: usitata etenim culpa obligat mentem, ut nequaquàm surgere possit ad rectitudinem.* Extra se David pravis cogitationibus erat, ubi necessarium quod in se effunderet animam. *Cor meum* (ait) *conturbatum est in me: dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum* (*Etiam*, ut alibi fusè dixi) *non est mecum.* Quomodò videre non poterat, si videbat? Quia tumultus cogitationum imaginationem conturbaverat, ut esset ubi erat animi affectus; haudquaquàm ubi cupiebat animus; quia impetus passionum spiritus retrahebat impetum proponentis in deprecatione Dei conspectum. Quare voluntas assueta inanibus curis, ita subdita iacebat phantasiæ cogitationis; ut propter diversionum diversitatem, & solicitudinum importunam multitudinem, videns Numen præsens videre non posset, quantunvis videre vellet. Proh miseri! Siccine appetitus dominatio (maximoperè cum impetu) animique depressio, ubi animæ est necessaria elevatio. *Voluptatis & doloris clavus* (inquit Plutarch. *Conviv. qq.* lib. 8. q. 2.) *summum malum habere hoc videtur; quòd ea quæ sensibus sunt suiecta intellectibilibus faciat illustriora, cogatque mentem, ut ex turbulento motu, potiùs quàm ex ratione iudicium faciat.* Non enim in sensibus est perfectus, quem gravat sensuum tumultuarius impetus: equidem ut ait Seneca in *Hippolyt.* v. 178.

S. Bened.

Matth. 13. 13.

Vers. 14.

Psal. 39. 13.

Greg. Mag.

Psal. 37. 11.

Ipsum *pro* Etiam.

Deum videndo non videt, qui præsentem non attendit.

Plutarch.

Quæ oratio cæca?

Va-

Senec. *Vadit animus in præceps, scíens,*
Remeatque frustrà sana consilia appetens.

Quæ oratio debilis?

10 *Vel debile.* Peior in hoc sacrificio laudis victima debilis, quàm clauda: equidem quod claudum aliquando erigitur & aliquando flectitur, uti observant Ambros. in *Apocalyps.* cap. 6. & Gregor. Magn. in *Ezechiel.* Homil. 14. quod verò debile caret interna virtute. Virtus interna deficit, quùm in oratione tantummodò corpus adest: reijcitque Deus in laudis sacrificio quicquid debile; quia victima sine corde. Perpende. *Pater* (dixit Christus in
Ioan. 17. 24 sermone post cœnam) *quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum.* Quos per Apostolorum successionem Pater æternus dedit filio, ut sint cum eo; proculcubiò arbitror, qui addicti choro. At multa in auctoritate nobis negotium facessunt. Cum illo tunc discipuli erant, & ubi erat: cur ergo petit à Patre ut sint ubi ille cum illis est, quando alibi, qui secum habet, non sunt? Deinde: si illos habet secum intra cœnaculum; cur exorat, quos habet, ut habeat secum? Ut oratio fiat debito fine, atque cordis attentione. Qui assistunt divino officio, assistunt sanequàm choro, ubi Christus est & sunt: sed non sunt ubi ille cum illis est, ni illorum præsens sit cor; quia presentia astruitur minime labijs, sed intentione & attentione cordis. Est Christus cum illis & illi cum Christo, modò animi ictu prompta procedat oratio: dicitque pro fine recto, *ubi ego sum, illi sint*; quippequàm qui sine fervore astarent, fuissent næ quasi non essent. Ubi fuerint laudantium corda, ibi à Christo designatur præsentia: sociataque sociorum solicitatur à Christo, dum sumus cum illo in choro; igitur non est præsentia præsentiæ, si cor assistentium longè. Ubi corda, ibi laudantium charismata, & plausi laudibus dona. Unde ille dicit: *Omnis* qui *petit, accipit, & qui quærit, invenit: & pulsanti aperietur*: Luc. 11. 10. Sic virtutem acquirunt, qui sunt ubi Christus est, offerentes cum vocibus corda, queis comprobatur præsentia: dimittunturque inanes, quorum in vocibus duntaxàt audiuntur voces; quoniam non pulsant, dum clamant, remoto corde, summa in virtute virtutis debilitate: igitur qui sic petit, nihil accipit; qui sic quærit, nil invenit. En causa cur addit, *Mecum.* Pendet societas ab animo, & à sociorum in quæstum emolumento; quippe qui cum illo non colligit, non colligit, sed dispergit. Sunt orantes cum illo, si ille habet secum, ut communicet bonum. Secum habet, dum corda continet, nequaquàm quùm voces audit: dicitque ut orantium habeat cor, quòd qui secum, secum sint; quoniam nullam audit vocem, propter nimiam victimæ virtutis debilitatem. Necesse est quòd ductrice oratione accedat, & pulset anima; ut capiat cœlestia dona: verùm cùm Christo non sit, etsi eius audiatur vox; remanet tanquàm statua, in Salvatoris præsentia: quandoquidem ita debilis oratio sine virtute subsistit, ut præ levitate virium nec pedem movere possit.

Præsentia orantis ex præsentia cordis.

Quid oratio deformis?

11 Denique victima in Dei laude, nihil debet habere *deforme.* Ex attentionis defectu quanta animarum ruina! quanta incommoda; igitur de malis præcipitantur in mala. Ex defectibus præfatis non forma in orantium prece, quasi quid in virtutis materia informe. Quid ergo erit deforme in Dei summi promptis laudibus? Animus laudantium penitus dissolutus, qui in reatum criminis, torquet sanctitatis orationem; & simul sine ullo respectu maiestatis præsentis, proculcat Dei maiestatem: siquidem cogitatur in orationis loco, etiam alienum ab angulo. *Qui non possunt occurrere horà competenti in Oratorium* (infit Doctor Monachorum, d. *cap.* 50.) *agant ibidem opus Dei, ubi operantur* (ergo qui extra Oratorium nil operantur; semper distringi debent ad Oratorium. Vellem hæccine perpendi, pro facili debiti arctissimi dispensatione) *cum tremore divino flectentes genua.* Genua flectere, est summæ signum reverentiæ: & eò crescit effrontis pervicatia petulantiæ; ut expuatur divinæ auctoramen maiestatis, sub demonstratione ficta supremæ venerationis. Cum Christo erant qui illum cæciderunt flagellis, qui coronarunt spinis; sed illos nequaquàm habebat secum, quorum videbat consortium: igitur non sunt illius, qui in unum congregantur, non ut Christum laudent, sed ut tribulis coronent, vel flagellent. Hucusque procedere videbatur improbitas, & ultra progressa ingeniosa malignitas: *Genu flexo ante eum, illudebant ei.* Claret quousquè perveniat cogitationis audacia, dum versatur impudenter inter illicita. Genuflexio exprimit summam cordis subiectionem, & subiecti acclinitatem, insignem reverentiam, & in venerandi gloriam; cuius magnitudini, præut excellentium celsitudo, meritò iurèque respondebat adoratio, laude comite; quapropter di-

S. Bened.

Dei ſludet risui, sub adorationis specie.

Matth. 27. 30.

ce-

cebant ? *Ave.* Quis crederet quod cùm laudarent, illuderent ? Laudabant, verùm expuebant : illudentes adorabant, oſtendentes quo propoſito quærebant eſſe cum Chriſto : igitur quem videbant, magis figebant ſpinis, ſub ſpecie deteſtabili & titulo adorationis.

12 Hanc dicemus cordis ſupplicis humilitatem, vel humiliationem ? Orationem, vel certamen ? Profectò ludibrium, ſubſannatio, opprobrium & cordium pugna ; ubi acerbior latet ſub honore irreverentia. Hoc eſt miniſterium ante faciem Domini? Hiccine cultus, dum expuitur facies ? *Miniſterium in miniſtrando* : ait Doctor Gentium. Vividè: etenim ab addictis in terra cœleſti choro, officium nequaquàm adimpletur ſine officio. Miniſterium debet eſſe, & non miniſterium ſine miniſtratione : equidem ſi miniſterium laudis eſt & labiorum ſacrificium ; quænam ſacrificij in acceptionem exhibita victima polluta, clauda, cæca, debilis, atque abominatione deformis? *Miniſterium tuum imple* : dicit Paulus. Miniſterium miniſtrando, ut ſit in officio plenitudo. Miniſterium eſt officium divinum ſumptum nudè : plenitudo, vox labiorum præſente corde : & non tantùm dicit Paulus miniſterium, ſed etiam in illo miniſtrationem; quia nequaquàm miniſterium impletur, ni miniſtrans habeat miniſterij plenitudinem : Vulgò : *No ſe cumple* : etenim in officio debitæ miniſtrationis, minimè virtus quæ iacet tantùm materia virtutis. Alia alibi. Ita miniſteria, ne opera ſint inutilia & otioſa : diciturque in miniſterio miniſtratio, ubi miniſtratur Domino ; quia officium exigit ſuapte conditione actionem, quam non habet, niſi habuerit plenitudinem. Non orat, qui movet labia ; ſed quorum voce labiorum moventur corda. Hæc eſt voluntas labiorum, à qua nunquàm cordis defraudatur deſiderium: ſiquidem quæ vota aſcendunt in præce, deſcendunt de cœlo gratiæ. Sic orandum in officio, ut ſit miniſterij miniſtratio : igitur ſolùm in oratione orat (ut verbis utar Profani ad *Piſon.* v. 215.) qui

Sub honore irreverētia.

Rom. 12. 7.

1. Tim. 4. 5.

Non eſt oratio, cui deficit orationis plenitudo.

Pſal. 20. 3.

Lucan.

Animum, non carmina iactat.

DIDASCALIA III.

Nativitas Ioannis pignus nativitatis Salvatoris.

1 QUaſi catagraphe per adumbrationem huius felicitatis, præ ſe fertur ortus optatus Samuelis. Deo ſiſtitur eò tempore, quo *ſermo Domini erat pretioſus*, quia *non erat viſio manifeſta.* Ita res ſe habebat, ſed puer Samuel *ante faciem Domini miniſtrabat.* Quo pacto ante Domini faciem miniſtratio, ſi Dei nec per ſomnum erat viſio? Eminebat Dei gratia, & infantis in miniſterio excellentia. Ante faciem miniſtrabat, quia Dominus poſt obſequium apparebat : equidem excellentia virtutis tantæ Domino acceptionis ; ut idem eſſet Samuelem miniſtrare, ac Dominum apparere. Claret in puero Samuele Præcurſoris ſciagraphia, quò effictim tendebant humana vota : equidem Ioannes ita Salvatori acceptus ; ut fieret Prodromus, præcognitâ in carne fauſtâ nativitate Salvatoris, ex feliciſsima nativitate Ioannis. *Tuba cœli, præco Chriſti, par Angelis, Signifer ſuperni Regis* (ait Chryſolog. *ſerm. 91.*) *Iam naſcatur Ioannes, quia inſtat nativitas Chriſti* : *ſurgat novus Lucifer, quia iubar iam veri Solis erumpit* : *det vocem præco* ; *quia adeſt iudex* : *clamet tuba, quia venit Rex* : *& quia proceſſurus eſt Deus, Angelus iam præcedat.* Dignum ſanè, quod Lucifer præcedat Solem : verùm mirum, quòd ſequatur Sol præcedentem. Non mirum, Præcurſor eſt: ſequiturque curſum Sol, quippequàm ex nativitate Ioannis cognoſcendus ortus Solis;

1. Reg. 3. 1.

Cap. 2. 18.

Samuel quàm Deo acceptus!

Chryſol.

Baptiſtæ encomia.

Unde diu optatum terris iubar adfuit, unde

Benavid.

Perdita tot ſæclis noſtra reperta ſalus.

2 Quis putas *puer iſte erit* ? dicebant qui Ioannis audierant nativitatem. Cur igitur viſis tot miraculis (queis ſtupor cunctis) non dicunt quis ſit, ſed *Erit* ? Solem præceſſurum dicit Angelus : *Ipſe præcedet ante illum.* v. 17. Aſtruit pater nuncium, *Præibis ante faciem Domini*, v. 76. quippe tunc Domini videbitur facies. Cunctorum cogitatio eſt de futuro ; ſed miraculis cunctorum vincitur, eſtò excelſa, cogitatio : igitur quæcumque futura, ex ipſa Ioannis nativitate præſentia. *Ætas Ioannis*

Luc. 1. 66.

Eius ætas ab utero.

Alb. Magn. *nis ex utero*: infit hìc Albert. Magn. Ante tempus rutilat in ſacra functione muneris, quæ noſcenda in plenitudine temporis. In plena Ioannis ætate Vocis illi creditur munus, quod implevit ex quo natus, clamore miro & eloquio; quippe eius ætas ab utero. Nonne infans? Sed eloquens. Vox haud præpeditur, quùm Ioannes naſcitur: & quid erit inquiritur in ipſa nativitate; quoniam ex ipſomet ortu reſpondet expectationi. Lucem videt, & actutùm eſt quod erit. Nil erit niſi quod eſt, quippe naſcens claret Salvatoris vox.

Vel à nativitate micat, etiam quod futurus erat.

3 *Eliſabeth* (dicit Lucas) *impletum eſt tempus pariendi & peperit filium.* Propè ſanè adventus Salvatoris, qui promittitur futurus in plenitudine temporis. Claret cauſa. In alijs vatibus erat prophetia: Matth. 11. 9 Ioannes eſt *plus quàm Propheta.* Alij ſonus, Ioannes vox. Vox dicit verbi conceptum:

Vox nuncia mentis.

Iuvenc. Accinit Iuvencus lib. 1. *Evang. hiſt.* v. 68. ſupraque prophetas eſt, dum naſcitur Ioannes vox; igitur ſi ex voce verbum, Salvatoris micat ſignum: ſignum utique, & clarum: quandoquidem ex huiuſce vocis ortu, Verbum erat iam in mundo. In gratia impleta naturæ lex; etenim in rationali ſine verbo non eſt vox. Ergo Ioannem peperit Eliſabeth. Quid novi? Luc. 1. 58. *Audierunt vicini.* Audierunt? Quid audierunt? Ioannis ortum. Vide N. La-Zerd. in *Mar. effig.* Academ. 32. n. 32. Vox auditur, & non ortus. Quorsùm ergo Ioannes, qui ex matris utero patet oculis, noteſcit obiectum auris? Quod in dubium excitat intellectum, peregrinum hucuſquè dicit miraculum. Qui plus quàm propheta, naſcitur: qui Verbi vox, in gaudium multorum oritur. Si vox obiectum auditus, in partu mirabili, non mirabilis ſenſus: igitur ſi vox naſcitur; quid mirum, quod audiretur? Vocis exponitur partus, dum prodit ex Eliſabetha filius: nactàque nativitate pueri, audierunt puerum videntes tam cognati, quàm vicini; quoniam pueri expectantibus nativitatem, Eliſabeth pepererat Verbi vocem.

Qui vox natus, ſimulac natus auditus.

4 Ulteriùs: Illa peperit, & vicinia Ioannem natum audivit. Nihil videtur dici à Luca de infante, ſed tantùm de aſtantium cogitatione, expoſito illorum iudicio de puerulo recens nato. *Quis putas puer iſte erit?* In præſentium ſine affirmatione iudicio, latet pueri ampliſsima commendatio. *Quis erit?* Quò extendere poterant affectus cogitationem (uti voluntatis amantiſsimæ votum) erat fore vocem concutientem deſertum (iuxta Evangelici Vatis prophetiam) maioris prophetarum excelentiam. Quo plus; vox erit, aſſerunt: & vicini illum naſcentem audierunt; etenim ſi in poſterùm expectabant clarum miniſterium vocis, audierunt futuram vocem ab hora nativitatis. In allegoria lucet magis Præcurſoris excellentia. Vicini qui audierunt (iuxta mentem Gregor. Magn. Homil. 20. in *Evangel.*) fuere Iudæi. Nodus difficilis. Iudæi non audierunt uſque in ætatem perfectam, eius auſteram videntes vitam, moventiſque corda in pœnitudinem criminum, ac implentis accedentibus in pœnitentiam deſertum, pro culparum remiſsione: quomodò igitur audierunt in ipſa nativitate? Quia utpotè ſacra luſcinia, totus vox, nihilque prætereà: auribuſque perceperunt à principio, quam poſteà adultà in ætate audiverunt in deſerto. Hinc dictus *plus quàm propheta.* Hinc? Utique. *Alij* (inquit Auguſtin de *Sanctis*, ſerm. 23.) *nati ſunt, ut poſteà prophetarent: Ioannes autem Dominum Chriſtum ipſa nativitate prophetavit.* Præcurſor Domini illum prophetavit in deſerto voce: dicitque Auguſtinus, ab ipſa nativitate; ut conſtaret plus quàm prophetæ munus, dum Ioannes in mundum natus: igitur edidit vocem, ut ſignaret Redemptorem, ſimulatque accepit lucem.

Vox in ortu.

Quid quod ille tantùm vox?

Auguſtin.

Mox etiam aſſuetam penetrans ſpiracula mentem.

Completuſque canit venturi conſcia dicta. Iuvenc. d. v. 142. Venturum canit, quamprimùm accipit lucem. Cur ſi venturus? Vox natus, quam percepit ſingulariter, hauriens auditus: & miniſterium adhuc infantulus implet, quippequàm à principio eſt quoad vocem id quod erit.

Iuvenc.

Cur plus quàm Propheta?

5 Contemplemur articulum. Naſcitur Baptiſta, & audientes mutuò congratulantur. Habet Sanctorum editio plurimorum gaudium, quoniam commune eſt bonum: ideòque in ortu Præcurſoris futuræ vitæ inſigne præmititur, & gratia ſecuturæ virtutis, exultatione vicinorum præfigurante, ſignatur. Mirabilia facta in eius nativitate: *& ſuper omnia montana Iudææ divulgabantur omnia verba hæc.* Quænam verba? Nulla dicta. Quæ igitur & qualia verba, ut fama circunduceret per montana? Nativitatem Ioannis audierunt vicini: nativitas non habet virtutem verbi. Quænam ergo verba vulgan-

Luc. 1. 65.

tur,

tur, si duntaxàt Ioannis nativitatem audierunt? Nativitas Ioannis, qui natus munere vocis; eiusque ortus designatur per Verba, quoniam extunc vox audita: igitur vulgatum est, quicquid prompsit infans vox. Acu tangit Ambrosius hìc, *lib. 1. Tempus sileter infantiæ, eó quia infantiæ impedimenta nescivit.* Infantia erat in nascente, & non erat infantia. Infantia ex tempore, non in voce. Infantia pueri est, quùm ad verbum non est vox: Ioannesque nascens infantiæ impedimenta nescivit, quoniam qui Verbum est Patris, ex quo natus pronunciavit. Ex corroboratione cerebri (in sententia Plinij) infertur locus cognitionis in impedimento infantiæ. *Nec corroboratur* (infit, *lib. 11. cap. 37.*) *ante primum sermonis exordium.* Iam ergo cognitionem habebat Verbi, qui sine impedimento infantiæ notabat voce: & ut excelleret in munere credito, ita addictus fuit officio; ut prænunciaret & pronunciaret Verbum, & etiam ante primum sermonis exordium. *Ante*: sed qua antellatione? Ex quo cœpit existere. *Quæris aliquid supra summum? Ultra summum non est locus*: ait Seneca, de *Vit. beat.* cap. 9. & *Epist.* 74. Fallitur, ultra summum datur ultrà; quippe verbum in infantia. A summo Ioannis egressio, & occursus eius usque ad summum eius: igitur nesciens impedimenta ætatis, ante exordium sermonis semper fuit muneris. Hinc *divulgabantur omnia verba hæc*, auditaque infantis vox. Verba dicuntur quæ miracula; siquidem miraculum, quòd in infante essent verba. Verba, quæ in nativitate mirabilia: etenim nihil magis inter mira plausibile, quàm vox infantiæ.

Habuit & non habuit infantiam.

Ambros.

Plin.

Senec.

A summo cœpit infantia, & processit summum ultra.

6 Verùm quæ vox infantiæ, quùm infantia careat voce? Dicit idem: *Ego vox.* Augustin. ubi dudùm, *serm. 36. Non sum ego Verbum, sed vox Verbi, ut per me ad auditus hominum sensusque perveniat:* & in voce rutilat excellentia, quod vox Verbi & ab infantia. *Vos* inquit Seneca, *Epist. 124.*) *à manifestis beatam vitam sui initium capere dicitis. Quod contingit & protinus nato, non dico bonum, sed initium boni. Tu summum bonum infantiæ donas; ut inde incipiat nascens, quó consummatus homo pervenit.* A manifestis sanè beata patet vita Baptistæ; igitur summum adeptus est bonum, quod vitæ beatæ signabatur initium. Summum bonum concedendum protinùs nato; quippe tunc pervenit quò consummatus homo; etenim illicò natus, erat mirè quod futurus. *Ipse est Elias, qui venturus est*: dicit Salvator de Ioanne. Haud facilis nexus, *ipse est & Venturus.* Quomodò venturus, qui præsens adest? Ioannes utique est quod erit. Non amplius in ministerium habebit, quàm recens editus habet. Protinùs nato contigit vitæ consummatæ perfectio, ac virtutis singularis magnitudo. In desertum Verbi Dei Præcursor venturus vox: Christusque profert, *Ipse est qui venturus est*; quoniam Dei Verbum enunciavit ex ortu, quod facturus in deserto. Fit verbum Domini à Spiritu Sancto in deserto super Ioannem, ut munere exerceat vocem. Est profectò Sponsi amicus quod erit, etenim in huiusce exercitium ministerij, repletus Spiritu Sancto ex utero matris suæ.

Ioan. 1. 23. Augustin.

Senec.

Summa perfectionis in initio ætatis.

Matth. 11. 14.

7 Aliter cogitat, quò suprà, Augustinus. *Vox Ioannes* (infit) *Dominus autem in principio erat Verbum. Ioannes vox ad tempus, Christus Verbum in principio. Tolle verbum, quid est vox? Ubi nullus intellectus, soni est strepitus. Vox sine verbo aurem pulsat, cor non ædificat*: necesse itaque quòd Verbum adesset, ut Ioannes Verbi vox esset; voxque insignis claruit Verbi, ab ipsa nativitate; quoniam non auris soni strepitu percussa, sed voce extunc pulsavit in Verbum corda. *Peperit filium Elisabeth, & uti vocem audierunt vicini.* Super montana divulgabantur omnia verba hæc, igitur ab infante audita vox: verùm quid? *Posuerunt omnes qui audierant in corde suo.* In corde? Si audierant, locus aptior in aure. Nullatenùs, quia vox Verbi. Vox sine verbo strepitus auris. Claret vox verbi ex commotione cordis: & non in aure qui audierant, sed in corde verba collocant; quippequàm Ioannes ex quo natus Verbi vox, direxit audientium corda in notitiam Filij Dei.

Augustin.

Dei ab illo enunciatur filius, ut lucis compos.

Luc. 1. 66.

Qualiter in medias dum lux præclara tenebras
Funditur, & proprium non offuscata serenum,
Decutit expulsas illæsis vultibus umbras.

Sedul. lib. 2. *Carm.* v. 155. Haud alio intuitu Chrysostomus in Serm. de *Baptist.* Tom. 2. dicit: *Quando natus est, diem lampadem appellant.* Vox sanè erat illuminans, lucernaque loquax, ut surgerent in lucem qui sedebant in tenebris; & gressus in viam dirigerent pacis: quandoquidem lucerna constitutus ab ipsa nativitate, ut testimonium perhiberet de lumine. Lux & vox. Lux mentis, vox cordis. Lux in cogni-

Sedul.

Chrisost.

Eius nativitas cur dicta lampas?

gnitionem, vox in veritatis indicem, vel dum naſcitur; quoniam per illum extunc Dei Verbum homini oſtenditur.

8 Pergo. Eliſabeth quæ ſterilis peperit filium, *potiùs natum ex gratia, quàm ex natura*, ut ait Chryſoſtom. ſeu Imperfectus Homil. 3. in *Matth.* Audierunt ergo vicini, & in tanta gratia, quòd *magnificavit Dominus miſericordiam ſuam cum illa.* Naſcitur orbis miraculum ex ſterili, in quo ſubſtantia collatæ gratiæ. Unde quidem in dono excellentia nova provenit; ut Deus huiuſmodi gratiam magnificaverit? Ex eo quod audierunt Ioannem naſcentem, gratiæ genitrici conceſſæ cognoverunt magnitudinem. Gratia Dei utiquè, ſi ex ſterili naſcitur: magna omninò, quòd naſcens audiretur. Gratia, quòd ex ſterili ſit: grandis profectò, quòd infanti adhæreat vox, indicans verbum mentis, ex nativitate infantis: vicinique audientes partus gratiam non ſolùm dicunt gratiam, ſed & magnificam; quoniam non tantùm peperit ſenex infanteu, ſed Verbi Dei cœleſtem, inſignem vocem. Ita futurus. Iccircò nunciatur *Magnus.* Semper magnus, quippe præſtat quod futurus, auditâ præconis voce in ipſa nativitate. Adinſtar Nili naſcitur, de quo Lucan. *lib.* 10. v. 296.

Luc. 1. 58. *Orbis miraculum.*

Verſ. 5. *Semper magnus.*

Lucan.

Nec licuit populis parvum te Nile videre.

9 Hæc enim in nativitate audita, ſed videnda maiora. Verum quæ? An quia minor eſſet, ſi Deus diceretur; maiorque revocatur, ne Deum ſe exiſtimet? Nemo ſurrexit maior. *Quiſquis Ioanne plus eſt; non tantùm homo, ſed & Deus eſt*: inquit Auguſtin. de eo, *ſerm.* 4. *Ipſe ſchola virtutum, legis ſumma, Evangelij ſatio, Apoſtolorum vox, ſilentium Prophetarum, lucerna mundi, Præcurſor iudicis, Chriſti metator, Domini teſtis*: Chryſoſtom. Homil. 16. in *Matth.* Quid Chryſologus? loc. cit. *n.* 1. ſubdit: *Naſcitur maior homine, arcanum Dei Patris, Filij nuncius, peccatorum venia, Iudæorum correctio, vocatio Gentium, legis & gratiæ fibula; ut probaretur maior homine, qui in ortu ſuo excedebat legem nativitatis humanæ.* Non facile captu acumen Chryſologi. Maior eſt homine, quia legem exceſſit nativitatis humanæ. In quo exceſſus, ſi uti cæteri natus? Si naſcitur vox, extunc à cunctis audita eſt: quid novi in huiuſmodi mirabili voce, ut excedat legem nativitatis humanæ? Nunquàm viſum, quod uſque in Ioannis nativitatem ſervatum; igitur non tantùm natus vox auris, ſed vox viſibilis.

Auguſtin.

Chryſoſt. *Encomia.*

Chryſol.

10 Convertamur ergo in Ioannis nativitatem, ut eius videamus vocem. Peperit filium Eliſabeth, in cuius partu mira portenta facta, quæ illicò audita *Divulgabantur omnia verba hæc.* Ideſt, miracula, uti canit Paulinus Conſular. Carm. de *Baptiſt.* v. 16. Ubi ſupr. Paulin.

Ille quidem tantus, quantum potuit dare mundo,
Qui naſci talem nova per miracula iuſſit.

Miracula dicuntur verba? Et propriè, in Ioannis nativitate. Improprium videtur, dari oculorum luminibus, quod iurè debetur auribus; ſed in nativitate Ioannis non abſurdum, quod ſingulare videtur in nexu contradictionum: equidem ſi naſcente Ioanne vox eſt viſa; vox profectò in ortu miraculoſa. Novum non eſt, ſi vox auditur: miraculum eximium ſi videtur. Peregrinum prorsùs, quòd qua movetur auditus, ſub eadem ratione ſit ſpecies alterius ſenſus; & in Ioannis nativitate peregrina nectuntur verba & miracula, vox & prodigium; quippe inauditum portentum, in infantia audiri vocem, & quia vox, eſſe viſibilem. Miraculum eſt quicquid præter, aut ſuper naturale. Audiri vocem, non eſt mirabile; ſicut, nec miracula videri. Quod detur oculis ſpecies aurium, eſt peregrinum prodigium: & in Præcurſoris ortu quæ prodigia inaudita dicuntur verba, & vox audita miracula; igitur ſtatim ac Præcurſor huius orbis vidit lucem, qui audierunt infantem, viderunt in illo vocem. Dialecto noſtrà: *Fue milagroſa la voz al gozar la luz: y unióſe milagro y voz; porque luego que nació fuè voz que ſe dexó vér.*

Vox ille miraculoſa.

Et vox viſibilis.

11 Subeſt cauſa, quare *mirati ſunt univerſi.* Quippini? Ex novitate rerum naſcitur admiratio, de quibus nulla priùs, uti novis, poterat eſſe intellectio: pulſanturque admiratione ex viſis & auditis in Ioannis nativitate, ultra humanum intellectum; quoniam inter homines mirum, vocem audire, ubi nulla auditur vox, & vocem videre ubi nec corpus nec lux. Innuit Evangeliſta. *Eliſabeth* (ait) *impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium.* Quorsùm huiuſmodi verba, quæ videntur pleonaſmica? Neceſſarius utique partus, ſi in perfectam formationem pervenit fœtus: neceſſarius etiam filius in articulo partus. Cur igitur quæ neceſſaria exprimuntur, ſi in expreſsis continentur? Quia novo erat miraculo naſciturus orbi; & decretum nova per miracula naſci. In foveam incidimus. Quomodò emergemus?

Verſ. 63.

Verſ. 57.

Con-

Conceptio Ioannis ex parentum conditione fuit mirabilis: haud nativitas respectu perfectæ conceptionis. Cur igitur Ioannis usuræ lucis principium non solùm dicitur miraculum, sed miraculum novum? Ioannes vox concipitur, & vox nascitur; visumque miraculum novum, cùm nasceretur. Vox in infante non est, nec usquàm oculis percepta vox. Quod audiretur in ortu, fuit miraculum: restabat igitur miraculum novum, ex eo quòd vox videretur, quæ in infante miraculosè audiebatur: actutùmque ut mater peperit filium, notum miraculum novum; quoniam non audierunt audientes infantis vocem, & viderunt infantem; sed audierunt mutum clamantem infantem, & simul viderunt vocem. Eadem species in alienis sensibus inhærebat, quæ admirationem ad illorum suspensionem vocabat. Nova coruscabant miracula, sed admiratio in videntibus & audientibus non nova. Si vox videtur & verba infantis audiuntur; quid mirum, quod mirarentur?

12 Astruit Salvator, cuius ille præcursor. Vox Ioannes est ab utero, in ortu, demùmque vox in deserto: hac de causa post elogia Christus dixit: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Nil Ioannes est, nisi Salvatoris vox. Dignum enim videtur inquisitione, quare tunc dixerit Christus: *Quid existis in desertum videre?*

Matth. 11. 15.

Vers. 7. *Vox latè resonat desertis vallibus amplas,*
Dum aderant populi, passimque hinc inde ruentes
Iuvenc. *Complebant ripas, avidique lavacra petebant.*
Quid in desertis voluistis viscere nuper?
Hunc etenim memorat venerandæ lectio Vocis.

Si vox, cur Dominus alloquitur illos, dicens, *Quid existis videre?* quùm aptiùs videbatur, *Quid existis audire?* In deserto Ioannes prædicabat, turba audiebat: quare igitur non dicitur auditi, sed videri? An quia prædicabat vita, magisque moveantur in compunctionem scissa corda vitâ prædicantis, quæ vices gerebat vocis? An quia mirabilia visa, cùm Ioannes fecisset nulla? Quodlibet Ioannis verbum erat miraculum: unde non mirùm circa idem in Ioanne, simul audire & videre; quippe videbantur verba, & audiebantur miracula. Vox Ioannes erat, & vox singularis. Vox communis collocatur in concavo auris: vox singularis in oculis: & cùm Ioannes signatur voce, non dicitur audiri, sed videri; siquidem vox quæ comprobatur ab oculis, est vox omninò cœlestis. De cœlo facta est vox Evangelistæ, rapto in extasim; de seque dicit: *Conversus sum ut viderem vocem.* Alia dicemus *Tautolog.* 10. *D.* 1. *num.* 3. *& D.* 4. à *num.* 2. Patet de cœlo, dum vocis visio & cordis mira conversio: igitur converti, ut vox respiciatur, est converti ipsâ voce quæ videtur: quippequam superiori gaudet vox in conversionem virtute, quam vident oculi. Quod factum in Sina, iteratur per deserta, prædicante Ioanne, & aurium suspensâ naturali sensatione: etenim dum ille fulminabat vitam cœlestis Regis & mortem Legis; *populus videbat voces.*

Moventur corda prædicantis vitâ.

Ioann. 10. 41.

Quodlibet Baptistæ verbum erat miraculum.

Apoc. 1. 12.

Unde vox singularis?

Exod. 20. 18.

13 Unde origo visionis vocis disquirendum; quippe de Baptista iudicium, non videtur videri secundum visionem oculorum, neque secundum auditum aurium. Promam & volupè, pro voce singulari Baptistæ, vel aptiùs, Baptistâ voce. Si verba in aure manent, vox est aurium, & verbum dictum. Si verba in oculis hærent, vox est cordium, & *verbum factum.* Verbum si in aurem ingreditur & egreditur, transit ut verbum: si collocatur in corde; vox tunc non aurium, sed oculorum: manent discrimina vocis explicata, & simul Præcursoris excellentia: equidem quantus esset, ingeniosè notarunt; ubi ex huiusmodi voce quæ visa, in corde posuerunt. Ita astruit Lucas, quò sup. *Divulgabantur verba hæc: & posuerunt omnes qui audierant in corde suo.* In corde? Aptiùs quæ audita, audita constant, si in aure. Si intendunt, oblivione non posse deleri, quæ in Ioannis nativitate, mira sunt facta; magis habile depositum, illa mirantium memoria. Cur ergò miracula huius singularis vocis, in sphæra servantur pectoris? Quia singularis. Vox in aure neutiquàm miraculosa: miraculum, quæ vox visa; quippe virtus lucet vocis, ex novitate virtutis, in sensum mutato sensu, ac comprobato miraculo; & quod audiretur infans, & videretur vox clamans. Unde ad miracula & verba, qui audierant ex corde fecerunt sedem; quia Baptistâ nascente viderant vocem.

Unde visibilis?

Luc. 3. 2.

Luc. 1. Vers. 66.

Et mirabilis?

14 Claret ergo maior homine, qui in ortu suo natus homo excesit legem nativitatis humanæ. *Quis putas puer iste erit?* Quis vel qualis? Quis. Si *quis* intenditur interrogatione; facilè respondetur: *Erit iste*, qui vel puer maior homine, nativitate mirabili. *Quis iste erit? Erit magnus.* Ita exponitur à cœlo. *Erit iste*, quia *iste* magnus ab ipsa nativitate: quandoquidem nec invenitur quæ possit dicere lingua,

Vers. 66.

Vers. 15.

quanta in eius ortu visa & audita miracula. Ex historia emergit pulcherrima allegoria. Dubitavit Zacharias de tanta ex & in puero felicitate; & in pœnam usque ad infantis circunciſionem non potuit loqui.

Vers. 20. *Eris tacens usque in diem quo hæc fiant.* Totum quidem completum, quando Elisabeth peperit filium. Cur igitur etiam post eius nativitatem manet elinguis, si iam in sinu promissa nuncij cœlestis? Quoniam nativitas Ioannis. In illa videnda miracula eximia, prodigiaque magna, vox sine corpore, loquela in infante, infantia sine infantia, in mutoque lingua: linguaque ligatur patris loquentis, quousque transeat tempus nativitatis infantis; quippe etsi in alijs miris, mirandisque quit signari Ioannis celsitas, prout est & erit hic iste, non potest dici nativitas. Nascitur vox. In elogium & summum satis est. *Ego vox.* Cur vox dicitur & non vocalis, uti cæteri homines? Cui inest vox, vox non est: & Ioannes maior homine, excedens legem nativitatis humanæ, extunc diffinitur vox; quia per illum, ex quo natus, loquebatur filius Dei. Ipse qui loquebatur, ecce adest, & carne præsens, eligens Ioannem Vocem in organum, orbisque miraculum, qui locutus est olim per os Sanctorum. Ex hoc illi cuncta encomia, & cuncta in illo miracula.

Quæ mira in eius nativitate nequeunt dici.

Ioan. 1, 23.

Organum est divini Verbi incarnati.

Insignem natura refert, totumque per orbem
Collectæ partes unum revocantur in amnem.

Claudian.

DIDASCALIA IV.

Dolor Virginis ex cruce, crux ex dolore.

1 STat mater iuxta crucem, cui maior crux; quippe sic stabat mater, amore in filium languens, & valens amore: igitur vincens virtute dolorem, stabat, quanvis mater, iuxta crucem; simul aucta ex propinquitate cordis amantissimi pœna, quia cruce affligente filium, duntaxat stabat iuxtà. Ah! Quantus dolor! Verùm, quantus amor. Reparatrix iuvit filium, salvantem genus humanum, per tot discrimina rerum.

Maria reparatrix generis humani.

——*Mala criminis Evæ*
Virgo secunda fugat. Nulla est iniuria sexus.
Restituit, quod prima tulit: non voce querelas
Excitet, aut gemitu mœrentia corda fatiget
Antiqua prolege dolor: scelera ipsa, nefasque
Hac potius mercede placent, mundoque redempto
Sors melior de clade venit.

Arator.

Arator uti ait, 1. in *Act. Apostol.* à v. 58. Adinstar Iudith propter angustias & tribulationes generis sui, haud suæ pepercit animæ; sed ruinæ subvenit ante conspectum Dei nostri. Quæ imitata Iudithidem, non oblita Samuelem. *Hic ministrabat ante faciem Domini*, matre præ gaudio exultante: in calvarij lamentabili articulo non gaudium, sed afflictæ genitricis cordolium; quippe in gravissima pœna Virgo mater & ministra, crescente in summum dolore, quia ministrabat coram Domini facie. Plura in tractus propositum alibi dixi; sed iubet devotio renovare dolorem.

Iudith. 13. 25.

1. Reg. 2. 18.

Iuxta crucem mater ministra filij.

2 Petra illa percussa in Horeb signabat Christum in cruce vulneratum & suspensum, *Zachar.* 3. 9. Percussa est petra, & exivit abundantissimè aqua. Quorsùm huiusmodi signa? Dicit Sedulius, lib. 1. *Carm.* v. 159.

Exod. 17. 6.

Christus petra, Christus in undis.

Sedul.

Aptè exit ex vulnere aqua, dum pro nobis Christus percutitur petra: equidem haud respondet homo gratus magnitudini dolorum, ni cor liquescat in torrentem lachrymarum. Hæccine tanquàm signa facta in deserto: altiora docta in calvario pro lachrymis cordis, dum Christus in tribulationum undis. Percusso igitur eius latere, morte victà, *exivit sanguis & aqua*: si in aqua signantur pro dira passione lachrymæ, & in sanguine dolor relictus in corde; exit è vulnere sanguis, ut constet qualiter Christus plorandus in undis: igitur fletus non aptus, ni sanguinis effluat ab oculis fletus.

Passio Salvatoris ploranda & lachrymis sanguinis.

Ioann. 19. 34.

Videte fossi corporis sanguinem,
Videte, & ut fons duplex
Scaturiat eius è latere: vis sanguinis
Promicuit & aquæ, lanceæ ictus cuspide.
Inde geminus fons bulliens exæstuat.

Greg. Naz.

Cor dat oculis materiam in formam fletus; & intimi planctus; siquidem lumina, uti cordis speculum, monstrarunt genis in sanguine conditionem lachrymarum. Hæc ne crux Virginis ex vulnere cordis? Sæpe in passione filij viscerum exprimendo dolorem, ploravit sanguinem. Hæc crux, sed non summa in summa pœna. Alia proiecit in viscera pondus. Quænam ergo? Eius ad pondera virtus: etenim illi maius tormen-

Ita dolere avit Virgo.

mentum, quod videbatur ſubſidium.

Verſ. 25. 3 De illa dicitur, *Stabat iuxta crucem.* Brevi ſummus dolor dicitur, dum filius in cruce patitur. Videt patientem, & ipſa ſtat iuxta crucem. Stare oſtendit virtutem, crux filij vehementem matris dolorem: diciturque iuxta crucem filij matris ſtatio, ut eius cordis dolorum demonſtretur magnitudo: igitur ultra non eſt, dum filium conficit crux, patientem ita videre, & matris vitam ſtare. Habebat acerbitatem cruciaminis, quia filij cruciamina coram oculis, percuſſo vehementiùs corde, quia miniſtrabat patienti. In abſentia cor dolet, verùm oculus non videt. Videre pœnam, ac diligentis non languere vitam; eſt cordis fortitudo adverſus fortitudinem cordis, ſimulque amoris virtus adverſus pugnam virtutis. Hiſpanicè: *Es valor en la pena, ſiendo la mayor pena el valor.* Contra cruciamina elucet præſtantiſsimè virtus; tuncque in Virgine virtus vehementior cruciatus; quippe filium videbat acerbam crucem patientem, & ſtabat iuxta crucem. Audiendus inſignis Manilij enthuſiaſmus. lib. 5. *Aſtronom.* à v. 560.

Manil. *Aſtrinxere pedes ſcopulis, iniectaque vincla,*
Et cruce virginea moritura puella pependit:
Servatur tamen in pœna.

Crux ibi erat filij, & ex amore erga filium formabatur crux virginea, in qua moritura; ſed in pœnam ampliorem mater ſervata; ut multiplici morte pati poſſet, quæ in vita non poſſunt pati: igitur ſi minor maior pœna, qua volat anima; ultra pœnam maiorem, in cruce amoris virgineà Virgo-mater paſſa eſt crucem: ſtetit enim pœna uſque in abſentiam animæ, ſine animæ abſentia: appropinquabat uſque ad portas mortis, ſed non ingrediens: claret,

Iob. 3. 20. 21. *quare miſero data eſt lux, & vita his qui in amaritudine animæ ſunt*: hæc mortem videt, *expectat*, verùm *non venit*: quandoquidem cùm crux ſit virginea, per quam ad pœnam ſervata mater, pœnà moritura; erat anima præſens, ut moriendo ſentiret: ſubiecta ſummis ictibus, ut ſentiendo doleret: ligata cordi, ne cruciamina fugeret; ſimulque carni coniuncta, ne ſenſus ſupervolaret. Fides iungit cum morte vitam, inter quas nuſquàm concordia. Vita dolore cadit, amore ſurgit.

Senec. *Reparat vires amiſſas iuſtus amor.*

4 Siccine crux Virginis ab amore excogitata, quippequàm crucem filij tantùm iuxta. Non in illa erat, ſed iuxta crucem ſtabat. Ingens profectò martyrium, & inſigne virtuti teſtimonium! In cruce deficeret præ doloribus vita: iuxta crucem cruciamine ex non paſsione, vivebat pœna; & tunc vita ſine morte moriebatur, ut in mortem vitalem reſervaretur. *Vivebat moriens, moriebatur vivens; nec mori potuit,* Bernard. *quæ vivens mortua erat*: ita infit Bernardus, de *Lamentat. Virgin.* Implicant cuncta, & coniunxit in dirum dolorem præ amore ingenioſa pœna; ut dicerent ipſæ implicationes, quæ & qualia tormenta pectoris. Uſque in mortem ſignatur doloris meta: & pœnam in acriorem cuſpis amoris proceſsit ultrà; quia iuxta filij crucem in unum Virgo coniunxit vitam & mortem: mortem, ut quò tranſire pœna poſſet, indicaret: vitam, ut tranſire poſſet: quandoquidem ultrà procedebat ſaucij pectoris amor, quàm quò quibat anxius pervenire dolor. Utriuſque in corde ſedes, ubi præ dilectione videbat

Vixit moriens ſine vita vivens.

Quo intuitu?

Diras doloris artes. Senec.

Vitam mortuam, mortemque vivam, in expreſsionem doloris: equidem cùm articulus filij morientis vitam matris auferat, ſimulque reſtituat, ut pœna ultra ſummum inoleſcat; vita præ pœna erat mortua, & præ morte vitali vivebat pœna.

5 Aſtruit ingeniosè Cicero *Tuſculan. qq.* 2. Diſputat de varijs, crebriſque infortunijs, quieti vel felicitati inſidiantibus hominis, & in quibus virtutis cordis patet theatrum, etiam in fortium exemplum. Virtuti nihil non magnum. *Virtus* Senec. *omnia rerum adverſarum onera ſuſtollit, non incurvatur, non ſuccumbit: ſtat rectâ ſub quolibet pondere.* Ita Seneca *Epiſt.* 72. & Statius lib. 5. *Silv.* v. 110. & lib. 12. *Thebaid.* v. 90.

Undantes ægro frenabat corde dolores:
Turpe gemens, crudoſque vetat ſentire dolores. Stat.

Ita virtuti aperitur ſcena: equidem ubi averſus fortunæ vultus, cognoſcitur virtus, eiuſque clarent pretioſa momenta in obvia tribulatione, ſicut auri Lydio lapide. Plura ſunt, quibus virtus præſtat, & animus rutilat: at infit Cicero, utriuſque *duo munera ſunt maxima, mortis, ſcilicèt, doloriſque contemptus.* Difficilia, imò impoſsibilia profert. Exprimat contemptum doloris & mortis in argumentum virtutis: aſt improprium, *mortis & doloris*, quippe mors doloris finis. Mors eſt ultimum malorum, modò poſt illam dolor, non erit ultimum. Senſitivum probat poſsibile in carneo corpore: nihilque mors

Iuxta crucem, quæ crux virginea?

In quo fortitudinis extenuitas?

Cicer.

re-

relinquit sentiendum, á corde rapiens quicquid erat sensibile ad ictum. Asserat, valens cor despicere dolorem & mortem, propter strenuitatis æstimabilis virtutem: verùm mortem & dolorem? Ubi? Dum amor dolore torquet, & conficit mortem vitalem, vitam revocans in mortem. Ubi eius sagitta transit metam, ut dolor procedat velociter ultra vitam. Ubi impossibile nectit, & ultra summum quod non passibile urget: equidem cùm pœna ex amore lactet mortem in cruciamen, & vitam simul in vitalem mortem (& amor amantem ita vexet, ut vivat pœna ingeniosà morte vivà) post mortem addit acuitatem doloris in signum virtutis pectoris: igitur præ dilectionis vehementia ostendit pati, quicquid in sphæra dolorum nunquàm passibile. Dialecto nostrà vigilantiùs: *Se vió la muerte con vida, para sentir el dolor de lo vivo de la pena.*

Anima dolentis mortua, dum pœna viva.

6 Haud aliter contigit Virgini in articulo calvarij, cuius mens percussa cuspide teli: equidem vulnera Christi morientis, simul vulnera dolentis Virginis-matris; quorum fortes ictus dicebat pallore vultus. Retorqueamus Senecam in *Hercul. Oetæo*, à v. 447.

——*Sistit, in vultus dolor*
Processit omnis: pectore penè intimo
Nihil est relictum: fletus insequitur genas:
Nec unus habitus durat, aut uno sistit
Contenta vultu: nunc inardescunt genæ,
Pallor ruborem pellit, & formas dolor
Errat per omnes. Quæritur, implorat, gemit.
Sonuere cœli: *ecce* solicito *gradu*
Secreta mentis ore confuso exerit.

Senec.

Solicitudo amantis cõpatientis.

Verùm quid? Stabat iuxta crucem. Etiam animâ saucià stabat, morienque vivebat: igitur

Vidit suum dulcem natum
Morientem desolatum,
Dum emisit spiritum.

Elcces.

Dolor filij premit, dolor matris usque in mortem urget; sed suspiria sepelit, lachrymas bibit, mens mota & icta etiam immota manet.

Virgil.

Stetit acri fixa dolore.

Passa Virgo impassibilia.

Nonne dolor pervenit in summum? Toleravit ultra terminum. Inferebat dolor mortem, sed amor revocabat vitam, construens vitalem; ut viveret moriens, & moreretur vivens, nec mori indepisceretur, quæ continuò moriebatur: igitur ut intimiùs ac vehementiùs cor amantis fodicaret dolor; ita vitam & mortem coniunxit amor (matre patiente quod impossibile pati) ut cordis & doloris ostenderit superiorem virtutem, dolorem in vitali morte portans, extra & ultra doloris extremitatem.

7 Appensum est Susis ferale edictum de exterminatione Iudæorum, iram in omne genus excitante Aman, cui summè displicebant mores gentis Israël. *Ut delerent omnes Iudæos, à puero usque ad senem,* &c. *Rege & Aman celebrantibus convivium, & cunctis Iudæis flentibus.* Audivit Mardochæus, & expavit, stupens nepti præcepit, ut vel cum periculo vitæ, toti Israëlitarum potens consuleret afflictæ nationi: illaque considerans, verùm despiciens discrimen; mori decrevit ut salvaret gentem. *Ingrediar* (inquit) *ad Regem (contra legem faciens) non vocata, tradensque me morti & periculo.* Quid hoc? Est periculum post mortem? Et grave, cuius speculum videtur in Sola Virgine. Periculum post mortem immínebat Esther, ut plus quam per mortem premeretur eius cor. Post mortem discrimen, & mors? Acerba. Quænam mors post mortem? Vita. Vita postquàm rapta? Vita. Occisis cunctis ex genere ac lege, manebat sola: & cùm huiusmodi derelictio ac destitutio vitam præ dolore adimat, ac in actiorem pœnam vitam contineat; timet post mortis cruciatum, vehementioris doloris sequens periculum: etenim ita ingenium doloris in animæ solitudine; ut post mortem cor afflictum dirìssimè possit mori. Summa diritas fœmina sola, quia sedet dolor in animo: traditque se propter alios Esther & morti & periculo; inter malaque consulit, quomodò maius averteret: igitur priùs quàm sola remanere, eligit libenter mori.

Esth. 3. à v. 13.

Cap. 4. 16.

Cur in fœmina orba ineat mors viva?

8 Priùs quòd appositè occurrit pendemus, quàm propositò Didascaliæ respondeamus; quippe textus per phrasem subtilem exprimit insignem in Ignatio de Loyola charitatem. *Auditus aliquando dicere: Si optio daretur, malle se beatitudinis incertum vivere, & interim Deo inservire, & proximorum saluti; quàm certum eiusdem gloriæ statim mori.* Ita Petrus Maffeius *lib.* 4. & Ribadeneyr. in *Vit. Ignat.* Sic enim Ignatius flagrans amore intenso tradidit se morti & periculo. Prothymè expediremur à nodo per Hendiadym acceptà auctoritate, ut sæpe aliàs; sicut astruximus hìc *Didascal.* 1. *n.* 3. *T.* 3. *n.* 126. & dicemus *T.* 9. *n.* 23. 54. 61. & *T.* 10. *D.* 6. *n.* 16. *In virtute, in Spiritu Sancto.* 1. Thessalon. 1. 5. Idest, in Spiritus Sancti virtute. *Vir imago & gloria Dei est.*

Maff.

Ignatij flagrantissima charitas.

Hendiadys.

1. Cor. 11. 7. hoſt eſt, imago gloriæ Dei. Nihiloſecius in præſentiarum: *Tradens me morti & periculo*: nempè, periculo mortis: ſicut apud Virgilium, lib. 9. *Æneid.* v. 604. *Gelu duramus & undis*: & Lucret. 6. de *Rer. natur.* v. 393. *Turbine cœleſti ſubitò correptus & igni.* Aſſentirer cogitationi, ni textus Hebr. alijque Interpretes in altiorem ſenſum exponerent teſtimonium per Epizeuxim, ſeu Paliloglam: quapropter legunt: *Auferar, auferar. Tollar, tollar. Secundum quod peribo, peribo. Peream, peream*: denique, *Moriar, moriar*: Videſis Maluend.

Virgil.

Lucret.

Epizeuxis.

9 Modò claret Ignatij charitas pectoris, & lucet ex corde ardens flagrantiſsimus ignis. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Pulchrè: non dicit vitam ſed animam; cùm ſalvari poſsit anima, profusà vita: nullaque maior proponitur hac dilectione; quia ſumma, amicos diligere cum periculo animæ. Magna utique præſtat charitas, quùm propter ſalutem proximi vita diſpenditur; quoniam vitæ diſpendio ſalus animæ propriæ tutiùs reponitur. Magna eſt, ſed adhuc eſt maior, ubi non vita, ſed exponitur anima: equidem cùm periculum animæ ſit poſſe ſalvari vel perire; huiuſmodi animæ voluntarium diſcrimen, ſuperiorem efformat in culmine charitatem: Ignatijque charitas coruſcat in ſphæra amoris ſuperior; igitur nulla nec extenſivè, nec intenſivè maior, quàm pro ſalute proximorum conſcium æternæ ſalutis, degere incertum animæ optabilis ſalvationis. Peccatores averſabantur Ignatium, & propter peccatores ſubire ſalutis cupit periculum. Diligebat etſi amici non eſſent, ut faceret Dei amicos; ex quo tanquàm ex multis amplior Dei conſtabat honos: eligitque pro his qui non diliguntur, ſed diliguntur (ut diligant Deum ac diligantur) periculum in incertitudine ſalutis; pro ampliſsima oſtenſione charitatis: igitur cùm charitas inſignis ſit expulſos ducere in viam æternæ felicitatis; & maior, cum periculo propriæ animæ ſalvationis (quippe quò plures in gloriam animæ, plus micat celſitas divinæ gloriæ) ille à cœlo recedit, ut accedant illi, inſigniore charitate: quippequàm cùm ampliori Dei gloriæ conſulat Ignatij cor; vacuus ſpe, in gloriam proximos ducit ad maiorem gloriam Dei.

Ioann. 15. 13.

Summum in eius amore, diligere proximum cum periculo animæ.

Non ſuam, ſed Dei tantùm ſolicitat gloriam.

10 Ulteriùs. Cùm Chriſtus ſiccine amaverit, de ſequendo exemplo monet; & non dicit vitam, ſed qui pro amicis exponit animam. Vitam, magni amoris eſt; ſed non ſummi: plures pro amicis vitam dedere. Vide Cicer. de *Amicitia*, & Virgil. 6. *Æneid.* v. 121. *Fratrem Pollux alterna morte redemit.* Vitam & famam, maioris eſt charitatis in fide amoris; etſi ex amicis in cordis mœſti cruciamen, nullam experiatur fidem. Appoſitè Alapid. hìc. *Ut pro amicorum & proximorum ſalute nullum laborem, nullum periculum, nullam perſecutionem, nullam mortem, nullum tormentum recuſandum.* Harum demonſtrationum tota Ignatij vita fuit clariſsimum ſpeculum. Hucuſquè videbatur extolli charitas pulcherrimè alata; ſed evolavit ultrà. Maior charitas deſcribitur, & in animæ periculo deſignatur: equidem cùm exceſſum vellet amoris exprimere, diſcrimen oſtendit animæ; quoniam dum æſtuat in corde amoris cœleſtis rogus, nullus maior charitatis exceſſus, quam ſalutis æternæ vivere incertum, ob ſalutem animarum. Nullam mortem reſpuit, qui ſic, vel qui non diligunt diligit: etenim ultrò ſeparatur amore ab æterna glorioſa felicitate, pro proximorum diſtantium optabili ſalvatione.

Alapid.

Quanta paſſus in hoc. cine propoſitum!

A gloria recedit, ut proximus intret.

11 His præmiſsis, acumen delicatur teſtimonij ſuperioris. *Tradens me morti & periculo.* Eſt periculum poſt mortem? Et manum, quod dicitur *Mors ſecunda*, quia in illa amittitur anima, & in morte priori amittitur tantùm vita. Hic præ ſe fertur pro proximis amor, & etiam amor ſublimior. Amor, in vitæ diſpendio, traditæ morti, ne morerentur alij: equidem obſequia amoris æſtuantis pollent; dum traditur vita, ut morti traditi viverent. Periculum poſt mortem ſpectat ad animam, non ad vitam: ideſt ad animæ ſalvationem, in quo diſcrimen. Ubi periculum non imminet, ſecura ſalus noteſcit. Periculum eſt, ubi poteſt eſſe & poteſt non eſſe felix exitus de ſalute animæ. Ibi propriè periculum, quo nil certius, niſi incertum: unde cùm ab Eſthere ſummi amoris erga proximos oſtenditur demonſtratio, tradi ſe ſpondet morti & poſt mortem periculo; quia propter amorem mavult dubiam ſalutis propriæ anxietatem, ut firmam proximi adipiſcantur ſalutem. Feliciter & non abſurdè inſigne Ignatij objicitur oculis. *Ad maiorem gloriam Dei.* Quid mirùm? Mavult ſe beatitudinis incertum vivere pro Dei gloria, & proximorum ſalute; quàm certum eiuſdem gloriæ, ſtatim mori. Votum cordis amantis eſt ſummæ felicitatis, & modò urget eiuſdem gloriæ ſtudium incertitu-

Apoc. 21. 8.

Summa Eſtheris & Ignatij charitas.

titudinis? In charitatis inſigne eligit & mori & mori, tolli & tolli, perire & perire. Mori in ſalutem non eſt mori. Eſt amoris obſequium, ſed proprium amantis commodum: igitur vita dedita & mors paſſa in proximorum ſalutem, aſtruit amanti æternam felicitatem. Eſt profectò charitas, ſed reſtat charitatis ſummitas, quam oſtendit Ignatius, ſimulque patuit cordis flagrantis exceſſus, ſe exponens etiam poſt mortem mortis periculo; ut quadrigæ peccatorum eſſet ſalvatio: equidem ſi duntaxàt

In Ignatij periculo erat peccatorum ſalus.

moreretur, morerentur. In periculo eius erat peccatorum ſalus: traditque periculo damnationis animam, ut qui mortui haberent vitam; & ſimul ut perſpicuò conſtet, quòd maiorem hac dilectionem nemo habet: igitur ſi per fidem dilectionis fulget pectoris amor; nulla ſanequàm ſuperior, quàm ſeſe exponere periculo amittendi beatitudinem, ut proximi nanciſcantur æternam felicitatem.

Benavid. *Ardet, & ad cœlum ſatagit revocare ruentes*
In ſcelera, eximio raptus amore Dei.

Succinit Benavides, *lib. 2. Epigram. 23.*

Lilio cur ſimilis?

Aptè à Picinello in *Mund. Symbol.* lib. 11. n. 135. confertur lilio: equidem eius flammans cor, eſtò elatum in æthera, peccatorum tangit corda,

Picinell. *Et celſum reſpicit ima.*

12 Flectatur ergo calamus avius, etſi à ſcopo non aberrans, ad Eſtheris ubera, quæ eodem vagabatur tractu charitate vulnerata. Tota gens periret, ni ſe periculo mortis exponeret. *Ingrediar* (ait)

Ubi ſupr. *tradens me morti & periculo.* Sanè impendet periculum mortis: at poſt mortem nullum periculum. Cuinam ergo periculo,

Solitudo cordis vitam tollit, & vitam ſuſpendit.

exponitur, poſtquàm moriatur? Mori. *Moriar, moriar.* Mori? Utiquè. Quænam mors poſt mortem? Vivere. Mori & vivere ultra mortem? mors ſecunda? Claret in fœmina, orbitate ſola, quæ quia ſola vel vivens vitali privatur aurâ. Orbitas ex ſe halitum tollit, ſimulque vitam ſuſpendit. Orbitas communis eſt mors poſt dulcem auram vitalem: orbitas totalis eſt vitæ periculum atque diſcrimen poſt mortem. Primum eſt mori: ſecundum in morte vivere: *in morte*, ut extrema doloris ſentiat anima: *vivere*, ut patiatur ultra extrema: unde cùm perire, ac vitam retinere ſit ultimum in dolore; ſe exponit Regina mori, & periculo moriendi: igitur ſubeundo cunctis occiſis diriſsimam ſolitudinem, pateretur ſola ſola etiam vivere poſt mortem. Noſtrates: *Quita el dolor de la ſoledad la vida, y dexa al corazon vida; porque ſe ſienta el dolor, que cauſa la ſoledad: pues puede para mas pena, morir deſpues de morir; teniendole yá paſſado, y hallando mayor peligro.*

Ovid. *Et nunquám queruli cauſa doloris abeſt.*

13 O Virgo præclariſsima! quæ paſſa tormenta, vel quæ non paſſa! Iuxta crucem gliſcit cordis amantiſsimi dolor:

Idem. *Datque tuus mœſti ſigna doloris amor.*

Utrumque Heliotropij conditio deſignat tractum, quo Maria paſſa eſt mortem, & poſt mortem quoque mortis periculum. Deſcribitur flos gigas, pulcher, conſtans

Picinell. hiccine coram Sole, cum lemmate: *Uſque ad occaſum.* Haud ſatis reſpondere videbatur Solis amori; & addita epigraphe.

Virgo deſtituta cur ſimilis Heliotropio?

Et abeuntem quoque. Conſulesis Picinell. d. *lib.* 11. n. 58. & 68. Claret in eclipſe Solis Soliſequa Virgo mater: igitur amore eximio paſſa eſt mortis tormentum, ſequens Iuſtitiæ Solem uſque ad occaſum; ſed poſt mortem aliam mortem, quippequàm etiam ſecuta abeuntem: *Et quidem poſteá quám emiſit ſpiritum tuus ille Ieſus, ipſius planè non attigit animam crudelis lancea, quæ ipſius aperuit latus; ſed tuam utique animam pertranſivit: ipſius, nimirúm, anima* (inquit Bernard. ſerm. de 12. *ſtell.*) *iam ibi non erat: ſed tua planè inde nequibat avelli*: equidem quæ in morte filij & occaſu Solis paſſa eſt mortem; in abſentia paſſæ mortis vivens dolori, pateretur diſcrimen.

Bernard.

14 Totus Virginis maior, maximuſque dolor fuit iuxta crucem & dum Sol obijt, & dum in ſepulchrum abijt. Verùm quare hìc maximus? Erat ſola, orbitateque tali percuſa eſt anima.

Iuvenc. *Atque animam matris ferro fulgente machæra,*
Quo pateant tecti tenebroſa volumina cordis.

Iuvencus *lib.* 1. v. 241. Ita igitur Simeon allocutus eſt Virginem: *Tuam ipſius animam pertranſivit gladius.* Quandò? In

Luc. 2. 35. cuncta paſsione: at unde maximè? Dum vidit in cruce? In morte? Lanceà tranſfoſſum? Dolorem gravem, ſed maximum, quùm experta eſt abeuntem: equidem hìc vulnerabatur mente, quæ pridem corde.

Virgo vulnerata corde & mente.

Greg. Naz. *——Invaſit animum, priùs icta pectus,*
Altiùs pungentibus doloribus:

Succinit Gregor. Nazianzen. de *Chriſto patient.* v. 426. Pridem erat dolore tranſfixa iuxta crucem; verùm habebat in dolore comitem. *Stabant* (dicitur) *iuxta crucem Ieſu mater eius & ſoror* &c. Poſtquàm

Ioann. 19. 25.

quàm sepulchro abeuntem commisit; iuxta crucem aflicta, sola remansit: unde cùm extrema fœminæ, genitricique pœna, quòd derelicta & quod sola; qui in filij occasu rupit cordis amantissimi tunicam, abeuntis gladius pertransivit usque in animam. Exposuit se ultrò & *morti & periculo. Morti*, ex occiduo Sole; *periculo* ex abeunte. Mors & mors? Ita quidem: sola est. Mortua est à corde, vivitque cor sine vitalitate, ut nexu extremi impossibilis, constaret pœna internæ diræ orbitatis: igitur esset exigua, ni moreretur cruciatu, & esset remissa, si in huiusmodi morte careret sensu. Quod propter contrarietatem simul implicat, in anima Virgo genitrix sine oppositione complicat; equidem in periculo mortis post vitam, solitudinis animæ ostendens amaritudinem; passa, ut magis pateretur, etiam vivere post mortem.

Undeanima transfixa?

14 Cuncta comprehendit David, dum videtur solus & nullus cum illo. *Æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber: sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum* (Hebr.) *non est recordatio.* Sufficiebat auctoritas hæccine in illustrationem Didascaliæ: at quia longiùs protrahor, excogitabit lector. Oblivio, vulnus, mors, sepulchrum, & in sepulchro vitalitas (quæ dicitur inter mortuos libertas) ut mortuis fiant mirabilia, & in morte clareat solitudinis pœna; continentur orbitate; equidem quasi mortuus, cor deficiens traditur terræ oblivionis. Sepulchrum dicitur, quia sepelitur halitus, ac sine respiratione torquetur pectus: equidem si vulnerati in sepulchro dormientes; in solitudinis sepulchro nulla quies: dormit itaque ad solamina pectus, & vigilat in dolorem impactum vulnus. Vulnus in mortem: quid amplius? Post lethale vulnus acerbius vulnus: etenim in vehementiorem orbitatis dolorem, in morte, post mortem & cum morte amicat vitalitatem. Ingeniosè excogitavit crudelitas, quùm Vestalium supplicijs occurrebat fragilitas. *In aggere* (infit Plutarch. in *Numa*, Halicarnass. lib. 2. *Histor. Rom.* cap. 38. Vincent. Chartar. in *Magna matr.* fol. 149. & Rosin. 3. *Antiq. Rom.* cap. 19.) *domus subterranea non magna, in ea lectulus constratus, lucernaque ardens: tum illam, quæ supplicio est afficienda, feretro impositam extrà operto, ita ut nec vox quidem exaudiri possit, per forum vehunt: ei omnes viâ decedunt, taciti & ingenti cum mœstitia silentes transmittunt; nec est horribilius ullum spectaculum. Princeps sacrorum, ubi ad locum pervenit, deorsùm in foveam constituit: multâque supernè terrâ ingestâ, domus occulitur.* Totum perfectum in corde Virginis-matris, ut mortem pareretur post acerbitatem mortis, concisâ vulnere super vulnus extremum: unde similis facta descendentibus in lacum; quia dolores posuerunt eam in lacu inferiori, in tenebrosis & in umbra mortis.

Psalm. 87 à v. 5.

Symbola varia orbitatis.

Plutarch.

Supplicium Vestalium.

Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos. Iuvenal.

Uti in articulo dicit Iuvenalis de Vestale, *Satyr.* 4. v. 9. *Solam ergo virginem demittebant*: inquit Chart. iungiturque mors vivo adhuc sanguine, vitaque cum morte; ut pœna designetur solitudinis coniunctione vitæ & mortis: vitæ mortuæ, mortis vivæ: vitæ mortuæ præ vehementia doloris, quippe non magnus, si in sola aliquid staret vitalitatis: mortis vivæ, ut gladius percuteret usque in animam, cùm aliquid mortua pateretur ultra vitam.

Chartar.

Cur Symbolum solitudinis Virginis?

15 Prætereà. Lucerna simul cum virgine sola relinquebatur. Horribile prorsùm spectaculum! Uti speculum cordis lucerna apponitur. *Per lucernam signantur duæ mortes*: ait Pier. Valerian. *lib. 46. cap.* 13. Quàm aptè in solitudine ex vitæ lucerna mortes duæ! Una illata à pœna, alia à vita. Summè patitur cor, quùm vita & mors simul sunt: & in lucerna vitalitatis, iurè pro solitudine signum stat duplicis mortis; quia pervenit usque ad mortem ob orbitatis cruciamen: & denique quia habet vitam, post solitudinis pœnam, quin post tanti doloris saturitatem, viva & mortua

Pier. Val.

Et lucerna simul?

Duplex tùc mors in Virgine matre.

Queat exsaturare dolorem. Sata

16 Latum à Domino ligni vetiti præceptum, & actutùm transgressione legis illatum ausus supplicium. Simul proferuntur, ut compescatur audacia, & præscritum & sententia: *Morte morieris.* At quando? Deliquit Adam, verùm vitam non amisit. Quomodò & quando pœnas transgressionis dedit; ut non solùm moreretur fractâ lege, sed moreretur & morte? Dum filium superstes innocentem amisit, ut astruit Chrysostom. *Homil.* 11. ad popul. Hocne mors duplex, seu bina mors? Adhuc halitus vitalis in corde est: apparenter videtur mori, moriens cum usu & usura vitæ. Haudquaquàm, sed vita duplici morte. Filium vidit innocentem vulneribus plenum, à fratre innoxium occisum. Filium & talem, non qualem qua-

Gen. 2. 17.

lem amiserat; vitaque tristis gaudebat. *Quæ vita duplici morte?* En mors duplex in unica vita, queis torquebatur anima: una ex infelici vita, alia ex multiplici pœna: igitur in isthunc gravissimum ictum, unius mortis non sufficiebat speculum. Filio occiso, *morte morieris*. Haud sat *morieris*, & dolore suffocaberis: *morte* additur etiam, ut gladius filij mortui pertranseat animam. Duplicavit orbitas patientis sensum: in sensibiliorem ictum: igitur amisso innocuo filio, vitam tenere, est vita duplici morte.

17 Perscrutemur arcana. *Morte morieris.* Morte? Quo igitur morimur? In vehementiore pœna etiam vitalitate. Orbatus erat filio, quo formata desertio: morsque dicitur vita, cui solitudinis dolor; quoniam vita in orbitate filij mors est acerbior. *Morte morieris.* Quæ videtur calamitas, est felicitas. Morte finitur mortis furor: at in orbitate infelix profectò dolor; etenim ita recrudescit insaturata pœna, ut cor moriatur in vita. Impossibile iactu in illo coniungitur, quandoquidem eodem ictu & vivit & moritur. *Morte morieris.* Singularis mors! Et bis? Utique: semel, quia moriendo vitam halitu fovet: denuò, quippe vivendo vitalitatem non habet; patiente corde ærumnas, quasi esset vivum; vivente dolorum pœna, quasi gravi cruciatu non esset mortuum. *Morte morieris.* Si mortuus, quomodò moriturus? Mors in vitam, non in mortem. Haud vitam morte deponit, quisquis vitam non habuerit. Mors post mortem? Demonstrat ex filij orbitate acerbitatem: igitur ita cor derelictum perpetitur, quòd sine vita moriatur. *Morte morieris.* Morieris, propter magnitudinem atque multitudinem doloris: & morte morieris; quoniam ut sentias cruciamina, dolorum copiâ reservabitur vita. Morieris vitalitate, cùm videris filium mori: & mortè sanè morieris, quoniam cum filio non morieris. Morieris morte, qua vivis; & quia vivis cum ipsa morte, morieris. Morieris & morieris. Morieris passà morte, quod impossibile pati: igitur ubi sine filio post mortem morti appropinquanti occurreris; denuò, mortuus à corde morieris.

Mors viva patri, in orbitate innocentis filij.

18 Virgo-mater ex Adamo haud participavit culpam, & occiso filio, in Adamum subivit latam sententiam.

Manil. ——*Geminamque creatis*
Mortem fata dabunt.

Ait aliò Manil. 4. *Astron.* cap. 2. v. 32. Hæc est lex Adam. *Non triste est mori*, dixit Sola Electra, & à cunctis derelicta, apud Sophocl. in eius *Tragœd.* v. 725. Triste, vivere orbitate, quod mori duplici morte. *Fœcundam mortem* vocat Claudianus, de *Phœnic.* v. 25. Dolor mortem parit tristem: in orbitate mors mortem: igitur quia tunc fœcunda, mors quæ in vita premebat apparet gemina. Virgo moriebatur & moriebatur. Moriebatur vivens, vivebat moriens, nec mori poterat, quæ vivens mortua erat. Nequibat mori, quoniam halitus vitalis erat in morte: nequibat vivere, quippe vita carebat vitalitate. Vita sine vita? Næ: filio occiso, mansit sola: in vitaque moritur, & mortua etiam morti mancipatur; siquidem mater in arida solitudine, nequit præ dolore vivere, nec ad dolorem quit mori. Moriebatur, & moriebatur. Moriebatur, quia vita à dolore suspenditur, & vita deficiebat, quippe vivebat dolor, quo moriebatur. Moriebatur, quia dulciorem in filio vitam amisit: & moriebatur, quoniam moriente filio, vita remansit: Moriebatur, quoniam vitam secuit pœna doloris gravis, in cordis amaritudinem: & moriebatur, quippe dolor ut gravis acerbæ pœnæ vitam reliquit in maiorem dolorem. Moriebatur, quia moriens vixit mortuâ vitalitate: & moriebatur, vivens duplici geminâ morte; igitur moriente & absente filio, vivens moriebatur denuò. Sophocl. Claudian. *Quomodò in Virgine mors gemina?*

19 Denique: Mori Virgo non poterat, quæ vivens mortua erat. Mortua stabat, cæterùm mortem sentiebat: impossibilis sensus, ubi supponitur mortuus: Virgoque non vivens sentit, cùm dolor amissi filij eius viscera delicata percussit; ut clareret impossibili dolore, quanta passa in solitudine. Nociva sentiuntur; quippe in amica præliantur, alteratione quietis organici corporis. Quandiù durat pugna, urget dolorem patientem amara pœna. Vel moritur vel vivit patiens cruciatus: contrariorum non est nexus: uniunturque in Virgine matre contraria mortis & vitæ, ut constet in solitudine etiam in corde impossibile pati. Complecti voluit Mezentius, ut observat Ravis. Text. in *Officin.* lib. 5. cap. 33. & Virgil. 8. *Æneid.* à v. 485. *Impossibilem dolorem est perpessa.* *Mezentij sævitia.*

Mortua quin etiam iungebat corpora vivis,
Componens manibusque manus, atque oribus ora
(Tormenti genus) & sanie taboque fluentes

Virgil.

Com-

Complexu in misero longa sic morte necabat.

Ad rem Augustin. lib. 4. *contra Iulian.* cap. 15. & lib. 4. *contr. Crescent.* cap. 45. *Sic* (inquit) *nostros animos cum corporibus copulatos, ut vivos cum mortuis esse coniunctos.* Quod natura horridè expulit, in animo ars doloris ingeniosè coniunxit: igitur quasi mors in dolorem non sufficeret; mortem morti excogitavit, studio crudelitatis, mortua coniungens corpora vivis. Speculum diritatis sedet in animo, quùm filij patitur solitudinem Mater-virgo: etenim in vehementiorem pœnam catenat mortem & vitam; ut ostendat gravissima in solitudine, ultra possibilia pati.

August.

20 *Quotidiè morior*: inquit Paulus. Impossibile, modò vivat quotidiè; quoniam quotidiè nemo mori poterit, ni mortuam vitam quotidiè recuperaverit. Parùm illi videbatur in descriptionem gravitatis pœnæ, ni exoneret impossibile: nimirùm, cadaver vivum, mortuum halitum, immotum motum, sine spiritu spiritum, vitalitatem mortis, vitam sine usu vitalitatis, omninò virtuti mortuam, & mortem vivam. Quomodò possunt hæc fieri? Facùl profectò à mortis & vitæ modo, ex gravissimo cruciatu. *Quasi morientes* (inlit) *& ecce vivimus.* Exigua esset ærumna, ni in mortem traderet: remissa sanè, ni in pœnam dolor viventem relinqueret. Non moriebatur, sed quasi moriebatur. Non moriebatur, quia in morte requiesceret; sed quasi moriebatur, ut perpessa dirà morte, aliam mortem toleraret. Vivit in pœnam, qua mortuus: vivit patiens, tanquam aufugisset sensus. Vivum constabat cadaver: iungitque, quod impossibile, vitalitatem cum morte; ut significet pati, quod impossibile.

1. Cor. 15. 31.

Unde Virgo vivum cadaver?

2. Cor. 6. 9.

21 Haud vividius, expressiusque signum doloris Virginis, quæ filij absentià transfixa vivebat moriens. Vivebat sensu in cruciamen, vità mortua per dolorem. Quasi moriebatur, ut sæpe atque denuò morereturi. Morte mori melius erat, quàm vitam ducere mortis: vincitque Virgo impossibile, quùm dolet; quia ex solitudine filij & vitam & mortem nectit. Iobus quanta passus! Verùm passionem tantùm deducit usque in vitæ finem. *Dum vivet, dolebit.* Si videret genitricem Dei solam, ad dolorem ultra vitam, amplam signaret sphæram. Sæpe dixi, apud Ægyptios sepulchrum significari per cor: adi Pier. Valerian. *lib.* 34. *cap.* 15. Quod videtur degener uti improprium, in expressionem solitudinis Virginis claret aptissimum. Cor sanè principium vitæ: sepulchrum destinatur cadaveri: unde socians Virgo mortem & vitam, signat solitudinis acerbissimam pœnam; quia cor erat tumulus, quo vita sepulta est, & vita sepulchrum quo iacebat fixum cor. Pax videbatur cordi data, mortuo nato; sed restabat solitudinis tantæ amaritudo: factaque est *in pace amaritudo amarissima*; quoniam sepulchrum & cor simul coniunxit absentia. Pervigiles incumbunt cordi dolores: loquuntur lapides: instat dolenti mors vivax.

Passa ultra vitam in vita.

Iob. 14. 22.

Sepulchri symbolum cor.

Cor Virginis in vita sepultum.

Isai. 38. 17.

Est dolor usque loquax.

Petrarch.

22 In alia pie transiret ex dolore dolor, quo ducit Virginis amor, sed faciam *Tom. 8. Tautolog. 1. Didascal. 1.* ad illud Ierem. 12. 10. *In desertum solitudinis*, ubi illam contemplabimur solam sine comite, solam sine teste.

Sic Deus Omnipotens, sic annuat, illaque firmet
Virgo paterna mihi!

Stat.

Dico ex corde, quod aliò Statius, 1. *Achileid.* v. 544. Multa arbitror debere expungi ex Tragœdia de *Christo patient.* in Nazianzeno, ex dialog. de *Christi passion.* in Anselmo, & ex sermon. de *Lamentation. Virgin.* in Bernardo; quibus DD. & SS. tribuuntur, quæ omninò notha, uti in his opusculis videri licet non solùm falsa & inepta, sed à fide, scientia, prudentià, circunspectioneque Virginis prorsus aliena & indigna, quasi loqueretur una de stultis mulieribus, quæ inter mulieres meritò benedicta. At celebranda uti vera, pia & Virginis propria, quæ à Ioanne Mello de Sousa prolata, lib. 7. de Christ. passion.

Quàm dolor ægra tibi transfixit pectora Virgo,
Affixi nati pœnas, & dura ferentis,
Aspiciens! Charas gemitus si perculit aures;
Ipsa times nato lachrymis augere dolorem.
Hoc scio non fundis (meritas licèt) ore querelas:
Oportuna siles, crasso non aëre nata,
Nec facunda parùm, quanvis rarissima verbis.
Si quereris, tacito fortè hæc in pectore volvis:
O decus humanum, cœli divina propago,
Visceribus commissa meis, quæ tanta malorum
Tempestas urgens insontes obruit artus?
Cui tantum de te licuit (spes una salutis)

Soliloquia Virginis iuxta stipitem Crucis.

Sous.

Sumere supplicium, duroque affigere ligno?
At mihi si cœli concederet alma potestas
Pro te nate mori; fatum crudele subirem
Sponte mea. Si non potuit nisi triste piari
Morte tuà crimen veterum commune parentum,
Me quoque dede neci, mecum partire dolores.
Si mortale tibi divino in corpore quicquam est,
Ipse mea de stirpe geris. Non fœmina pomis
Abstinuit vetitis: pariter commissa luantur.
Nec maternus amor mihi iam producere vitam
Invisam moveat; quoniam solatia tristi
Mors feret, & tecum nusquàm comes ire recusem.
Quid miseram sine te desertam nate relinquis.
Iam mihi vita gravis, cui lux ablata dieì est.
Anxia sic Virgo secum, sic pectore versat:
Temperat at probitas animi (spe freta) dolorem.

TAUTOLOGIA SEXTA.

AIT DOMINUS DEUS ISRAEL : LOQUENS locutus sum. 1. Reg. 2. v. 30.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 Pus præsentis Pleonasmi difficile : cæterùm eius materia superat opus; siquidem multa continet inextricabilia, tam propria, quàm incidentia, penè antilogica. Negotium cuncta facessent. Cessare iuvat, quia cura nocet ? Nullo prorsùm modo. Dicam cum Manilio 1. *Astronomici*, cap. 1. v. 80.

Et labor ingenium miseris dedit: & sua quemque Manil.
Advigilare sibi iussit fortuna premendo.
Seducta in varias certarunt pectora curas;
Sed quæcunque sagax tentando reperit usus,
In commune bonum commentum læta dedere.

Argumentum igitur Tautologiæ est de Sacerdotio in duabus familijs filiorum Aäron, Eleazari nimirùm & Ithamari. Etsi summi sacerdotis Heli (sub quo oblatus in Sanctuarium à genitrice Samuel, eius præfecturæ successor, ut videbimus) nobilis genealogia ab Ithamar; à nullo sanè refertur, nec constat è Sacra pagina : tantùm ergo ex hac perspicuè liquet ab Heli, quousque Pontificatus redijt ad familiam Eleazari in Sadoc : scilicèt Heli, Phineës, Achitob, Achias, 1. *Reg.* 14. 3. Achimelech, frater Achiæ, *cap.* 22. 20. & Abiathar, qui à Salomone depositus, eò quòd cum Adonia & Ioäb conspirasset, 3. *Reg.* 2. 26. 35. ubi : *Rex Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.* Series stirpis Eleazari, præscribitur 1. *Paralip.* 6. à v. 4. *Filij Aäron Eleazar & Ithamar, Eleazar genuit Phineës, & Phineës genuit Abisuë, Abisuë verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, Ozi genuit Zaraiam, & Zaraias genuit Meraioth : porrò Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob : Achitob genuit Sadoc*, & cætera, quæ nostro proposito modò non sunt opportuna. *Genealogia Heli.* *Et Sadoc.*

2 Hinc variæ possunt excitari quæstiones. Prima, quando scilicèt Heli ingressus obivit Pontificatum; cùm illum usque esset in familia Eleazari, filij senioris Aärons; nec deficeret soboles, uti constat ex catalogo præfato? Philo Biblicus, ut vidimus *Tautolog.* præc. asserit Heli functum summo sacerdotio post Phineës, Eleazari filium: quod quidem ludicrum; etenim inter utrumque adminùs interceserunt anni trecenti iuxta supputationem Adrichomi in *Chronic. Ætat.* 3. A destructione Gabaä, & ferè totà Tribu Beniamin, quo tempore senex vivebat Phineës (*Iudic.* 20. 28.) usque in præfecturam Heli, signantur à Tursellino & Brietio, 334. anni. Idem numerus à Torniello *ann. Mund.* 2594. n. 6. & 16. A Genebrard. 299. à Sanctio hìc n. 83. anni pauciores quadringentis: qua de causa plures, uti Lyra 1. *Paralip.* 6. n. 3. Ibid. Alapide; & 1. *Reg.* 2. 30. sequuntur Iosephum, qui lib. 5. *Antiq.* cap. 12. inquit : *Primus autem Elis ex Ithamari familia, pontificatum obtinuit : nam ante in Eleazari familia fuit hoc sacerdotium : ille enim Phineësi id tradidit, quod mox filius, successor eius Abiezeres filio suo Boceiæ reliquit : ab hoc Ozis filius eius accepit, post quem Elis sacerdotio potitus est* : expulso scilicèt à Sacerdotio Zaraia. Causa huius repulsæ haud patet ex Scriptura. Sanctius in 1. Reg. 1. n. 6. subdit : *Cùm post aliquot sæcula Eleazari filij sacrum illud munus obirent negligenter, & res divina illorum incuriâ aliquid quotidiè detrimenti caperet; translatum est sacerdotium ad posteros Ithamar.* Lyra 1. *Reg.* 2. n. 6. addit nepotes Eleazari Israëlitis indulsisse idololatriam, aliaque peccata gravissima; quibus de causis à Deo expulsi fuere ab ampliore dignitate, & simul constitutus fuit Heli iudex & summus Sacerdos, manente Pontificatu in filijs Aäron, etsi ex Ioseph. Sanctius. *Electus à Deo Heli in Summum Sacerdotem.*

alia

alia æmulâ familia, putà Ithamar, in qua florebat Heli, sanctus, ut ait Hieronym. in cap. 6. Epist. ad *Ephes.* eximijs, pluribus dotibus commendabilis, & tunc commendatus; siquidem primus ex sacerdotibus iudex electus. Quo exploditur sententia aliquorum Rabbinor. asserentium Heli pontificatum surripuisse; etenim munus habuit ordinatione divinâ, ut astruit Lyra in *Ruth.* 1. n. 1. constat quoque ex contextu Tautologiæ: illi enim dicitur: *Loquens locutus sum, ut domus tua & domus patris tui mini-*
1.Reg.2.30 *straret in conspectu meo usque in sempiternum. Domus tua*, ideſt, familia tua: quæ quidem si deficeret, haud sine honore; quoniam tunc fungeretur summo sacerdotio *domus* Ithamar *patris tui*, ex quo ducis originem. Si hæc dicta à Deo vel per Prophetam, vel per Angelum, ut placet Abulens. hìc *quæst.*22. & Sanctio; n. 95. perspicuò liquet, ab Heli minimè usurpatum summum Israëlitarum sacerdotium. Addo, si textus attentè inspiciatur, ex illo constare, Heli non fuisse primum Pontificem ex familia Ithamar: dicitur enim, *Domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo.* Iam videtur facta promissio de Summo Sacerdotio patri Heli, cuius meminit domus; quin possit intelligi, uti supr. v. 27. de domo Aäronis, quia in domo Aäronis semper fuit Pontificatus. Perperàm Heli quibat ab alio surripere dignitatem, cuius legitimus hæres, ut dicitur *Levit.6.*22.

3 Heli à Deo concessum Pontificatum, nemo sanæ mentis, præut arbitror inficiabitur: sed nec concedet, tunc fungi cœpisse officio, vel quando ab Ozi suscepit, ut placet Lyræ; vel post Ozi obitum, ut astruitur à Iosepho. Inter Phineës & Ozi tantummodò interfuere tres generationes, quæ quadringentos annos implere nequibant: cuncta nimirùm tempora Iudicum Israël, usque in obitum Samsonis; post quem Heli in Iudicem constitutus. Quinimò ex consequentibus videtur impossibile: igitur synchronus eius fuit Achitob, pater Sadoc, quem ex familia Eleazari (in odium Ithamari, ex qua erat Achimelech, quem cum alijs sacerdotibus interfecit) summum Pontificem constituit Saul. Inter Phineës & Achitob, ut constat ex textu sacro præfato, n. 1. interfuere septem generationes. Unde perperàm, sub, vel post Ozi, tertiâ generatione, quibat Heli potiri pontificatu; cùm necdum natus, & septima à Phineës generatione vixerit.

Haud Pontifex post Phineës.

4 Summi sacerdotis constitutio (omissis legibus tyrannicis ab imperio Herodis Ascalonitæ, cui pro lege voluntas, usque in excidium Ierusalem; quandoquidem ut ad lubitum & commodum Pontificem eligeret, non solùm regiam ac sacerdotalem Asamonæorum progeniem, & sibi sanguine iunctam, extinxit; sed & libros, in quibus illorum ac cæterorum regum genealogia, sedulò combusit, impetrans à Romanis potestatem Pontifices constituendi, de quo Philo in *Breviar.* & cuius audacia etiam ad posteros transijt, dicente Iosepho de Herode eius nepote, Agrippæ fratre, Dynastâ Chalcidis iuxta Libanum, lib.20. *Antiq.* cap.1. *Petijt à Cæsare Claudio potestatem in templum & sacrum ærarium, iusque eligendorum Summorum Pontificum: impetravitque hæc omnia, ita ut etiam posteris idem eius ius manserit, usque ad belli Iudaici exitum.*) constitutio (inquam) pridem penes Sanhedrin, ideſt, Concilium, Grec. *Synedrium*, ait Maimonides in *Halacha Cele Hammikdasch*, cap.4. *Pontifex fuit, qui omnibus præerat sacerdotibus: eamque dignitatem illi universus consessus septuaginta Senum conferebat; in quorum iudicio, atque potestate totum hoc, quantum erat, positum fuit. Sed Herodes cùm pleraque contra leges & mores maiorum gereret; creare Pontifices, amovereque, uti erat libitum, instituit*: subdit Petr. Cunæus lib.2.de *Hebr. Republ.* cap.1. & Ioseph.17. *Antiq.* cap.8. Matthiam depositum refert. Idcircò Serarius 2.*Reg.*8. n.10. asserit, vel Achitob, vel filium Sadoc (fato functo Achimelech, & fugiente Abiathare ad David) ab Eleazaræis sacerdotibus Pontificem institutum, non abnuente Saule. Abulens. loc. cit. *quæst.*21. quem sequitur Alapid. arbitratur à solo Saule munus illi creditum: pòstque scimus à solo Salomone Sadoc constitutum & Abiathar à dignitate depositum: 3.*Reg.*2. 35.

Herodis tyrannis.

Ioseph.

Rabb. Maim. *Electio Pontificis penes Sanhedrin.*

Cunæus.

5 Hoccine munus summi honoris erat: igitur cùm aliorum ministerium esset, victimas cædere, immolare, thymiamata incendere, panes in mensa sacra apponere, lucernas candelabrij ignire; de quo *Exod.* 30. à v. 7. & *Levit.* 24. à v.1. soli Pontifici omnia sacra & omni tempore obire, fas iusque erat irrefragabile, uti notat Maimonid. quò dudùm *cap.*5. Insuper ad illum duntaxat spectabat, uti primarium nobilissimum munus, functio expiationis quæ fiebat die 10. *Septemb.* cuius ritus videris, *Levit.* 16. illo ingrediente in Sacrarium, sive Sancta-Sanctorum, semel in anno, ut

Officia sacerdotum.

Et Pontificis summi.

ibid.

ibid. dicitur v. 2. *Exod.* 30. 10. & ad *Hebr.*9.7. Causam huius festi diximus in *Ephemerid.* die præfato. Pontifice ex qualibet familia filiorum Aäron, cæteri sacerdotes ex utraque domo ministrabant in Sanctuario, uti videbimus, n. 21. & 22. quo claret, quàm præposterè dixit Iosephus (scribens aliquando vel somnium, vel quod primum occurrit) lib. 8.*Antiq.* cap. 1. *Eo tempore, quo Pontificatus in Ithamari domo fuit, post Elim primum ex ea familia Pontificem, ex Phineësis gente privatam vitam egerunt hi: Iosephi* (ideſt, Abisuë, vel *Abiezeris*) *Pontificis Boccias, & huius Ioathamus* (qui *Ozi*, & omittit Zaraiam) *Ioathami verò Maræothus, & Maræothi Arophæus* (hunc superintexit genealogiæ ex Scriptura, ut vidimus, n.1.) *Arophæi Achitobus, cuius fuit Sadocus, qui primus Davide regnante Pontifex est creatus.* Si verba pendix, invenies non solùm Heli à tempore Ozi (quod ille supr. n.2. astruit, & cum illo alij) accepisse Pontificatum; sed etiam ab obitu Abisuë, filij Phineës; siquidem ab hoc privatam vitam egerunt posteri Eleazari: quam sanè habere nequibant, ni Heli summum iam obiret Pontificatum. Rabbini modò aliquid novi dixerint, veritatem flocci faciunt. Promissio veritatis in Historiographis ad manum est: prolatio verò longè avolat. *De veritate autem* (dicit lib.7. de *Bell.* cap.ult.) *confidenter dicere non pigebit; quòd eam solam scopum mihi per omnia, quæ scripsi, proposuerim.* Aberravit à scopo. Ioseph. *Nunquàm qui ex Aärone, à sacerdotio remoti.* Idem.

6 Verùm considerandum quid Iosephus per *vitam privatam* intelligi cupit. Si intelligit vitam privatam, non habere summum sacerdotium; iudicrum est: quippequàm cùm unus tantùm ex illis obtinere & tenere posset; reliqui sine illo munere privatam agerent vitam, quod falsum est: privata vita & Sanctuarij communia Sacerdotum ministeria, implicant. Privata vita est vivere sibi vel secum intra proprios Lares: & ut canit Manil. ubi sup.v.78.

——Nec credere vota
Audebant, sed quisque satis se nosse putabat. Manil.

Quinimò nisi ob crimen, Summus Pontifex posteros Aäron nequibat expellere ab altari, ut dicitur, *Numer.*18.7. Si Levitis (qui dispersi in terra promissionis per loca tribuum, à quibus accipiebant decimas in vitæ subsidium) volentibus ministrare, fas non erat repellere; & ius, quòd in Sanctuario portionem ciborum eandem acciperent, quam & cæteri; ut præscribitur, *Deuter.* 18. à v. 6. qua lege removeri quibant Sacerdotes? Si expellerentur, illis mendicare necesse; quoniam nec vestigium pedis habebant in terra Israël, nec habere lege quibant: ibid. à v.1. Et *Numer.*18.20. *Sacrificia Domini & oblationes eius comedent.* Hac de causa accipientibus Levitis à toto Israël decimis ex omnibus, ut Sacerdotes Sanctuario servientes, præter oblata haberent in vitam necessaria; dicitur ibid. v.26. *Primitias earum offerte Domino*, ideſt, decimam partem decimæ: *& date ea Aäron Sacerdoti*: nimirùm in filiorum eius Sacerdotum usum. Unde, quantum auguror, per vitam privatam intelligit, ministeria Sanctuarij alijs sacerdotibus communia; in quo etiam fallitur, nam ut vidimus *num.* 4. Achitob Sadoci pater (vivente Abiathare ex familia Ithamar, habenteque secum Ephod pontificium) electus est Summus Sacerdos ab Eleazaræis. Deinde vel regnante Davide, qui Sadoc Pontificem creavit, Abiathar vitam privatam haud egit; dicitur enim 2.*Reg.*8.17. *Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar erant sacerdotes.* Quid sit vita privata in Sacerdote, videbimus *n.*20. *Nec quibant removeri.*

7 Ita textus sacer, ex quo secunda, maiorque priore oritur difficultas; nimirùm, quo pacto si Abiathar filius fuit Achimelech, 1. Reg. 22. 20. modò dicitur Achimelech filius Abiathar? Idem 1. *Paralip.*18. 16. & *cap.*24. 3. 31. Abiathar nominatur Achimelech: etiamque Marc.2. 26. quod factum sub Achimelech, à Christo dicitur, *Sub Abiathar principe Sacerdotum.* Aliquando in Scriptura filijs attribuuntur facta parentum, ut illud Genes.50. 5. *In sepulchro meo, quod fodi* (ideſt, quod emi, sicut apud Oseam, 3.2. *Fodi eam mihi quindecim argenteis.*) *mihi in terra Chanaän*: dixit Iosepho Iacob; cùm constet sepulchrum emptum ab Abraham, *Genes.*24. à v. 16. Similiter dicere possumus, factum Achimelech tribui filio Abiathar. Dicere possumus, sed erit summa frigiditas: siquidem haud esset responsum, sed difficultatis effugium. Doctiss. Sanctius, n.26. infit: *Achimelech, qui etiam dicitur Abiathar, filius Achimelech, qui etiam à familia communi nomine Abiathar dicebatur.* Nomen *Abiathar* insigne familiæ fuit, sive specificum inter domos Ithamar: quòd quidem (& mirum) minimè probat: & astruere testimonijs proculdubio necessarium in textus expositionem: cæterùm priùs excludenda sententia aliquorum, quos pupugit cuspis Antilogiæ: ideòque 2.Reg.8.17 *Filijs attribuuntur facta parentum.* Gen.50. 5. *Fodere pro emere.* Sanctius.

que ſomniarunt quendam Achimelech, filium Abiathar, qui filius primi Achimelech, ſub quo conſuluit de fuga David; cùm ex Scriptura eluceat, Abiatharem fugientem ad David, & ſuſpenſum à ſummo Sacerdotio per Salomonem, haud alium filium habuiſſe præter Ionatham. 2.Reg. 15. 36. Vide Maluend. in loc. cit. Antilogiæ. Etiam plodendum Abulenſis iudicium, autumantis hìc, *quæſt.* 24. Abiathar patrem Achimelech, profugiſſe mortuo filio ad David, quem pòſt tam in fuga, quàm in regno, ſuum conſtituit ſacerdotem, quouſque fuit à Salomone expulſus; cùm ex ſacra pagina conſtet, quòd *filius Achimelech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad David.* 1.Reg. 22. 20.

Migrationes Arcæ.

8 Dixi iam de huiuſmodì quæſtione, *Tom.* 4. *Tautolog.* 8. n. 21. Abiathar, qui iuxta N. Aſſertoris verbum, proculdubiò princeps erat Sacerdotum, non erat in Nobe, quò David conſultum Dominum abijt; ſed erat, ubi manebat Arca fœderis, quæ quidem ex quo perducta è Silo in caſtra contra Allophyllos, ſeparata fuit à Tabernaculo. Primò captà fuit à Philiſthæis, 1.*Reg.* 4. 11. poſtquàm reducta in terram Iſraël in Cariathiarim, è domo Abinadab, ut placet Serario; iterùm advecta in caſtra ſub Saule. 1.*Reg.* 14. 18. Pòſt à Davide translata tam in domum Obededom, 2. Reg. 6. 10. quàm in arcem Sion: ibid. v. 12. ita ut poſt primam egreſsionem, nunquàm collocata ſub Tabernaculo Moyſis. Tabernaculum itaque cum Arca fœderis fuit primò in Silo: *Ioſue* 18. 1. dehinc in Nobe, ut dicunt Auguſt. & Genebrard. in *Pſalm.* 77. 60. Aliquibus placuit ſine Arca: pòſt in Gabaön; qua de cauſa Gabaön dicebatur Excelſum maximum, 3.*Reg.* 3. 4-2.*Paralip.* 1. 3. ibique fuit uſque ad Salomonis tempora;

Et Tabernaculi.

quod quidem ab illo collocatum in templo ſuper tabulatum Sancti-Sanctorum, ut dixi, *Tom.* 3. *Tautolog.* 12. n. 40. quouſque per Ieremiam Tabernaculum cum Arca incluſum fuit in ſpeluncam Moyſis, 2.*Machab.* 2. 5. Summus Sacerdos aſsiſtebat plerunque ubi erat Arca: filius verò minorve ſacerdos, ubi Tabernaculum: ſic igitur Achimelech filius Abiathar erat in Nobe, quò Tabernaculum; & pater Abiathar, ubi Arca, utpotè ſacerdotum princeps. Sic igitur quando duo erant Pontifices Maximi, unus erat cum Arca fœderis, & alter cum Tabernaculo, ut patet in præfatis Abiathar & Sadoc, qui ſimul Pontifices ſub Davide: igitur manente Abiathare in arce Sion, ac fungente officio coram Arca; de altero dicitur, 1. Paralip. 16. 39. *Sadoc autem Sacerdotem, & fratres eius ſacerdotes* conſtituit David *coram Tabernaculo Domini in excelſo, quod erat in Gabaön.* Hinc Heli geneälogia ſiccinè texenda. Ab illo Phineës, à quo Achitob, & ſimul Ichabod, filij Achitob Achias & Achimelech, qui mortuo præmaturè fratre, adhuc patre Achitob ſuperſtite, munus Summi Sacerdotis ſuſcepit.

Genealogia Sacerdotum ex Ithamar.

9 Quomodò ergo ſi Achimelech filius Achitob, hic dicatur à Chriſto Abiathar & Sacerdotum princeps; diſcutiendum modò. Achitob dictus eſt etiam Abiathar, non nomine, ſed cognomine, vel agnomine: cognomine in diſtinctione familiæ Ichabod; agnomine, quia adhuc Samuele Iudice, & aliquando ſacerdotio fungente, Summus, ac Maximus eſſet Pontifex, ſecum habens Hieraticam ſtolam, ſeu Pontificium Ephod. Unde cùm ex familia Heli, occiſis patre & patruo, quaſi per miraculum vità frueretur; obtento Pontificatu, dictus eſt Abiathar: ideſt, *Pater ſuperfluus*, uti ait Hieronymus de *Nomin. Hebr.* ex lib. 1.*Reg.* vel *Pater reſidui, aut remanentis, ſive Pater faniculi*; ut interpretatur Nomenclator *Nomin. Hebraic. & Chaldaic.* quaſi ille ſolus (quippe Ichabod parvulus) reſiduus ex illa illuſtriſsima familia in Sacerdotium ſummum, & à quo tanquàm à trunco alij, filij ſcilicèt, quaſi rami florerent in avito munere. Sit igitur ut vidimus ex Ioſepho, n. 5. Abiſuë nominabatur Ioſeph, & etiam cognominatus Abiezer in excellentiam & agnomen: quaſi qui nomine Ioſeph, *Pater eſſet atrij*, ideſt, Tabernaculi: vel *Pater exclamationis*, & plauſus; uti apud Nomenclatorem invenies. Uſquequaquè ſimilia inveniuntur in pagina Sacra. Achitob, qui agnomine ac causà honoris, dictus Abiathar, non erat in Nobe, quando per filium Achimelech David profugus conſuluit Dominum: igitur erat cum Arca, alias à Saule interficeretur, ſicut filius Achimelech, qui cum alijs erat in Tabernaculo: propterea quæque optimè quadrat, quòd cùm officio Summi ſacerdotis in Tabernaculo fungeretur Achimelech; hiſtoria David contigerit ſub Achitob, qui Abiathar, principe Sacerdotum.

Abiathar nomen, aliquando familiæ cognomen, vel agnomen.

10 Abiathar autem, de quo dicitur, quòd ſimul cum Sadoc erat ſacerdos Summus, non eſt ille prior Abiathar, qui nomine Achitob, ſeu aptiùs Achitob, cognomine Abiathar; ſed nepos, utpotè filius Achimelech, filij Achitob: qui quidem Achi-

me-

melech, etiam dictus est Abiathar, quoniam huiusmodi cognomen erat insigne familiæ, ut vidimus ex Sanctio, num. 7. Abiathar autem filius Achimelech, dictus est etiam cognomine Achimelech, & proprio nomine Abiathar: 1. Reg. 22. 20. Aliquando in Scriptura signatur nomine; ut hìc, & cap. 15. 24. 35. & 36. aliquando cognomine; ut 1. *Paralip.* 18. 16. & cap. 24. 3. & 31. Unde liquet Antilogia sine contradictione. Abiathar ergo erat filius Achimelech: & 2. Reg. 8. 17. *Achimelech* dicitur *filius Abiathar*; quia hìc tam filius, quam pater describuntur cognomine, & 1. *Reg.* 22. 20. signantur nominibus proprijs: ideo hic expressè dicitur: *Filius Achimelech, cuius nomen erat Abiathar.* Si illi *Abiathar* nomen, dum nominatur *Achimelech*, non utique nomen, sed cognomen. Idem de patre Achimelech: si hoc illi nomen, 1. *Reg.* 21. 1. & *cap.* 22. 9. 12. & 14. & dicitur etiam *Abiathar*, *Abiathar* erit cognomen, & neutiquam nomen. Ex qua genuina solutione oritur alia expositio in illud Christi: *Sub Abiathar, principe Sacerdotum*, quin dividamus personas in Arca & in Tabernaculo, ut supr. n. 8. equidem quod factum sub principe Sacerdotum cognomine *Abiathar*; idem est, quod sub Achimelech, qui ita proprio nomine vocabatur, sicut vocabatur *Abiathar* cognomine, vel agnomine. Sæpe inter nos usus cognominis vel agnominis pro nomine, quod quidem è Romanis emanavit, apud quos nomina personarum intelligebantur, dicentes, *Scipio*, *Cato*, *Cicero*, *Plancus*; quæ cognomina: & per agnomina, *Africanus*, *Torquatus*, *Britannicus*. Vide Golt. in *Fastis*, & Panvinium.

Cognomina & agnomina aliquando pro nominibus.

1. Reg. 22. 20.

Marc. 2. 26.

11 Hac etiam expositione uti germanà, diluuntur aliquot difficultates incidentes: scilicèt, si duo tunc Sacerdotes Summi, apud quem vestis sacra? At hoc infrà, numer. 18. Deinde: Primarium munus Pontificis Maximi, ut vidimus, *numer.* 5. fuit Sanctuarij expiatio quotannis semel. Uter horum facturus? Alteruter sine dubio; verùm quis? Signabimus *numer.* 12. & 17. Præterea: Expiatio non solùm erat Sanctuarij, sed & Tabernaculi, altarium Thymiamatis, & Holocaustorum, Candelabri, & panum Propositionis mensæ; ut dicitur *Levitic.* 16. 16. 20. Imò Paulus addit: *Tabernaculum, & omnia vasa ministerij*: de quibus, *Exod.* 25. 29-3. *Reg.* 7. 50-2. *Paralip.* 4. 22. quæ relictis notis, studioso Scripturæ & antiquitatis delicabo. *Thymiateria* (Nostrates *Botes* aut *Pomos*) erant vasa elegantis formæ & operis ad Thymiama & odores, sive species aromaticas servandas. *Creägræ*, fuscinulæ, furculæ, vel tridentes. *Amulæ*, hydriæ, seu amphoræ, ad modum situlæ. *Phialæ*, vasa rotunda ad recipiendum victimarum sanguinem: Vernaculè: *Tembladeras.* Aliquando dicuntur *Mortariola*, adinstar crateræ, quippe in illis paratum vinum iuxta mensam panum Propositionis, si fundendum in sacrificijs, aut libandum. *Acetabula*, calices exigui: Hispan. *Tazas*, *Turibula* præter communem significationem, calices erant grandiores (q. d. *Copas*) ad libationem vini. *Scutræ*, patellæ: *Escudillas. Lebetes*, vàsa adinstar ollarum, ad cineres ex altare Holocausti tollendos. *Cyathi*, vasa minora acetabulis, quùm necessaria non esset maior vini copia. Denique *Forcipes* vel erant emunctoria ad lucernarum favillas, vel ad prunas sine læsione capiendas. Consulesis Alapid. Sanctium, Caietan. Maluend. loc. citat. & insuper Riber. de *Templo*, lib. 2. cap. 22.

Hebr. 9. 21.

Quæ vasa minora Sanctuarij?

12 Hæc omnia, aliaque cum Tabernaculo, Sanctoque Sanctorum expianda per sanguinem. Si Tabernaculum aliaque utensilia non erant ubi Arca, ut vidimus, & constat ex 2. *Paralip.* 1. 3. quo loco dicitur: *In excelsum Gabaön, ubi erat Tabernaculum fœderis Domini, quod fecit Moyses*: & v. 5. *Altare quoque æneum*; quomodò fiet dispersorum statò die expiatio simul præscripta? Omnia purganda simul: *Sanctuarium*, *Tabernaculum & Altare.* Levit. 16. 20. Quo pacto unà omnia, si locis diversis, ac disitis collocata? Facilis in quæstionem extricatio. Tametsi Tabernaculum, altare & alia in sacrum ministerium utensilia, sine Arca fœderis fuerint; nunquàm Arca fœderis sine Tabernaculo, Altari, & reliqua supellectile, pretiosiore priore. *Ædificavit David locum Arcæ Dei, tetenditque ei Tabernaculum*: dicitur, 1. Paralip. 15. 1. & cap. 16. 1. *Attullerunt Arcam Dei, & constituerunt eam in medio Tabernaculi, quod tetenderat ei David; & obtulerunt holocausta & pacifica coram Deo*: quod sine altari, impossibile prorsùm. Idem, 2. *Reg.* 6. 17. & 2. *Paralip.* 1. 4. Patet ex apparatu ministrorum, ex metallorum congerie. 2. Reg. 8. à v. 7. & 1. *Paralip.* 22. à v. 14. Unde præter facta à Moyse & Davide, alia ad idem pretiosiora & augustiora fecit Salomon, quùm perfecit templum: & illa vetera, post pompam in translatione Arcæ fœderis in Oraculum, cum cæteris quæ sanctificaverat David, intulit ac reposuit in thesauris domus Dei.

2. Paral. 1. 3. 5.

Lev. 16. 20.

Etsi aliquàndò Tabernaculum sine Arca, nunquam Arca sine Tabernaculo.

3. *Reg.* 7.51. & 2. *Paralip.* 5. 1. Quo lucem accipit illud : *Portaverunt Arcam Domini,*
3.Reg. 8.3. *& Tabernaculum fœderis , & omnia vasa Sanctuarij , quæ erant in Tabernaculo.* Arcam Domini , in *locum suum , in Oraculum templi , in Sanctum-Sanctorum subter alas Cherubim* : ut dicitur , v. 6. cætera verò collocarunt in tabulato , quod erat super Oraculum : igitur illudusque , *Tabernaculum Domini , quod fecerat Moyses in de-*
Multa Arcæ tabernacula. *serto , & altare Holocaustorum erat in Gabaön* : verùm , cùm dicitur : *Tabernaculum fœderis , & omnia vasa Sanctuarij , quæ erant in Tabernaculo* ; non intelligendum de Tabernaculo & altari , cæterisque vasis , quæ erant in Gabaön , ut perperam Ribera, lib. 1. de *Templ.* cap. 2. sed de Tabernaculo & eius divite supellectile factis à David, dum collocavit fœderis Arcam in Arce Sion. Sic enim nullum est dubium circa Pontificem , facturum expiationem : ille profectò ex lege iurè facturus , qui haberet Arcam & Tabernaculum , altaria & cætera quæ expianda. Ubi verò Tabernaculum & reliqua sive usu respectivè ad Arcam , haud indigebant expiatione. Huiusmodi ritus præscripti, Levitic. 16. 16. ut *Sacerdos Summus expiet Sanctuarium ab immunditijs filio-*
Levy. 16. 16. *rum Israël : iuxta hunc ritum faciet Tabernaculo testimonij.* Sine Arca non erat Sanctuarium , cùm per illam & propter illam cætera sacra essent. Unde si Arca in arce Sion
Ubi expiatio Sanctuarij, separato Tabernaculo ab Arca? habebat in ornatum & cultum , quidquid propter illam Moysi in deserto decretum ; arbitror , quæ in Gabaön , aut alibi essent , nullo modo unquam purganda , quippe sine usu in præscripta ministeria.

13 Cæterùm dices : Tabernaculum & altare æneum , ideſt holocaustorum , erant, ut diximus , in Gaboön usque in Salomonis tempora , tanto cultu & reverentiâ , ut
1.Paral. 16. 39. David constituerit *Sadoc Sacerdotem , & fratres eius sacerdotes coram Tabernaculo Domini in excelso , quod erat in Gabaön , ut offerrent holocausta Domino super altare holocaustomatis iugiter , manè & vesperè , iuxta omnia , quæ præscripta sunt in lege Domini.* Ibi videtur esse cultus , & ex lege : quod etiam liquet , facto sacrificio à Da-
Cap. 11. 21. vide per sacerdotem in area Ornam Iebusæi : dicitur enim ibid. *Tabernaculum Domini , quod fecerat Moyses in deserto & altare holocaustorum eà tempestate erat in excelso Gabaön ; & non prævaluit David ire ad altare , ut ibi obsecraret Dominum.* Maluend. & Caietan. astruunt , ordinarium Dei cultum , quousque templum erectum, fuisse in Gabaön , extraordinarium autem in arce David : quibus suffragari nequeo: igitur iuge sacrificium & reliqua ministeria fiebant ampliori solemnitate in arce, quàm alibi ; si de cantoribus , ac instrumentis musicis curat & sedulò , de quo tot. *cap.* 16. ea quæ lege negligeret ? Utrique arbitror David impensè consuluit : Arcæ loco , ut par erat : Tabernaculi loco propter avitam venerationem , maximè , quia ibi
Cultus ordinarius Dei sub Davide, ubi erat Arca. altare destinatum in holocausta , etsi aliud haberet in Sion : aliàs nullum sacrificium, vel holocaustum , ubi erat Arca : quod quidem falsum omninò , ut liquet ibid. v. 1. &
Alapid. 2. *Reg.* 6. 17. *Sacerdotium* (infit Alapid. 1. *Paralip.* 16. 39.) *ac Pontificatum inter eos ita divisit David ; ut Abiathar Pontificatu fungeretur in Ierusalem , ubi erat Arca: Sadoc vero in Gabaön , ubi erat Tabernaculum á Moyse fabricatum.* Ordinarius igitur cultus Dei erat in Ierusalem , ubi fœderis Arca ; & extraordinarius , seu supererogationis , in Gabaön : & hìc etiam propter Arcam , quam aliquando continuerant. Miror Alapide memoria lapsum. Astruit 2. *Reg.* 8. 17. arridetque sententia Doctiss. Sanctio , numer. 26. (quis tam consummatæ sedulitatis pervigilis , cui non somnus interdum in longa obrepat commentatione?) Sadoc fuisse summum Sacerdotem ac primarium , cuius vicarius Abiathar. Semper Abiathar fuit primarius,quousque à Salomone expulsus. *Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar* : dicitur 3. *Reg.* 2. 35. Vel vivente Davide , qui inter eos Pontificatum divisit ; primarium fuisse patet ex testimonio præfato. Si Sadoc manebat , ubi tabernaculum , & Abiathar ubi Arca & primas erat Abia-
Abiathar primarius Pontifex. thar: non Arca propter Tabernaculum , sed econtrà. Quare si apud Arcam sacerdotio fungebatur Abiathar , & apud Arcæ, quod fuerat , Tabernaculum Sadoc ; ille , non hic notescit primarius Pontifex.

14 Hæccine videbuntur socordi & obtrusa , & sterilia ; at studioso Scripturarum suaviora. Ne hic cæspitet , necessarium operæ duxi , exponere difficultatem ex di-
Excelsa Hebræis prohibita. ctis obviam. Lege prohibentur *Excelsa* , ideſt, altaria in locis editis , seu excelsis , quoniam redolebant ritus Ethnicos , & fabulas Poëtarum de Dijs lucorum & montium; uti dixerunt Syri de Deo vivo & vero , qui fecit cœlum & terram , 3. *Reg.* 20. 23. Unde quælibet condensa existimabant Deorum habitacula , vel sacrabant , ibi venerantes Numina.

Hinc

Hinc ad Tarpeiam ſedem, & Capitolia ducit;
Aurea nunc, olim ſilveſtribus horrida dumis.
Iam tunc religio pavidos terrebat agreſtes
Dira loci: iam tum ſilvam, ſaxumque tremebant.
Hoc nemus, hunc (inquit) frondoſo vertice collem Virgil.
(Quis Deus incertum eſt) habitat Deus.

Canit Virgil. 8. *Æneid.* à v. 347. de quo diximus, *Tom.3.Tautolog.5.*num.16.& uſque-quaque Sil. Italic. lib. 12. de *Bell. Punic.* quem videris à v. 125. & 336. Apud Chananæos frequens lucorum uſus, & Excelſorum ſacrilega veneratio; qua de cauſa Deus toties monuit Hebræos, aras ſubverti, lucos flammari, ac ſimulachra conteri: *Exod.* 34. 13. *Deuter.* 7. 5-& tot. cap. 12. quo intuitu ibid. v. 13. dicitur: *Cave, ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris; ſed in eo quem elegerit Dominus.* Hinc dubium: locus, quem iam elegerat Dominus erat arx Sion, ubi in eius Arca colebatur: extra locum fas non erat immolare, maximè in Excelſis: quo ergo iure David adire quibat ſacrificatum in excelſo Gabaön; imò illuc mittere Sadoc Pontificem ſummum, ut quotidiè faceret? Prætereà: de Salomone dicitur, 3. Reg. 3. *In Excelſis immolabat, & accendebat thymiama: abijt itaque in Gabaön, ut immolaret ibi: illud quippe erat excelſum maximum.* Cuncti Expoſitores improbant & exprobrant Salomoni victimas, ac ſuffitus in Excelſis, iuxta leges præfatas, etſi fierent ſacrificia in honorem veri Dei: quare optimè Caietan. hìc infit: *Non tam licita, quàm impunis erat immolatio in Excelſis, prohibita in lege Moyſis.* Sanctiuſque integerrimo iudicio: *Non poſſum* (ait, num. 18.) *ut maximè cupiam, Salomonem à culpa liberare, cùm immolaſſe dicitur in Excelſis, & accendiſſe thymiama.* Si deliquit Salomon, deliquit etiam David, qui ſacrificare quotidiè iuſſit in Excelſo Gabaön. Quomodo igitur verùm illud Eccli. 49.5. *Præter David, & Ezechiam, & Ioſiam, omnes* (Reges Iuda) *peccatum commiſerunt?* Quod profectò reſpectivè ad reges hoſce, qui Excelſa abſtulerunt, 4. *Reg.* 18.4. & 23. 8. non aliud, niſi in Excelſis ſacrificia, uti ſtatuimus, *Tom.*3. T.7. n.8.

Deuter. 12. 13. — 3. Reg. 3. 3. 4. — Caietan. — Sanctius. — Eccli. 49. 5.

15 Emergemus herclè è pelago prementis arctè argumenti. Nunquàm David, niſi ſpeciali Dei inſpiratione (ut contigit tempore peſtis, 2. *Reg.* 24. 25. & clariùs, 1. Paralip. 21. 18. ubi: *Angelus Domini præcepit*) extra locum à Deo deſignatum immolavit. Nonnunquàm vel ubi Arca, vel ubi Tabernaculum; quippe utrobique licitum. Ubi Tabernaculum, patet in Nobe, cùm Arca educta hinc in caſtra Saulis, 1. *Reg.* 14. 18. Haud quia Arca poſt captivitatem nunquàm incluſa in priore Tabernaculo, ceſſarunt ſacrificia quotidiana, & ſolemnia vel in Silo, vel in Nobe, quò perductum Tabernaculum, poſtquàm Arca depoſita in domo Abinadab, ut ait Briet. *ann.* 2941. Ibique manſit pluſquàm annis viginti, uti obſervant Expoſitores ad illud: *Multiplicati ſunt dies: erat quippe iam annus vigeſimus.* In Arcæ conſpectu ſine ullo Tabernaculo claret licitum ſacrificium in eius translatione è domo Obededom: igitur è ſexto in ſextum paſſum portantium illam, immolabatur aries cum bove: 2. *Reg.* 6. 13. In Excelſis verò nunquam ab illo immolatum, imò verò nec paſſus, habens habenas regiminis, quemquam ſacrificare in Excelſis, uti obſervat Sanctius hìc *n.* 19. Iccircò dum dicitur alluſivè ad regnum David, priuſquàm Salomon adiret Excelſa, 3. Reg. 3. 3. *Attamen populus immolabat in Excelſis*; aliqui apud Maluend. legunt: *Tantummodò populus immolabat in Excelſis: ideſt, in his duobus, Gabaönitano & Ieroſolymitano*; quia hìc Arca, ibique cum altari Tabernaculum: cui lectioni haud aſſentiendum; quippe populo, etſi perperàm, videbatur, ante templi fabricam, poſſe ubique (maximè in Excelſis) illum Domino exhibere honorem, ut placet Lyrano: de quo conſule Serarium, in *Iudic.* cap. 6. *quæſt.* 11. & Abulenſ. in 1. *Reg.* 7. à *quæſt.* 35. Aliud ſolidius fundamentum occurrit in confirmationem proſcriptionis Excelſorum à Davide: ſiquidem dicitur de Salomone: *Ambulans in præceptis David patris ſui, excepto, quòd in Excelſis immolabat, & accendebat thymiama.* Inter Davidis præcepta, hoc unum, inhibitio Excelſorum, quod minimè obſervavit Salomon: etenim antequam in Gabaön aſcenderet, iam pererraverat per alia atque alia Excelſa, in quibus populus immolabat, nec exauditus eſt à Domino, quouſquè tranſivit in Excelſum Gabaön, quò licitum erat immolare, *nam apud legitimum Tabernaculum & vetus holocauſtorum altare manebat Sadoc*: infit Serarius in 2. *Reg.*8. num. 10. Dum ergo dicitur Salomonem deliquiſſe ſacrificando in Excelſis; haud intelligendum de Excelſo Gabaön, ſicut nec intelligi quibat de Excelſo, ubi erat Ar-

Tam ad priſcum Tabernaculum, quàm ad Arcam quibat ſacrificari. — 1. Reg. 7. 2. — *David nunquam ſacrificavit in Excelſis.* Maluend. — 3. Reg. 3. 3. — Serarius.

Salomon propensus in Excelsa. ca in civitate David : solummodò exprobrantur immolationes in Excelsis alijs. Ni dicas ingeniosè cum Caietano hìc, Salomonem deliquisse, haud quia in Excelso erat Tabernaculum & altare ; sed quia sub utriusque venerabili specie, Excelsum tantùm quærebat. *Nisi delectabile fuisset* (inquit) *Salomoni, immolare in locis excelsis, non attulisset Scriptura hanc rationem excelsitudine loci ; sed ex Tabernaculo Domini & altari ibidem.* Ex oppositio David : haudquaquàm optavit ire in Gabaön, & ibi sacerdotem Maximum Sadoc constituit, quoniam celebrius Gabaoniticum Excelsum ; sed quia illo in Excelso erat Domini altare, ac Tabernaculum. Pro illo tunc non erat designatus locus in templum Domini, quùm ille pòst designaverit, 1. *Paralip.* 22. 1. & 28. à v. 11. Eam ob causam sub Davide illa Excelsa arcis nimirùm Sion, & Gabaön, haud quia Excelsa ; sed quia hìc Tabernaculum, & ibi fœderis Arca, destinata sacrificijs. His patet elogium Davidis, Ezechiæ & Iosiæ : equidem præter hos cuncti Reges Iudà vel sacrificarunt, vel permiserunt Excelsa. Ut ergo loca sacra Tabernaculi & Arcæ honorarentur ex iure, David Summum divisit Pontificatum : ita ut Abiathar ministerium obiret coram Arca in Ierusalem; & Sadoc in Tabernaculo quod fixum in Gabaön.

Et ferè Reges Iudà.

1. Paral. 24. 3. 16 Sic ergo præscribitur : *Divisit eos David ideſt, Sadoc de filijs Eleazari, & Achimelech de filijs Ithamar.* Ex isthac Pontificatus divisione, præter num. 11. expressa, alia & graviora insurgunt incommoda : igitur quæcunque à lege decreta penitùs patent irrita : & quæcunque ab hac constitutione pendentia, omninò dubia : siquidem Israëlitæ ambigere quibant, uter illorum in legis quæstionibus adeundus ; uti præscribitur, *Deuter.* 17. 9. Instituto primo Pontifice Aärone ac sacrato, dicitur Exod. 29. à v. 29. *Vestem sanctam, qua utetur Aäron, habebunt filij eius post eum, ut ungantur in ea, & consecrentur manus eorum : septem diebus utetur illa, qui Pontifex pro eo fuerit constitutus de filijs eius* : & Levitic. 6. 22. *Offeret Sacerdos, qui iurè patri successerit.* Qua de causa moriens Aäron nudatur veste sacra, qua induitur hæres Pontificatus Eleazarus filius eius : *Numer.* 20. à v. 26. Expiatio Sanctuarij erat necessaria, equidem Levitic. 16. 32. præscribitur : *Expiabit autem Sacerdos, qui unctus fuerit, ut sacerdotio fungatur pro patre suo.* Expiatio utique quotannis signata ; verùm duobus Pontificibus, ignotum, à quo facienda. Similiter Numer. 35. 25. de innoxio sanguine, etsi secuta nece, decernitur : *Manebit ibi* (in civitate nempe refugij) *donec Sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est, moriatur.* Si duo existunt, utrius mortem expectabit, ut profugus in propria revertatur? Haud maior causa unius, quam alterius.

Incommoda contra legem ex duobus Pontificibus Maximis.

Lev. 6. 22.

Cap. 16. 32.

Num. 35. 25

17 His non obstantibus inconcussum apud PP. & Expositores, divinà inspiratione, ac dispensatione Davidem Pontificatum dividisse ; sicut concessum à Deo, prisco permanente, novum Arce Tabernaculum erigere. Hinc ne contentio esset in ministerijs, & confusio in Sanctuarij ministris, *divisit eos David : ideſt Sadoc de filijs Eleazari, & Achimelech de filijs Ithamar* (filiorum Aäron) *secundum vices suas & ministerium.* Pende in propositum *Ministerium* & *vices* : igitur si aliquod solius Pontificis ministerium, per vices à singulis gerebatur. Unde functio expiationis Sanctuarij illum spectabat, cui illa in hebdomade ministratio successiva obtigerat. Ita alij sacerdotes ministrabant per vices, de quibus ibidem : etiamque Levitæ & ministri alij, de quorum ritu, dicitur, 4. Reg. 11. 9. *Qui ingrediebantur Sabbatum, cum his qui egrediebantur Sabbato* : & 1. Paralip. 9. 25. *Veniebant in Sabbatis suis de tempore usque ad tempus.* Summus autem Sacerdos, ni ultrò vellet, esset que cordi ; haud ministerijs quotidianis præsens erat, nisi Sabbato, calendis, alijsque solemnitatibus. Hac igitur divisione excusabatur electio Vicarij Pontificis crebra in Israël, ne forsitàn quia impurus nequiret expiationem obire. *Positum in more fuit* (ait Maimonides ubi supr. *cap.* 1.) *ut Pontifici constituerent quendam alium Pontificem : nam si quid ei contigisset, quo impuratus videretur, alter ille vice eius rem sacram faciebat. Cæterùm Vicario huic, qui pro illo in adyta ibat, non opus initiatione fuit, sive contaminari Pontificem ante iuge sacrificium matutinum, sive post oblationes peractas contigisset. Quàm primùm autem dies Expiationum præterijsset ; prior ille redibat ad munia sua : Vicarius autem se abdicabat. Quòd si prior moriebatur, alter ille in eius locum substitutus.* Eventum refert Iosephus *Matthiæ Pontificatu* (ait lib. 17. *Antiq.* cap. 8.) *accidit, etiam alium Pontificem ad unam diem substitui, qua Iudæi populariter ieiunium celebrant : nam Matthias ea nocte, quæ præcedebat diem ieiunij, visus est sibi per somnium cum uxore congredi : & cùm ob hoc ad rem divinam faciendam, non esset idoneus, Ioſephus Ellemi filius adiutor vicarius propter cognationem ei datus est.*

1. Paral. 24. 3.

Vices duorum Pontificum quales?

Electio Vicarij Pontificis, quando in Synagoga?

Maimonid.

Iosephus.

De-

18 De veste augusta Sacerdotis Maximi inter utrunque nulla poterat esse disceptatio: quippe cùm in exedra singillatim ad hoc deputata custodiretur; cui obituro ministerium illud, erogabatur. Post servata fuit in ædicula templi, quæ dicebatur *Pontificis conclave*: Cunæus de *Hebr. Republ.* lib. 2. cap. 3. Ducatu Asamonæorum obserata turri fortissimà, quam decursu temporis Herodes *Antoniam* vocavit in blandimen Marci Antonij Triumviri, cum quo maxima necessitudo. Ita perglorioſum fuit, illam vestem custodire; ut Romani sibi vi honorem vendicaverint, expulsis Sacerdotibus, ac post à Cæsare confirmato privilegio. *Accitis Pontificibus, & Hierosolymorum primatibus* (inſit Iosephus de Fœdo Claudij Imp. procuratore *lib.* 20. cap. 1.) *mandatum Cæsaris eis exhibuit, ut talarem tunicam, & Sacerdotalem stolam, quam solum Summum Pontificem induere fas est, in castellum Antoniam deponerent; ut esset in Romanorum potestate, quemadmodùm olim fuerat.* Hoccine scitum, gratiæ ac benevolentiæ munere erga Agrippam, revocavit Claudius, iubens Pontificalem stolam & coronam servari à sacerdotibus; sicut pridem Vitellius Syriæ Præses illis lubitò concesserat. Cuncta refert Iosephus *lib.* 18. *cap.* 6. *Stolam cum omni ornatu Pontificio permisit in templo asservari à Sacerdotibus, quemadmodúm & olim hoc ius habuerant: sed eo tempore deponebatur in castello Antonia, ob hanc causam: Hyrcanus Pontifex eius nominis primus, extructá prope templum turri, degebat in ea maiorem temporis partem, & quoniam hanc stolam habebat in sua custodia, qua nemo præter illum utebatur, recepturus privatum habitum, eo loci illam deponebat. Idem mox fuit etiam successoribus ipsorum posteris. Herodes autem regnum adeptus, turrim hanc oportuno loco sitam, magno sumptu exædificatam denominavit ab amico Antonio: & stolam, ita ut ibi reperta est, detinuit; ratus eò magis obnoxium se habiturum populum. Idem fecit Archelaus, filius eius & successor, cuius regno in Provinciam mutato, Romani simul & Pontificiæ stollæ possessionem nacti sunt, in cella ad hoc ipsum structá repositæ & obsignatæ sigillo Pontificum atque custodum sacri ærarij; præfecto castelli accendenti ibi lucernam quotidiè. Hanc septimo ante festum die* (scilicet Expiationis) *præfectus exhibebat Pontifici: qua purificatá indutus sacrorum tempore, sequenti die rursùm eam deponebat in cellam, ubi antea condita fuerat. Id fiebat singulis annis ter ieiunij tempore*: nimirùm, si scire vis, die 10. *Septemb.* quo Expiatio: die 15. quo festum Tabernaculorum: & die 22. in quo Collecta, de quo in *Ephemerid.* Hæc de veste Pontificis, ut clareat siccine, vel duobus in dignitate, longè iurgium esse posse. De libertate fugitivorum ex civitatibus refugij morte Pontificis Maximi; rationi consentaneum astruere, rem tanti momenti, frequentemque in vasta illa ditione (cùm mors casualis usquequaque occurrat) legibus stabilitam: nec prætermisisse iudices Sanhedrim prudentissimam cautionem, ne tot homines perirent, modò ab occisi propinquis fortassis invenirentur, & sub specie legis à lege deficerent; *Numer.* 35. 26. Quid tunc factum vel faciendum apud Expositores non inveni: si cogitare fas est, arbitror, cuiusvis Sacerdotis Summi obitu fugitivos libertate donari: tùm quia gratia amplificanda, tùm quia si ad mortem Summi Sacerdotis libertas præscribitur; quilibet horum erat summus Sacerdos. Uterlibet profectò præses in summo Sanhedrim concilio, ut ait Petrus Cunæus ubi supr. *cap.* 8. & Alapide, apud quem plura congesta in 17. *Deuter.* vers. 9. Similiter distributio fiebat proventuum annualium ad æqualitatem, de quibus, diximus *num.* 6.

Conclave Pontificis. Cunæus.

Ioseph. *Vestes Pontificiæ custoditæ à Romanis.*

Idem.

Restituta sacerdotibus copia custodiæ.

Pontifex præses Sanhedrim.

19 Ex his & ibi dictis oritur quæstio magnoperè implexa. *Numer.* 18. sic de Levitis & Sacerdotibus statuitur: *Dixit Dominus ad Aäron: In terra eorum nihil possidebitis; nec habebitis partem inter eos: Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israël.* Idem præscribitur *Deuter.* 18. à v. 1. Quomodò igitur Numer. 35. à v. 2. dicitur: *Præcipite filijs Israël, ut dent Levitis* (ideſt, tribui Levi, ex qua Levitæ & Sacerdotes) *de possessionibus suis urbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum; ut ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus & iumentis?* Cunctæ civitates fuerunt 48. quæ signantur *Iosue*, 21. & 1. *Paral.* 6. à v. 54. signatque Adrichom. in *Levi*, num. 6. & Ioseph. 4. *Antiq.* cap. 4. Deinde: expulso Abiathari à Pontificatu dixit Salomon, 3. Reg. 2. 26. *Vade in Anathoth ad agrum tuum.* De Ieremia dicitur, *cap.* 32. 9. quod emerit agrum in Anathoth, civitate sacerdotali: quo patet à Sacerdotibus & Levitis aliqua possideri, habereque partem inter filios Israël. Aliqui cogitant cum Lyrano, urbes, suburbanaque tribui Levi concessa duntaxàt ad usum, non quoad dominium directum; ut patet in Hebron, quæ civitas Sacerdotalis, 1. *Paralip.* 6. 55. con-

Num. 18. 20.

Cap. 35. 2.

Civitates Levitarum & Sacerdotum.

concessa Caleb in sempiternum : *Iosue*, 14. 14. cæterùm huiusmodi cogitatio claret sine fulchro, cùm dicatur Levit. 25. 33. *Domus urbium Levitarum pro possessionibus sunt inter filios Israël*, quas iurè vendere quibant, quo constat dominium : quod utique etsi haberent in suburbana, non poterant vendere, *quia possessio sempiterna est*; ibid. v. 34. ideſt, publica, omnium scilicèt Levitarum ad pecora pascenda : domus autem non promiscuè habitæ ; sed singulorum erant : qua de causa ipsi Levitæ in suis urbibus magistratus gerebant, & eligebant; quoniam monstrum, membra Sacra, caputque profanum. Caleb sanè concessi agri & vineæ, quæ in territorio erant Hebron, verùm civitas & suburbana erant sub dominio Levitarum. Vide Abulens. in 35. *Numer. quæst.* 2. Dum autem dicitur, tribum Levi inter Israëlitas nullam portionem possidere quiviſſe ; intelligendum est de sorte peculiari, qua terra promissionis dedita cæteris tribubus, cùm Deus esset hæreditas Levitarum : ideoque exsortes totius regionis divisæ. Attamen cùm necessarium in cunctis tribubus Levitas & Sacerdotes degere, ut docerent illas, cohiberentque Israëlitarum propensionem in idololatriam : iussit Deus dare Levitis in sorte aliorum 48. civitates, ex quibus tredecim ipsi Levitæ tradiderunt Sacerdotibus, ut ait Ioseph. 4. *Antiq.* cap. 4. Unde meditanter dicitur : *Domus urbium pro possessionibus sunt inter filios Israël.* Non *possessiones*, sed *pro possessionibus*; quia Levitæ nullam possessionem habebant : & pro possessionibus (quas habituri uti tribus cæteræ, ni altare Domini esset illis in alimentum) datæ sunt illis urbes ad habitandum. Adi Serarium in 21. *Iosue*, quæst. 1. Habuit igitur Abiathar agrum in Anathoth, & etiam Ieremias : hoſt est, urbanum prædium, ac ædificium cum horto satis amplo, quod quilibet in suis ædibus colere, ac in propria civitate erigere quibat, & simul ad posteros deveniebat, ut dicitur Deuteron. 18. 8. *Quod in urbe sua ex paterna ei successione debetur.* Ager suburbanus nequibat vendi, ut vidimus supr. Etiam dici potest verè agrum in Anathoth utrumque habuisse (qui namque vendi quibat propinquis) haud quia ex se præter urbes & suburbana poterant aliquam possessionem habere ; sed quia ille ager aliquando à possessore Deo devotus ; qui quidem cùm redemptus non fuerit, in ius Sacerdotum cedebat. Ita igitur dicitur Levit. 27. 21. *Cùm iubilei venerit dies, sanctificatus erit Domino, & possessio consecrata ad ius pertinet Sacerdotum.* Liquet ergo Levitam vel Sacerdotem agrorum possessionem posse habere, haud ratione sortis, sed sacri officij.

Cur domos, & non suburbana vendere poterant?

Lev. 25. 33.

Quid intelligatur per agrum, si Levitæ, vel Sacerdotis?

20 Tametsi in terra Israël, domos in habitationem haberent Levitæ & Sacerdotes, decimasque & alia in congruam sustentationem ; aliquibus placuit, alibi extra terram promissionis potuisse prædia emere ac possidere, uti de Barnaba dicitur, vendidisse agrum, quem in Cypro habebat, cùm esset Levites. Favet Maimonides in Halac. *Schemita-Veiobel, cap.* 13. *Videtur* (ait) *omne hoc locum modò habere in illa terra, quæ ex fœderis religione Israëlitis data est, quæque teneretur á filijs eorum, & divisa inter illos fuit : at in alijs religionibus, quas armis subigunt Reges, non deterior est Sacerdotum & Levitarum conditio, quàm cæterorum Hebræorum.* Haud arridet nobis huiusmodi placitum, quoniam quiqui ex tribu Levi, vivere debebant in medio filiorum Israël ; & quandiù ita degerent, illis in expensas sufficiebat, quod Deus legibus signaverat. Verùm cùm series Reipublicæ adventu Chaldæorum, & post exilium, incursu nationum circumiacientium, in tanta rerum Iudaicarum sursùm ac deorsùm euntium mutatione, omninò perturbaretur ; perperàmque possent Levitas decimis alere, qui nec fructus sibi quibant habere ; unusquis sibi consulebat, & quò poterat agrum in victum comparabat. Hinc derogatà lege bellis & cladibus, quæ præmebat in decimas Levitarum, integrà Republicà Iudæorum ; singuli Levitici aut Sacerdotalis generis extra vel in Iudæa sibi providebant de necessarijs ad vitam, ut claret ex agro Barnabæ in Cypro, vel ut aptiùs dicam, in ipsa Palæstina ; quippe ille dicitur Cyprius, & non ager : etiam de se refert Iosephus in propria *Vita* in fine. *Compositis Iudææ rebus, Titus* (ait) *conijciens, rus quod habebam iuxta Hierosolyma, mihi fore inutile propter milites Romanos, qui ibi relinquendi erant ad regionis custodiam ; alia prædia mihi donavit in Campestribus.* Aliter usuveniebat sub Sedecia & Salomone proprijs Hebræorum regibus : igitur illotunc non habebant Sacerdotes & Levitæ possessionem ullam in Israël, præter dicta *numer.* anteced. sicque Abiathar remisit Salomon depositum publico munere in agrum (scilicèt, domum suam) in Anathoth. Verùm dices : Quomodò si remotus à Pontificatu, describitur, v. 26. & pro illo Sadoc constitutus, v. 35. dicitur cap. 4. 4. *Sadoc & Abiathar Sacerdotes*, sicut sub patre David?

Act. 4. 36. 37. Maimonid.

Quomodò prædia habere poterant?

Ioseph.

3. Reg. 2. 26 27.

vid? Aliqui autumant, hìc *cap.* 4. fieri anacephalæosim, seu epilogum magistratuum tam David, quàm Salomonis, eo tempore quo Salomon successit patri, fato iam functo: ideoque Sadoc & Abiathar numerari Pontifices, quia sic tempore David, & dum Salomon ingressus in regnum. Mihi placet sententia Procopij, asserentis Abiathar revocatum ab exilio, ut fungeretur Summo Pontificatu cum Sadoc, à Salomone: causam addit Caietan. hìc. *Quam ob causam Abiathar esset dignus morte, nullibi invenio: adiuvisse enim Adoniam, antequàm Rex David promulgasset Salomonem in Regem, non erat dignum morte, eo quòd adiuvabat eum, qui ius primogeniti habebat.* Salomon ergo facti præcipitis resipiscens, Abiatharem ab Anathoth advocavit, ut cum Sadoc sicut pridem sacerdotium Maximum exerceret. Vel dici quit, decretum exilij expeditum, sed intercessione familiarum, vel perpensà seriò causà, sine effectu revocatum.

Factum dictum, quod fieri cœptũ. Caietan.

21 Sic igitur in utraque familia filiorum Aäron fuit perpetuò sacerdotium; Maximum autem ad tempus in hac vel illa familia: quo intelliges sanequàm illud, Numer. 3. 4. *Functi sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aärone patre suo.* Idem dicitur, 1. *Paralip.* 24. 2. additurque: *& divisit eos David.* Hic non pro personis, sicut in priori textu, accipienda sunt nomina; sed pro familijs sacerdotalibus: qua de re subditur: *Sadoc de filijs Eleazari, & Achimelech de filijs Ithamar, secundum vices suas & ministerium*: quippe ex utraque familia sacerdotes, altari servientes & per vices; sed Pontificatus Summus aliquando in familia Ithamar, aliquando in familia Eleazari. In hac usque in ingressum Heli: in illa usque ingressus est Sadoc; permanente nonnunquàm utraque familia, sive sub hoc sive sub illo, in ordinario cunctis filijs Aäron destinato ministerio. Patet, quippequàm missis sortibus sub Davide v. 6. dicitur: *Unam domum, quæ cæteris præërat, Eleazar: & alteram domum, quæ sub se habebat cæteros, Ithamar*: qui aliquot retrò sæculis fato functi. Utrique familiæ sub nomine Ithamar & Eleazari, præerat Summus Pontifex, qui profectò haud numerandus in his iactis quatuor supra viginti sortibus. *Non enim* (ait Maimonid. in *Halacha Cele-Hammikdasch*, cap. 5.) *in ordinem cogebatur, neque vices, stationesve observabat.* Unde loc. cit. v. 19. iungitur: *Hæ vices eorum secundum ministeria sua, ut ingrediantur domum Domini iuxta ritum suum sub manu Aäron, patris eorum*: hoc est, sub manu Summi Sacerdotis, filij Aäron, qui cunctis præërat. Dicitur autem de utraque familia sacerdotium, ob viginti quatuor vices (alternis scilicèt successionibus in Dei cultum per hebdomadas) in queis octo capita familiarum, seu octo familiæ erant ex Ithamar; sexdecim verò ex Eleazaro: ibid. v. 4. ita ut singulis, hebdomadem unam sacris ministrantibus; post centesimum sexagesimum octavum diem ordo rediret ad ministerium.

Vices Sacerdotum in Sanctuario.

Parentes pro filijs signantur aliquãdo.

Maimonid.

22 Ex his constat materia nostræ Tautologiæ. A Domino enim dicitur Heli: *Apertè revelatus sum domui patris tui, cùm essent in Ægypto in domo Pharaönis. Revelatus sum*: hoc est, favi, ostendi faciem meam, & simul gratiam, in electione Aäronis adhuc sub iugo Ægyptiaco (ut comitaretur fratrem) quem mox constitui summum Sacerdotem, succedentibus filijs in munere ac dignitate: quin etsi propter scelera ademi removens Pontificatum, haud substuli sacerdotium: quandoquidem Pontifice Heli, filij Eleazari serviebant altari; & filij Ithamar post mortem Abiathar, ingrediente in Summum Pontificatum Sadoc. Ita igitur vel fastiditus Dominus peccatis Ophni & Phineës, filiorum Heli, huic v. 31. dicit: *Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum: & videbis æmulum tuum in templo, in universis prosperis Israël: veruntamen non auferam penitús virum ex te ab altari meo.* Hæc materia: restat modò argumentum Tautologiæ. *Loquens locutus sum* (dicit Dominus) *ut domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum: nunc autem, absit hoc à me.* Quomodò, si quæ procedunt de ore Dei non fiunt irrita, & in Sempiternum Heli & eius patri promisit Pontificatum, simulque derivandum in posteros; modò minatur, à Summo Sacerdotio privatum, & concessum iri æmulis, nimirùm Eleazari familiæ? Idipsummet dubium occurrit diluendum de familia Eleazari: etenim post illustre Phineës, Eleazari filij, facinus, demonstrato zelo Dei suffossis adulteris in initiatione Beëlphegor; dicit Dominus Moysi: *Loquere ad eum: Ecce do ei pacem fœderis mei: & erit tam ipsi, quàm semini eius pactum Sacerdotij sempiternum.* Non utique in sempiternum, siquidem ut vidimus Pontifex constitutus Heli, de familia Ithamar: Similiter in perpetuitate familiæ Ithamar promissa, igitur sub Salomone elec-

1. Reg. 2. 27

Revelari pro favere.

Vers. 30.

Numer. 25. 12.

Promissiones quæ videntur absolutè, sunt conditionatæ.

electus summus Sacerdos Sadoc. Utiquè utrique familiæ promissio conditionata; quatenùs omninò staret, modo filij exactè munere fungerentur. Si conditio subsumpta fuisset apposita, essent officia in nepotibus perpetua.

23 Promissiones aliquando in Scriptura, ni conceptis verbis proferantur, sub conditione subintellecta proponuntur, quæ conditio alibi solet exprimi, uti cùm dicitur Sauli, 1. Reg. 13. 13. *Si non feciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſraël in ſempiternum.* Iuxta præsentem iustitiam promisit, & etiam iuxta præsentem iustitiam promissionem revocavit; quo claret promissio conditionata: de quo agemus, *Tom. 6. Tautolog.* 2. Iccircò apud Ieremiam dixit Dominus: *Si pœnitentiam egerit gens illa á malo ſuo, quod locutus ſum adverſus eam; agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitavi, ut facerem ei. Si fecerit malum in oculis meis, pœnitentiam agam ſuper bono, quod locutus ſum, ut facerem ei.* Frequenter enim promissiones absolutæ exponuntur in Biblia cum iuramento. Patet, dum iuravit Dominus, haud ultra inducendum diluvium super terram: *Iſai.* 54. 9. Similiter Abrahæ & Davidi Messiæ promissio: *Geneſ.* 22. 16. 18. *Pſalm.* 131. 11. sic igitur Isai. 7. 14. Achaz repugnanti accipere pignus in libertatem, dicitur: *Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce virgo concipiet & pariet filium.* Non secùs Psalm. 88. 36. *Semel iuravi in ſancto meo* (ideſt, *irrevocabiliter, immutabiliter, in media Eccleſia, ſolemniter*: Genebrard. hìc) *Si David mentiar* (*Si* pro *Non*, *Nunquàm*, *Nequaquàm*, ut sæpe alibi, uti fusè dixi, *Tom. 2. T. 11. numer.* 24. & 25.) *Semen eius in æternum manebit*: & 2. Reg. 7. 16. *Fidelis erit domus tua, & regnum tuum uſque in æternum ante faciem meam, & thronus tuus erit firmus iugiter.* At occurrit Antilogia in contradictione sententiarum. Inter quas protulit David, iamiam obiturus filio Salomoni; monet, toto corde incumbere legi, ut Deus confirmet sermones suos, quos locutus est: *Si cuſtodierint filij tui vias ſuas, & ambulaverint coram me in veritate in omni corde ſuo, & in omni anima ſua; non auferetur tibi vir de ſolio Iſraël.* Particula *Si* conditionem in promissis exponit: quo pacto erit verum iuramentum, *Thronus eius in æternum manebit*? Quomodò intelligendum, suppositâ haccine legum observantiæ conditione, quod absolutè promissum etiam sine custodia iuris, & fracta lege? Videris Psalm. præfato, à v. 31. *Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulaverint*, &c. *viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neque nocebo.* (Bibl. Antiq. *Decipiam*) *in veritate mea.* Gravis utique nodus: nihilominus facilis contrariorum concordia. Absolutè, ideoque cum iuramento facta Davidi & posteris de solio in æternum promissio; verùm nequaquàm super totum Israël: qua de causa, cùm siccine regnum esset conditionatum, ob Salomonis scandala, sub Roboäm, divisum est regnum, ac in tribum transivit Ephraim. Si respicitur in thronum, semper filij regnarunt David, quod illi absolutè concessum; quoniam etsi peccaverint filij eius, misericordiam Deus amavit: siquidem duas tribus reliquit in regnum, quanquam visitaverit in verberibus illorum peccata, removens decem à iugo: de quo, quia glomerata, difficilis quæstio; agemus suo loco, *Tom. 6. Tautolog.* 4. ad illud 3. Reg. 11. 11. *Diſrumpens ſcindam.* Liquet ex collatione Saulis & Davidis à Deo ibid. facta, v. 15. *Miſericordiam autem meam non auferam ab eo.* (Misericordia hìc, idem quod Hispan. *Atencion*) *ſicut abſtuli á Saul, quem amovi á facie mea.* Saul, sicut & David, toti præfuit Israël; sed ita à Domino reprobus abiectus, ut filij (& inter illos insignis, patri dissimilis Ionathas) nec minimam, nisi ad breve tempus partem possiderent regni. Filij verò David etsi delinquentes in solio manserunt semper, etsi non semper in omni Israëlitica ditione: quo constat quid absolutum, & quid respectivum in divina de regno promissione interceſſerit. Absolutum ergo regnum, conditionatum veruntamen regnum totum: quo amicè cohæres ly *Si cuſtodierint* & *ſi dereliquerint.* Dum ibid. dicitur: *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium*; ostenditur liquidò conditio de regno, quippe sine nota comparationis objcitur comparatio. Q. d. Si ille filius, utique me inveniet gratiâ ac benevolentiâ patrem: sin verò, nec ego pater. *Non filij eius in ſordibus*: Deuter. 32. 5. *Quia vos non populus meus, & ego non ero veſter*: Osee, 1. 9. Splendet fulgurans, ni fallor, cogitatio, 2. Paralip. 13. 5. ubi Abia, *Num ignoratis* (inquit) *quòd Dominus Deus Iſraël dederit regnum David ſuper Iſraël in ſempiternum ipſi & filijs eius in pactum ſalis*? Quid sit pactum salis dicemus *Tautolog.* 9. à numer. 60. modò

Ierem. 18. à v. 8.

Ni iuramento firmentur.

Pſal. 88. 36.

Genebrard. *Si pro* Non.

3. Reg. 2. 4.

Si particula conditionalis.

Pſal. 88. à v. 31.

Regnum posteris David quomodo promiſſum conditionatè, & absolutè.

2. Reg. 7. 15

Verſ. 14.

Comparatio ſine nota.

2. Paral. 13. 5.

Quid pactũ ſalis?

in propositum ex sola voce. *In pactum salis*, hoc scilicèt, conditionatè, quasi cum grano salis: quasi apertè dixerint promissiones: *Si custodierint filij tui testamentum meum.* Pſ.131.12. Non aliter accipiendæ, quæ factæ & Phineës & Heli de Summo Pontificatu: si custodierint, nimirùm, filij ipsorum, testimonia Dei, super sedem patrum sedebunt. Si non æterna, in æternum sedes promissa; promissio sanequàm conditionata: ita ut quæ divina oracula sponderent, dignatorum peccata propudiosè dirimerent.

24 Etiam dicere possumus *Sempiternum* non semper in Scriptura extendi in omnem quasi æternam durationem; sed tantùm in longum, diuturnum tempus: ut illud Psalm.104.10. *Statuit illud Israël in testamentum æternum dicens: Tibi dabo terram Chanaäm*, &c. Isai. 24. 5. *Dissipaverunt fœdus sempiternum.* Exod. 12. 14. *Cultu sempiterno*: & usquequaquè, *Legitimum sempiternum*, hoc est in longum tempus, vel à longo tempore retrò, ut illud Genes. 6. 4. *Potentes à sæculo.* Isai. 64. 4. *A sæculo non audierunt*: & Ioan.9.32. *A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati.* Idem intelligendum de vocibus, *Non ultrà, Non amplius, In sæculum sæculi, In generationem & generationem, in mille generationes*: igitur vel diuturnum tempus, uti diximus, significatur: Genes. 17. 8. *Dabo tibi & semini tuo omnem terram Chanaäm in possessionem æternam*: quasi in longissimum tempus. Exod. 21. 6. *Erit ei servus in sæculum*: usque ad annum, scilicèt, Iubilæi. Vel exprimitur continuatio; ut Psalm.15. 8. *In conspectu meo semper*: idest, frequenter. Idem Psalm. 39. 12. 17. & 50. 5. *Mille generationes*: Psalm.104. 8. *Crescas in mille millia*: Genes. 24. 60. *Custodiam legem tuam semper, in sæculum & in sæculum sæculi*: Psalm. 118. 44. Voces hyperbolicæ sunt, sicut illud Moysis Exod.15. 18. *In æternum & ultrà.* Vernaculè: *Para siempre jamas, mas allà del fin.* Particula *Non ultra* non semper exclusiva est, signatque aliquando *Non ita ut anteà.* Isai. 62. 4. *Non vocaberis ultrà derelicta: & terra tua non vocabitur amplius desolata.* Ubi ut vides *Non ultrà, Non amplius*, idem est, ac *Non ut pridem.* Pariter cap.2. 4. *Nec exercebuntur ultrà ad prælium.* Genes. 35. 10. *Non vocaberis ultra Iacob* (*ultrà* sicut anteà) *sed Israël erit nomen tuum.* Quo intelliges illud 4.Reg.6. 23. *& ultrà non venerunt latrones* (nempè, milites, de quo, *Tom.*8. *Tautol.*8.) *Syriæ in terram Israël*; cum v.24. subdatur: *Factum est autem post hæc, congregavit Rex Syriæ universum exercitum suum, & ascendit & obsidebat Samariam. Non ultrà* venerunt, etsi venerunt; quippe non eàdem felicitate in incursionibus, qua priùs: etenim vel trucidabantur, vel revertebantur per iter, quò venerant. Nostrà dialectò: *Con las manos en la cabeza.* Vel venerunt, sed enim haut ita frequenter, ut veniebant priùs. Elige, quod mavis. Ultrà & ultra filij Phineës & Heli primatum Sacerdotij possiderent in Sanctuario, quippe Pontificatus utrique familiæ à Deo promissus in sempiternum: at *sempiternum* intelligi congruit per tempus diuturnum, sicut vel Ethnicus dicit, *lib.*1.*Epist.*10.v.41.

Sempiternũ pro longa diuturnitate temporis.

Idem, A sæculo, Non Ultrà, &c.

Semper *pro* frequenter.

Quid, In sæculum sæculi, & Mille millia?

Non ultra *pro* Non ut pridem, *vel* Priùs.

4.Reg.6.23

Pro Rarò, *vel* Non ita frequenter.

Serviet æternùm, qui parvo nescìet uti

Horat.

Et Propertius *lib.*3. *Eleg.*22. v.24. *Æternum opus.* Si absolutè promisisset, ipsi immutabiliter essent sacerdotes,

Et nati natorum & qui nascentur ab illis,

Virgil.

Quandiù durasset Synagoga: cæterùm quia propter illorum corruptelam frustrata conditio, suppositione cuius esset pactum sempiternum; *Ly sempiternum* duntaxàt connotavit longam utriusque familiæ propagationem, in quibus per diuturnum tempus solium esset Sacerdotij Summi; uti fuit in prima, usque ad Heli, ac in secunda, usque ad Sadoc. Hoccine profectò, quod Dominus dicit Heli: *Loquens locutus sum, ut domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo.* 1.Reg.2.30

25 Modo agendum de verborum forma, in qua etiam diluceſſent præfata in materiam argumenta. Loqui hìc non sumendum rhetoricè, quod dicitur *dicere*; præut locutio ornata, omnibus numeris eloquentiæ absoluta, ubi *immutatio, dispositio & ordo, & relatio, & digressio & circumscriptio*: ut ait Quintilian. lib. *9. Institut. Orator.* cap.1. nec pro proferre quælibet, & qualiacunque verba: nec quatenus dicere artificiosè fiat, & loqui sit à natura; quippe rationali debetur sermocinatio, unde ad illud Genes.2. 7. *Factus in animam viventem*; pro rationalitatis expressione legit Chald. *Factus est homo in animam loquentem*: sed tantùm sumendum pro actu dicentis; quippequàm dicere est actus locutionis: distinguitur utique in Hebræo verbum *Amar*, quod est dicere, à verbo *Dabar*, quod est loqui. Illud significat actum dicendi, idest per veram verbi interni enuntiationem: hoc proferre verba & voces quoad so-

Quintil.

Quid loqui & dicere?

Chald.

Discrimina. sonitum sine mente, ut patet in infantibus & loquacibus alitibus. *Dabar* ferè sine respectu ad alterum: *Amar* nonnunquàm alterum connotat; quia homo secum quit loqui, sed nequit nisi alteri dicere. Alij Hebræi astruunt, *Dabar*, seu loqui esse enumerationem dispositionis, seu ordinis alicuius rei, vel historiæ: *Amar*. ceu dicere, ipsam dispositionis ac ordinis enuntiationem. Alij denique dicere tantùm extendunt ad res communes; & loqui non nisi ad sanctiones momenti maximi. In Biblia igitur tam *Amar*, quàm *Dabar* promiscuè inveniuntur. Discrimen dicendi & loquendi apud Latinos videsis, si tanti est, apud Marc. Varron. 4. de *Ling. Latin.* cap. 7.

26 Loqui in Sacra pagina multifariàm accipitur, de quo egimus fusè, *Tom. 3. Tautolog.* 3. à n. 5. modò tantùm agendum de aliquibus acceptionibus, ibi in hunc locum meditanter omissis. *Loqui de aliquo*, est alicuius mentio in bonum. Ierem. 31. 20. *Si filius honorabilis* (*Si*, imperfecta oratio est, per Aposiopesim, vel Euphemismum,

Aposiopesis & Eupbemismus. ut illud Ezechiel. 20. 39. *Si in hoc non audieritis me*: ubi pendula oratio, sine animi expressione, in maiorem expressionem animi: quare iuxta dicta loc. cit. *T. 12. n.* 17. & 18. subintelligendum est aliquid, ut in præsenti, *Si*: q. d. Etsi facta facta, adhuc *filius honorabilis*) *mihi Ephraim*; *quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius:*

Quid loqui de aliquo? *conturbata sunt omnia viscera mea super eum*: igitur de illis quos animus aversatur, dicit David: *Nec memor ero nominum eorum per labia mea*: Psalm. 16. 4. Sic igitur dici solet: Obliviscitur serò, qui dilexit aliquandò. Lenocinatur memoria cordi benè volenti. Ezechiel. 38. 17. *Tu ergo ille es, de quo locutus sum in diebus antiquis, ut adducerem te super eos.* Et cap. 39. 8. *Ecce venit & factum est: hæc est dies, de qua locutus sum.* Gaudium exprimitur & complacentia. In hunc ferè sensum reducitur *Lo-*

Ad cor? *qui ad cor*: Idest, loqui iucunda, cordi grata, quæ vocat Psaltes Regius *Desiderium animæ*: Psalm. 20. 3. quasi optata nunciare, aut dicere, queis cor mollescat, & levetur à mœstitudine: *Loquimini ad cor Ierusalem, & advocate eam*: Isai. 40. 2. *Osee.* 2. 13. *Amos*, 3. 8. & 2. *Paralip.* 30. 22-32. 6. Hebr. in illud Genes. 50. 21. *Eos blandè ac lenitur est locutus*, legit: *Locutus est ad cor eorum*, Huiusmodi alloquium idem est ac solatium. Thren. 1. 2. *Non est, qui consoletur eam.* Hebr. *Qui alloquatur. Eccl.* 4. 1. *Vidi lachrymas innocentium, & neminem consolatorem.* Novarin. in *Umbr. Virgin.* num.

Super aliquem? 1654. *Et neminem alloquentem.* Apuleius lib. 4. *Metam.* etiam infit: *Eam sic verbis alloquuntur*: pro consolantur: Euripides in *Herad.* v. 575. *Alloquio allocutura.* Econtrà usurpatur *Super aliquem loqui*: *Super* Idem tunc quod *Contrà.* Thren. 1. 5. *Dominus locutus est super eam.* 2. Reg. 12. 11. *Super te de domo tua.* Psal. 82. 4. *Super populum tuum malignaverunt consilium*: & (pro *ideſt*) *cogitaverunt adversus sanctos tuos.* Isai. 37. 22. *Verbum quod locutus est Dominus super eum*: Sennacherib, scilicèt. Ierem. 11. 17. *Dominus locutus est super te malum.* Etiam apud Profanos. Virgil. 8. *Æneid.* vers. 245.

Virgil. ——— *Superque immane barathrum*
Cernatur: trepident immisso lumine Manes.

Propert. Tacit. Petron. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 7. v. 11. *Volucres super Ossa*: & 4. Eleg. 4. v. 91. *Super obruit armis.* Tacit. 4. *Histor.* cap. 69. *Super caput legiones.* Petronius in *Satyr.* ait: *Super nos fortuna negotium curat. Novaculam super iugulum.* Indicatur simili phrase tædium, & multoties implacabile odium. Vividè 2. Reg. 13. 33. *Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus.* Vernaculè: *Le trahia sobre ojos*; anceps opportunitatis in vindictam: natàque occasione intulit damnum, quippe in indicem, pridem iam locutus super eum.

27 Dum iungitur verbo verbi participium, vel gerundium, ut vidimus sæpe, epitasis notatur: tuncque exponitur quodcunque additum per adverbium. Ita diluit præ-

Participium pro Adverbio. sentem Pleonasmum Alapid. *Loquens locutus sum*: ideſt, *Certè locutus*: q. d. firmiter decreveram. Patet, quùm Deus noluit accipere obsequium David de ædificando templo: igitur 2. Reg. 7. 7. dixit: *Nunquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israël, dicens*: *Quare non ædificastis mihi domum cedrinam?* In participio verbi claret adverbij significatio; velut si diceret: Aliquando, aliquomodò, vel indirectè saltem, etsi filios Israël cumulaverim bonis; dixi potentioribus, ut mihi templum erigerent? Indicatur perspicuè, 1. Paralip. 17. 6. quo loco adverbium adhibetur pro participio: *Nunquid* (ait) *locutus sum saltem uni Iudicum Israël?* Hebr. & Caietan. *Nun-*

Prima expos. *quid verbum locutus sum?* Ideſt, nec verbum: penitus tacui. Aliter ego, dum *loquens locutus sum* de domo Abiathar: omninò decreveram, firmiterque statueram Sacerdo-

tium

tium meum in eius familia manere. Ita dixi. Unde Maluend. legit: *Dixeram quidem omninò decreveram.* Liquet ergo huiusmodi expositione, præter infrà dicenda, quomodò delicandus huiusmodi Idiotismus, & alij affines modi loquendi Hebraica dialecto. Usquequaquè occurrit *Dicere dicendo*: & in loc. cit. nuper: *Loquens locutus, dicens.* Tunc igitur participium extremum est particula exegasica, exergetica, seu expositiva, quasi dixeris *Nimirùm, Scilicèt*, &c. Matth. 2. 17. *Dictum est per Prophetam dicentem* (intellige, dictum est per Prohetam scilicèt) *Vox in Rama audita est*, &c. Luc. 14. 3. *Iesus dixit dicens*: nimirùm, *Si licet, sabbato curare?* Ierem. 11. 7. *Contestans* (coràm, videlicèt) *contestatus sum.* Idem in Hebræo, dum obijciuntur verba æquivalentia, 2. Reg. 3. 24. *Abijt & recessit*, quod idem est, ac abire pacificè, de quo egimus *Tautolog.* 2. n. 11. in Hebr. legitur per infinitivum, *Abijt ambulare*; per gerundium, *Abijt eundo*: per participium, *Iens recessit*: & denique per adverbium, *Liberè abijt.* In Vulgato sæpe invenitur econtrà verbum pro participio. Eccli. 24. 12. *Qui creavit me, requievit* (idest, requiescens) *in tabernaculo meo, dixit mihi.* Alibi participium pro verbo. Ruth. 4. 17. *Congratulantes & dicentes*: pro congratulantes dicebant. 1. Cor. 12. 2. *Ducebamini euntes*: Rom. 12. 11. *Spiritu ferventes, Domino servientes, spe gaudentes*, &c. hoc est, fervete, servite, gaudete: idem, 2. *Cor.* tot. *cap.* 10. Hi modi loquendi manant ex eo, quò Hebræi indicativis carent; qua de causa utuntur participijs.

Maluend.

Exergasia. Matth. 2. 17. Luc. 14. 3. Ierem. 11. 7.

Infinitivus, gerundium, & participium pro Averbio.

Verbum pro participio, & econtrà.

28 Aliud in Tautologiam cogitandum. *Loqui loquendo*, præut arbitror, innuit assertionem decreti firmissimè (subintellecta conditione, ut suprà diximus) subsistentiæ Sacerdotij in domo Abiathar, modò filij eius starent in statu perfectione: Hispanicè: *Di, empeñè mi palabra.* Non irrita, q. d. Dominus, verba mea: fidem oppignoravi. Sic igitur ut pollicita rata permanerè signentur; 3. Reg. 8. 15. dicit Salomon: *Locutus est ore suo ad David patrem meum, & in manibus eius perfecit.* Isai. 40. 5. *Os Domini locutum est.* Idem *Mich.* 4. 4. Additur siquidem instrumentum necessarium, dum in alijs testimonijs exponitur participium, ut in & ex utroque dicendi stylo notetur substantis permanentia promissionis. Quæ de Dei labijs procedunt, firmissima sunt, ita ut sufficiat dixisse, in effectus infallibilitatem: Ezech. 17. 21. *Ego Dominus locutus sum.* Isai. 1. 2. *Dominus locutus est.* Idem *Ioel*, 3. 8. Zachar. 7. 13. *Factum est, sicut locutus est.* Ubi notandum, non solùm factum quod dixit, sed sicut dixit: *Ore locutus es, & manibus perfeciſti.* 3. Reg. 8. 24. Idest, facta perfectè, & profectò, quæ à Domino dicta. Sic igitur quod simpliciter dictum per *Loqui*; addito gerundio, adverbio, participio, vel suppositio necessario, indicat non tam dictum, quàm in dictis dicentis conatus & propositum: equidem cùm verba ex mente sint; idem est *loquentem loqui*, vel *loquendo loqui*; quòd meditatò, ac libera mente loqui, cunctis circunspectis; ut transeat enuntiatione verborum in audientium notitiam, quicquid à ratione meditatò decretum. Occurrit alia siccine expositio in testimonia n. anteced. memorata. *Dixit dicens*: Hoc est, meditanter locutus. *Dictum per Prophetam dicentem*: idest, consultò, cordis intuitu, cogitatò, mente perspicua, consideratione perfectà, ubi sine umbris intellectio, quippe non dicta affectionis, nec affectationis, fuco; sed clarè prævidens omnia. Haud facilitate affectuum verba prolata, sed animadversione discussa. Ezech. 33. 10. *Sic locuti estis, dicentes*: nimirùm, præmeditatò locuti. Haud aliter illud: *Devotione devovimus*: scilicèt, seriò, conceptis verbis, sine violentia devovimus, vel os aperuimus Domino in huismodi votum, & locuti sumus animo deliberato, ac perfectà deliberatione. Eadem phrasis invenitur & eodem sensu in Philone Bibl. *Dominus dixit ad eos dicens.* Imò Sophocl. in *Aiac.* v. 751. illà utitur: *Sic dixit Minerva dicens.* Etiam in *Antigon.* v. 1063. proponenti Creoni, *Si dixerit dicens*; respondit Tyresias: *Incitabis me immobilia per mentes loqui.* Et Euripides in *Ion.* v. 1336. *Quæcunque dices, dices.* Elucet in promissionibus, aut simplicibus vervis immotum & immobile, quod loquendo dicitur: unde sensus testimonij sacri erit: Firmissima sanè in promissione Sacerdotij verba mea; equidem dicens dixi, ac *loquens locutus sum, ut domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum.* Promisi ex animo, non ore tantùm, sed pectore, cordi aptatà linguà. Ita pomum Persicum dicatum Isidi, ait Plutarch. de *Isid. & Osirid.* ut concordia oris & cordis signaretur. Vide Pier. Valerian. lib. 54. cap. 18. Ioach. Camerar. *Centur.* 1. Emblem. 44. Carol. Clusium in *Hispan. observ.* Alciat. *Embl.* 142. & Picinell. lib. 9. cap. 27. Unde Seneca, *Epist.* 75. de sensu locutionis, & locutione sensus, subdit: *Hæc sit propositi nostri summa.*

Loqui Deum ore, vel loqui loquentem pro ratificatione promissionis.

Luc. 14. 3.

Act. 23. 14.

Phil. Bibl. Sophocl. Eurip.

Secunda expositio. Cordis & oris coniugium, rationale.

Senec.

29 Quod nos adverbij appositione in vim verbi exprimendam facimus, ferè linguæ Orientales gerundio, participio, aut verbi geminatione perficiunt; ita ut non tam facta aut prolata, quàm animi conatum, affectusque vehementiam in prolatis, factisque præ se ferant: quapropter huiusmodi stylus sapit iuramenti conditionem. Sæpe utique in Scriptura, loqui Deum, pro iuramento usurpatur: Numer. 14. 17. *Sicut iurasti, dicens*: Hebr. *Sicut locutus est.* Maluend. *Sicut locutus fuisti ad dicere.* Ideſt, uti vidimus, *sicut dixisti dicens*, vel *loquens locutus es*, Tautologicè, ut vult Lyranus, Richelius verò legit: *Sicut cum iuramento promisisti.* Adi Lorinum hìc, repetitione enim verborum indicatur iuramentum: & cum iurata frustrari non liceat; huiusmodi stylus ostendit Dei immutabilem sententiam. Vel apud Profanos usus.

Loqui loquendi pro iuramento, & sententiæ firmitate.

Virgil.

——Manent immota tuorum
Fata tibi, Cernes urbem & promissa Lavini
Mœnia, sublimemque feres ad sidera cœli
Magnanimum Æneam. Neque me sententia vertit.

Succinit Virgilius, 1. *Æneid.* v. 261. Priùs Homerus, 1. *Iliad.* à v. 524. de Iove sponsore ait:

Homer.

Iam tibi capite annuam, ut confidas.
Hoc enim ex me cum immortalibus maximum
Signum: non enim meum revocabile, neque fallax,
Neque sine exitu quodcunque capite annuam.

Alludit in morem olim iurantium, qui indicem, vel totam manum, cœlum versus extollebant, quasi eo signo, maximè teste cœlo, staturi promissis. Cicero in *Verrem*, 6. *Digitum* (inquit) *tollit Iunius patruus.* Vide Erasm. *Chil.* 3. *Centur.* 4. *Adag.* 14. & Brisson. de *Formul.* lib. 1. & 6. In sacris idem indicitur ritus. Genes. 14. 22. *Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum*: Maluend. *Iuravi elata manu mea ad Iehova.* Hoc igitur signo profitebantur se Deum præsentem habere, veritatis testem, ac falsitatis vindicem. Daniel, 12. 7. *Audivi virum, qui indutus erat lineis, cùm elevasset dextram & sinistram suam in cœlum, & iurasset per viventem in æternum.* Idem Apocal. 10. 5. Ab humano more de Deo per anthropopathos dicitur quoque ritus. Exod. 6. 8. *In terram, super quam levavi manum.* Numer. 14. 30. *Non intrabitis terram super quam levavi manum meam, ut habitare vos facerem*: Denique Deuter. 32. 40. *Levabo ad cœlum manum meam, & dicam: Vivo ego in æternum.* Quo constat huiusmodi ritu confirmari promissiones, ut haberentur rata, quæ designaverant verba.

Manum vel digitum levare forma irrevocabilis promissionis.

Anthropopathos, & Somatopœia.

30 Promissa ferè haud sortiuntur effectum, vel propter fraudem contractus, vel propter pœnitentiam ex consilij mutatione, vel propter impotentiam facultatis In Deo nulla prorsùm fraus: nequit fallere, nec falli. Non Deus volens iniquitatem. Quænam ergo excogitabilis impotentia in Omnipotente? Non erit impossibile apud Deum omne verbum, quod videtur hominibus impossibile. Mutatio consilij in Deo nunquàm vel in promissis conditionatis; quoniam dum conditionem in effectum supposuit, vel in decreto absoluto absolutè non promisit. Hinc iurè dicitur: *Non est Deus quasi homo, ut mentiatur: nec ut filius hominis, ut mutetur.* Numer. 23. 19. *Triumphator in Israël non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo est, ut agat pœnitentiam.* 1. Reg. 15. 29. In decretis firmiter perseverat; *eò* (ait Ierem. 4. 28.) *quòd locutus sum: cogitavi, & non pœnituit me; nec aversus sum ab eo.* Nihil enim ei novi accidit, ut meliora cogitet; nec aliquid melius ratiocinando reperit. *Ego locutus sum, & adducam illud*: Isai. 46. 11. *Quæ locutus sum, incipiam & complebo.* 1. Reg. 3. 12. Homines, cùm illis virtus non sit, quanta præsumptio virtutis; incipiunt, sed meditata complere non possunt: qui subsannari ferè à Deo, uti arroganti Regi Tyri insultat, Ezech. 28. 9. *Nunquid dicens loqueris, cùm sis homo, & non Deus?* Conditio ergo Dei, est dicere loquendo: igitur si semel dixit, dictum efficaciâ factum: dixit Deus, *Fiat*, & factum est. *Genes.* 1. 3. *Psalm.* 134. 6-148. 4. Sic intelligitur illud Centurionis: *Tantùm dic verbo.* Sat quòd dicas. Verba potentis sacramenta sunt. Cognoscit Deitatis potentiam, & loquentis efficaciam. Verbum tripliciter accipitur. Verbum substantiale, quod est Deus; verbum internum, quod est hominum & Angelorum; & verbum enunciatum prolatum verbis. De hoc loquitur Centurio pro virtute Dei loquentis. Optimè lectiones: Arabic. *Dic verbum tantùm.* Syr. *Dic verbo tenùs.* Brugens. *Iube Sermone: dic uno verbo: tantùm lo-*

Obices promissorum.

Quid sit in Deo, pœnitudine non flecti?

Matth. 8. 8.

Verbum triplex.

que-

quere. Cui cuncta serviunt ad nutum, in salutem iacentis sufficit verbum. Dicens loquitur cùm sit homo & simul Deus. Dicit, verùm quorsùm *Verbo* additur? *Supercilijs annuit Iupiter*: ait Homer. ubi supr. v. 528. Innuit quàm firma, quæ promittit Dominus: igitur vel verba superflua, si sat in effectum nutus. Promissionem acceperat perpetui Sacerdocij domus Heli: & cùm Dei verba habeant in decretis efficaciam, simulque promissorum nullam agat pœnitentiam; in firmitatem Pontificatus Summi in domo & familia Heli, dicitur meditatò, quòd *loquens locutus est.* *Tertia expositio.*

31 At incidimus in caveam. Perpende: *Loquens locutus sum, ut domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum: nunc autem dicit Dominus: Absit hoc à me.* Videtur planè mutatio consilij, quæ dicitur pœnitentia: equidem iuxta Tertullian. 2. Contr. *Marcion.* cap. 24. *Nihil aliud, quàm simplex conversio sententiæ prioris*; quam sine imperfectione (quippe à dolore cordis, à perturbatione mentis patet aliena) Scriptura tribuit Deo, Genes. 6. 6. *Pœnituit eum, quòd hominem fecisset.* 1. Reg. 15. 11. *Pœnitet me, quòd constituerim Saul regem.* Denique Ion. 3. 10. ubi: *Misertus est super malitia, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit.* Hebr. *& pœnituit Dominum*, &c. de quo egimus *Tom.* 2. *Tautolog.* 1. *n.* 2. Aliter enim hìc cogitandum, quoniam in Deo nulla possibilis mutatio, nec sententiæ prioris simplex conversio, iuxta illud Malachiæ, *Ego Dominus & non mutor.* In mutationibus decretis à Deo, Deus non mutatur; cùm *mutandarum rerum sit immutabilis ratio, cuius est* (inquit Augustin. lib. 15. *Civ.* cap. 25.) *de omnibus omninò rebus tam fixa sententia, quàm certa præscientia.* Decreta nunquàm sunt conditionata, sicut futura contingentia; sed absoluta, estò respiciant futura conditionata. Cuncta sanè præsciuntur à Deo, & iuxta præscientiam absolutè decreta; quippe omnibus modis cognita; sive futura, utpotè contingentia, fiant, vel non fiant: equidem si fiunt, iam expeditum decretum: & etiam quid agendum, decretum; si non fiunt: v. g. conditione in promissione servatà, standum promissis: sin autem, non standum. Utrumque Deus absolutè decrevit. Dum necessarium iuxta irritas conditiones contraria agere, Deus non immutatur: perpetàm immutatio consilij, seu conversio, etsi simplex, sententiæ prioris dici potest; dum exequitur quòd decrevit, & etiam priùs decrevit, ubi iuxta prolatas conditiones promisit. Haud sanè potest cogitari conditionibus positis circa futura contingentia, aliquid absolutè dandum; quin simul decernatur absolutè negandum, si frustrentur conditiones: aliàs supervacuum esset, *Si feceris*, vel *non feceris.* Idem enim absolutè decretum immutabile perseverat ad utrumque; quoniam utrumque positis conditionibus absolutè unà decretum. Si aliquod aliqua conditione promittitur, & conditio frustratur; non conceditur. Non ignorat Deus eventum, imò ut ait ubi suprà Tertullianus, *non ignoraverat ita eventurum*: si expediuntur decreta iuxtà cognita, & cognoscit Deus modò ponendam, pòstque omittendam conditionem ad promissam gratiam; necessariò dum decernitur positâ conditione gratiæ concessio; frustratâ conditione, decernetur absdubiè gratiæ negatio. In contractu conditionato respectus est duplex in decreta Dei, at decreta absoluta; quippe absolutè concedet, vel non concedet gratiam iuxta conditionem appositam, vel omissam. Quare dum in Deo promittente dicimus decretum conditionatùm; non est conditio in decreto, quod absolutum est, ut per se patet cùm dicitur Genes. 4. 7. *Si benè egeris, recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum*: similiter Psalm. 88. 32. 33. & 131. 12. *Si custodierint filij tui testamentum meum, sedebunt super sedem tuam: Si mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum.* Non ergo est conditio in decreto: dicitur duntaxàt conditionatum, quia connotat conditionis positionem, vel non positionem, iuxta quas fit, quod iuxta quas fuit decretum. Nec ideo decretum duplex, sed unicè unum, continens absolutè respectum ad duo extrema operandi vel non operandi iuxta conditionem promissionis. Unde si contraria promissis aguntur, non sunt contraria promissis, nec revocatio decreti; sed exhibitio alterius partis decreti, respectu cuius non promissum præmium, sed supplicium; quippe *si malè statim in foribus peccatum* (ideſt, pœna peccati) *aderit.* Ubi supr. Malach. 3. 6 Augustin. *Decreta Dei nunquàm cõditionata.* Tertull. *Duplex respectus decreti absoluti Dei in contracta conditionato.*

32 Ni fallor, astruitur Iob. 33. *Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit.* Hebr. *In una loquetur El, & in duabus non videbit unam.* Pagnin. *Uno modò loquitur Deus, & duobus ei, qui non videt.* Idem Arab. Ar. Montan. Maluend. & Caietan. Pòst de Tautologia, modò de sententia. In promissis Deus unum loquitur. Si conditionata promissio (in qua necessarium esse duo, scilicèt, verificatio & defe- Iob. 33. 14.

ctus

ctus conditionis) etiam unum loquitur, sed respectivè ad duo: in quibus quod unum decretum, non unum videtur; quoniam conditionis defectu suspenditur promissio, fitque in promissis mutatio. Duo simul nequeunt esse, idest positio & retractio conditionis. Successivè possunt esse, quippe conditio potest poni, & potest retrahi. Si adimpletur conditio, etiam promissio Dei adimpetur. Unum est ad unum, siquidem unum Deus loquitur, & unum posità conditione conceditur. *Ei qui non videt*, idest, conditionem non adimplet, loquitur in duobus, qui locutus est unum: igitur in uno absoluto decreto promisit felicitatem, conditionem adimplenti; & suspensionem promissæ felicitatis, conditionem pessundanti. *In uno* exprimitur immutabilitas Dei loquentis: *in duobus* mutatio, vel mutabilitas hominis, promissionem acceptantis. Dicitur *in uno* immutabilitas, & propriè; quoniam unitas mutationis incapax; quod unum permanet, immutabile existit. Non utique unitatis conditio, ubi intervenit mutatio. Quare decretum in Dei promissione conditionatà semper absolutum, duplici respectu ad facienda & non facienda iuxta promissa: etenim cùm promissio firma stet, si conditio promissionis servatur, & cadat, quùm prætermittitur; mutatio status non est à mutatione decreti Dei promittentis, sed à mutatione voluntatis hominis, prævisà in absoluto decreto; quippe aliàs nulla in promissis apponeretur conditio. Sic igitur omnium rerum sicut præscientia firma, fixa est in Deitate sententia; cùm splendeat mutatis rebus immutabilis ratio, quin sententiæ prioris etiam simplex sit conversio. At de hoc fusiùs infrà. Deus reverà Heli promisit, eiusque domui, sacerdotium magnum, sed sub conditione perfectionis sacerdotij. Unde si ab illo expulsi filij Abiathar; haud quia Deus non promisserit & seriò; sed quia semotà conditione, effectus suspensio non à Deo promittente, sed à promissionem conditionatè acceptante. Iccirco dicitur: *Iuravit Dominus David veritatem & non frustrabitur eam.* Deus ex se adimplet quæcunque loquens locutus: viderint queis promiserit, ut conditiones promissionis observent. Si conditionatè promisit, non promisit seiunctà conditione. Sicut ad res absolutè futuras non sunt decreta conditionata; sic ad conditionatè promissa, nisi cum respectu ad extrema positionis vel non positionis conditionis, non dantur absolutè decreta. Violentia utique Deo esset, si esset obnoxius rerum promissarum effectui, quùm duntaxàt promisit sub conditione. Adimplet quod promisit, verificatà conditione, quippe verax: & quia verax, remotà conditione non adimplet. Hinc sacerdotium, quod siccinè promiserat, ultrò concessit: verùm cùm conditionatè promiserit; dicit iurè, resciscà conditione, ad domum & familiam Heli: *Absit hoc à me: quicunque glorificaverit me glorificabo eum.* Caietanus hìc subdit: *Non mutavit Deus consilium suum, sed sententiam suam.* Cui iuxta dicta suffragari non possum: tùm quia si est mutatio sententiæ, erit mutatio consilij: tum quia in mutatione factà apparet sententia Dei immutabilis, sicut consilium: equidem si consilium Dei, honorantes honorare, & indignos à Pontificatu expellere; sententia cum consilio immutabilis mansit, dum Heli summum Sacerdotem constituit, & dum familiam à Pontificatu deiecit. Duo in pacto absolutè decrevit circa futura contingentia, præmium scilicèt & supplicium. Ubi ad supplicium transivit ex præmio; haud fuit mutatio consilij, sed manifestatio alterius partis absoluti decreti, quo continebatur, non verificatà conditione, Heli cum tota progenie pellendum à dignitate. Non defecit Dei verbum, nec potest deficere. Nullum cadit ex omnibus verbis eius in terram: igitur si cunctis conditionibus persistit pactum, Domini veritas semper manet in æternum.

Quomodò, & ordine?

Quarta expositio.

Psalm. 131. 11.

Quomodò decretum absolutum, & non absolutè?

Caiet.

Deus non mutat nec consilium, nec sententiam.

Quinta expositio.

33 Iuxta huiusmodi acceptionem dicitur: *Pactum quod pepigit cum patribus eorum, & testificationes quibus contestatus est eos.* Iuravit se filijs Israël daturum terram Chanaäm in perpetuum. Loquens locutus est, & iuravit. *Ierem.* 11. 5. sed dicitur pactum; ut constet, si irritum, non pendere à Deo liberè promittente, sed ab homine fœderis conditioni repugnante. Deus ex se ex vi decreti promptus est effectum conferre, etsi posteà non conferat ex defectu conditionis, irritæ ab homine liberè operante: igitur nulla invenitur conditionata promissio, pendens duntaxàt à Domini beneplacito. Unde homine, Deoque interveniente dicitur pactum, in quo exprimuntur & bona observantium, & mala conditiones negligentium; præut prolata *Levit.* 26. *Deuter.* 28. & *Iosue*, 8. 34. Sic quidem ne Hebræi excusationem haberent & ignorantiam causarent; sæpe *testificationibus contestatus est eos*: iteratque apud Ieremiam dicens: *Contestans contestatus sum.* Testes adhibuit cœlum & terram, *Deuter.* 4. 26-32.

4. Reg. 17. 15.

Cur à Deo promissa dicantur fœdera?

Ierem 11. 7

Prosopopeia

1. & Isai. 1.2. *Audite cœli, & auribus percipe terra*: quæ nonnunquàm testificarunt Dei erga illos fidem & fidelitatem, ac erga Deum illorum perfidiam & oblivionem. Illius (ut verbis Plauti in *Trinumm.* Act. 5. scen. 2. v. 1. loquar) ita verba infallibilia, ut iurè dici posset: *Quomodò cœlum & terra testes?*

Neque fuit, nec erit, neque esse quemque,
Cui maior fides, fidelitasque erga amicum. Plaut.

Horum autem genus *falsiloquum, falsificum, falsijurium*: ut dicit in *Milit.* Act. 2. scen. 2. v. 36. Qui favit liberè, gratiam haud donat, ut auferat: permanentiam intendit, ni demereantur, qui collatis favoribus perfruuntur: propterea si manum retrahit, claret donum promissum, ac concessum sub conditione duntaxàt meritorum. *Semel Deus loquens loquitur. Semel* ideſt, irrevocabiliter: ut Psal. 88. 36. *Semel iuravi.* Et Ovid. *Epist.* 5. v. 103. Iob 33. 14.

——Nulla reparabilis arte Ovid.
Læsa pudicitia: deperit illa semel.

Sufficit, quòd Deus semel dicat, ad hoc ut promissio irrevocabiliter effectum habeat; ex se scilicèt, verùm minimè, quùm intersunt conditiones: siquidem tunc operatur præut promisit, concedendo iuxta pactum honorem honorantibus, & opprobrium despicientibus. *Sexta expositio.*

34 Totum propositum nostrum expenditur à David. *Semel locutus* (Hebr. *Unum locutus*) *est Deus: duo audivi*: scilicet, *quia potestas Dei est: & tibi Domine misericordia; quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.* Observa pro decreto absoluto in extrema futurorum contingentium. Duo Propheta audit, in eo quod Deus decrevit semel: iustitiam videlicèt & clementiam: iustitiam in *potestate*, clementiam verò in *misericordia*: equidem dum aliquid sub conditione cum hominibus paciscitur pro illorum pœna, aut pro gloria: absolutè reddit unicuique secundum opera sua. *Sic semel & duo referuntur ad diversa. Semel scilicèt* (inquit Genebrard. hìc) *ad firmitatem & certitudinem asseverationis: Duo autem ad potestatem iustitiæ, & bonitatem misericordiæ: quæ duo ad remunerandum unumquemque pro suis factis. Semel, ideſt, irrevocabiliter: Duo de præmio pœnave afficiendis hominibus.* En decretum absolutum, & contraria futura contingentia, quæ Deus utique cognoscit & præcognoscit; ideoque conditionatè cum hominibus pangit: igitur Deus priùs nihil decernit, quàm prævideat, quòd voluntas creata sic, aut sic dispositа se determinabit (ut verbis Scholasticis utar) ad volendum vel nollendum. Haud implicat circa futura contingentia absolutum decretum: igitur etsi futura contingentia possunt esse & possunt non esse; ad non esse & ad esse absolutum est decretum. Ideo estò decretum absolutum, non absolutè; quia non absolutè, nisi ad res absolutè futuras: nequeuntque esse absolutè, si tantùm conditionatè. Hinc duo audiuntur, quùm unum dicitur: siquidem si futurum contingens est hoc vel illud; in hoc & illud futurum datur absolutum decretum: hoc scilicèt ad hoc, & illud ad illud. Si iuxta conditionem hoc, iuxta hoc promissa donantur: si citra vel ultra conditionem illud, iuxta illud promissa abnuuntur. Si mutatur homo de bono in malum, decretum sanè supplicium: si de malo ad bonum, etiam est decretum præmium. Si persistit in peccatis, decreta pœna: si resipiscit à malo, decreta gratia. Unum in pacto Deus loquitur, sed duo audiuntur, nimirùm iustitia & misericordia, & unicuique iuxta opera sua. Unum est cum respectu ad duo: si homo scilicèt facit, vel non facit, vult, & non vult, quod sanè contingens est: & ad utrunque est decretum, velit nolit. Duo sunt velle & nolle: ex hoc in illud potest homo mutari. Deus his etiam mutationibus non mutatur, quia semper loquitur unum. Sive parcat, sive puniat; iam decreverat. Nihil novi in decreto, nec in hominis mutatione sententia nova, dum fiunt actualia, quæ futura contingentia Practicè loquamur. *Unum* signat Dei immutabilitatem: *Duo* in promissis eius conditionatis, hominis mutationem & immutationem; propter quas in pacto ingeritur iuxta placitum hæc & illa conditio. Secundum mutationem & immutationem ab immutabili respondent gratia vel pœna: equidem servatis conditionibus, quæ promissa conceduntur; non servatis, evanescunt: cæterùm vel in oppositis nulla in Deo etiam simplex mutatio; quoniam respondent, tametsi contraria, singula absoluto decreto. *Non implicat circa futura contingentia absolutum Dei Decretum.* *Quid unum & simul duo in Dei decretis?* *Septima expositio.*

35 Videamus in uno immutabili duo. *Repentè loquar* (ait apud Ieremiam) *adversus gentem & adversus regnum; ut eradicem & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum adversus eam; agam &* Ierem. 18. à v. 7.

ego

ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei. Si subitò loquar de gente & de regno, ut ædificem & plantem illud; si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam; pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum ut facerem ei. Clarent futura conditionata, & simul decretum absolutum ad singula, in unoque duo promissionis extrema: Igitur cùm iuxta mutationem voluntatis sint simul duo, iustitia, & misericordia; iustitia scilicèt transeuntibus de bono in malum, misericordia conversis de malo ad bonum; dum quæ futura contingentia fiunt actualia, tribuit singulis, qui omninò immutabilis, secundum opera sua. Hoc *unum* est speculum, in quo splendet iustitia & misericordia, pro voluntate in hoc vel illud conversa. Decreta iustitia, vel promissà gratiâ, in fractores conditionum pacti: decreta clementia in eos qui converturtur ad cor. Cuncta voluntatis mutatione videntur in speculo decreti, tanquàm in imagine: nihilominùs tamen, etsi oppositа obiecta, sine mutatione speculi: igitur unum Deus in promissis etiam conditionatis semper loquitur, quamquàm duo simul audiantur: in collationem scilicèt donorum promissa gratia, & in prævaricatores pacti digna repulsa. In hoc speculo decretum malum in hominem malum: decretum bonum in bonum; sed tam bonum, quàm malum absolutè decretum. Quid mirum, si Sodomitas Deus puniat, & Ninivitis parcat, dum unicuique reddit iuxta opera sua? Decrevit simul pœnam & gratiam: iustitiam & misericordiam: *Apposuit aquam & ignem*: Eccli. 15. 17. apposuit in manum consilij hominis, ac in applicatione voluntatis; ut iuxta volita mala vel bona, esset clementia, aut iustitia: clementia ut in Ninive, nauciscente præ resipiscentia veniam; & iustitia uti in Sodoma, renuente accipere disciplinam. *Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum*: etenim cùm unum absolutum decretum, respectu mutabilitatis pro arbitrio voluntatis humanæ, connotet duo, scilicèt applicationem ad bonum vel ad malum; qui vivebat, & prævaricatur, *in peccato suo morietur*: qui mortuus, si ex corde pœnitet, proculdubio *vita vivet*.

Quomodo in uno Dei decreto exprimuntur contraria?

Ezech. 18. à v. 20.

36 Sic igitur Deus nullam agit pœnitentiam, ut diximus n. 30. Si pœnitentia est sententiæ mutatio, & pœnitet qui à priore sententia resipiscit; Deus vel mutato homine nullo modo resipiscit, quia vel in bono vel in malo exequitur quod decrevit; nimirùm clementiam in resipiscentes peccatores, & iustitiam in iustos prævaricantes. Pœnitentia profectò de Deo dicitur, & etiam in illo iurè negatur. Negatur rectè: ut est pœnitentia in homine, qua de causa enunciatur: *Non est Deus quasi homo ut mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur: neque enim homo est, ut agat pœnitentiam* sicut homo, qui ex improvidentia, levitate, boni aut mali damnatione, animi mutatione à decretis resipiscit. Quodcunque locutus, cogitavit, & decreti non pœnituit: equidem dum prioribus propter hominis mutationem videntur contraria; etiam illa contraria illo decreto decreta: in uno enim decreto, quo propter futura contingentia loquens decrevit; duo omninò contraria absolutè connotavit, sine mutatione suæ voluntatis, ex qua origo propriè pœnitudinis; sed duntaxàt ex contingenti mutatione hominis: quandoquidem homo ut mutabilis potest nolle quod voluit, & amare quod odio pertæsus habuit. Penitentia dicitur impropriè de Deo, non quatenùs est consilij mutatio; sed quatenùs præsentis hominum status exhibetur contraria constitutio. Ita quùm innovare voluisse ostendit mundum (quod condiens etiam decreverat) Genes. 6. 6. dicitur: *Pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra.* Dum mutatur status Ninivitarum; *Pœnituit super vindictam, quam locutus fuerat, ut faceret eis*: Hebr. Ion. 3. 10. Agit pœnitentiam & non agit, si homo agit & non agit pœnitentiam, ut vidimus ex Ieremia, 18. à n. 8. quia exprimit mutationem status agentium pœnitentiam, vel non agentium. Denique dicit, 1. Reg. 15. 11. *Pœnitet me, quòd constituerim Saul Regem.* Ostenditur qualis pœnitentia Domini ex innovatione regni: *Proiecit te Dominus, ne sis rex: scidit à te regnum & tradidit illud proximo tuo meliori te*: Dixit Samuel Regi reprobo ac reprobato, ibid. v. 26. & 28. Iuxta illa quæ Deus revelat dicitur pœnitere, sine ulla mutatione vel sententiæ vel consilij; siquidem illud quod indicatur, iam absolutè decretum: verùm cùm mutatio status fiat ab homine per pœnitudinem, indicantem voluntatis mutationem; dum à Deo fit, aut ostenditur alicuius status mutatio, metaphoricè datur pœnitentia in Deo: cæterùm minimè propriè, quasi de novo decerneret; sed duntaxàt quatenùs iam decreta oculis hominum obijcit. Iam emergimus è cavea. Alias quæstiones in huiusmodi decreta, & de gratia præveniente voluntatem creatam ad operandum, sive indifferenti, sive efficaci; etiam de futuro con-

Numer. 23. 19.

Quo in Deo modo dicatur pœnitentia, & negetur?

Genes. 6. 6.

Ostensio mutationis status, cur dicatur pœnitentia?

contingenti, non futuro, si spectet vel non spectet ad simplicis intelligentiæ scientiam, vel ad scientiam mediam; quia nostri non sunt propositi, relinquimus videndas apud DD. Scholasticos: potissimum apud Henricum Cerf. ubi plura selecta & acutissima invenies.

37 Modò ex dictis in institutum. Deus decreverat Heli domum in æternum ministrare Sanctuario; sed propter peccata filiorum Heli, dicit: *Absit hoc á me.* Pœnitentia videtur, at in status mutatione, quæ decreta sententia non mutatur; quoniam propter peccata statum omninò mutandum esse, absolutè iam decretum: unde per voluntatem in retractatione quasi pœnitentem, indicat Deus status Sacerdotij renovationem: igitur pœnitentia metaphorica in Deo, dum pœnitentibus parcit, vel renitentes prævaricatores punit: dum beneficia iuxta fœdera donat, & ab ingratis ac indignis iurè revocat; semper profectò immutabilis, quippe idipsum iam expressum in decretis. *Opera mutat, & non mutat consilium: immutabilis mutans omnia*: inquit Augustinus, 1. *Confess.* cap. 4. Decretum næ sacerdotium summum domui Heli; at dum unum, audita duo, quæ locutus est Deus: putà, gratia Pontificatus in honorem filiorum, & iustitia, ni munus servaretur iuxta pactum? quare cùm recessissent à fœderis observantia; *Absit*, dicit Deus, quoniam unicuique iuxta merita. Irrevocabiliter Dominus gratiam decrevit, modò donum mores facerent irrevocabile. Irrevocabilis itaque gratia, quoniam, ut ait Paulus, *Rom.* 11. 29. *dona Dei* dantur *sine pœnitentia*: semper esset idem, si filij Heli unum essent ad unum: idest, essent in primo proposito immutati cum immutabili; verùm duo fuerunt ad unum decretum: & cùm Pontificatus beneficium fuerit sub conditione sanctitatis & promissum & collatum; iuxta decretum Deus repulit à Sanctuario, quos non invenit dignos ministerio. Contractus conditiones dicuntur pars contractus, quin ab illo separari queant; ut dicunt Iurisperiti, de quo Tuschi, lit. C. concluf. 979. Si deest aliqua pars ab aliquo contrahentium, irritum factum est pactum. Ad quodcunque absolutum, etsi non absolutè, datum decretum. Si conditio servata, decreta permanentia Sacerdotij: si conditio deposa, decreta privatio gratia. Totum absolutum, estò non absolutè; quia totum sub conditione, respiciens utrumque posse esse futurum, & posse non esse, uti futurum contingens. Decretum à Deo ad quodcunque futurum. Hinc servato fœdere Pontificatum contulit, fractáque conditione illos à munere repulit; quippe promisit bonis & non pravis. In speculo immutabili obiecta planè contraria, gratia scilicèt & pœna. Gratia, quùm favit familiæ Heli, pœna, dum inquit: *Absit hoc á me.* In haccine mutatione ab immutabili tam sententiâ, quàm consilio, ostenditur præmium & supplicium iam cuilibet facto decretum; quia Deus præcognoscit omnia tum pro gloria, tùm pro pœna. Ni esset Dei absolutum decretum; non esset, ut dicunt, conditionatum, sed contingens, sicut contingens futurum: & in Deo sanequàm decreta libera; sed nequaquàm contingentia. Sic *loquens locutus* est Deus & circa utrumque extremum verbum certissimum, validum & solidum. Videbatur Hebræis verbum Domini firmissimum circa promissa gratuita, & non ita circa supplicia inferenda, quasi verba minacia duntaxàt verba futura: qua de re dicebant Prophetis prænunciantibus iram: *Ne loquamini loquentes*, quasi fortitura effectum. *Non stillabit super istos: non comprehendet confusio*: respondetque Dominus, v.7. *Nonne verba mea bona sunt cum eo qui rectè graditur?* Cur ergo ad supplicia minacia verba cogitatis, sine effectu? A Deo ergo utrumque audiendum, quoniam decretum utrumque: quare si iuxta merita excutitur causa, irrevocabilis iuxta decretum fulminatur sententia. Sic Pilatus: *Quod scripsi, scripsi.* Arab. *Quod scriptum est, iam scriptum est.* Pers. *Id quod scriptum est, perinde est.* Etiam Profanus, 9. *Metam.* fab. 11.

Denique iam nequeo nil commisisse nefandum:
Et scripsi & petij.

Semel in iudicio dictum, semper irrevocabile decretum. *Iudex quam tulit de reo tabellam, revocare non potest: quæsitor non mutabit pronunciationem suam*: ait Marc. Senec. *Controvers.* 23. Sunt decreta iuxta singulorum opera, sive cor applicetur ad hæc, aut illa; ut claret in his quæ Dominus ad Heli & *loquens locutus* est, filios privans Sacerdotio: equidem ut ait quo supr. Philo Biblicus: *Dominus de his dederat sententiam, ut morerentur.*

38 Hæc mysteria continet phrasis Tautologiæ, *Loquens locutus sum.* Apud Profanos invenies geminationes sine succo macrologicè, vel perissologicè, de quo egimus

1. Reg. 2. 30.

Ultima exposit.

Augustin.

Dona Dei revocata quo sensu irrevocabilia? Rom. 11. 29

Dei in decretis nec mutatur sententia, nec consilium.

Mich. 2. 5.

Ioann. 19. 22.

Ovid.

Marc. Senec.

Philo Bibl.

Geminationes Ethnicorum sine succo.

in *Prolog. Galeat. §.* 3. Poëtæ utuntur idiotismo, non tanquàm dialecto, sed ut versus hiatum impleant, farciant, vel referciant. Homerus, 3. *Iliad.* v. 437. *Verbis allocutus.* Idem 4. v.69. & 92. 6. v.406. *Verba affatus, verba locutus.* 9. v. 16. 10. v. 202. *Respondit voce.* 8. v. 145. *Concionatus & fatus.* 4. *Odyss.* v. 777. Euripid. in *Hecub.* v. 664. *Dicere ore:* & in *Andromach.* v. 930. *Dicentes verba.* Ovidius, 2. *Metam.* fab. 1. *Voce profatur.* Virgil. 4. *Georg.* v. 444. *Tandem ore locutus.* 1. *Æneid.* v. 618. & 9. v. 5. *Sic ore locuta.* 5. v. 708. *Vocibus infit*: tandem, 12. v. 10.

Virgil.

Tunc sic affatur Regem, atque ita turbidus infit.

Imitati sunt etiam sacrorum Vates, ut Alcimus Avit. lib. 1. *Genes.* v. 51. *Sapientia voce locuta*: & Ioann. Melius Sousa usquequaquè, de *Incarnat. Domin.* v. 96. *Cui pauca sacerdos ore refert.* In *Iob*, cap. 11. v. 3. *Ore loquax.* 34. v. 1. *Verborum dives, & oris eloquio fidens.* Demùm cap. 35. v. 1. *Rursùm fuit ore locutus.* Alta igitur, magnique ponderis designantur, ubi geminationes in nostrum documentum inveniuntur: siquidem geminatione verborum patent latere, quæ sacramenta abs illo signo minimè quibat intellectus invenire.

In sacris uberrimè sacramentis.

Prov. 14. 5.

39 Iam ergo de firmitatè sermonum Domini egimus: modò agendum de testimonijs veritatis ac falsitatis hominum. *Testis fidelis non mentitur: profert autem mendacium dolosus testis*, dicitur à Salomone. Apparet amplius Pleonasmus AA. versionibus. Hebr. *Testis veritatis non mentitur: efflavit autem mendacia testis falsitatis.* Vatabl. *Testis verax non mentitur, falsus testis vomit mendacia.* Mentiri latè patet, equidem significat adulari, lactare, laborem levare, & loqui ad volita, seu cupita. 4. Reg. 4. 16. *Noli queso domine mi, noli mentiri ancillæ tuæ.* Psalm. 26. 12. *Mentita est iniquitas sibi.* Euripides in *Orest.* v. 1516. *Linguâ gratificaris, intùs non ita sentiens.* Ovid. 4. *Trist.* Eleg. 1. v. 13.

Mentiri pro adulari, lactare, & loqui ad optata.

Ovid.

Fallitur ancillæ decipiturque labor.

Mendax dicitur fructus vanus: *Semen mendax*: Isai. 57. 4. *Mendax conflatio sculptilis* Ierem. 51. 17. *Divinationem mendacem*: Ezech. 13. 7. pro *vanam, inutilem*, ac sine fructu: quo sensu Psalm. 4. 3. *Utquid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Et Euripid. quò dudùm, v. 1669. *Non eras utique vanus, sed verax.* Unde sensus sacræ auctoritatis est: Mendax homo propter lenocinium in testificatione dicit mendacium, qui autem verax nec prece, nec pretio: igitur ut aiebat ille alius senex apud Terent. in *Heautontim.* Act. 3. scen. 2. v. 38. *Non est mentiri meum.* Donatus distinguit sic inter falsum, vanum & fictum. *Falsum est, quo tegitur id quod factum est. Vanum, quod fieri non potest. Fictum, quod non est factum, & fieri potuit. Falsum est fictum mendacium simile veritati: vanum nec possibile, nec verisimile: fictum totum sine vero, sed verisimile. Falsum loqui, mendacis est, fictum callidi, vanum stulti. Falsum loqui, culpæ est, fictum virtutis, vanum vecordiæ. Falsis decipimur, fictis delectamur, vana contemnimus.* Falsus dicitur mendax, quia corde & corde loquitur vir duplex animo, terram ingrediens duabus vijs, & graditur ore perverso; à quo abhorrent vel Ethnici.

Euripid.

Discrimen inter falsum, vanum & fictum.

Donat.

Is mihi iuxta invisus, ut atri limina Ditis,
Qui verbis aliud prodit, quàm mente volutat.

Pind. Theb.

Dicebat Achilles Agamemnoni apud Pindarum Theban. in *Epitome Iliad.* & Minerva Ulysi. 13. *Odyss.* à v. 291. *Dolosus, fallax in omnibus dolis. O male, versute, dolis insatiabilis, non voluisti desistere à fallacijs? Verba fallacia ab ortu tibi amica.* Econtrà Hector apud Euripid. in *Rhesо*, v. 394. *Studeo vera loqui, nec sum duplex vir.* Seneca de *Vita beat.* cap. 4. *Honesti cultor, virtute contentus, quem nec extollunt fortuita, nec frangunt.* Ideoque dicitur verax, qui vera loqui solet, & mentiri non consuevit; sicut mendax, qui nec facie veritatem agnoscit: sicque qui verax, ut verus, cui simplex & unus animus; quùm in iudicio testis adhibetur, semper fatetur veritatem: qui autem mendax uti subdolus, mendacia in iudicio promit: *Assiduitas illius non est bona*: Eccli. 7. 14. Causa ex Cicerone *Pro Roscio* eruitur: *Qui mentiri solet, peierare consuevit.* Hoc est, *velle mentiri omne mendacium*: habere scilicèt mendacium ad omnia, & nec in minimis uti mendax, velle dicere veritatem. Testis verò fidelis *verax est, & iniustitia in illo non est*: Ioann. 7. 18. igitur ut canit Martial. *lib.* 14. *Epigram.* 208.

Pind. Theb.

Mendax odibilis.

Homer.

Senec.

Qui mentiri solet, peierare consuevit.

Cicer.

Eccli. 7. 14.

Martial.

Non mendax stupor est, nec fingitur arte dolosa.

40 *Testis verax non mentitur, mendax mentitur.* Quorsùm, dices, huiusmodi suppositiones expressæ, dum constat, qui mentitur, esse mendacem; & veracem, qui

non

non mentitur? Hìc præut auguror eſt Hyſteron-proteron, quia præponitur ly *Teſtis.* Unde ſenſus: fidelis, ſeu verax, ſi teſtis, nequaquàm in depoſitione mentitur: mendax, uti doloſus ſemper mentitur, ſi adhibetur in teſtem. Qui veritati ſtudet, potiori iure dum in teſtem vocatur, vera profert; ſicut qui ſemper verſatur in mendacijs falſum teſtimonium dicet: equidem *lingua fallax non amat veritatem.* Qui crebrò mentitur, vel dicens veritatem nunquàm creditur. *A mendace quid verum? Mendacium operatus eſt ſtylus mendax Scribarum.* Paragramma confecerunt, quòd vere mendacium; quia mentiti, legem non iuxta legem exponendo, ſed cerebro proprio: de quo vide Siſt. Senenſ. in *Bibliothec.* lib. 2. lit. *S.* A fide ſæpe fracta quænam veritas audienda? *Mendacem, fide nulla eſſe te*: dicit Plaut. in *Milit.* Act. 4. ſcen. 8. v. 59. & palilogià pro aſsiduitate in mendatia, *Aſinar.* Act. 2. ſcen. 2. v. 20. *Fraudem fraus.* Aul. Gellius, 11. *Noct. Atticar.* cap. 11. diſtinguit inter Mentiri & mendacium dicere. *Qui mentitur* (inquit) *ipſe non fallitur, ſed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipſe fallitur. Qui mentitur, fallit quantum in ſe eſt: at qui mendacium dicit, ipſe non fallit, quantum in ſe eſt. Vir bonus præſtare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat: alterum incidit in hominem, alterum non.* Aptius diſcrimen, quàm inter mendacem & mentientem, invenitur inter veracem & mendacem: etenim verax, etſi falſum dicat, nec cognoſcit nec dicit uti falſum: qui verò mendax dicit tanquam vera, quæ cognoſcit verè falſa. Ideo meditanter mendax dicitur *Doloſus*; quippe dolo facit teſtem falſum non videri mendacem in iudicio, quanvis proprio iudicio ſit mendax & etiam falſus. Claret, dum dicuntur *falſi teſtes*, qui protulerunt idem, quod dixerat Chriſtus. *Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud.* Falſi ſanè teſtes, quia non in eodem, quo à Chriſto dicta verba, ſenſu dixerunt: inſuperque iuxta mentem propriam protulerunt, haud iuxta mentem dicentis; ut *Poſſum deſtruere templum Dei*, quùm Aſſertor N. dixit: *Solvite templum hoc.* Ioann. 2. 19. Illi, *Reædificare*: Chriſtus, *Excitabo illud.* Ibid. Præut cordi, ſeu menti illis erat, pro ſuo captu commenti ſunt: *Templum hoc manufactum, & aliud non manufactum ædificabo.* Marc. 14. 58. qua de cauſa qui ita teſtes, vel à concilio malignantium reputati tanquàm falſi, præut doloſi: igitur non verba uti dicentis propoſitum, ſed proferebant pro affectione audientium: ſæpeque dicitur in ijſdem verbis non ſenſus loquentis, ſed ſenſus intellectionis. *Sic eum* (Ioannem, ſcilicèt, dixit Chriſtus) *volo manere donec veniam.* Quid ex hoc? Ita comminiſcuntur audientes: *Exijt ergo ſermo iſte inter fratres, quia* (pro *quod*) *diſcipulus ille non moritur.* Elucet utique in expoſitione verborum intellectio ex affectione audientium: unde quæ vera verba mendacia, quia prolata non ut dicta, ſed præut fuerunt intellecta. Sic vaferrimus hoſtis humani generis Protoparentes veritate fefellit, dicens: *Eritis ſcientes bonum & malum, & aperientur oculi veſtri.* Aperti næ oculi eorum, & ſcierunt bonum & malum. Latuit itaque doloſi vafrities ſub ſpecie veritatis. *Doli, doli non ſunt, niſi aſtu.* Plaut. in *Captiv.* Act. 2. ſcen. 1. v. 26.

Doctum doctè fallere:
Illic obſcæcavit meæ falſæ fallaciæ.

Succinit idem in *Bacchid.* Act. 4. ſcen. 4. v. 43. & in *Aſinar.* Act. 2. ſcen. 1. v. 18. Si cognoſcuntur falſitates, aut fallaciæ, arte fallaciæ non ſunt, quia prodeſt, ſi latet ars. Haud vel ſegnem obcæcare poſſunt: quid vigilem? Ut fallaciæ ſortiantur effectum, & quoad votum, ſubtiles fallaciæ ſint; quoniam eò magis falſæ, tuncque veræ, quò ſub veritatis ſimpliciſsimo velamine.

41 Paulus propterea deſiderans puræ veritatis perfectionem, dicebat: *Deponentes omne mendacium, loquimini veritatem*: igitur ſub larva veritatis poteſt eſſe mendacium. Ut eſt, quod eſt, loquemini verbum, haud iuxta ſenſum proprium; quoniam in verbis, dicentis relicto ſenſu, vel iuxta affectionem expoſito, verba verè prolata non ſunt vera, ſed omninò ſolemniſsima mendacia: equidem verum mendacium, quùm verba obijciuntur duntaxàt ſecundum mentem audientium. Hinc alloquitur Corinthios, *Epiſt.* 1. cap. 14. 20. *Senſibus autem perfecti eſtote*: quippe prolatis auditis, non iuxta ſenſum proferentis intellectis; *Eritis mendaces adverſus veritatem.* In phraſe Plautina, *Mercator.* Act. 4. ſcen. 8. v. 59. *Dicent te mendacem, nec verum eſſe.* Floridè: quia iuxta intellectam veritatem dicunt verbum, cæterùm non deponunt omne mendacium: tuncque loquens, ſi ſic loquitur, *Mendax eſt, & in hoc veritas non eſt.* Veritas ex toto ſurgit, aliàs non eſſet veritas, quoniam amandatur cum intellectu con-

Hyſter eloquia in Scriptura.

Prov. 26. 28
Eccli. 34. 4.
Ierem. 8. 8.
Quid ſit ſtylus mendax?

Diſcrimen inter mentiri & mendacium dicere. Aul. Gell.

Inter veracem & mendacem.

Matth. 26. 60.

Mendacium ubi verba & non ſenſus proferuntur verborum.

Quia *pro* Quòd.

Ioann. 21. 23.

Geneſ. 3. 5.

Plaut.

Doli cognita, non dolis.

Epheſ. 4. 25

Quomodò in vero poteſt eſſe mendacium?

1. Cor. 14. 20.
Iacob. 3. 14.
Plaut.

1. Ioan. 2. 4.

conformitas. Si detrahitur à verbis illorum ſenſus; quod videtur malè intelligenti ve-
Verſ. 28. rum, eſt omninò mendacium. Sic exponitur illud Ioannis: *Omne mendacium ex veri-*
Veritas conſtat ex toto. *tate non eſt.* Liquet: ſi mendacium eſt, quod non ex veritate; detracto verborum ſen-
ſu, ex quo & in quo tota veritas, erit penitùs mendacium, quippequam illud verum
ex veritate non ortum. Veritas, quæ non tota, non eſt veritas: tuncque lingua in *ar-*
Ierem. 9. 3. *cum mendacij & non veritatis.* Arcus ſanequàm fallax, ſcopum vulneris conſtituens
ſagittantem, qui non ſcopus: ſenſum & acceptionem intentam debemus dicere; ali-
1. Ioann. 1. 6. ter *mentimur & veritatem non facimus*: cæterùm ſi etiam iuxta ſenſum profertur ver-
Cap. 2. 27. bum auditum; *verum eſt, & non eſt mendacium.* Ex falſis oriuntur falſa, ex veris vera:
ideo dicitur veriverbium verbum ſcilicet verum; falſiverbium, quod mendacium, etſi
verbum fuiſſet dictum, quia non iuxta dicentis intentum. Sic *profert* in iudicio *menda-*
tium doloſus teſtis: verùm *teſtis fidelis non mentitur*, quoniam ut verax & verbum refert
& ſenſum. Aptè Plaut. in *Trinumm.* Act. 4. ſcen. 4. v. 4.

Plaut. *Bona commendata probo, & fideli, & fido, & cum fide.*

42 Elucet iam ſenſus auctoritatis Salomonis genuinè, ſimulque teſtimoniorum
Epiſtolæ Ioannis: at notandum erit operæ, huiuſmodi teſtimonia habere altiorem, no-
biliorem ſenſum, à Ioanne maximè optatum: nimirùm, *veritatem* & *mendacium* pro
Veritas & mendacium pro doctrina ſana, & hæterodoxa. Catholica doctrina, & heterodoxa, ſeu falſa; vel pro Chriſto, & ſeductoribus, novas in
illum & eius legem ingerentibus doctrinas. Ita ergo hic mendacium non eſt error men-
tis, ſed novitas fidei, quæ maximus error: quare quicquid ab illo dictum, *verum eſt, &*
non eſt mendacium: ideſt, doctrina ſana & orthodoxa, non hæretica nec prava. Non
Ubi ſup. agitur de veritate Ethica, ſeu Ethicè, conformitate, putà, cognitionis cum obiecto;
nec de mendacio, præut eſt deformitas obiecti cognitionis: ſed de veritate Theologica,
in qua quod dicitur mendacium, eſt error pravus, & propriè falſitas: diciturque quod
verum non mendacium; quippequàm implicant falſitas & veritas. Dixit vel Ethnicus
Sophocles in *Oedip. in Colon*, v. 642.

Sophocl. *Ubi moritur fides naſcitur infidelitas.*

Similiter extenditur phraſis non in veritatem ſpeculativam metaphyſicè, pro concordia
Quæ veritas theologica & Ethica? oris & mentis; ſed in veritatem, quàm vocant Theologi phyſicè practicam, pro con-
cordia operis & doctrinæ. Ita Paulus aliquoties dixit: *Veritatem dico in Chriſto, non*
mentior. Ideſt, non ſolùm nullum mendacium, tanquàm ſeductor, profero; ſed veri-
Rom. 9. 1. 1. tatem in Chriſto, per Chriſtum, ipſumque Chriſtum annuntio. Non prædico in præ-
Tim. 2. 7. ſtigijs, *ſecundum operationem Satanæ in omni virtute, & ſignis & prodigijs menda-*
cibus, & in omni ſeductione iniquitatis, his qui pereunt; eò quòd charitatem verita-
tis non receperunt: 2. Theſſal. 2. 9. ſed *in ſanctificatione ſpiritus, & fide veritatis*, v.
Clem. Alex. 13. quo patet & cunctis obijcitur *Ea quæ verè veritas*; ut ait Clemens Alexandrin.
7. *Stromat.*

43 Ingenioſiſsimo ſtylo proponitur ab Evangeliſta Ioanne non ſolùm veritas, ſed
tota veritas expoſita à N. Servatoris Præcurſore. *Confeſſus eſt & non negavit*: *& con-*
Ioan. 1. 20. *feſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus.* Hic modus loquendi, de quo ſæpe egimus, à rhe-
Bebæoſis in Script. toribus vocatur *Bebæoſis*, quo ſchemate aliquid affirmatur, negato verbo contrario,
expreſsà vehementia cognitionis veritatis, uti vidimus in Paulo dicente: *Veritatem di-*
co, non mentior. Auguſtin. Tract. 87. in *Ioann. Falsá dilectione non verá.* Tereſia in
Quanta veritas in Chriſti Præcurſore? *Vit. prop.* cap. 20. *Honor verus non falſus, ſed verus.* Ita Ioannes ut verùm honorem
haberet, honorem verum confeſſus eſt, & non negavit. Confeſſus eſt, quod erat, &
negavit quod non erat. Ideſt, non ſolùm negavit ſe eſſe Chriſtum; ſed confeſſus eſt, ſe
eſſe eius vocem, quaſi prodromum. Dixi ſæpe in hoc *Tomo*, negationem in Bebæoſi ſu-
mendam pro *Non ſolùm*; aſtruxique profanis ac ſacris auctoritatibus, modoque ſequen-
tes ſuppetunt. Epheſ. 6. 12. *Non eſt nobis* (pro *Non ſolùm non eſt nobis*) *colluctatio ad-*
Non pro Non ſolum. *verſus carnem & ſanguinem; ſed adverſus principes*, &c. pariter Act. 5. 4. *Nón eſt men-*
titus hominibus, ſed Deo. Exod. 16. 8. *Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra*
Dominum. Dum aliquid ſeriò & aſſeveranter aſtruitur, ac imprimi in mente auſcultan-
tium intenditur; alijs atque alijs verbis iteratur, adhibitâ plerunquè negatione contra-
rij. Homer. 17. *Odyſſ.* v. 138.

Homer. *Hæc autem quæ me interrogas & precaris, non ego*
Alia præter verum dixerim, haud obliquè: nec decipiam.

Ibid. 18. v. 170. *Dic, nec occulta.* Euripid. in *Rheſ.* v. 487. *Verùm dic, non neges*, in
Supplic. v. 567. *Dic, & ne ſis taciturnus.* Sophocl. in *Antigon.* v. 444. *Aio feciſſe,*

non

non nego ; *non* : etiam in *Oedip. in Colon.* v. 1211. *Iuravi, verum dixi non mentitus sum.* Plaut. in *Moſtellar.* Act. 3. ſcen. 1. v. 27. *Negat ? Non confitetur ?* Claudian. 2. de *Laud. Stilic.* verſ. 173. *Veris , & non fallentibus votis.* Iuvenal. *Satyr.* 13. verſ. 60.

Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus,
Si reddat veterem cum tota ærugine follem. Iuvenal.

Denique Halicarnaſ. lib. 4. *Antiq. Rom.* cap. 54. *Verè, non fictè.* Conſtat enim per affirmationem, & negationem contrarij veritatem totam, & totaliter aſtrui : ſic igitur Ioannes veritatem exprimens circa interrogata *confeſſus eſt & non negavit.*

44 Confeſſus eſt : verum quid? *Non ſum ego Chriſtus.* Non negavit, *Ego vox. Negavit planè quod non erat , ſed non negavit quod erat* : ait Gregor. Magn. in *Evangel.* Homil. 7, confeſſus eſt quod erat : non confeſſus quod non erat. Confeſſus eſt eſſe non eſſe ; & tunc non negavit quod erat. Confeſſus eſt non eſſe Chriſtum , & minimè negavit eſſe vocem. Si in idem utrumque verbum tendit, ratificat per non negationem, affirmationem factam : quippe ut ſæpe diximus , magis aſſeveratio ſolidatur per contrarij negationem. Quare negatio per adverbium exponi poteſt, ac ſi dixiſſet : Planè & plenè , perſpicuè abſque ulla ambiguitate faſſus eſt , non eſſe Chriſtum. Hi modi loquendi æquivalent ſuperlativis, queis carent Hebræi : Iccircò ſententia erit , *Confeſſus eſt pleniſsimè , & clariſsimè* , adhibitâ Bebæoſi pro adverbio ; quo clarent alia teſtimonia tautologica. *Verum eſt , non eſt mendacium* : ideſt , veriſsimum eſt , vel planiſsimè verum. *Veritatem dico , non mentior* : veriſsimè loquor. *Clama, ne ceſſes. Loquere , ne taceas* : hoc eſt , continuò loquere , toto ſpiritu , fortiter quaſi non voce loquaris , ſed clamore : intrepide , libere ſine timore : *Qui timens loquitur* (ait Lorinus hìc) *non diducit os , haſitat , & verba non tam promit , quam premit.* Sic Ezechieli indicitur : *Loqueris & non ſilebis.* Haud aliter Baptiſta pleniſsimè , conſtanter locutus eſt. *Confeſſus eſt bonam confeſsionem coram multis teſtibus* : 1. Tim. 6. 12. *& glorificavit Deum in obedientiam confeſsionis in Evangelium* (2. Cor. 9. 13.) *in ſimplicitate communicationis in illos , & in omnes* : quia *venit in teſtimonium , ut teſtimonium perhiberet de lumine , ut omnes crederent per illum.* Ioan. 1. 7. *Non ſum ego Chriſtus*, ait : ſum homo : patet confeſsio in excelentiam , dum inimicis videbatur virtute humanam ſupèraſſe naturam. Imitati Præcurſoris præſtantiam in humilitate Apoſtoli Paulus & Barnabas : igitur Lyſtriæ dicentibus Ethnicis , viſo miraculo : *Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos* ; ſtrenuè reſponderunt : *Nos mortales ſumus ſimiles vobis homines.* Mirùm , quòd ſe cognoſcerent homines ; ſed magis mirum in Ethnicis. Numa , ut ait Plutarch. in eius *Vit.* cùm à legatis Romanis plauderetur proles Deorum , ut oblatum dignaretur ſuſcipere regnum ; illis modeſtè dixit : *Me & ex hominibus natum & ab hominibus educatum , inſtitutumque , haud vobis clam eſt.* Priùs Ulyſſes apud Homer. *Odyſſ.* 7. v. 213.

Non ego immortalibus ſimilis ſum , qui cœlum
Latum habitant , ſed mortalibus hominibus.

45 Reſtat adhuc inveſtigandum , quid ſit in Biblijs , *Nunciari à narrantibus* ; vel *à dicentibus* , quod bis libris ſacris reperitur. Neceſſe enim eſt , ſi aliquid auditur audiri ab aliquo. Quorsùm ergo exprimitur , quod ab omnibus ſupponitur ? Qui ignorant ubi factum , poſſunt ſtylum cogitare tanquàm novum. Per *Narrantes* & *Dicentes* notantur Aulici ; quorum negotium otium , nec aliud officium , quam loqui , utpoté ſeminiverbij : ſiquidem adinſtar Athenienſium , ad nihil aliud vacant, niſi ad dicere, aut audire aliquid novi , ut dicit Lucas, *Actor.* 17. 21. quibus ut ait , 2. *Hiſtor.* Salluſtius: *Satis loquentiæ , parum ſapientiæ* : locutuleij , balatrones , garruli , linguaceſque ; os quorum tinctum , non imbutum dulcedine urbanitatis , ſed importunitate ſub urbanitatis futili , deridicula ſpecie , quo rutilant verborum atque verborum ebulliens prodigium , nugarum prodigum , aſtruentes cumulo faſtum , ita ut præ inſipientia neſcientes loqui , neſciant tacere. Taxat etiam Aul. Gell. ubi ſupr. *lib.* 1. cap. 15. *Leves & futiles & importuni locutores , quique nullo rerum pondere innixi , verbis humidis & lapſantibus defluunt. Sic enim videas quoſdam ſcatere verbis , ſine ullo iudicij negotio, cum ſecuritate multa & profunda , ut loquentes plerunque videantur loqui ſeſe neſcire.* Mira dicunt de lente , & authenticè , & ſtomachicè , promentes ſtultiſsimam loquacitatem , ubi fuderunt magnam de pectore vocem , librantes corpus tinnitu blandiſono vocum , affectantes ſemifractum peregrinè boatum , ut poſsint mutuò refricare

pru-

Greg. Mag.

Negatio pro adverbio.

Iſai. 58. 1. Act. 18. 9. Lorin.

Ezech. 24. 27.

Excellentiæ Baptiſtæ.

Actor. 14. 10. 14.

Pretioſa in hominibus ſui cognitio. Plutarch.

Homer.

Aulici loquaces & inaniter.

Salluſt.

Aul. Gell.

Omnia gloriantur scire & præscire.

pruritum. Mores luculenter, vividèque sugillat Plaut. in *Trinumm.* Act. 1. scen. 2. à vers. 165.

Quàm urbani assidui cives!
At egomet me cum illis unà ibidem trabo,
Qui illorum verbis falsis acceptor fui:
Qui omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt;
Quod quisque in animo habet, aut habiturus, sciunt,
Sciunt id, quod in aurem rex reginæ dixerit:
Sciunt quod Iuno fabulata est cum Iove:
Quæ neque futura, neque facta sunt, sciunt.
Falsone, an vero laudent, culpent, quem velint,
Non flocci faciunt, dum illud, quod lubeat, sciant;
Pauci sunt sanè, qui sciant, quòd nesciunt,
Occlusioremque habeant stultiloquentiam.
Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas,
Unde quicquid auditum dicant; nisi id appareat,
Famigeratori res.

Plaut.

Ideſt, ita rumor, ita dicitur, ita narratur. Graphica profectò & festiva aulicorum descriptio: igitur rumigeruli, spermologi, vel aptiùs spermatologi, impunes scuto fictæ famæ loquacis. *Nulloque auctore malorum*: Lucan. 1. *Pharſ.* v. 405. *Dubioque auctore susurri*: Ovid. 12. *Metam.* fab. 2. *Hinc spargere voces in vulgum ambiguas.* Virgil. 2. *Æneid.* v. 98. Sic de Philomuso Martialis iocatur, *lib. 9. Epigram. 36.*

Frequenter rumor in aula sine auctore.

Scis, quid in Arsacia Pacorus deliberet aulâ:
Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum;
Verba Ducis Dacij Cattis mandata re signas,
Victricem laurum, quàm venit, antè vides.
Scis, quoties Pharios madeat Iove fusca Syene,
Scis, quota de Lybica littore pupis eat.
Tolle tuas artes, hodie cœnabis apud me,
Hac lege, ut narres nil Philomuse novi.

Martial.

46 Hi sanè extolluntur, sed à cordatis ridentur, quia plerunque sycophantæ. Haud fœminas transit huiusmodi maligna curiositas, & depravata garrulitas: etenim maiori fluxu & refluxu sese mutuò offendunt verba in gynæceo, quàm in propatulo foro. Ex retrò sæculis iam inolevit hoccine intolerabile vitium. Audi Iuvenalem, & tantùm quæ decora, cætera apud ipsum videsis, *Satyr. 6.* à v. 400. & Ovid. 2. *Amor.* Eleg. 8.

Fœminæ loquatiores & gloriosiores, curiosissimæ.

Hæc eadem novit, quid toto fiat in orbe,
Quid Seres, quid Traces agant: secreta novertæ
Et pueri, quis amet, quis decipiatur adulter.
Instantem regi Armenio, Parthoque cometem
Prima videt: famam, rumoresque illa recenteis
Excipit ad portas: quosdam facit esse Niphatem
In populos, magnoque illic cuncta arva teneri
Diluvio, nutare urbes, subsidere terras,
Quocunque in trivio, cuicunque est obvia, narrat.

Iuvenal.

Hæccinè intolerabilia in sequiore sexu, iam tolerabilia videntibus; luem etiam pertransijsse in Claustra; quin Monachi specie, moribus aulici cogitent, salubrius esse sequi & scire instituta religionis, quàm ostendere ex Tacito arcana penetrare Politices. Ita quæcunque ignorant, blasphemant: quæcunque tanquàm muta animalia norunt, in his corrumpuntur; ab incumbentia instituti proprij deficientes in vana, quoniam plaudantur huiusmodi aliena, abominabilia studia: haud superiore manu ad iura arcentur ab his, quippequàm mundus in maligno positus est. Poëta novus horum perstringit & ostendit insipientiam, atque in dictis sine mente inverecundam audaciam.

Quæ Monachi aulici?

Hic ubi desidiæ,
Bellorum casus. Pars altera Cæsaris arma,
Pars Gallorum sequitur. Favet ille feroci
Alpino iuveni, portasque & claustra tueri
Imperat Italiæ. Magnis hic classibus æquor,

Navigat, & Regi minitatur fata Britanno.
Gesta ducum expendunt. Malè tuto fidere vallo
Hic voluit; poterat campo decurrere aperto
Ille etiam meliùs. Figunt tentoria, turmas
Educunt, fortesque docent equitare Sicambros,
Atque arcem obliquo pedites circundare calle,
Quà latus infirmum, nec muri spissa corona.
Sed nisi succurrat Pacis qui proximus ædi,
Flumina Pannoniæ, & graphio delineat urbes,
Danubium Thamesi miscent, Senamque Tibisco,
Creditur & medijs consurgere Buda Britannis.

Sectan.

Cavillatio perpropria.

Siccine Quint. Sectanus Satyr. 5. à v. 2. invehitur in imperitorum Monachorum stultam loquacitatem, qua alogi, dum videntur videri facundi & eruditissimi, qui loqui non possunt, nec tacere queunt. Hanc & alias cordis vomicas in corruptelam morum, contrahunt ex nimia, abolendà pravà conversatione sæcularium. O Monachi! O Monachi! O tempora! O mores! Vide quæ diximus. *T.* 2. *D.* 1.

Nec loqui, nec tacere queunt.

47 Constat iam qui *Dicentes* & *Narrantes*, queis totum vox, nihilque prætereà, huc & illuc totum vertebræ, sigilla animata, puppulæ barbatæ, humanæ simiæ, venustuli, prænitidi, comatici, molliculi, crania fracta, & levigata cucurbita. Sunt centum luminibus cincti adinstar Argi, Famæque similes, ut canit Virgil. 4. *Æneid.* à v. 181.

Descriptio aulicorum.

Mostrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures.

Virgil.

Haud videntur verba, sed verborum colluvies, & inanium vocularum inundationes, garriente gutture, suffocato spiramine, linguâ fatiscente, sed infatigabili.

——— Nutu, manibusque loquaces:

Scalig.

Ut canit Ioseph Scaliger in 4. *Manil.* cap. 1. continuò blatterantes, uti graculi strepentes. Dicunt nec visa, nec audita, & arcana, quæ non credita, sed ab illis ficta; ut illic à Principe credantur credita arcana, sicque fumos venditent, auctoritatem concilient, quasi inflatum prægnans pectus esset equus ille Troianus, cuius in articulo eruptionis, auditis tinnirent aures. Sic aulici, Regiæ ludibria & propriè, loquuntur, sed mentiuntur, mendaciumque leve ex palatio vires acquirit eundo. Si magnum, ut ait Iuvenalis, *Satyr.* 4. v. 17. *De magnis maiora loquentur*: cuncta & nihil agentes.

Verba inflata.

Iuvenal.

Qui supponentes, furantur sermones magni Regis:

Sophocl.

Inquit Sophocles in *Aiace*, v. 188. Haud secùs accidit, dum in Curia adventus Abner nunciatus Ioab, & recessus Uriæ à propriâ domo renunciatus David. Ita dicitur: *Nunciatum est Ioab á Narrantibus: Nunciatum est David á dicentibus.* Scivere à curialibus otiosis, loquacibus, addentibus ad vera plurima falsa, & his alia atque alia non degeneria; ita ut moles in immensum crescceret, & animum (plus læsæ conscientiæ) quasi sagitta percuteret. Hæc robora susurri sine auctore, flamine famæ. Hic loquendi modus etiam reperitur apud Græcos. *A dicentibus hoc discere*: Sophocl. in *Antigon.* v. 725. *Audivi, cùm narrarent*: Pausan. cap. 237. Arbitri etiam olim dicebantur, qui modò vernaculè, *Mequetrefes*: haud quia ad illos audita spectabant, sed quia ex auditis arbitros sese faciebant. Hisp. *Chif-garabis.*

2. Reg. 3. 23 11. 10.

Plaut.

Secede huc nunc iam, si videtur, procul;
Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.

Infit Plaut. in *Captiv.* Act. 2. scen. 1. v. 23. idem in *Pœnul.* Act. 1. scen. 1. v. 50. Arbitrique dicuntur Aulici, seu *Narrantes*, quippe narrarent, si viderent, vel audirent. Hinc ipse in *Stich*, Act. 2. scen. 3. v. 67. *Venales longi sunt, ut nuncient nuncium.* Congruit stylus phrasi Hebraicæ: *Nuntiatum ad dicere*: legit Maluend. loc. cit. Apprimè, siquidem illorum exercitium loqui. Sic illi qui viderant, aut audierant colloquia Abner & David, amici novitatis, plusque novationis, dicuntur *Narrantes*, & *dicentes*, famigeratores, susurrigeruli, ociosi aulici, qui quælibet audita *in vulgus vulgant*, ut ait ex Varrone Pontan. in 1. *Metam. Ovid.* fab. 13. v. 2. Ioseph. lib. 13. *Antiq.* cap. 19. ab intuitu definit, & optimè. *Quibus studium* (ait) *seminare discordias.* Contemplare aulicum apud Salomonem, Proverb. 6. 12. *Vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia semitat.* Patent Curialium & gestus & gesta. Caetan. *Homo malus vir ini-*

Maluend.

M. Varr.

Gesta & gestus.

iniquitatis, vir mendacij, vir doloris: idem Maluend. *Vir insipiens*: Septuag. *vir calumniator*: Chald. qui quidem, ut inquit quò dudùm Martialis:

Martial.

Plurima dum fingit, sed quasi vera refert.

Susurones, & maligni. Ingeniosè, subtiliter, ac picturatè officium horum sycophantarum præ oculis exponit præfatus Q. Sectan. Satyr. 1. à v. 120.

Q. Sectan.

In promptu causa. Socia si cernis amore
Pectora contingi, pulchraque cupidine mentes,
Tu propera & tacitus quæ sint aptissima cerne
Semina disidij: alterius mox defert in aures
Hausto quæ socius dixit, fecitque phalerno,
Et mendas animi retege: finxisse iuvabit
Multa, ubi vera desunt, quæ opponere possis.
Cùm semel illieris furtivo pectora felle,
Cœperit & tenerum discordia rumpere fœdus,
Hunc, atque illum palpa, & gnavus utrumque
Iunge tibi.

Malitus rumorum. Hi dicuntur etiam Delatores, qui tantò apud malos Principes in delicijs habiti, quantò apud optimos malè audierunt. Vide Plinium iuniorem in Trajan. *Panegyr.* De Tito, in eius *Vita*, cap. 8. refert Suetonius: *Delatores, mandatoresque erant ex licentia veteri: Hos assidaè in foro flagellis ac fustibus cæsos, ac novissimè traductos per Amphitheatri arenam, partim subijci in servos, ac vænire, imperavit: partim in asperrimas insularum avehi.* Iure Tacitus, 4. *Annal.* cap. 30. infit: *Genus hominum, publico exitio repertum.* Vide ipsum etiam, *lib.* 12. *cap.* 59. & *Histor.* lib. 1. cap. 2-2. 55. & 4. 42. *Rumorum incertorum auctores, curiosos & novarum rerum percunctatores olim supplicijs fuisse coërcitos*: ait Langlæus lib. 8. *Otij semestr.* cap. 11.

Sueton. *Pœna delatorum.* Tacit. Langl.

Prov. 26. 20 48 *Susurrone sublato, iurgia cessabunt*: ait Salomon. Videris apud Iosephum, ubi dudùm, embolium Curialium plusquàm Argolicum, ex quo mors Antigoni à fratre Aristobulo, inversis nuncijs, fictis mandatis, ut uterque frater ab aulicis decipe-

Susurrus quantũ malum? Ioseph. retur. *Casus ostendit* (infit) *quantum possit livor & calumnia & quàm efficaces ad subvertendam etiam naturalem benevolentiam.* Alijs exemplis tam sacris, quàm profanis abstineo, quoniam sufficienter suppetunt obvia etiam stulto: sed præterire non possum aulicorum in huiusmodi technis pravum intuitum, exitum otiositatis, scenam cogitationis. Iuxta affectum, & commodum unusquisque cogitat, & quod mente concipit, non ut

Dicunt quæ cogitant. cogitationem, sed ut eventum ostendit; factà ex cunctis crisi, quippe illorum sententiâ sine pipere, colloquia offeruntur palato sine sale, non ignorantibus, imò noscentibus *cogitationibus* esse *malignas*, ut ait Iobus, cap. 5. 12. *Cogitationes sine intellectu.* Sapient. 1. 5. Unde sine cogitatione entitatis mutuò festum in colloquijs agunt reliquiæ co-

Aulici sales sunt pestes. gitationis; quoniam estò stultissimi habeantur, dicunt fidenter, rerum reflexiones indicare homines rationales. Audi, vel vide ratiocinia in crisim occurrentium translata. Si rem exitus probat, profert aulicus, percusso femore, *Dixi*: imò *Prædixi.* Si econtrà, *Varij sunt eventus belli*:

Virgil.

Respice res bello varias.

Illorum ratiocinia phãtastica. *In huiusmodi rerum systemate cuncta sine fundo pro articuli conclusione. Quis talia ex talibus cogitaret? Res fugit vel intellectum Angelicum, equidem nec exitum habet, nec introitum. In lubrico statu nec firmissima cogitatio potest subsistere.* Mactè. Sic alij alia ac de alijs, quasi penetrarent templi secretorum adytum, nec loquerentur in ventum, quorum os in omnia.

——Omnes effudit habenas.

49 Quid aulicorum *Narrantium* reflexiones valeant, & quorsùm *Dicentes* dirigant, claret ex lapsu Ioäb. Deturbato Adonia, *Venit nuncius ad Ioäb, quod Ioäb declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset.* Diximus aliquid, *Tom.* 1. *T.* 3. *D.* 3. *n.* 11. Nuncius ad Ioäb de Ioäb? Ipse planè sui consilij conscius, quin necessarium didicisse ab alio. An quia ipse misit amicum, ut sciret, quid de illo in aula diceretur, & renunciaret? Haud literæ dissonum; sed faciliùs propriùs, appositiùsque, si pro *Nuncius*, intellexeris *Nuncium*: ideſt, rumorem, qui tunc per aulicorum ora vagabatur *in aula regia*, ut cogitat Caietan. Cuius igitur rei rumor? An quòd cum Adonia & non cum Salomone? Ipse sciebat. Si palàm partes Adoniæ secutum, quid novi dicunt *Dicentes*? Aliquid. Haud aulicis satis in crisim, ni in vulgatis aliquid &

3. Reg. 2. 28.

Cur dicantur Dicentes, & Narrantes?

maxi-

maximè novum cogitarent. Verùm quid? Dicit lectio antiqua textus, quam pro viribus defendit Caietanus, priùsque Abulensis, quousque palinodiam cantavit. Illum adi *quæst.* 23. & Sanctium, n. 40. Ubi Vulgatus rectè vertit, *Post Salomonem*, legebatur olim; *Post Absalomem non declinasset.* Quorsùm hoc eloquium & præteritorum ratiocinium? Ut videretur crisis cum reflexionibus aulicorum. *Librabatur enim in aula regia, quòd Ioäb favisset Adoniæ, & non favisset Absalom, valdè dilecto ab ipso Ioäb; & conferendo hæc, inferebatur, quòd in odium Salomonis Ioäb favisset Adoniæ; argumentum sumendo, quòd si amor movisset Ioäb, favisset Absalom, quem valdè diligebat. Non ergo tam amor Adoniæ, quam odium erga Salomonem movit Ioäb ad adiuvandum Adoniam; Huiusmodi sermonem versari in aula regia, cùm audisset Ioäb à referentibus; timuit.* Hactenùs & opportunè Caietanus. Quid enim non faceret otiositas, maximè si aliqua micabat utilitas? Aliquid cogitandum in fomitem cogitationum & novitatem crisis; post quàm cogitationes, & plures cogitationes iudicio novo quousque deficerent scrutantes scrutinio. Hi sunt aulici, qui à Caietano indigitantur in palatijs *Referentes*, & à sacra pagina *Dicentes*, atque *Narrantes*. Hæc fusius solito diserui, quippe nec tactum apud AA. occurrit.

Caiet.

Quàm noxiæ illorum iudicij reflexiones!

Variet. lect. 50 Versiones Tautologiæ principalis suis in locis collocatæ sunt: ut simul habeantur, itero. *Ait Dominus Deus Israël: Loquens locutus sum.* Maluend. *Sic fidelis sermo Iehova Elohim Israëlis: Dicere dixi: Dixeram omninò: Dixeram quidem.* Caietan. *Dicit Deus Israël. Dicendo dixi.* Idem Hebr. & Arias Montan. Septuag. *Loquendo dixi.* Ad harum phrasium tenorem lectiones aliorum apud Haye in *Bibl. Maxim.* Modò ad mores, ut moris est.

ADINATON EXEGETICUM.

1. *Loquens locutus sum.* At quid hoc? Etsi omnes loquantur, dum loquuntur; non tamen loquentes loquuntur ad omnes. Deus loquens auditur etiam ab illo cum quo directè non loquitur: igitur cùm vox vocem includat, & virtus à locuta voce prodeat; dum unus vocem audit in aure, vocis virtutem alius haurit in corde.

2. *Loquens locutus.* Quis non loquens locutione? Quicunque detrahit proximorum famæ. Non loquens loquitur maledicus scorpius obtrectator: equidem quandiu verba detractione dictat; non loquitur, sed venenat.

3. *Loquens locutus*, dicit Dominus, quia verus. Non ex verbo, sed ex veritate constat vera locutio: quare detractor fugiens callidè verà; loquens haud loquitur, quippe loquitur falsa.

4. *Loquens locutus.* In expressionem mentis instituta sunt verba, quorum instrumentum lingua. Erit loquacitas & non locutio, ubi usus linguæ absque rationis proposito: unde non est locutio loquentis ex negotio otiositatis; siquidem vel loquens minimè loquitur, quia loquitur ut loquatur.

5. *Loquens locutus sum.* Etiam loquitur mundus: at Deus ut verus, mundus ut mendax & falsus: minimèque loquente dicitur, quòd loquatur, sed duntaxàt de Deo loquente, quòd loquitur; igitur solùm loquitur, cuius in promissis firmissima verba & gaudia: tacetque loquens, cuius gaudia verba & verba.

6. *Loquens locutus sum.* Verbum Dei stabile verbum est, homo vox. In illo vita, in hoc vitalitatis umbra: negaturque homini loquenti loqui; quoniam præceps transit tantà levitate, ut in vita sit vox vitæ, vel vita tantùm in voce.

DIDASCALIA PRIMA.

Virtus vocis Dei extenditur, plus quàm vox.

¶ SIngulares in voce Di sunt diversæ, indiscretæque voces; & quia una plures, est mirificè singularis. Dat voci suæ vocem virtutis, ut ad singulos perveniat mirabilis virtus vocis. Habet profectò scientiam vocis in unica voce prolatà, quippe una continet omnia. Semel loquitur, & secundò idipsum non repetit:

Psal. 67. 34.

Sap. 1. 7. Iob 33. 14.

equidem ut constet verborum eius insigne
Psal. 61. 12. prorsùm miraculum; illo semel loquente, duo notantur & audiuntur. Resonat vox reflexa ad aures, fiuntque ex una plures voces; quandoquidem ex commotione cordis cordium circunstantium fit commotio; quippe in concavis aurium formatur echo.

Vox Dei plures voces Vividè dialecto vulgari, dum cor percellitur, quia voce percutitur; aiunt: *Hizo eco la voz*. Lucretius *lib.* 4. de *Rer. natur.* à v. 567.

In multas igitur voces vox una repentè
Lucret. *Diffugit, in privas quoniã se dividit aures.*
Obsignans formam verbis, , clarumque sonorem.
Verba repulsantes iterabant dicta referre.

De quo suo loco, *Tautolog.* 10. n. 22. Quoties vox audita sonuerit, in corde solicito resonabit; ut qui novit crimen, commotum pectus percutiat in contritionem. Ad rem Ausonius, *Epist.* 12. v. 23.

Auson. *Turbida congestis referitur vocibus Echo.*
Tene, feri, duc, da, cave.

Quomodò? Tene propositum, feri inimicum, duc in opus audita, da te vocationi Numinis, cave, ni dederis: igitur cordi grave, ni vox audita iteretur in corde; quippe virtus vocis ut eminens non solùm loquitur cum quibus loquitur, sed etiam cum illis ad quos meditatò dirigitur.

2 *Quod autem vobis dico, omnibus*
Marc. 13. 37 *dico. Vigilate*: dixit discipulis Magister cœlestis. *Vigilate*: ideſt, quæ dico, figite cordi, heùs, heùs. Hispanic. *Cuidado.* Cur igitur ita mente tenendum, alijs dici quicquid illis dictum? Quia ex huiusmodi sensu pendet hominis in bonum directio, & à malis revocatio. Excusatio videretur facti, quia documentum non accessit auditui: at cùm vox veritatis non solum audienda ad quos prolata, sed ad quos directa; omnibus dicitur, quicquid
Unde ineffi-cax prædi-catio? illa loquitur: equidem cor audiens & surdum haud movebitur in bonum, nec à malo revocabitur; si vox directa quasi vaga prætermittitur. Vox semel prolata est; verùm echonem debet efformare vox; quippe tunc effectus videtur vocis, dum una continuò multiplicatur in aures, ut sibi dicta sentiant, quæcunque voces incessanter clamant; quandoquidem nulla in cordibus ad virtutem reformatio, ubi prætervolat echo: transeunt quippe audita ab auribus verba, quasi non fuerint audita. At quomodò echo in bonum efformabitur prolati verbi, si fit ex auris repercussione, quæ exprimit resilientiam,
Efficax, si quod per- seu vocis agitatæ repulsam? Aptè. Vox tendit in echo, fit in aure verberatio: tuncque firmatur vocis propositum, & verbum fausté sortitur effectum; siquidem ex repercussione auris, transit in arcana cordis. Ita Christus omnibus dixit, quicquid voce discipulos monuit: igitur omnibus dirigitur, quicquid cum illis vel secreto loquebatur. Vigilandum ergo, ne abdicat auris, quod sibi, dum alijs, dicit propositum vocis: equidem pura clarescit auscultantis conscientia; si pro se accipit, quod alijs de industria dicta. *cipit auris transit in arcana cordis.*

3 In novissima cœna cùm se discipulis amore traderet, ut unus cum illis fieret; dixit Assertor N. discumbentibus: Matth. 26. 31.
Unus vestrum me traditurus est. Convivio notatur non solùm familiaritas, sed amicitia; tuncque formatur à proditore tutela: non enim esset summè perfidus, ni ostentaretur amicus. Vulnus sanè flagrantis charitatis molimen supplantationis: verùm in amore summum, uti charitatis fastigum; proditorem cognoscere, cum illo discumbere, & sese tradere proditori. Singuli ergo perculsi huiusmodi indeterminato verbo (igitur pectus rationale offendit ingratitudo) dixerunt illi: Vers. 22.
Nunquid ego sum Domine? Haud adhæret crimini, qui diffidit suæ propriæ fragilitati. Si illis huiusmodi iniquitas nec venit in mentem; quomodò suam suspicantur esse posse iniquitatem? Exprimunt corda cauta, & in bonum docibilia, simulque abhorrent à crimine; quippe si suum, quamprimùm desiderant pœnitere. Christus indeterminatè, vagèque locutus, sed singulorum voce perculit pectus: illique sibi timentes, interrogant an sint, vel alijs directa vox; ut constet in schola propositum: igitur cor ostenditur purissimum, dum quod ille indeterminatè dixerat, unusquisque ut sibi dictum intra pectus cogitabat. Vox, quam pavidè recepit auditus, reflexa percussit pectum, vagans hinc inde per eius angulos; an inveniret conscientia examinans interiora, vel leve aliquid excludens à sacra mensa: & cùm formidari debeant, vel ipsa quæ non cognoverant; interrogant singuli, ut immaculati accedant: siquidem timent accedere, etsi sibi nihil conscij, verùm non iustificati. *In quo sumus amor Christi?* *Monimentum virtuti, diffidere propriæ fragilitati.* *Ad Eucharistiam pro examine vel incogitata cogitanda.*

4 Magis elucet in ipsis pro iustificatione solicitudo puritatis, ex impudentia effrontis proditoris. Hic etiam pro se loquitur, vel dum à conscientia redarguitur: *Nunquid ego sum Rabbi?* Ipse sanè Vers. 25.
sciebat, quæ cogitaverat; & insistit in opus (etiam aguitus) quin ulla sit proditio-

tionis pœnitudo, imò cordis in proposito obduratio: equidem astruit cordis duritiem, veritatis aversionem; audire secum loquentem inconcussam veritatem, & præterire vocem Christi loquentis, quia loquebatur ad omnes. Ex collectione inquisitionum cognoscitur cæterorum innocentia, & proditoris perfidia. Cor illorum timet, huius autem magis audet: minimèque convertitur, quanvis flagitium ab illo cognoscitur, illique trepidant ad notitiam paventes, etsi ignari criminis; quia pro se cogitarunt, quicquid Iudæ dictum: & Iudas pro alijs, quicquid sibi prolatum. Præterea. Christus Iudæ respondit, cæteris tacet; quippe nutrit perfectionem animæ, vivere in sancto timore. Iudæ respondit: *Tu dixisti.* Claret audacia perfidiæ comes, negare quod dicis. Inficiaris, quod cognoscis. Foves vulnus, studesque videri perfectus. Dum fallere intendis, falleris. Minimè sanaberis, quippe ignoras, quod intelligis, tui proditor, dum mihi insidiosè supplantator: igitur pessima omninò conscientia, à nequitia cauteriata; vulnerari, & non cognoscere: altè percuti, & nullo modo sentire: trucidari, nec dolere, quasi esset longè, quòd pungebat intimè; quandoquidem sibi dictum quasi de alijs audiebat, quod de nullo alio dici, neque cogitari quibat. *Tu dixisti.* Clarè Christus, singillatim quæ loquitur signat; an ille expositione ab iniquitate recedat: equidem nullo modo recedet; si sibi dictum, alijs dici iudicaverit. *Tu dixisti.* Si tu dicis, quid interrogas? Ad ampliora (si sunt) audacter transibit iniquitas; igitur illo cognoscente, proditionem cognosci, in aliud & aliud procedet crimen; quippequàm simulationis vidit dissimulationem. Haud dissimulandum quod geris in pectore. Ego dixi, & tu dixisti. Non est pectoris conversio, ubi ignorantiæ affectatio; imò pertinacia in crimine, & horror à conversione: siquidem nulla conversio, nec cordis motio, dum vox quæ auditur, auditur, quasi illi non loqueretur.

Ex acceptione vocis vagæ perfidia, vel innocentia cognoscitur in audiente.

Ibid.

Quid conscientia cauteriata?

Unde cordis desperata conversio?

5 Indicat Ioannes: Misit Iudæ diabolus in cor, ut Iudæis traderet uti inimicum Iesum. Cognovit cognitum flagitium, misitque post situlam lorum, igitur stimulabat cogitationem iniquitas, *& post buccellam tunc introivit in eum satanas.* Christus illi crimen expresit: suum esse Iudas audire dissimulavit. Adhuc ista Veritas ut cognoscat; sed insidiator ignorantiam affectat, quasi in commune Salvatorem fuisse locutum, vel dum illi grave crimen indicatum. Pridem erat in corde malignitas, post satanas. Malignitas, ut magistrum proderet: satanas, ut sibi dicta, quasi in alios, præteriret. Malignitas in nequitiam, satanas in pertinaciam: & dum pro alijs vocem prolatam intelligit, tunc in eum dæmonium introivit; quippe patet in pectore habere dæmonem, qui non cognoscit, suam cognoscendo iniquitatem. In genere loquitur, qui verbum Dei in corde seminat; ut unusquisque audientium sibi medicamina sumat. Quisquis audierit, & sibi non dicta cogitaverit; proculdubiò peribit: offertur quippe à voce medicamentum, & lubet iacere ægrotum. Vox loquitur, ut peccator audiens crimina aversetur; & tandem tandem in salutem commoveatur. Venit diabolica cogitatio, scilicet sibi non dici, sed alijs; etsi hiscat grave vulnus in medio cordis: & dum audita non sibi, sed alijs applicat, diabolus intrat; quia prætermissio non ab ignorantia criminis, sed à diligentia dæmonis, intendentis prævalere infirmitatem, ne audita vox audiatur in contritionem: quandoquidem in peccato persistit, quisquis auditam vocem sibi non audit.

Ioan. 13. 27

Summum malitiæ, affectare ignorantiam in cognitione peccati.

6 Dum zelo imprudenti furens in Damascum procederet Saulus, igitur zelus sine prudentia furiosus; *cadens in terram, audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule quid me persequeris?* Illicò Saulus conversus ad vocem loquentis, requisivit eius quæ placita voluntatis; equidem attritus lapsu, stupefactus à cœlo, cæcus à luce, contritus corde actutùm voluit perficere quicquid possibile fieri, dicens: *Domine, quid me vis facere?* Admirabilis sanè cordis obstinati conversio, uti dexteræ Excelsi omnipotentis mutatio. Stipatus in urbem processit socijs. Verùm quid factum de illis? *Viri autem illi* (ait Lucas) *qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem.* Si Paulus voce auditâ surgit frugi, quo pacto qui socij, non convertuntur, ipsamet auditâ voce? Paulus obstupuit, & vi vocis in terram statim corruit. Illi vocem ipsam audiverant, sed stabant. Stantes audierunt, & obstupuerunt: minimèque à crimine revocantur; quippe si motio necessaria pœnitudini, præut vox invenit, persistebant immoti. Vide alia *Tautolog.* 10. *D.* 2. *num.* 12. Stupor admirationem indicat, ut intellectus in bonum pravam voluntatem moveat, ducatque in tanti

Act. 9. 4.

Vers. 7.

Ubi à voce nulla motio, non potest dari conversio.

naturam boni, quod cognoscenti apparuit uti mirabile. Audita à stantibus vox, verùm illi stabant sic. Bonum ut mirabile visum, sed nihil ex illo stupore factum: igitur nihili, dum immoti in pœnitudinem; quòd admirarentur vocem. Ex casu Pauli & stantia sociorum, micat effectus vocis in corde audientium: equidem cum cordis motus etiam corpus impellat, ut bonum cognitum ambiat, & malum fugiat; Paulus movetur illicò, sociorumque non ostenditur conversio: quippequàm si sic ut vocem audierunt, erant stantes; stabant sanè sine ulla motione cordis. Pende emphasim verborum Lucæ, ut videas quomodò Paulus surrexit cadendo, & socij simul ceciderunt
Vers. 6. & 7. stando. Paulus ut non iaceret, iacebat *stupens*: comites verò *stabant stupefacti*, stupet animus, stupefiunt sensus. Animus à motione interiore, sensus à vehementiore sensibili. Motio illuminat, sensibile fortius obcæcat: illique stant non stupentes ad vocem, sed tantùm stupefacti;
Stupidi peccatores protervi. quippe ita immoti & stupidi, ut dum internè movebatur Paulus, illi nec haberent sensus. Intimè movendus est, cuius ad aures de cœlo pervenit vox: nihil cor illorum sensit, quùm vocem auris audivit: illique permanent in meliorem mentem insensibiles stupidi; quia nullus convertitur sine interiore motione.

7 Elucet discrimen inter audientes, quantunvis è throno procedant voces, & fulgura & tonitrua; ut surgat homo in meliora: etenim eadem vox quæ produxit in Paulo conversionem, in comitibus genuit pravam stupiditatem: audiebant igitur voces, & stabant quasi lapides. Illa positio corporis quoad externam speciem, indicabat interiorem cordium duritiem: siquidem cognitâ voce, & quod de cœlo missa; stabant uti saxea immota corda. Effectu constat. *Stabant stupefacti, audientes vocem.* Paulus verò *cadens in terram tremens & stupens.* Quis non percellitur voce de cœlo facta? Proterva pectora. Ex formidine constat, iniquitatem cognosci, atque ex corde pœnitere. Tremor corporis ex timore cordis oritur, exprimentis quàm iustè damnaretur, teste conscientiâ, ac fulminante iustitiâ.
Nihil timent. Utrosque aggravabat pondus iniquitatis, sed diversa in utrisque virtus vocis, exponentis coram oculis peccatum: igitur Paulus convertitur & illi non convertuntur; quia contritus resipiscens non solùm timet, sed tremit; socij verò stupefacti nec pœnitent, neque timent. Accedit in pœnitudinem anima, quia formidat in iudicio gravissima crimina. Illique estupefacti degunt absque pœnitudine; quippe pleni iniquitate stant absque ullo timore. Stupidus peccator; quia impendentia flagella non videt; neque quæ perpetravit, agnoscit. *Trahitur* (inquit Gregor. Magn. 3. *Pastor.* admonit. 33.) *& nequaquàm sentit; quia per illecebras vitiorum ducitur, nec tamen ad sui custodiam fuscitatur.* Quid mirum, quod sine sensibilitate, ubi vivens sepultus, mortus à corde? Intende vigilantiùs in articulum. *Stabant stupefacti audientes quidem vocem.* Vox facta fuit in instanti necessario prolationi. Quomodo transacto tenore vocis, illi stupefacti persistebant audientes? Dicat Lucas, quòd audierunt, quippe illis stupiditate tantâ, etiam præsens vox præterita: verùm præteritis articulationis morulis, quòd erant vocem audientes? Utique, & profundissimo intuitu: illa vox ab aure in corda construxit echo, ut abhorrerent ab iniquitate, perpenso crimine. Transivit vox, sed tinnitus permansit, intra pectus circumsonuit. Excusationem aversionis haberent, si non audirent: audientesque Lucas dicit, ut corda lapidea noret: equidem præ duritia cordis persistebant stupentes, etiam dum intùs resonabant voces. Ergo in propositum Didascaliæ.

Greg. Mag.

Ibid.

Stupidiores lapidibus.

8 Paulus convertitur ad cor, cuius conversionis index totius corporis tremor: socios immobiles declaravit cordis stupor. Cur igitur audita voce & visâ cœlesti luce, nullus illorum convertitur, dum ita Paulus intimè percutitur, ductus in pœnitentiam, ut à Deo humilis adipisceretur gratiam? Pende. Vox tantùm dixerat: *Saule, Saule.* Vox Dei loquitur singulis, dum loquitur omnibus. Unusquisque pro se suscipere debet, quodcunque in animæ medicamina audit; ut resurgat in salutem, dum odit infirmitatem: contritoque Paulo, nulla comitum memoratur contritio; quippe vocem arbitrati tantùm locutam cum Paulo. Unde cùm illa mitteretur in aures omnium adstantium, ut simul audirent, & sibi loquentem Deum, illique starent stupefacti; manserunt immoto corde: siquidem vocem audientes non audierunt, ut audirent; sed tantùm ut obstupescerent. Vox fota à corde conversionem gignit: fovetur, ubi quisque sibi audit. Si non audit indurescit: illique audientes signantur stupefacti; quia

In peccato persistit, quisquis auditam vocem sibi non audit.

vox

vox excitans Paulum in pœnitudinem, in protervis flagitiosis excitavit stuporem: Occurrit Antilogia (de qua quoad literam agemus *Tautolog.* 10. *n.* 29. sed modò tropologicè) scilicèt, suppositò quod illi starent stupefacti vocem quidem audientes, & neminem videntes; quo pacto verum erit, quod inferiùs de illis dicitur: *Lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt*? Vox fulminata, ut à peccati somno surgerent omnes: lux verò in illuminationem obscuræ mentis; ne causarentur in criminum pœnitudinem, atque cordium contritionem, de absentia lucis, ac defectu vocis. Ad cunctos igitur lux & vox directæ, etsi propter Paulum factæ: audientesque dicuntur surdi, & videntes omninò obtenebrati; quia cùm non videat, qui sibi non videt, & absurdescat, qui sibi non audit; visis & auditis (queis corda insensibilia in pœnitentiam, aversantia vocantem illuminatricem gratiam) nec audierunt vocem, nec viderunt lucem.

Cap. 22. 9.

Audientes surdi, & videntes qui cæci?

Senec.

9 Causam ingerit Senec. *Epist.* 91. *Pleraque* (ait) *ante oculos posita transimus: sæpe animus etiam aperta dissimulat.* Elicitur cordi cæcutienti lux, ne visa transeat: dirigitur vox ne aperta quasi inaudita prætereat: manetque miserè stupidus, coram luce & voce immotus; quippe dissimulat quasi non videret, & vocem transit quasi non audiret. *Multiplices* (ait Clemens Alexandr. *orat. exhortator. ad Græcos.*) *habet Salvator voces, & modos ad salutem hominum. Minans admonet, maledicens convertit, deflens miseretur, per nubem loquitur, igne terret, ex columna flammam accendit; quod simul est gratiæ & terroris indicium. Si obedieris, lucem; si non obedieris, ignem.* Multiplices voces sunt, sed unica clara vox: igitur ut convertat à lege claudicantes & rebelles; vox ad unum, sed virtus vocis ad omnes. *Loquens locutus sum*: dicit ille: Quid hoc? Etsi omnes loquantur, dum loquuntur; non tamen una voce loquuntur ad omnes: Deusque loquens loquitur; quippe loquens auditur, cum quo non loquitur: igitur cùm vox vocem includat, & virtus à prolata voce prodeat; dum alius vocem audit in aure, alius vocis virtutem habet in corde. Canit Theöcritus *Edyl.* 25. v. 48.

Variæ Dei voces.

Clem. Alex

1. Reg. 2. 30

Vox ad unũ & virtus vocis ad omnes.

Theocrit.

Aliquid ex ipso loquente audire possim.

Si Deus loquitur, totum potest audire: & dicit *aliquid ex ipso loquente* ad aures; quippe Deus loquitur loquens: loquens quidem voce terminata ad unum, etiam alloquitur alium.

10 Contemplemur Christi vocem, simulque vocis virtutem. Criminabantur adulteram coram illo cum Scribis Pharisæi. Miserabilis profectò Reipublicæ status, ubi arguit impudenter arguendus: & zelotes micant glorianter legis, qui peiores criminosis. Aptè Seneca, quò dudum. *Scis, ut illi nihil cum adultero, sic nihil tibi esse debere cum pellice; & non facis.* Audivit Dominus patratum crimen, delatores & mulierem; cùm persisterent in accusatione dolosa, *iterùm se inclinans, scribebat in terra. Audientes autem hæc* (infit Evangelista) *unus post unum exibant.* Audiebant? Quæ igitur dixerat, si in terra duntaxàt scribebat? Scripsit tunc fœminæ insimulatæ flagitium, & simul cunctorum præsentium criminantium, tali artificio, ut sua quisque posset legere, & aliena nequaquam intelligere. Vide Lyr. hìc. Medicamen patet in delationes, atque frænum in audaces: etenim nullus in alterius accusationem intenderet, si se respiceret. Satagunt operationum proximi fieri iudices, & suarum cognitione fiunt fiscales: igitur impunium expavet cor, cùm in eadem damnatione sint, iustum est enim, quòd puniantur à lege iniqui deviantes, verùm nequaquam à iudicibus prævaricatoribus legis: equidem cum lex æqualis omnibus sit; haud æqua perstaret lex, modò prævaricatorem absolveret, & prævaricatorem condemnaret.

Senec.

Ioann. 8. 9.

Ignorantia sui, causa accusationis proximi.

11 *Scribebat in terra.* Audientes autem unus post unum exibant. Arab. *Cùm audissent hoc, ex eo intelligentes ignominiam cœperunt exire.* Quænam ibi vox audita ab accusatoribus? Qua loquebatur scribens in terra digitus. Nonne in fœminam? Utique, sed etiam in illorum ignominiam, qui cupiebant fieri crimina fœminæ, quibus etiam ipsi obnoxij: & dum in fœminam iudicium prolatum, audierunt sibi iudicium; quippe iudicis voce, atque vocis virtute, dum in flagitium fœminæ data sententia; intellexerunt etiam propria damnari peccata. Intelligentia est in scriptis; haudquaquàm vox, quam percipit auris. Sanequam, sed præstat mirabilis Dei vox; ut fiat contritio peccatorum in dolorem, quin peccata intelligantur vicissim. Vocem sanè excipit auris, cor verò virtutem vocis: & quicquid in fœminam fulminatum, ab illis profectò auditum; quoniam ab illis clarissimè auditum est, quodcunque illis illorum dice-

Arab.

Sententia Dei data in unũ datur etiam in peccatorem alium.

cebat cor. Ideo *scribebat in terra.* Scribebat in terra, ne illis essent corda saxea: equidem in dolorem emollescunt, dum voces auditæ in cordibus scribuntur. Dubium est inter Expositores, quomodò in terra crimina potuisset scribere, si totum erat stratum marmore lapide? Ut accusatores invitaret in pœnitentiam, considerantes perspicuè iudicis misericordiam: equidem cum lapide signetur cordis protervitas, terrà autem humanæ carnis fragilitas; ille scribens ut indulgeret duritiem, notavit clemens tantùm ut fragilitatem.

Quanta illius in peccatores clementia!

12 Nota proterviam. Aliquibus placuit in aëre Christum efformasse characteres. Adi Alapid. hic & Maldonat. *num.* 13. Dionys. Cartusianus arbitratur, in marmore figurasse, & hoc digito scribenti miraculosè cessisse. Quid ergo illi accusatores sui, dum fœminæ accusatores?

Vers. 9. *Unus post unum exibant.* Ostenditur duræ cervicis tenacitas, dum altè cordi dominabatur iniquitas. Aliqualem excusationem haberent, modò propria ulcera voce mirabili nec audissent, nec vidissent. Medicus etiam erat, qui scribebat, & scripta iudicabat: claretque cordium, vulnera scientium, effrænissima obstinatio; cùm unus post unum recessissent à medico. Stupuerunt voce, & audita à corde noluerunt ut Echo audire: igitur susque deque faciebant scriptum in flagitia iudicium; quasi illorum vindex scripsisset in ventum. Studium illorum totum, ut accusarent, neutiquàm ut resipiscerent, medicante cordis dolore tanto cordis miserabili vulneri. Minantem videbant digitum; eliguntque sine flexione recessum. Considerant coram iudice noxàm; & quasi fugerent, fatuè meditantur fugam, cùm ad illum fugere esset effugere, simulque sanari: sed ita etiam in præsentia iudicis, occultæ nequitiæ ultoris, de crimine sibi placent, ita facinoribus hærent; ut pugnacia obsistant corda, etiam dum cedebant saxa. Maligni accedunt, & iudicium conscriptum maligniores effugiunt, stupidi præ peccato, & corde duro, quin viderent quid ille scripsisset, cùm pro iudice medicus illis adesset: equidem qui præsentiam formidabant medentis, nihili habebant potestatem iudicis. Mulier absolvitur. Audiebat. Expectabat stans criminis pœnam uti medicinam. Illi spernunt medicinam, sed nequaquàm fugient pœnam: igitur recesserunt à medico gravi corde; graviore crimine, quia duriores lapide.

Fugere medicamen, est mulcere crimen.

Corda peccatorum saxea, & stupida.

Vers. 12.

13 Vocem intellexerunt, sed in ampliorem perniciem; quippe noluerunt sibi intelligere vocem, cùm illos alloqueretur, ubi sententia cum fœmina loquebatur. Renuebant converti, dum audientes fugiebant audire: equidem cùm virtus vocis iudicis extenderetur & unica voce ad omnes; quia persistentiam in peccato cupiunt, audità voce fugerunt: etenim non conteri in pœnitentiam, videbatur impossibile; intra penetralia cordis echo, aut voce resonante. *Lectiones sanctas libenter audire*: iubet Monachos Benedictus Pater, *Regul. Sanct.* cap. 4. Instrum. 55. *Audire*? Legere. Utique, sed dum lectæ sunt auditæ. Multifariàm, multisque modis Deus animabus loquitur: & quod legitur auditur; quia si verba à Deo prolata, qui legerit, sumit sibi, audiuntur sanè à legente. Qui legit, & sibi non applicat; legit & legit: qui legit, & legit sibi; legit & audit: igitur cum vox illa habeat virtutem; audit profectò inclusam in voce vocem. Qui quærit pharmaca in ægritudinem animæ, attendit lectionis voci. Legit ut audiat, non ut legat: dicitque Benedictus debere audiri, quæ videntur legi; quia sibi dicta iudicare debet, quisquis audierit. *Audivi post me vocem magnam*: ait Evangelista Ioannes, subditque: *Et conversus sum, ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum.* Quomodò & quando videatur vox, dicemus, *Tautolog.* 10. *D.* 4. à *n.* 1. Modo curiositatem vellicat, scire; unde resonante voce, secum lòcutam cognovit? Præmiserat antè: *Audivi.* Auditur vox Dei, dum quisque sibi sumit; non auditur, dum quasi casualis transit; auditur, dum servatur in corde, quodcunque perceptum aure: cum illoque prorsùm vox audita loquebatur; quia vox vaga ab illo auditur. Liquet. Illicò ut conversus intendit auditam videre vocem, conspexit lucem. *Vidi* (inquit) *septem candelabra.* Hæc illuminant mentem, ut videat in se audiens quicquid audiverit; atque voci respondeat, si sibi sumpserit: in conversionem cordis è cœlo mittitur vox: auditur, quando illumatio fit: cognoscitque vocem directam sibi, simulac percepit aure; quippequàm adeptus meditatam conversionem, antequàm videret lucem. Dum index conversionis est animi promptitudo; claret auditionis effectus illuminatio. Si mens in conversionem cordis non illuminatur; vox audita, quia non sibi, non auditur: constatque Ioannem au-

S. Bened.

A corde non auditur, quod displiceat cordi.

Quo legere modo audis quod legis?

Apoc. 1. 10. Vers. 12.

Ibidem.

Obtinetur conversio, dum in corde fit auditio.

audijsse, quia illuminatur à voce. *Conversus vidit.* Claret cordis auditus, quia à voce in vocem conversus: igitur ni sibi audita appropriaret, nec audiret, nec videret.

Greg. Mag. 14 Gregorius Magnus innuit (ni fallor) homil. 15. in *Evangel.* Altissimo sensu inquit: *Cibus enim mentis est sermo Dei.* Observa proprietatem metaphoræ in nostri propositum instituti. Sermo Dei cibus animæ fit, quippe alitur verbo, quod procedit de ore Dei. Datur cibus sermo in nutritionem; si non nutrit haut habet utilitatem. Non sat ut nutriat, quod habens sumat, sed quod sibi sumat, idest, comedat, ut in nutritionem transeat: igitur nihili ducimus quoad utilitatem etiam cœlestem mirabilem escam; si qui comedit audiens in propriam non converterit substantiam. *Nonnullos enim* (ait Bernard. Serm. 1. in *Septuages.* n. 2.) *sic interdùm audientes invenies; ac si nihil omninò ad eos pertineant quæ dicuntur: non intrare cor suum, non discutere mores suos, non cogitare, ne fortè quod audiunt, dictum sit propter eos. Maximè autem si fortè sermo Dei adversus vitia illa manifestè processerit, quibus sese illi sentiunt obligatos: dissimulant, & avertunt oculos cordis, aut qualibet adinventione palliant vitia, & seducunt miseri semetipsos. In his ergo salutis signa non video.* Planè: cibum accipiunt, sed in propriam substantiam non convertunt: apparentque famelici, atque cibo saturati; quia estò vocibus impleverint aurem, nihil ex illis ad virtutum nutritionem. Vox de cœlo fit, enuncians unicuique, *ascende hùc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc*: igitur audit, qui ascendere in cœlum cupit. Qui audit ut surdescat, aures cordis astutè aggravat; quia dissimulat sibi dici verbum, dictum tantùm propter illum. Infirmitas pungit; sed quia infirmum se nescit, medicinam obviam ægritudini non sumit. Modò in cor cum vocibus ingrederetur veritas, exiret profectò gravis, ac premens infirmitas: verùm placidè iacet infirmum, habens, in verbo medicamen obvium; quia cùm sibi suum non sumat, veritas intrat, ut exeat Vernaculè: *Como no se persuade, que es por su enfermedad; no hace la verdad mas que entrar, y salir.*

15 His ergo dicitur ab Isaia: *Audite audientes.* A Christo: *Audientes non audiunt.* Intenditur auditus in audientibus; quoniam si sibi dicta non sumunt, audita planè non audiunt: igitur tantùm audiunt vocum speciem, sed nihil in nutritionem. In corde sunt ægritudines & graves, in quas utpotè pharmaca diriguntur verba prædicationis: sine applicatione irritum medicamen exhibetur; quoniam agens si distat, non operatur: iacentque ulcerosi & miseri; igitur vulnera in corde, & remedia sunt in aure. Hi audientes non audiunt, quia non intelligunt. Intelligere debent verba audita sibi adhibita in medicamen: verùm cum non intelligant, sibi inesse languorem; audiunt quod audiunt, quasi non audirent: quandoquidem tenaciter regnat ægri cordis affectio, quia nulla verbi in salutem applicatio. Hinc Christus toties clamat: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Huiusmodi periodus negotium nobis facessèt, *Tautolog.* 10. *à num.* 28. Quæ sint audiendi aures, delicat Gregor. Magn. quò supr. *num.* 14. *Omnes enim qui illic aderant, aures corporis habebant: sed qui cunctis, aures habentibus*, Siquis habet aures audiendi, audiat, *dicit*; *aures proculdubiò cordis requirit.* Idem Homil. 14. in *Ezechiel.* uti videbimus, loc. cit. *num.* 32. Omnes enim audientes in auditum habent aures, modò aperiant aures cordis: igitur cùm in illo, an sibi congruant, vel aliquomodo pertineant, studiosè conferantur, quæcunque à concionatore audiuntur; qui medicamina cordis haud applicat vulneri, non habet aures audiendi. Ut per aures introëat verborum medicina, vibrantur verba. Si sibi audiens medicamina non applicat, quia vulnera ignorat, vel ignorare affectat; malis haud medetur, sed multiplicat. Sibi sumere, & proficere, est habere aures audiendi: hasque efflagitat ab audiente prædicans cœlestis medicus, ut applicatione ad cor, lethale sanetur vulnus; quandoquidem in vomicam perseverat ægritudo; si à surdo corde prætervolat intellectio. Vulgò vividius: *Queda el doliente por no dolerse sumamente apostemado, no queriendose dàr por entendido.*

16 Pharisæis destinandum nosocomium; quia iudicium languorum erat desperatorum, prorsùs incurabilium. Cæci errabant plusquàm cæcus à nativitate; quippe cæci errabant corde. Illuminare verbis lucidis, sagittis cordis intendebat Dominus, magisque illorum gravabatur vulnus. Vividioris fulmine iaculatæ veritatis, magis innolescebant pectoris affectiones. *Virtus Domini erat ad sanandum*

Cur vox, verbumque Dei dicuntur cibus?

Bernard.

Apoc. 4. 1.

Qui audit, ut surdescat?

Isai. 6. 9. Matth. 13. 13.

Cur audientes non sanantur à languoribus?

Matth. 11. 15.

Greg. Mag.

Haud restitutio salutis, sine applicatione medicaminis.

Luc. 5. 17.

dum eos: sed erat sine virtute, præ audientium ægrorum malignà indispositione. In mala fovebant animum pertinacem: voxque nequibat exercere virtutem. Vox medici erat in virtute; cæterùm illis & magnifica virtus sine voce. Sagittæ potentis acutæ in corda inimicorum; sed torquebantur in duritiem adamantum. Audiebatur verborum articulatio, at in corde procul echo (inter syrtes resonantium iniquitatum, ac inter concava scopulorum criminum) quæ necessaria in sanitatem, ut vox haberet virtutem.

Fomitibus magis peccatores obdurescunt.

Auson. ——*Licet hìc comertia linguæ*
Iungere; & alterno sermonem texere pulsu.
Blanda salutiferas permiscent littora voces,
Et voces: & penè manus. Resonantia utrinque
Verba refert, medijs concurrit vocibus Echo.

Ut canit Ausonius, *Edyl.* 3. aliàs 10. v. 293. Cæterùm intra cor haudquaquàm discutiebant mores suos, nec cogitabant dicta, an dicta propter eos: quandoquidem ægros sese nesciebant, vel scire simulabant. Ergo dixerunt ei: *Nunquid & nos cæci sumus?* Utique, non cæcitate, sed obcæcatione. Audiebant non habentes aures audiendi ut conferrent sibi & secum, quicquid propter illos duntaxàt mirè depromptum: languentque miserrimè cæci, præ cæco à nativitate; quoniam audientes medicatricem in affectiones Archiatri vocem, ut gravior inesset propriam noluerunt agnoscere cæcitatem.

Ioan. 9. 40.

Ad sanitatem non pervenit, qui se infirmum non cognoscit.

17 Aversatur huiusmodi ignorantiam Sponsæ indoles, ut æternæ sit felicitatis particeps. Sodales, ipsamque simul Sponsus allocutus est; & illicò arbitratur, quod locutus sit ad cor: *En dilectus meus loquitur mihi*: ait. Loquitur dilectus hyemem transisse venenati sæculi; & gratiam eius fuisse, transire posse. Apparuisse in terra sua purissimos, flores; quia in Sponsis debent florere virtutes: tempusque non esse nutriendi eius in servitio superflua, quia semper vana; simulque imperfectiones resecandas, ut emineat in virtute florum venustas: igitur illarum, si virtus floret, tempus putationis advenit. Hæc vox, seu voces Sponsi: quo ergo pacto dicit illa: *Dilectus loquitur mihi*? Audiebat corde: & licèt ad omnes dirigatur vox Sponsi, soli asserit loqui sibi; quia quodcunque ab illo dignata audiebat, ut medicinam cœlestem languenti cordi applicabat. Nanciscitur Sponsa effectum locutionis internæ, ubi quod audit, servat, & audit sibi: igitur tunc culpæ, vel imperfectionis languor expellitur; dum quod ad omnes, sibi dictum arbitratur. Omnes animas, Sponsas Dilectus inspirationibus vocat, in felicitatem aptat, ducit, mulcet, dirigit, plectit: & in his operationibus sibi tantùm asserit, Sponsum loqui; quia habebat aures audiendi. Iccircò dicit: *Dilectus meus.* Omnium sanè, sed propriùs, quandiù auditus fuerit corde: suumque meritò dicit; quia firmiùs habet amorem & ab omnibus Dilectum, dum quod cunctis commune, sibi vendicat ut proprium. Audivit vocem, & inclinavit aurem. Haud languet inter tot incursus anima, Sponsi voce tinniente crebrò in memoria. *Non enim* (ait Seneca *Epist.* 94.) *reposita illa esse oportet, sed in promptu. Quæcunque salutaria sunt, sæpe agitari debent, sæpe versari; ut non tantùm nota sint nobis, sed etiam parata*: equidem quæ rationi clarent aperta, inclinatione auris fiunt apertiora; ut audiat anima quid loquatur in illam Dominus Deus, etiam dum alijs loquitur, & perfectiora operetur. Fulgurat iam Dei vox, atque virtus vocis Dei. Vox in bona, virtus vocis in perfecta. Ergo quandiù vixerimus (ut ait Virgilius, lib. 3. *Æneid.* v. 188.)

Audit, si audit ut proprium commune verbum.

Seneca

Moniti meliora sequamur. Virgil.

DIDASCALIA II.

Lingua maledica, venenata lingua.

1 DEpingit graphicè Tertullianus, *adverf. Gnostic.* cap. 1. igitur perinde est, scorpionem, ac describere mordacem. *Magnum* (inquit) *de modico malum scorpium terra suppurat: tot venena, quot ingenia: tot pernicies, quot & species: tot dolores, quod & colores: & tamen unus omnium violentiæ gestus de cauda nocere; quæ cauda erit, quodcunque de posthumo corporis propagatur & verberat. Proinde scorpij series illa nodorum venenata intrinsecùs venula subtilis, arcuato impetu insurgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione restringens. Id spiculum & fistula est patula tenuitate, in vulnus & virus, quà figit, effundit.* Sumpsit Tertullianus ex Plinio (uti loc. cit. notat Pamelius) qui *lib.* 11. *cap.*

Tertull.

Descriptio scorpionis.

Soliloquia animæ sanctæ.

Cant. 2. 10.

cap. 25. infit: *Semper cauda in ictu est, nulloque momento meditari cessat, ne quando* Plin. *desit occasioni; ferit & obliquo ictu & inflexo. Venenum ab his candidum fundi per colores maximè supervacuos.* Colores & virus signat Nicander in *Theriac.* succinens:

——Rutilis quem fortè genis splendere videbis,
Hic calidas flammas, flagrantemque incutit æstum.
Nicand. *Tam gravis & tanta est factæ hoc afflictio noxæ,*
Cuius nexa novem iuncturis horrida spina
Extremum nocuum iaculatur acumine virus:
Nam roseà vescens manet insaturabilis herbà.

Symbolum detractoris. Hæccine descriptio est detrahentis ac delatoris imago; quia pro moribus impiorum, nomina in sacris imponuntur ferarum, aut serpentium. Unde Hieronym. in 2. *Ezech.* 6. subdit: *Unusquisque pro* Hieronym. *moribus suis sortitur vocabulum. Viperæ, vulpes, scorpiones: qui possint ferire, qui arcuato percutere vulnere, & aculeo fistulato: ut eàdem plagà & cutem aperiat, & venena diffundat*: igitur pro conceptu mentis, dum verba uti hominis operitur audiens auris; haud experitur in detrahente secretò proximo suo, rationalis loquelam, sed scorpionis amarissimam linguam. Modò intelligitur auctoritas Tautologiæ. *Loquens locutus sum.* 1. Reg. 2. 30 Quis non loquitur, dum loquitur? Scorpius, maledicus obtrectator; equidem dum verba murmure dictat, non loquitur, sed venenat. Acuit linguam sicut serpentis, habens venenum in labijs, occultum in vulnus, & exitiale virus, infelicitate conditionis humanæ: etenim nihil miserius; quàm arbitrari inter homines homines vivere, & inter scorpiones infeliciter degere.

2 Ne Ezechiel cadat animo, ubi Israëlitarum etiam captivorum vigebat iniquitas; dicit illi Dominus: *Cum scorpionibus habitas.* Ezech. 2. 6. Cum scorpionibus, conversante Prophetà cum hominibus? Sanè, estò misere, expositus cùm esset contagioni, incuriosè bibendo venena, ex rabida infectà linguà; etiamque suspitione gravante pectus, ne ingrederetur simulatè virus: etenim grave, quærere in conversationem rationales, & invenire virulentos scorpiones. *Cum scorpionibus.* Aurem Prophetæ Dominus vellicat, ut sibi vigilanter à socijs cum quibus habitat, caveat: *Quare?* igitur quos sine reflexione iudicaverit scorpiones, offendet decursu temporis scorpiones venenatos. *Tot sunt venena, quot ingenia: tot pernicies, quot species, tot dolores, quot colores*: aptè huius furfuris homines conferuntur noxijs nepis: quoniam cum omnis gestus sit illorum malitiæ, de cauda insidiosè nocere; non hominum patet intentio, sed scorpiorum contagio: siquidem in sociorum dolorem, pernitiem, pestem (ne desit occasio, quippe sæpe cauda in ictu) acuunt ingenia præ malignitate cordis, quin omittant colores, nec species. Domus Martis est Scorpio. Pessima prorsùm hominibus constellatio: equidem si bellator, in Scorpione peior. Canit Lucanus, lib. 1. *Pharsal.* v. 658.

——Tu qui flagrante minacem
Scorpion incendis cauda, chelasque peruris; Lucan.
Quid tantum Gravide paras?

Ideest, *Quæ bella paras?* subdit Cornelius Screvelius, hìc: ambitus Scorpionis si domus Martis, canitur clasicum; quippe in hac domo nihil sonat nisi bellum. Terminus terræ sanctæ signatur *Ascensus scorpionis*, Numer. 34. 4. & Iosue, 15. 3. Locus sic dictus, ut observat Adrichom. in *Iuda*, num. 34. quia ibi abundat terra nepis, locusque transeuntibus difficilis: quippe si malum, occursus scorpionum; profectò in terra sancta malorum extremum, quòd ubi nullus illis debet concedi locus, sit scorpionum ascensus: etenim si nocent lethaliter, uti par est, proculcati; vehementiùs ac violentius in dignitatis cacumine. Si ad malam naturam & consuetudinem accedat potentia & regnandi fastigium; inter præcipitia & summa nihil est medium. Seneca in *Hippolyt.* v. 134.

Nec me fugit, quàm durus & veri insolens,
Ad recta flecti regius nolit animus.

Patet ex textu. Filij Israël scorpiones dicuntur, vel dum sub iugo Babylonico degunt. Illis à Domino ascensus inhibitus, atque decreta pro peccatis servitus: equidem cogitatione & opere maximè pessimi, qui virulenti scorpiones etiam in captivitate. Quid si florerent? Vide dicta, *Tom.* 1. *T.* 2. *D.* 12. Reptilibus providè negavit natura non tantùm alas, sed & pedes, ne pluribus nocerent locis: igitur si inficerent currendo; quid non volando? Non ita prævaleret iniquitas, ni haberet alas; nec volaret pennis detractionis in honorem vagum toxicum, ni præsumeret ab audientibus ascensum.

Pessimus improbus in dignitate.

Cur delatores?

3 Ergo in scorpionum ambulantium, currentium, volantium signa. *Tot sunt ve-*

Cur delatio dicatur infelix nequitia?

venena, *quot ingenia*: ideſt, quod capita, ſi cerebellum, aut cranium habet, qui ambulat in circuitu, ut aliquid exploretur, & nunciet. Innuit Tacitus de Nerone, lib. 4. *Hiſtor.* cap. 42. *Cùm per ſingulas domos ſeque & delatores fatigaret. Invenit etiam amulos infelix nequitia. Quid ſi floreat, vigeatque?* Ubi quæſtus in detractione, nullius vel eminentis parcitur famæ: etenim cùm aſcenſus expectetur, ex quo fingitur; ut felix floreat nequitia, acuunt venenati ingenia: iureque ſcorpionibus peſtiferis contra honorem conferuntur; quia virus expuent, eſtò nimis fatigentur. Quorsùm ingenij acies, ni exacuatur in ſplendorem honoris? Dicunt mira de lente, gigantem aſpicere, montem obviare, vera de ſomno, divinantes cribro: igitur ut ſcorpius ingens malum de modico, quod creſcit eundo; ita quod inveniunt pili nullius momenti, in maculam famæ extollunt; ita fœtore peſtilenti corrumpunt, ut quod reputatur nihili, appareat moles Adriani. Imponit dum ſerpit virus, molemque & montes inſuper altos: etenim iam habet grande corpus, quod levis atomus. Ratio ſubeſt: ubi veneni infectio, iuxta puris virtutem, corporis extenditur magnitudo. Patent detrahentium ſcorpiorum ingenia, atque venenum in lingua: in illorum ore quicquid modicum creſcit; quia quod veneno tactum illicò tumet. Ecce ingenia & ingenia magna, ſed ſcorpiorum peſtilentium acumina, carpentia quicquid invenerit materiæ dolus, ut gliſcat virus: quandoquidem cum ſcorpio pungat ictu & obliquo & inflexo; obiter purulentiæ fit effuſio, ne quando deſit occaſio: quæ quidem diligenter exploranda; ut clareat, florere futili acumine ingenia.

Tacit.

Quanta fingit?

Ingenia futilia.

4 Cæterùm quamvis ſcorpionum, qualia? Sanè obtuſa, quorum ſtimuli in cauda. *Vitia* (inquit Senec. de *Tranquill.* cap. 1. *moleſtiſsima, ut hoſtes vagos & ex occaſionibus aſilientes, per quos neutrum licet.* Ingerendum eſt vulnus, quippe cum ſcorpionibus bellum. Non eſt effugium, nec præteribit occaſio, quia cauda ſemper in ictu meditatâ punctione ſive inflexè ſive obliquè. Inſidiantur, ut detrahant, ſpeculantur ut carpant: venenandum & factum & infectum: neutrumque per illos licet; igitur diffamandus qui fecerit, vel non fecerit. Rumpebantur Scribæ & Phariſæi conſiderantes plauſus, quos apud omnes ſibi conciliaverat Chriſtus: quærebantque ſolicitè criminis umbram, ut aliquomodò corrumpentes devenuſtarent famam. Acuerunt ergo ingenia meditato propoſito; & malignitati opportuna, optata occurrit occaſio. Inſtruitur controverſia & ſubdolè de iuſtitia; tuncque adducitur coram quædam mulier in adulterio comprehenſa: dixeruntque ei, *Magiſter.* Iam inſidiæ primum verbum, utpotè iudici gratis electo ſuaviſsimum lenocinium; ſiquidem abſdubiè tendebantur inſidiæ, dum incipiebant ab aſſentatione. Videbantur candidè oſtendere corda, & erat deaurata in vafriciem illecebra: dicitur-que quaſi in plauſum *Magiſter*, qui litis arbiter; ut obtinerent propoſitum, & occulerent intuitum: igitur adulatione ſæpeſæpiùs rigor remittitur legis; ſimulque velatur callidè totum corpus proditionis.

Senec.

Per detractores neutrum licet, nec factum nec infectū.

Idem adulatio ac proditio.

Ioann. 8. 4.

5 *Magiſter* (ergo dicunt) *hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem Moyſes mandavit nobis huiuſmodi lapidari. Tu ergo quid dicis?* Dum cauſa ſiccine Chriſti remittitur iudicio, micat illorum confuſio, vel infatuatio: infatuatio, quia ſi lex iubet, nihil præter legem iudicabit; confuſio, quippe iam lege fatebantur ſuperiorem, quem iudicem cognoſcebant ſupra legem. Aſtruunt & deſtruunt iudicium, igitur ſubdit Evangeliſta: *Hoc autem dicebant tentantes eum, ut poſſent accuſare.* Unde accuſari quibat, ſi cauſam ad illum, ſenaculum remittebat? Quo pacto ex fœminæ iudicio erit iudicis in accuſationem, prompta tentatio? Erat utique perplexitate embolium, quod cogitaverat ſcorpiorum ingenium: etenim iudicium iudici præiudicium eſſet, per quos ſine accuſatione neutrum licet. Verſabatur cauſa inter gratiam & iuſtitiam, inter ſeveritatem ac indulgentiam; & erat cauſa expedienda tentatio: igitur cùm detractor ſemper deroget vel rectiſsimo iudicio; ſi amor abſolveret, pietas videbatur crudelis: ſi gratia abeſſet, dedecus præſtabilis maieſtatis. Utrumque extremum detractorum criminaturientium arte, erat periculoſum: acre in pectore diſcrimen inter legis rigorem, atque viſcerum pietatem. Mors adulterę à lege præcipitur: Magiſter legis, quid tibi videtur? Inextricabilis iudici nodus, ſed cordi leni difficilior articulus. Si quod lex iubet, impletur; deſciſcitur à pietate. Si abolitur, pietate deviat à lege. Unde cùm declinare à iuſtitia, ſit rectitudinis nota; &

Verſ. 5.

Verſ. 6.

Nulla actio expers detractionis.

in

in fœminam lege procedere, indigitetur sævitia; ita maligni causæ instruxerunt argumentum, ut utrinde possent supplantare iudicium, derogantes Christo apud populum fidem, simulque ampliorem honorem: igitur semper per illos criminationi pateret, sive legem servaret vel non servaret: quandoquidem fiebat invisus removendo pietatem, & minimè iustus si obliviscereturlegem. Quis huiusmodi angiportum evaderet, nisi ut Christus intentionem scorpionum præcognosceret, atque meditaretur effugium, quo frustraretur venenatorum ingenium? Nemo ingenuus, ut opinor; quandoquidem totus illorum angor, ut hinc vel inde, per fas aut nefas deturpetur honor.

6 Obiter notent superiores, quomodò causarum ab improbis nepis debent esse iudices; in quorum pectore altè debet sedere provida cautio, ubi micat malignitatis accusatorum suspicio. Nil mirum, quòd mulier apud illum pijssimum impunis evadat, dum nec condemnat, qui accusat. *Nemo* (iudex dixit) *mulier te condemnavit? Nec ego te condemnabo.* Si lex iubet, & ille legem instituit; quo intuitu in huius fœminæ articulo derogavit? Etiam si lapides peteret causa, crimen deaurabat accusantium malitia: equidem illam accusarent minimè; ni intenderent accusare ex eius accusatione. Iudex causam & leges ab accusatoribus audit, & nihilominùs crimen libenter indulsit: igitur despicienda causæ iudicabilis discussio, ubi prava cognoscitur accusatorum intentio. Fugerunt, & etiam recessit fœmina, à Christo clementer indultà culpà. *Vade*: dicit illi. Cur igitur illam relinquunt accusatores, quin perducatur comprehensa in aliud tribunal iudicis? Operuit confusio facies, dum cognoverunt à Iudice cognitas fuisse intentiones: igitur cùm fugerent decretum, haud volentes eius perferre iudicium à proposito cessant, & accusata accusare recusant: quandoquidem datur accusantium ignominiæ, dum cognoscuntur procedere tantùm à malignitate. Hinc cautio data Ezechieli. *Cum scorpionibus habitas.* Sine cautione censebit in accusatore legem, & offendet scorpionem: igitur dum malinè struit iudicium, inveniet cautus evomuisse venenum. *Cùm scorpionibus*: ideſt, *cum tribulis*: ait Pagnin. spinosà hervà, vel frutice spiculis armato, qui vocatur *Scorpio*: equidem à manu nunquàm apprehenditur, quin apprehendens transfigatur: Unde cautè procedendum; quippe inter illos prorsùs necessarium, vel illos igni propter crimina relinquere: vel cor usque lacerari. Maligni detractores, estò relinquantur, non relinquunt; sed latenter ut lacerent, sese abscondunt: *Sicut spicula ferrea & sudes telluri infixæ*: Delrio & Septuag. Interp. En malignantium dolus, ubi incautum probum pectus: igitur dum videtur sine obice posse currere; laceratur scorpione, ferro latente, quo vulnere suspensum totum actionis propositum; quia nequit movere gressum. Consilium Lucretij frustrà. Ipse *lib.* 2. à v. 1040. inquit:

Desine quapropter novitate exterritus ipsà
Expuere ex animo rationem; sed magis acri
Iudicio perpende: & si tibi vera videtur,
Dede manus: aut si falsa est, accingere contrà.

Non sat est huiusmodi perpensum à ratione iudicium, pro iudicio malignantium; equidem ambulanti rectè rigor occurrit spiculi, honori vulnus, synceritati virus, integritati morum dehonestatio, currenti securè scorpio. Intuitus illorum est, quòd iustus claudicet: & sub pede scorpius subsidet; ut inveniatur ulcere pestilenti, dum sibi videtur magis procedere rectitudine. Ut scorpiones valent ingenio, dum cauda semper in ictu: igitur machinationes hinc vel illinc nanciscendæ, sive inflexæ, sive obliquæ: inflexæ profectò facie ad faciem, & obliquæ per vafritiem.

7 Adhuc ingenia delatorum florent, dum videntur *tot pernicies quot species*: equidem etiam securè procedentes iuxta tenorem legum, inveniunt linguas in caudis scorpionum. Animus sanè sine suspicione progreditur, sed spiculis infigitur. Multoties quia illos fugit materia, cessat damnum, non malitia: unde ne sit ociosum venenum, it per ora conversantium, iterato colloquio gyro hinc & aliundè gyro ex circuitu vitioso conversationis; quia tot exeunt pernicies, quot scorpionum species. Intende in textum. Impij scorpionum inuruntur notà, verùm præmittitur causa. *Sermones eorum ne timeas, quoniam increduli & subversores sunt tecum*: ideſt, *erga te.* De illis scorpijs virulentis transit ad eorum sermones; quia quod nequibant astruere per opera, credi arbitrabantur posse per infecta verba: quasi qui videret morum Vatis perfectam integritatem, non cognosceret hostium scorpiorum infectionem. *Tecum*, dicitur. Tecum pugna est, quia inveheris in illorum

Cautè cum detractoribus agendū.

Septuag.

Cur dicantur spina & ferrea spicula.

Lucret.

Ezech. 2. 6.

Causam detractionis in improbis.

Vers. 10. & 11. *Etiam legis debet fieri excusatio, si constat prava accusatoris intentio.*

Ibid.

Pagnin.

rum flagitia, & signas cordium scelera: equidem nullum tecum iniretur certamen, modò viderent, vel odorarentur similem. *Tecum*, non cum alijs, qui eiusdem farinæ furfures: igitur ut prævaleant pernicies fingunt species. Iccircò Deus scorpiones nominat, dum sermones illorum venenatos designat; etenim proinde illis aperire labia, ac effundere venena.

8 At qua arte? Summo ingenio vivacissimæ malitiæ. *Subversores sunt tecum.* Incumbunt magnoperè, ut honor tuus evanescat, auctoritas emerita ut elangueat, & malè audias ad populum universum, tete reddentes invisum, maximè apud Principes, quorum indignitatem in prædicatione carpis. Subversores sunt, quia res immutant, sursùm quæ deorsùm collocant, stringunt, amplificant, implicant, explicant, glomerant. Unde Tacitus, 3. *Annal.* cap. 25. inquit: *Multitudo periclitantium glisceba*t; *cùm omnis domus delatorum interpretationibus subverteretur*: & Paulus, *Inobedientes, vaniloqui & seductores, qui universas domus subvertunt.* Dicitur ergo subversio, ubi aliterquàm res est, fit vana representatio, mutato verbo, mutato modo, mutato sensu præ malignitate animi in perniciem detrahendi: unde adversus tuorum pretiositatem verborum, uti scorpiones subversores sunt tecum; quippe ut venena adversum te corde pestilenti vomant, sensum verborum atque verba permutant. Malignantium propositum est in derogationem fidei, pro exulanda auctoritate; in cuius depulsionem cùm non sit causa, studiosè excogitatur calumnia. Nihil facilius in cavillationem verbis, sumptis intelligentia malignitatis: igitur cùm deaurare intendant propria vitia, vel mala non prædicari ita mala; ut fugiant arte, vel effugiant notam, taxantis cupiunt maculare famam. Quia cognoscunt in conscientia flagitium, subversores sunt & erunt: subvertent universas delatationibus domos, modò tibi impingant dedecus: equidem sensus verborum mutantes (quippe maior pernicies, dum multiplices species) irruent in auctoramen honoris, quantumvis cœlestia dixeris.

Cur maligni detrahentes designentur subversores?

Tacit.

Tit. 1. 11.

Quo intuitu & modo?

9 Si diminutæ veritates à filijs hominum, quantum profectò à conventu malignantium? Subversores sunt, qui gravatum habent cor, absque ulla criminum excusatione, addito alio pro excusatione crimine: igitur inversis verbis, ita versantur in labijs, ut proferant subdole quasi in dignissimas pœnas etiam virtutes eximias. A pluribus designatum speculum, uti veritatis signum, quia omnibus omnia, omnibus idem, nulli fallax, nulli mendax; igitur illius in lævitate candor nulli tribuit quod alterius: de quo vide plura, apud Picinel. lib. 15. *Mund. Symbol.* cap. 23. Econtrà Pier. Valer. lib. 41. cap. 48. speculum hieroglyphicum refert falsitatis, cordium dum magis rutilat illex candoris: igitur gravissimum pectori veraci damnum, quærere in lumen mentis speculum, ac invenire in perniciem venustè patulum dolum. *Son tan malignos* (possumus dicere vernaculè) *en sus pareceres, que en los mismos desengaños se hallan traiciones, por llenos de falsedades.* Quid non confundet pravi pectoris vafrities, dum lucet stropha in puriore expressione veritatis? Speculum representat falsum & verum; quod summa, misera infelicitas hominum: equidem iurè summa, dum videtur in vero veritas falsa. Superfluè satagebat Momus crystalli pectoris, ut pateret fidei intentio vera aut subdola cordis: an corde & corde loqueretur expressione verbi, vel loqueretur ex corde. *Vulcanum vehementer errasse aiebat* (uti referunt Lucianus in *Hermotimo*, Chartar. in *Fortun. imagin.* fol 313. & Natal. Comes, 9. *Mytholog.* cap. 20.) *eò quòd non fenestratum hominis pectus fecisset; quo eius cogitatus, animusque videretur: num mentiretur, an verum diceret.* Superfluè sanè: igitur extricatiores dolos continet, fovetque pectus, dum apparet candidius, uti crystallus. Mallem cor adinstar speculi, quàm speculum in corde. Cor adinstar speculi, ubi vulnus ostenditur vulnus, & amor amor: non speculum in corde, ubi cuncta duntaxat in specie: equidem ægrè fertur à rationali perfidia, ubi sedet fides, atque mendacium insigne in specie veritatis.

Amplior nota falsitatis, dum veritatis species.

Lucian.

Desiderium Momi fatuum, unde?

10 Causam præfert Pierius. *Sapientius* (ait, quò dudùm) *rem expendisse, qui falsum ex speculo significari tradiderunt: in quo scilicèt, quanvis similitudo quædam appareat; eò tamen falsa est, quòd in speculo quæ læva sunt, dextera: quæ dextera, leva referantur, atque ita veritati fucus fiat.* En figura subversorum, cuncta repræsentantium ac detrahentium. Deteriorem in partem verba interpretantur, sinistrèque quæ summâ dexteritate præ-

Pier. Val.

Cur speculum mendacitatis symbolum?

præclarissimè aguntur: recta detorquent obliquè, toto inverso atque permutato ordine: subversoresque dicuntur, dum ab illis verba & actiones malignitate gyrantur; quoniam in ore illorum sub specie veritatis, tanquàm in speculo videntur inversæ actiones. Facta & verba eadem sunt: ipsa, & falsa sunt; quia non ut sunt objicit malignum cor: ut ipsa, sunt laudabilia etiam ab ipsis: ut falsa probro dantur vel à iudicio prudentis; quin appareat contrarium, quod oppositum, ubi detractores objciuntur speculum: etenim quæ dextrè facta prædicantur ut mala, quippequàm sinistrè accepta. Secundum entitatem sunt ipsa, secundum speciem alia; in quo subversio, & versipellium astuta regyratio, ut dehonorent probum, variis cogitationum picturis signantes improbum: quandoquidem res haud sumuntur ut constant, sed præut sinistrè specula subversorum repræsentant. Verum speculum, & falsum speculum. Verum, quoad speciem, & falsum quoad entitatem. Vera repræsentat, sed vera repræsentat falsò; quippe specierum in situ claret omninò subversio: exponunturque oculis vera falsè, quia sinistrè: unde gesta, verbaque præclara à detractoribus, pridem laudantibus, dedecori dantur; quoniam in cordium speculo species hinc & inde reflectuntur.

Quare quæ præclara, annarêt pessima?

11 Signatiùs symbolum delicandum, ut constet propriè propositum scorpionum detrahentium. Dextra læva, lævaque dextra in speculis videntur. Haccine de causa speculis comparantur. Sciunt improbi, infamiâ laborare; neque dignos esse fide, quam illis flagitia derogarunt: & meditanter specula fiunt, ut crimina deforment, vel picturate deaurent: igitur in speculis extollunt plausu uti dextra, quæ prudentes vident enormissimè sinistra. In illa invehuntur, qui vehuntur zelo legis, an fugiat taxatione consortium iniquitatis. *Si fortè audiant & quiescant, quoniam irritatores sunt.* Minimè resipiscunt, sed patientiam irritantes in maligniora irritantur; sese vocantes innocentes, atque probos peccatores: equidem uti specula repræsentant facta propria, quæ sinistra dextra; & facta aliena dextrè patrata, sinistra. Haud habent aliud effugium in crimen, quam diffamare innocentem, quem timent tacitè iudicem, & palàm accusatorem. Dextra in homine interiore virtus est, sinistra vitium: illique subversores linguâ & cogitatione prava convertuntur

Art detrahentium pro se & in alios.

Ezech. 2.7.

in speculum; quippe intendunt propria vitia uti virtutes haberi: simulque alienas virtutes uti vitia reputari. Vitia dealbant, virtutes denigrant, ita fatui in fatuis cogitationibus, & siderati cogitatis fatuitatibus, dum seipsos commendant, & alios deturpant; ut arbitrentur (quia uti virtutes exponunt vitia lubidinis prava specula) posse vænire ut virtutes, cognitas, patentes, famosas iniquitates. Hinc mordaces conferuntur serræ, quæ proscindit hinc & illinc, summo stridore, aures etiam surdorum offendente, de quo Pier. cit. *lib.42. cap.78.* Igitur ita dens mordax, & lingua mendax ut huc atque illuc, ultrò citròque vertatur, pertundens aures gannitu; semper tendens in fissuram, & immaculati maculam, invidi cordis propositum: quandoquidem quod nequit radere deorsùm, inverso dente trahit sursùm. Nunquàm in eodem statu permanet, ut permanere in pravitate possit. Modò deorsùm, modò sursùm uti serra; modò obliquè, modo rectè, ut nepæ cauda; modo adversè, modo aversè uti penniculum; modò dextrorsùm, modò sinistrorsùm ceu speculum: igitur cum ex speciebus gliscat pernicies; uti in speculo sine ulla entitate veritatis, sinistrè repræsentantur species intentionis & species.

Et cogitationes sine intellectu.

Pier. Val.

Cur serræ & speculo similes?

12 Vividè Propheta. *Increduli* (insit) *& subversores sunt*; quia ut fiat subversio maligna; fiunt specula singularia. De speculis, nemo est qui nesciat, nullam posse vocem exprimere, neque aliquomodo signare, quia in campum tanti lævoris nulla objicitur species. Unde Ovven. ut alibi diximus, lib.2. Epigr.213.& 215. succinit:

Vocem nulla potest ars sculpere, fingere nulla:
Ut vivat speculum, non nisi voce caret.

Ovven.

Hinc inversores specula nova, & ad libitum loquacia: igitur etiam repræsentant voces, quanvis nullæ sint species. Voces speculi sunt, ubi non vox; sed subversoribus non solùm cor objcit vocem, imò imaginariam veritatem, qua conflatur embolium, & illorum perspicuè constat delirium; quippe vox in speculo claret omninò mendacium. Increduli sunt, dum subversores fiunt pro fantasiæ fœtu, quem concepit dolore imaginatio. Repræsentarent quodcunque objectum uti specula, eàdem figurà, modo, motu, situ & forma: verum cum sint specula voluntariè, subversores sunt increduli; etenim si audiunt aliquam aversantium ho-

Unde specula nova & loquacia?

no-

noris vocem, nolunt recipere ſpeciem. Inſtat virtus ſed adverſatur pectus, verſans quicquid in honorem audit, ut ſubvertat in perniciem. Obſcurantur celebritate illorum, quibus invidi. Unde modò non valeant famam detrahendo ſubvertere (quia æſtimatio cum pondere dotium ſuffocat diſtortum ſpeculorum iudicium) obiecta haud quaquàm deformant, ſed uti obſcura nil honoris repræſentant. Appoſitè Hieronym. hìc: *ſubverſores creduli & increduli.* Creduli & ſimul fatui, credentes credendam ignominiam, quippe illi denigrant famam, quæ in templo collocavit meritæ immortalitatis, quem conantur, ſepelire detrahentes, in quo demonſtrant mentis inopiam, ac radicatam invidiam: illorum voces ſiquidem omninò invalidæ; quippe audientes haud audiunt ſicut ſubverſores creduli. *Creduli & increduli.* Creduli, ſi occurrit ignominia: increduli, ſi auditur gloria. Creduli & increduli de decore, ac honore; in hunc aures obturantes, & de illo malitiosè loquentes, quantunvis contradicat & morum integritas, & commendabilium inſtrumentorum auctoritas: dicunturque creduli & increduli, faventes & deficientes à fide; quia illorum iudicium ita mentis ac rationis impos, ut fatuè credant in detractione credendos.

Maligni fiunt.

Hieronym.

Quo pacto creduli, & increduli?

13 Plura de aſpidibus & viperis diximus *tom.*4. novumque perhibet ex Philoſtrato Raviſ. Text. in *Officin.* lib.7. cap. 40. *Viperam eſſe viſam* (ait) *Serpentes, quos peperiſſet, lambentem, quaſique expolientem.* Detrahentium ac ſubverſorum exponitur ſymbolum, equidem haud pariunt niſi venenum: verba videntur in virulentis labijs; quæ examine non ſunt verba ſed ſerpentes. Lethale prorsùm venenum viperarum, ſed præſentius ornamentum: equidem cùm in verbis ſingulis vipera ſedeat, ut quæque tacta virulenter inficiat; ſortiuntur effectum meditata verba, ſi viperarum adinſtar ornata ſunt & polita. Artificium eſt detractoris, in perniciem verſare ac verſare ſpecies, fucare, inſtruere, comere, lævigare, ut tanquàm in vipera dentur pulchritudini vel ipſæ maculæ; ut peſtis lateat, intuituſque detrahentis ſub ſpecie venuſtatis, qua emittitur virus, ac infatuatur ſenſus: igitur nemo placidè feret lethalem viperam, ni exuerit formam. Unde cùm detractores cupiant venena ingerere ac toxica; lambunt expoliuntque verba, ne poſsint cognoſci viperæ, ſubverſà, ornataque ſpecie: igitur quiſquis non cognoverit meditatum artificium, hauriet perpulchrè venenum: maior quippe quàm in toxico, ineſt præſtantia in ornatu.

Viperę ſunt. Raviſ. Text.

Illorum virus magis ab ornatu, quàm à verbo.

14 Lamentatur huiuſmodi ſtatus conditionem ferens Iobus, ſentitque inter ſocios virus. Felix cecidit, artifice embolij dœmone, de cacumine fortunæ, quin valeret in laborum redemptionem innocentia, nec pridem obſequentium amicitia: equidem maior labor, dum evanuit dignitatis honor, arte dœmonis; malignitate cordis invenire infenſos, quos favit & fovit, ac iudicavit amicos. Verùm quid mirum in calamitate, dum vel in throno diſponebantur inſidiæ. Hinc pœnitudine ductus, geniumque ſuavem pertæſus, ait: *Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum.* In throno ſic comites, quos videbat uti ſervos obſequentes, & pro obſequio, ambitioſo famulatu? Utique, ut cautio ſit in uſu poteſtatis, nec in dignitate fidat amicus amicis: equidem incautus ſerò cognoſcet (quin valeat in ſolamen pœnitere) dracones ac ſtruthiones, ſed non amicos foviſſe: invenit quippe virus, queis dedit pectus. Altè commendavit ſolicitudinem, ac obſequiorum ſplendentium reflexionem, taxans pectoris facilitatem, Publ. Syrus in *Mimis*, verſ. 24. acciens:

Vulnera grădia ex falſa amicitia.

Iob.30. 29.

Amicos res opimæ parant, adverſæ probant.
Ita crede amico, ne ſit inimico locus.
Ita amicum habeas, poſſe ut fieri inimicum putes.

Publ.Syr.

Nullum habet maius malum (ait Senec. *Epiſt.* 19. de quo egimus *Tomis priorib.*) *occupatus homo & bonis ſuis obſeſſus; quàm quòd amicos ſibi putat, quibus ipſe non eſt. Quòd beneficia ſua efficacia iudicat ad conciliandos amicos; cùm quidam, quò plus debent, magis oderint. Quid ergo? Beneficia non parant amicitias? Parant, ſi accepturos licuit eligere: ſi collata, non ſparſa ſunt. Itaque dum incipis eſſe mentis tuæ, interim hoc conſilio ſapientium utere, ut magis ad rem exiſtimes pertinere, Quis, quàm Quid acceperit. Quid* conſiderandum, ſed magis *Quis* ad donum: in conſilijs quid traditur, & cui creditur: igitur eſtò dependentes appareant fidi: larvà adorationis computreſcunt perfidi, ſervantes in fortunam truſatilem lævam, quam foverunt imo ſub pectore ſpinam. Fortuna amicos parat, ad-

Cautè cum amicis agēdum.

Senec.

Unde perfidia?

adversa probat ; quia tunc constat , an obsequium tendat sine fide in commodum, vel corditùs in amicum. Pessima mensura in iudicio amicitiæ secundum proprium , syncerum fidele cor ; igitur arbitratur amicos , quibus ipse non est , præteriens præ cordis fide , ex amico inimicum fieri posse , maximè claudà vel truncà fortunà, à cuius facie pendebat obsequiorum apparentia : unde cùm qui plus amico benefico debent , magis venevolum oderint; Iobus lamentatur incuriæ, quippe ex amicis inimici facti : etenim quos fide ac munere putabat fragmina pectoris , offendit voraces, infestissimos dracones.

15 *Frater draconum* (ait) *& socius struthionum.* Applicat Ecclesia certantibus Monachis, ac victoribus (Paulusque etiam
2. Cor. 11. 26. qüeritur de *falsis fratribus* : qua de causa de Cœnobitis, *Regul. Sanct.* cap. 1. infit
S. Bened. Eccl. S. Benedictus : esse Monachorum *fortissimum genus.*)

Vixistis inter aspides,
Sævisque cum draconibus,
Portenta nec teterrima
Vos terruere dæmonum.

Quare deterabentes dracones fal sique fratres? Sanct. Doctissim. Sanctius, hic *num.* 75. *Ingenium humanum* (ait) *mutarunt in ferinum & barbarum. Fuerunt enim sicut dracones qui morsu lacerant , terrent sibilo , veneno interimunt , & horribili aspectu turbant & exanimant ; in quibus nihil vides quod ames , nihil quod non execreris & horreas. Fuerunt quasi struthiones , stolidi , oblivioſi , ingrati , immisericordes.* In secunda struthionum figura , apertè delicatur cur in fratribus , ac socijs draconum forma : equidem si ingrati , oblivioſi socij ac fratres ; neque socij , nec fratres, sed dracones. *Stolidi , oblivioſi , ingrati.* Gratiarum oblivio sanequàm ingratorum infatuatio , cùm amittant maiora in Iobi fortuna adversa,quàm possent habere propria favente fortunà : stolidique dicuntur, dum amicum etiam beneficum deserunt; quoniam dubiam in firma ambire felicitatem , indicat ingratorum infatuationem.

Cur timenda magis ingratitudinis excusatio , quam ipsa ingratitudo? Nihil magis timendum ab ingrato , maximè perfido ; quàm ipsius ingratitudinis præmeditata excusatio : igitur nihil relinquet horridi , abominabilis technis & technis pro apparenti excusatione ingratitudinis , maculando novo crimine honorem , cuius primo perfidè contaminaverat fidem.

16 Hæc sanè læsa , unde Iobi ampliora vulnera ; quoniam multiplicata etiam
Iob. 16. 15. sine causa. *Conscidit me vulnere super vulnus.* Illicò ut vidit pectus ingratorum vulnus corporis , exulavit ab illo bracteata fides : vulnusque addidit in vulnerum dolorem , dum uti ab amicis operiebatur saltem compassione solamen ; quia quærens socios amicos & fratres , occurrerunt & aspides & dracones : simulque impostturarum politâ scenâ ac figura , dæmonum-hominum tetra , horribilia portenta.

Charitatis nobilitas quænam in pectore Superiore. *Frater draconum.* Lucet in Iobo charitatis flamma , etiam ab illis persecutione commotà ; quandoquidem & experiendo dracones , respiciebat uti fratres. *Frater draconum* Halitus qui in homine sanus, susceptus à venenatis fit virus ; ut Plinius astruit , *lib.* 28. *cap.* 3. fratresque, socioſque Iobus designat dracones , sententijs eius subversis ; igitur sanum , purum quodvis verbum ab illis pestiferè referebatur ut toxicum. Aptabant polientes verba viperarum adinstar , ut possint verba credi , sed non ut venena credi , maculæ speciositate , vel candoris ficta specie : quare cùm ex amicis experiretur hostes , dracones vocat socios dilectos & fratres ; quia quicquid auribus illatum , tanquàm à lingua politum, erat omninò dulce , verùm venenum draconum. Horum ergo Iobus frater , quia pro gratia suffecta malevolentia ; & quod nequibant in vita , meditabantur in verbis malignantes subversores. *Detraxistis* (inquit) *sermonibus veritatis* : igitur non dictum dictum , sed quod à vobis pravitate conceptum. *Quare detraxistis* ? In commodum , quia turpe vel illis videbatur , prodere amicum : detraxeruntque verbis in propriam utilitatem ; ut saltem fuco excusarent exosam ingratitudinem. *Quare detraxistis* ? Videtur : verùm *Unde* non cognoscitur. Dicit : *Nunc in amaritudine sermo meus.* Nunc. Pridem non. Non pridem, quia verbum sanum irreprehensibile : nunc , venenum aspidum insanabile : equidem cùm proscindant detrahentes, & replicent involventes subversores ; patet verbum transisse per fratrum, tanquàm per ora draconum, qui venenum & venenum : igitur qui dictus intentionis & propositi dulcedine,nunc sermo auditur acer in amaritudine.

Verba à perfidis socijs venena, etsi dulcia. Ibid. c. 6. 25 Ibid. c. 23. 2

17 Hac de causa addit : *Et manus plagæ meæ agravata est super gemitum meum.* Gemo , quia inimico datus locus, dum amicum pectus. Plaga gravis, sed aggravatur fomite subversionis ; manente acerbitate quæ fuit dulcedo , & amaritudine sermonis, quæ fuit lactatio: equi-

Ibid.

dem

A verbis detrahitur sensus, ut sensus pateat malignus.

dem linguâ fratrum, subversione draconum, apparet virus; quia sermoni prolato detractus sensus. Malum habitare, uti plaga, inter dracones: peius, quippe aggravatur, inter dracones fratres: fraterque numeratur draconum, dum contemplatur molimina malignantium; quippe compendium, quàm cum falsis fratribus, commorari cum draconibus. Aggravatur plaga, ubi voluntaria venena, non solùm in halitum vitalem, sed in honorem: non tantùm in vitam, sed in famam, quæ est probi splendentis vita, nacta per merita: utiliusque censetur cubile draconum, quam consortium fratrum detrahentium; quia tolerabilius ferinum, inhumanum ingenium, quam humanum & ferinum, quod lacerat morsu, quod terret sibilo, quod turbat vultu, quod exanimat aspectu, quod veneno gravat, quot aconito suffocat; ubi draconis non videtur figura, sed moris forma, dignum prorsùm execratione, quippe totum virulentum & horribile, sine pietate, sine clementia, sine gratia, verùm cum summa perfidia.

Conditio detrahentium.

Ezech. 2. 6.

18 Aliter à multis intelligitur de scorpijs ly *Subversores*: quatenùs ut seducant alios in suos errores, fingunt mille falsitates: igitur euntes per viam veritatis bonam, secum pertrahunt in figmentorum sentinam; quasi deaurarent iniquitates, ex eo quòd illarum essent plurimi consortes. *Suâ mala doctrinâ, vel exemplo alios subvertunt*: subdit Alapid. de quibus Paulus, Act. 20. 30. *Ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.* Cognoscunt Prophetæ prædicantis veritatem suapte naturâ conciliantem rationem; quippe nulla rationi hamatior specioſitas, quàm ipsa veritas: verùm ni veritas & honor proferentis subvertantur, uti peccatores cognoscentur. Omnes qui viderint eos, cognoscent illos. Unde cùm placeant iniquitates; subducunt in errorem innocentes: quasi multitudo iniqua criminosorum esset excusatio criminum, & actiones vitiosæ extra tenorem legis, turbà multà malignorum possint transire in virtutes. *Subversores sunt, Scorpiones sunt* (infit hìc Gregor. Magn. *Homil. 9.*) *Deflectunt mentes innocentium, eorumque itinera pervertunt: gaudent si quos potuerint à vita revocare, ad mortem trahere: lætantur in pravitatibus suis, exultant & in alienis. His nimirùm, pœna sua non sufficit, qui agunt, ne soli mo-*

Alapid.

Quare sic lingua, etiâ cognoscens contraria?

riantur. At si fortasse iustum quem piamtantæ iam virtutis invenerint, ut ei loqui contraria non præsumant; quia subversores esse non possunt, statim scorpiones fiunt. Scorpio ergo palpando incedit, sed caudâ ferit: nec mordet à facie, sed caudâ nocet. Scorpiones enim sunt omnes blandi & malitiosi, qui bonis quidem in faciem non resistunt; sed mox ut recesserint derogant: alios quos valuerint inflammant, quæque possunt noxia immittunt, mortifera occultè inferre non desinunt. Scorpiones ergo sunt, qui blandi & innoxij in facie videntur; sed post dorsum portant, unde venenum fundant. Qui enim in occulto feriunt, quasi mortem latenter trahunt. Subversores sunt infirmantibus proximis, scorpiones autem etiam fortibus & robustis; quibus etsi facie contradicere non præsumunt, ex occulto tamen vulnus derogationis inferunt. Increduli quippe simul & scorpiones & subversores sunt; quia & audita ea, quæ Dei sunt non credunt, & eos quos prævalent, à bonis moribus subvertunt, & quos inflectere non valent, occultis machinationibus feriunt. Utinàm essent falsa, quæ experientiâ patent vera! equidem cùm falsitatem roborent multitudine, non substantia aut veritate; subdoli cauti scorpiones subvertunt specie veritatis innocentes, ut plures facti, liberiùs venena vomant, & pestes expuant.

Quomodò subversores & scorpij simul?

Greg. Mag.

Cur studeant plures esse?

19 Horum autem exemplar fuit æmulus Ioannis Diotrephes, de quo ille: *Qui amat primatum gerere, Diotrephes non recipit nos* (ideſt, despicit nostram auctoritatem) *Propter hoc si venero, commonebo eius opera, quæ facit* (nota scilicèt faciam, in lucem proferam: Lorin. & Alapid. hìc) *verbis malignis garriens in nos.* Ni protraheretur Didascalia, extenderetur in propositum doctrina; sed brevi agam. Diotrephes ut ait Beda, idem est, ac *Speciosus insulsus, seu decor insaniens.* Lyra: *Fuit ibi prælatus vel fratrum præsidentiam aspirabat.* Magna ut par erat, floruit Ioannis æstimatio, sed maior erat Diotrephis ambitio, qua sese ostendit insulsum, atque ridiculè insanum, contendens primatem fieri, & contradicente Ioanne; quasi sine auctoritate, eius emineret dignitas, ni Ioannis simul protereretur auctoritas. Primatum Diotrephes ambiebat insanus, cuius moribus erat indignus; ambitione, ambituque constabat: equidem ni sese indignum ipsemet cognosce-

3. Ioann. 9. 10.

V. Beda.

Lyr.

Conditio ambitiosi & nota.

ret,

ret; non procus dignitatem ambiret : signum sanè indignitatis patet vigilis solicitudo ambitionis : igitur præ se fertur nihil per se commendabile habere, quisquis aliquid haberi satagit ex dignitate. Adamabat flagranter primatum, dum seipsum cognoscebat immeritum, cui resistebat Ioannes, & in hunc insurrexit *verbis malignis*. Si nihil vel ipse in Ioanne scrutatur reprehensibile, quo intuitu fidem illius solicitat derogare? Quare posse dehonestari, infamarique iudicat, qui meritis & scriptis, virtutibus & miraculis Asiam impleverat? Diotrephes sese indignum iudicabat : ardebat dignitatem, sed Ioannis & aliorum videbat contradictionem : imò si procaciter insisteret, opera Ioannes, seu potiùs facinora nota faceret. Cùm non cessaret ambitionis flamma, vulganda insanus præcognoscebat demerita : unde cùm negare non posset, quod feciisset, & simul eligi primatem inhiaret; garriebat procax verbis undique malignis, ut indignos monstraret contradictores. Hinc Legislator Monachorum Benedictus, quo supr. *cap.* 4. *instrum.* 40. subdit : *Monachum non esse detractorem*: & quia mores detrahentium inficiantur Monachum; & quia detractio, uti pessima, universa legit vitia : pudetque specie & habitu videre Monachum, & experire aspidem, subversorem, serram mordentem, pestiferum scorpionem, pravum speculum; ac animum ambitiosum & malignum.

Intuitus eius detractionis.

S. Bened.

20 *Verbis malignis* : quod quidem non faceret, nec malè loqueretur de bonis, sicut omittebat de improbis; ni cognosceret malum à bonis cognosci; quin vellet pœnitere, sed in flagitijs persistere, ex subversore in scorpionem translatus, ut possit veneno occulto denigrare probos, effutiens verba & verba dictata à malignitate, mendacia & mendacia ficta à venenato pectore, ut macularet famam, nobilem nominis notam, corrumperet honorem, invisam reddens proborum auctoritatem sine succo, sine fulcro, ac fundamento; ut audirent inter factiosos pessimè, qui vel inter inimicos audierant semper præclarè : Diotrephesque non solùm garrit futilibus verbis, sed malignis; ut posset verbis saltem deauctorare resistentes : equidem altissimæ malignitatis ars (dum meritorum nullum eluceiscit ius) electores imposituris infamare; ut minimè audiantur in indigni ambitiosi refragatione. Videtur sanè suffragium : quia penitùs suspicioſum : electores carere morum auctoritate, modò refragarentur electioni. Vernaculè: *Arte es, con imposturas quitarles la autoridad, porque quando reprueban, parezca que reprueban sin razon.* Verbis garriebat malignis, socios in maledicentiam quærens, magnaque ex dignitate promittens, firmans dehonestatem Ioannis, si secum plures. Ab officio scorpionis, transijt in aspidis. *Ab aspidibus demorsos* (ait Rabisius Textor, quo supr. *numer.* 13.) *ferunt, nemini vulnus suum velle patefacere, nisi quos eadem vi morbi quandoque iactatos comperierint; ceu qui non experti sunt, naturam morbi nesciant.* Solummodò congregantur, qui se morbidos ac venenatos sciunt. *Tantùm remanet virus* (infit Plin. quo dudùm *num.* 16.) *excepto semel malo, ut venefici fiant, venena pasi.* Probant venenum & consortium & contagium: equidem in bonos garrientes sagittant verba maligna; quippequàm propria nequeunt negare venena. Vulnera vicissim ostendunt, quo deteriores fiunt; igitur mutuò tabescunt : noxia immittunt, mortifera tradunt, alios inflammant, audientes venenant, virus portant, & non aliò nisi ut fundant & officiant scorpiones & subversores simul : quare dum non facie ad faciem, sed procul, catervatim verbis derogant malignantibus; proculdubiò quòd morsi sint ab aspidibus.

Ravis. Text.

Conditio morsorum ab aspide.

Plin.

Cur detractores congregantur.

Ingeniũ malignum ambitiosi, electores refragantes infamare.

21 Pende qüerimoniam Ioannis. *Diotrephes non recipit nos.* Facti sumus opprobrium abundantibus & despectio superbis. Cur ergo urbanè non recipit patronum, qui ita ardebat principatum? Minimè quidem obtineret, nisi per illum acquireret. Quare igitur tanti viri despicit auctoramen, dum sitienter fovet in corde ambitionem? Ostendit, Ioannem quàm addictum rationi, & industriam scorpionis non valere; quandoquidem desperavit Ioannem corrumpere. Vir iste non flectitur prece vel pretio, haud in officium movetur officio: illique detrahit malignus, despicitque superbus; quippe Ioannes ad officia haudquaquàm mutat consilia propter obsequia. *Commonebo* (infit) *eius opera.* Publicare est commonere? Utique. Eius opera pessima Ioannes sciebat, sed ab illo cognita dissimulaverat : & dum manifestare decernit, ambitiosum monet; ne cum tantis flagitijs elevet oculos in fastigium dignitatis : siquidem haud tacendum in publica, quod prætermissum in

Integer elector qui obsequijs non corrumpitur.

Ambitioſus voto fruſtratus, maledicus.

fortuna privata. Intumuit ambitioſus, ex eo quòd Ioannes diſsimulaverat priùs: & cùm videret refragantem, garrit, ac verbis malignis detrahit; quia ſe indignum, atque peſsimum cognoſcit: ſubvertitque ocultos nectendo fraudes & fraudes; quippe prævalere molitur, modò ſint plures. Verum quid? Verba vana, & tantùm verba.

Ovid. *Sed nihil iſta iuvant, quia linguæ crimen habetis.*

DIDASCALIA III.

Detractionis imagines ſunt colores & colores.

1 VIdimus detrahentium ſcorpiorum venena & ingenia, pernicies & ſpecies; modò ut methodum ſequamur Tertulliani cit. *Didaſcal.* præcedent. *num.* 1. dicemus & dolores & colores. Varij coloris ſunt nepæ inter ſerpentes, & ut tutiùs mittant virus, ſumunt colores: equidem in diſcrimen magis faciles eſſent (ut homines illorum venena fugerent, nec prævaleret virus) modò nepæ uniformes in coloribus. *Tetrice ſpecies, qui albicat*: ait Nicander in *Theriac.* lib. 1. *Luridus apparens vulnere notus. Viridans tremulum horrorem ciet. Lividus eſt alius, infuſo depaſcit membra veneno. Alius multâ fuſcedine nigrat.* Speciosus coloribus, peior & nocuior: equidem, ut vidimus:

Species ſcorpionum.

Nicand.

Idem. ——— *Rutilis quem forté genis ſplendere videbis*
Hic calidas flammas, flagrantemque incutit æſtum.

Hac enim de cauſa multis placuit, Evam videntem ſcytalen ſplendentem, vel ſtellionem micantem, ſub luce luiſſe: igitur verba cogitans per nitorem verborum hauſit ex luce venenum. *Tanta præfulget tergi varietate, ut notarum gratia videntes retardet: & quos aſſequi nequit, miculo ſui captat ſtupentes*: ait Raviſ. Textor. lib. 7. *Officin.* cap. 40. & Columell. *lib. 6. cap.* 17. Plinius denique *lib.* 11. *cap.* 25. ait: *Venenum ab his candidum fundi in novem genera, per colores maximè ſupervacuos.* Ita ergo prævalet peſtis, quia peſtis non eſt color propter colores. Si figura ſaltem occurreret, viſus horreret. Lucidè venenata ſe ingerunt, quia vario colore procedunt: pectuſque ingenuum non diſtinguens ſpeciem, altiùs & promptius decipitur per candorem.

Raviſ. Text.

Plin.

Detractor candore nocuior.

2 Videris in fratre ſummitatem ſubtilis detractionis, ſub ſpecie pulcherrima charitatis. *Fratrem habuit Timoleon* (inquit Plutarchus in eo) *audaci animo, promptiſsimoque in aggrediendis periculis; qui cùm temerarius, maloque animo eſſet & regnandi cupidus, ſemper minus honeſtis amicis ſeſe ſtipaverat. In his rebus Timoleon ſuum præſtitit officium. Nam cùm ille vitia diſsimularet, atque tegeret, ut minus illa apparerent; operam dabat Timoleon & urbanitate, ac facetijs exornando augebat, fugabatque, ubi paulò plus retegerentur.* Quis non crederet in fratre defectuum excuſationem? Quis non videt in excuſationem ſubdolam malignitatem? Igitur crimina notiora cunctis faciebat, ubi artificioſa accuſatione excuſabat. Vide quæ de huiuſmodi caliditate diximus ex Bernardo, *Tom.* 2. *T.* 12. *D.* 1. *num.* 2. & 3. Verba videntur ſimplicia, & latet malignitas deaurata, ut ſortiatur qui deſideratur, effectum, quicquid virulenter promptum: ſiquidem nulla profectò adhiberetur fides; ni malitia fucaretur colore ſimplicitatis. Dum Chriſtus plura indigna in templo vidit, etiam *cathedras vendentium columbas evertit*: Etenim cùm quaſi ex corde candido, amplior locus concedatur maligno; eius evertitur artificium, illice ſimplicitatis atque ſtrophà confectum, ut ſagittet in ocultis immaculatum: quippequàm fallaci linguà dolosà gratià, non cathedra tunc ſimplicitatis in ore, ſed cathedra peſtilentiæ.

Plutarch.

Malignitas fucata dilectionis colore.

Matth. 21. 12.

3 De ſcorpionibus dicit Plinius lib. 8. cap. 59. *in Latmo Cariæ monte à ſcorpionibus hoſpites non lædi: indigenas interimi.* Hæc ex Ariſtotele, quod etiam refert Ælian. *Anim. hiſtor.* lib. 5. cap. 14. ex Apollodoro autem *lib.* 11. *cap.* 25. *Hoc malum Africæ volucre etiam Auſtri faciunt, pandentibus brachia, ut remigia ſublevantes. Planè quibuſdam ineſſe pennas.* Idem aſtruit Ælian. quò dudùm tam *lib. 6. cap.* 20. ubi: *Aliud etiam ferunt, alatum eſſe, & duplici aculeo armatum*: quàm *lib.* 16. *cap.* 41. & 42. Apollodorus, qui & Nicander, loc. cit. ſuccinit:

Plin. *Hoſpites immanes veneno ſcorpionis.*

Ælian.

——— *Barbara Memphis*
Beſtiolas nutris volitantis imagine vermis,
Quem circum accenſas petulantem nocte lucernas
Seræ cœnæ abigunt, anguſtæ cuius & alæ
Squallent non viridi velut ipſa conila colore,

Nicand.

Alati.

Sed

Sed quendam veluti cinerem, cùm prehenderis, edunt.

Obijcitur typus scorpionum detrahentium, sed neparum urbanorum: estò lethale pectus, parcunt hospitibus, convolantque mira celeritate, an adsit aliquid novi, ut feriant versutè indigenas, potissimè si speculantur lucernas. Ex rosea herba linguæ pastus, ut efficaciam consequatur virus: etenim genio neparum volitantium, mulcimen offendere citiùs in pulchriorem venustatem. Sic igitur scorpionum loquacitas loquitur rosas. Volat scorpius viridis infundens horrorem tremulum; quia quicquid loquitur, frigidum. Volat tetrica species albicantis scorpionis, & motâ caudâ cum lue morologè dicit vacuitates cerebri. Accedit luridus, vulnere notus, quia invidus, putridis visceribus, præ percutiendis percussus, intendens in alijs venenosa vulnera, ut illius excusentur spicula venenata. Alius supervolat multa fuscedine nigrans: igitur nihil in conversatione tactum, quod non demonstret nigerrimum. Denique conventum auctorat scorpius lucidus, maculis notus, qui ferit & urit in virus & vulnus: igitur ut magis latitans inficiat fucata malignitas, splendore verborum urentes loquitur flammas. Insigne sanè senaculum, quo uniuscuiusque singulare venenum pro colore singulorum: quandoquidem si elabuntur à cogitatione species, in dolorem multorum sunt scorpionum colores; quibus imbuitur hospitum intelligentia, ut clarè cognoscant indigenarum vulnera.

Virus detrahentis in speciosiora.

Caterva malignantium diversitate colorum.

4 Intelligite hæc qui oblivisciminí Deum, igitur in peccato dirum supplicium: de quo egimus, *Tom.2.Tautolog.12. D.6. num.* 14. Ergo intendite. *Dimisi eos* (fulminat Dominus) *secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus suis.* Alij apud Maluend. *Indirectione cordis: obstinatione, machinatione, malignitate, insania, libidine, secundum picturas cordis.* In hoc cardine vertitur embolium malignitatis, quippe in picturas proprios temperant colores: imaginesque voluntatis dicuntur desideria, quæ notant non possessa sed optata; quippequàm nulla colorant, nisi tantùm quæ desiderant. Iuxta desideria cordis prodit imago, machinationis, malignitatis, libidinis penicillo: colores sunt in expressionem corporum: eorumque colores ostenduntur desiderium; quia detrahentes veritati vario colore, quo fingunt, pingunt quæ nunquàm viderunt: igitur detractis coloribus à turpibus imaginibus; apparet, dum lucet veritas, pictura tota machinationis malignitas. Pictores sunt insani, atque contendunt coloribus insanire, ut exeant fictæ horribiles imagines secundum lubitum cordis. Haud pingit quod videt, sed quod displicet, & displicuisse placet: ut iure conciliet invidiam & displicentiam, ostendit desiderijs concinatam picturam; nancisciturque conatum, igitur coloribus monstrum, quicquid lineatum ad malignitatis libitum. In scorpijs patet. Maculat scorpio quicquid mordet. Si homo apparet maculatus, pupugit profectò scorpius: maculæ sanè, nequaquàm à corpore, sed à scorpionis venenato vulnere. Ulcera possunt videri in corpore sano, quæ minimè inessent sine infuso veneno, quæ picturæ sunt cordis secundum illius desideria pingentis: etenim scorpio pictore, non in corpore maculæ, sed à mordente. Pulcherrima esset descriptio, facta ipsis coloribus dotium, queis gaudet imago: signaturque cordis desiderium, ubi à scorpione coràm exhibetur simulacrum; quippe si aliquomodò nævus in venustate imaginis, non ab imagine, sed à desiderijs cordis. Mille detractum ornant ad vivum virtutum insignia, & speciosa meritorum instrumenta, quibus sibi dulciter conciliat plausus: unde si lucet næviculus (dum colores asititij superponuntur, ut imaginis summa ornamenta abscondantur) nullo modo à corrupto exemplari; sed ab exemplo, quod inficiendo deformavit scorpio.

Cur pictrix.

Unde speciosi sint maculæ, & pulchritudini umbræ?

5 Conchæ caudæ quibus illorum virus & dentes, fistulatæ & concavæ sunt, uti referunt Plinius & Tertulianus, loc. cit. De eloquio venenoso per fistulam fusè dicemus *Tautolog.* 10. *Didascal.* 1. *à num.* 11. modò dicendum de concavitate concharum, pharetrà dentium venenatorum. *Caudæ inesse dentem, & plerisque ternos*: infit Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Quicquid lucido concavo obijcitur, omninò invertitur: unde in speculi concavitate imagines videntur eversæ: qua de causa de huiuscemodi speculo dicitur: *Recta distorquet.* Vide Achil. Boch. *Symbol.* 60. & Picinel. *Mund. Symbol.* lib. 15. cap. 23. numer. 118. Homines dotibus insignes, atque gestis commendabiles, sæpe exponuntur virtutum exemplaria, quia ad colores illorum recte efformantur exempla. Aliter fingitur illorum imago à rectis, aliter à cauda mordacissima scor-

In cauda scorpionis ternidentes.

Plin.

Conditio speculi concavi.

Psal. 80. 13. Maluend.

Loquitur quicquid desiderat.

pionis; quia hinc colores ſecundum cordis maliguantis deſideria, illinc ex propria ſymetria & forma. Dum ab entitate pictrice figuratur, imago ſpectabilis ſcitiſsimè exponitur. Eadem demonſtratur à ſcorpionibus picta, quam iurè ac meritò averſatur prudentia. Nihil mirum ubi ficta iuxta deſideria cordis, vacuitates capitis, malignitate pectoris, veneno linguarum, putredine viſcerum, obiectaque ſpeculis concavis ſcorpionum: equidem cùm hæc diſtorqueant recta ac quæ ſumma collocentur ima; versà imagine ac inversà, ſimulacrum pulcherrimum erit ſpecie dæmonium. Aliter aliàs, ſi collocaretur rectè proprio colore: equidem cùm in illis colore mirifico, fulgore amœno lucerent commendabiles dotes; nonnumquam ſpeculo claro repræſentarentur inſignes. Non ut ſunt obijciuntur oculis, ſed præut ſunt in ſpeculo concavo pectoris. Si in hoc quæ ſurſùm deorsùm, quæ dextra ſiniſtra, infrà caput, pedes ſupra; haud apparebunt homines inclyti, ſed fœdiſsima monſtra: igitur ſi invertuntur imagines, perperam apparebunt inſignes. Innuit Perſius, Satyr. 5. v. 52.

Quare imagines virorum inſignium apparent monſtrum?

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus.

Perſ. *Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.*

Inſignes utique viderentur uti recti ſpeculantur; modò à ſpeculo maligno nequaquam inverterentur. *Loquens locutus ſum:* 1. Reg. 2. 50. dicit Dominus quia verus. Non ex verbo, ſed ex vero conſtat vera locutio: non ex fuco coloris, ſed ex coloribus puriſsimæ veritatis. Unde pingens detractor, fugiens callidè vera, loquens haud loquitur; quippe vario colore bilinguis loquitur falſa, miniſtrato ſpeculo concavo, ut artificiosè invertatur imago. *Quoties res turbat, fallit ſpecies* (inquit Chryſologus, *Serm.* Chryſolog. 145.) *facit color negotij interna neſcire; declinemus iudicium, ſubtrahamus vindictam, ſententiam fugiamus:* igitur non iudicium, ſed iudicij furor, in rebus color & color. Hac de cauſa fictum, Iridem nunciam eſſe litium & contentionum, uti notavit Plato *in Cratylo* & Stuk., de *ſacrific. Gentil.* cap. 33. Ex coloribus varijs ſumptum iudicium ſpecierum detractoris: igitur ut hominum inſignium deturpetur decor, ſpecies malitiæ multicolor, diſcolor, verſicolor. Quid ſi Sol Præſes averſus? Dicit Virgilius, lib. 4. Æneid. verſ. 701.

Iris nuncia quare litium?

Mille trahit varios adverſo Sole colores. Virgil.

6 Nihil mirum quòd inclyti variaretur imago, ſi cor maligni non erat rectum cum eo. Dicit Textus: *In malignitate, in inſania, in libidine ſecundum picturas cordis.* Nequiſsimæ huiuſmodi furiæ pictrices ſunt, maximè ſi colores iuxta depravatum cor; quippe cùm affectiones careant luminibus, haud quid diſcernunt de objectis coloribus. Quid pinget inſania? Dum fugit veritas, coloribus figurabit inſanias falſas. Malignitas quid colorabit? Malignitatem. Aſſumit ſanè ad lubidinem colorem, ut ſeſe deauret, & veritatem dedecoret; etenim æqualis illi periculi, detracto colore, quod clareat veritas; quam quòd cognoſcatur penicilli malignitas. Colores & colores ſuperimponit, & ipſo ſtudio fatiſcit; quia tot pigmentis haud colorat ſicut pravitas deſiderat. Formát, deformat, delet quod pridem placuit, quod exornavit expungit, totius imaginis coloris tædet; quippe falſos colores videri videt: & cùm ſit falſum & pictum, fictum factum nunquàm apparet perfectum iuxta deſideria malignitatis, cui decolores colores: rideturque quicquid ab illa fingitur, dum exponitur; quippequàm totum pictum ſimulacrum iuxta maligni inſanientis lubitum. Genebrard. *Permiſit ruere & ferri præcipites: quò liberet.* Cognoſcitur præcipitium quod non cognoſcunt, dum efformant & deformant ſimulacrum: igitur cùm amentia coloret, lubido colores ſignet; modò malignitas, quod cogitat, pingat, pingit & præceps quicquid apparuerit. Vernaculè, vividé: *Como ſalga con ſu intento, aunque pinte un mamarracho.*

Pictura horribilis detrabentium.

Genebr.

7 Ideo dicitur appoſitè: *Secundum picturas cordis*, haudquaquàm ſecundum picturas veritatis. Aliquibus viris eſt vitium fœminarum; de quo Pub. Syrus, in *Mimis*, v. 13.

Aut amat, aut odit mulier, nihil eſt tertium. Publ. Syr.

Univerſa videntur exigua in affectum, aut in odium: & cùm cognoſcant nihil ex illis eſſe quæ cogitant, cuncta præut cogitant prædicant; haud quia dilectus aut odioſus habent, ſed quia ſolummodò haberi vellent, demonſtratà uti corpore entitatis, picturà cogitationis, in cuius catagraphe vel ectypo, quicquid fictum & pictum totum miro colore phantaſticum. Unde appoſitè in huiuſmodi imaginibus, non dicitur, ſecundum colores veritatis, ſed tantùm, ſecundum picturas cordis; quia cùm

Imago tantùm iuxta cordis affectum.

cùm non sit tertium, dum intervenit amor vel odium; nihil aliud est imago, aut prominet in imagine, præterquàm prototypus est in corde. Modus, quo eminenter micant istiusmodi imagines, fictique colores, describitur graphicè à Plinio, *lib.* 5. cap. 1. *Pervium* (inquit) *famæ videri potest; sed id plerunque fallacissimum experimento deprehenditur, quia Dignitates* (per Heterosim, abstracta pro concretis: *Dignitates* pro habentibus dignitates) *cùm indagare vera pigeat, ignorantiæ pudore mentiri non piget: haud alio fidei proniore lapsu, quàm ubi falsæ rei gravis auctor existit.* Fingitur auctor gravis, dum sine colore species; quia relictâ veritate, præ pudore ignorantiæ piget sine auctore mentiri; ut constet auctoritate pictura, fictâ etiam cum auctore sententia; quin insani ac maligni considerent, quòd dignitates mendacia haudquaquam auctorent, imò econtra clareant ficta; equidem perspicuum, dum astruunt coloris auctorem gravem; pro imagine pingenda, seu obumbranda, defecisse colorem.

Plin. — *Heterosis.* — *Fictio detrahentis in fictionem.*

8 Arte fingitur auctor, & est color; ut horror sit imaginis iuxta picturas cordis. Sic erit ab arte requies? Nullo modo. *Ibunt in adinventionibus suis.* Quid hoc? Quid adinventiones? Maluend. *In conspectu cordis sui.* Genebrard. *In pravitate secundum malignitatem, in vanis opinionibus & studijs.* Colores sunt, quibus depingit voluntaria simulacra pravum cor, seipsos fallentibus pictoribus phantasticarum imaginum, malignitate colorum; quandoquidem arbitrantur fatui, imagines varijs coloribus ita esse, sicut sunt in conspectu cordis sui. Deviant magnopere à veritate, & tunc studio abutuntur opinione. Quare si falsæ rei non existit gravis auctor, & mendacium astruit ignorantiæ pudor; ut emineat pictura, cogitantur speciosa molimina, pulchra embolia, quia qui sunt in dignitate, dedignantur indagare notitiam veri: cuius quidem despectu, quiqui animo pravo, eunt in suis molimnibus, inventionibus, opinionibus, coloribus & studijs; ut coram potentibus (queis non placent colores veritatis, sed in veritatem inventiones) fidem derogent, atque bonorum splendorem deturpent. Eunt & eunt; quia studijs studia, & opinionibus vanis vanas opiniones addunt. At quid inde? Facto profectò veritatis examine, in imagine pictâ, coloribus malignè variegatâ, per singulas fucatas species; haud aliud nisi malignitatis opiniones, improborum studia, molimina rutilantia, cordis picturæ, umbræ seu maculæ falsæ, embolia pestiferæ pravitatis, inventiones denique & adinventiones, idest, adinventiones inventionum, queis scatet cerebrum in conspectu cordis sui: equidem minimè pingunt quod vident, sed quod videre præ malignitate vellent.

Ibid. — Maluend. — Genebrard. — *Deliræ illius cogitationes.*

9 *Cogitaverunt & locuti sunt nequitiam*: astruit de malignantibus Psaltes Regius. Impossibile sanè videtur, nisi fingatur, victumque patet à maligno detractore, quod videtur impossibile: igitur audacter loquitur ceu entitatem, quod sanè detracti nunquàm venit in mentem. Cogitaverunt, quod ille nec cogitavit: imò quia illi cogitarunt, dixerunt; in quo objcitur mentis cæcitas, & voluntatis malignitas: igitur pro facto infecto, videtur illis, illorum quòd sufficiat cogitatio. *Cogitaverunt & locuti sunt.* Non locuti quod ipsi viderunt, sed quod ipsi cogitarunt, astruentes phantasticum crimen, quando pro teste exhibent ipsorum cogitationem. Nihil visum est, sed quod non visum procaces locuti sunt; ut simul promerent & audaciam & amentiam: quandoquidem solummodò dicere quibant furentes, & sine rubore effrontes, proximorum innocentium esse gravissimam culpam, quod per illorum ad lubitum transibat læsam phantasiam. *Cogitaverunt & locuti sunt.* Objcitur oculis malignum cor: igitur prædicant ut flagitium, quod tantùm venit in depravatam cogitationem illorum. Malum profectò quod de bonis mala cogitarent; sed extremum, quòd loquerentur, quasi fecissent. Opinionibus, quasi coloribus intendunt fœdare imagines pulchras, ne appareat illorum fœditas. Cogitant, & cogitata pronunciant: igitur fat illorum cogitatio, ut sit opinio: modòque adsit harmoge sive mistura colorum opinionis, ibunt in adinventionibus suis: siquidem pervicaciter indemnibus notam inurunt; quia ipsi maligni duntaxàt cogitaverunt. Hispan. *Dieron por hecho en los demás, lo que no les havia passado, y á ellos les passó por la imaginacion.*

Psal. 72. 8. — *Summitas malignitatis detractoris.*

10 Subest ratio, quare de alijs iudicant, quod sibi cogitant. Cur quod cognoscunt fictum, loquuntur factum? Ex abundantia cordis os loquitur: & loquuntur de alijs quod non vident; quoniam illi ita & non aliter illo in articulo facerent: cogitantque de alijs operationum

amus-

Vers. 6. amusim, per propriam cogitationem. Alia textus, & ipsa. *Operti sunt iniquitate.* Iuxta cordis maligni abundantiam, concipiunt sine specie malitiam : pariuntque ore, quod conceperunt mente ; quippe illorum cogitatio haud iuxta aliorum indolem, sed iuxta propriam conscientiam ac pravam inclinationem. Cogitationes detrahentium apparent tunc genimina viperarum : equidem quid possunt sine virulentia loqui, qui operti & oppleti veneno & iniquitate? Linguam magnificant, labia dilatant, quin timor Dei sit ante oculos illorum, estò innocentium audiant ex sagittis gemitum : videnturque diabolo mancipati, exhibitis criminibus ex sola illorum cogitatione; quippe cùm non habeant frænum, nec videant flagrum ; sine fronte effutiunt foventes audaciam, quicquid venerit in buccam: igitur asserunt crimen aliorum uti ratum & firmum, quod ab illis, & quia ab illis cogitatum.

Ab illo audacter dicitur, quod duntaxat ab illo cogitatur.

11 Aptiùs ibid. proposito nostro. Firmantur ut vera, illorum ludicra mentis. Quid mirum? *Transierunt in affectum cordis* : & quæ ab illis cogitata, proponuntur tanquàm vera ; quia ita cæci odio, ita obcæcati malignitatis affectu, ut iuxta cordis proposita sint depravata iudicia. Unde si datur fides cogitationibus cordis, presså ratione & sensu præ affectu nimio ; audacter notant factum omninò infectum, quia ab illis duntaxàt volitum. Graphicè describit Patriarcha Monachorum SS. Benedictus, *Reg. Sanct.* cap. 1. *Pro lege eis est desideriorum voluptas : cùm quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum ; & quod noluerint, putant non licere.* Iuxta voluntatem & voluptatem fiunt iudicia, quæ formant pro lubito desideria, auctorantibus quicquid lubitum ut sanctum, & respuentibus ingratum quasi non licitum; amissà omninò ratione, præ cordium malignitate : equidem constat illorum bracteatis verbis, nihil esse veritatis, sed tantùm affectus cordis. Hebr. *Transierunt in picturas cordis.* Necessarij utique infucos picturæ colores varij : & dum obijcitur coloribus depictum perpolitè simulacrum, nihil effulgurat verum ; quippe iudicio pravo, præ cordis affectu, nihil cogitatur iuxta visa, sed iuxta malignitatis desideria.

Vers. 7.

S. Bened.

Quod placet displicere.

Hebr.

Ovid. *Usque adeo mutata ferar, nullique videnda.*
Voce tamen noscar,

Voce & voce nosci contendunt imagines, quippe pigmenta voces & voces. Quare Genebrard. hìc legit : *In picturas, imaginationes cordis.* Imaginatio non à corde, sed à mente : & cordi illorum datur imaginatio ; quippe cuncta iudicia sine intellectu. Non solùm in picturas, sed à corde cogitatas ; ut constet ex auctore ac coloribus falsitatis veritas : equidem iuxta cordis affectum, cùm sit iudicium, pictæ ab illis effigies, solummodò cordis imaginationes. Creperum namque an ab affectu imaginatio, vel ab imaginatione affectus, vel prava affectio. Verùm inconcussum, quòd ab affectu & imaginatione totum falsum : equidem cùm coloribus deberent pingere, quæ videbant, nulloque modo quæ phantasià cogitabant ; exit horribile simulacrum, sicut illorum iudicium: species & species, colores & colores, cogitamen super cogitamen, imaginatio super imaginationem ; quia machinationibus, fraudibus, tricis ac imposturis minimè pingunt quod cernunt, sed quod videre invisibile percupiunt.

Genebrard.

Solùm imaginatione.

12 Cur igitur ita in vanum teste Saturno laborant? Ut iniquè agant. Cognoscunt sese obijci bonorum odium propter venenum; & in illos adinstar scorpionum vomunt venenum & odium.

Conditio scorpij.

Saxa tenent timidi cava.
Insidiosus eos timidis piscator ab undis
Extrahit. Hac ubi se senserunt fraude teneri,
Confestim suffossa petunt á muribus antra,
Noxia ubi illorum soboles nutritur &c.

Nicand.

Canit Nicander, ubi supr. Aptiùs Ælianus, lib. 8. de *Animal. histor.* cap. 13. *Se retrorsùm ad insequentes retorquent, & spiritum malum anhelantes, ab impetu suos insectatores reprimunt, ab seque avertunt.* Speculum elucet detrahentium, quandoquidem plerique bonorum haud illos persequuntur, cognoscentes venenum, ne hauriant pestiferum halitum. Hinc dicitur : *Cruciatus eorum, ut cruciatus scorpij* : igitur adinstar scorpionum detractores venena iaculantur duntaxàt in persequentes. Fugiunt ne toxica ab illis extrahuntur, & contra insequentes in ictu caudà persistunt ; quippe potiùs eligunt nocendo mori, quàm venena derelinquere : ad suosque uti similes confugiunt, si teneri senserint ; quoniam sese arbitrantur tutiores, si fuerint plures, ut mortis incusso à caterva timore, nullus audeat sine periculo accedere, quandoquidem nemo vel zelo ductus accessit,

Ælian.

Cur detractor venena spiret?

Apoc. 9. 5.

cessit, qui immunis veneni evaserit.

13 Occurrit nonulorum Præsidum cautio fatuissima, eò magis quo larvata apparenti prudentiâ, qua indulgent impunè vagari huiusmodi scorpiones, quasi potestates haud accepissent calcandi serpentes. *Luc.* 10. 19. Unde sibi cavent, dum ita timent, postposito Dei honore auctoritati ridiculæ famæ; cuius, mundana sapientium, integra persistit observatio, cum observantiæ religiosæ dispendio. Quid quòd lingua illorum pertranseat in terra, si in cœlum posuerunt os suum? Quid quòd illi oderint, si *recti diligunt te.* Non fas, peccata subditorum comedere; sed legem aperire, & in pœnitentiam provocare. *Bona profecto consolatio* (ait Bernard. hìc *serm.* 24. num. 2.) *cùm blasphemamur á malis benè facientes, si recti diligunt nos,* Etiam Ethnicus. *Quanta dementia vereri* (inquit Seneca, *Epist.* 91.) *ne infameris ab infamibus!* Ex illis utique esses & infamis, si apud infames infamis non esses. Gaude, quod non & ex illis. *Interim temeritas est, damnare quod nescias. Nunquid detrimentum faceret vir bonus, iniquis rumoribus aspersus? Quemadmodùm famam extimuistis sine causa, sic & illa quæ nunquám timeretis, nisi fama iussisset.* Idem ait prudenter ibid. & *Epist.* 123. *Istos tristes & supercilios os alienæ vitæ censores, suæ hostes, publicos pædagogos asis ne feceris: nec dubitaveris, bonam vitam, quám opinionem bonam malle.* Bona fama ex bonis sit. Bona ex malis, non fama, sed infamia est: solvique debet odium virtutis pretio, quippe infamia infamium est virtutum commendatio. Nervosè Gregor. Magn. in *Ezechiel.* Homil. 9. *Cum scorpionibus habitas. Stultum valdè est, si illis placere quærimus, quos non placere Domino scimus. Debent enim haberi in metu & reverentia iudicia iustorum, quia membra omnipotentis Dei sunt, & hoc ipsi in terra reprehendunt, quod Dominus redarguit é cœlo: nam perversorum derogatio, vitæ nostræ approbatio est; quia iam ostenditur nos aliquid iustitiæ habere, si illis, displicere incipimus, qui non placent Deo. Nemo enim potest in una eademque re Omnipotenti Domino, atque eius hostibus gratus existere.* Quid quòd illi te varijs coloribus efformando deforment, pingendoque devenustent? Operibus bonis imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

14 Propter huiusmodi inanes metus (igitur trepidant ambitiosi Præsides timore, ubi non est timor) maximè quùm Dei despicitur honor; dicit quò sup. cap. 64. SS. Benedictus: *Non Abbas turbulentus & anxius quia nunquám requiescet.* An timenda malignantium verba, vel observantiæ forma? *Quid autem stultius homine, verba metuente?* Ita sapienter Stoicus, ubi supr. Hinc oritur turbulentia: igitur cùm Præses subditis malignis placere curet, & simul Deo placere non possit; usquequaquè anxius impingit: turbulentusque delirat, quia in circuitu ambulat. Requiescere nequit, quippe intendit conservare, quos Deus uti scorpiones iubet destruere. Hinc trahit ratio, illinc reducit ambitio. Hinc districtio vocat divini iudicij, illuc flatus ludicræ famæ; quasi serpentes extinguere venenatas non esset pietas: quare hinc vectus, & illinc tractus nunquam requiescit anxius & turbulentus; quippe inter utrumque insociabile extremum manet attonitus. In exitium scorpionum subministratur á natura remedium. *Vim aculei retundi* (ait Ælianus lib. 9. *Histor. Animal.* cap. 4.) *hominis sputo; ita ut obtorpescat; & ad infligendum ictum reddatur impotens.* Idem Plinius, *lib.* 28. *cap.* 4. Unde Ioachim. Camerar. *lib.* 4. *Emblem.* 86. *Emoritur hominis contactà salivà*: inquit. Lucretiusque lib. 4. de *Rer. natur.* v. 640. accinit:

——*Ut serpens hominis contacta salivis,*
Disperit, ac sese mandendo, conficit ipsa.

Per salivam despectum indicamus, uti latè vidimus, *Tom.* 3. *T.* 12. *D.* 5. *á numer.* 21. *Tom.* 4. *T.* 3. *num.* 56. Ne sit Superior anxius & turbulentus, estò videat subditorum scorpionum lethale venenum; designatur sputum: equidem cùm infamia ab illis volat, aculeus stimulat, voces magnificant, fidem dedecorant; immune requiescet pectus, si propter Dei honorem despicit morsus.

15 Articulus videtur in Paulo. Super illius navem tota cœli, pelagique procella iuxta Melitam detonuit; sed eius meritis Deus naufragos omnes salvavit. Ab illis ergo, ut reficerentur, accensus rogus propter imbrem, qui imminebat & frigus: tuncque Paulo sarmenta imponente super ignem, *vipera á calore cùm processisset, invasit manum eius.* En expressum theatrum detrahentium malignorum, iudicij audientium, contradictionis iudiciorum; igitur unde hominis insignis cogitatus interitus, resplen-

Imbecillitas superioris Præsidis detractores formidantis. Cant. 1. 4. Bernard. Senec. *Despiciendi sunt, ac proculcandi.* Idem. *Ex malis fama, infamia est.* Greg. Mag. S. Benedict. Senec. *Superior in detractoris timidus vivit attonitus.* Ælian. *Saliva in scorpiones venenum.* Lucret. Act. 18. 3.

ſplenduit plauſus, & impoſtorum venenatorum ſupplicium. In manum quaſi in operationum morſum inſiluit vipera linguâ virulentâ; & *ille quidem excutiens beſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt.* Barbari pro tunc Paulum arbitrati ſunt improbum, poſtque plauſerunt ut Deum. Graphicè Arator *lib.* 2. á v. 1157.

Verſ. 5.

——*Cui vipera fixit*
Dœmonis arma ferens ſurgentibus obvia flammis
Antiqua feritate manum, gelidique veneni
Vulnus in igne dedit.:: digito nam beſtia pendens
Excutitur proiecta rogis bené reddita flammæ,
Quam dedit ipſa prius:::. glacies tepefacta veneni
Solvitur in cineres; gelidæque ſuperbia peſtis.
Incolumen ſic ſtare diu, mirata iuventus,
Hunc, ait, eſſe Deum:::. Contraria iuſtis
Vult retinere manum, quoniam apta miniſtrans
Iurè vocatur opus. Talem qui ſenſerit hoſtem.
Impiger excutiat, Dominique vaporibus urat.

Arator.

Deſpiciendi detractores.

Exponit muſa Cardinalis textum, & iuxta Davidis icti à viperis propoſitum: etenim cùm ex malorum deſpicientia, inimicorum diſpergantur mala; etiamſi fortes in animam inſurgant, & uti viperæ mordeant; haud præſtantius medicamen invenit in virus, niſi *Super inimicos meos deſpexit oculus meus.* Ergo noſtro ſtylo delicemus expoſita.

Pſal. 53. 1.

16 Mordet delatorum viperiſmus, cæterùm plectitur morſus: quandoquidem cùm venenis interficere intendat, in quem linguis infectis conſpirat; ipſa pectoris peſtilentis malignitas ſine effectu veneni tendit in flammas: Igitur in ipſis nobiles clareſcunt dotes, & venenata reducuntur in cineres. Ignis detrahentium eſt detractionis lethalis irritum votum, ubi infigitur morſus, ſed ex morſu peſtifero nullus effectus: morſuſque viperæ & ignis virtus meditanter memorantur; quia inefficaci veneno malignantes aduruntur.

Unde conſummantur?

Hiſpan. *Si los maldicientes el tiro no logran; ellos ſe queman, ſe abraſan.* Fixit in innocentem ſpicula dentium vipera, dœmonis ferens in linguâ feralia arma ac virulenta; quia morſus malignantium intuitus dœmonum. Sed unde? Pende *Ut viderunt Barbari pendentem beſtiam de manu eius, ad invicem dicebant: Utique homicida eſt homo hic.* Viderunt viperæ morſum, & factum illicò de improbitate iudicium, diabolo ſuggeſtore: igitur nullo modo ex morſu viperæ haud crederent, niſi Barbari. Non ſecùs accidit linguis virulentis detrahentium, dum armis dœmonis venenatum figunt morſum; maximè ſi audiunt barbari ſine ulla niſi ex morſu diſcretione: igitur illorum conatus, ingerentium virus, ut innocens appareat duntaxàt illorum morſu, ſolo indignus, cœlo & ſalo: fideſque pereat honor & nobile decus vel apud Barbaros.

Verſ. 4.

Illorum intuitus exſufflis venenatis vocibus.

——*Agreſtia corda gerentes.*
Barbarica de gente ſati, qui murmure diro
Inſonuere ſimul, ſatis eſt ex crimine fuſi
Sanguinis iſte reus, nullis iam tutus in oris
Cui pelagus, telluſque furunt. Mortalia tractant,
Et Divina probant.

Arat.

Canit idem ibidem. Quia viperæ directum in Paulum acumen, illum Barbari aſpiciunt uti nocentem. Mortalia tractant, ſed ſucceſſu variato divina probant: igitur prævio murmure diro, præmiſſo morſu, miſſoque veneno, famâ homicidæ, publicâ improbitate, ita ut nullibi eſſet tutus, vomebant & mare & pelagus; mirè ſpectabilem notant, cui nec venena nocebant. *Diù autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes ſe dicebant eum eſſe Deum.* Ideſt, hominem ſingularem, mirabilem per poteſtatem eximiam, divinitatis participationem: iudicium primum invertitur, ubi illæſus à veneno, qui ictus à vipera mirabilis ſpectatur: ſiquidem quem ex morſu arbitrabantur ut improbum, plaudunt vel Barbari hominem de cœlo lapſum.

Sæpè detractiores detracti conficiunt laudes.

Verſ. 6.

17 Aſtipulatur Ambroſius lib. 6. *Hexaëmer.* cap. 6. *Paulum momordit vipera, & putabant eum quaſi peccatorem vix de naufragio ſervatum, veneno eſſe moriturum; ſed poſtea quàm inviolabilis manſit, excuſsâ in ignem viperâ, plus apud intuentes venerationis invenit.* In huiuſmodi theatro claret Pauli detractio & in illum Iudæorum inſatiata perſecutio: mordebant viperæ ubique viperarum irâ, ut tolleretur è terra, malèque audiret vel apud Barbaros, inter quos aliquis poſſet eſſe venerationis reſpectus. Nacti ſunt mordere, verùm venenis haud potuerunt inficere: imò conciliarunt venerationem, dum vel inter exteros derogabant fidem: igitur fruſtrato veneno, inſignis apparuit, homo; cùm duceretur in eius admirationem

Ambroſ.

Artifices fiunt ſplendoris, nolentes.

nem, quidquid lingua viperarum regeſſerat in pernitiem. Ex contextu patet, quo modo hoſtium venena erant Pauli morſi gloria, plaudentibus Barbaris uti miraculum, quem viperæ momorderant tanquàm improbum. *Omnes qui in inſula habebant infirmitates accedebant, & curabantur.* Virtutes in Paulo expertæ, quæ uti vitia à detractoribus carptæ: quandoquidem vel Barbari cognoverunt, in quem vipera vibrabat lethale toxicum, de cœlis ſanè deſcendiſſe medicum. Commendavit calumnia, ubi incubuit in contraria: igitur palàm factum, videntibus viperæ morſum, eſſe hominem ſupra hominem, in quem viperæ acuebant linguarum cuſpidem: haud quippe mordebant æmuli, quia cognoſcebant improbum; ſed quia viperas urgebat ut deponerent venenum.

Verſ. 5.

18 Modò in propoſitum anxietatis Præſidis, quem fatuè commovent ſtudia malignitatis. Primùm detrahentium intentio, eſt Præſidis veneni expuitione commotio, ut ex notitia mentis, cordiſque exoriatur turbulentia, minimèque quieſcat, ſplendorem contaminatum ſi audiat. Qui habet, unde dens venenatus inhæreat, venena timet: qui non habet, in rogum venena proijcit: igitur ex deſpectu malignantibus ardor, & illi ſplendor. *Vipera cùm in manum Apoſtoli dentes inieciſſet, & nullam peccati in eo laxitatem inveniſſet* (inſit Oecumenius hìc) *ſtatim reſilijt & in ignem ſe proiecit: quaſi pœnam à ſe exegerit eo quòd nihil ad ſe pertinens corpus invaſit.* Detractores quippe excandeſcentes rumpuntur, ubi morſus ſine virtute fruſtrantur. Ex tractu præſenti conſtat. Morſus erat Paulus & à vipera. Qui viderant, *exiſtimabant eum in tumorem convertendum & ſubitò caſurum & mori.* Hæc circuntuentium ex veneno præſumptio, & etiam prudentia Præſidis ſine peccato. Momordit vipera, mordeat: expuit & toxica, expuat: placido ſtet vultu, vel qui dolet etiam morſu: ſiquidem ſtatim viperam uret, qui morſus non intumeſcit. Subitò Paulum caſurum & mori, cogitabant Barbari: modò converteretur in tumorem, ob immiſſam à vipera peſtem: & ille ſtetit illæſus, quantumvis morſus; quia morſus etiam nec tumidus. Proiecit in ignem, quicquid meditata malignitas; ut pateret vitæ perfectiſsimæ integritas: etenim qui morſu detractorum ſubitò tument, venena ſanè in viſceribus habent. Hinc ſupra hominem cogitant Paulum ſentientem viperæ morſum, ſed non venenum; quandoquidem ſupra conditionem humanam ſe glorioſiſsimè extollunt, qui vulnerati à viperis veneno non intumeſcunt. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs. Qui in ignem mittit, morſus & venena deſpicit: igitur probatur immaculatus, ubi deſpicitur viperarum morſus. *Excutiens beſtiam in ignem.* Conſcientiæ ſanè ſecuritas, morum probitas, detrahentes deſpicere quaſi beſtias: equidem dum illi ex incendio rediguntur in pulverem, qui morſus impunè ampliorem nanciſcitur ſplendorem.

Oecum.

Unde conſtet, detractum habere, vel non habere defectum?

Verſ. 6.

Verſ. 5.

19 Diximus *Tom. præced.* T. 9. D. 5. n. 8. quid eſſet ſub corona venire. Modò alio acumine delicandum proverbium. *Mancipia antiquitùs coronis induta venibant, & iccircò dicebantur, ſub coronis venire*: inquit Gellius, lib. 7. *Noct. Attic.* cap. 4. Diverſa videntur ſanè & coronari & venire. In detractis & detractoribus unica eſt actio: igitur dum venduntur & calumniâ, ſæpeſæpiùſque perfidiâ; florent innocentes ſub corona, accipientes rutilum uberiorem ſplendorem, ubi linguis detractores maculant fidem. *Venditum iuſtum non dereliquit*, ſed innocentia ambitiosè coronavit; quippe floruit moribus magis rutilus, quando venditus à fratribus. Quicquid enim perfidè cogitarunt in pernitiem, conſtruxit magnificè potiorem exaltationem; quippequàm calumnia corona aurea ſuper caput eius, expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, atque opere fortitudinis: ſiquidem fratrum viperarum morſus portavit, & veneno etiam in dignitate non intumuit. Habent detractores virus, habent & morſus: magnique animi elucet ſentire morſus, & non percipere virus.

Aul. Gell.

Quid ſit ſub corona venire?

Sapient. 10. 13.

Detractores coronant.

Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus
Ut quæſtui habeant, malè loqui melioribus.

Plaut.

Canit Plautus in *Pœnul.* Act. 3. ſcen. 3. v. 12. Non illis quæſtus moliminis, dum ignis & illis cruciamen malignitatis: & dum melioribus improbi malè loquuntur, dicta & facta calumniantur, theſaurus exponitur in eorum linguâ; ut non intumeſcat Præſes, ſed veneno vigeat inalterata prudentia pro corona: quandoquidem in illius ornatum, quodlibet patienter auditum à detractoribus verbum, ex lingua illorum theſaurus, atque lapis pretioſiſsimus. Vernaculè: *Cada palabra bien*

Magnum, malè audire, & ferre.

bien sufrida es una perla. Apposite Novarinus, in *Umbr. Virgin.* Excurs. 149. num. 1434. *Non est malum, audire malè; sed malis reddere mala* (quasi venenis venena) *non est magnum, ferientes referire; est magnum ferre.* Clemens Alexandrin. 2. *Pædagog.* cap. ultim. asserit pro ornamento capitis suspendi sæpe serpentes. Vide quæ diximus, *Tom.* 3. *T.* 1. *num.* 22. & *Tom.* 4. *T.* 3. *D.* 6. *num.* 13. & *T.* 12. *D.* 2. *num.* 7. scilicèt, aspides in diadematibus Regum Ægyptiorum esse depictas, ut astruit Ælian. quò supr. *lib.* 6. *cap.* 38. Deserviunt enim patienti quasi in diadematis cultum, venena aspidum, quæ sub labijs detrahentium. At minimè fovebitur illorum audacia à Præsidis uti proiecti patientia: equidem zelo Dei, dissipantis eos qui hominibus placent; potest delere qui lethiferè mordent, ambulare super basiliscum & aspidem, atque conculcare draconem: quos enim zelus Dei in exterminium serpentium utget; etsi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. *Aculeum scorpionum decidere, rursusque succrescere* (ait Plin. quò supr. *num.* 5.) *facilem decussu; & sine eo esse, quos tractari cernamus.* A prudentia vel insipientia Præsidis pendet quòd lædant vel non lædant scorpiones. Verùm quomodò? Dicit Gregor. Magn. *lib.* 9. *Epist.* 42. *Ex nulla alia re evenire valuit, nisi quia in regimine dilectio inordinata est, nec cum gravitate aliquid valet disponere: sed modò studet peccatoribus leniter blandiri, & extra modum nimiè irasci. Nam si semetipsam in mentis suæ ratione tenere potuisset; ipsi eius maturitas haberi in reverentia potuit, & disciplinæ in Monasterio ordo servari.* Nihil faciet prudenter si tumens ex facili irascitur, vel peccatoribus scorpionibus blanditur: igitur haud cessabunt cuncta veneno corrumpere, si se arbitrantur timeri. Ni timeantur, austeritatem Superioris timeant, ut ita facilè venena non vomant; quippequàm relinquunt spiculum, ubi non nocet venenum: decussu enim facilè, minimè timente Præside: igitur cùm ex patientia vires veneni formentur, sine ulla prætermissione timebunt, qui timebantur. Dentes peccatorum conterendi, ne manus ad iniquitatem extendant iusti, & Dei cadat causa, ubi indulgentur reptilia: siquidem eius per illos despicitur honos, qui inordinatè amant semetipsos; annuentes modò obtineant dignitatis futilis thronum, subditos vivere ad lubitum. Mordeant serpentes: quid? in morsu desunt vires. Sine formidine stet, qui vinci non vult. Christus iuvat, quantumvis scorpio mordeat.

Novarin.

Aspides & serpentes in coronis.

Incumbat Præses in exterminiũ malignantium.

Plin.

Greg. Mag.

Cuncta ab illis corrũpuntur, si formidari arbitrantur.

——*Quod ius habuisset in ipsum*
Ulla lues? Casus alieno in pectore vincet:
Spectatorque docet, magnos nil posse dolores.

Lucan. 9. v. 887.

DIDASCALIA IV.

Occupatio otiositatis micat nutrix detractionis.

SIgnum bellicum Scorpij imago, & æquè detractoris in scorpio, quippè semper scorpiones in procinctu. Insignia Romanorum ornata fuerunt huiusmodi figurà, ut videris apud Pier. Valerian. *lib.* 42. *cap.* 88. Insignia illorum Aquila & Nepa, ut quæ iure aut viribus perficere non valerent, perfidia facerent. Unde picti scorpionis lemma, apud Ioach. Camerar. *lib.* 4. *Emblem.* 96. *Nec iurato quidem.* Fovit in pectore fraudem. Si non sat leonis, vulpina exhibetur pellis: altiusque innocentia decipitur, dum perfidia fidei tenore firmatur.

Scorpio belli symbolũ.

Non nisi defectà credam tibi Scorpio caudà:
Armaque ni ponas, fœdera nulla dabo.

Ioac. Cam.

Apud Babylones insignia vexillorum erat columba, quo intelligitur illud Psalm. 67. 14. *Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ*, &c. Ex duobus hisce symbolis in insidias constat ornatus pectoris detrahentis: igitur ut tutiùs figantur spicula caudæ, demonstrat quoad speciem simplicitatem columbæ. Invertit Christi in venena cautionem, ut sine discrimine exerceat calliditatem. *Prudentes sicu serpentes, simplices sicut columba.* Ostenditur columba, quò latet nepa, instructà ultionis amaritudine, quia columba caret felle: igitur ut animi vomant venena serpentes, adinstar columbarum præ se feruntur ut simplices. *Valdè vario colore venenata nasci* (inquit Ælian. lib. 16. *Animal. hist.* cap. 41.) *ut pellis floridis quibusdam picturis maximè distincta, & ad tactum mollis & tenera sit.* Cautio debet esse in pelle florida, dum spiculata cauda: etenim incassa venenata cordis punctio, sub colore simplicitatis specioso.

Fide firmatur perfidia.

Matth. 10. 16.

Luce & facie candore. Ælian.

Ve-

Psal. 139. 4. 2 *Venenum aspidum sub labijs eorum*, dicit percussus David; equidem hostes in eum dolos cogitabant; & tota die contentiones atque prælia constituebant. Acuerunt linguas suas adinstar serpentium, sed *venenum aspidum, sub labijs eorum.* Serpentium plures sunt species, quæ frequenter lethiferæ, insaniemque virulentæ. Quare igitur in eius ruinam (si æmulorum signat linguas venenatarum serpentium) non harum signat in labijs venenum, sed venenum tantùm aspidum? Expositionem singularem invenimus in præfato Auctore, *lib. 9. cap. 4. Aspidis* (inquit) *dentes, quos meritò lethiferos dixeris, tenuissimis quibusdam veluti tunicis, aut membranis indui & vestiri audio: & cùm aspis aliquem mordicùs invadit, membranullis inversis, vel compressis, humorem venenosum effundi; tum illas rursùs in pristinum statum, atque locum redire, & uniri.* Ælian. Claret iam artificium aspidis atque simulatio detractoris. Serpentes in linguis instrumenta lethifera monstrant, aspides dentes virulentos occultant: signatque David in detractoribus linguas serpentum, sed venena aspidum; ut notetur subdola detractorum circunscriptio, dum plus veneni in modo, quàm in veneno: quandoquidem dentes virulenti latent, quasi nunquàm momordissent. Cavet homo à lingua serpentis: si videret à dente caveret aspidis: uti aspides detrahentes etiam fugeret, si ut detractores cognosceret; at infigitur & moritur, quia nescit à quo mordetur, quùm lingua & labia gaudeant utique naturali symmetria: detractoresque iurè conferuntur aspidibus infixis morsibus; quia lumina clades miserabiles vident, verùm nescitur, unde morsus atque venena venerint.

Venenum aspidum cur non cognoscitur morsu, sed effectu?

Detractores similes aspidibus.

3 Ulterius. Linguis suis dolosè agunt, qui viam pacis non cognoscunt, & quorum os amaritudine plenum: igitur magis ac magis seminant dissensiones, dum linguæ loquuntur dolosè commoda pacis. Labia aspidis malignum occulunt dentem: facies festiva detractoris vafritiem; eò deterior, quo callidior: igitur cùm non constet, unde virulentia manet; cadit honoris pretiosissima vita, modò detractor uti aspis aperiat labia. Membranæ redeunt in pristinum statum post virulentum morsum, in quo elucet detrahentis insensibilis conscientia, postquàm infecit quicquid obvium eius malitia: siquidem post fixum dentem, post honoris carpti maculamen, quietè ac pacificè manet, uti antequàm momordisset. Efficaciam dentis venenati cognoscit, sed in famæ restitutionem non ita lethalem sentit. *Morsuum vestigia perparùm apparentia aspis imprimit, ut indicia vix acri oculorum acie deprehendantur*: subdit idem ibid. *cap. 61.* Meritò morsui aspidis comparatur virulentia detractoris, cuius putrida corrupta viscera, & ex morsu honoris, sine morsu eius conscientia: igitur pacatè quiescit, ac sine punctione vivit; quia licèt homo levi dente mortifero interficiatur, vestigium vulneris leve videtur, aut non videtur. Præterea. Artificium detractor instar aspidis simulando dissimulat, ut nonnunquàm mordendo nocere valeat. Perpende. *Aspidis morsus lenis, sine dolore.* Ibid. Ælian. *cap. 11.* Terreret ictum morsus accerbitas, ni versutè sese gereret dentis mordacis malignitas; ut licèt usque in viscera sit virulentè percussus, spiculi non sit sensus: & venenum præsens aspidum signatur sub labijs mordaciter detrahentium; quippequàm ut tutius ingerant in morsu splendori necem; arcent à morsu dolorem. Hinc patet, quo modo *linguis suis dolosè agebant*, dum *venenum aspidum sub labijs eorum.* Cognoscitur sanè lingua venenata, sed in huiusmodi aspidibus nec in morsu ferali noscitur lingua dolosa: igitur dum inferunt labia indeclinabilem mortem, videntur suaviter ministrare dulcedinem. Dolosè pectus agit, deaurato dolo, de quo, quippe vulnus leve sine vestigio, nulla pœnitudo in animo; imò catènatum propositum, præut occurrerit, effundendi venenum; quippe vulnus lethale sine dolore. Spuit pectus mortifera, quin mordeat mentem conscientia: equidem cùm sputum sit venenum; prætermittit venenum, atque mortem honoris vocat sputum. Dolosè agit lingua & secùm, dum mortem affert vulnus, de quo in mordace nullus pectori morsus; quippe famam de medio venenosè tollit, quasi sine damno expuerit. Miratur Ethnicus eos, gravissimo crimine.

Ælian.

Et insensibilis conscientia?

Idem.

Psal. 13. 3.

Et venenum aspidum?

Unde illorum lingua dolosa?

Qui pacem potuere pati.

Igitur cùm nihil conscientiam torqueat, & intolerabile pondus voluptuosè sustineat; tot plagis internis, non est pacem habere, sed pacem pati: fovent igitur introrsùm (torquentem dixerim) pacem, quasi exactissimè viverent iuxta legem. *Hic* (inquit Seneca, de *Vit. beat.* cap. 2.)

Lucan. 2. v. 559.

Quid sit, Pacem pati?

ſi unquàm illi reſpirare & receuere in ſe vacaverit; ò quàm ſibi ipſi, verum, tortus à ſe, fatebitur, ac dicet: Quicquid feci adhuc, infectum eſſe mallem. Quicquid dixi, cùm recogito, in multis video deforme. Quicquid optavi, exſecrationem inimicorum puto. Quicquid timui, Dij boni, quantò melius fuit, quàm quod concupivi?

Senec.

Pax conſcientiæ, ſine pace.

Perperàm recognitione in dolorem quieſcit cor, ubi ſine pace pax: etenim adinſtar aſpidis expuent maligni ridendo venenum; ubi mala & virulenta ſunt in cordibus eorum.

4 Iccircò idem qui tot pertulit, & artificia cognovit, dixit: *Cuius maledictione os plenum eſt, & amaritudine & dolo; ſub lingua eius labor & dolor: ſedet in inſidijs, ut interficiat innocentem.* Vomit igitur toxicum cuius os plenum, ſed dolo; quippe videtur dulcedo, mordacis amaritudo, nutriens in corde & corde malitiam, ut iugulet innocentiam. Verùm unde inſidiæ? Ex aſpide in figuram converſus Amphisbænæ. *Huius geminum caput: hoc eſt* (ait Plin. *lib.* 8. *cap.* 23.) *ad caput & caudam, tanquam parum eſſet, uno ore fundi venenum.* Eadem Ælian. quo dudùm, *cap.* 23. Raviſ. Text. lib. 7. *Officin.* cap. 40. & Ioachim. Camerar. *lib.* 4. *Embl.* 89. Unde Lucanus *lib.* 9. v. 719. & Mantuan. *Eccleg.* 6. v. 70.

Pſalm. 9. diviſ. v. 7. & 8.

Dolus detractoris.

Plin.

Amphisbeng caput binũ.

Lucan.

Et gravis in geminum ſurgens caput Amphisbænæ.

Mantuan.

Amphiſibæna biceps, & formidabilis ictu.

Hinc labor & dolor, ex artificio pectoris amphisbenæ, quod inſidiatur. Innocens vel facit vel non facit. Nemo facto pius & ſceleratus eodem. At labor & dolor erit ſub lingua detractoris virulenti, duplici capite: amphisbenæque confertur, dum innocenti inſidiatur; quippe detrahentis inficietur indeclinabili toxico à quocunque quo ſe verterit, extremo. In ſcorpione cautus fugit caudam, in aſpide linguam: à veneno amphisbænæ non eſt effugium: equidem cùm habeat ſpiculum geminum; innocens patietur detractoris venena, actionis diligentià & eiuſdem oſcitantià.

Ingenioſa taliditas.

5 Detractores deſcribuntur à Ioanne mirificè. *Habebant* (inquit) *caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis.* Singulares ſanè beſtiæ, quarum tetra & horribilis imago, utpotè quæ ſolùm quibant egredi ex inferno: de quibus dicemus *Tom.* 6. *T.* 3. *D.* 1. Cur ergo ſi detractores ſcorpionibus ſimiles, additur habere aculeos in caudis? Scitur perſpicuè in cauda ſcorpios habere virulenta tela. Quare igitur ſignat cuſpidem, dum demonſtrat ſcorpionem? Ut oſtendat conventum malignantium, qui in noxam copulantur adinſtar iratorum ſcorpionum. Vide miram illorum ſagacitatem in hominum peſtem apud Ælian. lib. 6. *Hiſtor. Animal.* cap. 23. Aliter Tertullian. in *Scorpiaco*, ſeu *Contr. Gnoſtic.* cap. 1. *Intrinſecùs* (infit) *vena ſubtilis, arcuato impetu inſurgens, hamabile ſpiculum in ſumma tormenti ratione reſtringens.* Cætera venenata haud hamato gaudent telo: & cui confertur detrahens, gaudet ſcorpio; quippe quem feriendo mordet, ad ſe per vulnera trahit. Seſe arbitrantur ſecuriores ſi fuerint plures: ſiquidem intuitus in mordaci malitia, ut extendantur venena. Omnes declinant, inutiles facti; quia non eſt, qui faciat bonum: non eſt uſque ad unum; ſiquidem *corrupti & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.* Pſalm. 52. 2. pro *ſtudijs*, dicitur *in iniquitatibus*: ſtudia illorum abominatio in audientibus: pro eodemque ſtudia & iniquitates uſurpantur; quippe illorum haud aliud vitæ propoſitum, niſi abominabilis iniquitatis ſtudium: ſiquidem errantes ab utero, alienati à vulva, ſemper locuti ſunt falſa. Audit ſimplex, & animus ſcorpionis accedit ad aurem duplex. Inſidiatur, ut rapiat pauperem: rapere pauperem, dum attrahit eum. Seſe inclinat & humiliat, ut ſimplex in laqueum cadat: paterque habere in cauda hamatum ſpiculum, cùm dominatus fuerit ſimplicium pauperum. Aptè Seneca quò ſupr. *Hæc pars* (inquit) *maior eſſe videtur. Ideo enim peior eſt. Non tam benè cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum peſſimi, turba eſt.* Gaudent ſcorpiones, quia turba; quaſi ita firmior venenatorum cauſa: verum infra videbimus illorum amicitias, quas conciliavit virulentiæ ſocietas.

Quare ſcorpioni ſimilis?

Tertullian.

Pſal. 13. 1.

Eius cogitatio ſemper in malum, & in contagium ſtudium.

Senec.

6 Fit ergo ex ſingulorum cubiculo illuſtre ſpectandum conciliabulum, quo ſcorpiones conveniunt volupè in unum; iuvenes, ſenes cum iunioribus, queis proponitur ſanciandus immaculatus, quia exaltatum eſt nomen eius ſolius. *Occurrent dœmonia, & onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi cubavit Lamia, & invenit ſibi requiem. Requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconibus*: de quo egimus, *Tom.* 4. *T.* 7. *D.* 4. *à n.* 7. Et hìc agemus, *T.* 10. *D.* 2.

Apoc. 9. 10.

Iſai. 13. 21. 34. 14.

à n. 10. Diminuuntur veritates, vana loquitur unusquisque ad proximum suum, corde & corde, labijs & labijs bilingues, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum,

Psal. 11. 5. dicentes: *Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt: Quis noster dominus est?* Infelix qui dominus: in eum proculdubiò eiaculabunt virus. *Novorum dæmoniorum videtur annuntiator*

Act. 17. à v. 18. *esse, quia Iesum & resurrectionem annunciabat eis. Quæ est hæc nova quæ à te dicitur doctrina? Nova enim quædam infers auribus nostris. Volumus enim scire, quidnam velint hæc esse. Hi omnes*, Atheniensibus similes, *& advenæ hospites ad nihil aliud* vacant, *nisi aut dicere, aut audire aliquid novi.* Alij diligunt omnia verba præcipitationis, & in malitia gloriantur potentes, ostentantes subtilitatis atque acuminis ingenium, quandiù adinstar novaculæ meditanter faciunt dolum: quod quidem si seriò auditur (quia præcognoscitur in noxio lancea & sagitta) qui fraudulenter nocet amico suo, cùm de-

Prov. 26. 18 prehenditur, dicit: *Ludens feci.* Nemo est, qui obturet aures suas, ne audiat sanguinem; & claudat oculos suos, ne videat malum. Cuncta corrumpunt, cunctos maculant, dominationem spernunt, maiestatem blasphemant, sicut quæcunque ignorant. Quæcunque autem naturaliter

Iud. à v. 8. tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur. *Itaque idem evenit* (subdit Senec. ibid. *cap.* 1.) *quod in Comitijs, in quibus eos factos prætores ijdem qui fecere, mirantur. Inde ista tanta coäcervatio aliorum supra alios ruentium. Quod*

Senec. *in strage hominum magna evenit; cùm ipse se populus premit, nemo ita cadit, ut non alium in se attrahat: primi exitio sequentibus sunt. Nemo* (videas licet) *sibi tantùm errat, sed alij erroris causa & auctor est.*

7 Describit Apostolorum vertex. *Post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces sibi placentes, sectas non metuunt*

2. Petr. 2. à v. 10. *introducere blasphemantes, pellicentes animas instabiles, cor exercitatum avaritiâ habentes, maledictionis filij, superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desiderijs carnis luxuriæ eos qui paululùm effugiunt, qui in errore conversantur, libertatem illis promittentes, cùm ipsi servi*

Mores. *sint corruptionis.* Siccine compendium seu potiùs dispendium conversationis, quæ debebat esse ex instituto cœlestis. Initium est illorum eloquij de regimine orbis, quod taxavimus in *Liter.* num. 46. *Perit*, dicunt, *Mundus*, My! Perit, quasi regendus ab eis, qui nec flagris, nec legibus possunt regi? *Perit mundus*: & per illos tempus, quod bonis actibus debebant redimere, ut redirent frugi. *Dominus expectat nos quotidie* (inquit N. SS. Patriarcha in *Regul. Sanct.* prolog.) *bis suis sanctis monitis factis nos respondere debere: ideo nobis propter emendationem malorum, huius dies vitæ ad inducias relaxantur.* Trita verba Bernardi necessarium est hisce balatronibus nepis obijcere. *Quam rationem* (infit serm. 17. de *Divers.*) *de verbo otioso reddere poterimus, quod est præter rationem? Nemo vestrum fratres parvi æstimet tempus, quod in verbis consumitur otiosis; siquidem tempus acceptabile est, & dies salutis. Volat verbum irrevocabile, volat tempus irremeabile; nec advertit insipiens quid amittat. Libet confabulari* (*aiunt*) *donec hora prætereat. O donec prætereat hora! O donec pertranseat tempus! Donec hora prætereat, quam tibi ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad gloriam promerendam, miseratio conditoris indulget? Donec transeat hora, & tempus, quo divinam tibi repropitiare debueras pietatem, properare ad Angelicam societatem, suspirare ad amissam hæreditatem, aspirare ad promissam felicitatem, excitare remissam voluntatem, flere commissam iniquitatem!* O Monachi! Tinniant aures. *Utinam tamen* (subdit, *num.* 4.) *vel solum tempus vitæ amitteretur in verbis; sed multi in his etiam vitam amittere, comprobantur. An non amittunt vitam detractores, Deo odibiles, odibiles vitæ? Annon, & ipse moritur qui venenum bibit, quod ei malejuada detractoris lingua propinat? Nunquid non vipera est lingua ista? Ferocissima planè, nimirùm, quæ tam lethaliter tres inficiat uno flatu. Si detractio in claustro, ubi taciturnitas regularis? Ubi* (exclamat idem de *Modo benè vivend.* cap. 17.) *sanctitas religionis? Ubi silentium ordinis? Ubi religiositas Monasterij? Ubi vinculum charitatis? Ubi pax unitatis? Ubi concordia fraternitatis? Ubi amor socialis?* Urgebit huiusmodi nepas Christi charitas? Fiunt sicut aspides surdæ, obturantes aures suas: igitur si lingua ludit calore pestiferæ detractionis, nec fratres erunt immunes.

Conversatio. S. Bened. Otiositas. Bernard. Idem. Damna.

8 Frequenter luxum ac fastum conviviorum & vestium, detractiones uti

co-

Conciliabula, malitia, & vaniloquentia.

comites sequuntur. Hinc ille dives epulo quæritur de lingua, igne flammatâ. Unde
Chrysol. Chrysologus *serm.* 124. *Magis* (inquit) *lingua uritur & ardet, quæ insultavit pauperi.* Nescio, an hoc intuitu tortus
Luc. 16. 24. dixerit demonstrativè: *Ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.*
Crudelis flamma detractionis. *Hac* utique flamma inferni; quippe priùs ex insultatione miseriæ pauperis igne inflammabatur detractionis. Haud potuit adipisci quod animitùs optavit, denuòque quasi compassione ab Abrahamo efflagitat (quid, si suppetat?) mitti Lazarum in mundum, & eius amittere contubernium. Pretiosa veste simulatur intuitus.
Vers. 28. *Habeo* (inquit) *quinque fratres.* Mitte Lazarum, *ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Unde in damnato huiusmodi in fratres charitas? Caietano hìc placuit esse superbiam: mihi videtur fuisse inolitam detractionis malitiam.
Chrysost. Unde Chrysostom. hìc ait: *Sicut ille fuerat affectus, sic opinionem habet & de fratribus suis.* Dum signat fratres testandos per Lazarum, ne venirent in locum tormentorum; signat sanè illos etiam habere flagitia, queis luerent pœnas in perpetua flamma. Compassio videtur fraterni pectoris, & elucet summæ summa detractionis: equidem sub charitatis lucidissima larva, fratrum longè degentium vulgabat crimina. Species fulgebat fraternæ dilectionis, & tantùm erat species, proporcionata loco tormentorum, quo ille pondus patiebatur criminum. Videbatur pectoris commendabilis charitas, & erat subdola insignis detractoris malignitas: igitur sub velamine charitatis, proposito salvationis; ita vafra fratrum murmuratio solummodò quibat excogitari in inferno.

Crudelior sub larva charitatis.

9 Ulteriùs. Miser in flammis iacebat, & loquitur uti miser. *Ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Theophylact. hìc astruit huius detractoris syncerum affectum. *Fratres diligebat, ideo illis consulit.* In nodum incidimus. Quo pacto diligit, ubi illis & gravissimè detrahit? Quomodò amat, si fidem derogat? Cruciabatur in flamma: incaluit lingua & in fratres insurgit, eorumque crimina exponit; quippe si lingua accenditur detractoris, flammas vibrabit etiam in fratres. Vigilanter dialecto nostrâ. *Calentòsele la lengua: y si llega esta à encenderse, dirà mal de todo su linage.* Haud ulli parcet, qui genio mordax, si semel excandescit. Non vomit verba, sed flammas: equidem vel fratres eloquio aduret, modò pectoris igne labia adustus calefecerit.

Theoph.

Nec suis detractor parcit.

Eruisti animam meam (dicit Domino David) *ex inferno inferiori.* Non à superiori inferno? Nullo modo. *Iniqui insurrexerunt* (subdit) *super me.* Synagoga potentium quæsivit, concilium malignantium obsedit. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, ac infirmabantur fidem. Detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Ventos rumuscolorum aucupabantur, ut vela ad calumnias imposituris implerentur, in famæ ac honoris ingulum. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum: vocatque iurè superiorem infernum; quippe superiùs combusto fratre detractionis igne, totus infernus flammas latet in pectore. Dæmones sunt super faciem telluris, habitatione inferni superioris: igitur si lingua modò conceperit ignem; nec reputabit hominem, nec fratrem recognoscet, nisi ut inflammet. *Loquens locutus* dicitur. Ex verbis constituitur loquela, non flamma: detractorque ita commutat verba, ut loquendo non dicat, sed adurat; quandoquidem quilibet flatus labiorum, inferni patet incendium. Inferni? Utique: igitur quod cogitare potest & debet in admirationem, semper retorquet in deteriorem partem & execrabilem. At hoc aliàs.

Psal. 85. 13.

Quomodò infernus in eius cuspide linguæ?

1. Reg. 2. 30

10 *Loquens locutus sum.* Similiter David: *Locutus sum in lingua mea.* In expressionem mentis verba instituta, quorum instrumentum, lingua. Erit loquacitas & non locutio; ubi usus linguæ absque rationis proposito. Unde non est locutio loquentis ex negotio malignæ otiositatis; siquidem loquens detractor minimè loquitur, quia loquitur ut venenet, vel ut loquatur. Loquitur in ventum: & modò figat maledicè telum, parvipendit virulentiâ percutere semetipsum. *Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis*: inquit Regius Psaltes, describens obtrectatorum ingenium & supplicium. *Circundederunt.* Imbecillitas perspicua, ubi adinstar apum maledici dividuntur in agmina; & etiam constat malitia: igitur circundat spiculis percutiendum, ne sit effugium. *Sicut apes.* Perpropriè. *Aculeos in vulnere relinquunt* (ait Senec. 1. de *Clement.* cap. 19.) *pugnacissimæ apes.* Ambros. lib. 5. *Hexaëm.* cap. 21. *Animas ponunt in vulnere.* Sumpserunt ex Virgilio, lib. 4. *Georgic.* v. 236.

Psal. 38. 5.

Otiositas & loquacitas.

Psal. 117. 12.

Detractor cur dicitur apis?

Senec. Ambros.

Ve-

——*Venenum*
Virgil. *Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt.*
Affixæ venis, animasque in vulnere ponunt.

Sibi nocent, dum percutiunt; & obtrectatores se lædere non cognoscunt: vel si cognoscunt (ut figant, ut pungant) pro nihilo ducunt vitalem amittere halitum modò effuderint ab ore venenum. *Exarserunt sicut ignis in spinis.* Gregor. Magn. Homil. 9. in *Ezechiel.* Spinas arbitratur imperfectiones iustorum, ignem mordacitatem detrahentium; ut iusti detracta considerantius notent, & se purificent, quin fastidiant detrahentes, qui ad maculas sicut ignis: igitur dum magis ac magis detrahunt, sine imperfectionibus quosquos usserint, reliquunt. Salutem accipiunt ab inimicis beneficio detractionis: igitur delentes quem notabant nævum, malè apud illos audientem ostendunt immaculatum. Vide plura & optima in huiusmodi propositum apud Plutarch. libell. *Emolumentum ex inimicis.* Ergo Gregorius. *Ista* (ait) *facientes exardescunt sicut ignis in spinis; quia per flammas detrahentium non iustorum vita comburitur, sed siquæ in eis esse poterant peccatorum spinæ, concremantur,* Adinstar apum sunt maledici aculeis pro lingua instructi, qui moriuntur pro vulnere ac ex vulnere moriuntur; sed in iustorum penitùs emolumentum: dicunturque ignis in spinis, dum iustorum quasi spinæ figuntur imperfectiones; quippe quousque mordacium experiantur flammas, non sentiunt habere spinas.

Sibi pungendo docet. Greg. Mag. *Iustorũ utilitates, tolerantium detrahentes.*

11 Aliter accipitur apodosis, seu collatio. *Accensi sunt, arserunt sicut ignis spinarum*: ait Maluend. *Transierunt de flamma in flammam.* Genebrard. Videtur exprimi detrahentium supplicium & remedium. Remedium, dum consumuntur, quippe profectò comburent, ni comburantur: de quo infrà. Supplicium, dum propositum mordacitatis contemplantur evanidum: equidem cùm probos inflammare conentur, sine ustione notæ uruntur. Hinc transeunt *de flamma in flammam*: Igitur, quia illi florent, detractores ardent. *Accensi sunt.* A quibus? A seipsis, qui simul bombilant vagantes ignis & apes: igitur dum alios urere ac figere conantur propter defectus, & plerunque imaginarios; ipsi mordaces a se figuntur, quippe turpiores habent, per quos urantur. Vernaculè: *Quando mor-*

Maluend. Genebr. *Ardent detractores, ni urant.*

muran: ellos mismos se queman, porque se clavan. Modò scitur, cur Ezechieli dicitur à Domino. *Cum scorpionibus habitas.* Spicula scorpionum dicuntur spinæ. Nicander in *Theriac.* canit, uti vidimus *Didasc.* 2. n. 1. Ezech. 2. 6.

Cuius nexa novem iunctura horrida Nicand.
spina
Extremo nocuum iaculatur acumine virus.

Dicunturque detractores accensi sicut ignis in spinis, quæ sunt aculei & spicula scorpionis, quippequàm tanta illis aviditas evomendi venenum, tanta furiosè rabies in vomitum; ut si defuerit in quem possent regerere virus, uti scorpiones in seipsos retorqueant aculeos, undecumquè virulentos. *Mutuò sese lacessunt.*

12 De illis refert Plinius *lib.* 11. *cap.* 25. *Quidam ab ipsis fœtum devorari arbitrantur. Unum modò relinqui solertissimum, qui postremò genitores superne conficiat.* Quàm malignus constat animus, ubi filius & pater vicissim perfidus! *Lib.* 10. *cap.* 72. *Serpentes pascuntur ovis draconum.* Ælian. quò supr. *lib.* 2. *cap.* 33. *Scorpium ex crocodilo nasci audio, cuius caudæ aculeo venenato ille ictus intereat*: & *lib.* 8. *cap.* 13. *Scorpios lacertis audio expleri, & aspidibus, omniumque serpentium genere. In quo genere* (inst Plin. quò dudùm, loc. ult.) *omnia magis exitialia, si suum genus edère, antequàm noceant.* Hinc Aristotel. lib. 8. *Histor. animal.* cap. 29. observat, viperam scorpionem devorare: ideoque venenum alere tantò deterius, quòd venenatis pasci soleat. Galenus de *Theriac.* lib. 13. *Viperam* (inst) *alia venenata consumere: istiusmodi ipsi non ingrata cibaria.* Pascuntur sæpesæpiùs dirà, diris. Accinit Camer. quò supr. *Emblem.* 92. *Venenata mutuò pascuntur.* Ælian. Plin. Galen. Camer.

Tetra quòd extinguit, non mirum, vipera morsu:
Ecce etenim quali gaudeat illa cibo.

Cum scorpionibus igitur habitant homines inter detractores pestilentes: equidem cùm venena illis deliciæ si pasta; ut magis acuant venena, mulcimina malignitatis regustant, & vicissim sese devorant. Serpentes insidiantur draconibus, dracones serpentibus: scorpiones aspidibus, aspides scorpionibus: etiam desæviunt venenata in proprium genus, dum abest percutiendus inimicus: igitur venenatorum conditio, haud posse vivere sine morsu. Virga Aäron versa est in co-

Et sese devorant.

lu-

lubrum : virgæ etiam Magorum converſæ ſunt in ſerpentes, aut dracones. At quid ex tanto repentino veneno? Devoratio. *Devoravit virga Aäron virgas eorum.* Hoccine munus Virgarum, cum aconito ſerpentium, extentà malitia cordis iuxta extenſionem inſolentis poteſtatis: igitur modò defuerint quos venena linguæ inficiant; venenatæ ſerpentes, viperæ & ſcorpiones mutuò ſe vorant.

Exod. 7. 12. *Detractores ſimiles venenatis.*

13 Altiùs intuendum. Virgæ ſanè in dracones ſunt converſæ. Verè Aäronis virga, Magorum in apparentia: equidem ſubtractis à conſpectu adſtantium virgis, à dœmonijs aliunde allati in Regiam dracones. Vide Pererium hìc, *Diſputat. 9.* & 10. Malum utique quod dracones in mundo: peius, in throno, ubi ſedet draco directionis virgà, iuſtitiæ fucatæ inflatiſsimà inſolentià; quaſi gloria eſſet, effundere ex ore vel viſceribus venenum, quia dignitatis habetur auctoratum faſtigium. Quæ illis videntur quaſi impunibilia, quia impunis gloria; ſunt ſubditis graviſsima ulcera: equidem percutit animum, quærere in virga, ſeu ſceptro etiam venenatorum, rectitudinem; & in virga circunſpicere ſerpentem, aſpidem, vel ſcorpionem. *Ptoëmphani canem pro rege habent, motu etiam eius imperia auguruntes*: inquit Plin. *lib. 6. cap. 30.* quem ſequitur Ælian. 7. *Animal.* cap. 40. Quod refertur uti impoſsibile inter rationales, fit practicum (proh dolor!) ſequendo mores, equidem turpe rationi, atque dedecus regimini, expectare in Superiore modeſtam, ut par eſt, circunſpectionem; & experiri mordacitate rabidum canem. Canis apparet in rabiem percitus, quiſquis in regimine Cynicus, baubans detractor Prælatus, cuius ſubditi lenocinio ſequuntur motus: quippequàm non ut regat, turba canina in cadurcum aſſumit; ſed ut mordeat tenacius, voret & devoret, quaſi facinus inſigne, præclarum, verbis infigere morſum. Idem videris apud Pier. Valer. *lib. 5. cap. 15.* Unde Ariſtoteles, lib. 1. *Politic.* cap. 9. *Qui magnam poteſtatem habent, etiam ſi ipſi nullius pretij ſint, multum nocent.* Sequuntur quidem ſubditi, ut valeant, vel ne corruant, conditionem, indolemque Prælati: nequit enim cum ſerpente vivere niſi ſerpens; & cum cane, niſi canis; cum dracone draco, cum ſcorpione virulentus ſcorpio. *Sciant* (inquit Tacit. in *Agricol.* cap. 42.) *quibus moris, illicita mirari, poſſe etiam ſub malis principibus magnos viros eſſe.* Fateor poſſe eſſe, ſed nec florere, nec vivere poſſe. *Quid enim is boni habet* (ait Senec. de *Conſtant. ſapient.* cap. 13.) *Sub quo nemo, niſi malus eſt?* Mordebit profectò ſcorpio non ſcorpionem, & canis haudquaquam canem, cùm uſquequaquè videamus haud ſine complacentiæ ſignis, in ſemetipſos retorquere dentes. Profundius in propoſitum retorquendus eſt Euripides in fragm. *Tragœd.* apud Delrium in Senecæ *Thyeſt.* v. 92. ut reſipiant ſacerdotes, quotidie accedentes ſacris.

Perer.

Superior maledicus apprimè venenoſus.

Plin.

Et canis rabidus.

Ariſtotel.

Quem imitantur ſubditi.

Quòd homo exiſtens, cum Dijs
Communi mensa dignus habitus,
Incontinentem ſi habuerit linguam;
Morbum longè teterrimum.

Tacit.

Senec.

Sacerdos mordax deteſtabilis.

Euripid.

14 Vidimus virgam draconem; modò ſcrutemur virgam, dracones (in quos virgæ converſæ) devorantem. Cur ergo, ſi illa Aäronis voratura tantam draconum luem, converſa fuit in draconem? Aliorum non erant virgæ, ſed venenum verum draconum, ſubtractione virgarum. Virga Aäronis erat ſine veneno, exemplar directionis ſuperioris in ſolio: igitur cùm venenata noceant, maximè ſi dignitates deaurant; convertenda ſanè in colubrum, quia virga ſine veneno in venenum ac exterminium virgarum: minimè quippe virgæ dracones verebuntur virgam in directionem, niſi viderint ſerpentem. Perſpicuiùs Hiſpanà proprietate, & elegantiùs: *Contra eſta peſte fatal, el que tuviere la vara, ha de mirarſe un dragon.* Vel: *Se ha de poner como un aſpid, y el natural de una ſierpe.* Virga erit non ut virga, ut dirigat; ſed ut coluber, ut corrigat: equidem haud valebit ſuavitate indolis, ni virgam converterit in conditionem draconis. Preſens remedium, uti ibid. *cap. 32.* ait Tacitus, *Metus & terror eſt: infirma vincula charitatis: quæ ubi removeris, qui timere deſierint, odiſſe incipient.* Rationem invenimus apud Plinium & Ælian. miniſtrante natura. *Thelyphonon herba (ab alijs Scorpion vocatur) cuius tactu moriuntur ſcorpiones. Itaque contra eorum ictus bibitur. Scorpionem mortuum ſiquis elleboro candido linat; reviviſcere, aiunt.* Cum moralitate; quod non facit Plinius, *lib. 25. cap. 10.* ubi præfata verba; aſtruit Ælian. *lib. 9. cap. 27. Si eam ad ſcorpij dorſum admoveas, hunc ſtatim perire; idemque affert, eundem ad integritatem valetudinis reſtitui; ſi eum candido elleboro conſpergas. Atque equidem thelyphonum pro-*

Verſ. 10.

Neceſſaria virga ſeveritatis in detractores.

Tacit.

Plin.

Quo moriantur & reviviſcant ſcorpiones?

Ælian.

probo, non item elleborum; quòd ſanè ita homines egregiè diligam, ut acerbè & penitùs ſcorpios oderim. Thelyphonon herba aculeata eſt, imò *in totum ſpina*; ait Plin. *lib.* 21. cap. 15. Ideo dicitur Scorpion, Hiſpan. *Abrojos*: quo intelligitur illud 3. Reg. 12. 11. *Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus.* Elleborum mirificum in rationis perſpicuitatem & acumen. Unde Plin. *lib.* 25. *cap.* 5. ſubdit: *Ad pervidenda acriùs ſtudiorum gratia*: cuius exempla referunt Valer. Maxim. *lib.* 8. *cap.* 7. & Petron. in *Satyr.* fol. 29. Per ſymbola claret, quo modo ſeſe gerent Præſides erga maledicos ac mordaces ſcorpiones. Elleborum ſignat rationis & rationalitatis ſuavem tenorem: Thelyphonon propter ſpinas acriorem ſeveritatem: in ſcorpioneſque minimè apponendum ellebòrum, ſed thelyphonum; quippe in illos nihil valet rationalis prudentia, ſed duntaxàt ſpinoſa amariſsima flagra. In horum venenum Præſidis incumbet totum propoſitum: ſuavitaſque removenda, & applicanda mucronata ſpina; quoniam quos flagella à morſu aſperitate removent, ut iterùm noceant, ſuavitate reviviſcent. Nulla ergo exhibenda ſuavitas, ſed ſumma ſemper auſteritas: igitur cùm virulentiæ innatæ diſsimulatio, videatur ſcorpionibus permiſsio, licentiaque ampla, quæ duntaxàt indulgentia; Præſes dolore experietur aculei amaritudinem, ſi viderint ſcorpiones virgam ut virgam, & non draconem.

Plin. — 3. Reg. 12. 11. — Idem. — *In detractores est nulla Præſidis benignitas, ſed ſumma auſteritas.*

15 Mori debent, vt alij vivant. *Thelyphonum ſi ad ſcorpij dorſum admoveas, hunc ſtatim perire.* Haudquaquàm relinquent venenum, ſi aliquomodò ſuſpicantur patrocinium: ſpiniſque atterendi, ac pungendi, ut moriantur; quippe vivendo nocent, & morientes proſunt. *Conſtat quotidianis experimentis, ſcorpium in oleo demerſum, ac ſuffocatum* (inquit Iacob. Delecamp. in *Plin.* lib. 11. cap. 25.) *ſi teratur, & vulneri à ſcorpione illato imponatur, remedium eſſe præſentiſsimum.* Unde apud Octav. Strada, *Tom. 3. Symbol.* Ludovicus Gonzaga in veſte triumphali ſcorpionis iconem oſtentavit cum lemmate: *Qui vivens lædit, morte medetur.* Subſcribit Camerarius, ubi ſup. *Emblem.* 95. accinens:

Ælian. — *Detrahentes ſuffocentur.* — Delecamp. — *Scorpiones morte proſunt.* — Camerar.

Vivens mortem homini inſtillo, morienſque medelam.

Ut ſcorpiones proſint vitæ, congruit ſuffocari, oleoque torreri: igitur aculeos figent ſanè ſanis in vulnera virulentos; ni ſe continuò viderint ſuffocatos. *Quis conſurget mihi adverſus malignantes?* dicebat, quem ſæpe momorderant ſcorpiones: ſiquidem ni Dominus eum iuvamine protegeret, proculdubiò tot ſpiculis perijſſet. Cur igitur in detractores malignos concitat prælium ſolicitans exterminium, dum per illos exercitia poſſunt conciliare meritum? Nec eſſet iuſtitia, neque regentis prudentia. Non iuſtitia, quippe ius eſt, quòd illos comprehendat mors, per quos alij mortui ſunt: igitur qui viventes aculeo inferebant mortem, ſauciatis ſunt medicamen. Non prudentia, ut homines poſsint ſecurè vivere, amandatà detractorum peſte: equidem cùm ſcorpiones nequeant vivere ſine morſu, in ſe retento veneno; ſolummodò pax obtinebitur Reipublicæ, ſi detrahentes adinſtar ſcorpionum ſint penitùs ſuffocati. *Quis conſurget?* Ambigit? Profectò: & adverſus malignantes? Et adverſus ſcorpiones? Utiquè. Ita nonnullis pravus animus, ut quieſcere nequeant ſine delatoribus: modòque illis notitia grata, extendunt in ſcorpios patrocinia; quin corde cogitent, prævalere venena. Præſes, Princepſque bonus adverſus malignantes dirigit arcum, quia ſcorpiones vivendo ſemper lædunt: ſuffocatique & attriti in ſuſpendium, patent pravis exemplum, medicamen & ſupplicium.

Pſal. 99. 16. — *Perenni pœnæ reunt ei.* — *Cum patrocinio prævalent, queis venena placent.*

Homines qui geſtant, quique auſcultant crimina,
Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant,
Geſtatores linguis, auditores auribus.

Plaut.

Aſtruit Plaut. in *Pſeudol.* Act. 1. ſcen. 5. v. 12. Quiſquis renuit ſcorpionum venenum fugiat conſortium; quippe innocens haud liber inter nocentes, neque qui non ſcorpio innocuus degit inter ſcorpiones. Detractorum cavillantium malitia vagatur cæca: in circuitu ambulat, nec reſipiſcit, dum cæſpitat; quandoquidem rectiùs greſſus ducit & dirigit, quùm magis offendit. Fulmen eſt, cuius vehementior flammæ efficatia, ubi maior reſiſtentia. Indicat ignem pectoris fumus, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Haud linus Indicus in huiuſmodi ignem, neque laurus in huiuſmodi fulmen; igitur accenditur aquâ, quùm malignitatis fomes ſit innocentia, vagenturque maledici ſine rubore, quia probi pleni formidine: valentibus etiam mordacium venenis, quia non eſt qui conſurgat adverſus ſcorpiones malignantes, qui tempus terunt in

Serpens contagium & validũ converſatio detrahentium.

virus, ut delicijs terant tempus. Unde Euripides in *Hippolyt.* v. 383.

Euripid. *Voluptates vitæ,*
Longæ confabulationes,
Et otium, iucundum malum.

DIDASCALIA V.

Seculi gaudia amaritudine plena.

1 LArvata lætitia offertur à mundo, atque eius speciem avidè sequitur (dum trahitur) homo. *Risum lachrymosum* vocat Statius lib. 8. *Thebaid.* v. 513. & homo cæcè mentis impos, haud contemplatur lachrymosum, sed risum, incidens præruptè in lachrymas veras, dum videtur sectari delicias falsas. Cum reti olim picta Fortuna. Vide Lebeum-Batill. *Emblem.* 30. Sequitur Fortunam mundus, & in capturam insensatos captat & lactat, risus apparentiam sequentes; quippe cadunt in retiaculo eius peccatores, & in manum cadunt miseri, de qua non poterunt surgere. Contrá cœlum invitat in vera gaudia, sed à fatuis non æstimantur ut vera; equidem datur contemptui.

Stat. *Mundi risus lachrymosus.*

Fortuna cum reti.

Ovid. *Cœlum, quod imminet orbi.*

1. Reg. 2 30 Deus de se dicit: *Loquens locutus sum.* Eccli. 34. 4. De mundo à Siracide: *A mendace quid verum?* Uterque loquitur: Deus ut verus, mundus ut mendax & falsus: & non dicitur, dum loquens, quòd loquatur, sed duntaxàt de Deo loquente, quòd loquitur; quippe solùm loquitur, cuius promissa vera & tacet loquens, cuius promissa fallacia. Cœlum & terra transibunt, priusquàm transeant verba cœli: permanente cœlo & terrà, evanescunt vota mundi; igitur cœli gaudia in sempiternum firmissima, mundi opera verba & verba. Quidùm verba, dum contrahitur infamia? Quandoquidem qui plus amator (uti ait Horatius, 3. *Carm.* Od. 6. v. 32.) est

Horat. *Dedecororum pretiosus emptor.*

Quæ mala invisa non visa? quæ clades? quotæ amaritudines? Appositè Euripid. in *Helena*, à v. 365.

Euripid. *O Troia infelix! Venus peperit*
Multum sanguinem, multas lachrymas,
Dolores super dolores, fletus super fletus.

Gaudium non nisi ex Videtur stolidis posse frui plenissimè gaudio, quasi non essent in mundo; varijsque in voluptatibus satagunt quærere, quod non possunt invenire. Lubricum oblectamentum in hac valle lachrymarum. *Gaudium* (dicit Stoicus *Epist.* 59.) *non nascitur nisi ex virtutum conscientia. Quid ergo? Stulti ac mali non gaudent? Cùm fatigaverint se libidinibus, cùm voluptates angusto corpori ultra quàm capiebat ingestæ; tunc exclamant. Omnem luxuriosi noctem inter falsa gaudia, & quidem tanquàm supremam agunt.* Reprobantur qui, in refrigerium sitis, bibebant genibus flexis. Non apti ad certamen, *qui curvatis genibus biberint:* etenim si ex aqua fluente vitæ refrigeria & voluptatum gaudia; miserè degunt, dum feliciter bibunt: si gaudia, profectò falsa; quippequàm cæcè inclinantur ad fluxa. Illos manet prosperitas, *qui linguà lambuerint aquas.* Fluxa fluxè accipiunt, quia linguà tangunt: contemplantur futilem, quam mundani affluentem depingunt concupientes voluptatem: quæ quidem tantùm percipitur linguà; ut vel in ipso gustu constet, quàm falsa: equidem priusquàm in stomachum descenderit, iamiàm palato seducto evanuit. *Linguà*, in saporem cupiditatis mulcimen, sed non in utilitatem: igitur quod linguà duntaxàt percipit, neque prodest, neque sapit; quoniam in esurientem stomachum percepta non percipiuntur.

bona conscientia.

Iudic. 7. 5.

Ibid.

Voluptas fluxa.

2 *Hæc nostra vis est* (ait Boëtius lib. 2. de *Consol. Philosoph.* prosl. 2.) *hunc continuum ludum ludimus: rotam volubili orbe versamus, infima summis, summa infimis mutare gaudemus.* Elucet in volubili orbe nihil subsistens: & summa atque infima vertimus; ut mutatione non satiemur, sed illusi ludamus; equidem cunctorum contrectantes mutabilitatem, in cunctis inquirimus mutationem: cuius quidem embolio, ita specierum instantanea transformatio; ut longè fugiat, quicquid manus expectat. *Memini sti* (inquit Seneca *Epist.* 42.) *cùm quoddam affirmares esse in tua potestate, dixisse me, volaticum esse ac leve, & te non pedem eius tenere, sed pennam. Mentitus sum: plumà tenebatur, quam remisit & fugit. Scis quos posteà exhibuerit tibi ludos, quàm multa in caput suum casura tentaverit. Non videbat per aliorum pericula in suum ruere: non cogitabat, quàm onerosa essent, quæ petebat.* Hac etiam similitudine utitur Salomon: *Ipse* (ait) *sequitur aves volantes.* Petitur felicitas, & apparet avis volans, quæ renuit descendere in

Boet.

Cuncta rotant.

Senec.

Prov. 10. 4.

Vel apprehensa fugiunt.

in terram, propter imminentem ab aucipibus ruinam. Tandem tandem capitur, verùm capta non apprehenditur: igitur cùm plumam remittat habenti, voluptatem expectanti; possessa tenentem fallit, quippe vel aprehensa fugit. Nequeunt stulti credere, mundi gaudia posse fugere. Non cogitant aucupatus volatici onera, nec sua cognoscunt per aliena pericula: sequunturque aves volantes, ludibria sibimetipsis; quippe felicitatem pabulum concupiscentiæ sequi possunt, sed non consequi. Vidi sæpe falli pueros passerum avidos. Retinentur in cavea, ut ludentium mercimonia. Traduntur pueris, non in ludum ipsorum, sed ex ipsis: etenim inquirentibus quomodò captorum devitent fugam; respondetur, si apprehenderitis per caudam. Quia credunt, faciunt: passeres dimittunt plumas, & fugiunt, sequentibus puerorum oculis aves quolibet volantes; videntibus fugacium duntaxàt plumas, & ridentibus cunctis puerorum lachrymas.

1. Cor. 14. 20. *Nolite pueri effici*: loquitur Paulus. Genus gaudiorum mundi volaticum est & leve: patet, quippe nec capiuntur, dum retinentur: & cum sequatur aviditas, quò magis nota voluptatis fugacitas; conferuntur aptè pueris, anxiè ac corditùs sequentibus aves volantes; quandoquidem captâ fugâ, fugientes solummodo sequitur concupiscentia.

Iridis pulchritudo.

3 Quid pulchrius speciositate iridis? Mille trahit varios adverso Sole colores. Nil magis allicit sensus: nil magis amœnat oculos. Nitet species, verùm falsi colores. Ita Seneca lib. 1. *qq. natur.* sequens Ovidium, qui *6. Metamorph.* fab. 1. accinit:

Ovid.

Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus,
Inficere ingenti longum curvamine cœlum:
In quo diversi niteant cum mille colores,
Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit,
Usque adeo quod tangit, idem est, tamen ultima distant.

Senec.

Non dicitur (inquit Cordubensis) *colorem illum immistum esse velut corpori stabili, sed ut fluido & vago, & nihil amplius quàm perbrevem speciem recipienti.* En symbolum amentium, voluptatis asseclarum: etenim haud occurrit entitas, sed species, & ad speciem colores, quandoquidem levi motu Solis vel absentia, quæ fulgebat abunde, nubes obscura. Lumina fallit, quæ coloribus mille lumen percellit; sed tantùm in stuporem & ludibrium optantium; quoniam levissimo aspectu nec colores inveniuntur. Iridis colores à longè in focum concupiscentiæ, ut fruatur specie, quæ non potest voluptate. Quò magis ductus, imò seductus obrepit, color magis evanescit, voto cassò, imò delirante aspectu, mirantibus luminibus circa obiecta, unde, ubi, quando tam celeris fuga: summaque mundanæ voluptatis, atque radiorum congeries: aptè confertur coloribus iridis; ut discat homo per speciem falsam, errorum resipiscentiam: etenim voluptas adinstar iridis (in qua fallaces colores) si conspectu non habetur, dum habita non conspicitur.

Cur Symbolum voluptatis circa falsa?

4 *Dives cùm dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inveniet*: dicit Iobus. Occurrit obiter inquirendum: quomodò si mors per somnum, in qua clauduntur lumina; morientis divitis designantur aperta? Hæc est circumventio affluentiæ bonorum temporalium, & cæcitas possidentium: equidem oculos ignoranter aperiunt, dum cæteri mundo claudunt. Si per apertionem luminum vita signatur; dives improbus etiam in morte non moritur: habet vitam in morte; qui vivendo moriebatur: cadaver est, quod sepelitur: morienque lumina aperit in vitam; quippe tunc vivit ad flammam. Obscura prorsùm divitiarum caligo: oculos aperit dives, verùm serò: igitur nunquam videt, qui expectat mortem, ut vitiorum cognoscat cæcitatem. Videnda cæcitas, dum potest exhiberi medicina: aliàs non homo, sed talpa, obcæcatus nebulis prosperitatis, ac tendens in illecebras cupidinis, offerente medicinam pœnitentia, ut arceantur longè crimina: & dum oculos qui cæcuciebat aperit, impœnitens infeliciter perit; quoniam vel in morte cæcus, qui spectat mortem, ut aperiat oculos. Miseri sanè, felicitatis glaucomate: igitur dum oculos aperiunt, magis cæcutiunt.

Iob. 27. 19.

Bona temporalia obcæcant.

Pœnitentia sera.

5 In propositum nostrum aliud quadrat hemistichium. *Aperiet oculos suos, & nihil inveniet.* Si nihil videt, aperiens oculos; videns habebat oculos clausos. Hic non cæcitate, sed delirio laborat: quandoquidem eius mentem furor gravat, qui clausos oculos habet, & videre quæ non videntur, ostendit. Iris in opibus, in voluptatibus, nitebat varijs coloribus. Videre cæcè cogitabat, sed nil videbat: notatâ ex assertione amentiâ,

Ibid.

Qui mundanam gloriam quærit, insanit.

in mentis perturbatæ ludibria: igitur profectò insanus, qui iudicat de coloribus, clausis luminibus. Adinstar iridis renident felicitatis species. Ad insaniam usque homines concupiscunt, & concupientes insaniunt: cæterùm nunquàm habent, quod clausis oculis vident; etenim oculis perspicuè apertis, nil vident nisi colores. Colore ducti: prurigine allecti, satagunt apprehendere felicitatem, sicut fatui appropinquare in iridem: frigidique manent labore cassò, dum urget magis libido; igitur colores, qui inhærent felicitati, videntur tantùm (si videntur) à longè. Huiusmodi color & color, error & error, quippe non in corpore solido, sed instabili & fluxo, qui visus concupiscitur, & adeptus non videtur: siquidem invitanti voluptati dum accedunt, oculos aperientes nihil conspiciunt. Fascinat oculos præstigiatore appetitu gaudiorum illecebra; & stimulante pruritu apparent quàm falsa gaudia: igitur si usus quæritur cupitæ felicitatis; vel sine figura visa, sunt oculos aperientes (quia nil inhæret substantiæ, sicut splendor in Iride) fatuo sensu, & palàm dolo: quandoquidem felicitati proximis (volitantibus coram oculis illecebris, quasi ludentibus vel illudentibus apparentium mutationibus) ubi colores videbantur, nec colores: ubi species fulgurabat, nec species. Insani sanè, illusà vel læsà mente, in optatum lenocinium; igitur illis blandiuntur, quæ non videntur.

6 Rota ut vidimus *Tom.* 4. *T.* 11. à *n.*20. nota mutationis & felicitatis. Contigit sæpe hianti in ascensum, vel ante primum gradum præcipitium: ideſt, quod cadat, antequàm ascendat. Quid in summum, si vel in imo periculum? Collocantur propter dolos, & impetè deijciuntur, dum allevantur. Quæritur Laberius, inquiens:

Cur felices in rotâ?

Summum ad gradum quùm claritatis veneris,
Consistes ægrè, & citiùs quàm ascendas, decides.
Cecidi ego: cadet qui sequitur.

Laber.

Nec respiscunt exemplo, nec sapiunt malo. Firmitatem arbitrantur aquam fluidam, & immobilem felicitatis volubilem rotam. *Rotas istas* (inquit Ezechiel, Angelus) *vocavit volubiles.* Haud credit homo, etsi audiatur vox è cœlo: igitur voluptas iudicatur firma, quanvis videatur in rota. Hinc cuncta plena oculis *in circuitu quatuor rotarum*; equidem si per oculum vigilantia, in huiusmodi rotas bina non sufficiunt lumina: quandoquidem usquequaquè ruit, qui usquequaquè vigil cavet. Volvuntur à rota tracti, qui ducuntur rotantis felicitatis cupidine, spe concepta permanentis durationis, quasi fuga non esset conditio felicitatis. Cadit ille, cadit alter, nec micat species respiscentiæ: equidem ita furore perciti, ita falsà voluptate lactati; ut instent rotare felices, vel habentes præcipitia coram oculis. Vident quomodò alij fulgentes ascendunt, nec videre volunt, videntes quomodò cadunt: fiuntque discerpti vel hostibus miserabiles; quippe noluerunt credere rotas volubiles. Modò qui ad rotam destinantur, destinantur in tormentum: nullum profectò discrimen, nisi quòd involuntarium vel voluntarium: etenim qui conatur sequi felicitatis ridentis speciem; sese destinat in voluntarium cruciamen. *Non defuere* (ait Vincent. Chartar. in *Fortun.* fol. 319.) *qui eam in equum velocissimum imposuere, & currentem eam Fatum arcu intento insequens effinxerunt.* Elucet veritas quod in respiscentiam depinxit Antiquitas: igitur qui fugientem quærebant felicitatem, inveniebant telis sagittantem mortem. Telum (sanequàm in vulnus) patitur à concupiscentia mente captus: siquidem quandiù voluptas adsciscit, & ille accedit, ut consequatur delicias; in pectus detorquet lanceas.

Destinantur in tormenta.

Vicé. Char.

Felicitatis imago quare cum morte?

7 *Illis qui in vita sua insensatè & iniustè vixerunt; per ea quæ coluerunt dedisti summa tormenta*: infit Sapiens. Serpentia colebant: & quæ culta cruciabant, ut viderent insensati quæ ab illis culta: igitur tantùm insensatorum, adorare venena. Perperà sanè electio, enixè studere damno. Voluptates à mundanis adorantur ut idola, quæ adorata sunt cruciamina, virus & virus, vulnus & vulnus; quippe quæ erecta à cultoribus altaria, cordium patuere sepulchra. Idolum cultum convertitur in molestiam: illique adorant quod excutit vitam? Videntur homines, verùm non sunt rationales. *Insensati*: etenim qui duntaxàt habent cerebrum vacuum, possunt certatim adamare tormentum. Iucundum pellicit in cupiditatem, quippe spargit in possessione dulcedinem. Sequi amara, erit anentia, vel crassissima stultitia: insensatosque Salomon vocat, quos in usum voluptatis species irritat; quoniam erigere & adorare in perniciem simulachrum, dun-

Sap. 12. 23.

Cur felicitates dicuntur idolâ?

Ezech. 10. 13.

Vers. 12.

ta-

taxàt inſenſatorum. Sine voluptatibus nequibant vivere ; & cum illis compellebantur mori. Effigiem adorabant in felicitatem, ac in fruitione etiam inveniebant effigiem : inſenſatique dicuntur, quærentes uſum gaudiorum ; igitur indicat ſummam inſenſationem, ad uſum colere voluptatis imaginem. Sunt idola voluptatis & non voluptas, ubi à deſiderijs expectatur proſperitas : ſiquidem dum tendunt in entitatem, tanquàm in ſimulachris duntaxàt vident repræſentationem. Non vident, quod videri congruum : equidem inſidioſum voluptatis ſimulachrum. Vivunt profectò inſenſatè, proſperitatis ſpecie : igitur acutis ſagittis figuntur corda, ab ipſis idolis queis erexerunt altaria.

Inſenſati gloriam inquirentes mundi.

8 Celebre in Scotia pomum Fenellæ. *Cùm Kemetus Rex Scotorum Eruthlinthum Fenellæ filium occidiſſet ; illa ſtatuam mirà arte fabricari iuſsit, in cuius manu pomum aureum, gemmis refertum erat, quod quicunque tetigiſſet, ſtatim multis taculis confodiebatur : eòque Regem nihil ſuſpicantem invitatum in viſionem, Fenella occidit* : ait Cardanus de *Rer. variet.* lib. 12. cap. 56. Hector, lib. 11. *Hiſtor.* Alap. in 14. *Prov.* 13. Delr. *Diſq. Magic.* lib. 1. cap. 4. Cauſsin. *lib.* 11. *Symb.* 5. & Pined. fusè in *Monarch. Eccleſ.* lib. 28. cap. 12. §. 3. Inhærebat optabile dives pomum (occulto meatu) chalybi flexibili, tenaci, retorto ; ita ut quo violentior aviditatis in uſum pomi detractio, vehementior eſſet ſagittarum excuſsio : etenim retracto ſtatuæ docili brachio, ſimulque arcus aurei intento nervo (chalybe preſſo ac retorto in artificioſas vertebras, ut impulſus valentior in ſagittas) perinde accipere ſeu rapere pomum, ac cordi hærere penetrabile telum. In hoccine pomi tractu videtur mihi aliqua ſimilitudo convivij facti à dœmone in voluptatis horto: ſiquidem idem acceptum mordere pomum, ac perimere totum genus humanum.

Cardan.

Quid pomũ Fenellæ.

Symbolum peccati originalis & parentum tentationis.

9 Huiuſmodi mortis ac voluptatis articulus, apprimè obijcit quicquid in mundo amatoribus uſuvenit. Bona vana ſunt idola in quibus voluptas ficta, veraque tormenta. Flectuntur ad illa homines, inveniunturque in ſumma felicitate infelices : igitur ſumma calamitas inter optatas atque potitas delicias ; experiri vulnerum acerbitatem, unde capiebant dulcedinem. Voluptatem colebant uti imaginem cordis, & circunſcriptionem mentis, quin virus recogitarent, vel cum doleret ; quippe illecebræ & non deliciæ in adorato idolo, quo duntaxàt delectationis imago : quèrunturque vulnerati ex toto corde ab inſperata oblectaminis cuſpide ; quippe acerbior doloris amaritudo ab adorato voluptatis ſimulachro. *Poſt concupiſcentias tuas non eas* : inquit N. Patriarcha cap. 7. *Regul. Sanct.* grad. 1. ex Eccleſiaſtico. Nec pedem moveris, quippe ſi moveris, vulneraberis. Sub luce lues : luesque pœnas, inquirens deliciarum ſpecie veras illarum inſidias. Cave, ne eas, quia non redibis. Si duceris, ſeduceris. *Gaudium eris inimicis* tuis: igitur quòd non fugeris dolum, ipſis excitabit riſum. Non nova inter hoſtes ab hoſtibus vulnera : ab amicis perfidis ſanè gravia ; etenim alijus ſpicula inhærent cordi, quia non notæ amicorum inſidiæ, ſub amicitiæ velamine : ſapienſque non tantùm dicit tormenta, ſed tormenta ſumma ex imagine voluptatis adorata ; quippe non ſolùm tormenta ex captatione recipiunt, ſed per quæ fatui inſenſatè coluerunt. Ulteriùs. Cor adorat, & dolus inauratur, quo magis idololatra deliciarum decipitur. Sequitur ſimulachrum inanium delectationum, & duntaxàt occurrit ſimulachrum : verùm ita gaudio ficto, fallaci dolo, fucato blandimine, vafro oblectamine ; ut applaudens in delicias, lethales evibret lanceas.

S. Bened.

Eccli. 18. 30. 31.

Tormentà & ſumma.

10 Prætereà. Mundus largus in promiſsis, parcus in donis. Hinc qui crediduli ; inſenſati, dum vulnerati iacent ſine dolore ; equidem cogitarent tormentum ſummum, ſi aliquem haberent ſenſum. Illi rident, & riſum ridet mundus, qui ridendus ; igitur per quæ cæci fovent riſum, ingerit ille indeclinabilem fletum. Mundus ridetur, dum deſpicitur ; ſed ridet, dum adoratur, fingens ſimulachra, non tam in tormenta, quàm in tormenta ſumma : equidem ob pulchritudinem effulgurantis pomi, cadunt uſque in lethum vulnerati ; quippe auſi accedere ad ſagittas ſtatuæ mulciminis, ſine ſcuto cognitionis falſitatis. Priſci ſimul collocarunt in altari imagines Voluptatis & Patientiæ. Vide Pier. *lib. 36. cap.* 14. Placuit illis comitatis forma, quoniam ſumma voluptas ex patientia. Unde Macrob. 1. *Saturnal.* cap. 10. infit : *Simulachrum eius Deæ ore obligato, atque ſignato in ara Volupiæ propterea collocatum ; quod qui ſuos dolores anxietateſque diſsimulant, perveniant patientiæ beneficio in maxi-*

Bona falſa & noxia.

Iſidiantur avidis.

Patientiæ fructus.

Macrob.

mam

mam voluptatem. Alia rimor, ut conſtet quanti ex voluptate dolor. Patientia tolerat, Volupia vulnerat: eiuſdemque gaudent celſitudine altaris, quæ ſemper comites; quoniam in illata vulnera eſt patientia neceſſaria. Hinc alij (apud Chartar. in *Minerv. imag.* fol. 249.) *Voluptatum Deam coluere, cuius effigies mulieris pallidæ ſpeciem referebat, virtutemque pedibus proterere videbatur.* Qualis color, ſi virtus proſternitur? In facie coloribus venenatà, apparent viſcera putrida; quin cogitet inſenſatus, ſpecie inani traductus, queis curis pectus ſcatet, ſi pallor in ore ſedet. Patientia ergo ſimul adoratur & Volupia. Patientia eſt virtus omnis adverſitatis impetus æquanimiter portans. Voluptas, citra rationem ad oblectamenta commotio in vanas illecebras: & unà collocantur in ara pectoris; ut ex voluptate ſentiantur acerbitates: etenim neceſſaria amatoribus patientia, ubi acerbitas procedit ex voluptate potita. Vernaculè: *Es neceſſaria paciencia, para ſufrir el peſar del guſto que idolatrò.* Expectat avidè qui adorat Volupiam implere urgentem concupiſcentiam; ſed cadit voto, quippe ſpecierum tantùm ludificatio, & re verà pharetra ſagittarum, in mortem inſenſatorum. Invitant illecebræ, & corda pungunt ſagittæ. Volitat iucunditas, & occurit acerbitas. Titillant gaudia, & ingeruntur tela. Adſciſcunt dulcedine voluptates, & excruciant amariſsimi dolores. Cuncta contraria promiſsis, illusà cogitatione: mirorque Patientiam cum Voluptate adorari; quoniam ad ferenda ex falſis delicijs vulnera, vel in homine inſenſato non eſt patientia.

Cur in ara cum Volupia?

Chartar.

Virtus victa à voluptate.

Ex voluptate vulnera gravia.

Hcb. 10. 36. 11 *Patientia vobis neceſſaria eſt, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promiſsionem.* Ita Hebræos alloquitur Doctor Gentium. Si ſic in gaudijs promiſſis cœli, qualis dolor ex promiſsionibus mundi? Si telum, futurum ſempiternum gaudium; gaudium falſum, quantum telum? Si torquet expectatio gaudij appropinquantis, quale cruciamen ex falſitate ludentis? Verum inquires, cur ſæculi amatoribus in delicijs patientia neceſſaria, dum ex viventibus nemo ampliore gaudent patientià: quandoquidem etiam dum illudi cognoſcunt, nec dolore reſipiſcunt? Alij habent patientiam, ſed non ita neceſſariam in cruciamen, quippe accipiunt dolorem, ut dolorem. Amatores mundi pœnam patiuntur doloris, ſub ſpecie & velamine dulcedinis; & ad toleranda ſub larva bonorum mala, eſt neceſſaria patientia. Iccircò de Cupidine qüerebatur Profanus, 1. de *Remed.* v. 25.

Cur patientia neceſſaria in eius vulnera?

Nam poteras uti nudis ad bella ſagittis: Ovid.
Sed tua mortifero vulnere tela carent?

Mortifera ſanè cupiditatis tela, quippe ſagitta ex voluptate non nuda: quandoquidem vulnera invenit, qui delicias expectavit. Si ſagittæ, uti ſagittas recognoſcat aſpectus, ut fugiant accedentes à facie arcus: cæterùm ictus (ubi nudum pectus) expectare gaudium, & ſpectare telum; ambire dulcedinem, & perpeti cuſpidem: igitur ludere & interfici; non delitiæ, ſed inſidiæ: patientiaque eſt neceſſaria quando ſeducuntur corda; quoniam ſummum vel in ipſa acerbitate doloris, inſidias ferre ſubdolæ cupiditatis. Aliquod malum cadit ſub ſilentio & ſub dolore; ſed hoc non grave. *Grave malum* (ait in *Sentent.* Seneca) *quod ſub aſpectu latet.* Dolet, ſed fertur, quod à molectia cognoſcitur: haud tolerabile, quod cor ab amico patitur; quia ab illecebris ærumna: tuncque eſt neceſſaria patientia; quoniam ſedet altè in animo cordolium hilari vultu. Si præſentiret in arridente cuſpidem, ferret munimen cautionem; vigilaretque, ne appetitus ſicarius nudum perfoderet pectus, ſimul ne blandè peteret niſi amore præcordia: quo improviſo vulnere eſt patientia neceſſaria; quippe cruciamen ſummum, aurea in patera venenum.

Seneca.

Volaptatis illecebræ, inſidiæ.

12 Non mirificum, ſicut non novum, quærentes, ſeu pereuntes Volupiam, ſecum portare patientiam. Hinc *patientia neceſſaria.* At alibi Paulus dicit: *In omni patientia.* Maior difficultas oritur ex argumento. *In omni patientia cum gaudio.* Gaudium num influit in cruciamen, ut exigat patientiam & patientiam omnem? Utique, ſi gaudium ſæculi, quaſi partus circumvenientis Volupiæ. Dolor eget patientià, quippe dolentem vexat, & vexatione non lactat. Dolor ex gaudio voluptatis, exuit ſpeciem doloris; igitur animum mulcet, & vitalitatem lædit. Intromittitur ut gaudium, & eſt mortiferum telum: perfidia eſt, ſi pro delicijs miniſtratur mors: & iungitur patientia omnis huiuſmodi gaudij ludis; quoniam ut ſuſtineatur à gaudio ſtructa perfidia, neceſſaria omnis patientia. Omnis patientia eſt quaſi dupla patientia. In dolorem eſt neceſſaria patientia ſimplex: in dolorem ex gaudio, patientia duplex; quoniam intimè pungit ex blandiente men-

Coloſ. 1. 11

In eius artificia doloſa, neceſſaria omnis patientia.

mendacium, ac ex amico tormentum: & dicitur patientia omnis in ludibria cupidinis vellicantis; quia patientia neceſſaria in deliciarum pœnas, & omnis patientia in deliciarum inſidias. Moleſtia doloris vel graviſsimi fertur, ubi dolus non ſummittitur. Si ſerpit vafrè ſerenà facie perfidia, omni eget pectus patientia; equidem cùm patientia omnis neceſſaria ſit in omnes adverſitates; non eſt patientia, vel omnis patientia neceſſaria, ut ferat pectus voluptatem amaſiam, vibrantem cordi adoranti ſagittam. Cupidinis ornamenta arcus & pharetra. Si amor eſt, & dulcis amor; quorſùm in telis diri chalybis horror? In Cupidine ſigna nota, verùm non diverſa inſignia: etenim ſi in delicias portat ſagittas hamatas; quod ad voluptatis lubitum, eſt penetrabile iaculum. Quilibet idolum in mundo quærit, quod ſuam perditionem fovet. Semper riſus, ſemper iocus, nugæ & nugæ cum delirio.

Cur Cupido cum ſagittis?

Horat. *Sic placet Veneri ſævo cum ioco.*

Ut ait Horatius 1. *Carm.* Od. 33. v. 10. Semper cupientibus iacula, atque ſaucijs placent vulnera: ſævuſque dicitur iocus, quia ridendo hauritur virus. Non tantùm ſimulachra cupidinis effingunt; ſed & reverenter colunt, quamvis inveniant in imagine telum, requirentes ſummis laboribus pomum. Iam non impellit appetitus, ſed proiectio; quandoquidem fraudem ſequitur adoratio & adoratio. Falſa mundi numina, imò dæmonia; quæ faſcinant inſanos, quoniam falſa. Sufficerent tot nugæ, ut in frugem revocarentur papellardi: verùm in utramque aurem ſtertum, dum voluptates in vulnera inſanabilia iocantur; ut per idola quæ culta, accipiant ſumma tormenta. Profectò mentis obcæcatio, quæ oculorum pridem cæcitas, falſa dum inſtat voluptas; adamato dolore, etiam ſine voluptatis ſpecie: ac demùm ſine remedio, ni ſopita dulcore vigilet ratio: igitur in delicijs qui cæci videbunt fucata iacula, modò in cognitionem doloris aperiant lumina.

Eius riſus fletus.

13 Poſtrato mirabiliter hoſte, ac de tot millibus triumphum Ionatha referente; laſſus animus, qui occidendo uſque in deliquium languit, cibi invamine mox refocillari voluit.

Senec. *Par ille Superis, cui pariter dies*
Et fortuna fuit.

1. Reg. 14. 26. *Apparuit* igitur ſuper faciem agri, qui theatrum inſperatæ victoriæ, *ſtuens mel.* *Porrò Ionathas extendi ſummitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in favum mellis, & convertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi eius.* Illicò obnoxius morti, & devotus à patre. Verſ. 27.

Habet omnis hoc voluptas:
Stimulis angit fruentes,
Apiumque per volantum,
Ubi grata mella fudit, Boet.
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

Uti accinit Severin. Boëtius lib. 3. de *Conſolat. Philoſoph.* Metr. 7. Hinc Venus apud Anacreontem, *Od.* 3. Amori reſpondet: *Voluptatis guſtus verò crutiatus.*

——Apis ſi acumen
Tantum facit dolorem,
Quantum putas dolere, Anacr.
Quos tu feris Cupido?

Expavit Ionathas, in quæ redegit Cupiditas: ingenuèque dixit: *Guſtans guſtavi in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior?* Verſ. 43. Exponetur auctoritas, & voluptatis brevitas. Per mel indicata voluptas, obſervat Pier. Valerian. *lib.* 26. *cap.* 7. & 11. Perſcrutemur teſtimonium, ſaltem pro cognitione deliciarum. *Apparuit ſtuens mel.* Illecebra eſt voluptatis tota machina cupidinis. Mellis quaſi non eſſet in agro, non dicitur exiſtentia, ſed apparitio. Phraſis pulchra: voluptatis ſubſtantia nil aliud, niſi apparentia. Phantaſia eſt, atque præſtigiæ oculorum grande delectationis velicantis theatrum: quandoquidem ſi guſtus accedit, nec apparet quod apparuit. *Falſa voluptas.*

14 Mel apparuit, verùm *ſtuens.* Non ſtabat, ſed fluebat. Cupidis haud ineſt pœnitudo vel ex deliciarum ioco: equidem ita velox illecebra; ut non obviet niſi voluptatis fuga. Iccircò ille alius Philoſophus apud Eraſmum in *Apobthegm.* lib. 7 dixit: *In idem flumen nunquam bis deſcendi poſſe*: igitur ſi fluit in curſum; non eſt idem, ſed diverſum. Erat præſens, verùm fluens. Voluptas eſt in globo: ſi ſtat, conſiſtit in puncto: fluxu movetur, ac motu levi mutatur. *Fluens*: ſemper voluptas in præceps: permanentia eſt impoſsibilis. Sequitur conditionem temporis in pernicitate ſucceſsionis: igitur ſi nunc non eſt, quod conſideratur nunc; aptè exponitur ut tempus, qui deliciarum inſtabilis fluxus: quandoquidem cupiens dum manus extendit; voluptas quæ fluebat, fluxit. *Paululum mellis.* Non parùm, Eraſm. *Eius pernix velocitas.*

rùm, ſed paululum. Ferè nihil. Cogitatio cupientis iudicat aliquid, paululumque dicit, ubi dulcorem guſtavit; quippe ita brevi, atque exigua dulcedine, tanquàm umbra ſine corpore. *Mellis.* Mel iucundum, ideò paululum. Mel: ergo dulce: falſum conſequens. Dicant Prophetæ: igitur quod ut mel dulce palato, aconitum in ſtomacho. Haud eſſet voluptas perfida, modò proferret amara amara, vel dulcia dulcia: diciturque *mel dulce*; quoniam deliciarum mel abundat acerbitate: ſiquidem in ſpecie deliciarum ſandaracha, vel abſyntium.

Ezech. 3. à n. 3.

Apoc. 10. 10.

Mel amarum.

15 Ionathas incuriosè percepit: at quomodo? Iam dicit: *Guſtans guſtavi.* Guſtavit, ſed non comedit; ut guſtus pateret futilis ex levitate dulcedines; etenim ſi daretur in cibum, iam haberet guſtum plenum: guſtanſque tantùm guſtavit, ut fraudem diceret: igitur dulcedo mellis fucata, non tacta à lingua; quia tantùm perlivit labia. Fallax eſt, ac in cupientium illicem, præbet dulcedinem. Uſque in ſatietatem cupiens cupit; ſed illa guſtui guſtantis reſpondet, ut denuò attrahat, quem concupiſcencia vellicat: igitur præ dolore iterùm non concupiſceret, ſi pleniſsimè guſtaſſet. Dialecto noſtrà: *Para aſſegundar el engaño ſu doblèz, no la dà mas, que à guſtar.* Guſtans guſtavit fluens ſuper terræ faciem mel. Verùm quò? Lanceà pro tridente, ſive furculà. *In ſummitate virgæ.* Virga hic pilum. Videſis Sanctium, *num.* 40. Mel invitabat dulcedine Principis linguam, cæterùm invenit lanceam: igitur quicquid incipit per fallacem dulcedinem, deſinit in diri iaculi cuſpidem. *In ſummitate.* Si in delicijs dulcedo aliqua, nunquàm ſumma, ſed per ſumma, per extrema; ut caveant ab illecebris inſenſatorum corda: igitur ſi intenditur in voluptatum extremum, apparet occultum iaculum. Bacchus à Priſcis ornabatur thyrſo, ſicut Cupido ſagittis & arcu. *Sed cùm thyrſum tenet, quid aliud quàm latens telum geritur, cuius mucro hederà lambente protegitur?* Infit Macrob. *Saturnal.* lib. 1. cap. 19. quem ſequitur Chartar. ubi ſupr. fol. 287. Quis parceret oculis, tot floribus in ſtuporem obiectis? Flores fallunt, dum vernant; atque ridendo voluptates ſuffocant: ſiquidem ni accedat cordium cautio, ubi ſtimulat dulcedo; pro hilaritate amæniſsima florum, latens apparebit telum, contratà amaritudine mortis ex extremis voluptatis.

Deliciarum levitas.

Diritas.

Macrob.

Eà non mel

16 Videatur exitus. *Guſtans guſtavi paululum mellis & ecce ego morior?* Mel fluens vitam fovit, & modò aufert? Moritur, ſi non comedit, & moritur quia comedit? Quod voluptas, iam acerbitas? Quod delectabat palatum, intolerabile telum? Quod mel, mors? Utique. *Illuminati ſunt oculi eius.* Verè poſt guſtum agnovit, quid ſubdolè in voluptatem lactavit: etenim agnovit ſub dulcedine iacula, illicò ut aperuit lumina. *Ecce ego morior.* Non moritur, moriturus; quia obnoxius morti, & exprimit vitæ defectum demonſtrativè; quippe præguſtando voluptatem, iam præguſtaverat mortem. *Ecce.* Quid? ſubita, ac improviſa mors. Expavit ad mellis effectum, ſub quo non cognovit iaculum: & iurè miratur, dum morti addicitur; eò quòd per voluptatem & ita brevem, ex abrupto neſcienter ſibi contraxerit mortem. *Mortem ante oculos ſuſpectam habere*: inquit Monachorum Pater Benedictus *Regul. S.* cap. 4. *Inſtrum.* 47. Mortem & ſuſpectam, ut cognoſcamus deliciarum verſutiam: etenim amaritudo mortis eſt à tergo voluptatis. Non ita cupidus frequenter caderet, modò mortem ante lumina uti ſuſpectam haberet. Morte inſidiante oculos ſignat, ut cupiditati medicamentum apponat: igitur haud mortis in delicijs guſtarent virus; ſi in inſidiarum cautionem primùm aperirent oculos. Procedit ex voluntaria infelici cæcitate, quòd ita ſtupidis illudant blanditiæ: quandoquidem ſi viderent, circunſcriptionem aſpicerent; in quâ mel, ſi mel, quin dulce, in extremitate lanceæ: Occulta ſica, virulentior, quippe occulta: arte dolosà præparata ſunt iacula: toxicum cordium, tinnulo mulcimine aurium: velamine pictricis cogitationis crudeles amaritudines; quin doloribus ac tormentis reſipiſcant, quoniam dulcore etiam cruciamina obcæcant, quo uſque percuſſo fraudulenter corde, in mortem diram proijciuntur deplorati.

Eius congnoſcunt homines virus, ſi aperiunt oculos.

S. Bened.

Quod allicit, mortem ingerit.

17 Cadavera integrè ſervari in melle, variâ eruditione oſtendit Cœl. Rhodigin. lib. 28. *Lect. Antiq.* cap. 27. quem videris. Aſtruit Plinius *lib.* 22. *cap.* 24. *Mellis natura* (inquit) *talis eſt, ut putreſcere corpora non ſignat, iucundo ſapore atque non aſpero; aliâ quàm ſalis naturâ.* Aſtipulatur Delecamp. hic, Ioſeph. Scalig. *Exercit.* 119. Statius lib. 3. *Silvar.* Unde Corippus de funere facto à Iuſtino iuniore Imper. accinit;

Cadavera ſervata melle.

Plin.

Thu-

Thura Sabæa cremant, fragrantia mella locatis
Infundunt pateris, & odoro balsama succo.
Centum aliæ species, unguentaque mira feruntur,
Tempus in æternum sacrum servantia corpus.

Corip.

Si in melle deliciarum symbolum, mors profectò prospicitur deliciarum: equidem in dulcedine dolosa non homines signantur, sed cadavera. Vita dicitur conservari delicijs: Ionathasque moritur vivens gustatà guttulà mellis; ut apperiant oculos in periculum, qui inescati cæcè duentur in toxicum: etenim si sunt cadavera in vita per gustatam dulcedinem, mors fallacis voluptatis ante mortem. Præsignatum, ni fallor, in picturis, sive imaginibus Veneris, & eius filij Cupidinis. Venus igitur sine iaculo, sine sagittis nunquàm obiectus Cupido. Vide Chartarium, & Othonem Vænium. Cur sic ubi nuda Venus? Quoniam Cupido eius partus, connotans matris pulchritudinem, & simul infelicem voluptatem: igitur Venus pulchra & undecunquè insidiosa, pro infatuatione cupientium nihil parit nisi tela. At hoc aliàs.

Mors duplex à voluptate, & à privatione vitæ.

Mel Heracliæ. Dioscor.

18 *Heracliæ in Ponto* (ait Dioscorides *lib. 2. cap. 75.*) *mel constatur, quod qui edère, mente abalienantur.* Quin ita longiùs procedamus, inveniemus furiosos. Astruit inane vel læsum cerebrum, qui in voluptate ficta quærit delicium, manifesto præiudicio rationis, prægustatà guttà mellis, desipiente iudicio, quo duntaxàt constat homo: siquidem tantùm vesanus, qui amisit mentem, quit cum cognitione vulneris inquirere voluptatem. Veneri myrtus sacra, ut obsérvat Natal. Comes lib. 4. *Mythолog.* cap. 13. Unde Virgilius *Eclog. 7.* v. 62. canit:

Qui gustat de voluptate, caret mente.

Virgil.

Formosæ Veneri myrtus.

Veneris claret insigne, & prudentis fugæ nota. Myrtus habet folia perforata. Caveant periculum, qui nec timent lapsum. Cæsa folia, queis Veneris præferuntur blandimina? Sanè cæsa. Quicquid virescit, vel floret in Venere, nil præter vulnus lethale. Modò inter sagittas corda, quid nisi vulnera? In funeribus corona ex myrto. Videris Levin. Lemnium de *Arbor. Bibl.* cap. 39. Servit ne funeri, quod sacratum Veneri? Iurè. Qui quærit Veneris ictus, numeretur inter mortuos. Iccircò Ionathas dicit: *Ecce morior*, priusquam moriatur; igitur si funus supponis mortem, non vivit vivens qui sequitur voluptatem: insignia satius mortis, quæ insignia Veneris. *Mors secus introitum delectationis.* S. Bened.

Insignia mortis, quæ insignia Veneris.

——Aspice latè
Florentes quondam luxus quas verterit urbes:
Quippe nec ira Deùm tantum, nec tela, nec hostis,
Quantum sola nocet animis illapsa voluptas. Sil. Ital.

DIDASCALIA VI.

Vita quàm fallax!

1 SAt ergo in signum, quòd humana vita. Antè desinit esse, quàm veniat. Non fluit sed se continuò in finem præcipitat. Manè floret & transit, vesperè arescens subitò decidit.

——Signantur tempora cursu.
Nascentes morimur, finisque ab origine pendet. Manil.

Uti succinit Manil. 4. *Astron.* cap. 1. v. 15. In imagine pertransit homo, sed nulla vitæ volatilis conturbatio. Mors sub ipsomet vitæ nomine latet, & vitalitatis specie viventes decipit. Dum vita augetur, sensim minuitur: corpus in augmentum trahit, verùm quo vita decrescit. Ante mors sentitur venisse, quàm appropinquasse. Vehit vitam navigium corporis, quo sumus vigiles & dormientes: igitur priusquàm sentiamus cursum, pervenimus in portum. In sciatherico, sive Solari horologio præscribitur vividè vita mortalitatis imago. Vide plura apud Picinell. *Mundi Symbol.* lib. 21. cap. 9. Lux venit à sole vità: per umbram notatur mors: & ubi intenditur horam vitæ cognosci, aspicitur non lucis sed signum umbræ; quippe vita humana ita fugax, ita fallax ac levis, ut plusquàm vitalitate, cognoscatur umbra mortis. Accinit Dionys. Lebeus-Batillius *Emblem.* 3.

Dum vita augetur, minuitur.

Lux vitalitatis umbra est mortis.

Sic qua horas Solis sectatur ut umbra fugaces
Mors omnem ad vitæ flectitur umbra notam. Leb.

Loquens locutus sum: dicere dixi (ut vidimus in *Liter.* n. 50.) asserit Deus: quid hoc? Quòd eius verbum est firmum, quòd æternum: negaturque homini loquendo dicere; quippequàm vita in brevis, ut in principio vocis occurrat finis. Verbum 1. Reg.

Vitæ tantum vox, non vitæ.

Domini manet in æternum : vita hominis fluit, non manet: illaque duntaxàt dicitur vox, dum Dei ſummi verbum firmiſsimum eſt; quoniam præceps tantà tranſit levitate, ut in vita ſit vox vitæ, ſeu vita tantùm in voce.

Sap. 15. 13.

2 Origo ſignanda. *Sic & nos nati continuò deſivimus eſſe* : ait Salomon. Vitæ exordium & vitæ extremum? Utique, nati profectò quaſi non nati. Haut pendet duratio vitæ à duratione, quæ omninò brevis; ſed à virtute, quæ cognoſcitur

Verſ. 14.

ſignis. *Virtutis nullum ſignum valuimus oſtendere* : continuòque vivere deſinunt, dum vivere incipiunt; quoniam duntaxàt quibant vitæ oſtendere brevitatem, qui nullam in vita valent corrupti demonſtrare virtutem. *Continuò* : perpropriè.

Vita à virtute, ſine qua nulla.

Vita carpitur, quæ ab ipſa malignitate conſumitur; igitur ſpes illorum tanquam lanugo à vento tollitur; tanquàm ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur; & tanquàm fumus, qui à vento diffunditur. Hæc eſt vita? Eſt umbra mortis, igitur in ea nec ſignum micat virtutis. Si ita (proh dolor!) invalida, in quo improborum fiducia? In vita: in qua vita? In

Brevior, quò cogitatur diuturnior.

vita præſenti. Illiſne præſens eſt vita? Peccant igitur in ſpe, non ſolùm Dei clementiæ, quod audacia; ſed vitæ diuturnitatis, quod amentia : quandoquidem eò brevior, quò vita ab illis cogitatur diuturnior, caduntque impetè in infernorum profundum, quoniam fiducia illorum telæ aranearum. Concipiunt in vita brevi haudquaquàm brevitatem, aguntque

Virgil.

——— *Supremam falſa inter gaudia noctem.*

3 *Sicut telæ aranearum fiducia eius*: inſit Iobus. Interpretatur floridè & metricè Souſa hìc

Iob. 8. 14.

Quanvis alta quidem fabricetur culmina, motu
Funditùs illa ruent—vecordia ſerò
Diſplicet ægra ſibi, tenuis fiducia poſtquàm,
Sicut araneoli caſſes, evanuit.

Ioan. Souſ.

Hoc argumentum inſignis in pœnitudinem criminum cogitatio; qua pingitur homo ſuper os inferni, ſedens lætabundus ſuper operculum laci, quod compactum ex aranearum telis; ſine obice corruens in profundum telis ruptis. Adi Anton. Sucquet, *Viæ vit. ætern.* Icon. 14. Modò exponamus teſtimonium, ut peccatores perciti fugiant periculum. Per aranearum telas ſignificatur fragilitas, ut aſtruit Pier. Valerian. *lib. 26. cap.* 48. & aranearum tela dicitur peccatorum fiducia, ut ex fiducia vana conſtet amentia: etenim conſtans perſpicuò carere mente, qui nituntur ad vitam in ipſa fragilitate. Ventus vita eſt, & telæ araneæ confertur; ut futilitas vitæ cognoſcatur: igitur ita futilis & inanis durationis; ut quæ vento conſtant, ut conſtet duratio, tanquàm tela aranearum rumpantur vento. Non vivunt uti mortales, extendentes ultra finem cogitationes. Sedent in operculo inferni ſtudentes voluptatibus, queis gliſcit in flammam corpus, exultantes in malefactis, lætabundi delicijs, cognoſcentes fragiliſsimam vitam; ſed etiam fore tempus in pœnitentiam, à qua accipiendi, non accepturi, ſaltem in ſenectæ tempore; quæ ventura nequaquàm, quippe ex quo cœpit, iugularunt vitam. Cognoſcunt eſſe ſecus infernum, ſoliumque ſtruunt ſuper puteum, ſibi promittentes de flagitijs pœnitudinem ubi tempus dederit diù & diù votam opportunitatem; convertique ad Dominum toto corde, qui ab illo averſi & quàm longè toto tempore; intereàque os putei operiunt araneæ telis, fiducia vitæ longioris, ſpe converſionis veræ; ſed cadunt ſubitò morte: tunc cognoſcentes vitæ ſpatium fuiſſe telas aranearum, poſtquàm irrevocabiles deſcenderunt in profundum. Audacia ſanè, periclitari, cognoſci, & ſiccine eſſe, cogitatione vanâ, fragilitatis fiducia, pectoris impœnitentiâ, concipiente corde modò amplecti voluptatem, poſtque adire converſionem. Cor eorum ex fiducia vanum eſt: apperuit puteus os ſuum: deſcenderuntque à ſe decepti cogitatione in Avernum; quippequàm in telis tantùm ſubſiſtebant aranearum. Hæ quid ad peccati pondus, quas rumpit & rapit ventus? Fraudantur à deſiderio ſuo, ſi gaudebant deſiderio. Perperam ſperant crimen.

Amètes qui peccant fiducia vitæ.

Pondere criminũ rumpitur vita, tanquàm aranearum tela.

Et famam extingui veterum ſic poſſe malorum. Virgil.

4 Occurrit inſigne teſtimonium. *Omnis conſummationis vidi finem* : ait David. Plura diximus ſuo loco, de huiuſmodi Tautologia : modò inquirendum, quemnam vidit David finem, poſt ipſam conſummationem? Vel quæ præmittitur conſummatio, quæ finis; ante finem, qui dicitur conſummatio? Difficilis captu finis ſine fine & conſummatio ſine conſummatione; ut ante conſummationem ſit finis, vel ante finem ſit finis conſumma-

Pſalm. 118. 96.

mationis. Finis dicitur cuius gratia aliquid fit, quod quidem intentionale eſt, & ſæpe fruſtratur, quia caret optato eventu, extra votum quod concepit cogitatio. Hoc eſt theatrum immerſorum in peccatis, quos pungit conſcientia crebris ſtimulis; obiecto periculo vitæ, atque æterna damnatione, queis perculſum pectus concipit mutationem ſtatus, acerrimà criminum pœnitentià, priuſquàm conſummatur vita, vitæ fiduciâ, ut obtineatur finis æternæ præconceptæ ſalvationis: at cùm vita ſit fallax, atque propoſitum mendax; antequàm potiatur voto, ſine fine propoſito datur vitæ conſummatio. Inſidiatur mors tellis araneæ fidenti, ut vivat ſemper cum morte: nulluſque datur finis in fine conſummationis; quippe invenerunt ſine fine, vitæ conſummationem, priuſquàm emendationis acquirerent ſibi finem. Aliter. Eſt conſummatio vitalitatis & criminis. Criminis eſt in hominis voluntate: vitalitatis, in indeclinabili morte. Renuit voluntas, capta illecebris, quaſi ultra conſummationem eſſet finis; quia vita lactat, quouſque impleantur iniquitates: implentur, antequàm accedat pœnitudo; & ſine fine, finis videtur & conſummatio; quoniam in vitæ fine, dum conſummatur ſine pœnitentia vitium, ſine fine, voti finis, detruduntur in infernum.

Sine pœnitentiæ fructu, eſtò concepto voto ardent in barathro.

5 Vidimus conſummationem ſine propoſito fine, & ſponendus finis ſine conſummatione. Finis dicitur terminus, quo vita deficit. Conſummatio, quo vitium fugit, remotà peccati occaſione, adhibito odio peccati, dolore vero cordis, in amplexum pœnitudinis; ut ſupplici pœnitentià deſcendat de cœlo gratia. Hæccine peccator inſtituit, verùm in peccato ac occaſione permanet. Trahitur & retrahitur, appropriat & removetur: periculo cognito, inſtat de æternitate cogitatio; & adhuc in delicijs hæret cor, quippe ſuggerit vitium: *Adhuc locus eſt. Averſio, tempore ſuo, non eſt tempus: tempus erit in auſteritatem pœnitentiæ. Haud hora de ſomno ſurgere: vitâ comite, ſurgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Peccavi.* Pœnitentia tota in voto, verùm criminum nulla in vitæ conſumptione conſummatio: incipit pœnitentia; ſed conſummatur vita: iacentque in inferno, virtutis concepto voto; quippe acceſſit finis vitæ, ſine conſummatione pœnitentiæ.

Non eſt cordis cõtritio, quando pœnitentia in voto.

6 Maluenda & Genebrard. pro *conſummationis*, legunt: *Perfectionis.* Aptè pro diverſitate finis. In pœnitentia propoſita eſt vitæ conſummatio, & vitæ perfectio. Conſummatio, ubi procraſtinatur: perfectio, ubi ſtatim arripitur, cognoſcente corde, quanta vitæ fragilitate conſtaret, ut ante finem de peccatis reſipiſceret. Aliter, pœnitentia in voto, ubi non eſt pœnitentia, ſed vitiorum in corde perſeverantia: utriuſque à Davide videtur finis, iuxta reſpectum perfectionis & iniquitatis: igitur qui reſipuerunt, ante vitæ finem, criminis habuerunt conſummationem: qui renuerunt, vitæ conſummationem, quin terminaretur crimen: unde illi aſſumuntur in cœlum, & hi deſcendunt in barathrum; quoniam in tempus & tempus reſervata pœnitentia, & tempus non erat ultra. Gaudet cor, eſtò conſcientiâ punctum; nec ſe cogitat deceptum labili fiducià vitæ, equidem Maluend.

Amittitur vita, ſi ultra vitam pœnitentia.

——— *Lætitiâ tumefactum fallit inani.* Properti.

Superbit, ſed ſtultè fidit: igitur dum multa cogitat de vitæ felicitate, miſer & miſerabilis intercipitur à morte.

7 Quotis accidit quod furenti exultanti Pharaõni? Quæ ſecum non moliebatur in gaudia, dum mors in inſidijs poſita? Cuncta dubia futura cogitabat in blandimen, quaſi caſurâ ſinu iuxta cogitationem. Vulgò: *Quentas alegres.* Sed quò magis appoſuit phantaſiæ ludenti cor, eò ſecurius fefellit concepta ſpes; quippe ita mors dolum inſtruxit, ut ſuffocandus lubens periculum quæreret. Fugerunt Deo duce tyrannidem Iſraëlitæ, quos Pharaò inſpexit interceptos à mari: cùmque ſe videret exercitu validum, haud vitæ diſcrimen cogitavit, ſed triumphum. *Perſequar* (dicebat) *& comprehendam, dividam ſpolia, implebitur anima mea. Evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* Quanta ſibi promittebat, & ſe mulcendo exultabat, quin cognoſceret vitam fallacem, & inſidiatricem mortem, inter ipſas voluptates præparans tela, ut ſagittetur delirantis vita? Properabat, quò periturus hilaris animus, cogitatione vanâ ductus in vota; ſed acceſſit mors vera falſa inter gaudia: equidem dum triumphum eiuſque gloriam concepi ſpe iuxta cogitationes, deſcendit miſer ſuffocatus in profundum quaſi lapis. Telas araneæ texuit, inferni ori ſtultus ſuperimpoſuit, & ſtolidior ſuper illas ſedit, fiducia vitæ lactatus, ut ictus eſſet fortior, quippe inopinus, Unde cum inania cogi- Exod. 15. 9.

Fiducia vana vitæ fomes infernalis flammæ.

taſſet, nec diſcrimen provideret, fulcro falſo, rete ſciſſo pondere futili cogitationum; deſcendit miſer in infernum tanquàm plumbum.

8 Contemplemur alias cogitationes ſine intellectu. Egreſſus eſt in pugnam Siſara, fretus conceptâ victoriâ, cuius nuncium mater eius impaciens moræ expectabat, atque cunctatione tabeſcebat. Ita igitur ſecum loquitur: *Cur moratur regredi currus eius? Quare tardaverunt pedes quadrigarum illius? Una ſapientior cæteris uxoribus eius, hæc ſocrui verba reſpondit: Forſitàn nunc dividit ſpolia, & pulcherrima fœminarum eligitur ei: veſtes diverſorum colorum Siſaræ traduntur in prædam, & ſupellex varia ad ornanda colla congeritur: Sic pereant omnes inimici tui Domine*: addiderunt duces Iſraël. Siccine facta? Quàm longè à veritate humana vana iudicia! equidem dum cogitabatur inter delicias eſſe, ſpolia eligere, de victoria exultare; maximoperè gaudere; iuſtiſsimo Dei iudicio, ardebat Siſara vivis flammis in inferno. Quid mi viri? quid mi fœminæ? Sic pereunt omnes inimici Domini. *Nunc* (dicitur) *eſt in theatro. Quantus plauſus! Papæ! Gaudeat. Iurè exultat & flore ætatis, & oſtentatione pulchritudinis. Nunc.* Nunc ita? O cogitatio vana! O fallax vitæ fiducia! Nunc interfectus in theatro cadaver iacet, cuius animam infernus diſcruciandam ſuſcepit. *Nunc curru ſplendido ægreſſus luſtrat fluminis circuitum, ſtupor cunctorum undecunquè ſpectantium.* Falſum utique iudicium. In iurgio cecidit, vitamque vulnus ſurripuit, dæmone animam arripiente in Avernum, & nudâ terrâ ægrè tenente corpus pugione confoſſum. *Cur moratur regredi currus eius, & tardant pedes quadrigarum illius?* Venientes venient, ſed in dolorem ac triſte cordolium, trahentes cadaver & currum vacuum: igitur qui avidè glorioſus expectabatur, in inferno cibus ignis detinetur. *Forſitàn nunc dividit ſpolia*: Forſitàn nunc eſt dæmonum præda. *Forſitàn nunc pulcherrima fœminarum eligitur ei.* Forſitàn nunc cum pulcherrima fœminarum configendum expectant, & ſine Forſitàn. *Forſitàn nunc veſtes pretioſæ in ornatum traduntur*: Forſitàn nunc in ludo pretioſis ſpoliatur veſtibus, & pedes intrat domum, qui ad pompam ornavit currum. *Forſitàn nunc ſupellex varia ad ornanda colla congeritur*: forſitàn nunc in domum retrahitur, ut detrahat à collo & auribus uxoris aurum, quod doloſis coluſoribus ludi fuit pretium. Quid ſi ex ludo contentio oboritur, duelumque formatur? Arrogans, haud quia ictus offensà, ſed quia in chartis pictis occurrit læva fortuna, vel in talis ſubſiluit *Canis*, expectanti ſignum *Veneris* (de quo Propert. *lib.*4. *Eleg.*9.v.17.

Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos,
Semper damnoſi ſubſiluere Canes.) Propert.

Surgit furibundus è menſa, ſibique dicit, *Evaginabo gladium meum, interficiet: &c.* verùm quid? Qui cogitabatur ludens inter fortunæ delicias, deficiens patitur inferni flammas; quippe vitæ ſpe mortis haud prævidit inſidiantis iactum & ictum, exiſtimans fatuè poſſe vivere ultra tempus. Si ratò maximis virtutibus mors inopina parcit, flagitioſis indulgebit? Vanæ futuræ vitæ cogitationes longe à factis, ſed mors obvia conſona crebris flagitijs: igitur aliquando cadit, qui ut ſurgeret, propitio cœlo, tot pericula fugit.

——Nemo ſe tutò diù
Periculis offerre tam crebris poteſt.
Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando in-
venit. Senec.

9 Hi caſus uſquequaquè obviant, in morum converſionem ſtimulant, ſed cuncta, caſſa, quantumvis mordeat conſcientia, vitæ futuræ, non futuræ, fiducia, quin ſui recordentur, ut magis oblivi-ſcantur; quippe ſi ſui eſſent, ſanequàm converterentur: præſenſque periculi abdicunt recordationis obiectum; ut ſubeant improvidi ſuperventurum periculum. Audiendus Ethnicus, ut erubeſcat Chriſtianus. *Quod agimus* (infit Seneca de *Brevit. vit.* cap. 10.) *breve eſt: quod acturi ſumus, dubium: quod egimus, certum. Hoc amittunt occupati: nec enim illis vacat præterita reſpicere: etſi vacet, iniucunda eſt pœnitendæ rei recordatio. Inviti namque ad tempora malè exacta animum revocant, nec audent ea retentare, quorum vitia etiam quæ aliquo præſentis voluptatis lenocinio ſubripiebantur, retractando pateſcunt. Nemo niſi à quo omnia acta ſunt ſub cenſura ſua* (*quæ nunquàm fallitur*) *libenter ſe in præteritum retorquet. Ille qui multa ambitiosè concupijt, ſuperbè contempſit, impotenter vicit, inſidiosè decepit, avarè rapuit, prodigè effudit; neceſſe eſt, memoriam ſuam fugiat, & timeat.* Ubi præteritorum præſentiumque oblivio, nulla

Iud. 5. à v. 28.

Vanæ peccatorum cogitationes.

Et iudicia eventui oppoſita.

Idem.

Peccatorum quomodo recordãtur, & ſimul obliviſcuntur?

Examen conſciētiæ in correctionem vitæ.

la pœnitentiæ recordatio, nec vitiorum odium, ſalvationis nec ſtudium; quoniam nulla cordis iniqui converſio, & tota mentis (vitiorum illice cæcæ) de converſione in futurum converſatio. Verum quid inde? In toto conceſſo tempore neque ſignum pœnitentiæ.

10 Inſpirationes è cœlo illuminant, & tanquàm ſidera intra mentem pro reſipiſcentia radiant. Materialia facta ſunt Geneſ.1.14 *in ſigna, & tempora* (Rabb. Ionath.) *& ſæcula & dies & annos.* Inſpirationes uti lumina peccatorum (ut pœnitudine effugiant Dei appropinquans iudicium) obijciunt mala in preſenti tempore dolore delenda, quia ut monet Glorioſus Be- S.Bened. nedict. in *S.Regul.* Prolog. *Propter emendationem malorum, huius dies vitæ ad inducias relaxantur.* Obijciunt futura pericula morientium impœnitentiâ, & vitæ perpetua damna. Siccine lux micat mentis & cordis, ſed placent umbræ palpabiles voluptatis; quippe nox illuminatio *Pœnitentia proponitur, verùm tantum propoſitio.* in delicijs. Hora eſt de ſomno ſurgere, haud in flagitijs quaſi in tenebris iacere; etenim mors adeſt proprior, quàm à peccatore creditur, ex qua perditio appropinquat, ni nos recedat. Induenda arma lucis deſcenſu cœleſtis inſpirationis: Harum ictu animus in pœnitentiam aliquomodò è veterno excitatur, & emendatio cum pœnitentia quam primùm voto promittitur. Quando hæc erunt? Promittuntur in craſtinum.

Horat. *Quis ſcit, an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ*
Tempora Dij ſuperi?

Vel Profanus innuit, 4. *Carm.* Od. 7. Senec. v.17. In craſtinum. Scis futurum? *Nemo in craſtinum ſui certior*: Seneca, *Epiſt.* 91. Si mors accelerat, quid erit in craſtinum? Quid craſtinum, ſi non eſt? Sit ergo. *Sed unde ſcis* (ait Bernard. de *Diverſ.* ſerm.75.) *quòd tunc tibi ſubvenire velit, quem tu interim ſic repellis? Difficilè eſt de ſubito perfectam dare contritionem cordis, quam vix multo tempore* Bernard. *alij conſequuntur. Quomodò ſub unius horæ articulo revocari poſſe exiſtimant omnia animæ membra, cuius concupiſcentiæ & deſideria per totum mundum ſparſa?* In criſtinum converſio, cràs confeſsio, cras percuſsi cordis contritio? Periculoſa, morte inſidiante, expectatio. *Seram miſeræ pœnitentiam velox ſignavit interitus*: in- Hyeron. quit Hieronym. Epiſt. *ad Lætam.* Patitur (ut ait Virgil. 6. *Æneid.* v. 569.) mortis diſcrimen, quiſquis

Nemo de craſtino certus.

Diſtulim in ſeram commiſſa piacula mortē. Virgil.

Cràs deſtinatur contritioni & pœnitentiæ; quippe menti exorta lux; cæterùm cràs idem eſt: dicunturque huiuſmodi lu- *In converſionem peccatoris vox, cràs & cràs* minum inſpirationis fruſtrata ſigna & tempora, & ſæcula, & dies & anni, irritâ pœnitentiam retardantium confeſsionis contritione; etenim quæ promittuntur in craſtinum diem protrahuntur in annum, quæ in annum, extenduntur in ſæculum; & in toto tempore neque contritionis ſignum. Alij legunt pro *in Signa & tempora*; *In prodigia, in portenta & in miracula.* Adi Maluend. igitur ſera pœnitentia, toto tempore clauda, ac confeſsione extremâ aliquem converti ad Domi- *Converſio in morte, miraculum ſingulare.* num, ſtupendum eſt miraculum, rarum portentum, ſingulare prodigium: imò in conceſsâ illotunc cœleſti gratiâ, univerſa mirabilia.

11 Tyrannicè Thebis dominante Archia, in illum nobilium coniuratio facta; quæ quidem non ita occulta, ut non ſubodoraretur amicus, & periculi admoneret, ne inter fœminas voluptateſque inopinatò periret. *Achias* (infit Plutarch. de *Libertat. Thebar.*) *vino merſus, ac mulierum expectatione geſtiens, accepit epiſtolam: & cùm diceret tabellarius, de re ſeria ei eſſe ſcriptam: Ergo ſeria (inquit) in craſtinum. Ita literas pulvino ſubiecit, poſtulatoque poculo iuſsit infundi.* Eadem *Antevertit mors vitæ ſpem.* contigere Nicephoro imperatori, ut refert Cedrenus, Caſaubon. & Schildius in *Sueton. Cæſare*, qui etiam non aliter corruit. *Libellum inſidiarum indicem, ab obvio quodam* (Plutarch. in *eo*, aſſerit Artemidorum Gnidium fuiſſe, qui libellum tradens: *Hunc, inquit, O Cæſar ſolus lege & celeriter: ſcriptas enim continet res magnas, & tua plurimùm referentes.*) *Porrectum, libellis cæteris, quos ſiniſtrà manu tenebat, quaſi mox lecturus commiſcuit.* Superflua ſane priſca exempla, quando in dolorem ſuppetunt quotidiana. Momenta vitæ reſpectu animæ, nullius momenti, cuius pendet perditio ab uno vitæ momento. Seria ſunt, & totius ponderis digna, quæque ad ſalutem animæ pertinentia. Quæ maiora? Quam commutationem dabit homo pro anima ſua? Totam paginam implet & in æternum: & ſeria in craſtinum? Proh dolor? Monet divinus amor in epiſtola inſpirationum de re ſeria, ne pereat anima. Signat hoſtes truculentos dœmones, ut illam rapiant illecebris inſidiantes, ut convertantur peccatores ad cor; ſed monitum vanum eſt, *Inſpirationes proteruntur.*

Sueton. Plutarch. *Exempla.* Plutarch.

igi-

igitur ſi de re ſeria & graviſsima negotium; ſeria ſervantur in craſtinum. Pulſat conſcientia, fugerens pallacem mortem oculi inter delicias, ſed deſpicitur æternitas voluptatum illecebrà, qua tantæ molis exoleſcit memoria: equidem etſi ut magna librentur, in craſtinum protrahuntur. Clamat Prædicator de re ſeria, prædicens vitæ periculum; at tantum pondus reſervatur in craſtinum. Hodie periculum urget ſalutis animæ, quæ peribit, ni ſalvetur hodie; & cura ſervatur in craſtinum, quod craſtinum non futurum? Cràs: & cràs? idem cràs. Cràs nequit eſſe de criminibus ulla contritio, quia cràs anima iam ſepulta deplorabit in inferno. Quanti intereſſet Cæſaris, ſi libellum legiſſet, ac coniuratos, vitæque diſcrimen agnoſceret? Cum cæteris mox lecturus libellum commiſcuit. Perijt. Mors venit, antequàm mox adveniret. Non fuit mox, neque ad craſtinum fuit cràs. Cràs. Si hodie moreris? Sine cràs ſane morieris, etſi cràs conceſſum ſit; quia ſemper tibi cràs, cràs. O vipera partum protrahens, ut cum dolore rumparis! Modò lethifera, & ſalutifera poſteà. Quando pones conſilia in anima tua, dolorem in corde tuo per diem? Dicet inimicus, dum dicis cràs, Prævalui adverſus eum.

Terent. *Somnium, Mox, Cras.*

Ut aſſerit Terent. in Adelph. Act. 2. ſcen. 1. verſ. 50. Tranſitoria, quippe tranſitoria nunc, & quæ ſempiterna cràs! Quæ caduca in hac hora, atque in craſtinum quæ ſeria! *Attende* (ſubdit Bernard. de *Inter. dom. cap.* 22. *num.* 48.) *quàm ſubitò veniet dies ultima: ſubitò venit, & forſitàn hodie erit. Iam adeſt, iam præſentaberis ante tremendum iudicem: accuſaberis multis & magnis offenſis: non uno, non paucis, ſed innumeris criminibus; non parvis, ſed immenſis; non dubijs, ſed certis: non uno accuſatore, ſed tot, quot ſunt delicta.* Ibi adſtabis, ſed peribis: nullam inveniens miſericordiam; quippequàm ad tempus renuiſti accipere diſciplinam.

Bernard.

Ioan. 7. 34. 8. 21. 12 *Quæretis me & non invenietis. Quæretis me, &* (pro *ſed*) *in peccato veſtro moriemini*; dixit Aſſertor N. perfidis ac inſidiatoribus Iudæis. Quis Deum non invenit, ſi toto corde quæſivit, dum ille præ amore obvium ſe obijcit? Qui quærit invenit. Utique. At Chriſtus dicit, *Quæretis*: non *Quæritis*. Modo vobis occaſio, ut cordis animas ſalvet contritio. Invenitur miſericordia, ubi opportuna tanquàm medicamen pœnitentia; non in poſterùm, quia forſan non erit poſt, nec mox, nec tempus, quo prodeſſe poſsit ſalus: & licet quæſituri præ vulneribus ſalutem, haudquaquàm inventuri Salvatorem, quoniam ſperantes futurum, preſens ſpreverunt vulnerum medicamentum. Nullum pharmacum ni præſens utile præſenti vulneri; quippe actuali plagæ medicamentum actuale, ne temporis differentià & corrumpantur vulnera, fiantque quæ mortifera lethalia. Præſentià medici cœleſtis, tempus erat acceptabile & dies ſalutis: minimèque invenietur, etſi quæratur; igitur modò non quæritur: fugietque ſalus, ac in mortem prævalebit morbus; quoniam medicina non proficit ultra tempus.

Malum præſens malum, & medicamē futurum.

13 Hinc expoſitio poſterioris teſtimonij. *Quæretis me* (inquit) *ſed in peccato veſtro moriemini.* Haud morituri in peccatis, ſi quæreretis: at animæ patiemini ruinam mortis, quoniam Salvatorem non quæritis, ſed quæretis. *Quæretis*: ſanè, & morientur? ſine ſalute: quærentes Chriſtum in peccatis morientur? Etiam. Non quæſituri ut vitam emendarent, ſed ut denuò, ſi poſſent, crucifigerent. Ita Auguſtin. hìc *Tract.* 31. Invenitur Salvator ab his qui non tentant illum: & cùm per pœnitentiam, ſit iter pervium, quippe non deſpicit cor contritum; nihil ſalutis in ipſa ſalute inveniunt: igitur in cordis dolorem pœnitentiam protrahunt. Cognoſcunt animæ vulnera, queis ſine contritione moritur anima. Sperant ſalutem, ſed futili expectatione deſperantur, & pereunt: equidem cùm mors ſurrepat in contritionis futuræ propoſito, ſine contritione moriuntur expectantes ſub peccato. Cauſam hanccine profert per Evangelicum Vatem. *Me etenim de die in diem quærunt.* Peccata cognoſcunt, ſed medicinam pœnitentiam quærentes non quærunt; quia de die in diem procraſtinant contritionem. Cràs & cràs: mox & mox; & dum pœnitentiam differunt, minimè quærunt: imò ſpe, & morulis dilationis expectantes inquiſitione valetudinem ſalutis, deſparati moriuntur ſuis in peccatis. Plenus eſt optimis votis infernus, & propoſita contritionis deglutit lacus: igitur qui poſt tempus & tempus ultra tempus pœnitentiam quærit, Dominus de cœlo irridet. Si mors certa & hora dubia; pœnitentia

Non invenitur Dei clementia, pœnitentiâ procraſtinatâ.

Iſai. 58. 2.

Deus ridet contritionis propoſita.

in

in morte crepera. Quærite Dominum, dum inveniri poteſt : etenim in morbo , in morte , vità pravà , non poteſt qui peccator invenire. O Domine ! In morbo anima turbata eſt valdè , & non eſt in morte qui memor ſit tui. Dominus dabit benignitatem illotunc plenus pietatis ? Nullo modo criminoſis. Decidant ergo peccatores à cogitationibus ſuis; quia ſecundum multitudinem impietatum eorum expellet eos : vanaque erit fallax vita , & miſericordiæ immeritæ confidentia : de quo aliquid *Tautolog.* 8. *Didaſcal.* 2. *à num.* 6. Hodie , ne obduretur cor , vox audienda , ut vivat anima. Conſilium ſumendum ab Ethnico , *lib.* 1. *Epigram.* 16.

Non eſt , credè mihi , ſapientis dicere, Martial.
Vivam.
Sera nimis vita eſt craſtina : Vive hodie.

TAU-

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

INDICAVIT EI SAMUEL UNIVERSOS SERMONES, & non abscondit ab eo. 1. Reg. 3. v. 18.

EXPOSITIO LITERÆ.

Indoles Samuelis.

1 IAM enim Samuel grandiusculus florebat in templo coram Sacerdote Heli, cuius delicium & gloria, pulcher corpore, magisque virtute; igitur plus eminebat sapientiâ, quàm ætate, queis Heli summè moribus Angelicis complacebat, mutuòque Summus Sacerdos desiderio eius flagrabat. Quid mirum?

Stat. ——*Totaque infusa per artus*
Maior in exiguo regnavit corpore virtus.

Vigebat germen sanctitatis, atque spes unica Summi Sacerdotis; cum nihil puerile videretur in puero, sed animi insignis æmulanda magnitudo.

Idem. ——*Cuncta hæc Superum demissa suprema*
Mente fluunt:::. Mansuris donandus honoribus infans:
Et meruit, det pulchra suis libamina virtus.

Pueritia. Uti aliò canit Statius, 5. *Thebaid.* à v. 739. Clamuit in Samuele, quod decursu temporis fictum ab Ethnicis de Ione.

Euripid. *Ab infantia hic sedet Deo dicatus;*
Neque Matrem novit, ex qua natus:
Delphi ipsum fecerunt custodem auri ipsius Dei;
Et fidelem quæstorem omnium: in templo verò
Dei vivit hucusque semper honestam vitam,
Ut ornet portas ante templum lauri ramis:
Interiora verò alij curant, qui prope tripodem
Sedent, optimantes Delphorum, quos legit sors.

Ita Euripides in *Ione*, à v. 50. Non omnia grandior ætas, quæ omnia finxit; quæ fugiamus, habet: vidimus Tautologijs præcedentib. Samuelem à mamma matris avulsum, Domino, à quo acceperat, oblatum; qui quidem custos tabernaculi constitutus, *Vigilantia.* serviebat Heli ita promptè, ut vel dormiens ad vocem eius expeditè vigilaret: qua de causa cùm Dominus ei loqui vellet, vocem imitatus Heli; ter surrexit è lectulo sequens vocem: cognitoque à Sacerdote, vocari puerum à Domino; iussit illum audire, & cordis promptitudinem in obedientiam exponere. Haud secùs accidit: igitur ut denunciaret, ac monitione Sacerdos à nimia in filios indulgentia resipiscceret; nota fecit illi Dominus quæcunque decreverat calamitatum in domum Heli.

1. Reg. 3. 10 2 Ne cæspites, cum legeris v. 10. *Venit Dominus & stetit: & vocavit sicut vocaverat secundò, Samuel, Samuel.* Quomodò dices, *Secundò*, si v. 8. præmittitur: *Adiecit Dominus, & vocavit adhuc Samuelem tertiò?* Ly *Secundò* hìc non connotat vocationis numerum, sed modum: unde idem est, ac *Sicut prius*, vel *Sicut pridem.* Ierem. 13. 3. & 33. 1. *Factum est verbum Domini ad me secundò dicens*: Secundò, ideſt, sicut priùs: igitur secundò nequibat esse, cùm toties ei esset locutus, ut constat. Sic Hebr. 9. 28. *Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: secundò sine peccato* (quasi non victima pro peccato) *apparebit expectantibus se in salutem.* Iud. v. 5. *Secundò eos qui non crediderunt, perdidit.* Cicer. lib. 3. ad *Attic.* Epist. 3. *Semel hominem allocutus, secundò mihi redeundum, ignorabam.* Virgilius 12 *Æneid.* v. 160.

Secundò *pro* Sicut prius: *vel* iterùm.

Virgil. ——*Curruque volans dat lora secundò.*

Hoc est; *iterùm.* Haud aliter Ioseph. lib. 5. *Antiq.* cap. 11. *Rursùm Deo vocante*

Phil

Phil. Biblic. *Audivit ſecundò vocem de cœlo.* Pagn. *Vice alterâ.* Hebr. & Caietan. *Vocavit ſicut vice in vice.* Maluend. *Secundum ictum in ictu.* Eadem lectio invenitur, indic. 16. 20. ubi Vulgat. *Egrediar. ſicut antè feci.* Quo claret, *Secundò* accipiendum pro *Sicut ante, pridem, prius*, ſignans modum, & non numerum, cohærentibus aptè in vocatione Samuelis, *Secundò* & *Tertiò.*

3 Aliter ly *Secundò* exponi commodè quit, quatenus connotet non vocationem, ſed nomen Samuelis in ultima vocatione geminatum. Alijs vicibus ſemel nominatus, in quarta vocatione bis: *Samuel, Samuel.* Cauſam aperit N. Gregor. Magn. lib. 2. in *Reg.* cap. 4. *Vocat ad amorem oſtenſæ ſuæ gloriæ per ardentiſsimum deſiderium excitans. Unde & toties excitatus puer repetito nomine vocatur; quia vocatio ex nomine deſignat affectum magnæ charitatis & familiaritatis: unde & Moyſi loquitur dicens: Novi te ex nomine. Vocati igitur nomen iteratur, cùm in magnam iam familiaritatem internæ maieſtatis mens videntis excipitur, & ferentibus deſiderijs, ad amorem ſe vocantis elevatur; ut præter id quod audit, nil libeat, atque in lætitia auditus ſui immorari perpetuò concupiſcat. Illam ineffabilem dulcem locutionem ſemper audire, deſiderare eſt. Dicit ergo Loquere, qui vellet, ut nunquàm taceret.* Ita Geneſ. 22. 1. dicitur *Abraham, Abraham.* Exod. 3. 4. *Moyſes, Moyſes.* 2. *Reg.* 18. 33. *Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi.* Matth. 23. 37. *Ieruſalem, Ieruſalem.* Luc. 22. 31. *Simon, Simon.* Quæ geminatio Palilogica emphaſim continet, ut altiùs ſedeant in pectore dicta, vel dicenda, de quo fusè egimus in *Prolog. Galeat. §.* 4. numer. 2. aliaque plura ſuppetunt, ſed prætermittimus, quia de nominibus tantùm præſens hoccine argumentum. Etiam uſus apud Profanos. Ovid. 6. *Metam.* fab. 7. *Mater, Mater clamantem.* lib. 7. fab. 18. *Aura, Aura!* Virgil. 2. *Eclog.* 69. *Ab Corydon, Coridon.* Lucret. 3. v. 301. *O amor, amor!* Triſmegiſt. ad *Aſclep.* exclamat: *O Ægypté, Ægyptè!* Sic alia cuilibet obvia: quapropter ut Deus erga Samuelem exprimeret gratiam, nomen eius in vocatione geminat. *Quid vult verbis duplicatio? Magnæ benevolentiæ argumentum eſt, & monſtrabat ei vocatione ipſa, quod magnum aliquid oſtenſurus eſſet: ve igitur attentiorem redderet, vocationem geminabat*: infit Chryſoſtom. Homil. 47. in *Geneſ.* Sic per Synonymiam, conciliandam attentionem indicant Scripturæ. Pſalm. 44. 11. *Audi filia, & inclina aurem tuam.* Daniel. 9. 18. *Inclina aurem tuam & audi.* Ierem. 13. 15. *Audite & auribus percipite*: quaſi *animo & mente* (de quo Tautolog. 10. à n. 35.) uti ait Homer. 5. *Odyſ.* v. 434. & apud Virg. 3. *Æneid.* v. 250. illud:

Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.

Samuelis igitur iteratur vox, ut ipſi conſtet ſæpe fuiſſe vocatum, & ab eodem. Ter prídem vocatus fuerat: at cùm ſciret à ſene, à ſe non fuiſſe vocatum; arbitrari quibat, ſi denuò vocaretur, nequaquàm eſſe vocem, ſed tinnitum aurium: quare ut verè cognoſceret fuiſſe & eſſe vocem; bis Dominus nomine proprio vocavit: *Samuel, Samuel.* Uſquequaquè nos facimus, potiſsimùm ſi nobis videtur, appellatum à nobis non plenè audiſſe; vel conamur animum, attentionemque eius in loquenda intentè trahere; ut illud Chriſti, Luc. 10. 41. *Martha, Martha*: cap. 22. 31. *Simon, Simon.* Act. 9. 4. *Saule, Saule.* Quo ſenſu Virgil. 5. *Æneid.* v. 491. ſuccinit: *Primus clamore ſecundo.* Elucet ergo expoſitio ad ly *Secundò* in vocatione Samuelis, ſimulque ſigna benevolentiæ Dei, & eius gratiæ erga puerum, quem tantò ſtudio vocabat, ut vel puer reſponderet. Totum ergo Dei ſtudium vocatio hominum: nihilque illi magis delectabile, quàm quòd homo reſpondeat vocationi. Samueli ergo impenſius favit, quoniam eius actutùm vocationi reſpondit.

4 Hac igitur causà dicitur: *Venit Dominus & ſtetit.* Semper Domini manifeſtatio magni habenda; ſed magis, quùm alijs vel nulla, vel manu parcâ. *Sermo Domini erat pretioſus in diebus illis: non erat viſio manifeſta*: ideſt, viſio prophetica, quippe viſio manifeſta ad prophetiam pertinet: de quo Nos *Tom. 6. Tautolog.* 5. ad illud, 3. Reg. 22. 10. *Prophetæ prophetabant.* Sub hoc tempus infit hic & aptè Caietan. *Erant & apparitiones in ſomnis, & exſtaſes in vigilia, & inſpirationes internæ; ſed non viſiones tales, quæ eſſent manifeſtæ revelationes divinæ.* Iccircò tunc ſermo, prophetia, vel verbum Domini pretioſum, quoniam ſingulare & rarum. *Pretioſus ſermo Domini dicitur* (inquit hìc Hieronym. in *Tradit. Hebr.*) *quia perrarus: omne enim quod rarum eſt, pretioſum eſt.* Nullum nuncupatur, quod non aliquando exhibitum: rarum, pretioſumque quod quandoque. Acceptio vocis haud nova. Proverb. 25. 17. *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui*, quo loco Hebr. legit: *Rarum facito pedem*

Greg. Mag. *Iteratio nominis ſignũ amicitiæ.* *Emphaſis.* Chryſoſt. *Synonymia.* Homer. Virgil. *Vel cupientis attentionem in audiente.* *Deo nil magis delectabile, quàm quod homo reſpondeat vocationi.* Vers. 1. Caietan. Hieronym. *Pretioſum pro raro.*

dem tuum. Maluend. *Pretiosum fac pedem tuum de domo sodalis tui.* Hinc constat pretiosum esse rarum. Petronius in *Fragment.* metr. 1. accinit:

Petron. *Serica fila trahens pretioso stamine ludis.*

Verùm de hoc *Tom. seq. T.* 3. ad illud, 3. Reg. 10. 11. *Gemmas pretiosas.* Utramque vocis acceptionem, 1. de *Benefic.* cap. 12. amplexus est Seneca. *Munera* (inquit) *non tam pretiosa, quam rara & exquisita sint; quæ etiam apud divitem sui locum faciant.* Nimirùm, non magni pretij, sed æstimationis; quippe si rara, pretiosa. Gratissima sunt poma, dum fugiunt. *Quod voles gratum esse, rarum effice*: subdit *cap.* 14. Ideo rara, chara, & æstimabiliora; quia, ut infit Cassiodor. *Variar.* lib. 8. Epist. 20. *Insolitum plus amatur.* Pridem Tacit. 3. *Annal.* cap. 69. *Quantò rarior popularitas, tantò lætioribus animis accepta.* Primus enim *Videns* nominatur Samuël in Scriptura. A Moyse sanè non constat Propheta, cum quo ita familiariter loqueretur Dominus: itaque dicitur, v. 21. *Et addidit Dominus, ut appareret in Silo, quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo iuxta verbum Domini.* Apparuit sæpe Dominus Samueli in Silo, ubi primùm apparuit: at quia illud *Apparuit Dominus*, vel *revelatus fuerat Dominus Samuëli iuxta verbum Domini*, perplexum est, operæpretium erit exponere. Tametsi locus obvius, lector haud ieiunus dimittendus.

Cassiodor. *Samuel primus Videns.*

5 *Revelatus Dominus iuxta verbum Domini*, intelligit Sanctius manifestatione duntaxàt verbali. *Apparuit* (inquit) *non ita ut oculis speciem aliquam adspectabilem obijceret; sed iuxta verbum suum: idest, loquendo, aut ostendendo sua consilia, ut eorum apud omnes esset nuncius & interpres.* Ideo Hebr. legit: *In verbo.* Alapide econtrà v. 10. infit: *Hinc patet Deum, idest, Angelum Dei vicarium, hic non tantùm menti Samuelis hæc inspirasse; sed in corpore assumpto; corporali voce illi esse locutum.* Hinc Chald. *Revelata est ei gloria Domini.* Caietanus, v. 11. alliter cogitat. *Divinus iste sermo* (ait) *appellatur Visio. Ideo hoc divinum Dicere internum fuit; ita quòd vigilanti Samueli non exteriore voce, non sensibili sermone, sed interná apparitione Deus locutus est: & hinc perpendimus, à quanta excellentia prophetiæ inceperit Samuelis gratia prophetica: celsus enim prophetiæ gradus est vigilantem hominem videre & audire intùs Deum, loquentem sibi.* Hæc omnia floridè excogitata & subtilia; sed subscribere non possum, quia excogitata, & contra frequentem Sacræ paginæ stylum, ubi quod à Domino promissum, Domini dicitur verbum. 3. Reg. 22. 38. *Linxerunt canes sanguinem eius, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat.* 4. Reg. 1. 17. *Mortuus est ergo iuxta sermonem Domini.* Sic alibi sæpe. Propterea revelatio Domini Samueli iuxta verbum Domini, nihil aliud est, quàm indicare Samuëlem prophetam, uti promiserat Dominus. Hinc mater exultat, cùm offert parvulum, futurum prophetam. *Quia hoc futurum esse per prophetiæ spiritum sancta mulier noverat:* ait Gregor. Magn. lib. 1. in lib. *Reg.* cap. 2. & alij apud Gloss. Ordinar. Vide quæ diximus *Tautolog.* 3. *á num.* 1-*T.* 4. *num.* 25. & *T.* 5. *à n.* 1. pòstque dicemus, n. 8. Sensus ergo est: Revelatus est Dominus Samueli sive in verbo, sive specie visibili, sive internà apparitione, secundum quod ab illo promissum: tuncque *cognovit universus Israël à Dan usque Bersabeë, quód fidelis* (firmus, stabilis, verax in vaticinijs) *Samuël propheta esset Domini*: v. 20. *Samuëlem stabilitum esse prophetam Iehovæ*: uti in propositum nostrum legit Maluenda.

1. Reg. 3. 21 Sanct.

Alapid.

Caietan.

Propheta promissus. Greg. Mag.

Maluend.

6 Prima igitur Samuëlis vaticiniorum scena (& adhuc puerî, siquidem iuxta Philonem non excedebat octavum, iuxta Iosephum, ætatis habebat annum duodecimum; ut vidimus, *Tautol.* 5. num. 8. quam quidem scenam subodoratus fuit Sacerdos summus Heli) fuit in senem fulmen indignationis Dei (propter nimium eius amorem, spreto Dei honore, in pessimos filios) usque in mortis sententiam, & abolitionem Pontificatus ab eius familia: igitur post varia crebraque in salutem monita, neque in sene, neque in filijs ulla videbatur pœnitentia. *Nulla misericordia, quia flagitiorum deformitas prævalebat*: uti vel Ethnicus dixit, 11. *Annal.* cap. 32. Pietate ac patientiâ abutuntur reprobi: igitur cogitant improbè mentem mitem, in illicita esse irrevocabilem vindicis facultatem. Tandem tandem mala pecora gregis Domini, qui debebant esse pastores, abdicentes monita patris, inciderunt in manus Domini iudicis. Horrendum est incidere in manus Dei viventis: iccircò dicit minax, v. 11. *Ecce ego facio* (pro Faciam) *verbum in Israël, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius.* Mala indoles, nisi ut faciat, haud cogitat mala. *Dominus de eis* (ait Philo Biblic. in *Bibl. Antiq.*) *dederat sententiam, ut morerentur, propter quod peccaverant:*

Improbi abutuntur pietate. Tacit.

Præsens pro futuro.

nam

nam cùm dixisset eis : Pœnitemini de via vestra iniqua ; illi dicebant : Quando senuerimus , tunc pœnitebimus : & propter hoc admonitis á patre suo , non datum est , ut pœniterent ; quia adversantes semper fuerant , & iniustè egerant valdè : hinc indignatus Dominus ad Heli. At quare, inquires , indignatus? Dicitur v. 13. *Eó quód noverat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos.* Constat sanè contrarium, cap. 2. 23. ubi : *Pater dixit eis : Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio res pessimas ab omni populo? Nolite filij mei,* &c. Patet patris lenitas , & filiorum iniquitas ; quùm illum non pudet , etsi proprios, vocare filios, quos Dei cognoverat adversarios. Philo Bibl. 1.Reg.3.13

7 In Sacra pagina frequens , dici non factum , vel nullum , quod usu caret , vel effectu , quanvis adhibitum. Isai. 30. 2. *Ambulatis , ut descendatis in Ægyptum , & os meum non interrogastis.* Interrogaverunt, ut dicitur *Ierem.* 42. à v. 1. at nihil fecerunt ex his quæ audierant etiam ex oraculo : ibid. *cap.* 43. 2. Ezech.34.8. *Eò quód non esset pastor.* Pastores erant : verùm quales? *Neque enim quæsierunt* (subdit) *pastores mei gregem meum ; sed pascebant pastores semetipsos , & greges meos non pascebant.* Ibid. cap. 22. 24. *Tu es terra immunda & non compluta.* Septuag. *Terra non irrigata , nec pluvia facta est in te.* Pluviam habuit tam materialem nubium , quàm spiritalem (de qua est sermo) oraculis prophetarum ; sed incircunciſis cordibus & auribus , semper Spiritui Sancto restiterunt. Undè cùm huiusmodi pluvia esset inutilis , dicitur terra non compluta , nec rorata aquis. Ierem. 22. 30. *Scribe virum istum sterilem* : quippe Iechonias etsi habuit filium Salathielem , rex regem filium non habuit. *Neque enim erit* (subditur) *de semine eius vir , qui sedeat super solium David.* Vide alia , *Tom. 1. T. 1. n.* 5. & 12. hìcque *T. 9. n.*52. & *Tautolog.* 10. n. 37. Haud aliò dicitur 1. Reg. 2. 12. de filijs Heli : *Nescientes Dominum* ; quia operabantur , quasi nescirent , & Dominum non cognoscerent. Facta ergo à patre correptio , verùm tota sine fructu. Caret vulnus medicamine , dum est inutile. *Curavimus Babylonem , & non est sanata.* Nullum lene remedium : efficax causticum. *Non factum dicitur quod non prodest.* Septuag. *Nihil & in utile paria.* Ier. 51. 9.

——— Immedicabile vulnus
Ense recidendum est , ne pars sincera trahatur. Ovid.

Correptio in correctionem haud debuit esse blandimine patris , sed austerissimà severitate iudicis , maximè Deo offenso , eiusque honore calcato. C. *Licet Heli* de Simonia, dicitur : *Quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit ; & in se pariter & in ipsis animadversionis divinæ vindictam excepit. Ad corrigendos igitur subditorum excessus , tantó diligentiùs debet Prælatus assurgere , quantó damnabiliùs eorum offensas desereret incorrectas.* Decretal. Implere debebat facies illorum ignominià , ut quærerent Dominum , & blanditijs , quæ increpatio , videbatur lenocinium: unde procaces & impudentes , quia sine rigore iudicis , monita arbitrantur tædia senilis ætatis. Patris indulgentia erat filiorum improborum audacia. *Non dissimulet peccata delinquentium , memor periculi Heli sacerdotis de Silò. Honestiores* (commendat ita Præsidi Monachorum SS. P. Benedictus , *Regul. Sanct.* cap. 2.) *atque intelligibiles animos primá , vel secundà admonitione verbis corripiat : improbos autem & duros corde , ac superbos & inobedientes verberum , vel corporis castigatione in ipso initio peccati coërceat , sciens scriptum: Stultus verbis non corrigitur.* Dum inutile verbum & exemplum , sufficiendum urens flagrum , vel candens ferrum. Hinc lapsus Heli , & aliorum similium , qui suavitatis ambiunt nomina magna, obsservantiæ corruptelà: nam etsi ad agenda bona excitare subditos satagunt, tamen contraire delinquentibus per rectitudinis zelum erubescunt:tunc-que sanies non expuncta retrocedit in viscera , quanvis adhibita medicamenta ; quippe medicina inefficax nequaquàm est medicina. In affectionis pravæ principio. *Quæ correptio in improborũ correctionem?* S. Bened.

Tunc decuit sentire nefas , tunc ire recentes
Detersum maculas. Veteri post obruta morbo
Corpora , Pæonias nequicquam admoveris herbas ;
Ulcera possessis altè suffusa medullis
Non leviore manu , ferro sanantur & igni ,
Ne noceat frustrá mox eruptura cicatrix.
Ad vivum penetrant flammæ , quo funditùs humor
Defluat & vacuis corrupto sanguine venis
Arescat fons ille mali : truncantur & artus ,
Ut liceat reliquis securùm vivere membris. Claudian.

Aurea profectò Claudiani sunt carmina lib. 2. in *Eutrop.* à v. 10. Impiorum autem des-

In illos medicina lenis, futilis. desperatorum aliter qui corripuerit factum, quasi nec diceret verbum. Sic igitur Heli filios corripuit & non corripuit; quippe malos corripiens non correxit.

8 Dividiá itaque tot malorum pertæsus Dominus, ægrè tulit & monitum Heli temeritatem filiorum haud compescuisse: hinc iam minatum familiæ excidium protulit denuò in aures Samuëlis, præsciens nuntiaturum quæ audierat, si interrogaretur à sene, de puero præclarè merito, quem ab infantia indulgenter nutriverat, tuncque in sinu tanquàm alumnum fovebat. Hæc eadem erant retinacula Samuelis, ne nota faceret tot dira, in patrem beneficum fulminata. Ut discessit Angelus, tunc angor Philo Bibl. perculit puerum. *Cùm audivit Samuel verba hæc* (subdit Philo, quò supr.) *dissolutum est cor eius, & dixit: Si sic obviaverit iuventuti meæ, ut prophetizem á perditione nutritoris mei; quomodó datus sum in petitione matri meæ? Et quis me susceptit? Quomodó mihi præcepit, ut evangelizem mala? Exurrexit Samuel manè, & noluit indicare Heli.* Ita ergo multi afflictione vehementiore cordis, & præsurà acerbi-

Quanta prudentia Samuelis? tatis, questi sunt, quòd nati sint; uti latè videbimus, *Tom.* 8. *T.* 7. ad illud Ierem. 20. 14.15. *Maledicta dies in qua natus sum.* Silente ergo puero, & conscientiá (magis quàm curiositas) senem pungente, potissimum quia aliquid verebatur mali, cùm vel admoniti non pœniterent filij; suspicione perculsus, ut sciret vaticinij præcogitati materiam & exitus, dixit Samueli: *Audi nunc fili. Ecce Deus antequám nascereris* (infit præfatus Philo) *promisit in Israël, ut mitteret te eis, & prophetares: & nunc adveniente matre tuá,*

Idem. *& orante, quia ignorabat, quod factum fuerat, dixi ad eam: Proficiscere, quia quod nascetur ex te filius erit mihi. Sic dixi matri tuæ, & sic direxit Dominus viam tuam: & si castiges nutritorem tuum, vivit Dominus, ne abscondas á me quæ audisti.* Sacer verò textus à v. 16. *Samuel fili mi? Quis est sermo, quem locutus est Dominus ad te?* Pende senis calliditatem; astruit quod nesciebat, an contigisset. *Oro te, ne celaveris me. Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, si absconderis á me sermonem, ex omnibus quæ dicta sunt tibi.* A prudenti puero veritatem promi bonus senex desperavit; sicque industriùs cautè ab adiurato extorsit: unde iuramento adactus, etsi cordolium seni causare nollet, totam sententiam aperuit. *Indicavit itaque ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo.*

9 En Pleonasmus de quo nobis in præsenti sermo: cæterùm ante expositionem, non abs re erit, delicare formam iuramenti præfati. *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat.* Verbum *Addo* in Scriptura iunctum alij verbo nullam aliam habet significa-

Verbum Addo additum verbo significationem ammittit. tionem præter verbi consequentis, maximè comitante negatione. 4. Reg. 24. 7. *Ultrá non addidit Rex Ægypti, ut egrederetur de terra sua.* Oseë. 1. 6. *Non addam ultrá misereri*: cap. 9. 15. *Non addam, ut diligam eos.* Thren. 4.15. *Non addet ultrà, ut habitet in eis*: & v. 22. *Non addet ultrà, ut transmigeret*: similiter alijs in locis, in quibus omnibus exprimitur idiotismo Hebraico sequentis verbi significatio. Unde sensus est: Non egressus, non diligam, non miserebor, &c. Sicut dixi de verbis *Nolo, cœpi* & alijs, *Tom.* 4. *Taut.* 8. *n.* 6-9. *n.* 3. & 12. *n.* 26. Simpliciter autem positum, intelli-

Simpliciter ponitur pro Adverbio. gendum quandoque pro adverbio *Iterùm*, vel *Denuó*. Iudic. 3. 12. *Addiderunt filij Israël facere malum.* 3. Reg. 22. 19. *Ille vero addens ait*: & ut vidimus num. 4. *Addidit Dominus ut appareret* Samueli. Verbum *Facio*, quanvis alias habeat significationes (de quibus egimus etiam *Tom.* 1. *T.* 3. *n.* 4.5. & 8.--2. *T.* 10. *n.* 23-4. *T.* 2. *á n.* 16.) hìc accipitur toto significationis proprio rigore, sicut *Addo*, quod signat iterationem actus. Siccine in varias cogitationes circa huiusmodi imprecationis formam, hinc inde declinarunt interpretes. Maluend. hìc obtestationis intuitum profert, quasi senex

Maluend. vellet dicere: *Ita te Deum tractet, sicut me erat tracturus, quin gravius puniat, si*

Hæc *pro* Sic Caietan. *me celes. Ita Deum iratum habeas.* Suffragatur Caietan. quia Interpres, sæpissimè mutat *Sic* in *Hæc*: q. d. *Sic faciet tibi Elohim & sic addet.* Alapide signat utcunque imprecationem, uti si diceret: *Puniat te Deus, vel malè tibi cedat, si hæc me celaveris.* Do-

Alapid. ctiss. Sanctius n. 33. in huiusmodi execrationis forma aliquod dirum, ac ignominiosum subaudiri autumat: econtra Abulensis hìc *quæst.* 5. illud astruit expressisse Heli, sed non sacrum Historicum; quia uti commune in execratione subintelligebatur. Unde

Lyran. Lyra exponit, numer. 11. *Faciat tibi Deus tanta mala, sicut fecit alicui multó punito, & adhuc plura.*

10 Nulla, fatèor, sanè placent. Aliquid grave subintelligi arbitrarer cum Sanctio,

Apostopesis & Euphemismus. & non exprimi per *Apostopesim*, quippe ita grave, ut vel animus horreret nominare. Proinde etsi Apostopesi signetur pendula oratio præ affectu gravi doloris, aut iracun-

diæ,

diæ, ut illud Ierem. 32. 17. *Heu, heu, heu Domine.* & Sophocl. in *Oedip. tyrann.* vers. 354. *Quæcunque sæviſsima.* Virgil. 2. Æneid. v. 100. *Donec Calchante miniſtro*; dum dirum aliquod intenditur exprimi, & non exprimitur horrore calamitatis, dicitur *Euphemiſmus*: qua figura quod ominoſum non nominatur, uti infauſtum & funeſtum. Plura exempla apud Profanos. Halicarnaſ. lib. 4. *Antiq. Rom.* cap. 29. *Siquid humanitùs acciderit: ideſt*, mori. Plutarch. in *Ariſtotel.* eodem ſenſu: *Si tamen quid contingat.* Plaut. in *Trinumm.* Act. 1. ſcen. 2. v. 120. *Siquid eo fuerit.* Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 6. v. 80. *Signa Remi*: haud dixit *Romuli*, quaſi infauſtum urbi ſigna Romuli ſub Marco Craſſo captiva. Denique Virgil. 8. *Æneid.* v. 578. *Infauſtum infandum.*

Sin aliquem infandum caſum Fortuna minaris.

Eius ſtylo uſi ſunt plures, euphemiſmum imitando, ut Ovidius *Epiſt.* 13. v. 164. & Valer. Flaccus lib. *Argonaut.* v. 324.

Vota alijs facienda Deis, ſi fata reducunt.
Sin aliud Fortuna parat, miſerere parentum. Valer. Flac.

In ſacris etiam plura occurrunt. Pſalm. 131. 3. 4. *Si introiero in tabernaculum domus meæ: ſi aſcendero in lectum ſtrati mei: ſi dedero ſomnum oculis meis*, &c. quo loco, quia horribilis, ſubticet pœnam propter defectionem à voto, quod iuraverat. Ezech. 33. 2. *Terra, cum induxero ſuper eam gladium*, &c. Quid? Tacet, quippe graviſsimum, & duntaxàt pro ſignificatione promit orationem pendulam. Alia vide, *Tom.* 4. *T.* 5. *num.* 16. & quæ hic diximus, *Tautolog.* 3. num. 46. Similiter in præſenti adiurationis execratoriæ teſtimonio, *Hæc* (vel *Sic*) *faciat mihi Deus, & hæc* (vel *Sic*) *addat*: aliquid continetur non ſolùm grave, ſed graviſsimùm, quod non dicitur, quamvis ſubintelligatur; quippe & animo & auribus diſonum, nefaſtum & ominoſum. Unde quaſi trunca verba, in ſignificationem animi vehementiora: ſiquidem affectus proferuntur loquentis ſine vocibus, quæ ſanè horriſonæ auribus. Hæc figura propter defectum vocis à Rhetoribus vocatur *Ellipſis*, Sicut *Euphemiſmus* propter horrorem ſignificationis. Briſſonium adi de *Formulis*, lib. 1. Ellipſis.

11 Hæccine congeſsi in obſequium Doctiſsimi Sanctij, etſi mihi haud arrideant præfati modi dicendi, qui tantùm cogitationes. Laſsitudo profectò ambulare per decommunis, præter emphaſim ſtudio cogitatam, ut idem quod in iuramento intelligatur, & propter Dei venerabile nomen non iuretur. Hinc *Hæc faciat Deus & hæc addat*, idem eſt, ac *Vivit Dominus.* Patet, equidem pro his verbis ab Heli dictis, Philo Biblicus, ut vidimus, num. 8. legit: *Vivit Dominus, ne abſcondas á me.* Eadem videmus, 3. Reg. 17. 1. *Vivit Dominus Deus Iſraël, in cuius conſpectu ſto.* Hebr. *Hæc faciat mihi Deus & hæc addat; ſi erit annis his ros & pluvia.* Semper enim huiuſmodi iuramenti formula comminatoriè invenitur, ut conſtat ex novem Scripturæ locis, quibus phraſis iteratur aſſertione vitæ, vel præſentiæ Dei cum connotatione illius de quo ſermo, in quem dirigitur ira, aut exprimitur aliquis alius affectus. Quare noſtro in articulo ſenſus erit: Vivit Dominus, vel per Deum vivum, ſi ſermonem celaveris ::. quid? ſine fronte eris. Dialecto noſtrâ: *Por el Dios que adoro, que ſi callas, eres un infame, ingrato, ſin verguenza.* In alijs auctoritatibus, q. d. *Vivit Dominus, pœnas luet.* Hiſpan. *Por Dios Santo, que me las ha de pagar.* Sic in viris, aliud eâdem formulâ in fœminis propoſitum, ut vidimus, *Tautolog.* 2. num. 17. *Quid ſit, Hæc faciat Deus, & hæc addat?*

12 Ergo in Tautologiam, quæ quidem ex dictis in præcedentibus facilè exponitur. Sæpe protuli quàm frequens in Scriptura *Bebæoſis*, quo ſchemate, ut cuncta ad rem ſpectantia, tam externa ex parte ſenſus, quàm interna ex parte affectus vividè pateant; aliquid affirmatur negatione poſitiva contrarij aſſerti, vel negatur cum affirmatione contrarij poſitivi ſuppoſiti. Unde ſecunda periodus genuinè quaſi per adverbium, prioris ſignificationem oſtendit; ut diximus, *Tautolog. præced.* num. 44. Quare ſenſus Pleonaſmi erit: Indicavit Samuel Heli univerſa, quæ audierat, quin verbum ullum abſconderet. Hoc eſt, protulit de verbo ad verbum. Vernaculè: *De pe á pa: ſin quitar, ni poner.* Pleniſsimè cuncta retulit: Haud ſecùs Ieremias ait conſulentibus Hebræis de profectione in Ægyptum: *Omne verbum, quodcunque reſponderit mihi* Dominus, *indicabo vobis: nec celabo vos quicquám.* Ideſt, nec aliter, nec alia: tam in modo, quàm in re, quodcunque dixerit, dicam. In Hebræo non eſt *Quodcunque*, ſed tantùm, *Omne verbum, quod* &c. ideoque *Quodcunque* additum, ut monſtret Vates nec minimum relinquendum. Maluend. *Omne verbum, quod reſ-* *Bebæoſis.* *Expoſitio prima.* 1. Reg. 3. 18 Ier. 42. 4.

pon-

pondebit Iehova ad vos, anunciabo vobis, nec diminuam, nec subtrahàm, nec adi-
Maluend. *mam de vobis verbum.* Arab. *Dicam, dicam, oraculum quod responderit.* Alij: *Di-*
cendo loquar, nec prohibebo à vobis verbum. Sic Raphaël Tobiæ patri & filio dixit:
Tob. 12. 11. *Manifesto ergo vobis veritatem, nec abscondàm á vobis occultum sermonem*: nimirùm,
vera verè dicam. Alba erunt verba, sine malitia reflexa, minimè obliqua, sed profe-
Quæ senten- renda sinceritate summà. *Sententiæ* (infit Marc. Senec. in Prolog. lib. 3. *Controvers.*)
tiæ albæ? *quas optimè Pollio Asinius albas vocabat, simplices apertæ, nihil occultum, nihil inf-*
Marc. Senec. *peratum asserentes, sed vocales, & splendidæ.* Stylus frequens apud Græcos, exprime-
re per adverbium sententiam, postque imponere negationem contrarij, per verba prio-
ra iam expressi.

Dicam tibi planè rem omnem, quam scire cupis;
Æschyl. *Nihil obscuri implicando, sed oratione simplici,*
Sicut rectum est, os aperire ad amicos.

Succinit Æschylus in *Prometh.* v. 585. Homer. 5. *Iliad.* v. 824. *Ingenué dicam ver-*
Homer. *bum, neque celabo*, 23. Iliad. v. 326. *Indicabo tibi metam manifestam, neque te celabo.*
Idem 3. *Odyss.* v. 187--11. v. 125. & 442--19. v. 269. *Dic & verè narra.* 24. *Iliad.* v. 655--4.
Odyss. v. 326. & 347--15. v. 263. Denique ut cuncta plenissimè, ac ritè dicenda signet,
9. *Odyss.* v. 14. infit:

Quid primum, quid deinde, quid ultimum narrabo.

Euripides in *Andromach.* v. 834. *Manifesta, undique conspicua & non occulta.* Sopho-
cl. in *Trachin.* v. 476. *Omne tibi dicam verum, & non occultabo.* Plaut. in *Mænechm.*
Act. 5. scen. 9. v. 47. *Respondebo: nihil reticebo quod sciam.* Terent. in *Andr.* Act. 1.
scen. 2. v. 31. *Apertè ipsam rem locutus, nihil circuitione usus es.* Fusè Virgilius & 6.
Æneid. v. 722--11. v. 343. & 12. v. 11.

Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo:
Virgil. *Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit:*
Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem.
Consulis ò bone Rex: cuncti se scire fatentur,
Nulla mora in Turno; nihil est, quod dicta retractent:

Seneca in *Thyest.* v. 632. *Effare, & istud pande*: siquidem veritas multoties dicitur;
sed tot ambagibus, ut non constet, uti ab oraculis Ethnicorum, de quo infrà, num. 27.
Euripid. in *Iphigen. in Aulid.* v. 466. *Non intellecta intelligibiliter.* In *Troäd.* v. 621.
Ænigma perspicuum non perspicué. In *Ion.* v. 1481. *Obscura non manifesta.* Idem So-
phocl. in *Oedip. Tyrann*, v. 454. & in *Antigon.* v. 406. *Non clara & manifesta*, Plaut. in
Cistellar. Act. 1. scen. 1. v. 65. & in *Aulular.* Act. 2. scen. 1. v. 12.

In latebras abscondas pectore penitissimo.
Plaut. *Neque occultum quid haberi, neque per metum mussari;*
Quin participem.

Secunda ex- Satis videtur astrui à Profanis stylus Biblicus per Bebæosim. Hinc sensus nostri testi-
posit. monij & aliorum affinium, erit: Planè, plenissimèque, sine ambiguitate, sine cir-
cuitione arcana divina revelavit Samuel in auribus Heli. Quare huic dicenti, perperàm
temet geres, *si absconderis ex omnibus, quæ dicta sunt tibi*; impavidè, etsi reverenter
puer *indicavit universos sermones, & non abscondit ab eo.* Sic itaque, uti refert Iosep.
Iosep. lib. 12. *Antiq.* cap. 2. senes Israël advocati in translationem Bibliorum Ptolomeo Phila-
delpho dixerunt: *Non decet nos, verum dissimulare, sed ingenué loqui.*

13 Pro omnimoda ostensione eadem phrase usus est Ezechias, dum ad illum ve-
nerunt Legati Assyriorum, imperante Merodacho. *Omnia* (inquit) *quæcunque sunt*
4. Reg. 20. 15. *in domo mea, viderunt. Nihil est, quod non monstraverim eis in thesauris meis.* Ea-
dem, Isai. 39. 4. Plenissimè ita cuncta viderunt, ut nihil oculos illorum lateret. Osten-
Affirmatio sa sunt omnia & omnino, acceptà periodo negativà contrarij suppositi pro *Sed etiam*,
pro Non so- & affirmativa pro *Non solum*, uti sæpe diximus. Unde expositio genuina Tautologiæ:
lum: *nega-* Non solùm haud celavi, imò universa, quæ in thesauris meis occulta, glorios ostendi.
tio pro Sed Similiter in Samuele: Non solùm non abscondit aliquid auditorum à Domino, sed
etiam. etiam universos indicavit sermones. Idem ad testimonium Raphaëlis, Tob. 12. 11. &
Tertia ex- ad illud Elisei, de quo n. 16. *Dominus celavit á me & non indicavit mihi.* Nequicquam
positio. præsensi, vel per indicium, ut aliqualem haberem afflictionis cognitionem.

14 Alia in ostentatione divitiarum Ezechiæ cogitanda, ac literæ non incongrua.
Omnia hìc non tam significat universa, quàm pretiosa. Eccle. 1. 2. *Omnia vanitas*:
ideſt,

ideſt, etiam quæ in mundo præſtantiora. Exod. 33. 19. *Omne bonum.* Pſalm. 44. 14. *Omnis gloria.* Iacob. 1. 2. *Omne gaudium.* Thren. 1. 6. *Omnis decor eius*: q. d. Summum decoris, ſumma gloria, ſummum gaudium, bonum ſummum. Pſalm. 115. 11. *Omnis homo mendax.* Eccle. 12. 13. *Deum time, & mandata eius obſerva: hoc eſt enim omnis homo.* Hoc eſt, inſignis, præſtantiſsimus homo. Pſalm. 106. 18. *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum*: nimirùm, delicatiſsimam, ſelectiſsimam, ſapidiorem. Coloſſ. 1. 17. *Ipſe eſt ante omnes*: videlicèt, primis prior, excellentiſsimis excellentior, primus primatum. Sic alia, quorum ſenſu etiam uſi Ethnici. Cicero de *Divinat.* lib. 1. inquit: *Quod in natura rerum dicitur Omne* (ſcilicèt, ſummum) *infinitum eſt.* Petron. in *Satyr.* fol. 22. *Omnes* (præcipuas) *columnas notaverat*: & fol. 59. *Omnes cibos delicatiores damnet.* Actius in *Hecuba* profert: *Omnia* (nempe, ſelecta) *vidi inflammari.* Lucret. *lib.* 1. v. 840. *Finitum funditùs omne.* Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 6. v. 40. *Onus omne*: puta, pretioſum. ibid. *Eleg.* 8. v. 6. *Tale inter omne*: inter maxima, ſcilicèt, & præcipua præſtantiora. Hac enim acceptione *Omnia* nihil aliud ſignat, quàm æſtimabiliora ſuorum Theſaurorum Ezechiam Babylonijs demonſtraſſe: ita igitur v. 13. præmittitur, *Oſtendit eis domum aromatum, & aurum & argentum & pigmenta varia, unguenta quoque, & domum vaſorum ſuorum, & omnia quæ habere poterat in theſauris ſuis. Non fuit, quod non monſtraret eis in domo ſua.* Ex quo patet in theſauris fuiſſe, quæ prætioſa: in domo alia, quæ non ita. Iccircò ſenſus eſt: Oſtendit non ſolùm pretioſa; ſed etiam quæ non erant, & cuncta oſtendit: & ita oſtendit, ut nihil ſine exploratione reliquerit. Eius opes referuntur, 2. *Paralip.* 32. à v. 27. hoc oſtendit, & inſuper alia atque alia, quæ non numerabantur inter pretioſa; ſed tantùm inter divitias, ſplendentis aulæ ornatum, utpotè regiæ maieſtatis ſignum.

Omne *pro* Summo, *ac præſtante.* — Cicer. — *Ezechias ditiſsimus.*

15 Rabbini, ut refert Hieronym. in *Tradition.* de more nugantur, aſtruentes non tantùm Aſsyrijs monſtraſſe Ezechiam cuncta pretioſa theſaurorum ſuorum, ſed etiam quæ erant in theſauris templi Domini; quippe ſubditur: *Non fuit, quod non monſtraret eis Ezechias in domo ſua & in omni poteſtate ſua.* Craſſum omninò cerebrum. Theſauri templi non erant in poteſtate Regis. *Poteſtas* hìc indicat dominium, ditionem, aut regnum. *In domo ſua, & in omni dominatione ſua*; Maluend. unde conſtat nihil non legatis oſtenſum: ſiquidem palàm protulit pretioſa, quæ erant in domo & in toto regno. *Quid viderunt in domo tua?* dixit Regi Evangelicus Vates. Nihil de templo loquitur: loquereturque ſi tanta Regi affuiſſet audacia, quùm multetur futilis, vana gloriola, ex eo quod ad illum veniſſent legati è Babylone. Claret ex textu, 2. Paralip. præfat. v. 31. *In legatione principum Babylonis, qui miſsi fuerant ad eum, dereliquit eum Deus, ut tentaretur; & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius.* Haud prudenter egit: equidem quibat cogitare, qui tunc amici, inimicos eſſe poſſe: & pretioſa alienis demonſtrare, illorum aviditatem, atque invidiam acuere. Sic enim poſterioribus temporibus contigit, filio Ezechiæ catenato, & ad regem qui miſerat legationem adducto, direptis opibus aulæ, & pretioſioribus templi. 4. *Reg.* 21. 14. ut prædixit Regi Iſaias, *cap.* 20. 17. poſtque in captivitate totius populi, manum ſuam miſit hoſtis, qui modò ſic familiaris, ad omnia deſiderabilia eius; quia vidit gentes ingreſſas in Sanctuarium ſuum. Sententia tunc per Prophetam à Domino lata, in cuius articulo pende, quàm aptè cadat ſententia. Rex ait: *Omnia quæ ſunt in domo mea viderunt: nihil eſt, quod non monſtraverim eis.* Tunc Dominus: *Auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua, & non remanebit quicquam.*

Verſ. 13. — Iſai. 39. 4. — *Vana oſtentatione ductus incaute.* — 4. Reg. 20. 15.

16 Cuncta penitùs ab Ezechia oſtenſa, ita ut nequicquam non appareret Babylonicis legatis, & ille non aperiret. Secùs fatetur Eliſeus, afflicta ob filij obitum, ad pedes eius Sunamitide corruente. *Anima* (*inquit*) *eius in amaritudine eſt, & Dominus celavit á me, & non indicavit mihi.* Hoc eſt, omninò ignarus ſum præſentis acerbitatis & fœminæ amaritudinis. Nec verbum audivi, nec ſuſpicio irrepſit: quinimò à cœlo ita impervium totum, ut tantæ mihi moleſtiæ nec indicium. Sic igitur ut omninò facti negetur notitia; affirmatione occultationis, & negatione manifeſtationis profectò aſtruitur, per epitaſim expreſſo conceptu pectoris, & puræ aſſeverationis veritatis. Magna ſeges huiuſcemodi ſtyli apud AA. profanos. Pauſan. *cap.* 41. *Simulachrum* (inſit) *præter os occultatur: id unum eſt in conſpectu.* Senec. *Epiſt.* 79. *Hic ignotus delituerat*: & in *Hippolyt.* v. 857. *Haud pandit ulli, ſecretum occulit.* Homer. 11. *Odyſſ.* v. 455. *Clàm non palàm.* Sophocl. in *Antig.* v. 85. & 1258. *Occultè occultet.* In *Electra*, v. 1375. *Latuit, nec aparuit.* Euripid. in *Supplic.* v. 211. *Ignota & non perſpicuá.* In

Verſ. 17. — Cap. 4. 27. — *Bebæoſis.*

Iphi-

Iphigen. in Taur. v. 477. *In obscurum eunt, nec malum novit.* Idem v. 1024. in *Hippolyt.* v. 394. ac in *Bacch.* v. 953. *Occultaberis occultatione, qua te decet occultari.* Plaut. sæpe utitur Helleniſsimo: in *Persa*, Act. 2. scen. 2. v. 64. *Tacitum erit, celabitur.* Idem in *Pœnul.* Act. 3. scen. 3. v. 49. & Act. 5. scen. 4. v. 69. in *Aulul.* Act. 2. scen. 3. v. 10. *Celatum est, atque occultatum usque adhuc.* Etiam apud sacros PP. invenitur. Bernard. Homil. 2. super *Missus est*, numer. 14. *Quare occulté & non palam?* & Clemens Alexandr. 2. *Pædag.* cap. 10. *Velant, teguntque.* His varijs modis loquendi & palilogicè, & tautologicè, & synonimicè tam apud Græcos, quàm apud Latinos; quod omninò ignotum explicatur. Unde geminatio eiusdem verbi, vel nominis, vel utriusque in eadem re, epitasis est, sive exaggeratio, firmaque assertio, qua ingenuè exprimitur inscitia rei, quæ mentem & cognitionem asserentis omninò fugit. Iccircò iteratio illa vocum, vel sententiarum, aliter & aliter ad eundem sensum, signat à mente hominis alienum, de quo nuncium. Verùm cùm Prophetæ à Deo sciant, quæ naturaliter cognosci nequeunt: in geminatione eiusdem sententiæ affirmat Elisæus, nec à Deo habuisse notitiam afflictionis Sunamitidis. Quod longè est ab hominum sensu & cognitione, absconditum dicitur. Psalm. 50. 8. *Incerta & occulta.* Iob. 20. 26. *Absconditæ sunt in occultis.* Isai. 4. 15. *Verè tu es Deus absconditus*: igitur longè positus à cognitione hominum, cuius perfectio extra intellectum & ultra subtilissimi captum, ni ille mentem illuminet. Quare notitia illarum rerum, quæ ultra cognitionem humanam sunt, sine Dei lumine nequit haberi etiam in Propheta, cuius lumen non conceditur per modum habitus, aut qualitatis permanentis, sed per modum passionis transeuntis, ut dicunt Scholastici DD. cum Angelico Magistro, 22. *quæst.* 171. Vide Suarium de *Gratia*, Prolegom. 3. cap. 5. à numer. 21. Abulens. in 1. *Reg.* 10. *quæst.* 5. & in cap. 23. *Matth. quæst.* 59. Hinc Gregor. Magn. 2. *Dialogor.* cap. 21. inquit: *Nunquid non credendum est, Benedicto Dei famulo semper Prophetiæ spiritum adesse potuisse? Prophetiæ spiritus, Petre, Prophetarum mentes non semper irradia; quia sicut de sancto Spiritu scriptum est: Ubi vult, spirat; ita sciendum est, quia & quando vult, aspirat. Hinc est, quod Elisæus cùm flentem mulierem cerneret, causamque nesciisset: ad prohibentem hanc puerum dicit: Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, & Dominus celavit á me, & non indicavit mihi. Quod omnipotens Deus ex magnæ pietatis dispensatione disponit: quia dum Prophetæ spiritum aliquando dat, & aliquando subtrahit; prophetantium mentes & elevat in celsitudinem, & custodit in humilitate: ut & accipientes spiritum, inveniant, quid de Deo sint; & rursùs prophetiæ spiritum non habentes, cognoscant quid sint de semetipsis.* Eandem causam exponit cum eodem testimonio in *Ezech.* Homil. 1. *Prophetiæ spiritus Prophetis deest, nec semper eorum mentibus præstò est; quatenùs cùm hunc non habent, & hunc agnoscant ex dono habere, cùm habent.* Vide quæ diximus *Tom.* 2. *T.* 1. *n.* 17. 23. & 24. Procul erat à cognitione, & ab oculis Elisei cordolium Sunamitidis: haud nisi à Deo scire quibat: qui cùm lumen subtraxisset, fatetur facti omnimodam nescientiam: ita ut non solùm non cognovisset, sed nec per indicium Dominus manifestasset; ut cogitabamus suprà, *num.* 13.

Bernard. Clem. Alex.

Geminatio per epitasim.

Prophetia non est qualitas permanens; sed motio transiens.

Greg. Mag.

Idem.

17 Prophetia ergo proprijsimè (de illius alijs acceptionibus dicemus suo loco *Tom. seq. T.* 5. ad illud: *Universi prophetæ prophetabant*) est futurorum præcognitio, maximè contingentium, pendentium ex libera Dei, aut hominis voluntate: extenditurque aliquando ad præterita, quorum memoria omnino abolita, & ad præsentia loco distantia, quæ omninò occulta, ut sunt cordium cogitationes: quæ quidem omnia ultra naturalem sunt hominum cognitionem: quapropter nequit homo prædicere sine divina illuminatione, quoniam superant & mentem & sensum. Unde vel Aristoteles lib. 2. *Perihermen.* dicit: *Futurorum nulla est scientia.* Non est nostrum, nosse tempora vel momenta, quæ Deus posuit in sua potestate. *Non enim voluntate humanà allata est aliquando prophetia; sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines:* 2. Petr. 1. 21. Res futuræ in seipsis nullam habent speciem, quia species est existentium: perperàmque cognosci possunt sine specie, quæ nequit esse sine rei existentia: res autem futuræ in se ipsis non existunt: quare homo nequit prædicere, quæ non potest cognoscere. Si autem prædicit, falsò dicit. *Prophetia* autem *est divina inspiratio*, seu relatio *rerum eventus immobili veritate denuncians*: ut ait Cassiodor. in *Prolog.* super Psalm. cognitio autem humana ex se nequit extendi ad eventus futuros, nec ad denunciandos immobili veritate; quippequàm caret specie. Iunilius 1. p. *Divin. legis*,

Creatura sine Dei illuminatione nequit prædicere. Aristot.

Cassiodor.

Quid sit Prophetia?

gis, cap. 4. infit: *Prophetia est rerum latentium præteritarum, aut præsentium, aut futurarum ex divina inspiratione manifestatio*: additque, *In diffinitione positum est* Iunil.
Latentium; *quia siquis iam cognita dicat, licèt, & futura sint, tamen propheta non est, sicut nos cùm resurrectionem prædicamus, prophetæ non sumus, si verò cuiuscunque temporis latentia manifestat; tunc propheta est.* Potest homo prædicere aliqua revelata à dœmone (cuius cognitio, cùm habeat superiorem intellectum percipit quæ sunt remota ab humana) & tamen prophetia dici non potest: tum quia non illuminat, sed mentem obtenebrat, ut videbimus: tùm quia non immobili veritate, utpotè non supernaturalis notitia: tum denique quia etsi verum, profertur à dœmone intentione fallendi: qua de causa, ut ait Augustin. 2. *qq. Evangel.* 40. & Imperfect. Homil. 19. Imperfect.
Concessum est diabolo interdùm vera dicere, ut mendacium suum rara veritate commendet. Unde in Oraculis eius aliqua vera, etsi futura, quia in causis perspicuè cognoscebat. *Futura* (inquit D. Thom. 1. *p. q.* 86. *art.* 4.) *dupliciter cognosci possunt:* D. Thom.
uno modo in seipsis, alio modo in suis causis. In seipsis quidem futura cognosci non possunt nisi à Deo, cui etiam sunt præsentia, dum in cursu rerum sunt futura; in quantum eius divinus intuitus fertur simul supra totum temporis cursum; sed prout sunt in suis causis, cognosci possunt etiam à nobis. Quid mirum, si cognoscantur à dœmone, quæ prænoscuntur ab homine? Huic enim ille revelat quæ præscit in causis, vel alibi sunt præsentia; quæ homo nequit cognoscere vel propter debilem inferiorem intelligentiam, vel propter loci distantiam.

18 Principaliter prophetia est cognitio latentium, cuius actus secundarius est prolatio, cùm huiusmodi donum detur in proximorum utilitatem. Quare actus est supernaturalis cognitio in divina revelatione fundata, à qua locutio sive revelatio prophetica, quæ propriè dicitur *Vaticinium*, de quo in præsenti, & reliqua loc. cit. Vaticinium quit esse de rebus præsentibus, præteritis & futuris. Plura & selecta plures in huiusmodi argumentum dixere, sed uti Gregorius Papa, nemo alius: lib. 1. Homil. 1. in *Ezequiel.* ita nervosè loquitur: *Prophetiæ tempora tria sunt, scilicèt, præteritum, præsens, & futurum: sed sciendum est, quòd in duobus temporibus prophetia ethymologiam perdit: quia cùm ideo prophetia dicta sit, quòd futura prædicat; quando de præterito, vel de præsenti loquitur, rationem sui nominis amittit, quoniam non prodit quod venturum est; sed vel ea memorat, quæ transacta sunt, vel ea quæ sunt. Quæ tamen tria prophetiæ tempora veriùs loquimur, si ex Sacræ Scripturæ testimonijs ostendamus. Prophetia de futuro est*: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. *Prophetia de præterito*: In principio creavit Deus cœlum & terram: *de illo enim tempore dixit homo, quo non erat homo. Prophetia de præsenti est, quando Paulus Apostolus dicit*: Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: occulta enim cordis eius manifesta fiunt; & ita cadens in faciem adorabit Dominum, pronuntians, quòd verè Deus in vobis sit. *Cùm igitur dicitur*: Occulta cordis eius manifesta fiunt; *profectò monstratur, quia per hunc modum prophetiæ spiritus non prædicit quod futurum est, sed ostendit quod est. Quo autem pacto prophetiæ dicatur spiritus, qui nihil futurum indicat, sed præsens narrat? Qua in re animadvertendum est, quòd rectè prophetiæ dicitur, non quia prædicit ventura, sed quia prodit occulta: rem quippe quamlibet sicut ab oculis nostris in futuro subtrahunt tempora; ita ab oculis nostris in præsenti subtrahit causa. Ventura etenim res occultatur in futuro tempore, præsens autem cogitatio absconditur in latenti corde. Est etiam prophetia præsens, cùm res quælibet non per animum, sed per absentem locum tegitur, quæ tamen per spiritum denudatur: & ibi fit præsens prophetantis animus, ubi per præsentiam non est corpus.* Quid Vaticinium? Greg. Mag. Quomodò Prophetia de præsenti & præterito?

19 Apud Profanos quoque in vaticinijs cuncta observabantur tempora. Ita de præteritis avidè inquirebant, sicut de futuris. Unde Plaut. in *Pseudol.* Act. 1. scen. 3. v. 129. *Vetera vaticinamini.* Causa inferitur ab Ecclesiaste, cap. 1. 11. *Non est priorum memoria*: cupitque homo scire occulta, quoniam *ignorat præterita*: ibid. cap. 8. 7. Quid ethnici non finxerunt, vel in quo lapide non cæspitarunt, ex eo quod ignorarunt Mundi principium? Præ cunctis audiendus Plin. *lib.* 2. cap. 1. *Mundum* (ait) Plaut. Plin.
& hoc quod nomine alio appellare Cœlum libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta, Numen esse credi par est, æternum, immensum, neque genitum, neque interiturum unquam. Huius extera indagare, nec interest hominum, nec capit humanæ coniectura mentis. Sacer est, æternus, immensus, totus in toto; imò verò ipse totum: finitus &

Principium mũdi ignotum Ethnicis.

infinito similis; omnium rerum certus, & similis incerto: extra, intra cuncta complexus in se: idemque rerum naturæ opus, & rerum ipsa natura. Siccine excusat Philosophi (ex quo sumpsit Plinius) opinionem in libell. *Quod nihil scitur*; Francisc. Sanctius. *Certè* (inst) *si humanâ ducaris ratione, potiùs id iudicabis: nam venisti in mundùm iam factum, & pater tuus & avi tui: discesserunt que illi, & discedes tu: videsque alios & nascentes & morientes ipso manente. Nec est aliquis qui asserat aut voce, aut scripto, se audivisse mundi principium, aut vidisse alium, qui viderit, aut qui audierit ab alio se vidisse mundi principium, aut vidisse alium, qui viderit, aut qui audierit ab alio se vidisse. Unde Divinus Legislator Moyses divinam historiam suam, divino afflatus spiritu, divinè à mundi creatione orditur.* Quod hìc auctor ita deliret, novum non est: novum sanè, quòd Caiet. in *Eccles.* 1. v. 10. dicat opinionem falsam probabilem tamen. Probabilis, estò falsa! Hoc est novum. Nemo hucusque dixit. Iàm novum sub Sole: quit Caietanus dicere: *Hoc recens est.* Ignotum profectò Ethnicis mundi principium. Hinc quasi quid magnum agerent Poëtæ initia mundi vaticinabantur.

Franc. Sãct.

Virgil.

Principio cœlum, ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra, &c.

Canit Virgilius, 6. *Æneid.* v. 724. & ex Sileni Vatis persona, quod pridem fecerat Orpheus, *Eclog.* 6. v. 31.

Idem.

Namque canebat uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque animæque marisque fuissent,
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
Omnia, & ipse tenor mundi concreverit orbis.

Vide Hesiodum in *Theogon.* Ovid. lib. 1. *Metam.* fabul. 1. Manil. *lib.* 1. *cap.* 2. à v. 1. & Apollon. lib. 1. *Argonaut.* Lucretius lib. 5. de *Rer. natur.* à v. 93. non solùm præterita, sed & futura canit:

Lucret.

Principiò maria ac terras, cœlumque tuere:
Horum naturam triplicem, tria corpora, Memmi,
Treis species tam dissimileis, tria talia texta,
Una dies dabit exitio: multosque per annos
Sustentata ruet moles, & machina mundi.

20 De præsenti plura sunt exempla apud Pausaniam, & Cæsar. Bulengerum de *Oracul.* sed libet describere certamen Vatum Calchantis & Mopsi. Finxerunt oraculum Apollinis Delphici prædixisse Calchanti mortem, modò occurreret peritiori vati. Ergo post eversum. Ilium incidit in Mopsum, qui ut ait Hesiodus coram agresti ficu, interrogatus à Calchante.

Hesiod.

Quos grossos hæc ficus habet, miror; licèt illa
Parva sit: an numerum posses mihi dicere eorum?

Substitit paululùm quasi numeraret; illicòque, pavido Calchante, respondit;

Idem.

Mille quidem decies numero: mensura medimni est.
At supereſt unus, quòd non percurrere posses.
Sic ait: est numerus verè hinc compertus eorum.
Chalchanti æterno clausit mors lumina somno.

Certamen Mopsi & Calchantis.

Pridem interrogatus Calchas de prætereunte suæ prægnante quot fœtus gustaret in utero, quando esset paritura, & quibus signis porcelli; vocem amisit fassus ignorantiam: tuncque Mopsus, Cras profectò enitetur initio horæ octavæ decem, & inter hos unum marem totum nigrum, tres fœmellas supra armum transversè albam lineam habentes, duas rostrum album oculos usque, reliquas quatuor albas crure sinistro ab ungula usque ad genu. Sic ut prædixit postridiè res comperta, ex quo mœror Calchanti, morsque secuta ex evidenti ficorum numero. Hæc, si vera, revelavit Mopso dœmon, cui erant conspicua: ab hominibusque uti vaticinia plausa, quia humano sensui, & cognitioni absconsa.

21 Homines ex se haud posse habere vim divinatricem, vel illi superstitionibus addicti cognoscebant Ovid. 6. *Fastor.* v. 5.

Ovid.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo:
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

Iupiter Panonphæus.

Erant etiam Dij subvates, uti Apollo, Themidis, hæcque Iovis; qui per antonomasiam dictus *Panonphæus*, quasi vox omnis, ac radix, causaque prima vocum tam in oraculis, quàm in hominibus. Suidas astruit & ex illo Gyrald. *Syntagm.* 2. n. 41. Ovid. 7. *Metam.* fab. 5.

Ara-

Ara Panomphæo vetus est sacrata Tonanti. Idem.

Sic Pythia erat subvates Apollinis Delphis, ut canit fusè Lucan. *lib.*5. De Sybilla in antro, quò ingressus Æneas, Virgil.*lib.*6. v.9. succinit:

——Arces quibus altus Apollo
Præsidet, horrendæque procul secreta Sibillæ Virgil.
Antrum immane petit: magnam cui mentem animumque
Delius inspirat vates.

Siccine plaudebatur *Plena Deo, Phœboque digna locuta, Dei impatiens*; ut ait Seneca in *Agamemn.* v.715. & Lucan.quò nuper, v.96.

Exit, & ætherio trahitur connexa Tonanti:
Hoc ubi virgineo conceptum est pectore Numen,
Humanam feriens animam sonat, oraque vatis Lucan.
Solvit, ceu Siculus flammis urgentibus Ætnam
Undat apex.

Adi Plutarchum de *Defect. Oraculor.* Propterea cùm apud Ethnicos par esset vaticinium de præteritis, quàm de futuris, & ad utrumque non semper à Iove tanta concederetur gratia; commenti sunt inter socias Carmentis Evandri matris, veneficæ insignis, Postuertam & Porrimam (à *Porrò*, ideſt, procùl vel longè, uti observant Anton. Constant.& Paul.Marsius) de quibus Ovid. 1.*Fastor.* v.631. *Vates Postuerta & Porrima.*

Alterà quòd porrò fuerat, cecinisse putatur:
Altera venturum postmodò quicquid erat.
Si quis amas veteres ritus, assiste precanti: Ovid.
Nomina percipies non tibi nota priùs.

Cùm præterita oblivione data fuerint; quæ occulta, manifesta vocabantur vaticinia. Virgil.de Musa prima, & prima, quia præterita canebat, inquit:

Clio gesta canens transacta tempora reddit. Virgil.

22 Estò ficcinè insanirent, vaticinia apud plerosque cuncta amplecti debebant tempora. Homer.1. *Iliad.*v.68.

Chalchas vatum longè optimus,
Qui sciebat & præsentia & futura & præterita. Homer.

Empedocles apud Aristotel. 3.*Metaph.* infit: *Omnia quæ sunt, quæ erunt, quæ fuerunt.* Pindar. in *Olymp.* Od.10. v.94. *Initia priora, sequentia & nunc.* Euripid. in *Iphigen. in Taur.* v. 1262. ex quo Gyrald. *Syntagm.* 15. n. 16. *Qui multis mortalium & præterita & præsentia & quæcunque sunt futura in lectis dicebant.* Plaut.in *Bacchid.* Act.5.scen.1.v.1. *Quicunque ubique sunt, qui fuere, quique futuri posthac.* Lucret. 1. v.446.& Catull.*Carmin.*50. *Vaticinia ad omnia tempora.*

——Transactum quid sit in ævo: Lucret.
Tunc quæ res instet, quid porrò deinde sequatur:
Quot sunt, quotque fuere, Catull.
Quotque pòst alijs erunt in annis.

Hos imitatus Virgilius, 4.*Georg.*v.392.& 4. *Æneid.*v.627.

——Novit namque omnia vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur: Virgil.
Nunc, olim, quocunque dabunt se tempore vires.

Item Horat. 2. *Carm.* Oda, 10. v. 17. *Nunc, & olim, sic erit.* Quasi cum æternitate contendebant hi deliri in gestis & gerendis, conantes comprehendere quæ in successione temporum; quoniam ille qui semper est, omnia cognoscit & præcognoscit. Ita igitur Plutarch. in libell. de *Dictione EI*, infit: *Quid igitur illud quod reverà est? Æternum, quod nec oritur, neque obit, cui tempus vicissitudinem affert nullum: de quo quidem tempore cùm dicatur prius & posterius, erit & fuit; est confessio statim rem non esse. Unde nefas est, quicquam eius quod est, dicere fuisse, aut esse futurum. Verum dicendum, est Deus, neque ullo circunscriptus tempore; sed sæculo immoto est, & à tempore & inclinatione libero: quo nihil est vel prius, nec posteriùs, vel recentius; sed unus est & uno tempore instanti perpetuum complevit: atque solùm eius natura reverà est, id quod est, non præteritum, nec futurum, nec exorsum, nec desiturum. Sic illum debemus venerabundi salutare. Unum sit, oportet, quod est; sicut quod unum est sit. Apollo Delphis unumquemque nostrum, qui huc accedit, sicut salutans affatur hoc dicto,* Nosce teipsum. *Nos vicissim Deo respondentes,* EI, *ideſt, es, di-* Plutarch. *Dei descriptio, & eius æternitatis.*

cimus. Vide Leonard. Marium in 15. *Exod.* digress. de *Nominib. Dei.* Unde Ovid. 1. *Metam.* fab. 9. ait:

Iupiter est genitor: per me quod erit fuitque,
Estque patet.

Plat. 23 Hæc mirabilis excellentia Dei solummodò, vel teste Platone, *Epist.* ad Hermiam. *Per triplicem temporum gradum omnia explicat.* Videsis Cœl. Rhodigin. *lib.* 16. cap. 15. Trimegist. ad *Asclep.* ait: *Deus æternus nec nasci potest, nec potuit. Hoc est, hoc fuit, hoc erit semper. Hæc ergo est, quæ ex se toto est natura Dei.* Ipse dicit: *Qui est, & qui erat, & qui venturus est Omnipotens.* Exprimit sententiam floridè Boëtius, lib. 5. de *Consolat. Philosoph.* Metr. 5. v. 10. succinens:

Merc. Trismegist. Apoc. 1. 8.

Boet. *Quæ sint, quæ fuerint, veniantque*
Uno mentis cernit in ictu.

Etiam metricè Paulinus Carmin. de *Baptista*, v. 118.

Quæque fuere priùs, quæ sunt, quæ deinde sequentur.

Sacri Vates Dei sapientiam ostendentes, cuncta tempora comprehendunt. Sic accinit Sedul. lib. 2. *Carm.* v. 100.

Hunc numerum confessa fides, & tempora summus
Sedul. *Cernens cuncta Deus præsentia, prisca, futura,*
Semper adest, semperque fuit, semperque manebit.

Deo ergo quia comprehendebat tempora cuncta, concedebant vel Ethnici propriè quasi ex natura vaticinia; quin mireris in eorum testimonijs *Olim*, pro futuro: quod pridem observavit Servius ad illud Virgilij *Æneid.* 1. v. 207. *Hæc olim, meminisse iuvabit*: quo sensu iterat *lib.* 5. v. 125-8. v. 348-9. v. 99-10. v. 224-11. v. 768-12. v. 210. & 667. Lucil. Satyr. 19. *Si quæras fructus olim.* Ovid. lib. 5. *Trist.* eleg. 6. v. 61. Claudianusque, 1. de *Laudib. Stilic.* v. 78.

Olim *pro futuro.*

Ovid. Claudian. *Dij tamen, & Cæsar Dijs accessure, sed olim.*
Et gener Augustis olim socer ipse futurus.

Senec. in *Hercul. Oetæo.* v. 1475. *Olim iacebis*: ibiq; astruit Delr. districho, quod Romæ legit:

Delr. *Quisquis es, aut olim nostra de stirpe futurus,*
Sis memor antiqui nominis & tituli.

Etiam apud Rhetores usus. Quintilian. lib. 10. *Instit. Orator.* cap. 1. *Qui olim nominabuntur.* Tacitus, 15. *Annal.* cap. 74. *Quod ad omnia olim sui exitus verteretur.* Hebraismum quoque invenio apud Maluend. igitur 1. Reg. 1. 22. ubi: *Maneat ibi iugiter*; legit: *Habitabit usque ad olim.*

Maluend.

24 Videtur perspicuè vaticium ab Ethnicis accipi pro quocunque tempore; verùm strictè loquendo vel ipsi fatentur tantùm usurpari debere de futuris: equidem præscientiæ summitas plus eminet circa ventura, quorum nulla species; quàm circa transacta, quorum abolita. Homer. 4. Oyss. v. 393. *Ipsa nunc explica prævidens, aut præsciens.* Euripid. in *Ion.* v. 6. *Futura vaticinans semper.* Sophocl. in *Trachin.* v. 1170. *Ultimam vocem audiatis vaticiniorum, quæ novi ego.* Plaut. in *Persa*, Act. 4. scen. 5. v. 7. *Quod futurum est prædicas.* In Milit. Act. 3. scen. 3. v. 36. *Bonus vates, nam quæ sunt futura dicis* Terent. in *Adelph.* Act. 3. scen. 3. v. 32.

Vaticinium propriè de futuris.

Terent. *Istud est sapere: non quod ante pedes modò est,*
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt, prospicere.

Virgilius, ut vidimus supr. n. 21. *Delius inspirat vates, aperitque futura.* Ovid. 12. *Metam.* fab. 5. & *lib.* 15. fab. 47.

Ovid. *Nec tu credideris tantùm cecinisse futura,*
Oraque venturis aperire recentia fatis:
Indigenæ dixere Tagen, qui primus Hetruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

Martial. *lib.* 9. *Epigram.* 36. *Quàm venit, antè vides.* Demùm Mercur. Trismeg. quò supr. *O Nile! Tibi futura prædico.* In futura intendebat hominum curiositas, magis quàm in præterita: quoniam sibi providere conabantur in commodum, & in præteritis si non cautum, nil cavendum. Unde etsi *futura* homo *nullo scire potest nuncio*, quærebat estò fatuè lactare spem, ut expelleret timorem, qui minimè invenitur in præteritis. Causam signat Halicarnasseus, 9. *Antiq. Rom.* cap. 27. *Res egregias gerere perdifficilè* (inquit) *pauciscque datum: neque tam facile, futura prospici, ut iudicari de præteritis; quandoquidem hæc sensibus percipimus, illa præsagijs, ac coniecturis colligimus; in quibus inest fallaciarum plurimum.* Quo patet vaticina, vel ab

Eccles. 8. 7.

Halicarn.

Ethni-

Ethnicis prudentioribus, haud firma infallibiliter habita, licèt firmiora humanis conjecturis; quippe in combinatione superior intellectus dœmonis, effectus in & ex causis prænognoscens. Sic homo prudens dicitur vaticinari. Promit perquàm optimè Plutarchus quò sup. n. 22. *Iam* (subdit) *vates Apollo. Vaticinatio autem ars de adveniente est ex præsenti & præterito: siquidem nullius est absque causa exortus, neque citra rationem præsensio. Sed quia omnia præteritis instantia, & instantibus consequentia sunt, & apta futura ex discursu à principio ad finem pertinente; qui causas in unum conferre, atque inter se novit naturaliter complicare, is, quæ sunt, quæ venient, etiam quæ anteacta fuerunt, novit & præsagit. Scitè locavit Homerus prima ordine præsentia, inde futurum & præteritum: siquidem ex eo quod existit, collectio efficitur vi connexi; ut hoc si est, hoc præcesit: item si hoc est, illud sequetur.* Claret obiter ex Profano intelligentia testimonij Eccles. 1. 9. *Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est*: & in ordine ad naturam Seneca *Epist.* 24. apprime profert: *Quousque eadem? In orbem nexa sunt omnia: fugiunt ac sequuntur. Diem nox premit, dies noctem: æstas in autumnum desinit, autumno hyems instat, quæ vere compescitur, omnia transeunt, ut revertantur. Nihil novi video, nihil novi facio.* In ordine autem ad operationes humanas, ut ex præteritis præsentia, ac ex utrisque inferantur futura; omnia planè fallibilia: verùm magis vel minùs, præut præsagientis maior vel minor prudentia.

Quo firmè-tur dœmonum vaticinia? Plutarch. Eccles. 1. 9. Senec.

25 Hinc idem *Epist.* 91. & de *Tranquill.* cap. 11. infit: *In futurum prospectum intende, & quæ possunt contingere animo tuo cuncta propone. Nihil tibi subitum sit, sed totum ante conspicies: nam qui prudens est, non dicit, Non putavi quidem hæc posse fieri; quia non dubitat, sed expectat: nec suspicatur, sed cavet. Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur. Præsentia ordina futura provide, præterita recordare: nam qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit.* Idem. Sic igitur Plutarch. in *Pomponio Attic.* infit: *Omnia de studijs Principum, vitijs Ducum, æmulationibus Reipublicæ perscripta sunt, ut nihil in epistolis ad illum Ciceronis non appareat, & facilè existimari possit, prudentiam quodammodò esse divinationem. Non enim Cicero ea solùm, quæ vivo se acciderunt futura prædixit; sed etiam quæ nunc usuveniunt, cecinit ut vates.* Hoc enim sensu Bapt. Mantuan. *Eccl.* 4. v. 202. succinit:

Cur prudens præcautio divinatio dicitur? Plutarch.

Sic senior longo factus prudentior usu,
Præteritos meminit casus, aperitque futuri
Temporis eventus, vitæque pericula monstrat.

Mantuan.

Sic igitur cessarunt oracula, uti videbimus, n. 27. dum homines eorum fallacijs & technis prudentiores facti: qua de causa vel Ethnicus ridet, lib. 5. *Pharsal.* à v. 84.

——————Sacris se condidit antris
Incubuitque adyto, Vates ibi factus Apollo.
Quis latet hic Superùm? Quod Numen ab æthere pressum
Dignatus cæcas inclusum habitare cavernas?
Quis terram cœli patitur Deus, omnia cursus
Æterni secreta tenens, mundique futuri
Conscius, ac populis sese proferre paratus,
Contactusque ferens hominis, magnusque, potensque,
Sive canit fatum, seu quod iubet ipse canendo
Fit fatum?

Lucan.

Cuncta hæccine meditanter coäcervavi ex Profanis, ut clareat expositio apta Tautologiæ consequentis.

26 Omnis homo præscientiæ futurorum avidus, licèt stultissimè, ut scitè probat Polydorus Virgilius libell. de *Prodigijs*: inolevit huiusmodi furor potissimùm apud Hebræos; acriùsque, quùm commisti inter Gentes, citò didicerunt studia earum, uti vidimus fusè *Tom.* 4. *Tautolog.* 3. & adhuc dicemus de Nymphis Amorrhæorum *Tom. seq. Tautolog.* 3. Nonnunquàm consuetà perfidià proni in idola, ut scirent futura. Unde Deus haud dedignatus ingenitâ pietate disceptare cum illis de divinitate idolorum falsissimâ; ut siquid pro illa (quia quod nihil est, respondere non potest, ut est idolum) venerantes haberent, glorianter dicerent. Verùm similes facti eis quæ fecerunt; os habent, & non loquuntur. Duo proponit Dominus in examen: itaque dicit: *Accedant & nuncient nobis quæcunque ventura sunt: priora quæ fuerunt, nunciate. Annun-* Isai. 41. 22. 23.

nunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dij eſtis. Priora & futura ſcita ſunt argumenti materia, & iurè: equidem ut inquit Tertullian. in *Apolog.* cap. 20. *Idoneum teſtimonium divinitatis, veritas divinationis.* Dicunt vel idololatræ Tacitus in *Agricol.* cap.30. *Omne* (ait) *ignotum pro magnifico eſt.* Quare cùm ab eventu conſtet, quid annunciatum vere, vel fictè; dicit Dominus ex prioribus & poſterioribus collationem, ſeu apodoſim faciendam, ut ex apodoſi apodixis ſeu evidentia conſtet. Hoc eſt, *Ponemus cor noſtrum* (nimirùm, librabimus) *& ſciemus noviſſima eorum*: exitus, videlicèt. Si ita, ut prædicta fuerunt, erunt Numina: ſin autem, quid adoratis rationalia iumenta? Cognoſcere naturalis curſus effectus in ſuis cauſis, & prædicere, non eſt vaticinium Numinum; dum ſic etiam divinat prudentia futilis hominum. *Unum tempus eſt* (ſubdit Tertullian.) *divinationi futura præfanti apud homines, ſi fortè diſtinguitur, dum expungitur* (Pamel. *Completur*) *dum ex futuro præſens, dehinc ex præſenti præteritum deputatur.* Vaticinium Numinis non ſolùm extenditur ad futura, ſed ad contingentia, pendentia à voluntate liberà. In utroque genere Dij Gentium dœmonia; quippe non ex præſcientia, quam nequeunt habere, ſed ex coniecturis vaticinantur & obliquè; ne ab hominibus dœmones cognoſcantur in divinatione falli, & conſequenter fallere. Ex prioribus quæ ab illis fuerunt vaticinata, liquent falſa quæ pronunciant ut futura: etenim priora quæ prædixerunt, non venerunt, ſimiliter quæ ventura vaticinantur, fruſtrabuntur. Refer *Priora* non ad res, ſed ad oracula: quæ quidem in examen adducta, omninò inventa ſunt falſa: potiore iure vana erunt prænunciata ventura; utpotè à libera voluntate, quam penitùs neſciunt, ac arbitrio pendentia. Notio veræ prophetiæ eſt eventus infallibilis, falſæ caſſus. *Hoc habebis ſignum; quòd in nomine Domini* (dicitur Deuter. 18.22.) *propheta ille prædixerit, & non evenerit; hoc Dominus non eſt locutus; ſed per tumorem animi ſui propheta confinxit.* Sic econtrà, quia de verbis Samuelis nullum irritum, imò. *Omne ſine ambiguitate venit*, nec in terram cecidit, nec fruſtratum evanuit; cognovit univerſus Iſraël, quòd fidelis (verax, cuius verba fide digna) *Samuel propheta eſſet Domini.* Mens enim Domini comprehendit omnia, vocatque quæ non ſunt, tanquàm ea quæ ſunt, & illi ſunt præſentia quæ futura & quæ præterita, præcognoſcenti infallibiliter quid factura, vel non factura voluntas Angelica vel humana, his vel his poſitis, vel non poſitis.

Tertull. Tacit. — Teſtimonii divinitatis, veritas divinationis. — Tertull. — 1.Reg.9.6. — Cap.3. 19. 20.

27 Dœmones, cùm divinatio ſit illicium curioſitatis hominum; ut illos in tricas convolverent, in technas ducerent, & irrevocabiliter ſeducerent; verba pendula proferebant. Etſi illis acris cognitio, veloxque perſpicacia cum ſcientia præſentium patentium, & præteritorum; tamen in his quæ pendent à libero voluntatis arbitrio, hæſitant & plerunquè allucinantur. Hinc ne inveniantur fallaces, qui ſemper ſtudent hominum deceptioni; ut ex teſtimonio falſitatis haud conſtet falſitas Numinis, perplexa conficiunt oracula. Cecinit Virg.6. Æneid. à v. 98.

Talibus ex adyto dictis Cumæo Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit
Obſcuris vera involvens: ea frena furenti
Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.

Virgil.

Cicer. — Quapropter Cicero etiam ſuperſtitioſus, 2. de *Divination.* inquit: *O ſancte Apollo, qui umbilicum terrarum centrum obſides, unde ſuperſtitioſa primùm ſæva evaſit vox; tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen implevit partim falſis, partim casù veris, partim flexiloquis & obſcuris; ut interpres egeat interprete, & ſors ipſa referenda ſit ad ſortes.* Ideſt, oracula in oracula, de quo *Tom.*8. *T.*10. Pro ſortibus conſulitur oraculum, & de oraculo iterùm conſulendum. *Inde adijt iterùm obſecrabundus Deum*: inquit Plutarch. de *Pythiæ oracul.* & de *Diction. EI*, ſubdit: *Complura, quæ apud hunc Deum conſpiciuntur, involuta videntur gryphis eſſe, ac rationem poſcere.* Propterea præſentientes hominem ſagacem emunctæ naris, tacebant dœmones: quo perculſus Lucan. ubi ſup.v.198. inquirit, neſcio, an iocosè:

Oracula dæmonum in expoſitione egebãt oraculis. — Plutarch.

Cuſtodes tripodes fatorum, arcanaque mundi,
Tuque potens veri Pæan, nullumque futuri
A Superis celate diem; ſuprema ruentis
Imperij, cæſoſque duces, & funera regum
Et tot in Heſperio collapſas ſanguine gentes,
Cur aperire times?

Lucan.

Fu-

Fuco, ambage & obscuritate fortassis apud Antiquos opus fuit: subdit Plutarch. at quare? *Ut id & tyranni ignorarent, & hostes non præsentirent.* Sic promit in præfato libell. de *Oracul. Pytb.* excusationem dœmonum; cui insultat Lucanus, v. 111. Plutarch.

——— *Non ullo sæcula dono*
Nostra caret maiore Deum, quàm Delphica sedes
Quòd siluit, postquàm reges timuere futura,
Et superos vetuere loqui. Lucan.

28 Oracula ergo obliqua, flexiloqua, non ut promerent, quam quærebant homines, latentem profundam scientiam; sed ut occulerent ingenitam ignorantiam. *Oraculorum nonnulla* (ait Basilius Seleucien. de *Idolol.*) *fabulæ, atque commenta & lepidi quidam lusus ipsorummet scriptorum sunt; qui dœmonibus efficientiam virtutemque aliquam & prænotionem astruere conantur: quædam vero aliquid quidem verisimilitudinis habentia, & sæpius edita; sed multiplici varietate & ambiguitate plenissima: ita ut qui illa consuluissent, ancipiti semper cogitatione distracti fuerint, incerti qua ratione responsis illis uterentur; aut qui usi sunt, funditùs cum illis ipsis suis oraculis & vaticinationibus perderentur: cùm omnis ista prædictionum ambitiosa contentio verborum involucris & gryphis quibusdam contineatur: nam propterea quod non rectè in veritatis scopum collimarent, neque qua ratione de futuris certi aliquid enunciare possent, haberent; iccircò quæcunque insanientes illi oracula fundebant, cæca erant, tortuosa, titubantia, quæque ad infinita diverticula declinarent. Quo rerum tractu infelices successus, non tam dœmonibus, huiusmodi oracula edentibus, quàm ipsis hominibus, non benè videlicèt ea intelligentibus adscriberentur.* Hic est *Spiritus vertiginis*, quem miscuit Dominus in Ægypto propter eius innumeras superstitiones: igitur illius oracula fallacia, subdola, simulationis artificio fucata, atque caligine obscurissimè plena, uti videbimus; de quo anxius quëritur Oedipus apud Senecam, v. 206. Basil. Sel. Quare? Isai. 19. 14.

Horrore quatior, fata quò vergant timens,
Trepidumque gemino pectus eventù labat.
Ubi læta duris mista in ambiguo iacent;
Incertus animus scire cùm cupiat, timet.
Responsa dubiâ sorte perplexa latent.
Dubiam salutem qui dat afflictis, negat.
Ambage nexâ Delphico mos est Deo,
Arcana tegere. Seneca.

Sanè: huiusmodi divinatio prompta videtur ab oraculis, ut duntaxàt divinarent homines: & dum anxiè interpretari vellent, caput impingerent.

29 Hinc Pacuvius in *Peribœa*, dixit: *Flexa, non falsa autumare dictio Delphis solet*: quippe aptabantur cuilibet eventui, utpotè æquivoca. Describit Claudian. lib. 2. in Rufin. à v. 331.

——— *Hæc requiem rebus, finemque laborís*
Allatura dies. Omni iam plebe redibis
Altior, & læti manibus portabere vulgi.
Has canit ambages: occulto fallitur ille
Omine: nec capitis fixi præsagia sensit. Claudian.

Pausanias mira dicit usquequaquè; ex illo ergo & alijs, aliqua oracula propter curiosos legi. Ab oraculo sciverat Cræsus Lydiæ rex: *Oraculum Cræso datum, & alijs.*

Cræsus Halym superans magnam subvertet opum vim.

Sensum verborum non intellexit, quia amphibologica & Halym transgressus subvertit regnum & opes, victus & captus à Cyro Persarum Rege, de quo triumphum potiùs quàm interitum cogitavit: equidem etsi præsciret Regnum Lydotum iri extinctum, quùm persiæ Mulus regnaret; haud cognovit Cyrum mulum dictum, quia ex patre Persa, & matre Meda progenitus. Basilius Seleucien. ubi supr. Herodot. lib. 1. & Bulenger. de *Oracul. & vatib.* lib. 1. cap. 1. & 6. Item Pyrrho Epirotarum Regi à Pythia dictum: *Cur Cyrus dictus mutus.*

Aio te Æacida Romanos vincere posse.

Et victus est à Romanis, uti in eius *vit.* refert Plutarch. quin intellexisset oraculum. quousque post eventum construxit æquivocum accusativum. Monuit Philippum Amynthæ cavere à quadrigis, quas omnes à regno amovit, & interfectus est gladio, qui quadri- *Oracula amphibologica.*

Plutarch. drigam in capulo cælatam habebat. Valer. Maxim. *lib.* 1. *cap.* 8. Plutarch. in *Alexandr.* & Cicer. de *Fato.* Cambyſi prædictum, ut fugeret Ecbactana, quæ intellexit Me-
Herodot. diæ, & à ſe fortuitò vulneratus, occubuit Ecbactanis Syriæ. Herodot. *lib.* 3. Pelagus cavendum Epaminondæ prædictum. Abſtinuit navigatione, fugit mare, ſed vulnus
Pauſan. in pelago lethale non fugit, in loco cui nomen *Pelagus* iuxta Mantineam. Pauſan. *cap.* 246. & Valer. Maxim. quò dudùm. Idem Annibali dictum de Lybiſſa, quam Africæ intellexit & veneno ſublatus in Libyſſa Pruſiæ. Pauſan. ibid. & Bulenger. quò nuper *cap.* 6. Decepti etiam Athenienſes, dum magnam cladem Siciliæ perpeſsi, de victoria ſecuri; quia ab oracuło Dodoneo acceperunt, *Siciliam ducendam, ac deducendam*
Idem. *coloniam*: loquente dœmone de magno tumulo, qui non longè ab Athenis aberat, cui Siciliæ nomen. Pauſan. Ibid. Lacedœmonijs conſulentibus de belli exitu, quod gerebant adverſus Tegeates, reſponſum à Phœbo: *Funiculo agros Tegeatum metiemini.* Exeuntes ergo Lacones cum funiculis & perticis, ut agros ſibi dividerent; victi à
Bulenger. Tegeatibus, coacti ſunt arare agros, & funiculis in opus metiri. Bulenger. quo ſupra. Amilcari obſidenti Syracuſas, & propugnante Agatocle, enuntiatum ab oraculo: *Poſtridiè Syracuſis cœnaturum.* Quod quidem ita contigit: quippe captus, inductus in civi-
Diod. Sicul. tatem, ibi cœnavit, quod nollet. Diodor. Sicul. *lib.* 20. *cap.* 3. Haud abſimile oraculum promptum Dionyſio priori Siciliæ tyranno: ſcilicèt, *tunc fato functurum cùm poteretur victoria.* Ille fatuus nonnunquàm in pugna cedebat hoſtibus: & vino ſepultus obijt, dum convivio celebrabat, victorem fuiſſe Athenis declaratum inter inſignes tragœdos in Bacchanalibus. Idem *lib.* 15. *cap.* 15. Ita Phœbas cuidam Lyſandro dixit:

Terrigenumque, dolo ſequitur qui terga, draconem.

Interfectuſque eſt ille ab Inachione, cuius clypeus anguem habebat inſigne. Plutarch.
Plutarch. de *Pythiæ oracul.* Eiſdem amphibologijs deceptus eſt Alexander Rex Epiri, qui interfectus ad Pandoſiam in Brutijs; dum ille intellexit ex oraculo fatalem, quæ erat
Iuſtin. in Threſprotis. Iuſtin. *lib.* 12. & Alex. ab Alexandr. *lib.* 6 *cap.* 2. Æſchylus quoque, qui fugiens cuncta tecta, quoniam præſcriverat oraculo ſummum periculum ex ictu deſuper; eluſa aquila ſupernè volans nitore calvitij, teſtudinem maritimam ut allide-
Valer. Max. ret, demiſit in caput, quo ictu Poëtæ crepuit cerebrum. Valer. Maxim. *lib.* 9. *cap.* 12. Nero oraculo Delphico, ex deliro factus eſt furioſus: igitur iuſſus, ut annum ſeptuageſimum tertium caveret; quouſque acclamatus eſt Imperator Sergius Galba, qui præ-
Sueton. fatum ætatis annum agebat: haud intellexit vaticinium. Sueton. *cap.* 40. Iacuit Appius in Cela Eubœa, cùm aliter, quàm contigit, intellexit vaticinium Phœbadis dicentis: *Eubœæ Celam obtinebis*; ut refert Valer. Maxim. *lib.* 1. *cap.* 8. & apud Lucan. ubi ſupr. v. 194.

Effugis ingentes, tanti diſcriminis expers,
Bellorum Romane minas: ſoluſque quietem
Lucan. *Euboici vaſta lateris convalle tenebis,*
Cætera ſuppreſsit.

Ille per *Quietem* haud intellexit mortem, quam obijt in Attica in loco, cui nomen Cela-Eubœa.

30 Quæ olim in ſimulacris, vel per ſacrificulos faciebant dœmones; poſt Chriſti adventum exercent per ſtriges ac magas, queis homines magnoperè fidem præbent aliquo commodo vel incommodo perculſi. Sic ille cui à benefica dictum: *Eia age, corona-*
Hector Boet *beris*: fideque non caruit: igitur perduellio & ſeditioſus in medio foro coronatus ferro candenti. Hector Boëtius *lib.* 6. *cap.* 2. Sigthunio Regi Suetiæ prædictum ut ab au-
Vaticinia magorum. ro ſibi caveret, quippe ferro violari nequibat. Sic ille intrepidus irruebat in hoſtes, incurrenſque in Gramum generum ſuum, Danorum Regem, alliſus eſt ab hoc gravi clavà, cuius concavum pro plumbo repleverat auro, ut ponderoſior fieret. Ioann.
Ioan. Magn Magn. *lib.* 2. *cap.* 6. Celebre vaticinium Scotorum Rex Machabæus à quadam fœmina fatidica accepit: ſcilicet, nullius nati ex muliere manu caſurum; priùſque arbores è luco Birnen in arcem Donoſinam transferendas fore, quam poſſet interfici: Utrumque accidit: ſiquidem pridiè quàm cæderetur à Magdulfo (qui ex muliere non natus, quoniam exciſo ventre genitricis in lucem eductus) ſinguli ex eius exercitu milites
Cardan. acceſſerunt ad præfatam arcem cum ramis evulſis è ſilva Birnen. Cardan. de *Rerum varietat. lib.* 16. *cap.* 93. Hìc videtur factum, quod fictum de Hercule, qui percepit efficax vaticinium, cùm videret lethum proximum. Fatum ita apud Sophocl. in *Trachin*, à v. 1180. & Senec. in *Oeta*, v. 1474.

Nul-

Nullius occisum manu iri.
A viventium nullo morituru̇m: victor,
Qui Plutonis corruptui habitator est.
Viventem me interficiet mortuus. Sophocl.
Dextrà perempti victor Alcide viri
Olim iacebit. Senec.

Sic iacuit sanie Hydræ, præsentissimo veneno, quo imbutum indusium, consilio Nessi Centauri. Huiusmodi ambiguitate mortui sunt Fredericus II. cui præceptum, quod agrum florentinum declinaret; & Ezelinus; cui Cassanum: uterque ubi vaticinatum, mortui sunt; verùm similitudine nominum, minimè ubi cogitarunt. Vide Maiolum *Tom.2. Colloq.2.* Notatu sanè dignum oraculum Philippo Amynthæ expressum, consulenti de expeditione in Asiam. Maiol.

Serta gerit taurus, finem manent, adstat aruspex.

Ita Rex deceptus: cùm intelligeret de Rege Persarum, in eius familiam tota procella detonuit. *Philippo perempto* (ait Pausan. *cap.*242.) *parvulum eius filium, quem ille ex Cleopatra susceperat, una cum matre in æneo vase* (*Bos* dicto) *ignibus circundatis cruciatum, Olympias enecuit.* Pausan.

31 Siccine his superstitionibus addicti, curiositatis vanæ pœnas luebant: dœmonesque truculenti uti stultis imperabant stultissima, filiorum scilicèt sacrificia, victimasque nefandas. Si aderant, qui illorum calliditatem intelligerent, proferebant quæ vel puer diceret; ut illud bis diversis consultoribus dictum, quasi defecissent mendacia:

Utere sorte tua: fatum hos nunc, nunc agit illos.

Vide Pausan. *cap.*123. & 136. Dœmon simia Dei, cavebat cognosci simia, & ubi præsagiebat comprehensum fore, vel tacebat, vel ita exili sono oracula dabat, quod non audirentur sortes, ut observant Cicero de *Divinat.* lib.2. & Euseb. lib.6. de *Præparation.Evang.* cap.10. Tandem si animus cognoscebatur, resiliebat ab his, quæ sensim, gradatim quasi attrectans, dixerat. Floridè refert Ovidius, 3. *Fastor.* à v.321. Numa à Iove oraculum accipiente. Idem. *Artes dæmonum in oraculis.*

Annuit oranti, sed verum ambage remotà
Abdidit, & dubio terruit ore virum.
Cæde caput dixit: cui rex Parabimus, inquit;
Cædenda est hortis eruta capa meis.
Addidit hic, Hominis. Sumes, ait ille, capillos;
Postulat hic animam: cui Numa, Piscis, ait. Ovid.
Risit, & his, inquit, facito mea tela procures,
O vir colloquio non abigende Deum.

Ingenio & arte, dum ille risit, Numa derisit, & oracula interpretans delusit. Hinc dœmon quasi cavens verba non promebat, sed premebat.

32 Quanvis ab oraculis multa edita, plura ab hominibus ficta *Agenti in Gallia Diocletiano* (ait Cœl. Rhodigin. lib. 25. cap. 26.) *dicebat Dryas: Nimiùm Diocletiane avarus, nimiùm parcus est. Cui per iocum is: Tunc ero largus, quùm Imperator fuero. At Dryas: Noli Diocletiane iocari, nam Imperator eris, quum aprum occideris. Ex eo venationibus deditus, aprosfortè oblatos enixius occidebat, dicti eventum expectans: quo est frustratus, donec præfectum Prætorij Aprum peremit. Illa fuerunt auctaria capitis huius.* Idem Pompon. Lætus in *Diocletian.* Aliquando, sæpeque homines intra simulachra inclusi (qua de causa retrorsùm fabricabantur operta, oreque patulo, ut observat Alapid. in *Isai.* 8. 19. quod quidem non necessarium in diabolica efformatione vocum) responsa, quasi oracula proferebant iuxta placitum & lubitum consulentis, maximè si accedebant Reges, aut Duces victores. Phœbas Philomelo consulenti Delphis respondit: *Tibi quidem quodlibet permittitur.* Diodor. Sicul. *lib.* 16. *cap.9.* Alexandro expeditionem in Persas meditanti, vel invita, quin Appollinem consuleret, dixit: *Invictus es ò fili.* Plutarch. in *Alexandr.* & amicis de exitu dubitantibus, ut refert Maiolus, quò supr. *Sæpe ab hominibus ficta oracula.* Diod.Sic. Plutarch.

Supremunque Iovem, Divam simul atque Minervam,
Corpore mortali velatum extollite regem,
Quem pater ille Deum præstantum stirpe parentum
Sevit, Alexandrum custodem iuris in orbe. Maiol.

His ludicris arroganter elatus filius Iovis salutari iussit, fotà phantasia adulantium su-

tela, & divinitatè concepta in cerebri figulina, ut notat Curtius *lib.*8. *cap.*5. quî lib.4.
Q.Curt. cap.7. signat artem sacrificuli Ammonis senis industrij. *Regem propriùs adeuntem maximus natu è sacerdotibus filium apellat, hoc nomen illi parentem Iovem reddere affirmans. Ille se verò ait, & accipere & agnoscere, humanæ sortis oblitus. Consuluit deinde, An totius orbis imperium satis sibi destinaret pater? Vates æquè in adulationem compositus, terrarum omnium rectorem fore, ostendit. Post hæc instituit quærere, An omnes parentis sui interfectores pœnas dedissent? Sacerdos, parentem eius negat ullius scelere posse violari.* Hinc à sacerdote, & à se Deus factus, nihil furiosè non est aggressus, quasi qui omnia posset. Pende, quàm delirus, cùm crederet posse tonare, & fulmina mittere.
Arrogantia Alexandri Magni.
Athen. *Cùm subitò tonuisset dixit illi Anaxarchus* (ut refert Athenæus *lib.6. cap.*13.) *Nunquid tu hoc fecisti, fili Iovis?* Vide eadem de Caligula, apud Sueton. *cap.*23. Hæccine ad lubitum concinnabant sacrificuli, ut amentes potentiâ magis infatuarentur. Canit Lucan, ubi supr. v.148. de Pythia Delphica.

Atque Deum simulans, sub pectore ficta quieto
Verba refert, nullo confusæ murmure vocis,
Lucan. *Instinctam sacro mentem testata furore,*
Haud æquè læsura ducem, cui falsa canebat,
Quam tripodas, Phœbique fidem:

33 His igitur præstigijs libratis à Cœlio Rhodigino, lib.2. *Lect. Antiquar.* cap.12. subdit: *Si unde irrepserint oracula primùm indagine curiosâ sit scrutandum; videor lectione iugi comperisse, non ab Dijs, non ab dœmonibus instituta, vel propagata, sed à vafris quibusdam & quæstarijs initio inchoâta: in quam sententiam celeberrimi Græcorum sapientes iere pedibus; à quibus non solùm scriptis Oraculorum vanitas est palàm facta, sed commostratum quoque, quæ malorum soboles inde pullularit.*
Cœl.Rhod. *Argumento sunt responsa improborum hominum, & ad impostoram & carnificinam avaritiæ fomitibus exercitatorum nimio plus, ad utrumlibet eventum solertissimè coäptata: quæ ita confarcinabantur, vel confutis dolis attexebantur; ut solicitè Civitates aberrassent.* Probat profectò & aptè ex instituto ab hominibus Pontificio, & technis in solamen stultorum cogitatis. Quæritur etiam Plutarchus, qui de *Phytiæ oracul.*
Plutarch. infit: *Maximam huius Poëticæ* (quia sortes dabantur versibus) *infamiam asperserit natio illa præstigiatoria, circunforanea, atque illa quæ Matris Deûm, Serapisque religionem præ se tulit, scurriliscque & vagabunda: cuius hi subitò, illi sortito ex tabellis certis vaticinia reddebant servis & mulierculis, qui versibus potissimùm & numeris dictionis ducebantur. Hinc præcipuè poëticè, quod vulgare videatur se impostoribus, circulatoribus & falsis vatibus excidit à veritate & cortina.* Ideò, è tripode quasi loquerentur cultores Isidis & Serapidis, præstigiosi Ægyptij; quos vel nos modò dicimus: *Gitanos*, Latinè, *Cingaros*: de quibus Lælius Bisciola lib.20. *Hor. subsesivar.* cap.24. Nonnunquàm vel apud Ethnicos hi satanæ vates malè audierunt. Euripides in *Helen.* à v.759. infit:
Ægyptij impostores.

Quid ergo vates consulimus?
Hæc enim illecebra vitæ frustrà est inventa:
Euripid. *Et nemo factus est dives vaticinijs sine labore.*
Ego quoque idem sentio de vatibus.

34 Hi à se ut deciperent, & commoda è fatuis captarent, artificiosè loquebantur; fraudes glomerantes fraudibus. Si à dœmone ut magi, hoc futura nesciente, quæ futura quibant dicere? Adi Cyprianum de *Idololatr.* Plura sanè prædicta à dœmone fuerunt vera, sed dixit à bonis Angelis impulsus vel compulsus: Vel quia callebat sacras Scripturas, in quibus expromptæ prophetiæ, & ab ipso oportunè pro tempore meditatæ: vel prædixit quæ attentis circunstantijs omninò erant necessaria, quæ quidem cùm longè essent ab hominum intelligentia, arbitrabantur firmissima vaticinia. Arridet denuò quod dixi, *Tom.3. T.2. à num.*25. oracula, scilicèt, plura, quæ ab AA. referuntur ut oracula, post rerum eventum ab illis fuisse conficta: maximè relata à Poëtis in poëmatum cultum, ut legentes crederent ita factum, sicut ab illis est fictum. Astruit, falsè, verèquè Ovven. *lib.*1. *Epigramm.*31. de Prophetis & Poëtis canens:
Unde vera aliqua dœmonum vaticinia?

Illi de rebus prædicere vera, futuris:
Ovven. *Hi de præteritis dicere falsa solent.*

Fingit Virgilius, lib. 6. *Æneid.* à v. 756. quæcunque in gloriam Romanorum illud usque tempus acciderant, prædicta filio ab Anchise. Refert futura iam facta, præut fuerant

fant in oraculo, cerebro proprio. Siccine oraculum de Oedipo, apud Senecam v.236.

Nec tibi longa manent scelerate gaudia cædis:
Tecum bella geres, gnatis quoque bella relinques, Senec.
Turpis maternos iterùm revolutus in ortus.

Haud aliter patri eius Laio Thebano, ut refert Ioann. Bapt. Gabia in Sophocl. *Oedip.* tyrann.

Laie filiorum genus beatum petis?
Dabo tibi dilectum filium; sed fato decretum est, Gabia.
Tui filij manibus relinquere lucem. Sic enim annuit
Iupiter Saturnius, Pelopis imprecationibus.

Homero dictum, ut refert Pausan. *cap.*341. & Plutarchus in eius vit. *Felix, atque miser: Nam fors te ad utrumque creavit.* De Philipo Alexandri patre: *Commoda nunc pariet, regnans, nunc damna Philippus.* Pausan. *cap.* 214. Quod fictum, postquàm gloriam partam à Philippo Amynthæ in Macedonio regno, obscuravit Philipus IV. Persei pater. Post fugam Themistoclis in Persiam, commentum, Apollinem renuisse dona ab illo oblata de manubijs Persarum. Pausan. *Multa ab hominibus ut vaticinia ficta post facta.*

In templo pulchras nostro ne figite Persei
Exuvias: subitò sed vestras mittite in ædes. Idem.

Idem asserit, *cap.*230. Post præcipitium Daphihæ, seu Paphidæ ab Attalo, quem deiecit in mare è rupe, vocatà *Equus*; confictum, consuluisse per iocum Apollinem, an invenire posset equum, quem non amiserat? Illiusque oraculum fuisse: *Inventes, sed ex illo deturbaberis.* Valer. Maxim. *lib.*1. *cap.*8. & Cicer. de *Fato.* Postquàm sedes fixerunt in Italia socij Æneæ; Virgilius non solùm finxit, sed affinxit impletum oraculum de esu mensarum, quod protulerat Harpyia Celæno. Sic igitur accinit lib. 3. *Æneid.* à v.254. & *lib.*7. à v.112. Valer.Max.

Ibitis Italiam portusque intrare licebit:
Sed non antè datam cingetis mœnibus urbem,
Quàm vos dira fames, nostræque iniuria cædis,
Ambesas subigat malis absumere mensas.
Consumptis hìc fortè alijs, ut vertere morsus Virgil.
Exiguam in Cererem, penuria adegit edendi:
Et violare manu, malisque audacibus Orbem
Fatalis crusti, patullis nec parcere quadris.
Heus etiam mensas consummimus, inquit Iulus.

Eadem videris apud Strabon. *lib.*13. & Halicarnass. *lib.*1. *cap.*21.

35 Mœnia lignea ex oraculo facta astruunt Attici apud Plutarch. in *Aristid.* & *Themistocl.* quia exustis Athenis prælio navali Persas vicerunt: indeque excogitatum, quòd ex prævia notitia Apollinis, relictà terrà, quasi in muros ligneos, confugerunt ad naves. Non absimile commentum, dum Siphni fugati à Samijs, qui ad illos rubricatà nave pervenerunt: tuncque serò malo suo didicerunt, quàm verax Delphicum oraculum, quo pridem moniti, ut caverent ab agmine è ligno, legatoque rubenti. Gyrald. de *Re nautic.* cap.9. Iucunda cogitatio Spartanorum, postquam suus civis Phalanthus Tarentum in Italia cepit: igitur ne sine aliquo prodigio facinus hoccine exstitisset insigne; finxerunt Pythiam illi prædixisse, sede haudquaquam potiturum; quousque sub æthra largè plueret, ita ut pluvia caput eius humectaret: *Ethra* Græcè, idem ac cœlum serenum: & ille desponderat animum, quippe videbatur impossibile, sereno cœlo pluere posse. Verum haud sine eventu Delphicum oraculum: etenim uxor eius, cui nomen *Ethra*, in gremio caput mariti sustinens, eiusque laborum compatiens largè flens, caput humectavit lachrymis: quo ab illo cognito irruit in Tarentum & obtinuit. Pausan. *cap.* 326. Libethriam urbem iuxta quam urna cum ossibus Orphei, in columna collocata *Sus* amnis aquis sepelivit. Græci novitatis avidi delirarunt à Libero Patre Prolatum, *Urbem, cum Sol ossa videret Orphei, à Sue deletum iri.* Ita accidit fractà à pastoribus urnà, in illaque nocte illuvione *Sus* fluvius civitatem diruit, & cuncta vagus absorbuit. Idem *cap.*305. Itaque fictum Cyro sacrificanti in Lesbo, consulentique ad Caput Orphei (clarum illo tempore oraculum) de exitu belli contra Scytas; responsum est: *Similem mei exitum habebis.* Ita habuit, quoniam capite truncatus à Tomyride, sicut Orpheus a Mænadibus. Philostrat. & Herodotus *lib.*3. *cap.* ult. Siccine fictum, Megarenses salvos fore, quo- Plutarch. Gyrald. Pausan. Philost.

usque oleaster in medio fori peperisset arma: quod patuit trunco oleastri, in cuius
Maiol. vacuitate arma condita, usto in foro. Maiolus quò supr. Idem astruit stratagema ad
occupandam Rhodum, quod impossibile ex oraculo, ni priùs in crateribus pisces
Idem. natarent, & insula viderentur albi corvi. Similiter illud vaticinium Teucro Cretensi promptum ab Apolline, scilicet, *Nullum posse fixum habere solum, ni priùs cum socijs deloricaretur à muribus.* Contigit, illo ad Ilium accedente, quòd mures scutorum lora, & arcuum nervos corroderent. Omitto alia, ne fastidiosus sim: tantùmque
Sueton. obijciam, quod refert Sueton. in *Cæsar.*cap.81. *In monumento, in quodicebatur Capyis, Conditor Capuæ, sepultus; inventa est tabula ænea conscripta literis, verbisque Græcis hac sententia: Quandoque ossa Capyis detecta essent; fore ut Iulo prognatus manu consanguineorum necaretur, magnisque mox Italiæ cladibus vindicaretur.* Nihil ex his credendum, quoniam post eventum rerum ab hominibus excogitata, & in vulgus dispalarunt ut vera, à stolidis deglutita, auctore de stupore plebis gloriabundo, atque glisceute mendacio.

36 Insita homini futura cognoscendi aviditas, & inter vitia maximum, curiositas. Unde non solùm tetendit in notitiam futurorum, sed etiam impossibilium. Au-
Nat. Com. di Natal. Comit. lib.4. *Mytholog. cap.*10. *Fama est* (ait) *Democritum non solum so-*
Delirium de perceptione idiomatis avium. *lita auguria intellexisse; sed etiam certo nomine aves quasdam nominare solitum, è quarum sanguine commisto solo anguis nasceretur: ex quo siquis edisset, avium omnium intelligeret idioma: atque Melampo memorant, se vidisse angues quosdam aures habentes; quare ipse posteà sermones avium dicitur intellexisse. Fama est Apollonium Thyaneum avium omnium voces intelligere solitum.* Sumpsit, ni fallor, ex Plinio *lib.*10.
Plin. *cap.*49. ubi: *Qui credit ista, & Melampodi profectò aures lambendo, dedisse intellectum avium sermonis dracones, augures non abnuet: vel quæ Democritus tradit, nominando aves, quarum confuso sanguine serpens gignatur, quem quisquis ederit, intellecturus sit alitum colloquia.* Si Plinius ambigit, quis concedet? Virgil. 3. *Æneid.*v.359.

Virgil. *Troiugena interpres Divùm, qui Numina Phœbi,*
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

Idem iterat *lib.*10. à v.177. Ovid.1.*Trist.* Eleg.8. v.50. & Orpheus in *Argonaut.* quo errore Euripid. in *Iphigen.Tauric.* v.712. accinit: *Vocem quam sapientes intelligunt.* Quàm sapienter, dixit Pacuvius in *Chryse.* de quo *Tautolog.*10. *num.*43.

Pacuv. *Nam istis, qui linguam avium intelligunt,*
Magis audiendum, quàm auscultandum censeo.

Aptiùs: *Magis deridendum*: equidem ut novum mirabatur Cato, aruspicem aruspicem videntem non ridere; cùm ipsi vanitatem ludicram portentorum & fingerent, & traderent, & simul audientes crederent. Vide quæ diximus, *Tom.*3.*T.*3.*D.*3. *n.*8. *& Tom.*4. *T.*3.*n.*17.*&* 18.

37 Hebræi in futurorum præscientiam propensi, nullum lapidem immotum relinquebant, quo prolapsi in superstitionum voraginem, maximè cùm Prophetæ non essent, qua de causa Iosias sepelivit Urim & Thumim, illique fecerunt Theraphim, uti
Hebræi propensi in idola, maximè loquacia. diximus loc. ult. cit. num.15. & 16. Huiusmodi idola consulebant, quasi erubescerent nescire, auditis à Gentibus tot miraculis, nimirùm loqui statuas, & volucres, ventura prædici, aliaque ludicra, ut ludicra cognoscenda, si abesset à cordibus perfidia: siquidem dicere quibant: *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos, appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* Deuter.4.7. At illi ab oraculis simulacrorum non quærebant consilium, sed quod astrueret & firmaret illorum pravum propositum, facultatemque vivendi ad lubitum; ita ut præscripta legis tantùm cogerent ad præscripta corruptæ voluntatis. Hebræos urget Dominus, ut pro idolis respondeant, & partes illorum agant. Dicant: at quid dicent? Quæ in causis necessario contenta? Sunt necessaria. Obliqua? Palàm patet ignorantia. Amphibologica? Latet in fraudem versutia. Futura? Sanè vobis, sed iam facta, & ut ventura ficta. Quid igitur præcident? Cuncta falsa, sicut sunt Numina in aëra loquentia. *Ego Dominus & non alius. Non in abscondito locutus sum* (uti oracula Gentium) *in loco terræ tenebroso. Annunciate & venite & consiliamini simul. Quis auditum fecit*
Isai.4.2. 8. *hoc ab initio? Ex tunc prædixi illud.* Isai. 45. à v. 18. Tantum mei præscientia & præ-
Et *pro* Nec. notio, ac ex contingentibus futurorum cognitio. *Gloriam meam alteri non dabo, &*

(pro

(pro *Nec*) *laudem meam sculptilibus. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: nova quoque ego annuncio: antequàm oriantur audita vobis faciam.* Ibid.cap.42. 8. 9. Confirmavit eventus quæcunque à me prædicta: prædicta ab idolis cuncta falsa: si adhuc ambigitis, *Accedant, & nuncient nobis quæcunque ventura sunt, priora quæ fuerunt, &c.* Vel ipsi dœmones ita esse apud Ethnicos clamabant. Isai.41.22.

Iupiter est & erit, fuit idem Iupiter antè

Fuit oraculum Delphicum, quod videris cum alijs lectione dignis apud Maiolum.*Tom.* 2. *Colloq.*2. & Leonard. Marium, Prolegom. in *Script.* quæst.1. sect.3. Quantum desipit Plutarchus, signans causas defectus Oraculorum! Delphicum dixit: equidem interroganti Pythiam Augusto Cæsari de successore futuro orbis terrarum post se; respondit invitus: *Orto Christo evanuerunt oracula dœmonum.*

Me puer Hebræus iubet hinc rex ille Deorum,
Tartareas remeare domos, hac æde relictà:
Pòst ergo ora tenens, altaria nostra relinquas.

Maiol. ubi dudùm, *Colloq.*1. & Bullenger. de *Oracul. & vatib.* lib.1. cap. 6. qui ibid. Iuliano Apostatæ, insigni mago Apollinem dixisse, refert:

Humi cecidit elegans aula,
Phœbus non amplius habet tugurium;
Non laurum divinatricem,
Non fontem loquacem:
Extincta est aqua garrulla.

Idem refert Minutius in *Octav.* & Symmach. *lib.*4. *Epist.*33. *Non vides* (inquit) *oracula, olim locuta desiisse; nec ullas in antro Cumano literas legi, nec Dodonam loqui frondibus, nec de spiraculis Delphicis ullum carmen audiri?* Orto iustitiæ Sole, fugerunt tenebræ. *In die illa disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra: & pseudoprophetas, & spiritum immundum.* Astruit etiam lib. de *Incarnat.* Athanasius: *Unde ubique gentium oracula desierunt, & evanuerunt; nisi quia seipsum in terra manifestum se fecit?* Retorqueamus Virgilium potiori intuitu, quippe ipse in blandimen Cæsaris retorsit Sybyllinum de Christo oracullum, *Eclog.*4.à v.5. Symmach. Zach.13.2. Athanas.

Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.
Tunc modò nascente puero, quo ferrea primùm
Desinet, in toto surgens gens aurea mundo.

Virgil.

Vide Lactantium Firmian.*lib.*5.*cap.*7.

38 Sicut Deus Numen cognoscitur, eò quòd prædicat futura & contingentia; sic Vates cognoscuntur Numinis, si eventus confirmet, quicquid afflati à Numine prænuntiarunt. Unde de Isaia Siracides: *Ostendit futura & abscondita, antequàm evenirent*: igitur si fixum in origine, ac fonte, idem in scaturigine: patetque per eventum, Dominum esse locutum per os sanctorum; in quibus lumen intellectuale, supernaturale, plenissimum, mens etiam elevata ad cœlestium perceptionem revelationum. Vel profanis non ambiguum. Virgil.3.*Æneid.* v.250. Eccli. 48. 1 28.

——— Mea figite dicta,
Quæ Phœbo Pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit.

Virgil.

Sed agendum de Tautologia, ut simul superiores exponamus. Cur, dices, & quorsùm in auctoritate, *Antequàm evenirent*; si necessarium, dum ostendebat *Futura*? Sæpe lectorum oculis obijcimus usum Scripturæ, in qua pro certitudine exhibitorum, idem iteratur per alia atque alia; velut in præsenti testimonio *Futura & abscondita*: etenim omninò hominibus absconditum, quod futurum. Sic ad illud Iacobi, filios congregantis, ut nunciaret illis *ventura in diebus novissimis*; Targum Ierosolym. legit: *Indicabo secretum arcanorum abstrusorum.* Rabb. Ionath. *Secreta occulta, & fines reconditos.* Exergasicè ergo geminantur voces; ut altiùs sedeat sententia, aliquid non vulgare proferentis: quo intuitu hìc ad *Futura* additur per exergasiam *Antequàm evenirent*; & etiam ut constet excellentia prædicentis: etenim mirùm, quòd quæ futura, ostenderet quasi præsentia; & essent coram oculis, quæ menti abscondita. Ideo emphasis est in *Ostendere* & *futura*. Futura prædicuntur, non ostenduntur. Ostenduntur præsentia, ab oculis non abscondita: præstantiaque singularis claret Vatis, ex eò quòd futura diceret, quasi haberet coram oculis corporis. Genes.49.1. *Exergasia in Script.*

39 Si velis aliter interpretari; *Ascondita & futura* iunge, in commendationem

nem ſacri Prophetæ. Sunt futura multa, quæ abſcondita non ſunt, quippe neceſſaria. Hæc prædicere, non magni ducendum: prædicere futurum abſconditum, ſanè magnum; nimirùm fore, quod poteſt eſſe, & poteſt non eſſe, dependens à libera voluntate. Unde dignitas, honorque Vatis maximus; quia non tantùm prædixit, ſed & oſtendit ſine dubio infalibiliter futurum, & futurum ita & non aliter; quod quia contingens, nec ita quibat eſſe, nec futurum. Siccine exponemus ſingulariter, ſed gePſalm. 50. 8 nuinè, obvium Davidis teſtimonium. *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi*: dicit Domino. Aptiſsimè cuncta, ut ſacer luceat Propheta. *Incerta* dicuntur vaticinata, eſtò infallibilia; quoniam contingentia: *Occulta*, quia ex ſe occultum, ac ſigillatum; an contingens ſit futurum. *Sapientiæ* Dei, quoniam ad Dei ſapientiam attinet cognoſcere futurum contingens, à voluntate creaturæ dependens: & ita contingens futurum cognoſcit, ut prædicere poſsit, ſi velit: ſiquidem illi non eſt futurum contingens, ſed omninò præſens; quod futurum & celatum, quia eius cognitio ultra facultatem hominum. Deus cuncta intellectione penetrat: Propheta pariter, quùm Deus illuminat: Prophetaque cognoſcitur Pſaltes Regius; quia Deus qui diligit veritatem, manifeſtavit illi occulta intellectui humano, vivacitatique mentis, & etiam incerta rationalis voluntatis, quæ quidem omninò ſpectant ad Dei vigilem ſapientiam. Prophetia, ut diximus ſuprà, & eſt cùm divinè inſpiratur ad cognitionem Prophetæ, & eſt in cognitæ divinæ inſpirationis enunciatione. Propterea Iſaias, propheta non tam fuit (etſi neceſſarium ad enuntiationem lumen) ab eo quòd incerta & occulta cognovit; quàm quòd prædicens incerta & occulta oſtendit: ſiquidem per incerta occulta ab illo oſtenſa, claruit, quòd illuminatus inſpiratione divina.

Unde inſignis conſtet prophetia?

Iſaias propheta inclytus.

40 Quod additur, exergaſia eſt: tuncque exponitur per particulas exegeticas, v.g. Iſai. 41. 22. 25. *Nimirùm, ideſt, Videlicèt, &c.* quidquid geminatur. *Oſtendit futura & abſcondita*, nimirùm, quæ ventura. Eodem ſenſu, cap. 41. 22. *Priora* (ideſt) *quæ fuerunt ante nos.* v. 23. *Annunciate quæ ventura ſunt* (ſcilicèt) *in futurum.* Idem Geneſ. 49. 1. *Ut annunciem quæ ventura ſunt vobis* (hoc eſt) *in diebus noviſsimis.* Perſ. *Notum faciam vobis quodquod ſupervenerit vobis in fine temporum.* Eſt profectò vulgaris idiotiſmus in Biblijs. Sapient. 11. 2. *Per deſerta* (ideſt) *quæ non habitabantur.* Baruch. 3. 26. *Gigantes* (hoc eſt) *ſtatura magna.* Rom. 8. 21. *Creatura liberabitur à ſervitute corruptionis* (nimirùm) *in libertatem gloriæ.* Etiam eſt Helleniſmus. Euripid. in *Ion.* v. 280. *Infans* (videlicèt) *recens nata.* Homer. 22. *Odyſſ.* v. 69. *Secundò, rursùs.* 20. *Iliad.* v. 169. *Velociter, pedibus celer.* Sophocl. in *Trachin.* v. 1058. *Sic intuear lapſam. Sic ita ſic.* Placuit ſtylus Latinis. Plaut. in *Caſin.* Act. 4. ſcen. 4. v. 3. *Vincas virum, victrixque fies.* In *Perſa*, Act. 5. ſcen. 1. v. 1. *Hoſtibus victis, civibus ſalvis, re placidà, pacibus perfectis.* Virgil. 3. *Æncid.* v. 339. *Superatne, & veſcitur aurâ?* Ovid. 10. *Metam.* fab. 9. *Mors placet, laqueoque innectere fauces.* Calfurn. *Eclog.* 1. v. 53. *Immergentque caput tenebris, lucemque timebunt.* Horat. 1. *Carm.* Od. 22. v. 1. *Integer vitæ, ſceleriſque purus.* Martial. *lib.* 11. *Epigr.* 7. *Licet, nec vetamur.* Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 1. v. 13. *Nuda; erepto amictu.* Mantuan. *Eclog.* 7. v. 112. *Tranſit in effigiem monſtri: dum volvere linguam, atque loqui tentat, mugit, &c.* Senec. *Epiſt.* 100. *Humilia omnia, & parùm erecta.* Halicarnaſ. denique, 11. *Antiq. Rom.* cap. 20. *Nubilis puella, viroque matura.* His teſtimonijs aſtruitur ſtylus Biblicus, quo exprimitur per particulam exergaſicam, vel per ſecundam ſententiam, aliquid attentione digniſsimum. *Idem ad maiorem ſententiæ inculcationem*: ait Maluend. in loc. *Geneſ.* cit. & nos firmavimus, num. 3. Unde Hebr. *Præmonſtravit futura, & occulta arcana abſcondita, antequàm fierent ea.* Quo vides eadem pluribus vocibus geminata. Unde *futura* & *priora* idem ſunt, ac quæ fuerunt & erunt: dicunturque *Priora, quæ fuerunt*, & *futura* quæ erunt, vel *antequàm evenirent*, in maiorem expreſſionem cognitionis Prophetæ, vel præſcientiæ Dei, cui præparantur ipſæ cogitationes: ſicque reſipiſcerent Iſraëlitæ à ſtultitia conſulendi idola, cùm ſolùm Deus priora & 1. Reg. 2. 3. futura noverit, & cui revelare voluerit. Meritò Anna dixit illis: *Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes. Recedant vetera de ore veſtro; quia Deus ſcientiarum Dominus eſt.*

Exergaſia.

Gen. 49. 1.

Geminatio aliquando eſt expoſitio.

Maluend. Hebr.

41 Vidimus ſuprà cum enunciatione futurorum coniungi præſcientiam, præNat. Com. dictionem, vel prænotionem. Sic Natal. Comes *lib.* 6. cit. cap. 12. ſubdit: *Cùm loquerentur ſtatuæ, & ventura prædicerent.* Ni in maiorem fieret ſententiæ declarationem, ſupervacaneum videretur ly *Ventura*, ſi iam expreſſa prædictio; quæ quidem

vox

vox signat vaticinium, & prænunciationem futurorum. Qua de causa quod additur est expositivum, seu exegeticum: patetque, quippe eadem alibi sine Pleonasmo simpliciter proferuntur. Isai. 41. 22. *Nuncient nobis, quæ futura sunt.* Cap. 42. 9. *Nova, antequàm oriantur.* Iccircò dum Tautologia efformatur sequenti voce, aut periodo, est confirmatio sententiæ prioris: sensusque exponitur subintellectà particula exegetica. *Ostendit futura*: ideſt, quæ ventura erant. Ex eo quòd de Isaia hìc non dicatur *Prædixit*, sed *Ostendit*, liquet, quam clarè futura mysteria prædixit. Ita manifestè ostendit, ut magis videatur Evangelista, quàm Propheta. Vide in quibus summatim apud Alapid. hic.

Quæ firmatur prius sententia.

Cur Isaias dicatur Evangelista?

Quæ priùs & pòst, quæ tunc, & quæ sæcla futura,
Splendida sunt radijs irradiata suis.

42 Manent pro viribus cuncta exposita. Versiones variæ sunt. *Indicavit ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo.* Caietan. *Indicavitque ei Samuel omnia verba, & non abscondit ab eo.* Maluend. *Annunciavit ei Samuel omnia verba, & non abscondit de ab eo.* Ergo enunciemus aliqua, quin abscondamus bona ad bonos mores.

Varietas lect.

ADINATON EXEGETICUM.

1. *Indicavit*, &c. Cuncta indicavit, ex quibus nihil abscondit. Quorsùm hæccinæ? Ut constet virtutum claritas, & claritatis summitas. Indicatur quàm grata Deo erga inimicos dilectio, sed dilectionis huius absconditur magnitudo. Virtus est amare: magnitudo, cognoscendo nescire: Christusque dum dilectionem universam indicaret, nihil in dictis abscondit; quippe non solùm virtutem, sed virtutis indicavit perfectionem: equidem ita dilexit, ut neque iniurias, neque inimicos cognosceret.
2. *Indicavit*, &c. Si indicatum universum, nunquid aliquid absconditum? Utique, in Christi passione. Hac mors mortua, sed vita absondebatur in pœna: Christusque qui universa per passionem indicavit, gloriam occultam hominibus non abscondit; quippequàm illo surgente, homo qui consors vitæ, fuit etiam gloriæ.
3. *Indicavit & non abscondit.* Qui pœnitens crimina confitetur, abscondit, quæque indicavit. Latet sanè quicquid dicit: igitur absconditur in animæ sanitatem, quicquid loquitur per indicem.
4. *Indicavit & non abscondit.* Confessione vulnus animæ deletur, verùm sine pœnitentia cicatrix quasi signum in compunctionem relinquitur: diciturque de Samuele, universa indicasse, & nequicquam abscondisse; ut virtus insignis clarescceret pœnitentiæ: quandoquidem ita per illam absconditur universum; ut peccati de quo dolor, nec cicatrix, nec vestigium.
5. *Indicavit, & non abscondit.* Quomodò si dicere timuit, ex dictis modò nihil abscondit? Si ex veritate, indignationis periculum; dicendum & non dicendum. Dicendum, quasi loquens universos sermones abscondat: tacendum quasi nihil non ostendat: verùm si ex occasione nullum periculum; quicquid latet in pectore pro veritate aperiendum.
6. *Universos sermones indicavit, & non abscondit.* Cogitavit Scholasticæ industria, quomodò aliquid absconderet, postquàm fratri Benedicto universos sermones indicasset: igitur exegit latenter à validiore miraculum, cùm non invenisset vel in fratre ministerium.

DIDASCALIA PRIMA.

Dilectio perfecta inimicorum usus sine usu rationalium potentiarum.

1 BEneficio ex diametro contraria apparet iniuria, teste Seneca, 4. de *Benef.* cap. 15. At magni animi est, acceptà iniurià rependere per contraria: maiestatem enim astruit, currenti cæcè in opprobrium, insperatum ocur-

Gratiâ frangitur ira.

ocurrere beneficium: frangitur enim perfrictæ frontis audacia, comite beneficentia. Semper enim prosunt.

Ovid. *Munera quæ dantur.*

Hæret vitata pectoris ferventis ira, pro telo conspectà gratià: etenim compungitur pectus, quùm gratiæ cuspide sentit accepisse vulnus. Aptè Plautus in *Rudent.* Act. 3. scen. 2. v. 12.

Plaut. *Prætorquetur iniuriæ collum, priusquàm perveniat.*

Dulcis dicitur ultio cordi irato. Non potest esse ex dolore dulcedo: equidem iniuriam, quam sepelierunt labia, prodit Senec. vindicta. *Magni animi est* (subdit Seneca, 2. de *Ira*, cap. 32.) *iniurias despicere: ultionis contumeliosissimum genus est, non esse visum dignum, ex quo peteretur ultio.* Stoicè loquitur, vel arroganter, vel insensatè: igitur quod pulchrum, ferre & oblivisci; ultra sensum & rationem, non cognoscere. Appositiùs Publ. Syrus in *Mimis*, vers. 231. & 237.

Publ. Syr. *Iniuriarum remedium est oblivio:*
Feras, non culpes, quod mutari non potest.

Quæ medicinæ iniuriarum. Equidem iniuriarum vulneri medicina, oblivio, patientia & gratia: oblivio creditur memoriæ, gratia voluntati, patientia rationi; ut harum potentiarum inusitato exercitio clareat singularis homo, dignissimus cœlo.

2 Respice in faciem Christi tui, ut in eandem imaginem claritatis transformeris; igitur nati sumus, ut illius imagini simus conformes. Comprehensus, & adductus ad Annam, post acceptam coram illo alapæ famosiorem contumeliam (*Nunc summe toto* Deus *cœlo tona,*

Intende dextram, vindices flammas para,

Senec. *Omnemque ruptis nubibus mundum quate.*)

Marc. 14. 65 Addicitur morti: *Et cœperunt conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere.* Igitur erubescant, qui

Reverentia templis debita. templa inverecunde profanant: equidem sine rubore conspuunt ac offendunt Redemptorem, & facie ad faciem. Faciem eius velarunt, ut offenderent Iudæi, ab eo multis crebrisque gratijs dignati, simulque perfidi: facie modò velatà, ut ingratorum occuleretur perfidia: quandoquidem priùs feciſſent coram facie, ni formidarent agnosci. Præut cuique commodum, aptabant in observatione cultum: modòque conspuebant, quem pridem desiderabant; quippequam Præsidi lenocinium, quodlibet innocenti atque benefico opprobrium: in maioraque tuerent impudenter audaces, propter complacentiam Præsidis. Hæc ferè munera turpis amicitiæ: igitur interveniente ambitione; in opprobria convertitur gratia, maximè si casu fautor verterit tergà; quinimò si non verterit, propalàm faciet. Hispanicè: *Si no vuelve discreto el rostro à la injuria, cara à cara le darà la bofetada.*

Ambitio in benefactore audax.

Haud spuere in faciem plebs execranda quievit. Sedul.

3 Sic ludificatus Dei filius, à quo tolerantiæ iniuriarum altè præscribitur modus. Spuitur, cæditur, colaphizatur, sed tacet: impellitur, ligatur, opprimitur, verùm silet. Quasi non sentiret, statu prudentiæ & patientiæ munus est: equidem doloris acuerent acumen, si micaret aliquomodò, primum sensisse dolorem. Clausis oculis despicitur Christus, cuius & velata facies: ita manet inimicis persequentibus, totius concilij iniuriarum scopus, excutiens illarum vehementiorem cruciatum ex notitia persequentium, quæ animum in vindictam percellit, dum inimicos, iniuriam patiens, agnoscit: etenim qui renuit ex corde ultionem, proposito velat faciem; quoniam promptius qui perculsus contumeliæ oblivisceturr, si inimicitiam cognoscens, inimicus non cognoscitur. Repellere intendit siccine perpetiens Christus, quod magis in acceptione iniuriæ nostrum interturbat pectus, non operientibus faciem ad inimicorum indicem: igitur sæpesæpiùs magis quàm à dolore offensæ, nascitur dolor à cognitione inimici. Idem in hominis corde persequentis cognitio, ac ultionis recordatio. Difficiliùs eijcitur, quàm non admittitur huiusmodi hospes, in cruciamen mentis, & assultum voluntatis, proculcatæ ab ingrato, sæpissimè à corde pessimo, tortæ denique in rationis equuleo; quippe facta carnifex, ut voluntas in ultionem ruat, quæ obesse debet, ut quiescat: Christusque in exemplum tot patitur opprobria facie vellatà, ut in ultionem maneat inimici nec notitia. Obliviscì iniurias, iniuriarum proponitur medicamen: aliud præstantius modo in perfectionis culmen, dum Christus iniurias subit, & faciem occulit. Nil oblitum, quin præcognitum: igitur quod non cognoscitur, memoria non obliviscitur. Magnum utique, si post cognitionem persequentis, cognitio pungens

Faciliùs indulget pectus, si ignoratur inimicus.

Quo sensu iniuriarum nulla debet esse oblivio?

Psal. 54. 25. gens traditur terræ oblivionis. Insignè prorsùs scire pœnam, & nescire studiosè per quem illatam; quippe ubi arcetur inimici cognitio, nulla est ultionis solicitudo. In documentum nostrum, estò sciret, *Congregata sunt* (ait) *super me flagella, & ignoravi.* Verberatur, sed duntaxàt verbera cognoscuntur; quin dirigeret aciem cognitionis in verberantes. Si in hos intenderet, vindictam solicitaret: & in patientiam flagella, & non cædentes cognovit; quoniam longè à læsione & flagellantium vindicta, cum cædentium ignorantia. Maius utique ex offensa memoriæ obsequium, quandiù memoriæ læsæ nullum officium: Christusque sine notitia patitur facie velatà; ut nil sit, de quo possit obliviscì memoria.

4 Denique. Salvatorem pugnis cæciderunt, salivà conspuerunt, atque faciem velaverunt. En patientiæ atque discretionis speculum, ut imitemur in tribulatione modum, nec quæramus vindictam, dum hostes inferunt in dolorem offensam: equidem cum ut rutilet in inimicos charitas, debeat relegari de illis supervacanea curiositas; operuit faciem illatis iniurijs à facie inimici & persequentis: quippequàm in tribulatione de illis non debet tribulatus inquirere, sed duntaxàt humeros supponere, cervicem flectere, pœnam subire, labores ferre, atque lumina claudere. Vernaculè: *Para que sean à los ojos de Dios los trabajos acceptos, sufrir, y cerrar los ojos.* In multis ab subeunda pro Deo quæque, haud fugit animus, imò valet pectus; sed in curiositate acriorem patiuntur pœnam quam fodicantem iniuriam; per vanissimam perfunctoriè solicitudinem, augentes nimis velicantem dolorem. Consulunt tolerantiæ, sed non prudentiæ; cui etiam consulerent, modò ad ictus faciem operirent: equidem prudentiæ est, oculos operire; sicut patientiæ munus, labores tacitè ferre. Altiora etiam docuit, dum talia ac tanta pro nobis Salvator pertulit. Sciebat lædentes iniurios, & claudit oculos. Videbat iniquos persecutores, sed erat operta facies; ut indulgeret homo facilius, à quibus pateretur inter opprobria cruciatus: equidem magnæ in Deo dilectionis commendatio; tolerare iniurias, quasi persequentes non videret: opprobria ferre, quasi non agnosceret.

Modus ferendi iniurias, ut floreat charitas.

5 Astruat Senec. quo dudum. *Inhumanum verbum est Ultio. Marc. Catonem* (inquit) *quidam percussit imprudens,*

Senec.

Quis enim sciens illi faceret iniuriam? Postea satisfacienti, Cato, Non memini, inquit, percussum me. Melius putavit non agnoscere, quàm vindicare. Sciebat à quo acceperat iniuriam; ulciscendam prorsùs modò testem advocaret memoriam: & in articulo vindictæ criminis, meminit duntaxàt oblivionis; quippe facilius indulget, qui agnoscens crimen, non meminit: longè utique ab ultione iniuriarum & læsione inimicorum, qui negat factum; igitur vindictæ non recordatur, cuius crimen non agnoscitur. Crucem passus obviavit Salvator duobus discipulis, revocantibus in mentem eius tormenta passionis: & cùm illi narrarent, quæ facta sunt, illis ille dixit: *Quæ?* Didicit ex his quæ passus est, & interrogat? Proculdubio non ignorat; sed docet modum in condonationem illatarum iniuriarum: igitur cùm ultionem auducia tanta à potente ulcisci, exigeret, & ille indulgere vellet; satius cogitavit non agnoscere, quàm vindicare. Minimè iniuriarum perpetrabit ultionem, quarum non habet speciem. Indicaret habere, si in oblivionem iniurias traderet cor: & colloquentibus ille dixit aptè, *Quæ?* quia longè erat à vindicta, cuius passionis in patiente nec memoria. Memoria non est sine specie in cognitionem; & ille de passione tanta inquirit, quasi speciem non haberet. Cuncta qui passus scivit, & pectoris etiam vulnus, & interrogat quæ passus; ut homo condonet eminenter iniurias, etiam clarissimè notas: quandoquidem patienter & scienter cuncta pertulit & in vindictam quasi non agnosceret. Appositiùs in propositum. Discipulis dixit *Quæ?* At non inquirit, *A quibus?* Illi referunt non solùm iudices hostes, sed etiam modum in damnationem crucis: *Quomodò eum tradiderunt Summi Sacerdotes & principes nostri.* Adhuc faciem ostendit velatam: sanequàm renuit vindictam, qui in articulo validæ ultionis, notitiam prætermittit de inimicis. Et hos & iniurias sciebat; sed dilectionem erga persecutores demonstrabat: igitur si pœnas subivit quasi nesciret; passus est hostes, quasi non agnosceret.

De iniuria, tàtùm memoria oblivionis.

Luc. 24. 19.

Imò in memoria vexationis nec species.

Vers. 20.

6 De Samuele dicitur, imminente ruinà Heli: *Indicavit ei universos sermones, & non abscondit ab eo.* Nihil absconditur, si universum indicatur. Cur ergo dicit, si cuncta indicavit, quod nihil ex indicatis abscondit? Dicitur multoties ad perfectionem virtutis claritas,

1. Reg. 3. 18

Magnum, inimicos cognoscendo nescire.

& absconditur simul virtutis sublimitas. Indicatur quàm grata Deo erga inimicos dilectio, & una huius dilectionis absconditur magnitudo. Virtus est amare: magnitudo, cognoscendo nescire: & cùm Christus dilectionem universam indicaret, nihil de virtute in indicatione absondit; quippe non solùm indicavit virtutem, sed virtutis perfectionem: equidem ita dilexit; ut nec iniurias, neque inimicos cognosceret. Cui mundi oculi, non videt malum, estò mali atque malum sit obiectum: quia mundi perspicatiùs visuri; & Salvatoris exponuntur sine ulla erga malos sensatione; igitur hi licèt in vindictam provocent, summà patientià, quoad ultionem nihil vident. Qua arte patientia vindicetur iniuria, dicemus alibi. Modò in nostrum argumentum.

Habac. 1. 13.

Persecutio est in cœlestia legatio.

7 Mari confertur persecutio malignantium (hinc inde navem pectoris quatientibus fluctibus tribulationum) excitantium in suffocamen procellam, ut aquæ intrent usque in animam. Quælibet persecutio est recta in cœlum legatio: sagittis afflictionum percutitur, dum navis cordis suspirijs per mare fertur: at *mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas.* De sensu literali plura dicimus in *Ephemer.* Isagog. Septemb. n. 17. In vasis papyri navigatio & sine ullo periculo? Si papyrus madet, fluctuat, non navigat. Quomodò igitur quassata feret procellas, si papyrus super aquas? Navis papyri cor est perferens tribulationem persequentium, in mari procelloso persecutionum. Rumpitur, ruptà patientià: navigat patientia salvà: conferturque constantia navi papyri, ut clareat virtus patientiæ: equidem resistit fluctui procellosi maris, sine ullo fragmine gravati fluctibus cordis. Vividiùs vernaculè: *Resiste la borrasca desecha de todo un mar en el papel leve de su corazon; sin que se rompa sin la paciencia el papel.* Tunc pectus continuo motu *mare vitreum simile chrystallo*, ob ingenium patientiæ inimicorum instantium ingruente persecutione: equidem etsi moveat procellam in vitri fragilitatem, ac cordis fluctantis solicitet commotionem, toto mari irato; patientiæ invictæ subsidio, neque vitrum cordis frangitur, & adinstar crystalli nec in motu commovetur: exhibet enim in persequentes patientiam, dum ratio dictat fulminare vindictam.

Isai. 18. 2.

Insignis constantia, dū premit iniuria.

Apoc. 4. 6.

8 Inimicos fratres Iephte fugit, illicò ac infensos aspexit. Dum fratrum implacabilis viguerit malevolentia, effugium duntaxàt fuga: equidem semel læsa fratrum corda irritant magis dilectionis obsequia. Quò plus corpora ægra nutriuntur, magis tabescunt. Unde Hippocrates lib. 7. *Aphor.* 67. subdit. *Non purgatis si dederis sorbitiunculas, quantò plures dederis, tantò magis nocebis.* Non purgato in inimicitijs corde, viscera putrescunt bile: & putrida viscera fastidio amoris aversa, non placant, sed offendunt dilectionis studia. Fugit ergo fratres Iephte gratis infestos, cuius inter extraneos excelluit virtus: igitur fratres afflicti ab hostilitate inimicorum, eius coácti implorarunt auxilium, offerentes Principis lauream, in quem tantam immerito exercuerunt iracundiam. *Esto princeps noster.* Siccine optimè conciliatur amicitia, per opera nimirùm priscis contraria. Nonnullis videtur erroris delendam speciem, modò pluribus coloraverint errorem. Quia iniuriam fecerunt, facient: quippe cœperunt, perficient, priùs eligentes infeliciter perire, quam leviter in commoda cedere: Principisque Iephte ab his datur auctoritas, à quibus graves prorsus accepit iniurias; quià citiùs illarum è corde expungitur dolor, ubicunque ab inimicis agitatus honoratur. Si de iniurijs aliquas excusationes sugessisset memoria, exarcebarentur ulcera: illasque qui inimici studiosè prætermittunt, atque principatum offerunt; quoniam haudquaquàm veniunt in iniuriarum certamen, sed in cordium aversantium firmam reconciliationem. Hinc non venit ad illos Iephte, sed ad Iephte *perrexerunt* illi. Acceperunt Principem, quem noluerunt fratrem, ad illum primò accedentes, quem affecerunt iniurijs, & studentes prudentiæ; ut reconciliatio fieret ab utrisque toto corde: igitur ius est, quòd in reconciliationem percussum probris inquirat, qui iniuriam sine causa ductus pravitate fecerat.

Pravitas cordis irritatur obsequijs.

Hippocr.

Iudic. 11. 6

Priùs eligit perire, quam cedere.

Vers. 6. *Quærat veniam, qui fecit iniuriam.*

9 Accedentibus ergo dixit Iephte, memoriâ pungente cor: *Nonne vos estis, qui odistis me?* Amicitiam quæritis pravà mente; quia non ex corde, sed ex necessitate; quod quidem supplices repellunt, dum munus Principis offerunt: etenim ni amorem, sed amicitiæ solicitarent speciem, nollent profectò inimicum potentiorem: fecerunt sanè iniuriam, sed obsequijs volunt veniam: quandoquidem quos odium impulit, Princeps ad pedes vel sub pedibus habet. *Razon*

Vers. 7.

es

es (dicunt Noſtrates) *que tanto deſaire olvide, quando poſtrados vienen à deſagraviarle.* Obiecit ergo illis Iephte, quicquid factum ex maligna voluntate. *Nonne vos eſtis* (inquit) *qui odiſtis me?* Quid ergo perſecutores ad hoc? *Ob hanc igitur cauſam nunc ad te venimus.* Videtur impudentia, vel audacia, auxilia quærere propter confeſſa delicta. Nihil miſum: nonnuli in iniurias abutuntur patientiâ; iteranturque probra, puncti nobilitate generoſæ indolis, ingenuitate pectoris, atque facilitate remiſsionis: igitur oblivio ultionum eos apparet acuminis ſagittarum. *Ob hanc cauſam.* Quia accepit indignè offenſam? Utiquè. Quod videtur vana confidentiâ audacium, eſt Principis lenocinium. Aſſentantur nobili pectori, dum cauſam gratiæ prudenter exhibent commendationem iniuriæ: igitur nullum maius blandimen inclyto Principi, quàm ocaſio optata malignantibus parcendi. Dialectò noſtra: *Es la mayor liſonja, ponerle en ocaſion de perdonar una injuria.* Hac de cauſa cum illis vadit, quorum priùs indignationem & malevolentiam ſenſit: igitur placuit æſtimatio ſupplicum, iniurias ac invidiam confitentium; dum illius conſtruxerunt inimici celſitudinem, ex eo quòd iniurias præteriret & ulciſcendi occaſionem.

Verſ. 8.

Spe veniæ iterantur iniuriæ.

Occaſio veniæ blandimen Principi.

10 Inſuper. Orant affectum & percuſſum iniuriâ, ut illos protegat non alia de cauſa. *Ob hanc igitur cauſam ad te venimus.* Haud ſimultatem excuſant; ſed quia hoſtes, protectorem implorant, ut magis retulit maieſtas Principis ex gratia condonationis: quandoquidem auget iniuriâ perciti gloriam, parcere ex toto corde confitentibus iniuriam. *Ob hanc cauſam*, dum venimus ſupplices, & in manus ultoris, qui munus renuit, quantumvis percuſſus, vindicis: igitur vel in lædentes lædente, vel hoſtium hoſte, vulnere gravi, æneo corde, ſi videt infeſtum ſupplicem, in deditiios gladius non habet aciem. *Ob hanc cauſam*, & tuam ſine ſanguine victoriam. *Cùm ab inferioribus* (inquit Senec. 1. de *Clement.* cap. 21.) *potitus, violatuſque eſt; ſi quos pares aliquando habuit, & infra ſe videt, ſatis vindicatus eſt. Perdidit enim vitam qui debet: & quiſquis ex alto ad inimici pedes abiectus, alienam de capite ſuo ſententiam expectavit; in ſervatoris ſui gloriam vivet.* Floridè & ingenioſum facinus Iephte: equidem vidit humiliter ſupplices, quos expertus fuerat inverecundè inſolentes. Altiùs meditatur Chryſoſtom. *Maius atque admirabilius eſt* (Homil. 34. in *Matth.* infit) *mentem adverſariorum commutare, & animam in diverſum transferre; quàm illos occidere.* Inimici qui Iephten tribularunt, infirmati ſunt & ceciderunt. Occaſio obvia vindictæ, ſi vellet uti: verùm longè ab animo huiuſmodi vile propudium, intendente ad inimicorum commodum. Maluit, animos illorum in adverſa commutare, quàm occidere: igitur magni fuit honoris, in patientia adverſitatis, fateri animum hoſtilem, ſine merito excitatam in illum perſecutionem.

Naſcitur gratia condonationis ex confeſſione criminis.

Senec.

Iniuriæ venia, vindicta.

Chryſoſt.

Convertit animũ inimicorum.

11 Demùm. Iratum Iephten agnoſcunt, verum enim verò accedunt. Cauſam præbuerunt in iram, & protegendi acceſſerunt *ob hanc cauſam.* Cauſa erat in vindictam, quippe ob expreſſam in illum malevolentiam: & exponunt mulcimen, quod irritat in ultionem? Etiam. Nullam efficaciorem poſſunt cogitare cauſam: equidem cùm vehementior cauſa haud ſit generoſo pectori, quàm in favorem nullam cauſam invenire; proponunt offenſo iniuriam, & auxilium ob hanc cauſam: igitur ipſa cauſa danda ultioni, promptior cauſa in confeſsione condonationis iniuriæ. Pende. *Ob hanc igitur cauſam nunc ad te venimus.* Hoſtes ſuimus & venimus ad te: *& nunc.* Pridem non. Pridem haud valebas niſi fugere: dubiumque eſſet, an parceres ex neceſsitate. Modò prævales, & iniuriæ remiſsione præſtabis: etenim tibi magnum (potiſsimè in Principatus culmine) valere nunc ulciſci, & modò nolle. Ob hanc cauſam venimus nunc ad te, ut protector noſter ſis. Mala cauſa, ni perſecutionem ſubeunti victrix adeſſet patientia: cùm ratio excitaret iram in inimicos, eſtò ab illis datus honos: verùm cùm patientia incumbat ad hoſtium commoda, ex iniuria bona cauſa: igitur cognoſcens hoſtes libentiſsimè indulſit, cùm ipſa ratio ex vulneribus in ultionem provocaret.

Remiſsionis iniuriæ magna excellentia, ubi ad illâ nulla cauſa.

Et ubi poſſe ulciſci verùm nolle.

12 De Ariſtide, ait Plutarch. in eo, & Raviſ. Text. 3. *Officin.* cap. 14. *Poſt multa in Remp. beneficia, tandem ſua virtute incidit in odium malorum, quorum invidia pulſus in exilium: ubi tandem Deos precatus eſt, ut omnia Athenienſibus pro voto & animi ſententia benè ſuccederent.* Quid inde? Ab urbe & in urbe deſideratur: amplius, dum eius auditum votum: & qui exul egreſſus Athenis, cun-

Plutarch.

Votum Ariſtidis.

ctorum plausu regreditur Princeps; etenim aptiorem haud quibant in regimem quærere, quàm qui sciebat læsus ex corde inimicis parcere. Claret Iephte, cuius benevolentia hostium consumpta malitia, & perveniens in Principatum propter lædentium indultum: igitur partà de se priùs victoria difficiliori, potitus est laureà triumphi; quippequàm concessà iniuriarum venià, devinxit sibi vel inimicorum corda. *Esto Princeps noster.* Uti Princeps vicit statim filios Ammon: quid magnum? Vicerat se. Unde luculenter Syrus d. v.218.& 236.

Qui inimicis parcit, inimicos vincit.

Syr. *Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum:*
Bis vincit, qui se vincit.

Etiam anima. Sed obiter nota victoriam Iephte in signum victoriæ inimicorum animæ: siquidem prævalet in animæ hostes, qui scit parcere inimicis.

13 Ut magis memoria iniuriæ obliviscatur. Ut magis ratio parcat, ipsa ratio in ultionem non cognoscitur: quid ergo faciet voluntas ut superemineat
Ioan.8. 28. charitas? *Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum:* dixit Salvator Iudæis. Plura alibi dixi. Sese novum hominem, utpotè cœlestem exhibet; sed quid in illo latebat, protervitas inimicorum non cognoscit: & in signum virtutis internæ, asserit sanè
Constat qualis virtus in corde, ex condonatione iniuriæ. cognoscendum fore in cruce; quippequàm tunc homo interior cognoscitur, quùm ab inimicis clavis tribulationis crucifigitur. Uulgo: *Entonces se conoce, què virtud hai en el hombre interior, quando los enemigos le ponen en una cruz.* Quis sim in maiore contumelia cognoscetis, cùm fixeritis in cruce: equidem cùm eximiæ sit studium charitatis, non solùm parcere, sed etiam benè velle, insuper benefacere inimicis; eximiam prorsùs videbitis dilectionem, quoniam pro illis haud renuam totum effundere sanguinem. *Tunc.* Non eximium, etsi magnum, decursu temporis conferre inimicis gratiam, quoniam tempus &
Summa charitas, pro inimicis & sanguinem effundere, & in ipsa offensione. tempus à corde expungit iniuriam. *Tunc* in stipite crucis, plusquàm potest cogitari cognoscetis: igitur præ pectoris charitate, inimicis favebo etiam in ipsa offensione. *Tunc* scietis quis sim ego, cùm pependerim in ligno. Filij Dei clarebit gloria, perpetrata in illum gratis indignissimà iniuriâ (constabit ergo Centu-
Matth. 27. 34. rionis voce, vobis dicentis: *Verè filius Dei erat iste*) igitur gloria Dei, etsi taceret Centurionis vox, effundere totum sanguinem venarum, pro reconciliatione inimicorum.

14 Ipse vult trahere per crucem in pectus hostes; sed fugiunt attractionem charitatis. Quàm pravo sint corde, constat ex pectoris flagrantissima fide: siquidem læsus in reconciliationem lædentem quærit; & offensor, cuius interest, gratiam fugit. Sic enim apud Etnicum qüæritur amor, & quia amor, de malo lædentis qüæritur. Propert. 2. *Eleg.* 25. v.18.

Propert. ——— *Immeritâ sustinet aure minas.*
Ultrò contemptus rogat, & peccasse fatetur.
Læsus.

Et læsus lædentis reconciliationem quærere. Altiùs contemptus, læsusque se gessit, qui delinquere non potuit: etenim propter amoris vehementiam non solùm est solicitus in gratiam; sed etiam propter æstuantem nimiam charitatem, etiam despectus ledentis quærit reconciliationem. Huius cum Iuda satagebat Salva- Ioan.13.26
tor; corpusque suum illi dedit, etsi agnosceretur proditor. Quo ergo intuitu ita favetur inimicus homo? Dum corpus Christi manducatur, in corde edentis reponitur: corpusque despectus despicienti tradidit; ut reconciliationi pravi cordis studeret: an quiescet in se versus, à cogitata proditione incogitabili; videns læsum & indignè quiescentem in eius corde. Vividè Hispanicè: *Discurriò, no pudiendo sus finezas atraher el traidor à sì, meterse en su corazon, estrechandose con èl.* Ulteriùs. Corpus Christi inimicus accepit, ceterùm non manducavit. Vide dicta *Tom.1.T.5. D.7. n.11.* Christus cognovit, & post calicis consecrationem, illi sicut & cæteris, sanguinem tradidit. *Matth.* 26. 27. Quod tradiderit in reconciliationem proditori corpus, in charitate tantæ dilectionis, magnum: restabat adhuc in demonstrationem summum: igitur si gratia insignis, in amicitiam procurare despicientem; excessus prorsùs, quod præbuerit pro inimicis inimico proprium sanguinem.

Quanta in Christo solicitudo de reconciliatione peccatorum?

15 Videris Iudæ pravitatem in proposito; equidem secum contendebat venundatus sub peccato. *Post buccellam intro-* Vers. 27.
ivit in eum satanas. In amicitiam Christus inimicum solicitat; sed inimicus diligentem amandat. Gratijs fovet, sed gratias expuit: allicit blandè, sed induratur mulcimine: diciturque, cùm hæc fint, satan eius possidere cor; quoniam

Quò pervenit indurati cordis.

ubi

ubi ſumma dilectio, reſponuere odio; ſuavitati, faſtidio, in amicitiam quæri, & reconciliationem proculcare; in gratiam admitti, & amorem proterere; vendere amicum, ſupplantare beneficum, læſum ſupplicem videre, & nequaquam reſipiſcere; ſolummodò quibat facere perduellis, proditor perfidus, ac homo ſatanæ traditus. Didicit ex Caino hærere ſemel concepto pravo propoſito. Amiſit in numen infidelitatis crimen, ſed nequaquàm cum Numine curat reconciliationem. Deus quærit; ut doceat non læſum, ſed lædentem offenſum debere quærere: & etiam ut conſtaret amor ex demonſtratione gratiæ. At quid ille? Stetit, ſed torvà facie. *Quare* (illi à Domino dicitur) *iratus es? & cur concidit facies tua?* Debebat rubore operire faciem & exprimere mœſtitiam, cùm vidèret Numen læſum illum inquirere in gratiam; ſed oſtendit adiatrephiam perfrictæ frontis, ac pervicaciam improviſsimi pectoris: equidem offendens ſeſe oſtendit in amicitiam offenſum, coram offenſo amico torquendo vultum. Multa in hac didaſcalia eguerunt dialectis Hiſpani idiomatis: *Raro, intolerable deſcoco de un atrevido, malvado; darſe por ofendido, torciendo el roſtro.* Videtur illis, facere beneficium, conferre iniurium; & probra eſſe grata, quippequàm perfert patientia: & quia, ut ait Ovid. *Epiſt.* 16. v. 187. *Utilis interdùm eſt ipſis iniuria paſsis.*

Geneſ. 4. 6.

Et prætervitas mentis.

Ovid.

DIDASCALIA II.

Chriſti vità gloriosá vivit homo mortuus, reſurgit homo ſepultus.

1 INiuria ſanè eius fieret amori; modò homines morte, liberaret à morte, & non incumberet vitæ. Quæ utilitas in ſanguine per diram crucem, ſi deſcenderet de cruce in corporis corruptionem? Hinc Angel. D. 3. *part. q.* 56. *art.* 1. inquit: *Mors Chriſti cauſa deſtructionis mortis noſtræ: reſurrectio verò eſt cauſa reparationis vitæ noſtræ.* Per eius paſsionem naturæ lapſæ univerſum notum gaudium, verùm reſtabat aliud gaudium occultum; quia ut eſſet plenum, per corporis vitam oſtenturus noſtram gloriam. De Samuele quod dicitur, *Indicavit univerſos ſermones, & non abſcondit*; aptè in preſentem gratiam cadit: indicata per paſsionem mors, quæ mortua; verùm vita abſcondebatur in pœna: Chriſtuſque qui univerſa per paſsionem indicavit, gloriam occultam hominibus non abſcondit; quippequàm illo ſurgente, homo qui conſors vitæ, fuit etiam gloriæ. Omnia quæcunque à Patre audivit, nota diſcipulis fecit: cæterum ſubdit emphaſi ſingulari, *Adhuc multa habeo vobis dicere.* Habet multa dicenda, qui dixit omnia? Sanè: locutus fuit de paſsione; ſed reſtabat de gloria ſepulta in cruce: & dum ſurrexit, cunctis dictis, nil abſcondit; quia non ſolùm homo ſolutus à morte, ſed gloriam habuit in acquiſitionem vitæ. De Hercule fictum (uti obſervat Natal. de Comitib. lib. 8. *Mythолog.* cap. 3.) ut Heſionem, barathro ac draconi, ſub forma Ceti, devotam (ideoque cautibus maris catenis adamantinis ligatam) liberaret à morte; in monſtrum adventans totis viribus irruiſſe, atque triumphum, ſepultà vità, de dracone reportaſſe. *Ubi verò Cetus* (inſit) *acceſsiſſet hians, in eius os Hercules irruit: ubi cùm per triduum fuiſſet; ceto diſrupto exijt, & Heſionem liberavit.*

D. Thom. *Chriſti reſurrectio generis humani reparatio*

1. Reg. 3. 38

Ioann. 15. 15. & 16. 12.

Typus agonis triumphique Chriſti.

Nat. Com.

——Non omnia grandior ætas
Quæ fugiamus habet. Seris venit uſus ab annis.

Ovid.

Natura humana (obnoxiè dedita morti ab originaria labe) gemebat infelix, uti abſorvenda à Dracone. Os laci aperuerat fauces, quin captiva poſſet fugere; quippe premebatur noxæ adamantino ligamine. Serpens acceſsit per comitem mortem, ut devoraret quem hominem vidit; ſed medius meritò crepuit: igitur qui mortuos (inter mortuos liber) triduò iacens in ſepulchro; ceto diſrupto, dracone perempto, victor immortalitate exivit, & hominis naturam à morte & catenis liberavit, mundo canente victoriam; dum ille oſtendit glorioſiſsimè naturam, quam invenerat morti ac draconi damnatam.

Homo morte eius liberatur à morte.

Funera viva gerens, vivax in morte cadaver,
Ac ſine morte tamen, vitali morte peremptà
Et rediviva ſalus, reduci per membra vapore
Naſcitur, & calidus repetit vitalia ſenſus.

Dracont.

Dracont. de *Oper. ſex dier.* v. 380. igitur quæ viva humana conditio morieba-tur, morte vitali Aſſertoris in libertatem educitur.

Si-

Matth. 12. 40. 2 *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus; sic erit filius hominis in corde terræ*: dixit Salvator. Historiam Ionæ Herculi tribuerunt Ethnici: adi Salin. *Tom. 2. in Ionam, q. lit. 39. n. 11.* & Sanct. tam hìc à n. 21. quàm in 1. *Mach. 3. 48. n. 44.* Quorsùm ergo collatio Ionæ in ceto viventis & sepulti, cum triumpho ac victoria Salvatoris verè mortui? Claret nova, insignisque victoria morte peremptà. Ni Christus pareretur, in mortem irruendo, mortem; naturæ morienti haudquaquàm concessisset libertatem: & sicut Ionas in ceto, dicitur vivus, cùm in sepulchro esset mortuus; quippequàm (destructà vorante morte, & morte propria suffocato serpente) vità per mortem gloriosà, in gloriam quoque surrexit quæ catenata natura. *Mulier, quid ploras?* dicunt Angeli. *Quia tulerunt Dominum?* Excute ab oculis fletum. Sicut Ionas in ventre ceti, sic Christus intra concava sepulchri; non ergo est in planctum, sed in triumphum: igitur ex mortalitate assumptà immortalitas est nata: ac partà in morte singulari victoria; superflua lachryma.

Christi de morte singularis victoria.

Ioan. 20. 13

Rom. 6. 2. 3 *Consepulti sumus cum Christo in mortem* (ait Paulus) *ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris; ità & nos in novitate vitæ ambulemus.* Christum immortali glorià à morte surrexisse, certum est: verùm difficilè captu, *Ita &, nos.* Quomodò ergo nos feliciter immortales sicut Salvator quùm resurrexit à mortuis? Phœnicem surgentem (ut accinit Claudian. *Epigram. 1. v. 76.*)

Cum illo surrexit homo.

Claudian. *Innumeræ comitantur aves, stipatque volantem.*
Alituum suspensa cohors exercitus ingens.

Vita Christi surrexit sicut Phœnix è tumulo: homo consepultus cum illo: & ita nos translati de morte ad vitam; quippe Christus verus Phœnix surrexit è morte in gloriam. *Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?* Nullo modo. Homo post mortem redigitur planè in cinerem, quo nequit resurrectionis confirmare veritatem: unde cùm gloria Christi homini communicatur, immortalitas glorioſa resurrectionis ostenditur; quippe in homine ex dono resurrectionis, glorioſum iam refulget, quod erat pulvis. Surgentis ergo phœnici constat inconcussa veritas, ubi in pulvere relucet corporis claritas. Perspicuum utique ex hominum immortalitate testimonium: quandoquidem multa corpora Sanctorum, qui dormierunt surrexerunt.

Psal. 29. 10.

4 Fletatur calamus in testimonium Pauli. Non dicit ergo nostram vitam ex cordis halitu, sed ex sepulchro. Hinc non signat vitam nostram, novam vitam; sed acuminis mirà subtilitate, vitam nostram *in novitate vitæ.* Corpus quiescit, si cadaver, in sepulchro: vità verò vivit homo. Sic vivere, haudquaquàm singularitas: vivere è sepulchro, est vitæ novitas, ut quid mirificè singulare: dicitque Paulus non vitam novam, sed novitatem vitæ; quoniam vitæ prorsùm admirabilis novitas, quod ex morte procedat glorioſa vitæ vitalitas. In sepulchro & ex sepulchro floret Christus: floret etiam homo mortuus. Cum illo simul sepultus tanquàm cum Phœnice singulari: & quomodo Christus surrexit, ita & nos mortui in novitate vitæ; quippe novitas summa, ex iniuria data gloria, immortalitas per mortalitatem, vita per mortem. *Ita & nos.* Est misericordia super vitas. Gratiam & gloriam dabit Dominus, ut Christus sit primogenitus in multis fratribus. Dedit per sanguinem vitam gratiæ, per resurrectionem gloriæ; igitur mirabilis splendida immortalitas ipsa vivificabit mortalia corpora nostra. Haud noviter viverent homines, si iacerent pulvis: daturque simul ex Christi resurrectione gloria corpori; ut simus conformes imagini filij sui. Adinstar Phœnicis suscitamur, quippe Christus germinavit sicut Phœnix. Vivere vita non novum: novum sanè vivere per sepulchrum. In sepulchro vita? Clara. Vivere in regione mortis, conditio claret Phœnicis: non singularis vita, ni ita glorioſa: exprimitque Paulus hominum vitalitatem singularem; quippe sequuntur gloria Christum Phœnicem.

Cur Christus surrexit instar Phœnicis?

Etiam homines.

Zeno Ver. 5 *Phœnix* (inquit Zeno Veronensis, serm. de *Resurrect.*) *avis illa pretiosa, resurrectionis evidenter nos edocet iura: cui sepulchrum nidus, illæ favillæ nutrices. Denique post monumentum festo exultat in tumulo non umbra, sed veritas; non imago, sed Phœnix: non alia, sed, quanvis melior, alia; tamen prior ipsà.* Appositè Paulus ait: *Vivo autem, iam non ego: vivit verò in me Christus.* Vita Pauli constabat per vitam Christi. Ipsa & alia, quæ prior ipsà: equidem in vitam gloriæ & novitatem vitæ, vivendo surrexit Paulus; quia primus surrexit Christus. In Christo novitas vitæ est: quomodo Christus surrexit, ita & nos: igi-

Galat. 2. 20.

Resurrectio nostra à Christi resurrectione.

tur

tur Phœnix glorioſus per favillas tormentorum, in ſepulchro invenit immortalitatis nidum. Aſtipulatur Tertullian.

Tertull. de *Reſurrect. carn.* cap. 13.) *Dico* (inſit) *alitem orientis, de ſingularitate famoſum, qui ſemetipſum lubenter funerans renovat, natali fine decedens, atque ſuccedens, iterùm Phœnix. Ubi iam nemo, iterùm ipſe: qui non iam, alius idem, de morte, de funere: :. Multis paſſeribus antiſtare nos Dominus pronunciavit: ſi non & Phœnicibus, nihil magnum.* Cur ergo nil magnum, niſi Phœnicibus? Nihil enim magnitudinis, ſi ſemel intereuntes interirent homines.

Matth. 10. 31.

Ioach. Camer. *Securus moritur, qui ſcit ſe morte renaſci. Mors ea non dici, ſed nova vita poteſt.* Nihil expreſsius, nec ſignatius Phœnice in huiuſmodi cauſam, corporis corruptibilis dicentem gloriam: etenim ſi cæteræ avium oriuntur variè in interitum, feſtivi morimur homines inſtar Phœnicis in ortum. Sepelitur vivus Phœnix & moritur. E ſepulchro de morte ac de funere renaſcitur. Mori claret angoris moleſtiâ, renaſci ex doloris gloria. Cùm Phœnix habeat gloriam renaſcendi in vitam; uti Phœnix homines habent renaſcendi in gloriam: homineſque gloriosâ reſurrectione Salvatoris ſignantur uti Phœnices; quoniam non moriuntur ut intereant, ſed ut immortales floreant: etenim inveniunt vitæ principium, quod pridem mortis ſignaculum.

Iam mors vitalis.

Iob. 19. 25. 6 *Scio enim quòd Redemptor meus vivit, & in noviſsimo die de terra ſurrecturus ſum*: dicit Iobus. Iam enim connotando redemptionem, effuſum oſtendit ſanguinem; qui captivitatis lytrum, & totius generis eleutherium. Vicit ergo Redemptor hominum mortem, per paſſam induens immortalitatem: reſurrecturumque ſe ſimul Iobus cognoſcit, quippe Chriſtus reſurrexit. De terra ſurrecturus: ergo iacet etiam redactus ad terram. Unde ergo ſcit, quòd iam pulvis reduci poſsit in gloriam? Ex Redemptore vivo, qui iacuerat in ſepulchro, Iobi reflorebit caro? Utiquè: reſurrectio Chriſti cauſa patet reſurrectionis noſtræ. Iacebat caro, quoniam non facta redemptio. Iacebat pulvis in pulvere terræ, quouſque Redemptor N. ut Phœnix floruit de funere. Quare cùm gloria qua corpus conſtat, etiam hominibus habeat; gloriosè ſurrecturum ſe ſperat Iobus; quoniam ut Phœnix gloriosè ſurrexit Chriſtus. Noſtra micabat felicitas ex quo in corpore Chriſti naturalis immortalitas; ut ei eſſemus conformes, qui mortis viribus reputabamur ut pulvis, vita novâ immortali, atque novitate vitæ: igitur gloria non tantùm datur hominibus, ſed cadaveribus; quoniam in vitam immortalem corpora haud ſurrectura de vita, ſed de terra. *De terra* alia & eadem, ipſa & alia; conditionis eiuſdem & alterius gloriæ, ob vitæ novitatem, & carni conceſſam incorruptionem: ſiquidem uti Phœnicem comitantur aves, ita Chriſtum florentem ſequuntur homines.

Et vita nova in novitate vitæ.

7 Hinc addit: *Dicebam in nidulo meo moriar, & ſicut palma* (Tertullian. quò ſupr. & Priſci Hebræor. apud Maluend. hìc, *Sicut Phœnix*) *multiplicabo dies.* Nidus eſt quo in vitam accipitur eſſe, nequaquàm quo amittitur deſitione. Quo naſcitur, non quo moritur. Sepulchrum indicium fati, quo ducimur debili fragilitatis conditione. Quomodò ergo ſimul *In nidulo* & *Moriar*? Habet iam ad reſurrectionem exemplar: dicitque meditanter nidulum, ubi nativitas, ſepulchrum ubi mortalitas; quippe ex Chriſti glorioſa reſurrectione, ipſum ſepulchrum principium glorioſæ vitæ. Phœnicem innumeræ ſequuntur aves. *Multo cæterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium*: infit Ioachim. Camerar. *lib.* 3. *Emblem.* 100. Splendor patet undique pulcher, eius qui in tumulo ſpectabatur cadaver. Conveniunt volucres, quæ viderunt finem, ut Solis mirentur avem. Hæc, ut canit Claudianus ubi ſupr. v. 102. vitam mortalem conſecrat; ut pretioſiorem ac diuturniorem obtineat. Vivit per mortem.

Cap. 29. 18. Tertull. *Sepulchrum vitæ principium.* Camerar.

Præbetur origo per cinerem. Claudian.

Avis myſtica exprimit Chriſti reſurrectionis virtutem & veritatem; ſurgente è pulvere homine, Chriſto à ſepulchro ſurgente: ſepulchrumque vocatur nidulus, quo deſcribitur ortus; igitur Iobus qui iam ſepultus multiplicabit dies; quippe Chriſtus Dominus germinavit ſicut Phœnix. Iam per Phœnicem homines Phœnices facti; quoniam gloria immortalis donanda pulveri. Magnum è gloria Chriſti nobis emolumentum: verum ſi non gloria Phœnicis, nihil magnum. Magnum quo ſignaculum mortis origo vitalitatis, cuius ipe gaudet Iobus, dum ſurgit Chriſtus; equidem hominibus dicit nidum, proprium avium; quoniam reſurrectio noſtra profectò adinſtar Phœnicum.

Et vita hominis.

8 Chriſti igitur lucet celſitas & reſurrectionis magnitudo, dum è morte vivit homo: equidem nihil magis celſum, ac ſingulare, quam è morte non ſolùm vivere, ſed gloriosè. Symbolum habuit myſterium, dum viſum in Iona ſingulare miraculum. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus; ſic erit filius hominis in corde terræ*: dixit Aſſertor N. ut vidimus ſupr. Mira ſanè in utroque miraculo ſunt; ſed longè diſtant, ut intelligatur *Sic*. Chriſtus iacuit in ſepulchro non vitali & etiam mortuus: Ionas manſit in ſepulchro vivo vivus.

Matth. 12. 40.

Prudent.

Præceps rotatur, & profundo immergitur,
Exceptus inde belluinis faucibus,
Alvi capacis vivus hauritur ſpecu.

Succinit Prudentius in *Cathemer.* verſ. 1002. Si Chriſtus moritur, & Ionas vivit; quænam inter utrumque ſimilitudo intercedet? Magna & propria. Sic fuit Chriſtus in cavitate ſepulchri, ſicut fuit Ionas in ventre ceti: Ionæque ſepulchrum, Chriſti ſepulchri eſt ſpeculum; quoniam ſi Ionas habuit in ſepulchro vitam, vitalem Chriſtus hauſit è ſepulchro gloriam. Floruit Chriſtus ſicut Phœnix, equidem de funere fulguravit immortalis. Vita ſepulti vitaliter Ionæ, fuit imago ſingularis Chriſti ſepulchri: voces mortis & viventis videntur expellere ſimilitudinem; ſed demonſtrant diſymbolè proprietatem: *Sic*, quanvis intervenit mors: igitur ſi Ionas vivus in ventre ceti ſepelitur, Chriſtus ſepultus ut Phœnix in ipſa morte non moritur.

Chriſtus in ipſa morte non moritur

9 Quid ergo homini ex huiuſmodi glorioſa vitalitete? Innuit Iuvencus lib. 2. *Hiſtor. Evangel.* v. 704. Signa à Phariſeis pro miraculo petita; & cum negantur, conceduntur maiora. Unde Chriſtus alloquitur:

Signa ſibi, rebus ſtabunt ſed ſigna futuris:
Namque Propheta cavo quantum ſub pectore ceti
Temporis abſumpſit; terræ in penetralibus altis

Iuvenc.

Progenies hominis tantùm demerſa manebit.
Adveniet tempus, quùm ſurget reddita vitæ
Gens hominum, proprijs in fletum dedita geſtis.

Graphicè & vividè collatio Chriſti cum Iona; ſed quænam reſurrectionis eius cum natura humana? Quid Chriſti è ſepulchro gloria, ut conditio noſtra è pulvere exurgat reddita vitæ? Effectus ſurgentis è ſepulchro Salvatoris, cùm homines iam ſepeliantur ut Phœnices. *Homines ſemel interibunt* (infit Tertullianus) *avibus Arubiæ de reſurrectione ſecuris?* Surrexit Chriſtus propter nos homines, qui proprijs geſtis iacebamus pulvis: igitur cùm eius gloria ſit noſtra, & à vita manet vita; homo ex ipſo pulvere glorioſiſsimè ſurgit, quia Chriſtus homo è ſepulchro uti Phœnix reſurrexit. Nunquàm propriùs, appoſitiuſvè quàm in huiuſmodi articulo, Pierij Valeriani lepidiſsima obſervatio. Sepulchrum, inquit *lib.* 34. *cap.* 15. ſignificatur per cor. *Conditorium per cordis effigiem exprimere conſueverunt: unde in ſepulchri etiam ſignificationem cor accipiunt.* Sepulchrum ſignum eſt mortis, cor verò vitæ principium & radix: ex contrarijs efformatur proprietas, ut eluceat ſurgente Salvatore noſtra ſingularis felicitas; ſiquidem ſurgit homo, ſurgente Chriſto. Reddita natura vitæ, quæ mancipata indeclinabili morti: ſepulchrumque cordis exprimit ſimilitudinem; quia à ſepulchro Chriſti mortua accepit vitalitatem.

Tertull. *Vita noſtra è Chriſti vita.*

Pier. Val.

Sepulchrum ſymbolum cordis.

10 Duplex mors ſignatur in homine, ſeu mortis effectus duplex, uti diximus, *Tom.* 1. *T.* 3. *D.* 10. *n.* 15-2-*T.* 6. *D.* 7. à *n.* 12. ſcilicet, ubi in cadaver redegerit hominem, atque cadaver in pulverem. Hoccine diſcrimen invenitur paſsim in Scriptura, ut cùm dicitur: *Mortem videre*, non pati: *guſtare mortem*, non bibere: *dormire requieſcere*, ac *ex hoc mundo tranſire*: quaſi naturæ neceſſarius effectus, & in beatitudinem tranſitus. Vide Ioann. 8. 51. 52-11. 11. & 13. 1. Modò ſcrutandum tritum Pauli teſtimonium. *Statutum eſt hominibus ſemel mori.* De vita fragili utcunque certum. Unde Euripides in *Alceſt.* v. 781. *Omnes homines debent mori*: & Horatius lib. 1. *Carmin.* Ode. 28. v. 16. inquit:

Mors iam non mors.

Hebr. 9. 27. Eurip.

Calcanda ſemel via lethi.

Horat.

Verùm aliter ſenſus, ubi mors cadaveris, ſi pulvis; pro cuius libertate mors Chriſti iurè dicitur mors mortis: *Oſee* 13. 14. Si ſiccine duplex mors hominum; qua lege iam ſemel tantùm ſtatutum? Quia Chriſtus ſurrexit glorioſè è tumulo, ſemel duntaxàt moritur homo. Pridem bis, quippe moriebatur, & in pulvere iacebat: modo ſemel, cùm mors halitu vitali privat; quoniam per Chriſti Phœnicis reſurrectionem, etiam in ipſo ſepulchro

Quomodò?

ha-

Tertull. habet immortalitatem. Astruit præfato testimonio Tertullianus: *Homines semel interibunt, avibus Arabiæ de resurrectione securis.* Semel moritur homo, si secura resurrectio: & resurrectione Christi, statutum est hominibus semel mori; quippequàm etsi pulvere influxu mortis gravati, iam non manemus in pulvere. Semel tantùm, etiam præ morte habitantes sepulchrum; quia non tantùm data vita, sed etiam gloria, ex gloria atque vita resurgentis, queis cadaverum pulvis iam non pulvis: etenim ni Christus Phœnix glorioſus extra sepulchrum, bis homines morerentur.

Gen. 2. 17. 11 *Morte morieris*, pro pœna fulminatur Adamo. Ubi fracta lex, duplex objicitur mors. O infelix Adamus! Sedenim

Iob. 29. 18. quid dicit Iobus? *In nidulo meo moriar.* Semel tantùm. Cur ergo semel Iobo, & bis Adamo? In Adamo invicta persistit mors; equidem nec exprimit resurrectionis spem. Aliter moritur Iobus, igitur *de Terra*, ut vidimus, *surrecturus.* Uterque moritur: utriusque cadaver sepelitur. Adamus pulvis est, & in pulverem revertitur: pulverem Iobus ad vitam revocat, quippe dies instar Phœnicis multiplicat. Bis moritur qui pulvis in se-

Spe resurrectionis mors vitalis. pulchro iacet, semel qui è pulvere sepulchrali floreſcit: Iobusque adhuc vivit in morte, Adamo iacente in pulvere; igitur qui pulvis, moriendo moritur; & qui non pulvis, etiam moriendo renascitur. Adamus moriendo moritur: Iobus verò sine morte morietur; quippe non mors, sed vita dicenda, dum uti Phœnix cadaver exurgit è sepultura. Bina mors insurgit in hominem, morte redactum ad pulverem. Prima, quia corpori adimitur vita: secunda, quia etiam deletur cadaveris forma: & morte Adamus moriendo moritur, ubi in pulverem redigitur; quippequàm à secunda morte homo nullatenùs liber, quando post intrusam mortem etiam moritur cadaver. Sepulchrum falsum dicitur Phœnicis.

Claudian. *Falsisque sepulchris*
Natalis habitare vires.

Sepulchrum Phœnicis falsum. Apparente Christo Phœnice in gloria, vitam habent vel cadavera. Mors natalis habet vires, in funere hominis. Quid mirum, si cadaveri decus glorioſum; sepulchrum falsum, vel fictum?

12 Sol apud Ægyptios dicitur avis, quæ dicitur Phœnix. Vide Horum *lib.* 1. cap. 33. & Scaliger. *contr. Cardan.* cap. 233. Unde Alapide in *Michæam*, 4. 2. in-

fit: *Unicum dixerunt esse phœnicem, quia unicus est Sol in mundo; atque interire & renasci, quia Sol occidens vesperé, manè rursus oritur, & quasi resurgit iuxta illud Ovidianum, lib. 15. Metam. fab. 38.* Alapid.

Una est, quæ reparet, seque ipsa resemi-net ales. Ovid.

Phœnix est symbolum Solis, Solque Phœnicis. Phœnix Solis, quippe speciositate Sol inter aves. Sol Phœnicis, quoniam ortu & interitu Phœnix micat inter luces. Ita præstant indistinguibili similitudine; ut omninò indiscreti, præter quàm ratione loci. Sol nascitur, moritur & renascitur in cœlo: Phœnix nascitur, moritur & renascitur in nidulo: hoccine cœlo exurgentis Phœnicis, & cœlo nido orientis fulgidè Solis. Aspicere Phœnicem, est videre in terris Solem: videre Solem, intueri in cœlis Phœnicem: hinc dum Iustitiæ Sol renascitur, Phœnix exponitur; quoniam si Sol apparet, iam Phœnix fulget. *Cur Sol Phœnix & econtrà?*

13 Qui cognoverunt Dominum, & eius de mortalitate triumphum, redeuntes ex Emmaus, in urbem Ierusalem; *Invenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes: Quòd surrexit Dominus verè.* Unde constat verè? Luc. 24. 34.

Dicemus latè *Tom. 7. Taut. 2. n. 11. & 14.* Constat verè, ex introeuntium narratione: equidem narraverunt, evanescente ab eorum oculis, *quomodò cognoverunt eum in fractione panis.* Per fractionem panis significari Eucharistiam, claret ex Paulo, 1. *Cor.* 10. 16. dicente: *Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?* Ita etiam asserunt Expositores. Cur ergo Christus immortalis facie ad faciem non agnitus à discipulis, & illum cognoverunt in fractione dati panis? Si quia peregrinus, magis peregrinus in Eucharistia, ubi alius substantiæ objciuntur accidentia: quapropter Angelicus Doctor *Opuscul.* 57. inquit: *Visibile invisibiliter sumitur alienâ specie occultatum.* Unde clarior eius gloria constabit ex Eucharistia? Facilis expositio. Christus Dominus glorioſus in augusto Sacramento. Si non resurrexisset in Sacramento tunc glorioſus non maneret. Esset tunc in speciebus sacramentalibus, sicut erat in sepulchro sacrum corpus. Ostendere discipulis voluit gloriam, & in fidem resurrectionis præbuit illis Eucharistiam: equidem si corpus in Sacramento, glorioſus iam sur-

Vers. 35. D. Thom. *Ex sacramento altaris constat gloria resurgentis.*

rexerat è sepulchro. Gloriam novam cognoverunt, quando de mensa sacra corpus glorioſum participarunt. Christus fulget uti Sol in altari, Phœnix oriens floret è nido sepulchri. Idem Sol oriens atque Phœnix resurgens: & cognoscentes Solem in Sacramento, cognoverunt Phœnicem surrexisse de sepulchro. Veré surrexit, qui ut Phœnix surgit. Quod summè novum difficulter credibile: unde existimabant discipuli se visum videre. Quæ videbant, mirabantur, negantes fidem oculis, & præ gaudio non credentes. Alia firmanda specie, quæ dubij cernebant oculi: & in Eucharistia se exposuit orientem Solem; ut eius resurrectionem cognoscerent per Phœnicem. Alia occurrunt, verùm alibi.

14 Sedenim præterire non possum observationem Plinij. Surrectionem Phœnicis in vitam novam incipere ait, *lib.* 10. *cap.* 2. *Quo die signum Arietis Sol intraverit.* Signum Arietis immolati est venerabile Sacramentum Eucharistiæ. Ibi Christus glorioſus, immortalitate donatus. Hac fide imbuendi discipuli vivaci simili specie: cognoscituruque in fractione panis, quando immortalis objcitur oculis; quippequàm Sole intrante in signum sacrum Arietis, iam resurrectio Phœnicis. Phœnix novus, formâ priori similis oritur: *Pater, oriente mox Sole, moritur, novo pullo in regna sua transmigrante*: inquit Pier. Valerian. *lib.* 20. cap. 1.

Plin. *Quando renovatio Phœnicis?*

Pier. Val.

Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas.

Ovid.

Omnia destruitis, vitiataque dentibus ævi. Quæritur Ovidius quò dudùm, *fab.* 3. Christus, qui ab Adamo (Phœnice mortali) in similitudinem eius factus, Phœnix novus; dum ille transgressione in conditionem descendit morientem; surrexit in spiritum vivificantem. Invidiosa vetustas excogitavit speciem, verùm ignoravit proprietatem. Adam Phœnix homo vetus: Christus, similis priori, Phœnix & homo novus. Oriente Sole videnda mirabilia, ut acciperet vetus per novum, quæque amiserat regna; cui impossibilis restitutio, ni moreretur peccato: orienteque Sole vetus Adam Phœnix moritur, dum Phœnix novus è sepulchro renascitur; quippe dum floreus gloriosè surrexit Christus, instar Phœnicis resurrexit Adamus. Qui portamus imaginem primi, terreni fragilis; iam secundi portamus imaginem immortalis & cœlestis; ut qui terreni è terreno iam non terreni, gloria participata dignatione ac dignitate secundi. Hic lambit tribulationum fugitivam aquam, ut ex victoria perveniret in gloriam: exaltavitque caput mirà glorificatione; quoniam abundè è cruce se potavit de torrente: verùm cùm gloriam haud quæreret sibi, sed iacenti homini; ex gloria resurrectionis homines surrexerunt instar Phœnicis. Mortem Christus destruxit, &

Hominis resurrectio à Christo glorioso.

Iudic. 7. 5.

Spes vitæ cum Sole redit.

Iuvenal.

DIDASCALIA III.

Vitia confiteri, sanitatis indicium est.

1 AIt Seneca, *Epist.* 53. Multa enim ægri patiuntur, quia uti mala non cognoscunt: equidem reciperent sanitatem; si mala patientes, ut mala confiterentur. Haud facilè valebit, qui morbum diligit, & curari renuit.

Senec.

Omnes humanos sanat medicina dolores
Solus amor morbi non amat Artificem.

Propert.

Ideſt, medicum: ut canit Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 1. v. 57. Longè abest cor à salute, ubi amor morbi: repellitque medicum, qui se dolentem non cognoscit ægrotum: igitur ope medici carebit, ni dixerit quo laboret. *Quanta nos vitiorum nostrorum oblivio sequitur, etiam corporalium* (subdit Stoicus) *quæ subindé admonent sui; nedùm illorum, quæ eó magis latent, quó maiora sunt. Necesse est fateri. Contrà evenit in ijs morbis, quibus afficiuntur animi. Quo quis peius se habet, minus sentit.* Hinc dolorum non amant expulsorem archiatrum, quoniam præ vulnerum multitudine nec habent sensum: perspicuoque periculo vitæ, dolori consulunt & nequaquam sanitati; equidem prævalebit ægritudinis labor, quia de tanto dolore nullus est dolor. *In morbis acutis* (ait Hippocrates lib. 7. Aphorism. 1.) *Frigus partium extremarum, malum.* Malum refrigerium? Refrigerium est acuti morbi lethalis indicium. *Magnis accidit* (subdit hìc Leonicen.) *viscerum inflammationibus: ijs viscera peruruntur, extremæ autem partes frigescunt.* Malum & pessimum, quod apparet uti bonum: equidem sine læsione esse internà manifestant exteriora, dum sunt inflammata viscera. Haud aliter

Longè cor à salute, ubi amor morbi.

Senec.

Quò quis peius se habet, minùs sentit.

Hippocr.

Leonicen.

ter usuvenit in morbis animi, affecti putris prurigine vomicæ, qua peiùs se habet, qui non sentit; & symptomata latent intra cor, quo maiora in perniciem sunt: igitur extrema sine dolore altè patientis frigescunt, cum inflammatione viscerum. Qui habet spem restituendi in sanitatem, satagit in labia propulsare febrem; ut indicent usta per pulsus extrema etiam inflammata viscera: equidem cùm patulum malum sit sanitatis indicium, tunc febris peccati absconditur quùm febris latens ostenditur.

Et virus abscondit.

2 De Samuele exponente pœnam & & peccata Heli, dicitur: *Indicavit ei universos sermones, & non abscondit ab eo.* Si universum indicatum, nihil absconditum. Aliter in confessione pro remissione peccati: diciturque de Samuele, nequicquam abscondisse, & universa indicasse; quippe in sanitatem animæ absconditur, quicquid peccator indicando confitetur. 1. Reg. 3. 18.

——Magna est medicina fateri,
Quod nocet abscondi: quoniam sua vulnera nutrit
Qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti.

Sedul.

Succinit Sedulius, *lib.* 4. à v. 76. & Gregor. Magn. Homil. 40. in *Evangel.* subdit: *Virus peccati salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mente*: confessioneque vulnus quod non absconditum tectum, atque sanitati restitutum; quoniam ita è cœlo promptum iuvamen, ut in salutem expectet vulneris explicationem. Latro illicò ut æger pro salute clamavit, vulnera ostendit; veniam & sanitatem obtinuit. Applicat Deus manum auri, si quis loquitur voce exili: etenim actutum porrigit manum auxiliatricem, modo audierit dolentis aliquomodò vocem. Ut sanet inclinat aurem. *O quàm sublimis latronis confessio* (inquit Bernard. de *Divers.* serm. 40.) *per quam de patibulo ad regnum, de terra ad cœlum, de cruce ad paradisum ascendit. Intueor latronem se accusantem, Christum excusantem, & Dominum promittentem. Hæc duo ita sibi invicem coniuncta sunt; ut cognoscere se non possit nisi pœniteat: pœnitere non possit nisi se cognoscat.* Unde ut absondantur peccata, & cordis sanentur vulnera; à crimine debet esse compunctio, à pœnitentia afflictio, & à conscientia confessio. Unde Bugnotius in illud Benedicti *Regul. S.* cap. 7. grad. 5. *Iniustitias meas non operui*; succinit:

Greg. Mag.

Confessione nota cordis plaga, cui quæritur medicina.

Luc. 23. 43.

Bernard.

Latronis in cruce confessio insignis.

S. Bened.

Sic tibi Summe Deus, facillique bonoque fatebor
Vulnera, vulneribus quó medeare meis.

Gabr. Bugnot.

3 Mors peccatorum pessima, cuius exemplum habent in Antiocho Epiphane, damnato (ut causa exigebat) cum confessione & sine confessione. *Apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta*; quæ contracta ab eius nimis insolenti malitia: *hinc cœpit ad agnitionem sui venire, divinâ admonitus plagâ. Orabat hic sceleslus Dominum, á quo non esset misericordiam consecuturus.* Si Dominus præstabilis super peccatorum malitia, quo pacto in dolorem confitentis Antiochi non prompta misericordia? An quia dolor eius ex dolore viscerum, & nequaquàm peccatorum? Asserit D. Thom. *3. p. q. 86. art. 1. ad 1.* Aliam verò causam indicat Textus: gravabatur amarissimis tormentis, cum pœnitudine cordis, cognoscentis huiusmodi cruciaminum dotem à peccatis emanare, cuius vita replebatur torminum amaritudine; Torquebatur ut resipisceret, & doluit; *licèt ille nullo modo à sua malitia cessaret.* Ut inveniatur dolore & confessione divina clementia, his debet à corde amandari malitia: & Dominum clementem exorat in pietatem sceleslus, à quo non erat gratiam consecuturus; quippe vel in clementissimo nec species est clementiæ, dum viget malitia in corde. Salutem corporis à Domino deposcebat; ut magis offenderet cuius gratiam expectabat, sine emendationis proposito (etsi adesset criminum cognitio, atque etiam iniquitatum confessio) imò totum pondus malitiæ servabatur in mente; ut perficeret corpore valido, quod cogitabat impius in corpore moribundo: & cùm non sat in gratiam voces doloris & pœnitentiæ, sine cordis pœnitudine; nequibat obtinere misericordiam, habens in corde detestabilem malitiam: etenim enixè efflagitabat ac vaferrimè salutem, eo tempore quo cupiebat totam Dei frangere legem.

2. Mach. 9. 5.

Vers. 11. & 13.

Fallax ad Deum conversio & pœnitudo.

Vers. 6.

Non sat vox pœnitentiæ sine cordis contritione.

4 Hinc dicitur vel Deum implorans, *Sceleslus*: ideslt, impius, flagitiosus. Sceleslti, flagitiosi & impij accedunt, ut mundentur, ad confessionem; cordis percussione pectoris exprimentes pœnitudinem: at nequaquàm persistunt in confessione sceleslti, implorantes Dei pietatem; ut eius gratiâ possint consequi salutem: hìcque crimina, obsecrans, planè fassus, dicitur iurè malignus & sce-

leſtus ; quippequàm pectore ſervabat pravè malitiam , dum præ viſcerum dolore petebat miſericordiam. Claret confeſsio criminum nulla , confeſsione peractâ , gliſcente dolore viſcerum , ſine ulla remiſsione peccatorum : equidem cùm tabeſcat pectus , ni exeat à præcordijs virus ; foris gravis fœtet anima , quippe inter viſcera putrida. Ulcus quod hic ſceleſtus patiebatur in corpore , erat clarum ſpeculum vulneris animæ. Percuſſus fuit *inſanabili & inviſibili plagâ*. Haud aliter animæ vulnera facta concupiſcentijs, voluptatis atque vitiorum ſagittis : equidem cùm quæ confeſſa videantur in medicamen , & non confeſſa abſcondantur, ut pateſcant in perniciem , quia ſunt maiora , ſi latent ; vulnus internum dicitur inſanabile , quoniam vulnus inviſibile : igitur in plaga interna criminum maior plaga , quia in confeſsione ſalutis ad ſalutem non oſtenſa. Peccatum ſimile viperæ Pauli. In illo eſt virus & morſus. Paulum vipera momordit , ſed veneno non intumuit. Indicat in articulo , quid exequi debeat morſus à crimine virulento. *Excutiens beſtiam in ignem , nihil mali paſſus eſt*. En vulnus peccati & ſalus. Si invaſit , ſi conſenſu momordit; ne toxico noceat, animus illicò excutiat: igitur nihil ex morſu prævalebit veneni , ſi adſit ſtudium , quamprimùm per confeſsionem excutere. Virus ingenitum denti viperæ , ſicut cuilibet peccato lethali. Alij morſu intumeſcunt , quippe vulnus modò inviſibile , non ſanabile. Alij vel icti reſtituuntur in ſalutem , delentes dolore cordis dolorem : igitur actutùm ſentientes ictum , confeſsione oſtenderunt viperæ morſum. Huius ſanè virus comes, ſed confeſsio cohibuit effectum malignitatis : quandoquidem nil mali ex veneno patitur, etſi à vipera criminis morſus; qui per confeſsionem peccati è pectore vomit virus. Vulnus Antiochi erat vulnere maius , quod occultè in morte fovebat pectus. In ſalutem abſconderet , modò oſtenderet : ſed fugit ſanitas & in viſcera ſerpſit contagioſa malignitas ; factâ plagâ inſanabili ex inviſibili: etenim claruit horribili morte , veneni quantum latitabat in pectore.

Peccata occulta inſanabilia.

Verſ. 5.

Act. 28. 5.

Crimen exſtatitur confeſsione.

Maius periculum à nõ manifeſtatione , quàm à vulnere.

5 Huius peccatoris ſtatus confertur bombardæ , pulvere tormentario refertæ, ſed clavo confixæ , cuius os obſtructum, concepto æſtu per igniarium. Adi Henric. Engelgrave , *Domic. 3. Quadrageſ.* equidem cùm quà exeat tantum molimen,non habeat ; in ſui damnum proprijs viribus crepat. Quicquid occultè continet , in hoſtes utique præparatum ; & in ſe vertit fervens ; quippe os occluſum. Non ſecùs humanum pectus , quod gravat uſque ad os criminum pondus ; quod quidem (in contritionem igne doloris à concientia concepto) hoſtium animæ quibat eſſe vaſtatio : verùm cùm os obturetur , quo pondus criminum ignis impulſu excutiatur ; intendentis expellere quod viſcera gravat , pectus in animæ ruinam miſerabiliter crepat : quandoquidem vel morte (cruciaminibus , quibus rumpuntur) cogitatâ vel visâ , nequeunt vel nolunt aperire labia. Conſtet ergo animæ ex confeſsione ſanitas , vel ex omiſsione inſanabilis infirmitas ; ut clareat quantum noceat, &

Symbolum in bombarda.

Quid proſit delicta fateri. Ovid.

6 Prævaricati ſunt filij Iſraël, adorantes Baâlim & Aſtaroth. Reconciliare Deo vero intendit Samuel , illoſque iubet univerſa idola expellere , corda ad Dominum dirigere , & criminum pœnitere , ut poſsint ſuperare ingruentes hoſtes , quorum proprijs flagitijs auxerunt vires : equidem nulla illis nocebit inimicorum adverſitas , modò nulla illorum cordibus dominetur iniquitas. Res ita facta. Congregati ſunt & qui adhuc idola adoraverant & qui ſpreverant , *& convenerunt in Maſphath : hauſeruntque aquam , & effuderunt in conſpectu Domini , & ieiunaverunt in die illa , atque dixerunt ibi : peccavimus Domino.* Cuncta ſtrictim exponenda , quippe in formam legitimæ confeſsionis neceſſaria. Facta eſt ergo criminum confeſsio , dicentibus , *Peccavimus Domino* ; poſtquàm idola abiecerunt , & peccati occaſionem proculcarunt : equidem minimè dolet, nec pœnitet confitendo crimen ; qui ſecum ducit criminis & proximam occaſionem. Confeſsi ſunt crimina , ex dolore obortâ lachrymâ, ieiunantes *in conſpectu Domini*. Cur Dei tunc dicitur conſpectus, ſi illi ubique cuncta clara ? Ad huiuſmodi obſequia , ex toto corde abiecerunt idola : illiſque abdictis , Deum dicit textus vidiſſe , quæque in exterminium cogitaverunt peccati ; igitur cum criminum occaſione , pendit nihili lachrymas , confeſsionem , ieiunia , dolorem & pœnitudinem. Abijciendum eſt à pectore , quod abominatur ore : quandoquidem Numen ieiunijs non placat , qui ſervat corde propter quæ ieiunat. Excuteret ſanè crimen,

1. Reg. 7. 6.

Cum peccati occaſione mala confeſsio.

ſi

si ex illo haberet dolorem. Non sunt pœnitentia tantùm pœnitentiæ signa : & Deus verè pœnitentium ieiunium, & fletum vidit ; quoniam non signa sed pœnitudo placuit.

7 *Hauserunt aquam* : dicitur. Unde ergo ? E pectore, doloris indice. Plorarunt idolorum adorationem, quæ illos in illam deduxerunt perniciem : criminum ex corde protulerunt confessionem, pectore contrito, ac abiurato peccato : daturque à Numine gratia, visa illorum pœnitentiâ ; quippe utut hominum videt, cor contritum & humiliatum non despicit. Lachrymis in clementiam trahitur, dum ab illo figmentum nostrum cognoscitur. Liquefactum ita ibi pœnitentium cor, ut Deus auxiliaretur sic afflictum Israël : & pro *Corda effuderunt in veniam*, dicitur, effudisse coram Domino aquam ; igitur illorum de peccato tantus dolor, tanta pœnitudo, in vera contritione & pœnitentia ; ut non viderentur ex cordibus trita corda, sed tantùm lachryma. Profuit illis oris ita confessio, ubi cordis dolentis tanta contritio. Pende *In die illa & Ibi*. Iam enim micat in signis pœnitentiæ, eorum officium, qui adhuc in urgentia servabant in corde idolum. Odio sanè habendum crimen propter crimen, & offensum Numen : diciturque ibi plorasse, qui simulachra adhuc habebant in corde ; ut illorum pœnitentia, vel plorantibus oculis pateret falsa : igitur quorum ibi abundè plorabant oculi, foris idola quæ reliquerunt, amplexi. Hinc plorarunt, ac ieiunaverunt non ex, sed *in die illa* : siquidem non aversantes crimen propter crimen, sed propter peccatorum intra viscera cruciamen ; arripitur denuò idolorum occasio, cùm præterierit afflictio.

Cordis lachrymis cõprobatur pœnitentia.

Unde dolor verus & falsus?

8 Aliter aqua effusa in conspectu Domini à DD. maximè Rabbinis accipitur. Audi ex illorum sententia Hieronym. *Hìc idolatræ* (infit in *Tradition.* super 1. Reg. 7.) *hac aquâ probati sunt : hi videlicèt, qui se idola coluisse, penitùs denegabant. Tradunt enim quòd quicunque idololatra hanc aquam gustasset, labia eius ita sibi adhærerent, ut nequaquàm ea ab invicem idololatra separare posset. Hoc indicio idololatra deprehendebatur & interficiebatur : quod & sequentia demonstrant in eo quod ait : Iudicavit Samuel filios Israël in Maspha. Iudicare in hoc loco idololatras secundum legem, morti tradere intelligendum est. Dicunt etiam, quòd Moyses hoc modo idololatras, qui sibi vitulum fecerant, probaverit, quando arripuit vitulum & combusit, & contritum usque ad pulverem, sparsit in aquam ; & dedit ex eo potum filijs Israël.* Idem videris apud Rabb. Salomon. & Ionath. Lyran. Rupert. Delr. 4. *Disquisit. magic.* lib. 4. sect. 4. Sanct. & Petr. Comestor. *cap.* 9. qui addit : *Quidam asserunt, Samuelem quoddam idolum redegisse ad pulverem, & mistum dedisse populo ad bibendum, & in barbis eorum indicasse reos idololatriæ à non reis sicut quondam fecit Moyses.* Ipsum peccatum obnoxijs pœnæ ostendebat remedium, vel effugium ; dum properabat in os, ut confessione inesset aliqua remissionis spes. Signum in labijs, signum erat mortis in idololatris : verùm maluerunt perire, quàm peccatum confiteri. Capitones & cervicosi protervè defendunt factum, vel negant auctorati commissum, ruborem resumentes, quem reliquerunt peccantes : equidem ita addicti malo genio, ita mancipati diabolo, pro commissione & defensione criminis ; quòd non habentes excusationes in peccatis, in illorum negatione persistant, quantunvis peccata prodeant. Hoc inolitum habet obcæcationis crimen, etsi viderint coram oculis necem : equidem nequaquàm confitebuntur, quanvis dirè interficiantur. Vernaculè : *Aunque los maten.* Pœnas luent, qui noluerunt facilè effugere pœnas, per confessionis pœnitudinem & lachrymas. Confessione profectò absconderent, quod abscondere non valent, facie signante quicquid admissum à corde : equidem minimè crimen prodiret in faciem, si criminis cogitati cogitarent confessionem. Æquivocè, sed vigilantiùs dialecto Hispanâ : *No confessar la culpa, los salió á la cara.*

Hieron.

Quæ aqua idoli?

Petr. Com.

Peccatorì durissima confessio peccati.

9 Biberunt igitur, qui deliquerant, aquam idoli ; & labia nequibant ab invicem separari. Hoc primus effectus criminis, & officium dæmonis, dum peccatum sedet in occulto cordis : etenim cùm necesse sit labia aperire ; ut possint crimina confiteri ; labia claudunt studio, ut permaneant in peccato : igitur fugerent latentia in perniciem crimina, si in confessionem aperirent labia. Non essent in labijs ad mortem, modò in labijs essent ad animæ sanitatem. Patescunt, quippe absconduntur : & absconduntur quæque confessa patescunt ; quin peccatores considerent, esse venena quæ latent : igitur cul-

Peccata tacere proculdubiò pernicie.

culto idolo, & ſimul ſtrictò gladio, obijci labijs occluſis; proculdubiò ſignum mortis. Uſque in hanc qui cuncta voluptatum adorarunt idola, ſervant confeſſionis verba; ſed hærentia labia inveniunt, ubi in confeſsionem perciti converti volunt, iuſtiſsimo Dei iudicio cauſam iuſtificantis, pro adoratis vitiorum univerſis idolis, ſine ulla in converſionem motione, neque cura de ſalute: equidem cùm noluerint valentes labijs aperire crimina, volentes in mortis hora nequeunt aperire labia. Accidit illis in mortis expectatione ad expulſionem peccati, quod bibentibus aquam diſſecti idoli. Dantur in aqua ſimulachra voluptatis, ut plorentur illorum adorationes; quia nihil traxit ſecum inſidioſa voluptas, niſi pectori ſpinas, oculis lachrymas. Hæ diluunt crimina opportunà confeſsione, ſine expectatione mortis, quæ planè nihili: equidem quùm labia claudunt; morte ipsà ante oculos, qui expectarunt, nihil dicunt. Non cogitant pro peccato, foto adhuc in corde idolo, cuius malitià nequeunt aperire labia. Unde cùm tempore dato prætermittatur confeſsio, ex qua ſalvatio; tempore mortis nil ſentiunt, & ſine expectata confeſsione moriuntur.

Claudantur voto in mortis periculo.

10 Celebrata, cultaque ab Ethniciſmo *Fortuna virilis*, de qua egimus in *Ephemerid.* 1. April. Cauſa plauſus, erat oſtenſos Deæ operire defectus; ut illa propitia mirabiliter præſtaret; quod ſi quid vitij, etiam videntes lateret: pro qua utique gratia nudo pectore apparebant coram Dea. Ovid. 4. *Faſtor.* à v. 147.

Quæ & quorsũ Fortuna virilis?

Accipit ille locus poſito velamine cunctas,
Et vitium nudi corporis omne videt,
Ut tegat hoc, celetque.

Ovid.

Quod de vitijs corporis ridiculè excogitatum, coram vero Numine de vitijs animi miramur ut verum; quippe divina perficit gratia, quæ nequibat vana penitùs præſtare Fortuna: equidem vitia quæ viderant oculi, evaneſcunt actutùm nudo pectore; ſufficiente confeſsione peccatorum, ut illorum appareret nec veſtigium. Idem 6. *Metamorph.* fab. 1. monet peccatricem (ut vitium obſcuret Numen)

Evaneſcunt peccata confeſſa.

Cede Deæ, veniamque tuis temeraria dictis
Supplice voce roga; veniam dabit illa roganti.

Idem.

Etenim nil magis in iram commovet cordis pietatem; quam cervicosè, arroganter, pravè defendere crimen: maximè cùm evaneſcant vitia, modò ſint nuda coram Numine corda. Peccaſſe fatetur Publicanus, inficiatur Phariſæus. Vidit Deus huius crimina occulta, illiuſque delevit oſtenſa: igitur cùm demonſtraret, nulli apparuerunt defectus; quia in domum ſuam deſcendit iuſtificatus. Apparuit nudo pectore, qui dixit Salvatori: *Domine ſi vis; potes me mundare.* Se confeſſus eſt leproſum, & Ieſus in auxilium extendit manum; ſiquidem vitium coram oculis oculos fugit, ſimul ac illud coram Numine oſtendit. *Confeſtim mundata eſt lepra eius.* Statim? Utique. Conditio accedentium nudo corde: etenim vitio animæ evaneſcente, adhibito ex confeſsione velamine; nulla intercedit diſtantia inter vitiorum notam, ac vitiorum, quæ latebant, fugam. Si nudum pectus, iungitur cuicunque vulneri ſalus; nocentque viſceribus vulnera criminum, quia in ſalutem ſervatur altum ſilentium.

Luc. 18. 14. Matth. 8. 2.

Et ſtatim.

Verſ. 3.

11 Interrogatus quidam de plagis impoſitis; reſpondit: *His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me.* Multa occurrunt diſcutienda. Primum, reſponſio extra interrogationis propoſitum; igitur interrogatur de vulneribus; & ille dicit, unde plagatus. Inquiritur *Quid ſunt plagæ & Iſtæ*; illeque dicit, A quibus. Obex, elucet, veræ criminum confeſsioni, in confeſsione vulnerum: equidem dicit A quibus, interrogatus de proprijs vulneribus; quoniam nonnulli ita in confeſsione ſtolidi; ut non ſua oſtendant in vulneribus vulnera, ſed tantum ab alijs facta. In plagis congruit dicere *Quæ quæ*: quales prorſum & *Quid ſunt*: inſuper *Plagæ iſtæ* vulnerum, & nequaquàm plagæ aliorum: & ille dicit, à quibus ſaucius per flexus & reflexus, nolens latens in corde plagarum promere virus: quandoquidem vel in confeſsione philautiæ tanta protervitas, ut renuant confiteri plagas proprias uti plagas: lubitòque ſine quæſtione in linguæ cuſpide habent, quicquid alij vel fecerint vel non fecerint. Hoccine plerunque vitium fœminarum: aliud profectò non minùs grave bardorum, Nabucho ſimilium. Hic urgebat interpretes, illius capitis vacui dicere cogitationes. Illi dixerunt: *Dic ſomnium ſervis tuis, & interpretationem eius indicabimus.* Ut dicamus, dic. Quid ille? *Sermo receſsit á me.* Quod videtur dignitatis auctoritas, elucet riſibilis ſtoliditas: cui quidem non abſimilis ſtoliditas pœni-

Confeſtio lingua dicra, futilis & fatua.

Zach. 13. 6.

Dan. 2. 4. 5.

tium, equuleus confessariorum : equidem quùm dicunt *Dic*, respondetur in tormentum, *Sermo recessit à me : haud reminiscor.* Hinc iudicum huius tribunalis angor : igitur ita bardi in peccatorum confessione iacent, ut necessarium confessarijs, quòd divinent.

Quæ rusticæ?

12 Secundò inquirendum sese offert de qualitate vulnerum, facta motione plagarum. *Quid sunt plagæ istæ?* interrogatur ; *& his plagatus sum* : respondetur. Plagæ (fas sit dicere) non plagant, sicut nec vulnera vulnerant. Cur igitur si ab illis non vulneratus, plagatus à plagis dicitur? Plagæ hæ quæ apparebant in corpore, plagarum indicium animæ : equidem sæpe vulneratur corpus, quippe æger animus. Non ut propria confitetur crimina, quæ cordis vulnera : haud ostendit, quod visceribus nocet. A peccato anima icitur, cuius vulnus ostensione aboletur. Est vulnus animæ à peccato & à vulneris silentio : & dum servat, quin cognoscere velit propria, intra pectus, dicitur plagis plagatus ; quoniam etiam vulnerant ipsa criminum vulnera, si non confessa. Ni vulnera manifestentur, viscera vulnerata corrumpunt. Vulnus est percussione peccati, & etiam vulnus à vulneris corruptione. Vulnus cognitum est sanitatis indicium, quippe inquiritur ad sanitatem pœnitudine remedium: haud dolet anima, quando vulnus incognitum. Unde cùm cor celet vulnera, in vulnus, si sunt abscondita ; in damnum cordis, plagæ quæ inflictæ percutiuntur à plagis : siquidem qui criminum fovent in pectore virus, vulnere vulnerantur & à vulneribus. Claret in his qui peccata abscondunt, dum peccata confitentur. Plagantur plagis in ipsa medicina confessionis, ex qua salus, quam protervè peccator vertit in virus: quare cùm in deterius vergant, quæ abstrusa gravant; qui tacet, non solùm vulneratur à crimine, sed à vulnere : igitur nequaquàm ultra vulnus vulnerarent, si confitentes ritè vulnera dicerent.

Defectus valetudinis ab animæ plagis.

Vulnera peccatorũ quomodò vulnerent?

13 Quia coram Deo noluit nudo pectore animæ aperire vitium, apparuerunt plagæ in medio manuum suarum. Haud inveniret si ostenderet : igitur tunc magis manifestantur, dum absconduntur. *Non vives* (dicitur ei) *quia mendacium locutus es in nomine Domini.* Sufficeret ei pro pœna, infeliciter mori, ubi alij sortiuntur vivere : at non moritur ob mendacium locutum, sed quia locutus est in Dei nomine mendacium. Mentiri in nomine Dei contingit, dum in confessione crimen peccator abscondit ; cuius manifestatione liberaretur à lethifero vulnere : moriturque per vulnerum mendacium, qui salvaretur confessione vulnerum ; ut eluceat quàm miserè moriatur, qui sponte celat peccata : equidem lamentabilis miseria, ibi ubi excutitur etiam gravissima infirmitas, inveniisse in dolorem plagas & plagas. Tacet quasi sepulta pectore evanescerent, vel sanari saltem possent ; cùm à vulnere sit plaga ultra quam fecerat culpa : igitur si vulnus, vulnera non cognoscere ; altius, scire & in salutem tacere. Unde si plagæ ex vulnere, & vulnerant etiam plagæ ; qui non cognoscitur, vel renuit cognosci infirmus, quò magis plagas abscondit, apparet magis plagatus. Facilè excusando deleret, si se accusaret : etenim ut ait Iacob. Biblius in *Antholog. sacris*:

Mentiri in confessione, quàm grave.

Nam sese excusat, quicunque accusat; inultum
Et sinet hunc, qui se non sinit, esse Deus.

Iacob. Bib.

14 Modò sciendum de causa efficiente vulnerum; quippe queis tribuit videtur improprium. De plagis inflictis affectus interrogatur, & ait : *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Qui diligebant, vel oderant? Qui diligebant. Qui sunt diligentes, qui ita abs miseratione vulnerant? Confessarij pœnitentibus blandientes, seipsos amantes, docentes doctrinas hominum, mulcentes palatum, prurientes auribus, verbis lenonibus ; ponentes amarum dulce, dulceque amarum ; dicentes bonum malum & malum bonum ; avertentes auditum à melodia veritatis, despumantes suas confusiones ; seductores & vaniloqui, docentes quæ non oportet uti hostes animæ, quasi ignoti & cogniti ; quasi tristes, semper autem gaudentes ; quasi egentes & multos locupletantes, qui universas domos subvertunt charitate ficta, atque turpis lucri gratiâ, ignorantiâ summâ verùm plausibili scientiâ. Taxat Glorioſus Benedict. *Regul. Sanct.* cap. 1. *Pro lege eis est desideriorum voluptas ; cum quicquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt sanctum : & quod noluerint, putant non licere.* Brevi hic Bugnotius:

Verſ. 6.

Confessarij aulici.

S. Bened.

Quæque faciunt, hæc facienda probant.

His imbuunt animas pœnitentium, quæ flagellantes, ac vulnerantes sequuntur;

Bugnot.

quip-

Verſ. 3.

quippe doctrina uti corpori commoda, magis grata : plauduntque infelices quaſi diligerentur, à quibus animam uſque lethaliter percutiuntur ; quouſque morte percipiant amicorum odium , quod videbatur obſequium : igitur quas acceperunt doctrinas , etſi ſerò cognitio , cognoſcunt plagas. Semper ſolicitant peccatores dependentes Confeſſarios , qui non mortificent , ſed enutriant appetitus; quia ſuaviſsimum in itinere compendium , cum paſsionibus carnis tenere Olympum ; quin devient nec in minimis, à doctrina & ſententia bipedis dæmonis, qui turpis lucri gratiâ deaurat illicita, indulget voluptuoſa , excuſat pravitatem , fovet peſtem , mulcet crimen , quo quaſi iam liber gaudet & plaudit homo, ſi homo ; & ille abit , plagis impoſitis, mortuo , vel ſemivivo relicto. Hi dicuntur diligere , ſed claret odium in morte, qua aurea aurea , & ferrea ferrea (de quo *Tom. 6. T. 3.*) quæ bona bona , quæ mala mala. Unde plagatus vulneratum ſe dicit ubi dilectus , & ubi ulceribus quærebatur ſalus; ut exprimat de indulgentia pœnitudinem , & averſetur odibilem dilectionem : quandoquidem illa in ſalutem documenta , non documenta ſed vulnera.

Eorum documẽta vulnera.

15 *Affectus noſtri in noſtra poteſtate non ſunt. Iniquum eſt , collapſis manum non porrigere* : inquit M. Seneca *Controv.* 1. Quàm alta conſtat iniquitas cordis dum perditio alterius ex propriæ commodo turpiſsimæ utilitatis : igitur dum collapſis debemus porrigere manum , lactantes illecebris impellimus in infernum. Deſtinatur Ieremias in officia mutua virtutum & vitiorum. *Ecce conſtitui te* (Dominus alloquitur) *ut evellas & deſtruas , & diſperdas , & diſſipes , & ædifices & plantes.* Quatuor officia in everſionem , duo tantùm in ædificationem. Prudentiſsimè profectò, cùm tanta morum graſſetur corruptio: igitur plus laborandum in deſtructionem vitiorum , quàm in molimen virtutum. Vitia ſunt vicina bonis , & virtutes etiam vitijs.

M. Senec.

Ier. 2. 10.

Plus laboris in extirpatione vitiorum , quàm in ſatione virtutum.

Urtice proxima ſæpe roſa.

Ovid.

Si ſimul virtutes & mucrones ſentium; laceratæ priùs virtutes vel adultæ ſuffocantur: quare in Confeſſariorum formam, exponit Deus ante ædificationem ſignatè ruinam ; quippe nullum micabit virtutum emolumentum , ſine cunctorum urgentium extirpatione vitiorum. Hæc prorsùm obvia , in quæ debet incumbere diligentia ; ut dicat cultor ſimulque iudex Deo iudici : *Factum eſt ut imperaſti.* Confeſsio datur in ſalutem animæ, per pharmaca & alexitheria ſanæ doctrinæ ; ut curentur vulnera pœnitentis cordis , & eius abſtergatur ulceris ſiqua ſanies : perperàm utique fit , ſi ægro datur quid pro quo ; quippe non valet ægrotus , & amittitur pravà curatione tempus : quandoquidem minimè medicina vulnerum ventus doctrinæ in nequitia hominum , in quæſtu utilitatis , & in aſtutia ad circumventionem erroris ; cùm unde & ubi vulnera ſanat ægrotus , ſpectetur infelix magis plagatus. Quid mirum ? Nullo modo in animarum affectibus ex vitiorum paſsionibus quit inveniri beneficium ſanitatis ; ægris omninò atque corruptis doctrinis : igitur non plantatio , ſed ſupplantatio in interitum ; non iudicium rationis , ſed erroris præiudicium , non ſcientia , ſed verſipellis malitia ; plantare quæ eradicanda. Negare debet archiater quod irrationabiliter appetit æger , quoniam ducitur appetitu, depravato ſenſu , nocetque ſaluti , quod conferre arbitratur ſanitati. Si medicus annueret , amando ægrum interficeret, vel valentem vulneraret : queriturque plagatus de vulnere diligentium , ob dolorem acerbiſsimum vulnerum , & medicum deſipientem propter futile blandimen: ſiquidem ſine reſpectu ſalutis animæ, prætermiſsâ reddenda ſtrictim ratione; pretio turpi ſtudiosè in perditionem nutrivit , quæ debebat toto annixu deſtructione diſsipare.

Luc. 14. 22.

Summa infelicitatis ægritudo ex officina ſalutis.

16 De curatione vulnerum à ſcorpionibus , loquitur Plinius , ab illoque ſingularis deſcribitur modus , *Non debent reſpicere* (dolentem , ſed vulnus ad ſanitatem , pharmacum) *qui imponunt* ; *& cavere , ne Sol aſpiciat.* Ita *lib. 29. cap.* 4. Hoc ſecundum pertinet ad prudentiam correctionis , in ſerpens venenum criminis : igitur velociùs atque tutiùs ſanantur vulnera , ſi medicina ſecreta : expellitur enim error , & manet integer honor. De primo ergo dicendum in propoſitum noſtrum. *Cum ſcorpionibus habitas* : dicitur Ezechieli , ideſt , cum peccatoribus ; uti vidimus latè *Tautolog. præc. D.* 2. Hi ſibi ipſis nocent , quia præ conſuetudine vivere ſine veneno non valent: & modò vomant vel pungant , abdicunt quod ſe trucident. Hi frequenter ſunt potentes à ſæculo , viri famoſi : plus quàm di-

Plin.

Prudentia in correctione unde?

Ezech. 2. 6.

dignitate, cogniti crimine. Nolunt deponere venenum & sanari cupiunt: at eò procedit assentantium medicorum insania, quòd salutem constituant ipsa venena. Sæpe audio, sed rideo: *Si scabies, euge, mactè: signum salutis.* Virus usque in animam serpsit, cuius indicium, quia conscientia prurit, & cor vomere decernit. Vocatur confessarius, animæ infectæ medicus; & medicina ingravescit morbus, indurescit vulnus. Unde in deterius, malum? Medicus vulnus scorpij non attendit; sed à scorpione percussum. Haud infirmitatem: sed dolentem respexit: facies peccatorum sumpsit: & in deteriùs abijt pestilens corrupta vita; quia medicus prætermisit, quæ in veneni expulsionem dissipanda. Plantavit, quæ destruere debuit, noxia haud evulsit. Dissimulatio simulatio fuit: evanuitque ex medicina saluti concepta spes; quippe plagatus ictibus urgentis criminis, specie salutis iacet peioribus plagis. Adducitur medicus, ut eius scientia infirmus sciat reprobare malum & eligere bonum: malum evellendo & bonum edificando: at cum facies peccatoris moveat, ne opportunam medicus medicinam exhibeat; æger miserabilis moritur, quia non respicit quibus, sed cuius vulneribus medicatur. Qui in vulnus intendit, languentem valere facit. Si intenditur ægrotus, nequaquàm sanatur vulnus: equidem cum iuxta damnum apponi debeat remedium; minimè curatio congrua iuxta placitum dolentis, sed iuxta nocuam qualitatem vulneris. Eradicentur eradicanda, destruantur destruenda; quia nequit florere salus, ni cordis sanetur vulnus. In huiusmodi propositum confessio instat, & confessarius medicamen applicat, ut fugiat ulcerum pravitas; equidem summa infelicitas, quod plagati percutiantur; ubi vulnera excutiuntur. Ergo peccatorum coram oculato, non iudice amore cæco, fiat criminum vera & pura confessio; ut obtineatur gemitu & animæ maneat firma valetudo; ne dum illam gravat internum abditum vulnus, dolores gehennæ perpetiatur ante tempus; unde Ausonius in *Ephemer.* v. 99. iurè dicit Domino:

Confessarij, ut fugiat morbus, videant non vulnerati, sed vulnus.

Eligatur integer in iudicio ad iudicium.

Confessam dignare animam: si membra caduca
Execror, & tacitum si pœnitet, altaque sensus
Formido excruciat, tormentaque sera gehennæ
Anticipant: patiturque mens saucia Manes.

Auson.

DIDASCALIA IV.

Mira & mirifica virtus Pœnitentia.

1 PRopter hanc, uti inquit N. SS. Patriarcha, in *Regul. S.* Prolog. divis. 4. *Huius dies vitæ ad inducias relaxantur*: igitur Deus gaudet non de quo, sed cuius peccator pœnitentia dolet. Patientia Dei ad pœnitentiam te adducit. *Videbat te peccantem* (infit Bernard. serm. 4. de *Divers.* num. 4.) *& dissimulabat quasi non videns: vocabat, & non audiebas: minabatur, & non timebas: promittebat, & contemnebas, nec promissis illectus, nec terrore percussus: Quantà superbià patientià Dei es usus, imò abusus!* Sed quid inde? Mira magnitudo gratiæ, percusso dolore peccatoris corde: siquidem despectus cognoscentis gravissimum crimen, confusio coöperuit faciem: Creatorem enim offendit, iudicem cunctorum haud timuit; & Redemptorem proprio sanguine sprevit: unde cor contritum pœnitet, dolet (ut ait idem ibid.) *quod innocentiam amisit, amissam non requisivit, & Dei patientiam neglexit: cognoscit enim quid fecit, quid meruit & quid amisit.* Unde nimirùm cecidit, quò corruit, quid perdidit & quid habuit: quorum consideratione & maximè Dei offensi, ita dissecatur cor: ut contritum pœnitudine contabescat intra se: nec habeat punctus quo possit placare vindicem, nisi ipsius saucij cordis contritionem.

S. Bened.

Deus dissimulat culpam propter pœnitentiam. Bernard.

Idem.

Unde in pœnitente contritio cordis?

Humida quæ lachrymis, & amoris saucia ferro
Mens bona, vel sceleris fracta dolore latet. Crucius.

Pœnitens offensum corditùs diligit: at Deus uti clemens in dilectionem contendit. Vernaculè: *No hai que llevarselo por galanteria*: igitur dum amorem pœnitentis ex dolore offensæ videt, ita tribulatum fovet, ita confugienti favet; ut in præterito deplorato errore, nec umbra appareat peccati.

2 Subit mentem Plenasmus, de quo *Tom. seq. Tautolog. 6.* Peccaverunt filij Israël, qui crebris persecutionibus conversi fuerunt ad cor: igitur quod cogi-

tarunt voluptatis mulcimen, invenerunt radicem amaritudinis ſurſùm germinantem: quare de illis in preſſura tribulationum poſitis, & ad illos per Prophetam
Ierem. 33. 6 dicit Dominus: *Ecce ego obducam eis cicatricem, & ſanitatem & curabo eos.*
Hebr. Hebr. *Ecce ego aſcendere faciam medelam & medicinam, ſanaboque eos.*
Maluend. Maluenda: *Sanabo ſanitatem.* Quæ ergo ſanitas ſananda? quæ poſt ſanitatem medicina? aut qualis medicina, quæ non medela; ut dicat ab illo conficiendam pro vulneribus populi in ſalutem, ſanatricem ſanitatem? An quia vulneris occaſio efficaci nocet medicamento? Sanè.
Vitium non ſanatur, dũ occaſione nutritur. Vitium animæ non ſanatur, dum occaſione nutritur. Vulneris medicina eſt pœnitentia pro vulnere ſumpta. Medicatur, dum ſortitur effectum: eſt medicina ſine medela, ubi fruſtratur propoſitum; quippe ita iacet anima, quaſi non eſſet medicina adhibita: diciturque medicina cum medula in vulneris ſanitatem; quoniam vulneris removebit medicamine occaſionem: igitur tunc inſigne medicamen ſine virtute, dum facultas pœnitentiæ cum occaſione peccati,
Ovid. ——*Ad veſtros ſiquid non pertinet uſus.*
Medicatur pharmacum, quando vulnus in ſanitatem diſpoſitum. Diſpoſitio eſt cordis dolor, quo expungitur languor, in ſalutem optatam per medicatricem
Quando pœnitentia inutilis? pœnitentiam: quæ quidem, etſi medicina, non eſt medela, quoniam etſi tradatur corpus ita ut ardeat, ſine contritione cordis, pœnitentia & pœnitentia nullius planè utilitatis. Medicanda eſt huiuſmodi medicina, ut valetudini reſtituatur anima; quoniam pœnitentiæ virtutis tantùm apparet ſpecies. Quare cùm pœnitentia vera haud conſiſtat in corporis cruciamine, ſed in cordis pœnitudine; non veſtimenta ſed ſcindenda corda, quippe aliter nulla pœnitentia in pœnitentia. Aliter expono. Eſt in peccato pœnæ reatus, & Deus offenſus. Introducitur pœnitentia propter criminis pœnam; qua plerunque tranſacta, iterùm crimina. Conſtat
Offenſa Dei deploranda. virtute, modò optimus finis contineatur pœnitentiæ; ut ſit vulneris medicina, quæ apponitur ut medela: & ſine huiuſmodi intuitu eſt doloris medicina medicanda; quippe tunc verè, perfectè pœnitet cor, modò dolore pungatur propter offenſionem Dei.

3 Ergo in rem. *Obducam* (ait) *cicatricem & ſanabo ſanitatem.* Iam plaga ſana, ſi cicatrix vulneri medelà obducta. Sanum profectò vulnus, cui cicatricem obduxit: quorsùm ergo præſtitam mirè ſanitatem ſanabit? Igitur videtur negare ſanitatem vulneribus conceſsiſſe, quando promittit concedere? Nullo modo, ſed indicat (ob pœnitentiam criminis) dolore percuſsis præſtantiam gratiæ, & modum vulnerum curationis mirificæ. Vulneri cicatricem inducere, utique vulneris ſanitas. Inſpecto offenſæ dolore in
Mirabilis à pœnitentia curatio vulneris criminis. medico eminet artificij magni celſitas: & poſtquàm habuit vulnus cordis cicatricem, ſanaturus promittit ſanitatem; quia ita dabit beneficus ſanitatem, ut non habeat vulneratus ex vulnere cicatricem. Ratio prompta. Homo, pro ſanitate vulnerum animæ pœnitet, Deuſque diligentem diligit, munerans redamationem, & gratiæ oſtendens inſigniorem virtutem. Favet clemens, dum medetur, & medicinam apponit: obducit cicatricem, dum indulget: & etiam ad ſalutem addit ſanitatem ſanitatum: quoniam cicatrice abolità, vulneris nullum veſtigium. Intelligitur modò, cur dicitur *Medela, & medicina, & ſanabo.* Medela datur in criminis vulnerantis pœnitentia. Ubi cicatrix obducta, medelæ ſpectatur medicina; ſed adhuc reſtat perfecta ſanatio,
Magna curatio vulneris, quæ neque ſignii curationis. quæ pendet à vulnerato & à medico. A vulnerati ſcilicèt amore, & artificio gratiæ favore medici, cuius medelà, vulnerum nulla ſigna: Deuſque ſauciatis poſt cicatricem, promittit cicatricum ſanitatem; quoniam perfectà pœnitentià peccatorum, inflicti vulneris à crimine neque ſignum.

4 Adventum Domini celebrat Auguſtinus, ut hominis antiquus pelleretur morbus; & in *Pſalm.* 57. 6. ſubdit: *Medicamenta erant in Prophetis. Præcepta ipſa omnia medicamenta erant: & hoc medicamentum nondum erat medicatum: adventu Domini medicatum eſt medicamentum.* Etiam Maluenda hìc: *Sapientificatum*: ideſt, inſigne & ſingulare, de quo alia diximus alio, *Tom.* 4. *T.* 12. *D.* 3. *à num.* 3. Olim erat medela, & etiam in pœnitentia medicina. Medela ex criminis dolore, medicina conſtabat ex vulneris cicatrice; at non erat medicata medicina, ut eſſet ſanitas atque curatio perfecta. Conficiendum erat in adventu Domini (vulnerum medici) per pœnitentiæ ingenioſæ ſapientificationem, quod nec-
Quæ pœnitentiæ medicina medicata? dum viderat mundus, ſingulare medicamen; quo ita delerentur vulnera, ut cura-

ratione nec apparerent ſigna : viſaque eſt Domini adventu medicati medicamenti curatio ; quia virtute efficaci pœnitentiæ medicantis, patuit vulnerum ſanatio
Ier.8.22. ſine cicatrice vulneris. *Medicus non eſt ibi ? Quare igitur* (ait Ieremias) *non obducta cicatrix filiæ populi mei ?* Pende. Non dicit : Quare plaga non obducta (cum eſſet medicus) naturali cicatrice? ſed quare non obducta, ſeu abolita cicatrix inflictæ plagæ? Medicus ſane erat, qui conferret vulneratis ſanitatem : verùm cùm non eſſet medicatum medicamen ; in vulneribus iam ſanis relinquebat cicatricem. Unde non dicitur obducta cicatrice plaga, ſed cicatrix abolitione obducta ; quia in orben venturus cœleſtis medicus, cuius arte in vulneratis non cognoſceretur vulnus. Aptè Venant. Fortun. 1. de *Partu Virgin.* v. 127.

Venant. *Peccati iaculo defixa in ſtirpe cicatrix,*
Ulcera nulla gerit, nec ſua ſigna patent.

Et in vulnere nũ vulnus? Sic igitur pœnitentia perfecta ; igitur per adventum Redemptoris iam medela medicata ; ut per cordis dolorem & amorem, pœnitentia artificiosè defiguret citricem. Ni rectus in pœnitudine finis.

Mantuan. —*Apparet adhuc vetus inde cicatrix.*

At ſi cor perfecto gaviſum fuerit dolore (ut ait Q. Sectan. Satyr. 4. v. 115. ſignum, quòd

Sectan. *Virtus delevit veteris veſtigia culpæ.*

5 De Samuele erga peccata Heli dicitur : 1.Reg.3.18 *Indicavit ei univerſos ſermones, & non abſcondit ab eo.* Favet ſententia Pleonaſmica noſtro propoſito. Confeſſione vulnus animæ ſanatur : verùm ſine pœnitentia, cicatrix quaſi ſignum in compunctionem relinquitur : diciturque univerſa vulnera Heli fanciato indicaſſe & nequicquam abſcondiſſe ; ut virtus inſignis clareſceret pœnitentiæ : quandoquidem peccatum per illam ita abſconditur univerſum ; ut peccati de quo dolor, nec cicatrix nec veſtigium. De Tito Imperatore, aſſerit Sueton. in eo, *cap.* 10. Sueton. dixiſſe moribundum, *Neque enim exſtare ullum ſuum factum pœnitendum, excepto duntaxàt uno.* In huiuſmodi propoſitum floridiſsimè Auſon. in *Cæſarib.* 11. accinit:

Auſon. *Unum dixiſti moriens te crimen habere:*
Sed nulli de te nos tibi credidimus.

Confeſsio peccata delet. Si fatetur, cur fides aſſerenti negatur? Quia fatetur. Altiora ſunt quæ molitur pœnitentiæ in criminum ad ſe remiſſorum causà : igitur ſi unum cor habet, de quo pœnitendum, & pœnitet ; ex tot confeſsis nec creditur unum. Non entis non ſunt paſsiones : perperàm cognoſcet cor, quod nunquàm fuit. Non fuit unquàm factum ? Non : cum pœnitudine cordis, factum nil, quod factum eſt. Apud Ethnicos vulgare, peccatum factum infectum eſſe non poſſe. Phocylid. in *Moral. Carm.* v. 25. infit : *Nec* Phocylid. *amplius poteſt, quod ſemel factum eſt, eſſe infectum.* Ovid. 1. de *Pont.* Eleg. 1. v. 66.

Ne non peccaverim, mors quoque non Ovid. *faciet.*

Aliquis ab illo datur modus deſtructionis, per retractionem voluntatis, 9. *Metam.* fab. 11. in perſona Biblidis.

Et quia deſierim, leviter voluiſſe videbor;
Nam primùm, ſi facta mihi revocare Idem. *liceret,*
Non cœpiſſe fuit.

Sed neſciebat, quò pervenit pœnitentiæ excellentia & retractatione voluntatis, & vehementia amoris pectoris : quandoquidem nunquàm extitit, quod pœnitentia ſeria in patrocinium aſſumpſit. Habet enim ſcutum Orci : quod per illam videtur, eſt inviſibile. Adi Apollodor. 2. *Bibliothec.* cap. 9. Pœnitentia eſt filia doloris. Nil mirum, detrahere factis, imò facta inficiari alieno prorsùs colore;

Facta infecta ex pœnitentia de factis.

Scutũ Orci.

Quæ facere aſſueverat, patriæ non degener artis,
Candida de nigris. Idem.

6 *Confeſſus eſt, & non negavit* : dicitur de Baptiſta, cuius ſententiæ ſenſum Ioan.1.20 fuſè expoſuimus, *Tautolog. 6. à num.* 43. Quorsùm ergo exprimitur, quòd nihil negaverit, quando veritatem dixit ? Poteſtne veritas dici, atque veritas negari? Utiquè, artificio pœnitentiæ : quandoquidem ab illa negatur, quicquid pœnitens afflictus compunctione confitetur. Verè pœnitentia inficias it, & verè dolens, de quo cordolium, confeſſus eſt. Eſt affirmatio & negatio eiuſdem de eodem ſucundum idem ſine contradictione, ſub ſtatu pœnitentiæ in cordis tribulanti defenſionem; utroque verè dicente & negante veritatem : igitur quæ pœnitens prompſit è pectore nigra, pœnitentia oſtendit candida. Lachrymæ in ſinu eius maculas penitus dealbaverant: & pœnitentia abſurdè deſignaret, quæ non erant : etenim quantunvis perſpicaces introſpiciant oculi, nequit videri inviſibile. Nervosè Gregor. Magn. in *Evangel.* Homil. 29. *Videamus* (inquit)

Qua arte etiam viſibile peccatum, inviſibile?

Si peccator scit plangere, quod erravit.

Greg. Mag. *Apud misericordem namque iudicem nec ille fallax habetur, qui ad veritatem revertitur, etiam postquàm mentitur; quia Omnipotens Deus, dum libenter nostram pœnitentiam suscipit, ipse suo iudicio hoc quod erravimus, abscondit.* Scitur an peccator verè pœnituerit, vel non, ex effectu pœnitentiæ, admisso crimine à corde. Si non absconditur peccatum, minimè fructus dignus pœnitentiæ: si absconditur, plenè pœnitudine & dolore satisdatum crimini: negatque pœnitentia, quæ fatetur cui dolent commissa crimina; quippe apud iudicem summè misericordem non punitur, quod, quia occultum, non videtur. Fallax peccator devians à lege post noxam, nec fallax pœnitentia negans fallaciam; quia fallax non habetur, qui verax postquàm mentitur: unde sine falsitate pœnitentia negat, quod pœnitens verè affirmat; siquidem factum non factum, quod apud iudicem accusationi absconditum. *Fuit quasi non fuerit*: ait Bernardus, quò supr. Quid quod fuerit, dum nec signum, fuisse? Pœnitentes per iudicem concessà gratiâ, ambulant in innocentia.

Unde cognoscitur fructus dignus pœnitentiæ?

Bernad.

Theocrit. *Si aliquid offenderis illud statim innoxium facis.*

Infit Theocritus *Edil.* 12. v. 24. Ad pœnitentiam cucurrit & innocentiam invenit: igitur quærens commissam iniquitatem, nec videt indicem.

7 Fit, dicitur, & statim innoxium quicquid offensum. At quomodò? Disponit è corde ingeniosè pœnitudo. Retorqueatur Ethnicus, ut compungatur Catholicus.

Talia Cœlestes fieri præconia gaudent,
Ut sua quid valeant Numina, teste probent.

Ovid. *Sæpe levant pœnas, ereptaque lumina reddunt,*
Cùm benè peccati pœnituisse vident:
Pœnitet, O! si quid miserorum creditur ulli:
Pœnitet & facto torqueor ipse meo.
Cùmque sit exilium, magis est mihi culpa dolori:
Estque pati pœnam, quàm meruisse, minus.

Unde eluceat pœnitentia perfecta?

Ita 1. de *Pont.* Eleg. 1. à v. 55. non ex corde, sed blandimine dixit Ovidius. Haud aberraverit, si ita pœnituerit pectus: igitur si pœnitentia magna, dum est dolori culpa, magis quàm pœna; profectò dolor summus, dum pati pœnam, quàm meruisse minus. Aliter Seneca in *Agamemn.* v. 242. ubi: Senec.

Sera nunquàm est ad bonos mores via:
Quem pœnitet peccasse, penè est innocens:

Fallitur, dum dicit *Penè.* Vera pœnitentia à culpa liberat planè. Videsis Concil. Trident. *Sess.* 14. *cap.* 4. & cap. *Magna piet.* de Pœnitent. dist. 1. Nesciebat enim pœnitentiæ virtutem, ei tribuens tantùm innocentiæ speciem: etenim si innocentia, ubi nulla vitæ macula; cum pœnitudine, ex macula vitæ, nulla. In innocentia cordis sui dicitur populum pavisse David: & dirigens dolore punctus ad Dominum ictum cor; alloquitur: *Me autem propter innocentiam suscepisti.* Propter innocentiam, vel propter pœnitentiam? Non innocens, qui morti obnoxius cuspide sceleris, ac mucrone iniquitatis; qua propter dum Deus pepercit causà doloris, dicitur illi *Dominus transtulit peccatum tuum: Non morieris.* 2. Reg. 12. 13. Innocentiæ nil remittitur: remittitur pœnitentiæ: dicitque innocentiam maceratam pœnitudine culpam; ut constet quantæ virtutis, de Dei offensa pœnitentia cordis: igitur dum piget facti propter Deum crimine offensum, tanquam in innocentia nullum est vitium.

Ex illa nulla ostenditur vitæ macula.

Pſal. 40. 13.

Reputatur innocentia.

——*Si pœnitet, haud nocet error.*

Sed quia pœnituit, nec sors lachrymabilis ulla est,
Nec tinxit patrias sententia sæva secures.

Prudent.

Accinuit Prudentius in *Psychomach.* à v. 464. Dicatur ergo innocentia, quæ in Dei iudicio incognita claret culpa: siquidem ut micet innocentiæ fulgor, præteritus (modò pœniteat) non nocet error. Non crimini obijcitur, si præteritur. Præteritum sanè abolitum pœnitudine: & in iudicio quo clemens iudex & iustus, nullus datur in præteritum regressus.

8 Innuit ipse. Beatos vocat, quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata; quippe remissa per contritionem peccata: uti tecta, invisibilia. At quomodò nulla fuerunt, si remittuntur? Audi *Beatus* (subdit) *cui non imputavit Dominus peccatum.* Imputat Deus quolibet peccatum; quippe implicat esse, & nequaquàm imputari. Qua ergo lege beatus erit, cui iudex in iudicio peccatum non imputaverit? Lege pœnitentiæ, quæ conscientiæ privatur computatione. Implicat peccatum non imputari; atque peccatum esse; sed non fuisse: fuisseque repellitur, quia nullo modo imputatur. Ex imputatione peccati constat

Pſal. 31. 2.

Cur crimen in crimen non imputatur?

ſtat proculdubiò fuiſſe. Unde perſpicuò elucet factum infectum, quia contritione
Alapid. crimen in crimen non imputatum. *Deum alicui non imputare peccatum, eſt aliquem non habere peccatum*: inquit Alapid. in *Epiſt. ad Rom.* 4. 8. Qui peccatum non habet, ſanequàm innocens: innocēs etiam, cui Deus non imputaverit culpam: quare cùm culpæ nulla imputatio, cuius cordi contritio, & criminis pœnitudo, magnoperè de Deo offenſo; per pœnitentiam qui ſuſceptus in gratiam, à Domino dicitur ſuſceptus per innocentiam. Ars pœnitentiæ in emundatione claret. Peccatum vulnera facit: compunctio vulnus in ulcus convertit. Vulnus provenit ab
Quò vulnera in ulcera convertat pœnitentia? ictu externo: ulcus ab humore pravo. Vulnus relinquit cicatricem ſignum poſt ſanitatem: ulcus ſi medicatum, non habet indicem: & vulnera in ulcera convertit ſtudioſè pœnitentia; quoniam nulla contriti videtur macula. In cutem per evulſionem virus à viſceribus trahitur, & foràs egreditur. Ulcus in cute, veneni ſignum in corde; quod intùs corruptum à pravitate, quam expellit pœnitentia, purgando viſcera: nullumque manet corruptionis index, etſi ex vulnere ſignum maneat cicatrix; quippequàm percutiente dolore pectus, purgato humore cordis, nullum eſt ulcus. Hiſpanicè dicimus: *Llaga y herida. La penitencia con las heridas curarà la llaga*: etenim per carnis voluntarium dolorem, cordis expellet è viſceribus putredinem. *Vis*
Senec. *ſcire* (infit Senec. de Conſolat. ad *Marciam*, cap. 1.) *plagam eſſe ſanandam? Oſtendi tibi æquè magni vulneris cicatricem.* Pœnitentia commendatur oſtensà
Per pœnitentiæ vulnera, animæ ſanatur plaga. cicatrice vulneris, in ſpem ulceris ſanitatis, ex qua nec veſtigium permanebit curationis. Si ſignum, cicatrix vulneris eſt: tunc plagæ curatio fit; equidem per corpori inflicta vulnera, pectoris virulenti ſanatur plaga.

Quo fonte manavit nefas,
Fluant perennes lachrymæ;
Urb. VIII. *Et virga pœnitentiæ*
Cordis rigorem conterat.

9 Ita igitur anima ſuſcipit ſine nota ſanitatem, & reſtituitur in antiquum ar-
Bernard. cti amoris ſplendorem. *In antiquæ gloriam dignitatis perducendo reduxit*: inquit Bernard. d. *n.* 2. quandoquidem pœnitentia dolenti verè reſtituit, quicquid culpa nocendo blanditijs abſtulit.

Ovid. *Mite Deùm Numen, Bacchus peccaſſe fatentem*
Reſtituit, factique fide data munera ſolvit.

Canit Ovidius, 11. *Metamorph.* fab. 3. Imò largitur maiora, quippe divinà præpotente gratià cedit in gloriam, quod contraxerat crimen in ignominiam. Perſonam Salvator N. præſetulit peccatoris, *Eſt gloria, quæ fuerat ignominia.* tot ſaturatus ærumnis. Languores noſtros tulit, & dolores noſtros ipſe portavit. Proh dolor! Proh non dolor!

Triſtis es: indignor, quòd ſim tibi cauſa doloris. Ovid.

En peccata noſtra in ſumma innocentia. A planta pedis uſque ad verticem non eſt in eo ſanitas (quanta humani cordis iniquitas!) vulnus & livor & plaga tumens.

Totum eſt pro vulnere corpus. Lucan.

Ita viſum, ſed aliter verſum in gloriam theatrum; quippe modò non agnoſcitur, quia præ dedecore pridem non agnoſcebatur. *Quis eſt iſte qui venit de Edom,* Iſai. 63. 1. *tinctis veſtibus?*

——*Veſte cruentà*

Pulcher, ſanguineus, candidus atque ruber. Venant.

Dicit Venantius, d. v. 167. Senſus literalis exponetur ad unguem, *Tom.* 7. *T.* 6. *n.* 31. ad illud: *Supra ſedem ſedens.* Sanguineus & pulcher? Ruber & candidus? Utique. Oſtendit quomodò animæ curandæ plagæ ex arbitrio pœnitentiæ: igitur cri-
Candor, qui fœtor. men non ſolùm diluitur ſanguine, non ſolùm curantur (uti diximus) vulnera vulneribus; ſed novo ſingularique modo pro criminis turpi dedecore, apparet in corpore pulchritudo & candor gratiæ.

Livor vulneris abſtergit mala: vulnuſque vulneri apponitur; ut quùm caſtigatur propter crimina corpus, nullius criminis ſit vulnus. Siccine etſi *peccata* Iſai. 1. 18. *fuerint ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* Indelebilis tinctura purpuræ, aut coccini, dicitur à Lucretio, lib. 6. de *Rer. nat.* à v. 1072.

Prov. 20. 30.

Purpureuſque color conchilij mergitur unà.
Corpore cum lanæ, dirimi qui non queat Lucret.
unquàm,
Non, ſi Neptuni fluctu renovare operam des:
Non, mare ſi totum velit eruere omnibus undis.

Haud deſperet peccator, quia macula indelebilis: ſanguinis tinctura deletur tinctura ſanguinis, facto corde præ pœnitu-
Modus dealbandi peccata. dine lachrymarum mari; equidem infectrice mirabili pœnitentia; quæ nigra præ

pec-

Augustin. Isai. 63. 2. peccatis redduntur alba. Hinc Augustin. de *Tempor.* serm. 189. legit : *Quare candida sunt vestimenta?* Qui interrogant, dicunt : *Quare rubrum est vestimentum tuum?* Quo pacto, si rubrum candidum? A sanguine. Si induimur gratiâ, perficit mutationem pœnitentia : quandoquidem ex mortificatione meditata corporis, candor vestis. Mutandus est color, ut appareat virtus pœnitentiæ, corporis ex dolore maceratione : igitur si corda peccato præ cocco nigriora sunt, artificio pœnitentiæ dealbabuntur tanquàm nix.

10 Accedamus cominùs instituto. Christus Dominus plagas tulit, cùm quibus & mortem pertulit : & inquirunt *Quis est iste?* Nil mirum. Vident in gloria, cuius etiam torquebantur vulnera; ut coram oculis sint effectus peccati, & opera mirifica pœnitentiæ : equidem visus facta satisfactione glorioſus, qui in cruce animam agebat tot vulneribus plagatus. Stupentes ad mutationem clamant, quasi resurgentem non agnoscant. Dialectò nostrâ : *La mudanza de vida hizo tanta novedad, por ser una admiracion* : igitur percutit novitate pectus ex tanta plaga glorioſus. Haud facilè cognoscitur, qui ita mutatur; quippe non cogitatur visibile quod videtur. *Mutamus personam* (inquit Senec. *Epist.* 120.) *& contrariam ei sumimus, quam exuimus. De aliquo, quem vidisti heri, meritò dici potest : Hic quis est? Tanta mutatio est.* Vides peccati reparabile damnum. Peccator fuit, pœnitens est. Quis hic est? Mutatio tanta fit à pœnitentia, quòd ignoratur persona. Audi Plautum in *Milit.* Act. 2. scen. 6. v. 51. *Etsi ea est, non est ea.* Quomodò? Pœnitentiæ ingenio: equidem ut clareat opus qui pœnitet non alter, sed idem alius.

Artificium pœnitentiæ.

Senec.

Quomodò pœnitens idem & alius.

Plaut.

11 Vetus homo noster, ait Paulus, cum Christo fixus est cruci, ut iugo nunquàm serviamus peccati; resurgente in gloriam Salvatore, ut è peccatis surgamus, *& ita nos in novitate vitæ ambulemus.* Cur igitur, dum hominum sepultum gravissimum crimen, non dicit in nobis novam vitam, sed vitæ tantummodò novitatem? Nova vita debet dici à pœnitentia, & quia vita glorioſa, & quia à statu pristino prorsus alia; quare enim non vita nova, sed vitæ novitas, dum expulsa à pœnitudine iniquitas? Non mirabilis homo novus multiformis : qui idem non idem, mirabilis. Alium esse sub alia vita, non novum; quia alia vita format alium. Vitæ profectò novitas est operationum diversitas; ut Dei iudicium inveniat toto corde pœnitentem, quem in pœnam quærebat peccatorem : & non novam vitam dicit Paulus, sed novitatem vitæ; ut emineant in amplexum miracula pœnitentiæ : igitur dum eundem ipsum peccatorem iustitia in vindictam quærit, artificio pœnitentiæ idem & alius occurrit. Nova vita à iustitia non quæritur: de actis peccatoris in peccatorem inquiritur : prætermittiturque reus, vindexque simul suspenditur gladius; quin habeat quem cædat, dum vindicta in peccatorem fumat : quandoquidem molimine pœnitentiæ, idem & alius ex novitate vitæ. Meritò dici potest : *Quisnam hic?* Tanta mutatio. Idem profectò vitæ entitate, cæterùm alius mutatione vitæ. Sunt enim in pœnitente (illo alio) aliqua in iustitiam signa non alius, sed illius; etsi ipse alius : nimirum, pœna temporalis, remissâ per gratiam culpâ & pœnâ æternâ; unde & labores & dolores, ex defectu pœnitentis, quia non completæ pœnitentiæ actiones : verùm si dolor summus, amor vehemens & utriusque testes lachymæ; per primum actum singularis pœnitentiæ, simul cum culpa remittitur tota pœna.

Summitas pœnitentiæ, quod alius ipse.

Rom. 6. 4.

12 Ita Magdalenæ copioſe ploranti dicitur : *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum* : subditque, *Vade in pace.* Plurium peccata remisit Dominus, signata in corporis infirmitatibus; ut astruit Augustin. de *Vera & falsa pœnitent.* cap. 9. Leproso dicebat : *Vade.* Marc. 1. 44. Luc. 5. 14. Cæco, *Vade*: Adulteræ, *Vade, & iam amplius noli peccare* : Ioann. 8. 11-9. 7. Cur igitur Magdalenæ dicit meditanter : *Vade in pace?* In pace abibant alij. Nullo modo, tametsi liberi à peccatis abibant : Vadit qui liber, sed non liber omninò; quia licèt dimissa culpa, adhuc restat satisfactio. Omninò libertas, dum utriusque reatum sepelit charitas, dolor cordis & contritio ab ictibus pœnitudinis, quæ extrahunt pœnitentis causam extra divinam iustitiam, à qua peccatum quæritur; neque ad pœnam invenitur. Qui nihil criminis vel ex crimine habet, in pace sunt ea quæ possidet : diciturque Magdalenæ & *Vade* & etiam *In pace*; quoniam per pœnitentiæ plenissimæ gratiam, remissa cuncta peccata tam quoad culpam, quàm quoad pœnam. Haurite ergo fluenta hæccine tantæ felicitatis ex fontibus Salvatoris. In mul-

Luc. 7. 47. 50.

Ex pœnitentia plena plena gratia.

multis offendimus, sed surgamus, qui in virtute infantes sumus. *Sic infans, qui stare meditatur* (inquit Stoicus, *Epist.* 121.) *& ferre se assuescit; simul tentare vires suas cœpit, cadit: & cum fletu toties resurgit, donec se per dolorem, ad id quod natura poscit, exercuit.* Lachrymis ergo surgendum post lapsum; ac per dolorem, ut dolor habeat, discendum. *Omnes nos manifestari opportet ante tribunal Christi*: qui quidem in pœnitentiam tempus indulget, ut minus inveniat quod emendet. Si ad illum non confugimus, nunquàm fugimus. Fugiamus ad medicum, in quo salus. O mi Iesu dulcissime! Quid absconditum victoribus,

Senec.

2.Cor.5.10

Virgil. ——*Si tanta sunt præmia victis,*
Et te lapsorum miseret?

DIDASCALIA V.

Veritas opportuna minùs ingrata.

1 MAgna occurrunt & in magna ex textu Tautologiæ, in studium optabile veritatis proferendæ: quod quidem quantumvis iustum, plerumque periculosum. Cuncta ad modum recipientis recipiuntur, nec facile ipsi prudentiæ reperire modum: igitur modus linguæ non est in audientis aure, qui iudicat dicta nullo modo præut dicta, sed præut concepta.

Malevolus semper suà natura vescitur:

Publ. Syr. *Grave crimen, etiam quùm dictum est leviter, nocet.*

Inquit in *Mimis*, Publ. Syr. à v. 123.

A vulneribus cordis, odium veritatis.

Vel obiectum sine sale, refertum censetur pipere: etenim animus vulnere saucius, quæ ex summa gratia & sæpe in obsequium; accipit in crudam exacerbationem vulnerum: secumque cogitat verba non verba, sed iacula, propter interiora vulnera: quandoquidem sine vulnere, quod intimè pupugit, usque in cœlum tolleret. Speculum à Phryne fractum, quia iam anui ostendit pulchritudinis defectum. Quid faceret, si haberet vocem; dum ita comminuit indicem? Iuxta affectus temperiem veritas medicamen aut virus: in virus vertit medicamen malè affectus: igitur desipit, quod sapit, commovetque bilem stomachi, quasi acerbum, dulcius melle.

Ex à complexione audientis.

Toxica ab hoc carpit sublimis aranea flore,
Dulcia quo parvæ mella parantur api. Boiss.

Canit Iacob. Boissard. *Emblem.* 15. Quæ dulcia amara, dum tabescunt viscera: patetque affectus pravus in veritatis tædium, ex corruptione & putrefactione viscerum.

2 *Veritas in specie spinæ prælucet*: inquit Philo Biblius in *Antiq.* Perpropria similitudo; unde plerunque veritas habetur odio. Ut lux micat, ut spina lacerat: & quod fovet vomicam putre pectus, vel à luce veritatis formidat vulnus. Veritatis hieroglyphicum designatur speculum, quia nescit dolos; uti astruunt Piccinell. lib. 15. *Mund. symbol.* n. 177. & Otho Vænius, *Emblem. Amor.* 4. Quomodò nihil fallacius, diximus, *Tautol. præc. D.* 2. *n.* 10. & adhuc *Tautolog.* 10. *D.* 1. *à n.* 2. Speculum aptiùs arbitror mentem, ad veritatis susceptionem, vel repulsam veritatis, ex iudicio vulneratæ mentis. Speculum quicquid obiectum clarissimè ostendit: ut vivat, tantummodò voce caret: at obijcit inversa cuncta, estò veritas sit clara; quo notatur audientis mens amica, aut malè affecta: vel potiùs cor sanum vel ulcerosum, formidans cognosci ex vulneris indice: equidem iuxta affectum rectè accipit verbum, quantumvis sinistrè dictum; & iuxta fastidium, adinstar speculi, quicquid dextrum interpretatur sinistrè. Refert speculum per insitam claritatem, turpitudinis vel venustatis speciem: & quæ lucet perspicuitas est clara falsitas; igitur dum animus videre satagit corpus entitatis, occurrit tantùm species; ex qua maior dolus, ut claritate decipiatur animus, quandoquidem magis latet artificium deceptionis, quoniam specie decipitur veritatis. Vernaculè: *Engaña con la verdad, sin que se discurra accion, que no la ponga al revès.* Voce caret speculum in indicem; sed mens quæ saucia speculum facit vocem, ut intelligat de cordis vulnere, quicquid percipitur aure: igitur quod versatur occultè in abdito pectoris; sibi videtur videre, & clarè in speculo vocis. Non vocis est hoc vitium, sed conscientiæ telum, interna signantis vulnera, bile ex vulneribus commotà: igitur cùm pectus pondere gravent, verba censet vulnerare, etsi non vulnerent; quoniam obijci præsumit quæque geruntur in animo, etiam ex vaga voce quasi in speculo. Hinc speculum invitat ad dolum, dum læsum invenit animum. In speculo vocis veritas apparet cla-

Philo Bibl.

Veritas confertur spinæ.

Cur similis & dissimilis speculo?

Maior dolus deceptionis sub specie veritatis

Pravi non vulnerantur à veritate, sed à cognitione.

clara; ſed falſa, quoniam inverſa: quandoquidem cogitatio torquet ut fulmen triſulcum, vocem prolatam in blandimen & obſequium.

Tacità ſudant præcordia culpà.

Iuvenal. *Tunc veniet contrà : digito compeſce labellum.*
Accuſator erit qui verbum dixerit. Hìc St.

3 Nonnunquàm imminet diſcrimen in prolatione veritatis: equidem illa non iuxta placita cordis : ſæpeque qui ex illa quærit conſilium, vellet iuxta cordis votum. Unde Agathon apud Athenæum *lib.* 5. *cap.* 12. dicit : *Si vera dixero, non placebo: ſi voluptati dixero, vera non dico.* Utrumque extremum & utrinde malum. Sic Euripid. in *Phœniſſ.* v. 962.

Veritatis periculum. Athen.

Euripid. *Si fortè dixerit inimica, acerbus eſt: Dicens falſa, violat Deorum iura.*

Sanè tentatio eſt, qua vel prudentiſsimi nutat circumventum cor ; quandoquidem contra ſenſum vel plaudenda falſitas, vel prodenda veritas. Neceſsitate laborabat turba ſequens Chriſtum, propter quem oblita corporis alimentum : illeque uti miſericors voluit alere, quam nutriverat ſermone; quare dixit ad Philippum:

Ioann. 6. 5. *Unde ememus panes, ut manducent hi?* Neceſsitas proculdubiò ſublevanda, ne pereat tantæ multitudinis vita, quæ inter anguſtias temporis arctè prætingitur. Modus difficilis : quid tibi videtur ? Difficilis profectò articulus, pungens conſiliarij pectus: equidem urgetur, quòd ſententiam proferat, ignorans an placeat, vel an diſpliceat.

Verſ. 6. *Hoc autem dicebat* (Salvator, ſubdit Ioannes) *tentans eum : ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.*

Exploranda in conſilijs intētio miniſtrorum. Hoccine exponitur Regibus ac Principibus exemplum, ut explorent intentiones Conſiliariorum : igitur in ſubditorum neceſsitate, ſcientes profectò quid facturi, miniſtros interrogant ; non ut facienda diſcant, ſed ut miniſtrorum mentem propoſitione cognoſcant : equidem tunc exprimunt in conſilio prudentem aut pravum animum, quùm quid à Principe ignorant faciendum vel non faciendum. *Unde* ? De re non dubitat, ſed modum auxilij in ſubſidium quærit, & quo modo præſturæ ſubveniendum conſulit: igitur indubitanter ſciretur ex conſilijs ac ſententijs quas proponerent, quomodò erga commoda ſubditorum ſtuderent. *Unde agitur*, dicendum à conſulente, ut

S. Bened. dicit Glorioſ. Benedict. *Regul. Sanct.* cap. 3. non unde angitur. Multoties, quia inconſultum, quod factum claret temeritate delirium ; equidem angor oritur ex præcipiti actione, quam Princeps conſilijs ſolicitat deaurare : at cùm conſuli non debeat quod factum, ſed quid faciendum; de facto conſilium ſuffragantium eſt omninò ſuſpicioſum: igitur non unde agitur, ſed cordis proponitur angor, ut ſuffragijs ſaltem auctoretur error. En conſiliorum periculum: equidem ſi quod diſplicet placet, vulneratur ratio: ſi aſſeritur diſplicere, exponitur veritas indignationis periculo.

Unde illorum & veritatis periculum?

4 Hinc dicitur : *Tentans eum.* Quod in Chriſto myſterium, conſulto in tanta neceſsitate miniſtro ; erga miniſtros Regis urgentiſsima tentatio : quandoquidem premente anguſtia, conſilium de neceſsitate ſublevanda, magnum diſcrimen ; petente Principe reſolutionem miniſtrorum facie ad faciem. Quod in Philippo probatio bonæ ſanè voluntatis, in aulæ miniſtris tentationis eſt fomes : igitur Principe coràm conſulente de extrema pauperum ſubditorum neceſsitate; excedit graviſsimam articulus tentationem, occaſio dicendi, aut celandi veritatem. In tentatione morali unum ex extremis malum : in politica, periculoſum utrumque profectò extremum : igitur aliquibus Principibus placet, veritatem audire ; aliquibus verò veritatem obſcurari. Aliquibus diſplicet, deaurare embolia veritatis ſpecie ; & etiam aliquibus, veritatem videre ſine velamine. Nonnulli conſiliarij aures Principis veritate defraudant : alij fatigant. Defraudant in conſulentis blandimen, atque ſubditorum perditionem : equidem dulciter emoritur regnum, atque prudentiæ deturbatum ædificium ; ubi quæ amaritudo, ſedet in aure dulcedo. Cerumen auris, ſeu Marmorata (Hiſpanicè : *Cera del oìdo*) quæ auri adhæreſcit ; amarorem ſuapte naturà habitum, ſi mutaverit ; periculum grave portendit. Unde Galtruchius in *Phyſic. particul.* p. 3. tract. 3. diſput. 3. cap. 4 ſubdit : *Per aures diffluit, ibique condenſatur : nec ſine magno diſcrimine ſubire poteſt inſignem aliquam mutationem : ſiquidem apud Hippocratem, nativus illius amaror converſus in dulcedinem, ominatur ingens exitium.* Plus damni in corpore politico, quàm in corpore, mutat à ceruminis qualitate. A veritate influit per ſynedros in aurem Principis certum quid amaroris, in ſignum eius, Reipublicæque ſalutis : equidem

Quando ch filium tentatio?

In conſilijs blandimen, ad deſtructionem.

Galtruch.

Quid cerumen & eius qualitas?

dem estò amarescat, valetudinem roborat, ostensis vulneribus, ut apponatur pharmacum; & ne confidentiâ, vel fide salutis corpus patiatur exitium. Est in veritate amaror, dum exponitur error ut error; quoniam stat dulcedo salutis Reipublicæ in veritatis appetibili amarore. Est corporis infirmitas, ubi veritatis in aure Principis mutatur qualitas; ita ut scateat vermibus totum Reipublicæ corpus, & non cognoscatur internum viscerum vulnus, vel reputetur ut salus. Fit in aure assentatio, quæ debebat adhærescere ut nudæ veritatis amaritudo: patiturque Princeps ac Respublica exitialem impetè calamitatem, quia veritatis acor conversus est in dulcedinem.

Cur veritatis symbolum?

5 Ex vulnere adorationis vituli putruerunt viscera Israël tendentis in exitium, contractâ (ut illis videbatur) infirmitate per iocum. Plecti congruit, seu irè obviam tantæ lui, ne totum corpus subiaceret pesti; & *ceciderunt in die illa quasi viginti tria millia hominum.* Iustum igitur, quòd foventes scandalum, haudquaquàm surgant, sed cadant. Unde ergo tanta clades? Ex defectu amaroris, ut per dulcedinem, vehementiorem paterentur acerbitatem. *Hausto in aqua vituli pulvere, aurea adorantium labia apparuisse*: inquit Abulens. hic, Rupert. lib. 4. *in Exod.* cap. 27. alijque quos retulimus *Didascal.* 3. n. 8. Hoccine portento claruit effectus vorati erroris, & repulsa veritatis: equidem cùm hæc indicet uti ignominiam, quod error habet ut gloriam; mutatâ veritatis qualitate, & depulsâ illius dulcissimâ amaritudine; non solùm in grave exitium gloriantes pepulit, sed usque in mortem blanditos præcipitavit: igitur eò pervenit impudentissima audacia, ut deaurarent etiam crimina.

Exod. 32. 28.

Abulens.

Deaurantur in peius crimina.

6 Instemus argumento. Veritas in consilio, estò amara (ut sit vulneri vel quæratur medicina) exponit vulnus Reipublicæ ut vulnus. Adulatio vulnus expandit ut decus, non vitium ut vitium; quo prætermittit Princeps lactatus remedium. In aure sedet veritatis cerumen, sed mutatum in dulcedinem, cuius specie, deaurato velamine, concidunt cives, & splendor Reipublicæ: quandoquidem haud tot perirent, nec iugulati caderent; ni quod cunctis constabat horribile sacrilegium, in labijs illorum rutilaret tanquàm aurum. *Quæ aurea aurea dicuntur* sublata à Nabuzardan. Siccine munera offerenda Principi, requisitâ veritate: equidem non solùm dolus, sed in Principis exitium, studio consultorum deaurare turpe mendacium. Si quæ non aurea, ut aurea proponuntur, Princeps decipitur tendens fidenter in confusionis avernum; quippe thesaurum dives præcogitat, ubi tantummodò dolus latitat: cognoscitque expeditione per exitum, non omne fulgidum esse utiliter aurum: igitur mutato acore veritatis in blandimen auris Principis; quod aurum nequaquàm aurum, quoniam aurum duntaxat in labijs adulatorum. Adoratio vituli error erat, crimen erat. Sic dictitabat veritas, & acrimoniâ in aurem; ne dolo decepti propellerentur in necem. Adulatio intendebat, etsi error agnosceretur, ne patesceret ut error, neque vitium uti vitium; splendore superinducto labiorum. Texebatur contentio inter criminis veritatem, atque linguæ assentationem. A veritate amaritudo in aurem ingerebatur, ut crimen tanquàm crimen cognosceretur. Ab assentatione studiosè disponitur, quomodò deaurandus est error, & veritatis acerbissima amarities quamprimùm exulet à concavitate auris. Quid ex pugna? Blandiminis obsequiosi victoria, sed obedientium indeclinabilis ruina: equidem viginti tria millia virorum morte, universo claruit Israëli; quanti constaret, deaurare errorem, ac colorare crimen. Alia alibi. Non hæc *aurea aurea* in consiliarijs, sed duntaxàt *artifices parietum lignorumque.* Pessimi consiliarij, qui officio artifices, ni in utilitatem Principis artifices veritatis. Aurum non deauratur, quod sicut veritas, cui inest ingenita fulgens claritas: deaurantur, quia sine artificio fœda, tam parietes, quàm ligna. Fulgor veritatis est auris amaritudo & in prudentiam directio. Deauratio blandiminis, specie dulcedinis à ministrorum labijs, quæ cavere Princeps debet, ubi aliquid ab eis, procul acore veritatis, audit: igitur quùm aliquid fulserit deauratum, planè ministrorum artificium; à quo decet fugere, quippe sine utilitate: quandoquidem tunc præstantius fulgens consilium, tanquàm consilia lignorum.

Certamen veritatis & adulationis.

1. Paral. 14. 1.

Consiliù malum, ubi in sententia artificium.

7 Vidimus qui Principes à veritate defraudant. Sunt etiam qui imprudenter fatigant, vel impudenter vexant, larvà veritatis ac libertatis ingenuæ, consulentes duntaxàt procacitati: qui quidem emunt interdùm pretio sanguinis huius-

Quibus non veritatis dilectio, sed iactatio?

4. Reg. 25. 15.

modi crepitaculum honoris, amiſsà impudenter vitâ, & non acquiſita fama. Iactatio eſt, non veritatis dilectio.

Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? .:.:. Quæriſne unde hæc ſartago loquendi
Venerit in linguas? Unde iſtud dedecus, in quo
Troſſulus exultat tibi per ſubſellia levis?
Nilne pudet capiti non poſſe pericula cano
Pellere?

Perſ.

Liberius igitur corrigere haud ſervit emendationi; quia non erranti admonitio ſed offenſio: minimèque tutum contumaciùs loqui, ſi aures ſuperbæ & offenſioni pronæ: igitur vel proiectæ patientiæ non eſt obſequium, crebra verberatio aurium. Semel ſat in correctionem: nec ſæpe ſat, ſi non ſemel. *Quædam* (dicit M. Senec. *Controverſ.* 2.) *ſatius eſt cauſæ detrimento tacere, quàm verecundiæ dicere.* Nonnullique ita imprudentes, ſaxeæque frontis, freti temerè dignitate veritatis, ut non admoneant, ſed carpant; potiùs quàm in erroris correctionem, intendentes confundere errantis faciem. Quiſquis fuerit laborans huiuſmodi delirio, *Hic erit ferus homo.* Si in cunctos invehitur ſic, profectò manus omnium contra eum, Heb. *Hic onager*: aſinus incicur. Hiſpenicè: *Cerril.* loquax & dicax. Aptè Ovven. *lib. uno, Epigram.* 210. in maledicum inquit:

Sit modus in expoſitione veritatis.

M. Senec.

Gen. 16. 12

Non ego te quemvis aſinum voco, Mome, ſed illum
Cuius erat ſeſſor Pſeudophropheta Balam.

Ovven.

8 Alij utuntur ſalibus ſine ſale, queis non correctio, ſed uſtio; latetque ad tempus ſub pectore vulnus. *Ridentem dicere verum*, prudentiam notat; ſed non ut rideat, vel ut irrideat; quia deſipientia conditur ſale rationis, haudquaquàm felle ac dicterijs. *Sales protervi* dicuntur iure à Statio, 1. *Silvar.* Carm. ult. v. 6. igitur non oriuntur à gratia feſtiva, ſed à protervia, quæ pluris habet mordere, quam perire. Ita contigit Theocrito Chio. *Antigonus Rex hunc, de quo iuraverat* (referunt Macrob. 7. *Saturnal.* cap. 3. & Textor. in *officin.* lib. 5. cap. 38.) *quòd ei parſurus eſſet, occidit propter ſcomma. Cum enim quaſi puniendus ad Antigonum raperetur, ſolantibus eum amicis, ac ſpem pollicentibus, quòd omninò clementiam Regis experturus eſſet, cùm ad eius oculos veniſſet: Ergo impoſsibilem mihi dicitis ſpem, reſpondit. Erat autem Antigonus uno orbatus oculo.* De Caligula aſſerit Sueton. in eo cap. 27. *Poetam ob ambiguum ioci verſiculum, media Amphitheatri arena igni cremavit.* De quo agemus fuſius, *Tautolog.* 9. à n. 58. *Non ſine melle: ſed ſine felle ſales*, ut ſine indignatione audiantur, aut commotione bilis; uti ait Ovven. *lib.* 2. *Epigr.* 160. Sic exercere ſales feſtivum eſt: etenim ut canit Ovid. ad *Piſon.* v. 115.

Veritas condiatur ſale, non pipere.

Horat.

Macrob.

Minoris eſtimatur vita, quàm impudentia.

Sueton.

Nulla ſuperborum patiuntur dicta iocorum:
Nullius ſubitos adfert iniuria riſus.

Ovid.

9 Difficile eſt attingere medium, ſicut obvium incurrere in errorem; potiſſimè proferendo veritatem: igitur ita delicatulæ ſunt aures, ut nec vitia noſtra, nec remedia pati poſsimus. Sæpè ſanè quèrela, quia veritas dicitur, & quia veritas tacetur. Si abſconditur, vocatur inſipientia: ſi propalatur, audacia: equidem ut ait Tacitus, 1. *Hiſtor.* cap. 40. *Huc illuc attoniti vultus, & converſæ ad omnia aures*: cùm priùs uti ſubdit, *lib.* 3. *cap.* 56. *Ita formatis auribus, ut aſpera quæ utilia: nec quicquam niſi iucundum & læſurum acciperent.* Nec tacuiſſe licèt, ut Ælio Lamiæ contigit, deſtinato letho, quia læſus dixit: *Heu taceo*: Sueton. in *Domitian.* cap. 10. Nil mirum, quòd Conſiliarij nec hiſcere audeant; ubi Principes (ne deinceps audiantur) voces ſuffocant: qua de cauſa ille alius apud Perſ. d. v. 124.

Ægrè fertur, ſi veritas dicitur, vel abſconditur.

Tacit.

Sueton.

Per me equidem ſint omnia protinùs alba.

Perſ.

Nec tacere prodeſt.

Utrumque error eſt, & quia partheſia tantùm genij contumacia; & quia blandimine non ſinedrij, ſed auctorata ligna. Quolibet tempore & occaſione dicendi etſi amara veritas; ſed non omne tempus ſumendum in occaſionem. Veritas ſine tempore eſt ſcientia ſtulta: tempeſtivè claret eſtò pulſa ut ſtultitia: igitur quæ faſtidita præſens, laudatur abſens. Non tantùm videndum, an quod dicitur verum ſit; ſed etiam an veri patiens, cui dicitur. *Scire ergo debes* (inſit Ambroſ. in *Pſalm.* 40.) *quid audias, ſcire quid loqui debeas; ſcire etiam, quando loqui debeas.* Ponenda ergo nonnunquàm *cuſtodia ori*; quippequam neſcit vox miſſa reverti: & etiam *oſtium circuſtantiæ* labiorum; quoniam cui, quid & quando proferendum ſit verbum, ni conculcetur uti importuna veritas; labia debent attendere

Prudentia neceſſaria in veritate dicenda.

Ambroſ.

Pſal. 140. 3.

dere circunstantias. Ostium destinatur circunstantiæ labiorum ; ut in consilio sit menti, cui dicitur verum : equidem aliquando absurdum, si os in ostensionem veritatis aperitur, & aliquando si
Eccli. 28. 28 clauditur, Hinc à Syracide : *Ori facito ostia & seras.* Nec silentium nec loquacitas ; sed præ opportunitate commoda temporis, ingerenda oc clusæ utilitas veritatis, appositis labiorum circunstantiæ
Utilis, si tempestivè. seris & ostijs : igitur si crimen, os non aperire ut ostium, in veritatis rutilum splendorem ; discrimen prorsus, præcipitanter eloqui, quod debet esse sub pectoris clave. Alia dixi, *Tom. 3. T. 2. D. 1. á num. 2.* Procedendum, etsi perstrictim in alia.

Ibid. 10 *Sepi* (dicit Sirachus) *au res tuas spinis : linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & seras.* Dividuntur huiusmodi munera, & in ostijs & seris prænotatur prudentiá : etenim dum audiens habet spinas in circuitu aurium ; os seris validis claudendum : quippe verbis prudentissimis veritas haud proferetur in lucem ; sed duntaxàt in pungentium spinarum compunctionem. Patet : ni locutio iuxta audientis insaniam ; consulentis dicit audaciam & linguam nequam : aureisque sepit spinis, ne verba mota ingrediantur in aures. In hoc prudentiæ totum construetur opus, dum in veritatem prævalere conatur auctoritas, quasi nullam haberet prolata veri-
Vers. 29. *Veritas pretiosa cur cũ fræno & statera?* tas : unde additur *Aurum statera & frænus* : equidem si verba studiosè & opportunè librantur, dum Principis aures spinis arctè sepiuntur, pòst claret æstimabile atque pretiosum ut aurum, quod pridem offuit præcipitationis frænum. *Magnum est tacere, magnum & loqui*
S. Valer. (ait Valerius, *Homil. 5.*) *sed sapientis est, utrumque moderari.* Iuxta dispositionem audientis aperienda labia, quorum in utrumque sunt ostia. Consiliarius semper ore clauso erit statua: os habet, verùm non loquitur. Ore semper aperto, stultitiæ erit figura : totidem ora sonant. Medium est virtutis, ut audientis spinis non laceretur corpus veritatis : igitur ut summè prosit, nec loquitur, neque silet. Vide *Tautolog. 9. n. 30.*

11 *Dominus dedit mihi linguam*
Isai. 50. 4. *eruditam* (inquit Evangelicus Vates) *ut sciam sustentare eum, qui lassatus est, verbo.* Maluend. *Ut sciam tempestivè & opportunè loqui cum defatigato, verbo.*
Maluend. Hispana Translatio ; *Para saber dar en*

sazon al cansado. Lingua erudita est loquentis prudentia, dum Respublica à Regente patitur vulnera, qui quidem iam lassus verbis, crebris admonitionibus & importunis, quas amplecti recusat, etsi utilia medicamenta cognoscat. Quærenda occasio, ne quæ commoda sint tædio, vel odio : linguaque, vel tyranno regente, ministratur erudita ; quippe verba in salutem ita à prudentia disposita, ut nec audacter veritatem defatigato proponere ; nec volenti aliquid à veritate detraheret. Fatigant nonnulli Principum aures, quasi in rectum flecterent importunæ fatigationes. Fatigantur Principes, si veritas tacetur : etiam vexantur, si intempestivè dicitur. In huiusmodi delicatula fastidia, lingua erudita est omninò necessaria ; quæ quidem pro opportunitate ita verba disponat ; ut vulnera in deterius nec omnino loquens dicat, nec in salutem, medicamina celans, omninò taceat.

Quæ in occasione lingua erudita, pro veritate ostendenda?

——*Timeo tibi dicere verum,*
Ne videar causá falsa monere meá.
Dicendum tamen est. Ovid.

Non est lingua erudita ; amittit veritatis propositum propter veritatis trophæum. Veritas non eget tropheo, sed triumpho : partaque stratagemate victoria insignis veritatis uti victæ despicitur ; modò veritas non veritas, sed contentio dignoscatur. Non est lingua erudita, sed æs sonans, aut cymbalum tinniens, tundens & pertundens aures. Lingua nolæ, *lingua loquax* ut ait Theocrit. *Edyl.* 12. v. 12. Loquens quidem loquitur quin loquatur ; quia tantùm ad loquendum, & ut loquatur loquitur. Nec scit verbum, nec silentium, quod nonnunquàm importunum. Qui sapiens in veritatem, debet æmulari horologij tenorem. Arte rotarum arcano motu, sono & silentio voces elicit in aures ; & pro momentis, catenis reprimit voces : equidem qui linguà eruditus & cautus, tantùm loquitur ad tempus. Multa sunt quæ possint indicari ab horologio : sed quid sine tempore ab eius indicio? Sonus & sonus, non veritatis, neque temporis regula ; quin non est hora : igitur lingua horologij ultra ordinem temporis, non est tempus veritatis. Hinc pro *Ostium circunstantiæ labiorum*, legit Tigurin. *Valvas.* Ostium aperitur & clauditur : nequit esse simul clausum & apertum. Ex valvis una quit esse pervia, & alia occlusa. Haud aliter in lingua erudita labia : equidem dum con-

Sapit veritatis dulcedo, si ad veritatem ocasio.

Theocrit.

Cur simili horologio?

Ubi supra Tigur.

congruit, & præ spinis aurium veritas ingredi nequit ; argumentum vulnerum haud penitùs aperiendum ut ostium : imò paulatim in frugem ac vulnerum sanitatem, adinstar artificij valvarum, & aliquid occultandum & aliquid aperiendum. Verùm si placidè ab audiente veritas accipienda ; sine exceptione ulcerum, omninò & omnimodo aperienda sunt labia.

Ars expositionis.

12 Peccavit Heli, crimina & pœnas audivit Samuel, cui præcipitur exponere, an senex lassus colligatur frugi. Expavit ad ea quæ perceperat, & indicare seni (si interrogaretur) formidabat. Verùm interrogatus, *Indicavit ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo.* Quare nequicquam servat sibi in pectore, non ignorans cuncta senis usque in animam transire? Priùs vel indicare timet, & modò ad unguem referre tot minas audet? Habet linguam eruditam & ex opportuna occasione sumpsit prudentiam. Nesciebat pridem an patiens veri : modò cognoscit avidum auscultandi. Ubi veritatis aviditas, proferenda tota veritas. Ubi, an aures cum spinis in veritatis acorem, ambulandum pedetentim : audacterque loquitur, qui nec audebat hiscere, sine labiorum custodia, sine sepe, sine valva ; quippequàm si occasio invenerit animum in veri susceptionem promptum, totum à cardine ostium veritatis aperiendum. Exemplum est inter audientem David & proponentem Nathan. Flexus & circumloquia variè trahuntur, ut per veritatis cognitionem, sine exacerbatione vulnera sanarentur. In ingressu veritatis nulla erat spes salutis; igitur cùm vulnus haberet pectus, vel nomen ulceris refugiebat auditus. Accessit, tetigit arte, studuit mirè labiorum custodiæ ; ne vulnus aperiendo crudescceret, vel æger præcludendo periret. Necessaria erat lingua erudita in labiorum circunstantia ; ut minimè intempestivè vel clauderentur, vel aperirentur valvæ ; sed ad horam proferretur verbum in lumen mentis ad expulsionem erroris. Factum est : prudentiæ prævaluit ars, ut ingrederetur veritas, & exul à corde egrederetur iniquitas : igitur simulatque aurem aperuit, in illum veritatis tota procella detonuit; quoniam universam audax declaravit speciem, qui nec audebat tutè tangere cardinem.

1. Reg. 3. 18.

Ubi veritatis aviditas, aperienda tota veritas.

2. Reg. 12. 1.

13 *Peccavi*, dicit David. Iam mentis est. Heli verò : *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat.* Elucet, quando prudentia vel imprudentia dirigit veritatem, per exacerbitatem, vel per cordium compunctionem : igitur petulantia, persistit indignatio delinquentium: & suavitas veritatis dulciter influit contritionem criminum. *Sed hæc esse* (inst Gregor. Magn. lib. 24. in *Iob.* cap. 9.) *propria arrogantium prædicatorum solent, ut etiam afflictos auditores suos magis districtè corripere appettant, quàm blandè refovere. Plus enim studeant, ut mala obiurgando increpent, quàm bona laudando confirment. Superiores quidem videri desiderant ; & magis gaudent cùm eorum animum ira elevat, quàm cùm charitas ædificat. Semper invenire optant, quæ increpando rigidè feriant. Solent etiam prædicatores iusti auditores suos obiurgando corripere : solent in eorum vitijs districtà increpatione sævire : unde scriptum est* : Verba sapientium quasi stimuli, & sicut clavi in altum defixi. *Rectè autem eorum verba clavi vocati sunt; quia culpas delinquentium nesciunt palpare, sed pungere.* Sæpe multi disipati, sed non conpuncti, ex imprudentia corrigentis, & importunitate acerrimæ veritatis, inhærentes protervè errori, tametsi sciant contra stimulos calcitrare. Aliter veritas opportuna : minùs in acerbitate ingrata: equidem vel ingratam amplectuntur, estò pungantur. Lucretius lib. 4. *Rer. nat.* à v. 11. succinit:

Ubi supr. v. 18.

Unde prudentia, vel imprudètia dicentium in correctionem errorum?

Greg. Mag.

Verſ. 13.

Eccle. 12. 11.

——— *Absinthia tetra medentes*
Cùm dare conantur, priùs oras pocula circum
Contingunt mellis dulci, flavoque liquore.

Lucret.

Ideo verba apta, commoda, tempestiva veritatis clavis conferuntur & stimulis; quoniam ex specie amaritudinis exhaurientis suavitatem, stimulantur abruptè in erroris compunctionem.

14 Ultrà disquirendum. Samuel qui aliquid dicere timuit, universos sermones auditos protulit ; quin vel minima occultaret. Si dixit universum, quorsùm additur, quòd nihil occultum? Potest aliquid supprimi, & universa proferri? Utique, ac prudenter pro veritatis susceptione ; ne pungatur, qui pungitur veritate. Ubi ignoratur, an sit in audienda patientia ; non impetè ingerenda sunt amara.

Ubi supr.

Data condita mella.

Ovid.

Si in comperto veritatis aviditas, proferenda tota veritas ; quippe iam gratum, quod

quod ingerebat fastidium : Samuelque universos sermones indicavit, ex quibus nihil abscondit, quia cùm iam veritas grata ex occasione opportuna, nullum dicenti periculum ; estò totum dicatur prorsus acerbum. Secùs verò debet esse veritatis usus, quùm ex punctione auris pungitur pectus: equidem cùm dictet prudentia, quæ tacenda & quæ occultanda (si totum citra periculum aperiendum) ubi impendit immaturè ex compunctione periculum ; dicendum & non dicendum : dicendum quasi universos sermones abscondat : tacendum verò, quasi nihil non ostendat. Tacendum & loquendum. Hoc namque in veritatem prudentiæ studium : quandoquidem eligendum uti scopus ; parcere personis, dicere de rebus.

Nihil ingratum, capienti noscere verum.

15 Quæ non fecit Icroboäm in scandalum Israël? Avertit omninò populum à Domini lege & via, & impulit adorare vanissima idolorum simulachra. Vulnus fuit Israëli, quod quidem nec curatum captivitate. Voluit Deus in principio verbo salutis apponere medicamentum, quippe principijs obstandum ; sed renuerunt accipere disciplinam in vehementiorem pœnam. *Nec intellexerunt* (dicam ex Seneca, lib. 6. *Benef.* cap. 30.) *in illa scena & vanis & citò diffluentibus bonis refulgente, ex eo tempore ipsos nihil non adversi expectare debuisse; ex quo nihil veri audire potuerunt.* Mittitur Prophetes de Iuda, iuxta altare stante Rege ; & ut pervenit, *Exclamabit* : *Altare, altare.* Altare? Quorsùm? Est omninò insensibile. Regem prætermittit, qui idola erexit : cùm ob abominabile crimen, in eum ius erat retorquere sermonem? Prudentissima verborum directio, ne Princeps indignaretur ex modo. Principibus (& his qui ludibrio sortis, se somniant etiam in petauro Principes) videtur auctoritatem prosterni, dum notantur non insignes, etsi fuerint criminosi. Delicatula est, & repumicata dignitas, ut maximè nuda audeat accedere veritas ; quærentibus excusationem erroris, ex defectu urbanitatis : & non in Regem, sed in altare Vates invehitur ; ut emendetur error, & Rex impius non lædatur : equidem ita prudenter moderatus est sermonem ; ut nihil in regem enunciaret, sed in crimen. Princeps errans, & quod peius, errorem cognoscens, & nequaquàm resipiscens, quem ferebat impetè dominationis furor. Altare, in quibus idola, erat stultissimus error : & in altare dirigit fulminantis vocis iaculum, ut Princeps sine excusatione aversaretur flagitium : igitur distorsit dextrè veritatis fulmen, nequaquàm in errantem, sed in errorem. Multoties in his qui animo non sunt protervo, nec iacent venundati sub peccato ; ex alieno capite oritur cordis commotio. Vates loquitur & altare scinditur, ut Princeps sensum acciperet per miraculum, dum accipiebat etiam insensibile sensum. Si in illum dirigeretur erroris claritas, veritatem uti procacem fastidiret auctoritas : & in Principis altare sermo meditanter dirigitur ; ut ex altaris motione cor Regis scinderetur. Etiam miraculis immotus permansit : nec unquam resipuit, ex protervitate erroris ; haudquaquam ex modò ostentatæ veritatis.

Senec.

3. Reg. 13. 1

Increpetur non errans, sed error.

16 Alius præ se fertur à Christo, ut faciliùs illuminetur ratio. Cum discipulis binis gradiebatur Veritas, ex qua in mentes descensura claritas : gradiebatur incognita, sed gradiebatur ; ut tandem tandem veritas agnosceretur : conditio est veritatis, vel nostri tarditas cordis ; ut illa habeat hospitium, quæ sæpe passa divortium : igitur satius in consortium admittitur, dum non cognoscitur. *Oculi illorum tenebantur ne eum agnoscerent*, ut veritatem tenerent : etenim cùm odio habeatur nuda, ex ingenita hominibus turpi adamata fallacià, procedit vultu mutato, ut possit saltem transire in habitu peregrino. *O stulti & tardi corde!* & addidit *Ad credendum.* Fides iuris erat, visis visis : & non credunt ex tarditate cordis ; quia solummodò oriri quibat ex corde, incredula cæcà mente, non amplecti in assensum veritatem ; etiam habentes coram oculis speciem. Tardi igitur est cordis, quærere excusationem in repulsam veritatis, dum ipsa optabilis & amica occurrit oculis. Ipsa venit, ipsa cum illis vadit. Si nulla cognitio, esset defectus obscuratæ mentis : verùm in præsentia veritatis ; est excusatio tarditatis cordis : quod quidem non vult admittere veritatem, si nuda ; nec cognoscere, si ignota. Quò magis Veritas fatagebat cognosci ; qui videbant, magis tardi. Tandem tandem cognoverunt, & *Ipse evanuit ex oculis.* Unde cognoverunt? *Aperti sunt oculi eorum.* Priùs auscultarunt, pòst oculos aperuerunt. Sic ingreditur in corda veritas, tanquàm hu-

Veritas admittitur, si non cognoscitur.

Luc. 24. 16.

Vers. 25.

Nil amplius veritati, quàm aures non claudere, & oculos aperire.

Vers. 31.

humanæ vitæ ſumma felicitas : equidem aditus veritati, nil aliud quàm aures non claudere, & oculos aperire. *Ipſe evanuit ex oculis eorum.* Cur evánuit? Uterque actutùm veritatem cognovit : & ubi veritas perſpicuò nota, fuga planè neceſſaria. *Ipſe evanuit ab oculis eorum.* Ipſe cognoſci intendit, cognituſque diſparuit? Utique, in methodum veritatis exponendæ. In veritatem rectè moles ſtruitur; ubi tantùm exponitur, ut cognoſcatur. Ni Veritas fugeret, facies cognoſcentium erubeſceret : fugitque Chriſtus ab oculis cognoſcentium ; ut doceat verum exponentes, modum : igitur prudentior & ſuavior, ut excutiatur error ; eſt quòd mens verum abſcondat, cæterùm non erubeſcat. Dialecto noſtrà : *Dexele emendado, pero no corrido.* Dum dicitur veritas, rubor naſcitur ; modò adſit per quem veritas dicitur. Quanvis cum huiuſmodi penſione, eſt beneficium : maius, ſine confuſione verum : Chriſtuſque ab oculis evanuit, ſimulatque veritatem mens aſſeclarum cognovit ; quia ſemovit ex cognitione pudorem, & reliquit coram eis ad cognitionem ſpeciem. Cauſa erubeſcentiæ liquet. Ex ſententia Senecæ ; *Epiſt.* 27. *Si bona mens eſſet venalis, non haberet emptorem*, ne huic conſtaret deficere mentem. Defectus mentis ex amore erroris, adventu oſtenditur veritatis. Quia fuit error, natus pudor. Vernaculè : *Como la verdad es deſengaño, nadie guſta ſe reconozcan engaños en ſu diſcurſo.* Mens diſcipulorum poſt errorem veritatem cognovit : expoſitàque illicò ex oculis fugit ; ut haberent ex errore, cognitione, ruborem, ſed non coram illo, qui oſtendit cognoſcendam veritatem. Ita ergo minús ingrata, quæ etiam diligentium auribus faſtidioſa, avida humani cordis, & lumen mentis ; ſed ſemper timida & tremula propter hominum odia : qua de cauſa, uti ſuccinit Ovven. lib. 2. *Epigram.* 132.

Dum non vult alter, timet alter dicere verum.

Modus optimus exponendi veritatem.

Senec.

Fuga dicentis congrua cognitioni erroris.

Ovven.

DIDASCALIA VI.

In cœlo Benedictinæ Religionis, Scholaſtica Luna plena luce & gratijs.

1 SI cœlum Benedictina Religio, ſuperiora ſanè quæ videntur in cœlo mirificè ornato luminaribus magnis, ſummi in orbem ſplendoris: quandoquidem Benedictus quaſi Sol refulgens ſplendidè nitet ; & Soror Scholaſtica quaſi Luna plena lucet, conceſſo luminis principatu inter reliquas ſtellas manentes in ordine ſuo *Scholaſtica* (inquit N. Vener. Beda, tom. 7. ſerm. 2. de ea) *á ſchola dicitur. Ab ipſa enim omnis doctrina ſapientiæ ſurgit : ab ipſa virtutum omnium norma concreſcit.* Verùm quid diſcendum in huiuſmodi ſchola, & ab iſta ſpectabili ſapientiæ magiſtra? Doctrina lucis, in cunctis mirabilis. Luna plena fulget, mirabiliter creſcit, & etiam in conſummatione lucet; ut in illa miremur luminaris fulgentiſsimi ortum, curſum & occaſum. Contemplemur iuxta Ieremiam 31. 35. *Ordinem Lunæ* : ſcilicèt, in velocitate curſus, in ſuavitate cantus, & promptitudine influxus. Retorqueatur Seneca, *Epiſt.* 90. *Ad beatam* (inquit) *vitam tendit : quó ducit, illó vias aperit : vanitatem exuit mentibus : dat magnitudinem ſolidam : inflatam verò, & ex inani ſpecioſam reprimit : totius naturæ notitiam ac ſuæ tradit : quid ſint animæ perpetua, ubi conſiſtant, quid agant, quid poſſint, quid velint. Hæc eius initiamenta ſunt, per quæ ingens omnium Deorum templum mundus iſte reſeratur ; cuius vera ſimulachra, veraſque ſpecies cernendas mentibus protulit.*

V. Beda.

Quæ Scholaſticæ gloria?

Senec.

Hàc itur ad aſtra. Ovven.

2 De Luna aſſerit Barthol. Anglicus, lib. 8. de *Rer. propr.* cap. 29. *A Sole formam ſuſcipit & figuram.* Aptè ad formam & figuram Scholaſticæ, Benedicto fratre Sole ; cuius formam illuminata ſuſcepit, vix dum vixit. *Non Philoſophorum ſchola Scholaſtica facta, ſed Chriſti. Ab infantia cœleſtem ſibi ſponſus aptavit, ſicut ille* : ſcilicèt Benedictus. Ita Beda, d. & Hæften. in cap. 33. lib.

Anglic.

Beda.

lib. 2. *Dialogor. Gregor.* num. 2. Sicut ille? Utique: Luna formam & figuram suscipit à Sole. Soli sacratur cithara: & Scholastica Luna fulget sicut ille ab infantia, quoniam necdùm nati in mundum, ut Deo dicerent laudem formarunt chorum. *Quæ est ista quæ progreditur speciosa ut Luna, sonans ut Sol?* Ita Aquila legit, & ex illo Ambrosius, lib. de *Isaäc*, cap. 7. Quæ igitur Luna ante egressum progredieus sonans ut Sol? Scholastica Benedicti soror est, quæ in infantia exercet musicam; quippe à fratre canente suscepit formam.

Chorum cũ fratre format.

Cant. 6. 9.

Ambros.

Sonos Solis.

Astrorum velox chorus, & Luna servit.

Claudian. Stat.

3 Olim, ut ait Chartar. in *Appollin.* fol. 46. *Persæ Solem Maximum in antro venerabantur.* Magna. Mater (quæ etiam virgo, qua de causa, ut canit Ovid. 6. *Fastor.* v. 286. *Comites virginitatis amat*: quæ quidem comites, quia igni templi præërant, Virgines vestales, uti astruunt Plutarch. in *Numa.* Chartar. fol. 156. & Vives in lib. 2. *Civit.* cap. 4.) etiam in specu colebatur veste nigra apud Ægyptios, inst Pier. *lib.* 40. *cap.* 29. cuius ritus tribuit etiam Arcadibus, *cap.* 30. *Ea verò nigra figurabatur, & nigra vestis illi induebatur.* Addit Vincent. Chartar. quò dudùm: *In specum cùm se abdidisset, diu lumen vitasse: tympana circa se habentem & sistrum in manu.* Sine luce sunt in antro tam Sol, quàm Luna. Quorsùm igitur consona in musicam instrumenta? Non omnia umbris delevit invidiosa vetustas: igitur in novum singulare miraculum, varijs coloribus obumbravit speculum. Antrum quo iacent infantes, est uterus genitricis. Inde nullæ audiuntur voces, quippe in antro sub silentio, quasi statuarum imago, insensibilis sensus, imperceptibilis motus: in antroque cum Sole & Luna gaudij & lætitiæ collocantur harmonica; ut videantur initia altissimæ perfectionis, Sole & Luna necdum natis. Illustre sanè, quòd fieret tempore: summum, quòd vox insensibilis infantiæ. Singulare exponendum in commendationem Lunæ ac Solis, vel infantium: musicaque sonat & resonat; quippe nil magis glorificat, quàm quòd infantium audirentur voces etiam ex utero matris.

Sol & Luna in antro cum instrumentis musicis.

Chartar.

Pier. Val.

Chartar.

Cantant in utero matris.

4 Ulteriùs. Luna canit dum lucet; ideo dicitur, quando non lucet, silere.

Tacitæ per amica silentia Lunæ.

Virgil.

Et pro mirabili signo, Luna canens collocatur in antro; quoniam uti prodigium insignitur, quod musicà fulgeret, antequàm in mundo & à mundo videretur. Lunæ cantus est Lunæ ortus. Aliquid singulare addendum in musica à Luna mystica cœli Religionis Scholastica; ut melos esset mirabilius in auribus, quo stuperet tanquàm ex inaudito totus mundus: igitur canticum eius auditur, priusquàm uti Luna fulgens in hunc mundum nasceretur. In antro, & veste nigrà. Lunæ color ater? Quid si *Sol factus est niger*? Sumpsit Scholastica vestem nigram, ut fratris etiam susciperet formam. *Cùm celebre nomen fratris* (inst Hæsten. d. n. 3.) *eiusque Regulæ audisset, sedem fixit iuxta Cassinum.* Formam sumpsit à Sole, ut nigra plus rutilaret pulchritudine. *Nigra sum, sed formosa*: dicebat sponsa. Haud pulchritudini decolor color, quo venustas & eximiè commendatur.

Unde cantus suavitas?

Apoc. 6. 12.

Hæsten.

Cant. 1. 5.

Et nigræ violæ sunt & vaccinia nigra.

Canit Virgil. *Eclog.* 10. v. 39. Vaccinia, ideſt: Hyacinthi, ut astruit, ex quo Virgilius carpsit, Theocrit. *Edyl.* 10. v. 28.

Virgil.

Theocrit.

Et viola nigra est, & notis inscriptus byacinthus.

Favent acceptioni Turneb. 12. *Adverſ.* cap. 7. & Constantius apud Dalecamp. in *Plin.* lib. 16. cap. 18. simulque La-Zerd. in Virgil. 2. *Eclog.* v. 18. num. 4. Appositè gratia coloris confertur hyacinthis, nullique alij flori, pulchritudine præstanti. Hyacinthus flos scriptus est. Ovid. 10. *Metamorph.* fab. 5.

Cur Scholastica similis byacintho?

Flos habet inscriptum.

Ovid.

Ut signaret venustatem Scholasticæ, cuius tanquàm in schola reflorent literæ: simulque præ se feruntur virtutum pulchritudo, & coloris habitus in nigredine perfectio; quippe dum habitum Solis induit tunc in perfectione floruit. *Decoloravit Sol*, & fusca est. Inde maior speciositas. Fusca.

Verſ. 6.

——— *Quid tum, si fuscus Amyntas?*

Virgil.

Imagines Minervæ profectò nigræ. *Simulachra decolorata*, inquit Pausanias, *cap.* 25. Dea credita scholarum, quasi ex illa sapientia: nigroque habitus colore florens objicitur Scholastica; ut per coloris natam, dum destinatur in Religionis Lunam, constaret orbi, à quo susceptisset formam.

Pausan.

Minerva nigra.

5 Soli in specu, Luna in eodem antro eiusdem formæ & coloris, ut utriusque

que perfectionis vel in principio rutilaret ſpecies. In Sole & Luna idem fuit eſſe, ac rutilare. Si ſonus illorum muſica in elogium Conditoris ; Solis & Lunæ horum glorioſior ad aures. Illorum, dum luxerunt in mundo: horum, latentium in matris antro, diſcente ſorore, quicquid concentum à fratre ; ſtructàque muſicæ ſchola, ut Scholaſticæ infantis fulgeret gratia : igitur Luna dote ſingulari, in ampliorem ſplendorem ; etiam effulſit, cùm vitaret lucem. Miramur in illa ortum florem de radice, uti in prodigium orbis præcinuit Evangelicus Vates. *Egredietur virga de radice Ieſſe & flos de radice eius aſcendet.* Non de virga ex qua flos, ſed de radice, ut prodigium maius ſit. Sit ergo. Verùm quomodò floris erit in radice cognitio? Quæ in radice, ſunt in virtute, ſed nequaquàm in ſpecie : & in portentum, flos dicitur de radice, quia ſi poſt ortum cognoſcitur, quia tunc ſpecificatur ; amplius ſanequàm miraculum, dum promittitur prodigium, quod ſe demonſtraret florem, & ante nativitatem. Radix hominis ſignatur uterus matris. Ibi in hominis formam, virtus ſanè, non ſpecies. Flos, dum in lucem oſtenditur : nec floris ſpecimen, dum in utero abſconditur: floſque rutilat Scholaſtica, in radice, non in virga ; ut notaretur præproperè, quantæ virtutis ſchola : igitur non ſolum prodigium, ſed ſingulare ; quòd flos cognoſceretur vel in radice. Ad rem Achilles Bocchius, *Symbol.* 45.

Scholaſtica lucet in tenebris.

Iſaj. 11. 1.

Floret ante nativitatem

——*Quæ prima & maxima virtus:*
Internà nihil eſt dulcius harmoniâ.

Ach. Bocch.

6 Scholaſtica non ut reliquæ virgines. Claret ſpecialis ex obſequijs. Ad illas *media nocte clamor factus eſt.* A Scholaſtica, vel dum tenet uterus, mediâ nocte clamor factus. Grata melodia vocis, cæterùm ſuavior immaturitate temporis. Dulcis quidem & ſonora, ſed ratione temporis (non temporis) magis grata. Tempus huius vocis non fuit diluculò, non in Solis intelligentiæ exortu, non in ætatis lucidioris aſcenſu in cœli culmine; ſed dum eſſet in inferioribus terræ. *Clamor factus mediâ nocte:* dum medium ſilentium tenerent omnia, audita in terris cœleſtis Scholaſticæ muſica. Per temporis invia (ut inquit Seneca in *Oetæo*, à v. 463.)

Matth. 25.

Carmina inveniunt iter:
Nihilque leges ad cantus tenent.

Senec.

Silentij tempore vocem criſpavit, quæ rupit : & in utero matris & temporis media nocte ; quippequàm eo tempore Sponſo laudes concinuit, quo muteſcere præ tempore debuit. Ubi nox iter tenet medium, ſeu altum, illam comitatur *quietum ſilentium.* Ubi non in quiete? Quùm clamor vocis Scholaſticæ fit mediâ nocte. Erat clamor validus, & ſilentij tempus, auditâ ſilentij voce, & perfectionis virtute : equidem in tempore ſilentij, inſigne præfertur ſanctitatis; ſilentium rupiſſe temporis. Alia promerem, ni fusè dilucidatum argumentum, *Tautolog.* 4. *D.* 2. & denuò regerendum, *Tautolog.* 11. D. 4. Claret ergo ex voce horum luminarium (ut dicam ex Claudian. in Mali Theodor. *panegyr.* verſ. 100.)

Sap. 18. 14. *Unde gratior & lætior eius ſilentioſus clamor?*

——*Quæ vis animaverit aſtra,*
Impleveritque choros.

Claudian.

7 Vidimus Lunæ Scholaſticæ ortum : contemplemur & curſum. Coniunctio Solis & Lunæ eodem in Signo contingit ſemel in anno. Quotieſcunque Soli accedit Luna, recedit in ſplendorem renovata. Ut renovaretur ſpiritu Scholaſtica (quoniam lumine Solis Benedicti fulget Luna) unde fulgorem vitalem hauſerat ; *ad eum ſemel per annum venire conſueverat* : inquit Gregor. Magn. 2. *Dialogor.* cap. 33. Lunæ in fine velocior motus, & fuit mirabilis in conſummatione curſus. Petijt à fratre, cùm ad menſam ſederent dubiâ luce, & ultimus futurus receſſus eſſet, quo lumen uſque in ſempiternum rapere poſſet ; cum illo manere vellet, ſaltem illa optatâ nocte, ut aliquid de cœleſtis vitæ gaudijs loquerentur uſque mane. Expavit ad vocem Benedictus : urbanè reſpuit, ſed repulſa eſtò mellita, Sororem pupugit. De Samuele dicitur : *Univerſos ſermones indicavit, & non abſcondit.* Cogitavit Scholaſtica ſuperiori induſtria, quomodò aliquid abſconderet, poſtquàm Benedicto univerſos ſermones indicavit: igitur exegit latenter plorans à validiore miraculum ; quæ non invenerat vel in fratre miniſterium : occurrère ius & vis: mirùm eſt, quos ſtet Sol : unde ad optatum Solis Benedicti miniſterium, fuit neceſſarium miraculum. *Tanta erat* (inſit Gregor.) *cœli ſerenitas ; ut nulla in aëre nubes appareret.* Si frater gratiam non negaſſet, faceret illa minus. Inſertas digitis manus ſuper menſam poſuit, flevit : *& unus fons oculorum* (ſubdit Beda, d.) *& menſam rigabat lachrymis,*

Gregor.

Miraculum inſigne impetratione precellæ.

1. Reg. 3. 18

Gregor.

Beda.

&

& æther imbribus arva: equidem fletus ita orbes perturbavit, ita elementa commiscuit: ita aëra fulguribus, nimbis, inundatione procellosa replevit; ut in abitum Benedictus nec pedem movere posset. Hic cognovit, quod illa celavit,& simul subrisit, subdens: *Si potes egredere.*

Ibid. De Luna (ait Berchor. in *Reductor.* lib.5. cap.29.) quasi noctis decore, rorisque matre: *Humoris ministra, dominatrix aquarum & temporum.*

Berchor. Mantuanus *Eclog.* 1. v.9.

Mantuan. *Luna gubernatrix tenebrarum & mobilis undæ.*

Ad nutum Scholasticæ turbatur cœlum. Quid mirum? Luna est, & mater temporum & aquarum.

Bugnot. *Unde hæc tanta celeri micuerunt nubila flammâ?*

Ecquis ab ætherio personat axe fragor? Ab eius corde *clamor factus est* oratione rhythmicâ, quin moveret in choro Angelico labia, concordibus nube & voce,cœlo mirabiliter favente,ac Benedicto extra se præ novitate: igitur singulari mutatione, quod cœlo mulica suavitas, fratri repente fuit procellosa tempestas.

8 Sereno cœlo, æthere luminoso, quin vel levissima nubes videretur nævus aëris, aut labecula cœlestis splendoris, audivit Ioannes *vocem de cœlo tanquàm vocem aquarum multarum, & tanquàm vocem tonitrui magni: & vocem quam audivit sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis, & cantabant quasi canticum novum.* Semper horrida tempestas pavidæ auri, ex elementorum commotione, fragore tonitrui, & horrore fulgetri. Unde ergo vox tonitrui terribilis dulcedo citharæ acordis, & impetus ruentis sine freno procellæ voces consonantiæ musicæ? Cithara & tempestas, tonitrua & melodiæ suavitas? Eadem vox in cordis terrorem, auriumque mulcimen? Unde ergo huiusmodi dissonantia concors? *Ex modo laudis*: subdit hìc Lyra. Oratio opposita præut ad votum conciliavit, & in contradictione potestatem ostendit: igitur fuit musica cœlo,quod tanquàm tempestas impendebat mundo. *Canticum novum* erat, cuius magnitudo ex musicæ modo. Qui modulus in cantico, ut emineret modulantis dulcedo? *Pectora*(infit hìc Rupertus) *in quibus musica cœlestis inhabitat.* Non erat musica in aëre, sed in pectore, qua cor penetrabat cœlum: diciturque iure canticum novum; quoniam novum

Apoc.14.2. Vers.3. *Eius oratio tempestas mundo,musica cœlo.* Lyr. Rupert.

quòd oratio in corde cithara acordis,esset procella in vaga regione aëris. Ordo sphæræ immutandus, si in oratione audiretur novus modus. Exprimit modus novus potestatem musicæ, in novi exhibitionem miraculi: ostenditurque in contrarietate novitas, ubi cùm tonitruo auditur musicæ suavitas; quia necessarium ut oratio consequeretur optatam à corde gratiam, quòd eius musica verteretur in procellam. Novum canticum in miraculum novum: siquidem novum in miraculo prodigium; quod subitò fulgura & tonitrua terrerent aures, cùm toto in æthere nec appareret nubes. *De throno* (ait idem) *procedebant fulgura & voces & tonitrua.* Signum utique magnum: quandoquidem voces,queis cordis constabat harmonia, convertebantur in fulgura. Alia latet origo,unde musicæ dulcedo & melodiæ commutatio. *Ego*(subdit) *flebam multùm.* Orabat fletu pro voto: erat in corde musica cœlestis expressa lachrymis, audiunturque unà è throno mugire fulgurum voces; quia lachrymæ excitantes in cœlum è corde musicen, versus mundum mito modo emittebant tempestatem. Pro *tonitrua*, exponit Lyra, *Miracula.* Patet oculis, quod ex illis ad miraculum exivit: siquidem turbato cœlo, ut flens potiretur voto, apparuit totius ætheris procella; quæ in maxilis tantùm videbatur ut lachryma.

Quare musica nova. Apoc. 4.5. Cap.5.4. *Et mirabilis?* Lyran.

9 Elucet iam specialis modus laudis: per voces musicæ interrogatur, & per fulgura ac tonitrua respondetur. Profectò ex clamore canticum acceptabile, dum Deus respondet è turbine. Signum demonstratur, orantis exaudisse vocem, atque clamorem percussisse aurem; dum commota tremuit terra, & præ turbine fundamenta montium sunt conturbata. Quippini? Scholasticæ *apparuerunt fontes aquarum*, exprimentis in fletu cordis propositum. Præparationem cordis eius audivit auris, ubi lachrymæ manabant ab oculis: equidem cùm quæ in oculis lachrymæ sint nimbus procellosus in æthere; simulatque in Scholasticæ luminibus apparuit fletus, *intonuit de cœlo Dominus.* Convenientia fuit orationis & inundationis: igitur utut visæ lachrymæ in speculo uti fontes oculorum, *apparuerunt* desursùm *fontes aquarum.* Tanta coruscationis & tonitrui virtus erupit, quùm caput in manus reclinatum levavit; conceptâ procellâ ex lachryma. Magnæ-Matri Ethnici tribue-

Iob.38.1. Psal. 17 7. 8.14.& 16. *Fletu excitavit tempestatem.* *Insigne Magnæ Matris clavis.*

runt clavem pro insigni. Vinc. Chartar. in eius *imag.* fol. 141. Scholasticæ Magnæ Religionis Matri traditur à Deo clavis, & clavis pluviæ ; ut ad lubitum possit aperire & claudere. Mittit eloquium suum terræ : si flat spiritus eius fluent aquæ. Conficit ex lachrymis nubium guttas in procellas, retorquens in fratrem subitò turbinem ; quoniam habebat pro corde etiam in oculis clavem.

10 In subsidium filiorum Israël orat intensè Samuel & cum lachrymarum flu-
1.Reg.7.9. mine. *Clamavit ad Dominum pro Israël & exaudivit eum Dominus.* Quomodò exaudivit? Dicit Siracides : *Intonuit de cœlo Dominus & in sonitu magno audi-*
Eccli.46.20 *tam fecit vocem suam.* Sonitus magnus fuit procellosus fulguribus ac fulminibus nimbus : *Intonuit Dominus fragore magno.* Vide Sanctium, Caietan. Serar. Maluend. & Mendoz. hic num. 15. Multa occurrunt digna notatu. Samuel oravit & Dominus de cœlo intonuit. Ad quid igitur procella de cœlo & certamen ventorum, cursiones fulgurum, nix grando, spiritus procellarum? Quorsùm tanta è nubibus furiosa tempestas, dum in cœlo
Patens oratio, dum efficax sine verbo. mittebat Samuel orationis sagittas? Ut comprobaret portento, quantæ potestatis esset Samuelis oratio : etenim per illam imber sævijt, nimbus obruit, turbo impegit, typho solutus ingruit, & Dominus subitò de cœlo intonuit, cùm nulla in aëre nubes appareret. Samuel *clamavit.* Nec verbum locutus est : & inde clamor? Sanè vehementior locutione cordis, & oratione mentis. Elevata quidem in Deum est anima, sed non locutus in lingua, loquente voto, & audito acceptione orationis desiderio : igitur claruit oratio quàm accepta, obtentà gratia ; cùm Deus feciſſet fragore magno miraculum, & Samuel nullum loqueretur verbum. *Quid clamas ad me?* Dicit
Exo.14.15 Dominus Moysi. Nec labia movet, nec hiscit. Cur Deus quæritur de clamore? Orabat Dominum oratione mentali : & cùm huius vox penetre cœlos, & commoveat in auxilium etiam abyssus ; respondit Dominus per fulgura & tonitrua, auribus horrida, quin Moyses movisset
Ioseph. labia. *Ventis impellentibus* (inſit Ioseph 2. *Antiq.* cap. 7.) *accesserunt & imbres de cœlo & aspera tonitrua, fulguribus simul intermicantibus : fulmina quoque deferebantur* : clamareque dicitur, quùm nihil loquitur, & orbis turbulenter miscetur ; ut constet miraculum & qualitas, dum oratio cordis hinc & hinc turbat sphæras : equidem estò miraculum novum ; maior commendatio miraculi, sine expensis unius verbi.

11 Perpende : *Intonuit de cœlo Do-* Eccli.sup.
minus, & in sonitu magno auditam fecit orationem suam. Audita oratio & exaudita, quia commota sphæra? Prodigium sanè, quod quæ oratio in corde, esset tempestas in aëre. Non habuit Samuel aliud scutum, nisi lachrymas in votum. Serenitas erat, & sine rore arva, ut efformaretur pluvia, quam desiderabat pro victoria. Vincerent oppugnantes, ni fœtæ fulminibus adversarentur nubes : & cum serenitas esset, Dominus orationem fulminibus, coruscis & tempestate exaudivit ; quia materiam tempestatis sumpsit ab orantis oculis : quandoquidem Samuel plorans ut Dominus exaudiret ; serenitatem aëris ad pluviam traxit. Nubes nil aliud sunt nisi exhalationes, è terra cœlum versus surgentes : tempestas fulminum & cursantium tonitruorum, oritur occursu & concursu nubium. Imitata est oratio naturam, dum Samuel flendo insignis tempestatis cupit obtinere gratiam : etenim quæ guttæ lachrymarum in oculis, sursùm elatæ precæ in procellam fuerunt nubes. Samuel ploravit, & Dominus horrisono strepitu, atque fragore exaudivit, ut Samuel vincere posset : equidem cùm tempestas necessaria esset in victoriam, & plorasset propter gratiam ; lachrymis & lachrymis habuit in impugnatorem, quam posit obijcere tempestivam tempestatem.

Materia tempestatis ab orantis oculis.

12 Quàm floridè, etsi alio intentus, articulum Benedicti & Scholasticæ describit Manilius! Ita ergo lib. 1. *Astron.* cap. 2. à v. 95.

Omnia conando docilis solertia vicit:
Nec priùs imposuit rebus finemque, modumque,
Quàm cœlum ascendit ratio, cœpitque profundis
Naturam rerum causis, viditque quod usquam est.
Nubila cur tanto quaterentur pulsa fra- Manil.
gore?
Cur imbres ruerent, ventos quæ causa moveret?
Pervidit: solvitque animis miracula rerum:
Eripuitque Iovi fulmen, viresque Tonantis,
Et sonitum ventis, concesit nubibus ignem.

En studium Scholasticæ : Benedictum in-

tue-

Certamen Benedicti & Scholasticæ.

tuère inter coruscos & tonitruos, atque ingentis pluviæ inundationem.

——*Postquàm in proprias deduxit*
singula causas,
Vicinam ex alto mundi cognoscere mo-
lem
Idem. *Intendit, totumque animo comprehendere*
cœlum:
Omniaque ad mundi Numen, faciemque
moveri
Sideribus varijs, mutantibus ordine
facta.

Sol & Luna steterunt in habitaculo suo & Lunæ oppositus Sol. *Quid est quod lo-*
Gregor. ubi supr. *queris Soror?* ait Benedictus. Luna in oppositione Solis, semper clarior. Flet Scholastica. Lachrymarum fluvium in mensam fudit. Illa orat, illa plorat, ut Solem vincat. Vincere? Utique: quot lachrymas fuderat, tot fulmina in tempestatem formaverat. Unde cùm præ serenitate nec videretur nubecula, nec sine procella posset obtineri victoria; tacitè sed abundè super mensam flevit, ut
Quæ mira in miraculo procellæ? tempestas ex fletu excitari posset. Flevit, & serenitatem aëris ad pluviam traxit: equidem quas ut lachrymas exprimebat ex oculis, sursùm convertit in furorem turbinis. Flevit, & Dominus de cœlo tonuit; ut per nimbosum fulmen, clareret eius exaudisse orationem: igitur modo mirabili subitò apparuit nubilum, quod fuerat momentis paucis antè fulgens sereniss imum cœlum. Flevit cadente lachrymà, & elevata in æthera, seu ex oculis in fulgura sursùm translatà, mirà prorsùs miraculi novitate; quippe miraculum factum in ictu oculi! Flevit & flendo oravit, Deusque tonitruo respondit; ut ex fragore nubis sonaret quantus clamor orationis: quandoquidem cùm fleret silentioso clamore, & inscio fratre; patuit in fratrem à cœlo accepta, quoniam priùs exaudita, quàm audita.
Eius oratio priùs exaudita, quàm audita. Miratur Benedictus mutationem aëris, nesciens Sororem è cœlo obtinere clavem imbris. Cœlum serenum pluebat.
Gregor. ubi supr. Quid mirum? Scholastica *lachrymarum fluvium in mensam fuderat*: quem torsit tacitè desursùm in fratrem contradicentem; quippe flumen lachrymarum convertit in tempestatem. Servaverat coram fratre potestatem clavis, dum coram illo stetit & rogavit siccis oculis. Operuit faciem & flevit; actutumque Deus intonuit; ut in fragore nubis videret signum, clave quam miserat, esse iam cœlum apertum.

13 Signat Gregorius d. *Tanta fuit convenientia orationis & inundationis, ut de mensa caput iam cum tonitruo levaret: quatenùs unum idemque esset momentum & levare caput, & pluviam* (nubes) *deponere.* Gabriel Bugnot. in *Vit. S. Bened.* cap. 19. succinit. Gregor.

Unde & tam largi resolutis nubibus imbres,
Et subitò tegulis decutiuntur aquæ?
Nursini devota Soror tot concitat imbres,
Dum caput acclinans Numinis orat opem.
Plangit amans largisque gemens rigat imbribus ora:
Et cœlum effusis imbribus arva rigat. Bugnot.

Tempore Achab per verbum Eliæ cœlum quoad pluviam perstabat ferreum, & terra ænea, quippe cor populi plumbeum. Facto à Propheta in Carmelo sacrificio, dixit Regi: *Ascende, quia sonus multæ pluviæ est.* Unde ergo non solùm sonus imbris, sed etiam vehementioris, quasi procellosæ tempestatis? Ita factum. *Ecce cœli contenebrati sunt, & nubes & ventus; & facta est pluvia grandis.* Pende, *Ecce.* Novarin. in cap. 7. *Luc.* v. 12. infit: *Ecce particula admirationis est: novum aliquod indicat.* Patet ad oculum: quid mirabilius, quàm cœlum triennio serenum absque ulla nube, obtenebrari repentè? Ideo singulariter demonstratur; & dicitur *Ecce* mirabili novitate: igitur theatrum sanequàm admirationis, quòd ubi ad pluviam nec nubes, ingrueret & nubes & ventus & pluvia grandis. Hoccine miraculum: verùm ex quo tantæ inundationis signum? Oravit Elias abundè plorans, & modo speciali oravit. *Pronus in terram, posuit faciem suam inter genua sua.* Hebraismus est, ut explicetur, sedentem inclinando caput super manus, orasse in pluviam & excitasse fletus. Adi Abulens. Caietan. Sanctium & Alapid. Caput nimirùm inclinatum ad genua. *Genua* (infit Isidor. lib. 11. cap. 1. *Etymol.*) *cognata sunt oculis, lachrymarum indicibus::. Inde est, quòd homines, dum ad genua se prosternunt, statim lachrymantur.* Ex orationis lachryma claret unde pluvia: & non dicit tunc pluviam sed sonum, ideſt, pluviæ signum; quia necdum preces effuderat, nec oratione ploraverat: etenim tanta est convenientia fletus orationis & imbris; ut priùs cœlum in pluviam commoveretur, & nubes aquam abundanter deponeret, si priùs orasset. *Sonus multæ pluviæ.* Non so-

Bugnot.

3. Reg. 18. 41.

Vers. 45.

Novarin.

Pluvia in serenitate. miraculum insigne.

Vers. 42.

Isidor.

Oratio cordis velociſſimæ virtutis.

ſolùm ſonus imbris, ſed grandis. Utique: caput in manus demiſit, ſicque flevit: unde cùm ex fletus & orationis modo conſtrueretur inundatio; ſi ex lachrymis profluit pluvia, ex poſitione orantis orta in miraculum inundationis procella.

14 *Cùm verba Scholaſtica fratris negantis audiſſet, inſertas digitis manus ſuper menſam poſuit; & caput in manibus Omnipotentem Dominum rogatura* Greg. Mag. *declinavit*: ſubdit Gregor. quò ſupr. Quorsùm huiuſcemodi orationis ritus? Quare ſiccine fletus? In propoſitum orantis & flentis: in gratiam pluviæ grandis & abundantioris. In deſiderata à Scholaſtica, non ſat pluvia; quippe abiret frater, ni in illum detonaret obex procella: & in manus demittit ſupplicans caput; & mittit fletum; quoniam ſic & ſic mittente in æthera lachrymas, ab æthere ſtatim oritura tempeſtas.

Bugnot. *In cœlum ſuſpirat amans, ſuſpiria cœli*
Elicit, & fletus mutua ſigna ſui.

Iob. 16. 21. Quomodò ergo mutua ſigna? Dicit Iobus.

Souſ. *Ad Deum ſtillat oculus meus.* Souſa in *Periphraſ.* accinit:

Sed mihi ſunt alto pendentia lumina cœlo
Et lachrymis excelſa Dei nũc atria pulſant.

Lachrymæ ab oculis deſcendunt in ſinum, haudquaquàm volant in cœlum: qua igitur arte excelſa Olympi palatia pulſant, dum genas rigant, & maxillas vel maculant vel decorant? Contentio delicabit Lunæ Scholaſticæ cun Benedicto Sole. Cœlum eſt ſursùm: & ploravit verſus cœlum; quippe dum flevit, verſus cœlum pluit. Alia alibi. Verſus cœlum, & adverſus fratrem, totum ſletus Scholaſticæ molimen. Verſus cœlum, quia inventæ lachrymæ ſursùm: adverſus fratrem, quia quùm oratio in cœlum aſcendit, lachrymas ſecum in procellam aſſumpſit. *Sol* (dixit Ioſue) *contra Gabaon ne movearis & Luna.* Ad quid Luna? Pro victoria, ut Luna ſtaret; quæ minimè permaneret, ſi Sol abiret. Procellarum excitatrix dicitur Luna. Videnda illo in conflictu mirabilia magna. *Dominus miſit* (ſuper adverſarios) *lapides magnos de cœlo.* Ioſeph. 5. *Antiq.* cap. 1. *Divinum auxilium evidentibus prodigijs apparuit, cœlo tonante, & crebris fulminum ictibus, grandine inſuper maiore ſolito ruente.* Mira ſunt facta: & neceſſarium, quòd ſtaret Luna; quippe neceſſarium, quòd Luna tempeſtatem revolutione moveret, ut Sol ſtaret.

Scholaſtica ploravit in cœlum.

Ioſ. 10. 12.

Eius induſtria.

Verſ. 11.

Ioſeph.

15 Certamen Solis & Lunæ deſcribitur à Pierio Valerian. *lib.* 13. *cap.* 38. *Apud Mythologos* (ait) *Iovem ludicro certamine Apollinem cum Hecate tenellà adhuc ætate, commiſiſſe.* Appoſitiùs Gregor. Magn. d. *Benedictus* (infit) *voluit: ſed contra hoc quod voluit, in virtute Omnipotentis Dei ex fœminæ pectore miraculum invenit. Nec mirum, quòd plus illo fœmina, quæ fratrem videre cupiebat, in eodem tempore valuit. Illa plus potuit, quæ ampliùs amavit.* Benedictum Solem oppoſitum vicit, quia flevit: flens inundationem ex lachrymis excitavit; & procellam excitavit, quia plus dilexit. Quaſi per ſaltum, ne plus iuſto prorogetur Didaſcalia, perſtringenda teſtimonia. Sponſæ amoris ſunt lachrymæ teſtes. Herm. Hugo lib. 1. *Gemit.* 8.

Pier. Val.

Greg. Mag.

Benedictum vicit.

Herm. Hug

Duo flumina lumina fiunt.

Teſtis eſt lachryma flammæ: equidem haud maderet tener oculus, ni arderet vehementer pectus. Cognovit Magdalena, ubi Sol Iuſtitiæ eſſet: & quia dilexit multùm, inundationem lachrymarum elicuit, & totum cœlum commovit, ne Sol abiret. Elias totus facula ardebat & ex manibus eius aqua copiosè manabat (vide Lyranum in 3. Reg. 18. 35.) qua quidem & pectoris ardore, poſſet in terram ex terra, moto cœlo, tempeſtatem excitare. Aſtruitur exceſſus dilectionis, ubi ſedet amor in ſphæra cordis, ignis in fornace pectoris, & fletus fluvius in oculis. Viſio pro Eſtheris exaltatione eſt graphis præſentis articuli: igitur parvus fons (Hebr. *Oculus*) *crevit in fluvium* lachrymarum, *& in lucem* fulminum: unde ut Sol à favore non recederet; pro tempeſtate *in aquas plurimas redundavit.* Recondit ignem amoris Scholaſtica, qui cupiebat proſilire ad extra. Iam non in pectore flamma, ſed fulmina: & quia plus amando contra Benedictum potuit; *fulgura* tanti amoris *in pluviam fecit.* Contendebat cum Sole, cuius miraculum, ſi eſſet in quiete; cùm natura ducat in continuum motum, ut luſtret ſimul & illuſtret mundum. Ut magis luceret, Scholaſtica lachrymis obnubilavit. Haud cœli nubibus ſtetit immotus Benedictus. Miraculum fuit, quod nubibus ſtaret Sol. Lachrymis Scholaſticæ maius miraculum eſt: quandoquidem potiore miraculi novitate, *eduxit nubes ad extremo terræ.* Tonare cœlo ſereno, fuit apud Ethnicos infelicitatis ſuſpicio. Vide Sueton. in *Ti-*

Luc. 7. 37. 38.

Eccli. 48. 1.

Amore vicit, & fletus ab igne venit.

Eſth. 10. 6.

Pſal. 134. 7.

Ibid.

to;

to, cap. 10. modò claret inſigne potentis & prævalentis amoris, virtute mirabilis & admirabilis ignis: igitur quia Scholaſtica plus ex amore valuit, in Benedictum ſereno cœlo detonuit.

Bugnot. *Quid non vincit amor? Quid non ſuſpiria flectant?*
En gemitus flectunt ſidera: vincit Amor.

16 Iam Luna vergit in occaſum, ut mirabile eſſet in conſummatione prodigium. Quæ viſa Luna ſpecioſa, volat columba. Apud Ægyptios Luna pingebatur alata: *Per alas* (inquit Pier. ubi ſupr. & *lib. 1. cap. 26.*) *volucrem Lunæ curſum.* Cæſar Germanic. in *Arat. Phœnom.*

Cur in ſpecie columbæ volat in cœlum.

Cæſar Ger. *Clara etiam pernix cœlo cùm Luna refulget.*

Alæ ſunt inſigne ſingulare columbæ: unde Seneca 2. de *Ira*, cap. 16. *Adiuvat* (inquit) *columbam fuga*: modòque exhibetur columbæ ſpecie, quæ pridem pulchritudine Lunæ; ut conſtaret per volatum in cœlum, in terra lunam conſummaſſe curſum. Ut Luna uti vidimus n. 2. plauſa eſt Sponſa. Ibidem etiam plauditur & perfecta & columba. *Una eſt columba mea, perfecta mea.* Erat in cœlo huius terreſtris orbis, ut ſplendore virtutum curſum compleret vitalitatis. Non completus, tametſi eximiè fulgeret, quouſque in cœlum iam perfectione volaret: & quæ Luna non dicitur perfecta, ſed ut columba; quoniam per columbæ ſpeciem, clarebat cœlo, conſummaſſe perfectionem. Ut Luna Scholaſtica moritur. Fallor: in vitæ occaſu non extinguitur ſplendor. Luna non moritur, ſed in aliud hemiſphærium transfertur. Per Lunam ſignatur defectibilis mundana; per *Columbam*, *cœleſtis ac beata vita*: ait Alapid. in *Cantic.* 2. v. 10. ſenſ. 2. & quæ rutilabat in vita Luna pulcherrima, columba reſplendet & perfectiſsima; ut ex mutatione hieroglyphici, eluceat quanta gloria in ſtatus mutatione: quandoquidem per columbæ curſum volucrem, indicatur habere vitam cœleſtem. *Exite obviam* Sponſo venienti, vox dirigitur ad virgines. *Occurrite ei in aëra*: legit Interlinealis Gloſſa. Qui in terra habebat Sponſas, ſolicitat uti columbas, ut præſtito volatu clareat virtutum perfectio: igitur ſi quod curſus iam volatus: claret conſummata virtus. Dum ſunt in terra, ambulant, dum ſupra terram, volant;

Cant. 6. 8.

Eius vita perfecta & cœleſtis.

Alapid.

Matth. 25. 6

Interlin.

& Chriſto volantes occurrunt feſtinanter in aëra, quæ iam ſolutæ à mortali catena.

Purior haud aliter virgo ſecat aëra pennâ: Bugnot.
In petra & requies hac ſtatione placet.

17 Modò percipitur Sponſi vox ad gaudia æterna Scholaſticam columbam invitantis. *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ: oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis & facies tua decora. Surge.* Quid ergo? Iacebat? Nullo modo: alas habebat, ſed volare nequibat: & dicit Columbæ, *Surge*, quippe volare valet ſoluta morte. Ligata erat malo navis corporis, vinculis defectibilis carnis. Amor ſagittam electam miſit, vincula ſecuit. Ingenti ſonuerunt omnia plauſu, & in libertatem deduxit amoris vis, quia laqueus contritus eſt, Virgil. 5. *Æneid.* à v. 509.

Cant. 2. 13. 14.

Vixit ad inſtar columbæ.

——*Avem contingere ferro*
Non valuit: nodos & vincula linea rupit,
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Iam vacuo lætam cœlo ſpeculatus & alis Virgil.
Plaudentem, nigra fixit ſub nube columbam.
Decidit exanimis, vitamque reliquit in aſtris.

Siccine quæ columba carne exanimi ſurrexit: etenim volatu vitam inter aſtra collocavit. Nequibat venire quæ amica per gratiam, atque perfecta per vitam; quia necdùm in libertate: ſumpſit pennas columbæ, & non ſolùm volavit ſed requievit: igitur transfixa acutà ſagitta amoris, vitam reliquit in aſtris.

Candida candentes inter numeranda columbas? Balb.

Nullo modo, niſi puritate pectoris, atque candore nitoris:

Albaque tum viſa eſt igni prodire columba. Varran.

Alia ſpecie, alio colore Scholaſtica fulget, quippe *ſpecioſa*, abſque eo quod intrinſecùs latet. A Benedicto ſpeciem, coloremque ſumpſit. Modò ille aſpiciat,

In Elyſio nigra columba volat. Martial.

In ſummam pudicitiam, *Columbam nigram Ægyptij pingere commenti ſunt. Nigram illam faciebant*: Ita obſervat Pier.

Pier. Valer. Pier. Valer. *lib.* 22. *cap.* 1. additque *cap.* 2. *Quæ ad Noëm oleæ virentis ramum ore gestat, fusca ponitur à Prophetis.* Non designatur in auri pallore, nec cuius alæ argentatæ; sed columba nigra Scholastica, figurata vividè in columba Noëtica; & quia exivit illæsa post mortis universali diluvium, & quia regressa in arcam regni cœlorum: potiùs, arbitror, quia quousque in foramen petræ optatæ perveniret, non inveniebat in mundo, quò pes eius posset tutò requiescere. Ca-

Cur volat nigra columba?

Genes. 8. 8. nit Bugnot. ubi supr.

Virgo columba viros refugit, nulloque reperto
Nempe loco terris, quo requiescat, abit.

Gab. Bug. *Purior haud aliter virgo secat aëra pennâ*
Quæsitura petram, nam petra Christus erat.
Nec mirum, si habitum sumpsit, pennasque columbæ,
Haud secus ac vixit, debuit illa mori.

18 Hæftenus loc. cit. *cap.* 34. infit:

Hæften. *Quàm congruè quæ instar columbæ vixerat in foraminibus petræ, in caverna maceriæ, ad cœlestem transvolat patriam!* Unde congruentia? Inde à Benedicto cogitata gloria. *Vidit* (ait Gregor. cap.

Greg. Mag. 34.) *Eiusdem Sororis suæ animam de corpore egressam, in columbæ specie cœli secreta penetrare: qui tantæ eius gloriæ congaudens*, &c. Gloriæ? Unde? Ex columbæ volantis specie? & validè. Semper fuit Scholastica in caverna maceriæ, quasi in petræ foramine, clausuræ corporis sensuumque rigore. Extrà Scholasticam Benedictus frater videt?

Vel in cella, vel in gloria Iurè de Sororis gloria gaudet: etenim columba Scholastica vel in cellæ clausura, vel in gloria. Si in mundo, in caverna maceriæ: si in cœlo, in latere Christi.

Virgo columbinâ specie Nursina per æthram

Hæften. *Migrat in Angelicos, fratre videnti, choros.*

Aliter cogito ex Berchorio lib. 7. *Reductor.* cap. 17. *Columba* (infit) *pacis est nuncia, simplicitatis forma, naturâ munda, pietatis æmula, societatis amica, prole fœcunda, semper timida, rarò*

Proprietates columbæ. Berchor. *secura, nisi quando est in foramine petræ, ubi quiescit.* Foramen petræ vulnus est lateris amantissimi Sponsi. Audita est columbæ vox, quæ suavis est; sed sonabat à longè, hauriente de cœlis aure. Facies videnda, cuius vox audita: & dum in cœlum columba transvolat, surgit è sæculo, ut quiescat; quippequàm quæ candoris forma in veste nigra, corde munda, gratiâ speciosa, moribus pulcherrima, prole fœcunda; uti columba timida nunquàm in quiete, nisi inter astra collocata ad cor Sponsi.

Symbolum amoris eximij. Marc. 1. 10.

19 Amoris nimij hieroglyphicum columba: hinc iuxta Alapid. in *Cantic.* 4. 1. sens. 2. ut Sponsæ amoris Amasius indicaret excessum, signat in illa oculos columbarum. Hinc etiam Spiritus-Sanctus in Christi baptismate, de cœlo descendit in columbæ specie. Unde Tertullianus, de *Baptism.* cap. 8. inquit: *Columbæ figurâ dilapsus in Dominum, ut natura Spiritus-Sancti declararetur.* Tertull. Natura, ideſt, proprietas characteristica Spiritus-Sancti, est *Amor summus.* D. Thom. 1. *p. q.* 36. *art.* 1. & non aliam nisi columbæ ostendit speciem; ut demonstret in Christum summum amorem. Sese Spiritus-Sanctus declaravit, & etiam super quem tanquàm columba descendit. *Ut manifestetur in Israël.* Ioann. 1. 31. Quid in Salvatore, oculis patente, manifestandum? Columbæ signum, hoc est, amoris emblema, dum in Deo patebat oculis mortalis humana natura; obijciturque simul columbæ species, tanquàm insigne hieroglyphicum amoris; ut indicaret unde Salvatoris vulnus, ex quo libenter est mortuus: equidem si mortui propter homines offertur; solo amore moriebatur. Hoc quod erat occultum, Israëli propensè manifestandum; Spiritu-Sancto in illum descendente in specie columbæ: igitur si Spiritus-Sanctus amor eximius, utpotè summus; columbæ aptatur nobilissima selecta figura, ut constet mortis Christi potissima causa: quippequàm etiam in cruce, haud aliter quibat nisi summo amore mori.

Christus mortuus ex amore & præ amore.

20 Plura signa possent à cœlo exhiberi pro morte Scholasticæ purissimæ; sed Benedictus videt Sororis suæ animam in columbæ specie cœli secreta penetrare. Species columbæ non tam ad signandam eius gloriam, quàm mortis causam. Languebat in terris amore: & præ se fertur species columbæ; quia mori nequibat, nisi morbo quo languebat. Moritur, quo vita in cœlestia nutriebatur. Spiritus alebat, quo spiritum suffocabat: moriebatur quo vivebat: columbæque species exhibetur signum Scho-

Amore summo defecit Scholasticæ vita.

Scholaſticæ mortis ; quoniam ſi eximius
Cantic. 8. 6. amor præſignatur columba ; præ nimio amore evolavit in æthera. *Fortis eſt ut mors dilectio* cordi ſummo amore percuſſo. A Benedicto neſciebatur , quid de Sorore ageretur : videtque eius puriſsimam animam in columbæ pulchræ ſpecie ; ut conſtaret ſimul Scholaſticam mortuam , & quo vulnere. Currus Amoris trahebatur à cycnis & columbis. Chartar. in *Vener.* fol. 342. Perpropriè utique : equidem ſi columba pro cantu gemit ; cycnus dum moritur , canit. Altiùs pro Scholaſticæ vita , verè quæ fabula : igitur ſi ante in mundum ingreſſum ſingulari gratià in cycnum dulciter minurizantem eſt converſa ; in egreſſu oſtenditur uti columba , ut per apertum empyrium currus Dei multiplex millia lætantium. Patet,

Currus Amoris tractus à cycnis & columbis.

Cur virgo generoſa polum pernicibus alis Bagnot.
Aëra per liquidum facta columba petit.

Tres Lunæ ſtatus ſignarunt Ægyptij , ut obſervat Pierius Valer. *lib.* 32. *cap.* 25. quæ quidem non ſemper Luna plena. Scholaſtica naſcens , currens , moriens nitet. Sicut Luna plena in diebus ſuis lucet , & velocitate curſus , & ſuavitate cantus , & promptitudine influxus. In gremio Magnæ-Matris erat *totus gemmarum , metallorumque cenſus* : Ita Vincent. Chartar. in illa , fol. 139. Decus eſt aliquod falſis. Scholaſtica magna eſt mater Religionis : in eius gremio ſunt cenſus opulentiæ virtutum , atque theſauri gratiarum ; ſumptà forma à Benedicto Sole : quare in ecliptica noſtri myſtici cœli , à quo accepimus lucem ; videmus

Magnæ-Matris opulentia.

Solem novum , Lunamque micantem ; Caſtell.



TAU-

TAUTOLOGIA OCTAVA.

STULTUS EST, ET STULTITIA EST CUM EO

1. Reg. 25. v. 25.

EXPOSITIO LITERÆ.



Audi stultitiæ incubuit Erasmus Roterodamus, libell. de *Moria*, nec sine plausu, hæreticorum, scilicèt: etenim vel sacratiora in Ecclesia Catholica Romana risui & derisui exponit, Stultitiamque impudentissimè dicit sub Moriæ sapientis larva, qua fovebatur inflatissimi cordis feralis vomica, ac in DD. Orthodoxos virulentia. Stultus est, & stultitia est cum eo; etsi eiusdem furfuris Ovvenus, *lib.* 2. *Epigram.* 85. unceat oncet:

Ovven. *Stultitiæ laudem scripsisti primus, Erasme:*
Indicat ingenium stultitia ista tuum.

Et stultitia indicat stultitiam, dum ineptè cogitat nox nocti indicare scientiam. Quibat sanè iurè dicere: *Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum.* Prov. 30. 2. 3. *Non didici sapientiam, & non novi scientiam sanctorum. Verba* enim eius sunt dicibula sociorum *congregantis*, & scommata, ac dicteria in Catholicos *vomentis*. Tota profectò stultitiæ genealogia, educatio, ac comites translata è pectore Erasmi, minimè ficta. *Viri figura oratione cognoscitur*: uti dixit Socrates, apud Laërt. lib. 2. de *Vit. & dogmat. Philosoph.* innuitque Seneca, *Epist.* 114. *Quare quibusdam temporibus* (inquit) *provenerit corrupti generis oratio, quæris? Quomodò in quædam vitia inclinatio ingeniorum facta sit; ut aliquando inflata explicatio vigeret, aliquando infracta & in modum cantici ducta? Quare aliàs sensus audaces, & fidem egressi placuerint, aliàs abruptæ sententiæ, & suspicioſæ, in quibus plus intelligendum, quàm audiendum? Quare aliqua ætas fuerit, quæ translationis iure uteretur inverecundè?* Senec. *Hoc quod audire soles vulgò, quod apud Græcos in proverbium cessit: Talis hominibus fuit oratio, qualis vita. Non potest alius esse ingenio, alius animo color. Si ille sonus est, si compositus, gravis, temperans; ingenium quoque siccum, ac sobrium est: illo vitiato, hoc quoque afflatur.* Verba næ digna auctore Catholico; verum in Erasmum aptiora ex Ethnico.

Liber de Moria speculum vitæ Erasmi.

2 Fœtus, ac proles Stultitiæ claret in Erasmi libello: parentes & reliqua ostendit idem ibid. *Ab Iove principium*, ut canit Theocritus, *Edyl.* 17. v. 1. *Huius patris glorior esse*: dicit Sultitia. Si Ethnici audiunt, vapulabis; quippe adinstar Luciani, gerro, tremulos naso crispante cachinnos, laberis in athæum. *Hic quidem* (inſit) *me progenuit ex Neotete Nympha multò omnium venustissima, pariter ac festivissima, neque hic tristi alligatus coniugio: sed quondàm integer adhuc, caliduſque iuventà: neque iuventà solùm, verùm multo magis nectare, quod tunc fortè in Deorum convivio largius ac meracius hauserat. Sum edita in insulis fortunatis: atque in his quidem nata delicijs, nequaquàm à fletu sum auspicata vitam, sed protinùs blandè arrisi matri. Iam verò non invideo Summo Iovi capram altricem, cùm me duæ lepidissimæ Nymphæ suis aluerint mammis: quas hìc quoque in cæterorum comitum, ad pedissequarum mearum consortio videtis; quarum me herclè nomina ex me quidem non nisi Græca audietis. Hæc nimirùm quam sublatis supercilijs conspicamini, Philautia est* (ideſt Amor sui) *Huic quam velut arridentibus oculis, ac plaudentem manibus videtis, Colatia* (Adulatio, nimirùm) *nomen. Hæc semisomnis ac dormienti similis, Lethe* (oblivio) *vocatur. Hæc cubito utroque inniten, consertisque ma-*

Theocrit. Eraſm.

Fœtus stultitiæ, genus, educatio & famulitium

manibus, Misoponia (odium laboris) *dicitur. Hæc roseo revincta serto, & undique delibuta unguentis Hedone* (Voluptas) *est. Hæc lubricis, & huc atque illuc errantibus luminibus, Anoia* (Amentia) *dicitur. Hæc nitida cute, probéque saginato corpore, Tryphe* (Delicium) *nomen habet. Videtis & Deos duos puellis admixtos, quorum alterum Comon* (Deum temulentiæ) *vocant: alterum, Negreton ypnon* (ideſt, Altiſsimum ſomnum) *Huius, inquam, famulitij fidelibus auxilijs, genus omne rerum meæ subijcio dictioni: ipsis etiam imperans Imperatoribus. Genus educationem & comites audistis.* Eraſmi, vel Stultitiæ? Utriuſque ſanè.

3 Theatrum ſtultitiæ orbis eſt: tot habet ſcenas & embolia comœdia humanæ vitæ, quot actus in morione. Si ſtultorum infinitus eſt numerus, Nabal de quo agendum, unus præ ſe fertur ex infinitis. Non novum, iuxta Ciceron. *Epiſt.* Pæto, lib. 9. *Stultorum plena ſunt omnia.* Articulum Tautologiæ acu tangit Iuvenal *Satyr.* 14. à v. 227. Cicer.

Mentis causa malæ tamen est, & origo penes te,
Nam quisquis magni census præcepit amorem,
Et lævo monitu pueros producit avaros, Iuvenal.
Dat libertatem, & totas effundit habenas
Curriculo: quem, si revoces, subsistere nescit,
Et te contempto rapitur, metisque relictis.
Cúm dicis iuveni, stultum qui donet amico:
Qui paupertatem levet, attollatque propinqui.

En tractus Davidis cum Nabal: quo quidem elucet, in quos anfractus pervenit homō insignis preſſus inopiâ, & quam in inſolentiam turgeat ſtultus, cæcè fautus à Fortuna.

Fortunæ soboles putantur esse.

Hinc Bernard. ſerm. 2. in *Domin. Palmar.* n. 2. & in *Cantic.* 68. n. 6. ſubdit: *Licèt enim multos frangat adversitas, tantò multó plures extollit prosperitas. Quia in utroque periculum est, orat sapiens & dicit: Divitias & paupertatem ne dederis mihi: ne forté aut divitiæ extollerent in superbiam, aut paupertas deijceret in impatientiam.* Idem Ambroſ. in Pſalm. 118. oct. 8. Plato de *Legib.* lib. 3. *In quocunque hominum cœtu nec inopia, nec divitiæ sint: ibi enim nec contumelia, nec invidia locum habent.* Hunc ſtatum optabat Cleomenes: etenim ut in eius *vit.* dicit Plutarch. ſæpe exclamabat: *Si licuisset, antiquiora mala, divitias & paupertatem è republ. expellere; felicissimum utique regum omnium me fuisse arbitrarer: quod tanquám medicus absque dolore patriæ mederi potuissem.* Frider. Melliman. Bernard. *Mediocritas in bonis fortunę potior.* Plato.

Non ego divitias, non opto magna, sed adsint
Parva, modò ut vivam lætus & absque malis. Plutarch.

Succinit Theognis in *Sentent.* v. 174. citatque Baſil. tract. de *Legend. lib. Gentil.* & Horat. 2. *Carm.* Od. 10. v. 10. Theogn.

Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret invidendâ Horat.
Sobrius aulâ.

Charybdis & Scylla ſunt pectoris ſatagentis humani: at inter malleum & incudem inopes aliquâ gaudent conſolatione, ſed divites inſolentiâ opum ſunt ſine mente.

4 Turpius nihil eſt humili cùm ſurgit in altum, maximè, ſi deſpectum videt, quem adorare debuit. Ruſtico diviti fomes miniſtratur vanitatis in qualibet prece deiecti à fortuna nobilis. Deſcribit appoſitè mores Theganus Trevirenſ. in *Ludovici Pij vit.* cap. 20. *Postquám tales* (ait) *culmen accipiunt, statim incipiunt esse iracundi, rixosi, vaniloqui, maliloqui, obstinati, iniurioſi, minas omnibus subditis promittentes, his artibus cupientes timeri & laudari. Turpissimam cognationem à iugo debitæ servitutis nituntur eripere. Nullus cum eis pacificé & æquanimiter vivere potest, nisi soli qui cum illis coniunctionem talem habent: cæteri verò cum maximâ tristitia gemendo, flendo ducunt dies suos: illi verò illustrium virorum humiliatione elati, nobiles etiam senes derident atque despiciunt, varia iactantes, ut se posse putent.* Eadem invenies apud Gaſp. Barthium in 1. *lib. Claudian. in Eutrop.* v. 181. Siccine opprobria indigentium, & arrogantia divitum. Poſsident arca Iovem, ideſt, muneribus corrumpunt flagitiorum iudicem atque vindicem. Canit Menander apud Stobæum, *ſerm.* 89. *Barbarus dives, & servus in dignitate positus, qualis?* Thegan.

Menand.

Epicharmus quidem Deos esse dixit
Ventos, Solem, Terram, Aquam, Ignem & Stellas:
Ego autem utiles esse Deos arbitror argentum nostrum & aurum
Nam illos si collocaveris in domum,
Pete quicquid voles: assequeris omnia,
Amicos, iudices, testes. Largire solùm,
Sic enim vel ipsos Deos ministros habebis.

Pecuniâ cuncta corrupta.

5 Hæccine externa: at quid intrà, dum fortuna alit stolidi soliloquia? sibi philauti blandiuntur, non videntes quod vident, sed quod videri desiderant; ut uti cupiunt appareant. Errores vel negligunt, vel excusatione deaurando in prudentiam fingunt, quasi ignorarent in actione reconditum finem, quiqui stultissimam cognoverunt actionem. Sic hùc atque illuc in circuitu varijs cogitationibus mens sine mente vagatur, & ultro citroque errabunda revertitur; ex his, moriones concipiunt odium, quæ postea in ore suo complacebunt. Variant vota iuxta commodum, sed citra iudicium; & modò sibi grata, haud curant, quod sint insipida. Pericula huiuscemodi incomitatæ societatis & otiosæ ostendit Seneca: etenim sicut soliloquia mentis sunt cordati meditantis, quippe nunquàm minùs solus, quàm cùm solus; Ita soliloquia linguæ sunt hominis desipientis. *Sic est* (infit Senec. *Epist.* 10.) *fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Crates, cùm vidisset adolescentem secretò ambulantem, interrogavit: Quid illic solus faceres? Mecum, inquit, loquor. Cui Crates: Cave, rogo, & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. Nemo est ex imprudentibus, qui relinqui sibi debeat. Tunc mala consilia agitant, tunc aut alijs, aut ipsis futura pericula struunt: tunc improbas cupiditates ordinant, tunc quicquid aut metu aut pudore celabat, animus expromit: tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam instigat: denique quòd unum solitudo habet commodum, nihil scilicèt ulli committere, non timere iudicem; perit stulto: ipse se prodit.* Hoccine otium stultissimi negotium. Quid si divitis? Profert Lucas cap. 12. à v. 16. *Hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager attulit; & cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo quó congregem fructus meos? Hoc faciam: dextruam horrea mea, & maiora faciam, & illùc congregabo omnia quæ nata sunt mihi & bona mea: & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, & epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte. Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.* Exponitur perspicuè cogitationibus stolidis in Davidem frigiditas cum insolentia Nabal, quas Dominus morte multavit; quoniam estò iratus Princeps, improbo procaci ac pervicaci generosè pepercit.

Prælatus stultus.

Conditio secum palam loquentium.

Luc. 12.

Divitis avari & immisericordis.

6 Divitum siccine naturalis adiatrephia, osque perfrictum. *Dives effabitur rigidè, quia sapiens sibi videtur.* Prov. 18. 23--28. 11. Indigna effutit, & vulgus indigna plaudit quasi essent ex aula Iovis. *Dives locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius usque ad nubes perducent.* Eccli. 13. 28. hoc enim lenocinio vel putida promit uti oracula, labiaque torquet, ut arcanum sibi soli conscium indicet: Actiones ludicræ sibi videntur commendatio phantasticæ maiestatis, cogitationes insulsæ flatus sapientiæ, defectus verborum circunspectio linguæ, quam si in voces solveret, mentis vacuitatem exprimeret, & quasi meditato gestu fatuitatem operit. Si de ignotis incidit vaga notitia, fit autodidactus, à se scilicèt doctus, sui magister, qui audacior, quò stupidior apertà fronte, ita dicit mira de lente; ut superplenus, de quo vacuus, palpo intendens blandimine assentari verborum, in turpe obsequium; proferat pro lenocinio, quod cunctis claret opprobrium, ipsis auribus propudium. Risi sæpæ ingeniosum mulciminis popysma, quo dotes insignes plausu novo lactantur ab insipientia; & insolentiam fortunas habentium, tantùm quia fovent fortunas: siquidem tunc nobiles fiunt inopiâ opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Solatur Horatius *Epod.* Od. 4. à v. 5. succinens:

Stolidissimi deaurantis, arte insipientiam.

Licèt superbus ambules pecuniâ,
Fortuna non mutat genus.
Vides ne sacram metiente te viam
Cum bis ter ulnarum togâ
Ut ora vertat hùc & hùc euntium
Liberrima indignatio?
Quid attinet tot ora navium gravi

Horat.

Ro-

Roſtrata duci pondere
Contra latrones, atque ſervilem manum
Hoc hoc tribuno militum?

7 In monte igitur Carmelo (non qui Prophetarum ſedes in tribu Iſachar, ſed in Iuda, uti obſervat Hieronym. in *Iſai.* 30. 17. & *Amos.* 1. 2. ſimulque Adrichomius in *Iuda*, n. 76. ac *Iſachar*, n. 19.) erat poſſeſsio cuiuſdam viri de genere Caleb, nomine Nabal, cuius habitatio in urbe Maön; qui cùm David egeret, aſcenderat in Carmelum, ut tonderetur grex eius, regalique convivio celebraret vellerum opulentiam ex divite pecude. Nabal ergo (Hebraicè, Stultum ſonat) bonis fortunæ ſtultior, *durus & peſsimus & malitioſus* (commendationes ſtolidi, inſitaque ſocietas) fatuè intumuit. 1. Reg. 25. 3

(*Quid in hoc poterit vultu flagrare pudoris?*) Claudian.

Arrogantiam inflavit urbanæ civilitatis indebitus honor, humiliſque in bardum, ruſticum de Republica bene meritus David, inopiâ ſummâ laborans, ſubmiſsione aliquorum commilitonum, qui ſub illo erant, & cum illo peribant. Dehoneſtavit illorum faciem parcus, ſordidus, illiberalis Nabal, illi bona, proſperaque precantium: Verſ. 10. faſtoſèque erupit in huiuſmodi parrheſiam: *Quis eſt David, & quis eſt filius Iſai? hodie increverunt ſervi, qui fugiunt dominos ſuos.* Quis non ſuccenſeret huiccine procaci? Ignorat, qui ab omnibus ob beneficia notus, & à fama in templo immortalitatis collocatus? Quid non ab ſtulto? *Durus erat & peſsimus & malitioſus.* Exitus acta probarunt. Peſsimus, affectans ignorantiam viri inſignis. Malitioſus, dum ſervitutem liberis exprobravit: durus denique, quia nihil ſubſidij indigentibus conceſsit. Quid faceret morioſophus, os cuius æreum, & cor plumbeum? Commodius fuiſſet, loqui ad ſtatuam, ex qua utpotè ſine voce haud audirent contumeliam. Perculſa ſtulti ruſticitate, ac procacis impudore, Davidis (ut aliò dixit Claudian. 2. in *Ruſin.* v. 183.) *Nabal malæ indolis.*

Intumuit virtus, & lucis prodigus arſit
Impetus. Haud illos rupes, haud alta vetarent
Flumina: præcipiti ſtraviſſent omnia curſu,
Si tunc his animis acies collata fuiſſet. Claudian.

Oh! in quæ non præcipitat vel prudentem ingratitudo nota, & effrænis pervicacia? Quid non ſuggerit malaſuada fames & turpis egeſtas? Commovetur iurè generoſus pugiones videns in manibus, queis bona depoſuit, ut gratitudo cum fœnore in neceſsitate redderet. Unde David ait militibus: *Accingatur unuſquiſque gladio ſuo. Hæc faciat Deus inimicis David & hæc addat, ſi relinquero de omnibus quæ ad ipſum pertinent mingentem ad parietem.* Floridè ubi nuper Claudianus, v. 198. *Ingratitudo cum impudentia vel pacatum irritat.* Verſ. 13. & 22.

——Armati veniunt ductoris ad aures.
Stupuit ſimul ira virum, ſimul horruit ingens
Mœror, & ignavo tantum licuiſſe nocenti Idem.
Miratur. Dubios anceps ſententia voluit
Eventus: peragat pugnas: an fortia cœpta
Deſerat?

8 Patet liquidò, *quid prodeſt ſtulto habere divitias.* Prov. 17. 16. Quorsùm opes, quatum non ſuppetit uſus? Stolidus neſcit illarum in exercitio utile emolumentum vel in bonum proprium. Quicquid extruxerat viri ſtultitia, deſtruxit uxoris Nabal feſtiviſsima prudentia: igitur etſi David indignabundus erupit in bilem, ab illa cohibitus ne præceps iret in ſanguinem. *Etiam in adverſa fortuna rationem habere decet bonæ famæ*: dixit Menander apud Stobæum, *ſerm.* 87. Huius vulnere excanduit David, ſed uti princeps levi purgatione defervuit. Menand.

——Præceptis obſtare timuit, reverentia frangit
Virtutis ſtimulus: hinc publica commoda ſuadent,
Hinc metus invidiæ: tandem indignatus ad aſtra Claudian.
Extollit palmas, & ab imo pectore fatur:

Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui miſit hodie te in occurſum meum. Vade, ecce audivi vocem tuam & honoravi faciem tuam. Illa verò ſecum: Verſ. 32. & 35.

Illa dies potuit noſtris imponere finem
Cladibus, & ſceleris cauſas auferre futuri. Idem.
Invida, proh, quantum rapuit fortuna triumphum!

9 Prudentia enim Abigail arte accuſavit, virum ut excuſaret: at ſemper intendens in illius honorem, & coniugis capitis dignitatem, ſimulque in ultoris iniuriæ placidam quietem: etenim coram ſtricto gladio, cùm vir eſſet *filius Belial* (ideſt, ſine iugo, ingenio diſtorto) *ita ut nemo poſsit ei loqui, durus & peſsimus, & malitioſus*; nec verbum locuta eſt, niſi de prudentiæ defectu, quo vel ſumma iniuria potiùs negligenda, quàm vindicanda. Malitia, duritia & mala indoles irritant ſtomachum etiam leviter commotum; igitur notant ex propoſito impudentiæ gravitatem: ſtuporeque mentis, quod erat conſilij erratum in malignitatem tantæ frigiditatis effectricem; fœmina induſtria artificioſè ſignavit bardæ rationis errorem. *Eſt Prudentiæ* (inquit Macrob. 1. *Somnium Scipion.* cap. 8.) *ad rationis normam, quæ cogitat, quæque agit, univerſa dirigere; ac nihil præter rectum velle, vel facere: humaniſque actibus, tanquàm divinis arbitris, providere. Prudentiæ enim inſunt ratio, intellectus, circunſpectio, providentia, docilitas, cautio.* Cuncta in illo ſuaviſsimæ fœminæ eloquio, ne David (qui cum alijs in procinctu erat) exacerbaretur in totius domus exterminium, admovendo indignationi faces; imò econtrariò emolleſceret, & illa telum è manibus vocum blandimine eriperet. Ita ergo illum allocuta: *Ne ponat, oro, dominus meus Rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum Nabal, quoniam ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo.* Bipes eſt, ſed immeritò bipes. Pende fœminæ cautionem. Non dixit, *Super virum meum*, ſed *Super virum iſtum*; quaſi non agnoſceret, vel ſuum eſſe faſtidiret: de quo infrà *numer.* 15. *iniquum.* dicit, quaſi ſine æquitate, quippe iuſtitia, divitem & abundantem bonis honorare nobilem pauperem, ſummè, egentem. Nequibat profectò excuſare publicam ruſticitatem, exponens indolem, moreſque difficiles, quorum radix non ſolùm ſtultitia, ſed ſumma: quo ſagaci intuitu, ait, *Stultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo.*

Unde prudentia conſtet Abigail. Verſ. 3. & 17.

Quid Prudentia & eius comites?

Verſ. 25.

10 Obvia iam Tautologia: cuius quidem expoſitio perſpicuè facilis iuxta dicta *Tomis ſuperioribus.* Geminatio enim aliquando pro ſuperlativo profertur. Patet Deuteronom. 32. ubi ut indicaret Moyſes gentem ſine conxilio & prudentiâ, dixit: *Hæccine reddis Domino populе ſtulté & inſipiens?* Quo loco Maluenda ſubdit: *Populе defluens, marcide, languide, fatue, inſipiens, inſipide, flaccide, exhauſte, defecte, caſſe, ſtulte, nebulo, abiecte, perdite, caduce, inſulſe, vilis, carens & deſtitute ratione, cerebro, vigore ingenij, acredine, ſapore, virtute, intellectus ſapientiá humaná: Populе nihili, amens, aſynetos, in quo nec mica quidem ſit bonæ mentis, in quo nihil ſucci eſt.* Hæc cuncta, ut ſummam ſtultitiam Iſraëlitis legislator obijciat. Similiter Eccli. *Odivit anima mea ſenem fatuum & inſenſatum*: ideſt, fatuiſsimum. Pſalm. 48. *Simul inſipiens & ſtultus.* Hoccine ſtylo etiam Ethnici uſi. Homer. 15. *Iliad.* v. 104. *Stultos & inſipientes.* Euripid. in *Hippolyt.* v. 1012. *Stultus & planè deſipiens.* Unde ſenſus præcipuæ auctoritatis eſt in ſuperlativo modo. Q. d. Abijciat & abdicat dominus meus Rex huius viri frigiditatem, nec maneat altà mente repoſta; quippe ſtolidiſsimus & ſtultiſsimus eſt.

Deut. 32. 6. Maluend. *Geminato pro ſuperlativo.* Eccli. 25. 4. Pſal. 48. 11. *Prima expoſitio.*

11 Diſcrimina varia inter inſipientem & ſtultum ſignant S. PP. Caſsiodor. in *Pſalm. præf.* allegoricè per inſipientem intelligit Iudæum in Chriſtum non credentem, & per ſtultum Chriſtianum malè operantem. At hoc extra literam. Baſilius hìc per primum ſignat privatum prudentiâ, minùs ſolertem atque perſpicacem ad obeunda vitæ communis officia: per ſecundum autem deſtitutum communi rerum cognitione, quæ mentem hominis ornant. Didymus inſipientem accipit pro mentis experte, ſtultum pro mente pravâ, & animi malignitate. Ambroſius inſipientem vocat, qui mala ſapit; ſtultum, qui nihil ſapit & ſtulta intelligit. Bruno Carthuſian. definit inſipientem, qui penitùs ignorat, ſed ex negligentia: ſtultum verò, qui non ignorat, ignorare tamen ex negligentia diſsimulat. Theodoretus declarat ſtultum, qui quod decebat ſcire noluit: inſipientem verò, qui ſapientiæ omninò expers eſt, cum malitia tamen. Auguſtin. legit: *Imprudens & inſipiens*, additque: *Quis eſt imprudens? Qui non ſibi proſpicit in futurum. Quis eſt inſipiens? Qui non intelligit in quo malo ſit.* Maluend. Inſipientem accipit pro inconſtanti, inſtabili, mobili, mutabili, vario, obliquo, tortuoſo & vertumno. Stultum verò pro bruto, belluino, beſtiali, pecuino, animali, pecudum more, hebete, bardo, ſtupido & fatuo. Aliqui fatuum intelligunt, pluſquàm ſtultum; quippe ſtultus aliquando errat, verùm fatuus ſemper deſipit. *Inter ſtultum, fatuum & ſtupidum* (ait Iſidorus lib. 1. *Differentiar.* num. 509.) *quidam*

Diſcrimen inſipientis & ſtulti. Caſsiodor. Baſil. Didym. Ambroſ. Brun. Theodoret. Auguſt. Maluend. *Fatui, ſtupidi & ſtulti.*

Ve-

Veterum fatuum existimant: qui nec quod fatur ipse, nec quod alij dicunt, intelligat: stultum verò hebetiorem corde. Unde Afranius: Ego, inquit, me stultum existimo: fatuum esse non opinor. Idest, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis. Stupidus verò dictus est, quasi lapideus, quasi stolidus. Eadem D. Thom. 2. 2. q. 48. art. 1. Nicolaus Leonicenus in illud Hippocrat. lib. 7. *Aphorism.* 14. *Ex capitis ictu obstupescentia & desipientia*; subdit: *Desipientia agnoscitur loquentibus, agentibusve nihil consentaneum rationi. Obstupescentia verò, quando neque aliquid dicunt, neque agunt, sed apertis oculis quieti manent, similes ijs, qui ex timore sunt attoniti.* Ita est stupor, imposità sura super femur; de quo egimus, *Tom.* 4. *Taut.* 9. *num.* 12. Isidor. Leonic.

12 Hæ geminationes superlativum indicant, quasi deficerent voces in difinitionem stultitiæ tantæ & talis; qua de causa accedit pro explicatione periphrasis. *Stultus* Nabal *est, & stultia cum eo*: idest, stultissimus, nimis stolidus: q. d. Non est similis, nec excogitabilis: ita notus insipientiâ, ut non sit stultus, sed ipsa stultitia. Quibat dicere quòd Nicobulus, apud Plautum in *Bacchid.* Act. 5. scen. 1. à v. 1. *Secunda expositio.*

Quicunque ubique sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthàc
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones,
Solus ego omnes longè anteeo stultitiâ & moribus indoctis. Plaut.

Sic igitur, sicut Fortuna fingitur arrogantibus, superbis, ambitiosis, dempto capite humano, belluina imponere (ut de Alexandro Magno, Fortunæ alumno, accinuit Achilles Bocch. *Emblemat.* 66. *Superbus nõ homo.*

Fortunæ totum qui se permiserit ultrò
Vero hominis regno spoliat se prorsùs, & ingens
Bellua sit capitum multorum, luminis expers.) Ach. Bocch.

Ita ut notaretur homo stultissimus, ostendebatur olim ab Ægyptijs asinino capite. *Eum qui rerum ignarus sit* (infit Pier. Valer. lib. 32. *Hieroglyph.* cap. 52.) *nec rei cuiusquam rationem norit, non amicitiæ, non hospitalitatis iura susceperit, ipse quis sit, utrum sit, an non sit, id quoque nesciat; per asininum caput, humano appositum trunco, significabant. Asinus imperitiæ hieroglyphicum.* Hinc natum axioma de homine stulto, nimirùm, *Caudam trahere.* Hispan. *Echarle una maza.* Indicat Horatius, 2. *Satyr.* 3. v. 53. inquiens: *Homo asinino capite.* Pier. Val.

Qui te deridet, caudam trahat. Horat.

Ubi Lævinus Torrentius subdit: *Sumpto à puerorum more proverbio, qui eorum, quos derisui esse volebant, tergo caudæ instar apponere solebant aliquid, quo veluti pecudes haberentur.* Favent nostrates: equidem ut signent hominem prorsus stultum, dicunt: *No le falta sino la cola.* Haud secùs stylus Abigail in expressionem stolidæ barditatis Nabal. *Stultus est* (ait) *& stultitia cum eo.* Multi insipientes, sed non semper desipiunt: multi stupidi, at non semper stupor mentis cum eis: Nabal verò stultus continuâ paraphora, & est cum illo stultitia: equidem in æstimatione prudentum inter universos insensatos claret stultissimus omnium. Arabic. *Nabal nomen eius indicat actiones & ineptias eius.* Si nomen à lacte, & iuxta nomen singularis stultitia; crevit nata cum illo insipientia. Cum illo sanè, etenim adolevit ætas, & simul stultissima fatuitas. *Quid sit caudam trahere?* *Tertia expositio.* Arabic.

13 Huc etiam pertinet, quod sæpe diximus, geminationem scilicèt eiusdem sensus discretis vocibus, sumi pro epitasi, sive exaggeratione materiæ circa quam; ita ut prima sententia usurpetur pro *Non tantùm*, posterior verò pro *Sed etiam Imó*, &c. Diximus *Tautolog.* 2. *num.* 21--5. *num.* 18--& 7. *n.* 13. ubi plura videsis attestantia. Iccircò Abigail variâ periphrasi viri indicat stultitiam: iteratque inculcando sententiam, q. d. Non solùm est stultus, sed etiam stultissimus, nullo consilio, innatâ insipientiâ omninò insensatus, ludibrium bipedum sine ullo succo, neque mica prudentiæ, radiovè syndereſis inter homines. Hinc Caietanus legit: *Brutalis, ignominiaquè hominum.* Ioseph. lib. 6. *Antiq.* cap. 14. *Agrestis & malis motibus, insipiens.* Vigilantius ut vernaculè: *No solo mentecato, sino mentecaton.* Aliquando fit pleonasmicè, quod frequenter palilogice. Cantic. 1. 15. *Ecce tu pulchra es, ecce tu pulchrá es.* Ideſt, pulcherrima. Genes. 49. 22. *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens.* Hoc est, fortunatissimus. Psalm. 34. 21. *Euge, euge*: nimirùm, summus plausus, 1. Machab. 10. 15. *Labores laboraverunt*, pro gravissimis exantlatis laboribus. Similiter apud Profanos: Euripid. Iphigen. in *Aulid.* v. 1313. *O mater, mater!* scilicèt, amantissima: v. 1487. *Veneranda, veneranda mater*: videlicèt, venerabilissima. Homer. *In geminatione sententiarum, prima pro* non solum, *secunda pro* Imò. *Quarta expositio.* Caietan. Ioseph. *Palilogia pro superlativo.*

mer. 12. *Iliad.* v. 175. *Pugnam pugnabant*: nempè, difficillimam. *Iliad.* 16. v. 66. *Pugnacibus ad pugnandum*; putà, fortissimè. Virgil. 2. Æneid. v. 756. *Si fortè pedem, si fortè tulissem*: ideſt, Spe nimis lata. Quod Plautus, in *Milit.* Act. 2. scen. 3. v. 16. *Forte fortunà*. Idem Ovid. 6. *Metamorph.* fab. 7. & *Mater, Mater clamantem*, stylus hiccine indicat superlativum, & quid in illo genere excedens. Unde pro stultissimo Hugo Cardinal. in *Luc.* 12. 20. legit: *Stultè, Stultè*. Caietan. *Stulte, imprudens*. Sic intelliguntur testimonia præfata *num.* 10. & 11. *Stulte & insipiens, fatuum & insensatum, insipiens & stultus*: & illud Christi, Luc. 24. 25. *Stulti & tardi corde*: quasi stultissimi, uti Nabal, cuius stultitia sine comitate comes.

Hug. Card. *Quinta expositio.*

14 Aliter etiam cogito, nec sine fulcro sacræ paginæ, ut excessus, vel summus gradus rei alicuius ostendatur; mos est apud Hebræos, uti abstracto pro concreto. De Salomone dicitur Eccli. 47. 27. *Dereliquit post se de semine suo, gentis stultitiam*: ideſt, Roboam, non solùm stultum, sed stultitiam; ut stultissimum exprimeret. Dialecto nostrà pro summa stultitia, *Necedad de necedades*. Hoc nimirùm sensu, 1. Cor. 1. 23. dicit Paulus, quod Christus crucifixus *Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitia*. Psalm. 35. 2. Ubi, *Dixit iniustus*: & Psalm. 52. 2. *Dixit insipiens*, legit Chald. *Dixit iniustitia*: *dixit insipientia*. Eccle. 10. 6. *Est malum, positum stultum in dignitate*; Maluenda vertit in abstractum, dicens: *Data fuit stultitia in elevationibus multis*. Psalm. 38. 7. *Universa vanitas omnis homo vivens*: ideſt, homo vanissimus est. Psalm. 54. 4. *Declinaverunt in me iniquitates*, pro *Iniqui*: ideoque infit: *& in ira molesti erant mihi*. Psalm. 77. 20. *Domibus iniquitatum*, pro *Iniquorum*. Philip. 3. 6. *Non sumus circuncisio* (pro *Circuncisi*) *qui spiritu servimus Deo*. In huiusmodi propositum Profani quoque conveniunt. Homer. *Iliad.* 13. v. 247. *Allocuta est potentia Idomenei*. Hoc est, potens Idomeneus allocutus est Principes Græcorum. Aulæ ferunt huiusmodi phrases: quapropter non dicimus nisi Maiestatem, Excellentiam, Dominationem, Serenitatem, &c. Sophocles in *Antigon.* v. 762. dicit *Odium*, pro Invisa: & in *Philoct.* v. 1016. pro *O ulysses*, profert: *O odium*! Theocrit. *Edyl.* 14. v. 36. *Mea pestis, tibi non placeo*? Scelus pro scelerato, phrasis Terentiana est: in *Andria*, Act. 3. scen. 5. v. 1. *Ubi illic est scelus, qui me perdidit*? In *Eunuch.* Act. 4. scen. 3. v. 3. *Scelus, postquàm ludificatus est virginem*: & Act. 5. scen. 6. v. 17. *Scelus, nos irridere*? Obvia testimonia apud Plaut. Seneca de *Tranquill.* cap. 15. suffragatur, dicens, *Occurrit scelerum felicium turba*, pro *sceleratorum*. Prompsit Martialis, *lib.* 11. *Epigr.* 93.

Maluend. *Abstractum pro concreto.* Homer. *Pro superlativo.* Sophocl. Theocrit. Terent. Senec. Martial.

Mentitur qui te vitiosum Zoile dixit:
Non vitiosus homo est, Zoile, sed vitium.

Consonant testimonia pro excessu stultitiæ Nabal: etenim eò pervenit, quò nullus stolidus: Ita desipit inops consilij, impos mentis, eubulià vacuus; ut non solùm dicatur stultissimus, sed ipsa puta pura, mera stultitia. Sic per sarcasmum de stolidissimo longè latèque desipiente, in *Adelph.* Act. 3. scen. 3. v. 40. dicit Terentius: *Tu, quantus quantus, nil nisi sapientia es*. Vide Donatum hìc. Sapientia ironicè pro stultitia. Unde Plautus in *Amphitr.* Act. 3. scen. 2. v. 23. succinit: *Stultior stultissimo*.

Sexta expositio. Terent.

15 Clareat ergo magis insipientia Nabal ex ordine verborum Abigail. Non dicit stultum cum stultitia, sed *stultum & stultitia cum eo*. Appositè. Primum aliquando indicaret actum, secundum autem designat habitum, difficilè mobilem à subiecto: sicque stultitia cum illo est, & individuus comes, imò individuam vitam gerens, quia magis eius uxor stultitia, quam ego. Innuit, dum dixit Davidi: *Virum tuum*, & *non meum*. Licèt vir meus sit, cum quo semper habitare, iuris est; diligit magis stultitiam uxorem, quàm me; ideoque *stultitia est cum eo*. Hæc pro me sufficitur. Non habet stultitiam amicam, aut amasiam, matremve, aut sponsam; sed coniugem, quam diligit toto corde, & servat pectore. Haud novum, filios Fortunæ dicere fortunatos: at quùm per somatopœiam, aut characterismum (uti dum Plaut. in *Mercator.* Act. 5. scen. 2. v. 4. dicit:

Vers. 25. *Somatopœia.* Plaut.

——— *Ibi sex sodales reperi, vitam, amicitiam,*
Civitatem, lætitiam, ludum, locum.)

Effingitur Sortis & Felicis quasi matrimonium; ostendimus fortunatissimos. Siccinè fictum, Timotheum, Cimonis filium, Athenienſium Ducem, nullà peritià militari præditum, tot præclara gessisse, & ultra vota; quia impensè fautus à cæca Fortuna:

Qui filij Fortunæ & mariti?

hu-

huius enim dicebatur maritus, quia illo ſtertente, uxor circuibat muratas urbes, ac in rete contractas Timotheo quieſcenti tradebat capiendas.

Huic urbes captas Fortuna in retia cogit
Dum iacet, & molli membra quiete levat.
Sic multis mens læva, quibus ſint Numina dextra,
Et male res cœptæ, res bene ſemper eat.

Dion. Leb.

Accinit Dionyſ. Lebeus-Batillius, *Embl.* 30. Scomma fictum ab invidia ingeniosè retorſit, ut notant Plutarch. in *Apophthegm. Græcor.* & Eraſm. Roter. *lib.* 5. n. 21. etenim ut cognoſcerent, illo duce inſperata in ſinum de cœlo non cecidiſſe; reſpondit: *Si urbes tantas capio dormiens, quid facturum cenſetis experg. factum?*

Fortuna Timothei.

Plutarch.

16 Similiter Servius Tullus dictus Fortunæ non alumnus, ſed maritus; cui illa obſequebatur ita, ut ex filio ſervæ Rex conſtitueretur Romanorum, Fortunaque conficeret quicquid Servius etiam ſomnians imperaret. Vide Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 3. *Antiq. Rom.* cap. 53. & tot. *lib.* 4. In felicitatis ſignum, *illo dormiente flamma ex eius capite emicuit, matre, ipsáque Regina inſpectante cum mulieribus & alijs, qui tunc fortè aderant: nec priùs ardere caput deſijt, quàm excitato á matre, flamma ſimul cum ſomno evanuit.* Idem Plinius, *lib.* 2. *cap.* 107. & *lib.* 36. *cap.* 27. In omen ergo bonum felicitatis Aſcanij, Virgil. lib. 2. *Æneid.* à v. 682. cecinit:

Servi Tulli.

Halicarnaſ.

Ignis fatuus felicitatis ſignum.

Ecce levis ſummo de vertice viſus Iulij
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.

Virgil.

Adiſis La-Zerd. hìc, videſiſque, quæ fusè diximus, *Tom.* 3. *T.* 4. *á n.* 15. Hoc enim intuitu ipſe Tullus templa erexit gratus Fortunæ Bonæ & Virili, ut refert Halicarnaſ. ubi dudùm, *cap.* 24. & poſtquàm aſſecutus eſt regnum etiam Fortunæ Forti, Primigeniæ & Maſculæ. Plutarch. *Rom. qq.* 74. Quo magis propendit fuit templum Fortunæ Parvæ, *cuius ædem conſecravit primus, in qua ſignum ſuâ prætexta ornatum dedicaſſe, & longo tempore manſiſſe incorruptum*; inquit Alexand. ab Alexandr. 1. *Genial. dier.* cap. 13. Pridem Plinius lib. 8. *cap.* 47. dixerat: *Factam à Tanaquile togam regiam, undulatam in æde Fortunæ, qua Servius Tullus fuerat uſus.*

Fortunæ cognomina.

Alex. ab Alexand.

Quid in templo Fortunæ Parvæ?

Plin.

17 Eodem modo pro pignore futuri Imperij oblata in connubium Fortuna Servio Sulpicio Galbæ. Haud immeritò apud Romanos colebatur *Fortuna Viſcata*: non quia pennata viſco capitur; ſed *quia procul ab ea capiamur*; ut inquit Plutarch. quò nuper. Modò illa diligat, perficientur cuncta, quantumvis amaſius dormiat.

Fortuna Viſcata.

Plutarch.

Si Fortuna volet, fies de rhetore Conſul.

Iuvenal.

Ut ait Iuvenal. *Satyr.* 7. v. 197. *Sumptâ virili togâ* (inſit Sueton. in *Galba*, cap. 4.) *ſomniavit Fortunam dicentem, ſtare ſe ante fores defeſſam, & niſi ocyus reciperetur, cuicunque obvio prædæ futuram. Utque evigilavit, aperto atrio, ſimulacrum æneum Deæ cubitali maius iuxta limen invenit; idque gremio ſuo Tuſculum, ubi æſtivare conſueverat, avexit: in parte ædium conſecratum, menſtruis deinceps ſupplicationibus, & pervigilio anniverſario coluit.* Illa verò zelotypiâ laboravit. *Monile margaritis, gemmiſque conſertum* (ait idem ibid. *cap.* 18.) *ad ornandum Fortunam ſuam Tuſculanam ex omni gaza ſecreverat: id repentè quaſi auguſtiore dignius loco, Capitolinæ Veneri dedicavit; at proximâ nocte ſomniavit ſpeciem Fortunæ quærentis fraudatam ſe dono deſtinato, minantiſque erepturam & ipſam, quæ dediſſet. Luce primâ cùm Tuſculum excucurriſſet* (ſimulacrum evanuerat) *nihil invenit.* Eadem apud Alexand. ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 13. In quæ non merſa cæca Gentilitas! Canit ex illis Lucretius, lib. 2. de *Rer. nat.* v. 14.

Sueton.

Galbæ ſomnium.

O miſeras hominum mentes! O pectora cæca!
Qualibus in tenebris vita, quantiſque periclis!

Lucret.

Stoliditas profectò ſumma, ſed limitem tranſilivit audacia, dum non ſolùm cum Fortuna, ſed cum alijs Deabus connubia arroganter celebrabant. Conſtat, 2. Machab. 1. 13. ubi de Antiocho Epiphane dicitur: *Cecidit conſilio deceptus ſacerdotum Naneæ: etenim cum ea habitaturus venit.* Idem fecerunt Athenienſes cum Marc. Antonio ſub nomine Dionyſij, ſeu Liberi Patris, ut ſuam Minervam duceret; uti ridet Marc. Seneca, *Suaſor.* 1. de quo Nos latè, *Tom.* 8. *T.* 11. ad illud Ioann. 3. 29. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.* Hac igitur de cauſa ædes erecta Fortunæ ſub titulo *Virginis*, ut refert Plutarch. *Roman. qq.* 74. etenim qui fortunatus, corrumptam ducebat; qui verò fauſtiſsimus ſimilem haud habens in felicitate, virginem; quaſi nullus per-

Connubium hominum cum Deabus.

Quæ Fortuna Virgo?

pervenerit, nec prævenerit thalamum: per Catachresim liberiorem metaphoram; quo sensu nomen Virginis indicat nec domitum, nec violatum; ut notat Ar. Montan. de *Arcano serm.* cap. 84. & Nos diximus, *Tom. 2. T. 6. n. 22.*

18 Etiam fictum à Priscis matrimonium Numæ cum Egeria Nympha, vel Dea, ob prudentiam in regimine, quasi ab illo decreta essent oracula, crederentque folia recitare Sibyllæ. *Quòd gustavisset diviniorem consuetudinem* (inquit Plutarch. in *Numa*) *ac dignus Deum connubió habitus; cùm Egeria Dea eius amore capta, degeret, virque beatus, & rerum divinarum sapiens evasisset.* Crisim nota: *Equidem obscurum non est* (infit) *eum sermonem similem esse antiquarum illarum fabularum, quas Phriges de Arte, Bythini de Herodoto, de Endimione Arcades acceptas approbarunt.* Hac quoque metaphorà, ut sapientissimus evaderet Salomon, dicit, Sap. 9. 10. *Mitte* sapientiam *de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ; ut mecum sit, & mecum laboret.* Præmiserat enim, cap. 7. 10. *Super salutem & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam.* Clariùsque cap. 8. 2. *Hanc amavi, & exquisivi à iuventute mea, & quæsivi sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius*: & v. 18. *Circuibam quærens, ut mihi illam assumerem.* Vide Pined. de *Reb. Salom.* lib. 3. cap. 3. Siccine, quia Iob simplex ac timens Deum, dixit illi coniux, cap. 2. 9. *Adhuc tu permanes in simplicitate tua?* Hispan. *Aun estás aora casado con tu simpleza?* Non aliter cogitandum pro sensu genuino verborum Abigail: etenim cum sub metaphora connubij, phrasi eleganti, notetur cohabitatio, ex qua individuæ vitæ consuetudo, & coniunctio intima; ut clareat quanta stultitia cum stulto Nabal; dicitur, stultitiam habitare cum illo, & inseparabiliter, quasi essent coniuges, illa uxor, ille non tam filius, quàm maritus; quorum connubio qui duo, iam non duo; ita ut qui diceret stultitiam; intelligeret Nabal, & econtrà. *Secundum nomen suum stultus est.* Ubi Pagn. *Secundum nomen suum, sic est Nabal nomen eius* Sept. *Iuxta nomen suum hic est, Nabal nomen ei, & insipientia cum eo.*

Numæ coniugium cum Egeria, quorsum? Plutarch.

Somatopœia in Scriptura.

Salomon sponsus Sapientiæ, Nabal Stultitiæ.

Septima expositio. Vers. 25. Pagn. & Septuag.

Conveniunt rebus nomina sæpe suis.

19 Stultitiâ multos viguisse legimus, unde adagia de stultis collecta per Erasm. Roter. in *Chiliadib.* Famosiores ergo notandi; ut præstet stoliditas, uxor Nabal. De Psyllis, ex Herodoto, lib. 4. refert Gellius, lib. 16. *Noct. Atticar.* cap. 11. *Quondàm fuisse in terra Africa, conterminos Nasamonibus, Austrumque in finibus eorum quodam in tempore perquàm validum ac diuturnum flavisse: eo flatu aquam omnem in locis in quibus colebant, exaruisse: Psyllos re aquariâ defectos, eam iniuriam graviter Austro succensuisse: decretumque feciisse, uti armis sumptis, ad Austrum perinde quasi ad hostem iure belli res repetitum proficiscerentur. Atque ita profectis, ventum Austrum magno spiritus agmine veniisse obviam; eosque universos cum omnibus copijs, armisque, tumulis montibusque arenarum superiectis operuisse: eo facto Psyllos ad unum omnes interisse.* Indos Solem dilapidare, & Æthiopes in illum sagittas mittere, diximus, *Tom. 4. T. 3. D. 1. n. 4.* & *T. 8. D. 3. n. 5.* refertque Strab. *lib. 17. n. 565.* Thraces dum tonat, tela in cœlum eiaculantur: idem *lib. 8. num. 50.* Ita bardi describuntur, ut renuentes perficerent molem improbo labore; quia fabricatis scalis, his ad cœlum ascensurum, accusaturumque apud Iunonem, interminabatur Præfectus. Beyerlinck, in *Theatr.* lit. S. Callicon fuit stultissimus, etenim cum ollam pro pulvinari supposuisset capiti, ut mollior quiescenti esset & commodior; lanâ refercit. Eustach. in *Iliad. 10. Homer.* Non absimile narratur de rustico quodam, qui sedens in asino cum sacco farinæ, imposuit humeris, ne pondus gravaret bestiam. Quidam nomine Lobelinus, quia novâ tunicâ indutus, ab occurrentibus quærebat, An viderint Lobelinum? *Mensa Philosoph.* tract. 4. cap. 16. De Corœbo refert idem ibid. Lucian. dialog. de *Amorib.* ex quibus Erasm. loc. cit. *chil. 2. Centur. 9. Adag. 64.* undas maris intendisse numerare, cùm nesciret præ stultitia ultra quinque numeri supputationem. Plura stulta signat Theöcrit. *Edyll. 16. v. 60.* subditque:

Stulti insigniores.

Aul. Gell. *Psilli.*

Indi & Æthiopes.

Thraces.

Callicon.

Corœbus.

Theocrit.

Sed par est labor in litore undas numerare.

20 Melitides pariter famosus morio. Ducta uxore, nuptam novam haud attigit, veritus ne se illa accusaret apud socrum. Erasm. *Chiliad. 4. Centur. 4. Adag. 69.* Quia eversà Troia, venit auxilium laturus Priamo; ait Eustach. quo supr. & Ioan. Text. lib. 5. *Officin.* cap. 32. De Acco vetula dicit idem, *lib. 2. cap. 60.* in stultitiam incidisse, quia vidit in speculo faciem senio deformatam. Addit Cœl. Rhodigin. *lib.*

Melitides.

Acco vetula fatuissima.

17. *cap.*2. *Cùm se ampliùs contemplaretur in speculo, imaginem suam perinde ac mulierem alteram alloqueretur, innueret, summurmuraret, arrideret, interdùm comminaretur, promitteret, sublandiretur, & quicquid confabulantes solent, numeris omnibus impleret. Etiam clavos nonnunquàm spongiâ veluti malleo impingere conata est.* Eadem apud Plutarch. de *Pugnis Stoicor.* & Iacob. Bornitium, *Embl.* 25. Cœl.Rhod. *Caligula.*

Imitatus huiusmodi fatuitatem Caligula de quo *num. seq.* igitur, ut in eo narrat Sueton. *cap.* 23. *Interdiù cum Capitulino Iove secretò fabulabatur, modò insusurrans, ac præbens invicem aures; modò clariùs nec sine iurgijs.* De Harpaste, uxoris Senecæ servâ, dicit ipse *Epist.* 50. *Hæc fatua subito desijt videre. Incredibilem narrorem, sed veram: nescit esse cæcam: subinde pædagogum suum rogat, ut migret: ait domum tenebrosam esse.* Plutarch. de *Non irascendo*, infit: *Xerxes etiam æquori stigmata & verbera infixit, atque ad montem misit epistolas. Noli divine Atho, qui nubes attingis vertice, operibus meis præbere lapides vastos, & parùm tractabiles: alioquin ipsum te excindam & in altum proijciam.* Artemon ita stupidus fuit, ut diu intra domus septa se contineret, duobus servis æreum scutum supra eius caput substinentibus, ne quid noxium supernè excideret. Si quando autem tecto egredi congeretur, lectică tecto adopertâ gestabatur. Textor, quo nuper, lib.5. cap.30. & Cœl. Rhodigin. *lib.9. cap.*11. pluraque id genus refert Gallenus libell. de *Affectis loc.* Zenophanius ita stultus, ut plus rideret, quò magis risum cohibere niteretur. Ravis. Text. ibid. *cap.*32. Quid dicemus de risu Democriti & fletu Heraclitì? Ovvenus lib.2. *Epig.*46. facetè accinit: Sueton. *Harpaste.* Senec. Xerxes. Plutarch. Artemon. Ravis. Text. *Zenophanius, Heraclitus, & Democritus.* Ovven.

Ille nihil nisi risit: & iste nihil nisi flevit:
Iste ne ridendus, flendus an ille magis?

Vide Diogenem Laërt. de *Vit. Philosoph.* lib. 5. & 9. Totum stultitiæ; qua de causa Sedul. *Carm.* lib.1.v.328. modulatur: Sedul.

——Prudentia quorum
Stulta iacet, quia vana Deo est sapientia Mundi;
Alter amat fletus, alter crispare cachinnum:
Diversisque modis par est vesania cunctis.

21 Attonitæ mentis & insipidæ fuit Caligula, de quo mira Suetonius refert. De triumpho è maris conchylis diximus *Tom. præced.* T.3. D.6. 15. de equo electo in Consulem, hìc *Tautolog.*4. n.11. sed mirum, quanta fatuitas cordi insederit: etenim cùm spectaculo aslideret, & subitò cœlum tonaret, furibundus sese erexit, dixitque: *Si iteres, videas ò Iupiter, ne succenseam.* De Claudio idem in eo, *cap.* 39. subdit: *Inter cætera mirati sunt homines & oblivionem & inconsiderantiam. Occisâ Messalinâ, paulò postquàm in triclinio decubuit, cur Domina non veniret, requisivit. Multos ex his quos capite damnaverat, postero statim die & in convivium, & ad aleæ lusum admoveri iussit:. Adsciturus in nomen familiæ suæ Neronem, quasi parùm reprehenderetur, quòd adulto iam filio, privignum adoptaret; identidem divulgavit, Neminem unquàm per adoptionem familiæ Claudiæ insertum.* O summa fatuitas! Vide Tacitum, lib.12. *Annal.* cap.25. *Sermonis verò rerumque* (infit Sueton. *cap.*40.) *tantam sæpe negligentiam ostendit; ut nec quis, nec inter quos, quove tempore ac loco verba faceret, scire ac cogitare existimaretur.* Dubitare modò possumus, uter stultior, hìc, vel Romanus Senatus? *Sententiam militum* (ait Tacit. ubi dudùm, *cap.* 69.) *secuta Patrum Consulta, cœlestesque honores Claudio decernuntur.* Haud aliam excusationem habent Romani in huius fatuissimi gloria, nisi stultitia ex gaudio Claudij, iam fato functi, uti celebravit iocosè circunspectus Seneca in *Claudij lud.* Præsagâ nare cognovit eius mater, quandoquidem, ut refert *cap.*3. Tranquil. *Portentum eum hominis dictitabat, nec absolutum à natura, sed tantùm inchoâtum: at si quem socordem argueret; stultiorem* (aiebat) *filio suo Claudio.* Satis ergo, siquidem deërit calculus, cùm stultorum infinitus sit numerus. Hanc horum & similium stultitiam; quasi in compendio retulit Abigail, dicens de Nabal: *Stultus est, & stultitia est cum eo*: equidem illo rerum articulo, factis factis & dictis dictis; summam & incomparabilem ostendit viri stultitiam. Sic illa apud Terentium in *Eunuch.* Act.5. scen. 6. vers.8. Caligulæ. Sueton. Idem. Tacit. Sueton. Octavæ expositio. Terent.

Non possum satis narrare.
Nunquàm pol hominem stultiorem vidi, nec videbo.

22 Stultitia aliquando in Scriptura sumitur pro vitio, peccato, aut iniquitate ver-

Stultitia pro peccato. verbo aut facto ; ut *Stultè egi*: 1.Reg. 13.13-26.21-2.Reg.24.10. *Noli facere stultitiam hanc* : *Eris quasi unus de insipientibus*. 2.Reg.13. 12. 13. *Stultè locutus est*. Iob. 34.35. *In multis sermonibus invenietur stultitia*. Quod quidem clarè exprimitur Numer.12.11. *Ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè commisimus*: hoc est, quasi rationales non essemus. In eodem sensu acceptio apud Stoicos : Senecam adi , Epist. 1. & 53. Plautus in *Amphitr*. Act.2.scen.2.v.77. *Num stultitia accessit , aut superat superbia*? & Horat. 1. *Carm*. Od.3.v.38.

Plaut.

Horat.

Cœlum ipsum petimus stultitiâ : neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Iovem ponere fulmina.

Pro mentis diminutione In præsenti autem Pleonasmo , haud pro vitio stultitia profertur ; sed pro mentis diminutione aut inopiâ , attonitoque cerebro. Genes.31.28. Iacobo dicitur à socero: *Stultè operatus es, & nunc quidem*. 1.Cor. 3. 19. *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum*. Discrimen prompsit Salomon, Eccles.1.17-2.12. *Dedi cor meum ut scirem::.erroresque, & stultitiam*. Ita Ovidius,1.*Trist.Eleg*.2.v.99.

Ovid.

Imò ita si scitis : si me meus abstulit error,
Stultaque mens nobis , non scelerata fuit.

Suetonius in *Claud*. cap. 29. *Inscius plerunque & ignarus*. Horatius , lib.1. *Satyr*. 3. à vers.49.

Horat.

——Error certo de tramite pellit:
Ille sinistrorsùm, hic deorsùm; unus utrique
Error, sed varijs illudit partibus::.Est genus unum
Stultitiæ, nihilum metuenda timentis.

Cœl.Rhod. 23 Pro quo optimè Cœl. Rhod. *lib*. 17. cap. 3. ex Galleno astruit. *Imaginandi vim , qua sensibilia apprehenduntur omnia : item cogitandi facultatem , sive discernendi ; quæ facienda à non faciendis discernit. Sequitur postremò memoriæ potestas, quæ præterita suggerit. Ab imaginatione ducit Gallenus exordium , ac eius esse nocumentum unum putat, qui dicitur Stupor. Aliud quod Congelatio. Aliud Alienatio. Nocumentorum verò discretivæ potentiæ , aliud dicitur Ablatio, sicut Amentia: aliud Diminutio , ut Stultitia : aliud Corruptio, ut Desipientia. In memoriali autem potestate aut destrutio inest actionis, ut in Lethargia, aut diminutio motus, & vocatur Insania.*

Quid stultitia & desipientia, stupor & alienatio?

Mirificè, lepidè, vividè, & ingeniosè; sed adhuc considerandum in stultitia discrimen diminutionis, vel corruptionis cerebri. Stulti igitur sunt sine malitia, aut malignitate; qui dicuntur insensati, stolidi, ficulnei, blitei, abderitici, vecordes , simplices , sideràti, inepti, stupidi, hiantes, fatui , sine mente , putido cerebro. Græcè , *Moriones*: Hispan. *Simples , mentecatos , bobarrones , papanatas , zampatortas*. Alij utique sunt, quorum mentis diminutio atque corruptio patet, simulque duritia mentis : tenaciter adhærentes conceptis semel, adinstar sanguisugæ

Qui stulti diminutione discretivæ potētiæ?

Horat.

Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

Quasi cadere causà in meditata insipientia, esset fateri stultitiam : gratumque videtur prosequi , ne cognoscatur error , cùm magis in pertinacia dispaleſcat , fiatque novissimus error peior priore. Hi dicuntur capitones, agrestes, rusticani, rustici, rudes-bardi , inurbani , indolati , stipites , & trunci. Græc. *Ateramni , trobatæ*. Hispan. *Majaderos , mastines , moscateles , bobaleisones , villanchones con mas costillas , que un estolon*. De primis dicitur, Proverb. 11. 22. *Circulus aureus in naribus Suis, mulier pulchra & fatua*. Eccli.21.17. *Cor fatui quasi vas confractum*. Euripid. *Iphigen. in Aulid*. v.394. *Stultitia mentis*. Sophocl. in *Electr*. v.1339. *O plurimum fatui , & mentibus privati* ! Novissimi non solùm laborant paraphori, ideſt, errore mentis,sed duplici stultitia ex persistentia in errore. Unde Prov.27.22. *Si contuderis stultum in pilâ, non auferetur ab eo stultitia eius*. Ezech.3.7. *Domus Israël nolunt audire: attritâ fronte est, & duro corde*. Qui sibi, cæterisque dicunt:

Qui eiusdē corruptione?

Euripid.

Soli nos sapimus , cæteri verò desipiunt.

Ut apud Plaut. in *Bacch*. v.196. & Iuvenal.*Satyr*.13. à v.237.

Iuvenal.

Cùm scelus admittunt , superest constantia.
——Ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa & mutari nescia.

Hi non solùm stulti, sed est stultitia cum eis.

24 Liquet igitur unde insignis stultitia Nabal , quippe non tam morio & sto-

ſtolidus; quàm agreſtis capito, ruſticus & indolatus. In erroribus perſiſtit, quaſi mira geſſerit.

Maxima ſtultitia, perſeverare in errore.

Adeonè ingenio eſſe duro, atque inexorabili,
Ut neque miſericordiâ, neque precibus molliri queat.

Terent.

Ut inquit ſimilli in articulo Terent. in *Phorm.* Act. 3. ſcen. 2. v. 12. Haud revocant vel commoda propria, nec qui rident, nec qui lamentantur. Ruit,

——Clamet amica,
Mater, honeſta ſoror, cum cognatis pater & uxor,
Heic foſſa eſt ingens, heic rupes maxima, ſerva:
Non magis audierit, quàm Fuſius ebrius olim.

Horat.

Horat. 2. *Satyr.* 3. v. 57. Eſſet ſolùm Nabal ſtultus, ſi deſiperet, & eum ſtoliditatis pœniteret: at proh dolor! eſt ſtultitia cum eo, quia neſciens cum quibus, inter quos, quove tempore, vel loco verba facit, perfrictâ fronte, eſtò inſipida, eſtò acriora ſtolidiùs defendit. Hinc iungit Salomon *Errores, & ſtultitiam*; quia maxima ſtultitia, perſeverare in errore.

Eccl. 1. 17.

Agreſtis eſt, & ad omnia iracundus & contumax.

Theocrit.

Ait Theöcrit. *Edyl.* 22. v. 58. Corpus eſt ſine pectore, cranium ſine medulla, cor ſine vitalitate, aſinus Antronius, ſus Bœotica, Margite ſtultior, Chærephonte inſipidior, ſine grano ſalis, & in cunctis aſinus ad Lyram. Dum mater concepit, ſtultitiam concepit, & in moleſtiam cunctorum in lucem protulit. Aptè in genitricem cadit iocus Soſiæ apud Plautum, in *Amphitruon.* Act. 2. ſcen. 2. v. 87.

Expoſitio nona.

Non eſt puero gravida Alemena, ſed inſaniâ.

Plaut.

25 Hinc fatui, ſtolidi ruſticani, præut cogitant ſine diſcretione rerum & perſonarum, ſtultè loquuntur, & gandibundi dum proferunt. *Os fatuorum ebullit ſtultitiam.* Proverb. 15. 2. ex abundantia cordis os loquitur. Unde intelligitur illud: *Stultus fatua loquetur*, quia *fatuus* eſt *inſenſatus.* Idem dicit Euripid. in *Bacch.* v. 74. *Stultus ſtulta loquitur.* Ideſt, cognoſcitur per loquelam ſtultus. Sunt homines vaſa lutea: habent enim rationis theſaurum in vaſis fictilibus, ac tinnitu cognoſcuntur an fracta vel integra huiuſmodi vaſa. Unde Eraſmus, ubi ſupr. *Chil.* 1. *Centur.* 1. *Adag.* 98. inquit: *Hominis figura oratione cognoſcitur*: mentis ſanè imago quodlibet verbum. *Oratio vultus animi eſt.* Senec. *Epiſt.* 115. Stultus cum tacuerit, ſapiens reputabitur. Quia loquitur ſtultus eſt, & quia loquitur ſtulta, eſt ſtultitia cum eo. Fatuitas igitur pro illotunc latuiſſet, vel aufugeret, ſi taceret. At quando cum ſtulto ſilentium habitare potuit? Nunquàm amicè. Deſipuit Nabal, & ut clareret deſipientia, erupit in probra improvidus, morologus, & in ſtultiloquio linguarius. *Cor inſipientium provocat* (Vatabl. *prædicat*) *ſtultitiam.* Prov. 13. 23. & Eccli. 21. 28. *Labia imprudentium ſtulta narrabunt.* Speculum cordis profectò verba. Caperatæ probra frontis ſunt frictæ & refrictæ, quin à ſemel apprehenſo removeri permittant, qui *per iocum ſtulti operantur ſcelus.* Prov. 10. 23.

Isai. 32. 6. Eccli. 25. 4.

Eraſm.

Senec.

Expoſitio decima.

Et quid tam parvum eſt? Sed nullo thuræ litabis,
Hæreat in ſtultis brevis ut ſeminuncia recti.

Perſ.

Ut dicit Perſius, *Satyr.* 5. v. 120. Cogitant quippe uti magnum, quod prudentes aversantur, vel videntes profusè in cachinnos ſolvuntur.

Quod illi maledictum vehemens eſſe exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam.

Terent.

Canit Terent. in *Adelph.* prolog. v. 17. Hæc dicitur ab Horat. quo ſupr. v. 43. nequam fatuitas.

Quem mala ſtultitia, & quemcunque inſcia veri
Cæcum agit.

Horat.

A Plauto in *Milit.* Act. 3. ſcen. 3. v. 5. *Stultitia atque inſipientia inſulſa & maxima.* A Siracide, cap. 22. 13. dicitur fatuitas & impietas. *Luctus mortui ſeptem dies: fatui autem & impij, omnes dies vitæ illorum.* Pende, *Vitæ illorum.* Unus impius & fatuus, ſed dicit, illorum; quippequàm multi ſtulti continentur in illo. Quàm appoſitè conſtat per Roboäm, qui ut vidimus, *n.* 14. dictus *Gentis ſtultitia*: & ut liqueret, in illo quanta erat; legit Syr. *Multiplex ſtultitia.* Plaut. in *Curcul.* Act. 4. ſcen. 3. v. 19. *Stultior ſtulto fuiſti.* Hoc eſt eſſe ſtultos & ſtultitiam cum illis; quoniam cognoſcunt ſtulta verbis proferre, & tamen proferunt.

Eccli. 22. 13. *Unus & multi ſtulti qui ſtultiſſimi.* Syr.

26 Fixo Nabal perſeverabat in ſtultitia pede, dupliciter ſtultus, nitendo contra

Expoſitio undecima.

parietem pro ſtoliditate ruſtica, ſemel conceptà. Cor illi intrinſecùs emortuum, ſeſe contentus erat. Haud taciturnus ſtatua exijt, ſed buccona in dicteria, atque intolerabilia probra; quibus ſibi gratus, & alijs uti inſipidus ridendus. Sic ille apud Terent. in *Adelph.* Act. 4. ſcen. 2. v. 9.

Terent.

Rideo hunc. Primum, ait, ſe ſcire: is ſolus neſcit omnia.

Expoſitio ultima. Cum neſcit, ſtultus eſt; at dum cogitat cæteros falli, & ſe ſolùm ſcire; ſtultitia eſt in eo; & ſumma ſtultitia, quoniam de mentis diminutione ad corruptionem fit tranſitus: ſimulque ſtulti manent ſtulti & in ſtultitia amentes. *Iſti ſunt mores inſanientium ſtultorum*: dicit Euripid. in *Bacch.* v. 398. equidem dum ſtultitia cum illis, non ſolùm ſtulteſcunt, ſed inſaniunt. Hinc Proverb. 15. *Stultitia gaudium ſtulto*; etenim, ut ait Virgil. 6. *Æneid.* v. 278. Illis *mala mentis gaudia.* Et Terentius, quò ſupr. in *Eunuch.* clamat:

Euripid.

Prov. 15. 21

Virgil.

Terent.

Scitum herclè hominem hic homines prorsùs
Ex ſtultis inſanos facere.

Cicer. Superimponitur ſtultitiæ ſtultitia, *ut hominem* (inquit Cicer. 4. *Philipp.*) *ſtultum magis etiam infatuet.* Qua de cauſa addictis ſtoliditati tot ineptijs, de Heliogabalo dixit Ælius Lampridius, in eius vit. *Eum ex ſtulto ſtultiorem faciebant.* Canit *lib.* 2. *Satyr.* 3. v. 220. Horatius:

Horat.

Integer eſt animi? Ne dixeris: ergo ubi prava
Stultitia, ei ſumma eſt inſania: qui ſceleratus,
Et furioſus erit.

Ex qua ſtultitia amentia? Objcitur ergo Nabal quàm ſtultus & qualis. Stultus, quia mentis impos: & ſtultitia cum eo; quoniam haud illam unquàm relinquens, nec cognoſcens, nec ſocietatis pœnitens; ex ſtulto per attonitam indolem, tranſivit in furibundum amentem. Uſurpetur ex Ovid. 2. *Triſt. Eleg.* unic. v. 15.

Ovid.

At nunc (tanta meo comes eſt inſania morbo)
Saxa memor refero rurſùs ad icta pedem.

27 Pervium iam iter in inſignem Tautologiam apud Lucam: igitur de Apoſtolis, dum cœleſtis Magiſter de paſsione, ac reſurrectionis gloria loqueretur, ſubdit: Luc. 18. 34. *Et ipſi nihil horum intellexerunt: & erat verbum iſtud abſconditum ab eis: & non intelligebant, quæ dicebantur.* Materiâ priùs delicanda Pleonaſmi, ut tunc conſtet forma loquendi. Auguſt. *Quid enim aliud facerent homines, qui ea, quæ ſunt hominum ſapiunt, quam ſic aiſputare de Deo contra Deum? Ille enim Deus eſt, iſti homines ſunt: ſed Deus novit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. In homine carnali tota regula intelligendi eſt conſuetudo cernendi.* Hactenùs Auguſtin. *Serm.* 147. *de Temp.* Proponit Chriſtus ſeſe futurum opprobrium hominum, & ſcopum contumeliarum, ſed illi quaſi verba proferret in ventum. *Aliam formam regni Chriſtum habiturum putabant: non flagella, convitia, mortem.* Ita Mariana, hic. Amantes ſibi ſomnia fingunt, & vigiles dormiunt. Iccircò Petrus propter eundem Salvatoris ſermonem, apud Matth. 16. 22. *cœpit increpare* (ideſt, retrahere) *eum, dicens: Abſit à te Domine: non erit tibi hoc.* Quid mirum? Pronuntiaverat Chriſtum Dei vivi filium eſſe. *Nec putat* (inſit hic Hieronym.) *fieri poſſe, ut filius Dei occidatur.* Nec audire iſthæc volebant, equidem in longè diverſa illorum vaſta cogitatio. *Quia eius vitam maximè deſiderabant, mortem eius audire non poterant, & quia Deum ſciebant* (inquit Beda) *non putabant poſſe mori: & quia ſæpe parabolicè loquebatur; de paſsione dicta ad aliud referenda eſſe credebant.* Sequitur ſententiam Caietan. in *Luc.* loc. cit. *Nihil horum intellexerunt. Non quòd verba Ieſu non intelligerent, ſed quia ſenſum verborum exiſtimabant, aut dubitabant eſſe ſicut ſenſus ſermonis parabolici. Quem credebant Meſsiam regnaturum in mundo, non poterant credere paſſurum talia, ut verba ſignificabant ſecundum ſenſum.* Iam Chriſtus ſemel dixerat, ut conſtat *Marc. 9. 30.* Etiam Luc. 9. 44. *Ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos: Filius enim hominis futurum eſt, ut tradatur in manus hominum. At illi ignorabant verbum iſtud, & erat velatum ante eos, ut non ſentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo.* Sic ergo ſenſus Tautolog. *Nihil horum intellexerunt*; quia Chriſtum poſſe mori non cogitarunt. *Erat verbum iſtud abſconditum ab eis*; quoniam aliud cogitabant, & aliud audiebant. Hinc *non intelligebant, quæ dicebantur*: ſiquidem appropinquare Regnum Dei audierant, & arbitrati ſunt, illicò cum Chriſto regnatum ire. *Tot pleonaſmis iteratis, quàm fuerint Apoſtoli alieni à concipienda animo morte Chriſti, docetur*: ſubdit hic Lucas Brugenſ.

Chriſti regnum haud intelligunt carnales.

Marian.

Hyeron.

Beda.

Caietan.

Luc. Brug.

Con-

28 Confirmant cogitationem versiones variæ. *Unum eorum nec intellexerunt, sed latebat cor sermo iste* Syr. *Hæc quæ illis dicta sunt, nesciebant* Pers. *Non intellexerunt quomodò, & quam ob causam.* Hay. Nolebant scire, quæ audiebant sæpe etiam; quo verbum istud absconditum ab eis. Ideſt, *omninò nesciebant.* Geminatio sententiarum pro adverbio, ut frequenter vidimus, & confirmationem prætermittimus modò. Arduum illis videbatur regnare & occidi; cavebantque occidi vel in regnum; maximè cùm regnum Christi proximum (quapropter filij Zebedæi sedes primarias ambierunt) cogitarent divitijs, glorià, fastu, atque dominatione orbis constituendum, non autem Christi sanguine ac passione. Hinc Petrus, 1. Epist. 1. v. 18. post magistri mortem, & resurrectionem, ait: *Scientes, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi & incontaminati.* Iam enim Christus illorum aperuerat sensus, ut intelligerent Scripturas, respuerentque fabulas futiles Iudaicas secundum doctrinam hominum carnalium, queis imbuebantur ab infantia, audientes Messiæ maiestatem, & retorquentes ad vim & divitias, quibus participes illarum & Christus omnia subiugaturus erat. Hinc S. Ignatius Epist. ad *Magnesian.* inquit: *Ne intendatis fabulis, & Iudaicis inflationibus.* Sic ergo somniarunt Talmudistæ, tempore Messiæ Iudeæ tellurem sponte prolaturam & oblaturam Iudæis alimoniam conditam, præut unicuique placeret, & vestes sericas gemmis ornatas corpori singulorum ad mensuram. Etiam Christum exhibiturum assectis bovem illum insignem & cete grande in principio Mundi à Deo creata, ut cum eo epularentur splendidè: resipiscere Deum malorum inflictorum Iudæis; ideoque statutis temporibus in conclavi seorsùm multis cum lachrymis deflet, quod Iudæis, quos amabat, iratus, templum everterit Ierosolymitanum, dispersèritque populum in captivitatem. Ita alia Iudaicæ inventionis digna, videnda apud Sixtum Senens. in *Biblioth. sanct.* lib. 2 lit. *T.* & Alapid. in 1. *Tim.* 1. 4. Non enim Christi regnum describunt, sed Anti-Christi, de cuius moribus, calliditate, dolo, glorià & fortunis videsis Suar. in 3. part. *D. Thom.* disp. 54. sect. 3. & 5. latèque Maluenda de *Anti-Christ.* tot. lib. 6.

Geminatio pro adverbio.

Blasphemiæ ac ineptiæ Iudæorum.

Ignat.

29 Aliter exponi potest, quod idem videtur. *Non intellexerunt*, scilicèt, *& erat verbum istud* (Brugens. *Negotium*) *absconditum ab eis.* Primum pro diminutione mentis: secundum pro cæcitate cordis in semel apprehensis. Ob huiusmodi hebetudinem ac duritiam, dixit Assertor N. euntibus in Emmaus, Luc. 24. 25. *O stulti & tardi corde ad credendum.* Stulti, respectu cognitionis. Tardi corde, respectu dictaminis, vel auditis ab ore cœlestis magistri, quæque illorum viderant oculi. Quare Caietan. quò supr. infit: *Non intelligebant quæ dicebantur.* ideſt, *Non solùm non intellexerunt; sed etiam perseverarunt, non intelligentes hæc.* Nervosè Bernardus serm. 6. in *Cantic.* num. 1. *Omninò nesciebant. Ab ipso erant, sed non cum ipso. Per ipsum vivebant, sed non ipsi. Ex ipso sapiebant, sed non ipsum, alienati, ingrati, insensati.* Hic modus loquendi obvius est in Scriptura: etenim plerunque occurrit synonymia, sivè Temeoteleuton: quando, nimirùm, uno verbo non satis videtur, dignitatem, magnitudinemve rei demonstrari. Isai. 1. 4. *Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israël, abalienati sunt retrorsùm.* Cap. 40. 14. *Cum quo inijt consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudivit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit?* V. 21. *Nunquid non scitis? Nunquid non audistis? Nunquid non annunciatum est vobis? Nunquid non intellexistis?* Virgil. 1. *Georg.* à vers. 40.

Luc. 24. 25.

Caietan.

Bernard.

Synonimia & Temeoteleuton.

Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis;
Ignaros que viæ mecum miseratus agrestes
Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari.

Virgil.

Seneca, 4. *Benef.* cap. 2. infit: *Iuxta Epicureos, voluptatibus virtus paret, illis deservit, illas supra se videt. Non est virtus, si sequi potest. Primæ partes eius sunt ducere debet, imperare, summo loco stare.* Denique Paulin *Natali* 1. v. 12.

Senec.

Pande vias faciles, da currere mollibus undis,
Et famulis famulos à pupibus agere ventos.

Paulin.

His ergo iteratis vocibus exprimitur quicquid unicà sententià videbatur imperfectum, nec satis notum. Quare ut prior sententia solidiùs firmetur, altiùsque sedeat; regeritur eiusdem sensus in secunda periodus: demùmque si tertiò iteratur, intenditur sum-

Pſal. 81. 5. *Ter ſententia geminata ſummum in qualibet materia oſtendit.*

ſumma in verba prolata attentio. Iccircò Pſalm. 81. 5. *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Ideſt omninò neſcierunt, nec micabat lucis in intellectionem minimus radius, adinſtar in tenebris ambulantium. Pariter in teſtimonio Lucæ. *Ipſi nihil horum intellexerunt*, & ita *erat verbum iſtud abſconditum ab eis*; ut nec intelligerent *quæ dicebantur.* Vide dicta *Tautolog.* 3. num. 7. 40. & 41.

30 In humanis affectibus, cùm alta homo non ſapiat, nec ultra intellecta Minervà rudi, prævalet multùm ſpes, quæ quidem irrita parit timorem, patrem deſperationis. Unde cum homo iuxta propriam exiſtimationem iudicet, & minimè iuxta non intellectam nimià affectione entitatem; dum fruſtratur votis iuxta placitum, tranſit de extremo in extremum. Sic ergo ut ait Seneca ex Theöphraſt. *Epiſt.* 3.

Senec. *Cùm amaverint, iudicant: non amant, cùm iudicaverint.* Quicquid ex iudicio amoris, poſt irritum propoſitum tranſit in faſtidium: quare illi quibus dixit Dominus: *O ſtulti & tardi corde ad credendum*; præmiſerant: *Nos autem ſperabamus.* Græc. *Vox*

Græc. *deſperantium. Sperabamus, inquiunt, non ſperamus.* Vid. Saã. Priùs parati erant & in carcerem & in mortem ire, quippe ſciebant Chriſtum illos liberare poſſe; poſtquàm verò comprehenſum ab inimicis viderunt, omnes, relicto eo, fugerunt: denique eo mutuo, deſponderunt animum; quia *non amant, cùm iudicaverint*, Amor ſpe lactatur, ſine nutrimento moritur.

Pub. Syr. *Amans quid cupiat ſcis, quid ſapiat, non videt.*

Uti accinit Publ. Syrus, v. 4. His præmiſſis elucet, cur dictis à Chriſto iterùm atque iterùm, diſcipuli nihil intellexerunt. Oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam, reſurgendo à mortuis; *ne* diſcipuli *aut ſuà, aut Domini morte doleant & maximè Petrus*: ut ait Chryſoſtom. Homil. 57. in *Matth.* Non ſolùm prædixit illis Dominus futuram Ieroſolymis paſsionem & mortem, ſed reſurrectionem poſt ſubeundam crucem: Verùm quid illi? *Nihil horum intellexerunt.* Ignominia, imò mors & mors crucis in mundi Redemptore; q. d. impoſsibile prorsum. At ſi ſemel moritur, à mortuis & cum gloria reſurgere, difficilè ſanè fide. Primum non intelligitur.

Chryſoſt.

Ovid. *Omnis amans ſurdis auribus eſſe ſolet.*

Secundum non creditur. Ultra fidem illorum exponitur & prædicitur. Obturat duritia cordis aures ſuas, ne audiat:

Perſ. *Stat contra ratio, & ſecretam gannit in aurem.*

Luc. 24. 25. Ideo *ſtulti & tardi corde ad credendum*: igitur pati Chriſtum poſſe & cum ignominia mori, & tertia die in gloriam immortalem reſurgere; non intellexerunt: *& erat verbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.*

31 Ratio cum cauſa huius tenacitatis & obcæcationis ex articulo conſtabit. Præfata Chriſtus expoſuit, & auditis, ſpiritus ambitionis inflavit diſcipulos, & cum contentione: ambitio igitur repugnat paci *Filius hominis, futurum eſt, ut tradatur in manus hominum* (dixit Salvator) *at illi ignorabant verbum iſtud, & erat velatum ante eos, ut non ſentirent illud; & timebant eum interrogare de hoc verbo. Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum maior eſſet.* Luc. 9. à v. 44. & Marc. 9. à v. 30. Quid mirum, ſi neſcirent audita toties expoſita? *Animalis autem homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritaliter, examinatur.* 1. Cor. 2. 14. Hebetat mentem ambitio. *Vis ſcire, quàm falſus oculos tuos decipit fulgor? Nihil eſt iſtis, quandiù merſa & involuta cœno ſuo iacent, fœdius: nihil obſcurius. Quidni? Quid C. Cæſarem in ſua fata, pariter ac publica, immiſit? Gloria & ambitio, & nullus ſupra cæteros eminendi modus. Unum ante ſe ferre non potuit, dum Reſpublica ſuper ſe duos ferret. Quid? Tu Caium Marium, ſemel Conſulem (unum enim conſulatum accepit, cæteros rapuit) tot pericula putas appetiſſe virtutis inſtinctu? Marius exercitum, Marium ducebat ambitio.* Hæccine Seneca, *Epiſt.* 94. Sublimiùs utique, *Epiſt.* 115. ſubdit: *Honeſta, quando aliqua illis ſpes ineſt, ſequimur: in contrarium tranſituri, ſi plus ſcelera promittant. Utinam qui honores petituri, deliberarent cum ambitioſis, & ſummum adeptis dignitatis ſtatum! Profectò vota mutaſſent.* Verè aurea & pulchra. Quo pacto intelligerent de Redemptoris ſumma aliquid humilitate, cùm ſecum & cùm alijs contenderent de maiore exaltatione? Homo nihil intelligit, niſi quæ animo concipit. In dignitates & thronos propendebant pectora, & conſequenter affectionis inerat ſumma

Ambitio everſatur pacem.

Hebetat mentem. Senec.

Ambitio torquet, & præut utile ſequitur ſemitam virtutis, vel ſceleris. Idem.

Nihil æternum intelligit.

ig-

ignorantia. Unde cum Christus contraria illorum cogitationibus coram eis diseruisset; *contristati sunt vehementer.* Matth. 17. 23. Audiatur Horat. 1. *Epist.* 1. à v. 34.

Laudis amore tumes?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem,
Si modò culturæ patientem commodes aurem. Horat.
Virtus est, vitium fugere: & sapientia prima,
Stultitiâ caruisse.

Apostoli tunc uti imperfecti nec vitia fugiebant, nec carebant stultitiâ, equidem nihil (intelligentes) intelligere volebant, nisi quæ ambitione optabant, & titillatione animos lactando demulserant, & cupidini arridebant. Hinc iuxta Æthiop. lect. dixit illis Christus: *Absconditus est sermo à vobis. Caveamus* (ait Ambrosius lib. 10. in *Luc.* cap. 22.) *ne in perditionem aliqua inter nos de prælatione possit esse contentio. Si enim contendebant Apostoli; non excusationi obtenditur, sed cautioni proponitur. Cave ergo iactantiam.* Æthiop. Ambros.

32 Corollarium igitur pro curiosis lectoribus subijciemus: nimirùm, non cur filij degeneres in moribus à parentibus, quippe hoc ex voluntate procedit: & quod proprium est, ab alio disider. Haud novum, si proprium, non esse commune: etsi lamentabile parentibus degenerare à virtute, uti Adamo fuerunt flagitia Caim; Noëmo, impudentia ac inverecundia Cham; Iacobo audacia Ruben, Davidi Absalom, Ezechiæ Manasses, Iosiæ filij eius, &c. In Ethnicis occurrunt turmatim exempla. Tria carcinomata, & in præcordijs vomicas Iulias filiam & neptem, ac Agrippam nepotem vocabat Augustus, solitus dicere: *O utinàm aut cœlebs mansissem, aut prole carerem!* Sueton. in eo, *cap.* 65. Vide Tacit. lib. 3. *Annal.* cap. 24. & 4. *cap.* 44. 71. Quid dicendum de filio Q. Fab. Maximi, quem ob indolis pessimæ flagitia abdicavit? Adi Plutarch. in *Fab. Maxim.* Quis cogitaret C. Caligulam Germanici filium? Quis Ctesippum Cabriæ? Quis Aristagoram Aristarchi, Lysimachum Aristidis, Periclis Parelum, atque Phocam Phocionis? Vide eundem & Æmil. Probum in eor. *Vit.* Naturali virtute, quæ splendorem familiæ in celebritatem evexit, filios carere; uti novum percellit parentum animos: igitur imbellem haud generant aquilæ columbam *Fortes* enim *creantur fortibus*, ut canit Horat. 4. *Carm.* Od. 4. v. 29. Ita Phaëtonti dixit Apollo, apud Ovid. 2. *Metam.* fab. 1. *Filij plerunque à parentibus degeneres.* Sueton. Horat.

——— *Nec tu meus esse negari*
Dignus es, & Climene veros, ait, edidit ortus. Ovid.

33 Sic igitur sicut fortis à forte, imbecillis ab imbecilli oritur; bonus à bono, & malus à malo procedere dicitur, & ratione educationis, & pravitate aut probitate originis, cùm frequenter filij patrizent, & palàm fiat quasi transmissa ad filios vel bonitas vel malignitas. Tobiæ iuniori dicit Raguel, cap. 7. 7. *Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es*: & Eccli 44. 7. *Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus: qui de illis nati sunt, relinquerunt nomen*, &c. Econtrariò verò, 1. Reg. 24. 14. *Ab impio egredietur impietas*: & Luc. 3. 7. *Genimina viperarum. Quoniam* (ut infit Gregor. Magn. Homil. 20. in *Evangel.*) *patrum suorum carnalium vias sequuntur; quasi venenati filij de venenatis parentibus nati sunt.* Suffragatur Dionys. Halicarnass. *lib.* 4. *cap.* 60. de filijs Tarquini superbi dicens: *Qualem oportet existimare evasuram eius sobolem, malo genere natam, maloque educatam, quibus nunquàm aliquod eius moderatum aut civile factum videre vel audire licuit?* Mali corvi malum ovum. *Aliquando ex bonis boni & ex malis improbi.* Greg. Mag. *Ex malis frequenter pessimi.* Halicarnas.

Sic enim solet malum generare malus.
Fieri non potest, liberos ita à quoquam institui,
Ut improbis parentibus sati, non fiant mali.
Di boni! Quàm vera est vetus sententia,
Ex malo patre bonum filium nasci non posse,
Ex malo enim natura malum producit,
Quemadmodùm ex vipera vipera gignitur. Euripid.

Ita ex Euripide Stobæus, *serm.* 88 Propterea notatur de Nabal, quòd durus pessimus & malitiosus esset de stirpe Caleb. v. 3. equidem cum ex illo genere tot præstitissent insignes, hic bardus ac rusticus erat ignominia generis. Cruciatus viscerum filij improbi: quare de Dionysio tyranno dixit Valer. Maxim. *lib.* 1. *cap.* 2. *Dedecore filij mortuus* 1. Reg. 25. 3

pœ-

Valer.Max. *pœnas rependit, quas vivus effugerat.* Hinc Prov.10.1. *Filius stultus mœstitia est matris suæ.* Econtrà verò quàm iucundum genitoribus, dum ita filij placent, quòd minimè electio optaret, præter quos natura dedit. Proinde toties iteratur de Christo vox Patris de cœlo. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi benè complacui.* Matth. 3. 17. 17.5. Marc.9.6. Luc.9.35. & 2.Petr.1.17. Apud Profanos etiam phrasis usus. *Telemachus dilectus filius Ulyssis divini.* Homer.17. *Odyss.* v.3. Euripid. in *Ion.* v.35. *Hic enim puer meus est, ut scias, dixit Apollo.* Terent.in *Adelph.* Act.1.scen.1. v.24. *In eo me oblecto: solum id est charum mihi.* Virgil.8. *Æneid.* v.301.

Filius optimus delicium genitoris.

Virgil. *Salve vera Iovis proles, decus addite Divis.*

Sic exprobrante Epapho Phaëtonti, quod tumidus genitoris imagine falsi, matri dixit (uti asserit Ovid.1.*Metam.* fab.ult.)

Ovid. *——— Puduit hæc opprobria nobis*
Et dici potuisse, & non potuisse refelli.
At tu, si modò sum cœlesti stirpe creatus,
Ede notam tanti generis, meque assere cœlo.

34 Isthæc pro dedecore non respondentium virtuti maiorum. Modò statuendum, cur filij sapientum, ita degeneres (cùm esse accipiant à patribus) ut stultissimi evadant? Socrates filios habuit stupidos: pariter Hippocrates, ita ut à populo sunilli haberentur & bardones. Græcè: *Blitomammæ*, ut astruit Rhodigin. *lib.*25. *cap.* 26. ideſt, fatui, nullius pretij, ac momenti. Similiter à prudentia, sapientiaque patrum summè degeneres fuere Ciceronis, Catonis, C. Marij, Marc. Antonini Philosophi, seu Mar. Aurelij, aliorumque filij. Vide Iul.Capitolin. & Ælium Lamprid. Plutarch. in Vit. *Scipion.* ex Cicer. libell. *Cato maior*, inquit: *Quàm fuit imbecillis Publ.Africani filius!* Unde Ælius Spartian. in *Vit.* Severi, ait: *Heroum filij sæpe dedecus*, & in *Septim. Sever.* catalogum texit infelicium patrum illustrium degeneratione filiorum, additque: *Neminem propè magnorum virorum optimum & utilem filium reliquisse, satis claret. Tales habuerunt plerique, ut melius fuerit, de rebus humanis sine posteritate discedere.* & Homer. 2. *Odyss.* v. 277. *Pauci filij assimilantur patri.* Absimilis maximè, imò contrarius Salomoni Roboäm, de quo ut vidimus, *num.* 14. asserit Sirachus, quòd fuerit, uti imminutus prudentià, *gentis* Hebraicæ *Stultitiæ* quæ quidem magis nota, quia patrem habuit cunctis hominibus sapientiorem, uti dicitur, 3.*Reg.*4. à v.30. Non secùs accidit Herodi Attico, qui sapientissimus, universosque copià, elegantiàque vocum longè superans; habuit filium ita stolidum, ut penè irrationalis videretur & esset. *Præter ingenij hebetudinem, ac stoliditatem, ita fuisse memoriâ nullâ, ut ne elementorum quidem nomina perdiscere, aut retinere unquam potuerit*: inquit Cœl.Rhodig. *lib.*20. *cap.*10. Stupidus profectò, quia destitutus tribus facultatibus, de quibus supr. *num.*23. Unde claret, ex sapientissimis & doctissimis parentibus sæpesæpiùs filios stolidissimos, ac stultissimos nasci. Causa ergo scrutanda huiusmodi dissimilitudinis in natura ad simile generatione tendente, univocitate causæ: igitur, ut canit Catullus, *Epigram.*20.

Cur filij sapientum Sæpesæpiùs stultissimi?

Plutarch.

Spartian.

Eccli.47.27

Insigniores.

Cœl.Rhod.

Catull. *Naturæ sequitur semina quisque suæ.*

35 Huiusmodi problema excitarunt Aristoteles, lib. *Rhethor.* & Alexander Aphrodis. *lib.*1. *problem.*28. & *lib.*4. 27. Ex Latinis Levin. Lemnius de *Occult. natur. miracul.* lib. 1. cap. 4. Reyes, *Camp. Elys.* quæst. 76. Roder. à Castro, lib. 3. de *Natur. mulieb.* cap. 4. & Crinit. de *honest. disciplin.* lib. 21. à cap.9. Haud huius quæstionis est, quod dicit Augustin. lib.4. in *Iulian. Pelagian.* cap.3. *Dei occulto iudicio, nec iniusto, alij fatui, alij tardissimi ingenij, & ad intelligendum quodam modo plumbei, alij oblivioſi, alij acuti, memoresque nascuntur, alij utroque munere præditi, & acutè intelligentes, & tenacissimæ memoriæ thesauro cognita recondentes*, &c. Supponimus profectò. Negligendus consequenter Sophocl. in *Antigon.* v.918. ubi:

Augusſt.

Varietas ingeniorum in natura.

Sophocl. *Stultitia hæreditarius morbus à patre est.*

A patre enim non confertur intellectus, nec stoliditas, ut patet: etenim uti decantavit Theognis, in *Carmin.*v.435.

Theogn. *Si verò procreari posset, & inseri in homine mens,*
Nunquàm ex bono patre esset filius stultus.

Ob defectum educationis nequit esse stultitia, etsi iubet: siquidem erga Roboämum non neglecta, 3.*Reg.*12.8. nec ab Herode Attico, ut scribit Rhodigin. quò sup. *Cui in-*

Cœl.Rhod.

Infortunio ut mederetur pater, quatuor & viginti pueros, coævos; & â literis cognomina singulos habentes, cum filio simul educabat, ut hac saltem ratione illi insiderent. Operam omninò perdidit: poma expetebat à subere. Sanè verum illud Quintiliani, de quo egimus, *Tautolog.* 5. num. 13. Infantiam, scilicèt, delicijs dissolvi, & mollem educationem, quam in nocumentum vocamus indulgentiam, nervos omnes & mentis & corporis frangere: cæterùm vero verius quod accinit Theogn. quo nuper v. 437. Cœl. Rhod. *Mala indoles educatione, optimâ non mutatur.*

Parens sermonibus prudentibus veritatem docens,
Nunquám faciet eum qui malus est, virum bonum.

36 Ioachim. Camerarius ridendus, quia *Centur.* 1. *Problem.* 5. famæ gloriæque parentum, in sapientia insignium, tribuit bardam filiorum stultitiam, quæ quidem ut talis haud notaretur, ni præsens esset parentum inimitabilis claritas. Suo lumine gaudent stellæ, sed obscurat Solis amplior splendor: unde quia nec sibi in hoc ratiocinio placet, tendit in Cardani sententiam, lib. 8. de *Rer. varietat.* cap. 40. asserentis, quia in mundo cuncta rotantur, ac in contraria volvuntur, filios stultos ex prudentissimis nasci, & econtrà. Felix utique pater stolidus, qui verò sapiens infaustus. Relinquamus ineptias. Placitum medicorum est, omnem vim animi ac vitalis spiritus provenire à facultate, seu qualitate seminis. Unde si validum, benèque coctum, spiritibus turgidum, & formatum, *tunc filius* (ait Reyes *quæst.* 76. n. 8.) *qui ex illo generatur, non solùm sanus evadet & robustus; sed actiones quoque internorum sensuum perfectas obtinebit: econtrá verò qui ex debili principio, intemperato, spiritibus destituto, ac minús valido conflati sunt, corpore & animo imbecilles fiunt, stupidi, ac ignavi. Hinc* (infit Levin. Lemn. quò supr.) *sapientes aliquando stupidos, atque inertes, parùmque sanæ mentis liberos procreant, quód huiusmodi voluptatibus non magnoperè afficiantur. Est quippe erudito* (subdit Reyes, n. 9.) *pastus ingenij, quo dum parentes saginantur, corpus infirmum redditur: operaque omnia, quæ naturaliter in corpore moliuntur, quodammodó imperfecta sunt: nam cùm illi mentem diversis cogitationibus ac profundis assiduè occupent, cùm aut Principum negotijs, aut belli consilijs, aut literarum arduis difficultatibus continuò incumbant, imaginatione ad ea quæ frequenter meditantur occurrendo, spiritus & calorem á semine avertunt & retrahunt: quippe cùm actio illa venerea ad concupiscibilem animæ partem spectet, imaginatio verò ad partem principem; una ab altera impeditur, spirituque ex unius actus celebratione ab alijs distrahitur: & cùm omnis actio, quæcunque sit, spiritibus egeat, & potissimùm venerea; evenit, ut ipsis deficientibus, actio omnis vel corruat, vel imperfectum opus resultet: cùm hominis imaginatio assiduè vel in coitu transcurrat, & ad ea quæ absentia sunt, transvolet. Multó hoc potissimùm in prudentibus & doctis locum habet, qui semper aliquid vel honesti vel utilis complectuntur animo: unde minùs ingenuos, sed fatuos filios procreant. Econtrarió stultiores.* Reyes. Reyes. *Vis animi à qualitate seminis.*

Sic ergo animo in magnis cogitationibus irretito; cerebrum, theatrum operationum rationalium, officinaque, assiduo contemplationis studio enervatur, & spirituum maxima copia absumitur; semenque (materia fœtus) languidis spiritibus extenuatur, minusque prolificum & effectivum evadit. Spiritus animales à vitalibus & naturalibus proveniunt: qua de causa qui in cogitationibus nimis hæret, sæpe calore naturali destituitur: tuncque si veneri incumberet, sperma in prolem omninò debile, estò prolificum. Hæc sanè tametsi haud placeant, penitùs haud displicent: verùm indigent ampliore, quam promam, explicatione, ut grata sint.

37 Origo prudentiæ aut stultitiæ haud ab alia proxima causa, ni fallor, nisi à cerebri perfecta aut imperfecta formatione, Multa profectò insignia invenies apud Nicolaum Nancel. de *Analog. Micr. ad Macr.* tot. lib. 12. & Thom. Uvillis, de *Cerebr. Anatom.* cum Andrea Vesalio de *Fabric. corpor. hum.* lib. 7. Cerebrum ergo quatuor cavitatibus dividitur, & quasi concameratur, quo flexus mirifici venarum subtilium, & arteriarum, mamillares meatus, septum splendens lucidumque, fornix, pelvis, torcular, tubuli, meninges, seu membranulæ (quas vocant *Duram* & *Piam matrem*) cavitatesque in expurgationem, cum membrana ad continendos spiritus animales, ne dispentur. Ipsum verò cerebrum nihil aliud est, quàm viscus substantiæ mollioris, adinstar medullæ, qua facultatis animalis sedes: maiorque est in homine cæteris paribus, quàm in quocunque alio animali; ita ut duplo maior in homine, quàm in elephante: igitur homini amplior spirituum copia necessaria est ob plures, *Unde in homine prudentia vel stultitia? Cerebri fabrica mirifica.*

multipliceſque facultates, operationes & perfectionem earum. In parte anteriore huiuſmodi ſubſtantia medullaris, quæ quidem mollis, dicitur *Cerebrum*: in poſteriore autem, quæ dura, appellatur *Cerebellum*. Mollis eſt ex puriſsima materia ſeminis & ſpirituum copia fabricata; ut idolorum (vulgò *Species*) promptiſsima ſit impreſsio. Alba etiam, ut ſpiritus animales defæcati, mundiſsimique miniſtrentur. Frigida & humida, ne animales ſpiritus ſubtiliſsimi citiùs ultra vel citra operationem evaneſcant; ſimulque ne illa ſubſtantia, ſedes facultatis cogitativæ, properè æſtuet, & actiones ſint rationalis, non amentis; uti videmus in furioſis, quorum incaleſcit cerebrum. Denique in animalis quietem, ut ſomnus ſit placidus, quod quidem impoſſibile, ſine cerebri temperie.

Qualitates.

38 Spiritus ergo in animali haud aliud ſunt niſi tenuiores & puriores ſanguinis partes, magiſque in facultates activæ. Dicuntur ſpiritus *naturales*, qui miſti cum venarum ſanguine, à naturali facultate producti. Spiritus *vitales* dicuntur, qui permiſti cum ſanguine arterioſo, ad acuendum illius calorem vitalem, producuntur à corde, fonte vitalitatis. Spiritus *animales* ex ſe haud ullo ſanguine miſti, à facultate animali per nervos effunduntur, ad diverſa ſenſationum genera, & ad motum: qua de cauſa per ſomnum, aut per morbum impeditis, ceſſat omnimodò motus, evaneſcitque ſenſatio. Regio huius facultatis eſt cerebrum, in quo ſpiritus animales elaborati, per nervos quaſi per canales ad organa ſenſus aliaſque corporis partes fluenter emittuntur. Unde præut fuerit cerebrum, erunt animales ſpiritus, & iuxta horum qualitates ſenſationes, prudentiæ vel ſtultitiæ indices: ſic igitur natura induſtria, ſolerſque mira in cerebri formatione conſtruxit, ſinibus excavavit, flexibus diviſit, anfractibus ac mæandris extendit; ut ſpiritus animales ſubtiles, tinuiſsimi, defæcati, lucidi, mobiles & agiles redderentur ad munia.

Qui ſpiritus naturales, vitales & animales?

39 Accedamus ergo inſtituto noſtro, nimirùm quo formetur cerebri temperies aut intemperies. Ab illo ſanequàm, reliquoque corpore, iuxta illius qualitatem compacto, oritur ingeniorum diverſitas: ita ut ſi frigidum magis, quo par eſt, cerebrum fuerit, ſiccum, calidum aut humidum; qualitates ſuas ſpiritibus animalibus communicet, quibus alij homines calidiores, alij frigidiores, &c. evadunt. Quibus calidius à natura cerebrum, vividiores habent ſenſus, quibus frigidius hebetiores. Utrorumque quidem temperies ſeu conſtitutio acuitur ſiccitate, ſeu humiditate accedente. Quibus calidum & humidum eſt cerebrum, ingenij promptudine pollent; verùm non profunditate; quia humiditas hebetat agilitatem ſpirituum, frangitque ſubtilitatem, quo intercluditur aditus in profunditatem cogitationum; quia ob nimiam tenuitatem quaſi exhalantur ſpiritus, & iudicium perfectè formare nequeunt. Unde Maxim. Tyrius, *Diſſert.* 34. dixit: *Quò enim maior ingenij vis eſt, eò maiorem humanis animis iudicandi parit anguſtiam.* Ob agilitatem cogitandi cogitata non retinent, & ob varietatem obiectorum cogitatio ſuffocatur; quippe nimis mobiles vago ſenſuum impulſu, velociter in diverſa, ſæpe contraria rapiuntur: quo fit, ut modò ſentiant, modò diſſentiant & circa idem, diſsipatis ſpiritibus & contemplationis perturbato tenore. Qui verò econtrà gaudent frigido, humidoque cerebro, iuxta illius complexionem, ſenſuum functiones exercent, craſſas ſcilicèt, ineptas, inſipidas, uti ſtupidi, ſtolidi nullo ingenio, iudiciove valentes, & ad rationalis operationes inhabiles, in quibus mens non ſolùm iacet ſopita, ſed etiam infeliciter ſepulta.

Unde ingeniorum in hominibus diverſitas.

Max. Tyr.

40 Aliqui ingenij matrem conſtituunt cerebri temperiem calidam, iudicij frigidam. Hæccine temperies inſtruit homines ſapientes & prudentes, ſed non prudentiſsimos & ſapientiſsimos. Frigida & ſicca in cerebro temperies conſtituit hominem in culmen, faſtigiumque ſummæ prudentiæ & ingenij. Prævalente ſiccitate, nullatenùs excedit frigiditas, & proportionatus calor gradum ita conſtituit aliquomodò ſpirituum, ut nec caliditate nimiâ inconſtantes fiant, haud trahantur impetè varietate imaginum; nec ob nimiam humiditatem torpeſcant, & quaſi viſcati immobiles volitando remaneant. Iccircò quiqui tali temperie feliciter conſtant ingenioſiſsimi, ſagaciſsimi, acutiſsimi, ac prudentiſsimi florent: ad univerſas ſcientias aptiſsimi, & ad quælibet munia eſtò graviſsima obeunda, & ſubeunda perhabiles ſine pulvere exiſtunt. Ob ſpirituum enim optimam conſtitutionem, qua ob ſiccitatem, modicumque in cerebri frigiditate calorem, gaudent; non ſolùm nervosè cogitant, ſed cogitata retinent, mira concipiunt. His qualitatibus comprobatur ingenium ab Auguſtin. lib. 10. de *Trinit.* cap. 11. *Quoniam mens de ſeipſa certa eſt, hæc potiſsimùm conſide-*

Unde ſummum ingenium?

Quibus facultatibus conſtet?

rata

rata tractemus, Memoriam; Intelligentiam, Voluntatem. In his tribus inspici solent etiam ingenia puerorum, cuiusmodi præferant indolem: quantò quippe tenaciùs & faciliùs puer meminit, quantóque citiùs intelligit, & studet ardentiùs; tantó est laudabilioris ingenij. Siccine ingenium dicitur, quatenùs in homine vim habeat intùs gignendi quælibet subtilia, mirà intellectus ac singulariſsimà fœcunditate. Ita Isidor. lib. 10. *Etymolog.* lit. *I.* & Cicero, de *Finib.* lib. 5. Augustin. *Quid sit?*

41 Iam ergo in palestra sumus, clarebitque quare Salomon ita sapientissimus, ut sui, futurique sæculi, simulque præteriti (dicitur, 3. *Reg.* 3. 12.) fuerit Sapientia; econtraque filius eius Roboäm esset gentis Stultitia? Pater cerebri optimam sortitus est constitutionem: scilicèt frigidam & siccam qualitatem cum proportionato calore: ut non solùm perciperet, intelligeret, sed intellecta profundè iudicaret. Călor enim inerat spiritibus animalibus in agilitatem cogitationum: siccitas in promptitudinem, humiditasque in contemplationis retentionem. Sic ille de se dicit: *Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.* Ingeniosus, ideſt, dextræ indolis, ingenio præditus, quod quidem *imago futuræ virtutis*; ut ait Isidor. quò dudùm: calor enim est actionum externarum & internarum primum mobile. Unde debita proportione & temperie, ut spiritus animales sint in summo tenore, afficit cerebrum siccum & humidum ita summarum contemplationum capax, ut nil sit ultra. Anima enim operatur iuxta cerebri organizationem & crisim pro systemate corporis. *Manifestum est enim* (inquit D. Thom. 1. *p. q.* 85. *art.* 7.) quod quantò corpus sit melius dispositum *tantó meliorem sortitur animam. Cuius ratio est, quia actus & forma recipitur in materia secundum materiæ capacitatem. Unde cùm etiam in hominibus quidam habeant corpus meliùs dispositum; sortiuntur animam maioris virtutis in intelligendo. Alio modo contigit hoc ex parte inferiorum virtutum, quibus intellectus indiget ad sui operationem. Illi enim in quibus virtus imaginativa, & cogitativa & memorativa est meliùs disposita; sunt meliùs dispositi ad intelligendum.* Totum igitur pendet à formatione proportionata cerebri, in quibus huiusmodi facultates. Iccircò dicit Salomon: *Eram ingeniosus, & sortitus sum bonam animam*; quia veni *in corpus incoinquinatum*: scilicèt, *Sine labe, vitio & imperfectione, quæ nocere ingenio aut indoli posit, sed perfectum, benè constitutum, bonæ habitudinis, idoneum frugibus sapientiæ, virtutisque, secundum aptam symmetriam, & proportionem; ut regi, aptarique posset facilè ab anima*: uti hìc v. 20. dicit Lorinus. *Cur Roboam stultus ex Salomone sapiente?* Sap. 8. 19. Isidor. D. Thom. *Ratiocinationis virtus iuxta organa cerebri aptiora, vel ineptiora.* Vers. 20. Lorin.

42 Dum dicit *Sortitus*, haud intelligendum de existentia animarum ante corporum constitutionem, quod refutavimus cum Angel. Magistr. *Tom.* 1. *T.* 4. *num.* 48. Sors hìc sumitur vel pro re data divinitùs, vel pro re propria, quæ dicitur *sors* sæpe in Scriptura. Isai. 57. 6. *In partibus torrentis pars tua: hæc est sors tua.* Ierem. 13. 25. *Hæc sors tua parsque mensuræ tuæ à me, dicit Dominus.* Sic enim Profani quicquid habemus à parentibus sortem vocant. *Sors nascendi*: ait Quintill. lib. 1. cap. 1. *Institut.* pro progenie, seu parentibus. Ita dicimus viles & nobiles infimæ vel supremæ civitatis sortis. *Sors pro re propria.* Quintill. *Pro genere.*

Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem
Feci: Saturni sors ego prima fui.

Ovid.

Canit Ovidius, 6. *Fastor.* v. 29. & Propert. *lib.* 3. Eleg. 3. v. 33. *Sortitæ iura puellæ*; ideſt, propriæ. Haud aliter, *Sortitus sum bonam animam*: ideſt, corpus animatum, ut ait Pined. de *Reb. Salom.* lib. 1. cap. 18. qua de causa animatum corpus in Scriptura dicitur usquequaquè *anima vivens.* Genes. 1. 21. 24. Augustin. lib. 10. de *Genes. ad liter.* cap. 17. infit: *Sortitus animam bonam, videlicet ex paterno ingenio, vel corporali temperamento.* Ex paterno ingenio propriè non anima, ut vidimus, *n.* 35. Unde per animam sortitam intelligendum est proprium corpus, quod à patre; dispositum ad sapientiam & virtutes, non ex maiorum nobilitate perfectioneque ipsi animæ inditis, sed ex cerebri, reliquique corporis habitudine, aptitudine, ac affectione, potissimùm conferentibus in intellectuales, altissimas mentis operationes. Propert. *Anima pro corpore animato.* Augustin.

43 Nec obstat, quod subditur, postquàm præmisit *Bonam animam*; scilicèt, *Veni ad corpus incoinquinatum*: Ibi enim non loquitur de corpore physico; sed per Anthropopathos, vel Somatopœiam, qua rebus spiritualibus corpus tribuimus per accomodationem ad nostros sensus: fit ergo apostrophe, seu conversio in exitum indolis, seu bonæ animæ traditæ Sapientiæ, cuius corpus (ideſt virtutum argumenta) incoinquinatum, & ad meliora mentem bonam dirigens. Hinc Augustin. quò *num.* Ibid. *Anthropopathos & Somatopœia.*

Augusti. Arabic. anteced. subdit: *Ut essem bonus, veni ad corpus coinquinatum.* Sapientiæ, nimirùm: unde Arabic. legit: *Cum essem bonus intravi in corpus illius*: intellexi præ indole optima, cùm essem acutus, facilis, subtilis, clarus & præclarus ingenio; sed ut iudicium facerem, necesse fuit tradi regendum à Sapientia, ne in errorem incautum ingenium rueret. Ingenium lumen est animi, sed huius ipsius luminis lumen est iudicium: in ingeniosum cadere potest mentis error, verùm minimè in sensatum. Claret expositio ex contextu: *Veni in corpus* (Sapientiæ) *incoinquinatum, & ut scivi, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det; & hoc ipsum erat sapientiæ.* En quam optat, cuius pedagogij non poterat esse continens, ni Deus dedisset, à quo ennixè postulavit, & voti compos, continensque factus, dum Deus concessit. Haud aliena à sacra pagina acceptio. Eccli. 15. 2. *Qui continens est iustitiæ, apprehendet illam*: hoc est, qui fruitur voto in possessione iustitiæ, tenebit illam, & retinebit. cap. 6. v. 28. *Investiga Sapientiam, & continens factus* (nimirùm, apprehendens illam) *ne derelinquas eam.* Suffragatur Arabic. *Cùm cognovissem me non alio modo tenere illam, si Deus non dedisset.* Haud sat fundamentum indolis docilis & capacis, ni Deus illustraverit, à quo omnis sapientia. Mentem enim habebant Apostoli, & nihilominùs Christus illustrando *aperuit eis sensum* (in neutro genere) *ut intelligerent Scripturas.* Luc. 24. 45. Sensus enim ac facultates internas aptavit ad sensum, & collustravit illuminando supernè. Hoc è cœlis; à natura verò ratione optimæ dispositionis fit homo vivax, acer, virens, valens ad arduas, ac nobiles cogitationes, simulque amœnus ingenio. Hæc dicitur sors animæ bonæ, quo stylo etiam usi Profani. Senec. *Epist. 95. Ex hominibus egregiam sortiti indolem.* Plato apud Clement. Alexandr. *Strom.* lib. 2. & Iust. Lipsium, lib. 2. *Manuduct. ad Stoic. Philosoph.* cap. 19. *Felicitas est, genium sortiri felicem.* Hunc ergo illustrat de cœlis illapsa Sapientia: & ut canit Manil. 1. *Astronom.* cap. 1. v. 41.

Naturæque dedit vires, sed ipsa reclusit
Regales animos primum dignata movere.

Lumen luminis ingenij, iudicium. Vers. 21. Continens *pro* posidens. Arabic. Luc. 24. 45. Senec. Plato. Manil.

De alijs sortis acceptionibus agemus suo loco, *Tom.* 8. *T.* 10. ad illud Act. 1. 17. *Sortitus est sortem.*

Eccli. 47. 27 44 Econtrà autem occurrit filius Salomonis Roboämus, qui *gentis stultitia*: equidem morio insignis, inhabilis, ineptus, malè dispositus genio sinistro, ingenio nullo, sortitus stolidissimam animam; quia cerebrum eius tepidissimo, vel ferè nullo calore, abundans superfluis humiditate & frigiditate: ita ut crassissima esset vis facultatum cogitativæ, imaginativæ, ac memorativæ, quasi nullis spiritibus animalibus, quibus ostendere posset in sensus internos & externos se esse rationalem, nisi per corporis manifestam effigiem. *Rudis & corde pavido* dicitur, 2. Paralip. 13. 7. ubi Maluend. *Sine mente & sensu*: quasi sine vitalitate fatuissimus. Fatui dicuntur pro maiore aut minori mentis, sive intellectionis ignavià, aut tarda morositate, ut astruunt Medici in *Aphorism.* 53. lib. 6. Hippocrat. ubi discrimina desipientiæ. Alij sunt rudes, & insulsi, stupidi & insipidi; quia non cognoscunt quæ ab homine cognoscenda: dictique fatui, quia nec fari sciunt, vel quia fando hebetudinem ostendunt. Hi non solùm intellectus barditatem, sed veluti infra naturæ humanæ conditionem existere, quoad rationis usum, videntur. Alij quidem fatui existunt, quorum cogitationes parùm rectè ratiocinantur, cum pigritia & ignavia sopiti ingenij, ex quo inidonei ad assequenda quæ cæteri intelligunt, & quibus intelliguntur, quoniam quæ ad rationalitatem spectant, cuncta inordinata, clauda & mutila. Cæterùm cùm fatuitas nihil aliud sit, quàm cerebri quædam frigiditas ex paucitate & inopia caloris sine origine spirituum, ut ait Gallen. lib. 4. de *Præsag. expulsr.* cap. 8. & lib. 2. de *Sympt. caus.* cap. 7. *Hi* (infit Paul. Zachias, lib. 2. *qq. Medicoleg.* tit. 1. quæst. 7. n. 31.) *habent intellectum minimum, & memoriâ quoque destituuntur, non alia de re, nisi quia & maior & universalior est cerebri in istis frigiditas, & spirituum inopia. Nihil enim aliud fatuitas est, quàm memoriæ simul cum ratione vel diminutio vel amissio.* Adde ex Rhodigino, ut vidimus, *numer.* 23. *Corruptio*, pro insipientiæ causa.

Quid sit fatuitas, & quotuplex? Zach.

Causæ stoliditatis. 45 Huius stoliditatis plures affert Theophil. Bonet in *Thesaur. Medico-pract.* Tom. 1. lib. 2. de *Morb. capit.* cap. 15. in append. Ab intellectionis & iudicij defectu, qui procedit à memoria & imaginatione læsis, acies mentis hebetatur. Unde

ima-

imaginatio & memoria eclipsim passæ perturbant sensus internos & externos. Imaginationis sedes est cerebri meditullium, & memoriæ ipsius cerebri corticales medullæ: organa utriusque nervi, in quibus spiritus animales. Modò eveniat mentis imbecillitas, hebetudo, aut stupiditas ex lesione potentiarum; in culpa est cerebrum, aut spiritus animales, aut utraque simul. *Ipsis cerebri, cerebellique poris sanguis instillatur* (ait Uvillis de *Cerebr. anatom.* cap. 9.) *ubi quamprimùm spirituosæ particulæ á partis subiectæ fermento inspirantur; illicò in spiritus animales puros putosque faciunt: qui mox à substantia corticali in medullarem scaturientes; ibidem functionis animalis munera exequuntur.* At si particulis activis destituuntur, marcent & vappidi, effœtique fiunt: quare sine illis validis, nihil fit nisi distortè. *Fatui sic non tam rudi, crassáque Minervà* (subdit Bonet) *quám animá præditi esse videntur: eorumque spiritus animales, potiùs quám præcordia é luto effingi*: stupiditate scilicèt spirituum. *Sedes imaginationis & memoriæ.* Uvil.

46 Ex parte cerebri accidit stoliditas, dum vasa angustiora, vel ampliora quàm par est, efformantur à natura. Qua de causa cerebrum parvum aut nimium, desipientiam ostendit, estò non semper, sed crebrò: etenim in parvo cerebro pauciores spiritus animales gignuntur, ac exercentur: grandius verò viliore texturà constat, minùsque aptum acumini mentis existit. Etiam à non optima figura cerebri provenire desipientia potest: siquidem ut optima sit, debet esse globosa, ut spiritus æquali fluxu à meditullio eius quaquaversùs in ambitum diffundantur, ac retorqueri flecti, vagarique possint illinc æqualibus reflexionum angulis. Unde qui capite depresso aut nimis acuminato insigniuntur, haud æqualiter intelligunt: adinstar speculi obliqui obiecta cerebrum non rectè colligit, nec intellectui ex ordine præ se fert. Usuvenit morosim, seu stoliditatem accersi ex meatibus spirituum strictis vel laxis, vel ex inæqualitate conformationis pororum. Si stricti, materiam pro spirituum copia haud satis uberem amplectuntur. Si laxi supra tenorem, una cum materia debita particulas heterogeneas & regimini animæ infestas traducunt. Si inæqualiter conformati, patentiores & potentiores sunt in una parte cerebri, quàm in alia. Ex quo provenit, quod sæpe miserando videmus, scilicèt multos rectè sentire, cogitare, intelligere; & perperàm iudicare, ac cogitata exequi; quasi tunc deficeret intellectus: conceptus enim illorum diversi & distorti evadunt; uti species visibiles per medium diversimodum transeuntes, vel quasi ex oculis unus respiceret obiecta per crystallum puram, & alius per crystallum versicolorem. Denique stultitia ex utroque oriri solet, ex spiritibus animalibus hebetibus, ac ex cerebro malè conformato. Cùm spiritus obtusi liberè & expeditè cerebrum non traijciunt, meatus seu pori comprimuntur & quasi obturantur: cùmque expandi nequeant ob perperam cerebri structuram; usu carent & obtorpescunt, ingerentes, seu stoliditatem generantes: cui obici additur sæpe humiditatis & frigiditatis excessus, ob quem senes puerique plerunque hebetudine laborant; quippequàm texturam cerebri nimis crassam spiritus difficilè irradiant. *Stoliditas ex cerebri formatione.* *A figura.* *A meatibus.* *Cur aliquè sentiunt rectè, & iudicant distortè?*

47 Unde ex tot principijs originem habuerit stultitia Roboäm, patre potissimùm sapientissimo, difficilè apparet. Originaria stultitia, patre Salomone, nequit esse: igitur tunc videmus stultitiam hæreditariam in aliquibus familijs; quùm eiusdem qualitatis particulæ constituunt organa animalia filiorum, quæ fuerant in patre. Sic intelligi potest illud Sophoclis, de quo *num.* 35. Haud hæreditaria vel innata, connatave in Roboâmo stultitia, aut stupiditas; sed accidentalis ex prudentissimo patre, summè ingenioso; igitur literarum studijs, lectioni nimis, ac meditationibus arduis magnoperè deditus, spiritus animales, cerebri hospites, in tantum impendit; ut pro supplemento eorum generosissimæ sanguinis particulæ cerebro sufficerentur, paucioribus solummodò & tenuioribus ad corpora spermatica descendere permissis. Quando anima rationalis de fœtu suo (qui intellectus cogitationes & contemplationes sunt) edendo in lucem solicitissima est; tunc anima corporea (ideſt, in functiones corporis, spiritibus in alterius obsequia accitis, & concurrentibus) imbecillis ad munia: quapropter semen in generationem minùs validum, estò prolificum: quasi futile, estò in fœtum: sine virtute in perfectam cerebri efformationem, spiritibus virentibus; sicut ille habuit à patre in propriam constitutionem. Unde præ caloris innati absentia prævalet frigiditas cum humiditate spermatis, ex quo conficitur cerebrum fœtus. *Nervorum ad sensum & motum origo* (infit Nancelius in *Analog. lib.* Nancel. *Unde stultitia hæreditaria?* *Unde cerebri frigiditas, à qua stultitia?*

12. *cap.* 5.) *de portione quadam ſeminali, minimè pingui, lentà, vi caloris nativi compingentis concrevit.* Illa ergo portione (ex quo totum cerebrum, ſcena rationalitatis, & potentiarum ſedes) frigiditate pollente; cerebrum fœtus erit omninò frigidum, obtuſis meatibus ad animales ſpiritus procreandos, vel ſuffocabit nimiâ humiditate productos in intellectionem, quin poſsint illuminare craſsitudinem cerebri in facultates; ex quo ſequitur ſtultitia, aut deſipientia.

48 His ergo cauſis à Philoſophis & Medicis ſtatuitur ſtoliditas filiorum ex parentibus Sapientiſsimis; quibus refragari debeo: ſiquidem nullus ſtultior Roboämo, nullus ſapientior Salomone, & à patre intento in varias ſapientiæ arduaſque contemplationum concluſiones nequivit oriri illa filij nimia ac mirabilis ſtultitia. Patet, etenim poſtquàm duobus annis regnaverat, adeptus eſt ſapientiam à Deo, & antequàm ingrederetur in regnum genuit filium Roboäm. Conſtat ex ſacra pagina. *Dies, quos regnavit Salomon, quadraginta anni ſunt: & regnavit Roboäm filius eius pro eo.* 3. Reg. 11. 42. & *capit.* 14. 21. ſubditur: *Quadraginta & unius anni erat Roboäm, cùm regnare cœpiſſet.* Uno enim anno puer Roboäm præcedebat regnum patris: ſicque in *Seder-Olam*, cap. 16. dicitur à Rabbinis: *David avus illum non vidit, niſi annum unum.* Liquet igitur, nullo modo potuiſſe influere in ſtultitiam filij ſapientiam patris, cùm minimè accepiſſet, niſi quùm filius trimus iam eſſet. Antequàm haberet, pater erat ingenioſus, & ſortitus optimam ad ſtudia literarum complexionem & temperiem: cæterum quouſque à Deo conſecutus, quàm efflagitaverat, ſcientiam; haud immerſus in profundum diſputationum, & expoſitionem ægnigmatum, aliarumque hominibus difficilium diſquiſitionum, quibus anima impedita poſſet ſubtrahere à ſemine virtutem validam, cuius calore perficeretur cerebrum in hominem prudentem, vel cuius defectu ſtrueretur in ſtultum. A cerebro malè formato (vel ob nullam præſentiam ſpirituum animalium, vel ob craſſam medullam, quam irradiare nequibant humiditatis frigidiſsimæ exceſſu) nimiam ſtultitiam Roboämi originem ducere; perſpicuum eſt. Quare ſi à Salomone patre, intento in ſtudia (quorum cauſa evanidi in generationem ſpiritus, vel nulli) non provenit, & provenit à patre tanta & talis ſtultitia, aliam huius inquirere & demonſtrare debemus.

Seder-Ol. *Antequàm ſapiens Salomon, filius erat ſtultus.*

49 Haud aliam arbitror præter præcocem Salomonis ætatem, præproperamque Venerem: equidem undecimo ætatis anno genuit Roboäm; uti aſſerunt Hebræi: alij decimo, quia in undecimo patris, in lucem editus filius. Ita Hieronym. *Epiſt.* 132. Nec mirum, idem probat ibid. de Achaz, patre Ezechiæ: igitur hìc vigeſimo quinto ætatis anno in regno ſucceſsit paterno. 2. *Paralip.* 29. 1. Pater Achaz viginti annorum munus regium obijt: additiſque his, ſexdecim; conficiunt ætatis ſex ſupra triginta. Ibid. *cap.* 27. Unde hoccine calculo Achaz decimum agebat annum, dum genuit; & undecimum dum habuit filium Ezechiam. Aliud exemplum ibi refert Doctor Maximus, & aliud Sanctius in 3. *Reg.* 3. numer. 12. de pueris decennibus. Sententiam tradiderunt Euſeb. de *Præparat. Evangel.* lib. 9. cap. 4. S. Ignatius *Epiſt.* 3. ad Magneſian. Clemens Roman. 2. *Conſtit.* cap. 1. Antonin. 1. p. *Hiſtor.* titul. 3. cap. 2. Seder-Olam etiam *cap.* 14. & Serar. in 3. *Reg.* cap. 2. colligitur quoque ex ſacro contextu: equidem poſt duos annos eius elevationis in thronum, cùm tertium ageret Roboäm, ut refert Brietius, *Ann. Mund.* 3022. de ſe dicit Salomon: *Ego ſum puer parvulus, & ignorans egreſſum & introitum meum.* 3. Reg. 3. 7. Hiſpan. *Sin entrada y ſin ſalida.* Sic igitur cùm ex patris ſpermate conſtituatur filius, & in tenera ætate invalida ſit virtus ſeminalis in generationem perfectam; fœtus egreditur quaſi indiſpoſitus, & ſine illo apto temperamento in functiones rationales. Unde Hieronym. quò ſupr. ſubdit: *Homines á parva ætate libidini deditos, immaturà illorum ſobole demonſtrari.* Vidimus enim, *numer.* 21. ſtultiſsimum Claudium dici à matre non abſolutum à natura, ſed inchoätum: cùm illa in ſui ordinis tenore intendat non ſolùm in generationem, ſed in generationem perfectam, cuius propoſitum fruſtratum per laſciviæ intemperantiam.

Salomon & Achaz decimo ætatis anno filios habuerunt.

3. Reg. 3. 7.

Hieron.

50 Qui in pube non ſunt, coire aliquando poſſunt, ſed generare non poſſunt. Ita ſentit Paul. Zach. *lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 7. num. 80. Sumpſit ex Ariſtotele, qui lib. 5. de *Natur. Animal.* cap. 14. inquit: *Novellorum in omnibus animalium generibus, primam emiſsionem ſeminis aut infecundam eſſe, aut ſi fœcunda ſit, imbecilliora tamen generare.* Secutus eſt Philoſophi placitum Albert. Magn. lib. 5. de *Animal.* tract. 2. cap. 1. & *lib.* 9. tract. 1. cap. 2. ubi: *Tunc ſperma adhuc eſt modicum, tenue & aquoſum.*

Ariſtotel. *Semen intempeſtivũ, imbecille.*

ſum. Conveniens generationi eſt illud, quod eſt ſufficienter decoctum, hoc eſt ab anno Alb. Magn.
21. *ætatis generantis: ante hoc enim tempus ut in plurimùm non eſt ſperma completè habens virtutem generandi aliquid perfectum in genere humano: quia quanvis in minori ætate parentum generentur fortè ex ſpermate eorum; tamen id quod generatur fit debile & infirmum non complens periodum humanæ vitæ.* Perperàm igitur tribuet nobiliorem ſubſtantiam, in alterius conſtitutionem, quiſquis ſucco illius eget, ut adoleſcat: utique antequam effectus, in perfectione debet eſſe cauſa conſtituens. Neque in plantarum, neque in animalium genere, quæ præcocia ſunt, fœcunda ſunt. Certo næ tempore ad fructificandum diſponuntur, quo corpora ipſorum roborata & perfecta, ſemina & fructus poſsint ſine læſione proferre. Priùs ſemen eſt, pòſt ſemini accedit virtus prolificativa, quæ quidem defectu caloris & permiſtione inutilis excrementi, evaneſcit in ſemine. *Pueri apti ſunt ad coëundum, non tamen ad generandum ob ſeminis aut abſentiam, aut imperfectionem. Eodem quoque pacto in puellis fieri ſolet, ut ante pubertatem, vel in tempore, quod eſt pubertati proximum, ſint quidem aptæ ad coitum, non autem ad generationem, quia adhuc intra ſe non generant ſemen. At ſi ſemen, ut plurimùm non verum, ſed imperfectum, ut Eunuchi apti in coitum, & minimé in fœtum.* Ita Paul. Zachias, ubi ſupr. *lib. 9. titul. 3. quæſt. 7. n. 1.* Sic intelliges textum Eccli. 20. 2. *Concupiſcentia ſpadonis devirginabit iuvenculam*: at cùm fructum haud expectet ex ſemine, vel emittere præ frigiditate non poſsit; æſtuat in vanum. Qui ante tempus itaque accedit Veneri, *ſicut ſpado complectens virginem & ſuſpirans*, Ibid. cap. 30. 21. *Eunuchus* (ait Iſidorus *Etymolog.* lib. 10. lit. *E.*) *Græcum nomen eſt, quod eſt ſpado. Horum quidam coëunt, ſed tamen virtus in ſemine nulla eſt. Liquorem enim habent, ſed ad gignendum, inanem, atque invalidum.* Vide pulcra collecta à Maluenda in loc. cit. *Eccli.* 20.

Paul. Zach.

Vel in ipſa generatione futile.

Iſidor.

51 Haud aliter uſuvenit in præcoci Venere: etenim tam fœminarum miniſteriale, quam virorum effectivum ſemen incoctum omninò, & quicquid gignit indiſpoſitum: magiſque inordinatus oritur fœtus, ſi calori ſeminis quadantenùs, accedit exceſſus *ex cruore menſtruo*; ut ait Auguſt. de *Geneſ. ad liter.* lib. 10. cap. 17. *Dicuntur* (infit) *ex hoc ingenia gravari.* Unde *immatura ſoboles*, uti vidimus ex Hieronym. *num.* 49. Ex particulis nobiliſsimis ſeminis efformatur cerebrum animalis, quod quidem deforme, & ineptum ad gignendum ſpiritus animales intra ſe continendos, ni ſemen calore gaudeat. Qua de cauſa cùm Salomon ante tempus ſtuderet uxori, fœtus luce donatus penitùs immaturus; quippe eius corpus & cerebrum potiùs formata ab intemperantia, quàm à natura: ſicque vel ex cerebri perperà formatione, vel à figura perversà, vel à meatibus obliquis, ſtrictis vel laxis ad uſum ſpirituum animalium; egreſſus eſt Roboàm filius Salomonis ſtultiſsimus. *Morbus organicus dicitur* (ait Petr. Galtruch. in *Phyſic. particul.* p. 2. tract. 3. diſp. 4. cap. 2.) *qui partis organicæ uſum evertit, vel ob pravam conformationem, & figuram; vel ſi pars aliqua aut deficit, aut ſuperflua eſt, aut debitum ſibi locum non ſervat.* Quapropter Levin. Lemius de *Occult. nat. miracul.* lib. 4. cap. 6. arguit intemperiem cerebri ex humorum copiâ, vel defectu, additque: *Luſci, pæti, ſtrabones, & qui obliquo ſidere, limiſque oculis obtuentur, præter contortos, atque in diverſum convulſos muſculos, buccinatorem, vel potiùs regiam, conſiſtit: ut foris nonnihil oculos deformat, ita animum quoque vitioſis affectibus imbuit.* Quodnam profecto Roboämi ingenium, cerebro intorto & malè collocato? Præut fuerit cerebrum erunt facultates. Unde cùm Roboämi totum frigidum, in rationalis functiones quaſi ſine cerebro.

Cur Roboam ſtolidus?

Galthruch.

Quid morbus organicus?

Lev. Lemn.

52 Oblivio ex frigido gignitur, quæ eſt deſtructio actionis, ut patet in lethargo: inſipientia ex abſentia ſpirituum animalium, ut videtur in ſtupido. *Homini quippe meminiſſe & ſapere* (uti profert Rhodigin. lib. 3. cap. 12.) *ex temperamento advenit cerebri, nempè cùm medio modo habet, ut neque calidum, neque frigidum ſit.* Quare cum exceſſu frigiditatis & humiditatis, nec memoria inerit, nec ſapientia, ſine quibus homo mera ſtultitia. Libidinis intemperantiâ areſcit cerebrum, eò quòd feminis fermentum inde parte plurimâ profluat, ut aſtruunt Hippocrates libell. de *Aere & aqua*, & Avicenna *lib. 1. cap.* 20. Arbitror tam in generante, quàm in genito. In generante ſæpe videmus, quippe mòroſi laborant, & extra ſe ſunt à mente alienati, inordinatis ſenſationibus, maximè qui adulta ætate, vel ſenio. Dixi *maximé* in illis ætatibus, quippe de prodigo, qui luxuriorè vixerat, ſceleris pœniten-

Cœl. Rhod.

Semen à cerebro.

Quod areſcit intemperantiâ.

te,

Luc.15.17. te, dicitur: *In ſe reverſus.* Euthym. *Sui compos effectus.* Ad mentem nempè rediens; & ſapere incipiens; quoniam præ luxuria extra ſe erat. Succus enim tunc in coitu amittitur, qui cerebrum in propria munia rorificat. Unde cùm nobiliores, mobilioreſque ſpiritus iterùm atque iterùm expendantur prodigè; depauperant cerebrum, quod ſine ſucco conſumitur. Hæc affectio dicitur *Strabiſmus*, læſione muſculorum ad viſionem; qui in oculis indicant convulſionem vel paralyſim. Vide Manget.in *Biblith.* lib. 13. lit. *O.* Semen eſſe cerebri portionem, & à cerebro excerni; aſſerunt Auguſtin. de *Vera Religione*, cap. 40. Gregor. Nyſſen. de *Virib. Animæ.*cap.17. Galen. lib.3. *Epidem.* Arnald. de *Regimin. ſanitat.* part. 2. cap. 6. & *Medicinal. introduct.* cap.83. Plutarch. 5. de *Placit. Philoſoph.* cap. 2. Albert. Magn. lib. 22. *Animal.* cap. 4. A cerebro per ſpinam ad genitalia deſcendere, Ariſtotel. lib. 10. *Problem.* cap. 56. Sic ergo coitus dicitur *brevis epilepſia* Aul. Gell. *lib. 19. cap. 2.* & Macrob. lib. 2. *Saturnal.* cap.8. Fauſtus ita canit:

Quid Strabiſmus?

Fauſt.

Turpis, & eſt morbi ſpecies horrenda caduci,
Cùm iacet exanimis poſt ſua furta Venus

Sic Septuag. ad illud *Eccli.* 25.4. *Odivit anima mea ſenem fatuum & inſenſatum*; legunt: *Senem adulterum, diminutum intellectu.* Tigur. *Senem, mentis impotentem.* In genito etiam liquet: igitur Venere præproperà, cauſa præ defectu caloris, & exceſſu excrementorum; non tam efficiens, quàm deficiens: perperàmque miniſtrabitur materia in cerebrum, ipsà deficiente in generante. Stultitiam naſci ex cerebri tenuitate, fatetur Nancell. lib. 3. *Analog.* cap. 7. *Non quòd cerebrum vivo homine totum conſumatur & ad nihilum redigatur: id enim fieri natura non patitur, quanvis alogi quidam, atque acephali in morionibus inanem cerebro calvam deprehendi iactitent.* Sic igitur vernaculè dicimus: *No tiene ſeſo.* Haud quia ſubſtantiam medullarem non habeat, ſed quia minutam, nullam in rationalia habens ſubſtantiam. Pariter dum deſipit alius, & deſipientia ægrè fertur; ut exprimatur quàm intolerabile & difficile captu, promimus: *Me quita el ſeſo.* Phraſis etiam Plauti eſt, in *Moſtell.* Act. 5. ſcen. 1. v. 60.

Coitus brevis epilepſia.

Nancel.

Cerebri fatuitas ex intemperantia genitoris.

Plaut.

Etiam cerebrum omnem é capite emunxiſti meum.

53 Hanc etiam cauſam exhibet Siracides ſtultitiæ Roboäm. *Salomon* (ait) *dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo gentis ſtultitiam, & imminutum á prudentia.* Maluend. *Imminutum mente & ſenſu.* Plenum craneum, in iudicium imminutum, quaſi cerebrum vacuum. Mirum, quod de ſemine ſuo relinqueret Salomon ſtultiſsimum gnatum: at nequaquàm mirum, mente & ſenſu deminutum: etenim ſtultitia ex imminuta oritur cerebri nobiliſsima ſubſtantia. *Ex ſemine* namque *Salomonis*, quoniam eius ſemen origo ſtultitiæ filij, ex eo quòd ſine debito calore præ ætatis intemperantia, ac quaſi in perfectam formationem ſine virtute. *Imminutum ſenſu*, quippequàm ſemper imminutà mente ſoboles, nec ad frugem præcoci inutili Venere. Hinc de Roboäm vel à filio Abia dicitur, 2. Paralip. 13. 7. *Rudis & corde pavido.* Pavor enim cordis à ruſticitate cerebri, quod iuxta ſeminis invalidi conditionem, haud ritè conſtitutum: tuncque ſenſa animi exprimere & actiones vitæ rationalis vix obire poſſunt. Spiritus igitur cerebrum incolentes, ingruente aliquo malo, plurimùm diſsipati, & ab invicem diſtracti, veſtigia motuum priorum repetere haud valent, adinſtar militum á ſubito, violentoque hoſtis incurſu perculſorum, qui ordines & ſtationes ſuas haud facilè recuperant. Hic affectus dicitur. *Stupor*, ſeu ſpaſmus, quo intelligitur illud, Iudic. 15. 8. ubi de Samſone dicitur: *Percuſsit eos ingenti plagà, ita ut ſtupentes ſuram femori imponerent.* Alia dixi, *Tom. 4. T. 9. num.* 12. Affectio quidem vel in ſano (quid in ſtulto?) cerebri meditullium occupans, poros & meatus omnes, ob ſpiritus ibidem crebrò & vehementer explosos, pervertit, & fæculentijs infercit adeò, impletque; ut ſpirituum tractibus occluſis, ſenſuum motuumque internorum actus inhibeantur. Sic igitur afectus & diſtortè formatus evadit ſtolidiſsimus; & ita, ut quidam apud Terent. in *Heäutontim.* Act.5. ſcen.1. v.4. dicebat:

Ubi ſupr.v. 28.

Stultitia ex imminuto cerebro.

2. Paralip.

Pavor naturalis cordis à cerebri frigiditate.

Iudic.15.8.

Quid ſit ſtupor?

Terent.

In me quidvis harum rerum convenit, quæ ſunt dicta in ſtultum.
Caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. Exuperat ſtultitia hæc omnia.

Uſu quippe rerum rationalium rudiores fiunt, prævalente humore, & huius conditionibus, ex queis compacti indebiliter; quaſi congenitis, ſtudioque minimè

Virgil.

Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.

54 Imminutus prudentiâ propriè dicitur, quippe uti vidimus, *num.* 46. ex de-

for-

formatione capitis, situque cerebri oritur inæqualitas cogitationum: quatenùs ex una parte tractus spirituum animalium in discursus sint pervij; ac ex alia parte in iudicium, atque prudentiam occlusi. Ad scientias & iudicia civilia sic geniti prorsùm existunt inhabiles: est enim in his naturalis calor adeo modicus, ut nulli nobili ipsius cerebri functioni inservire possit: verumtamen ad mechanica, mores, institutaque civilia prompti sunt, ac quandam naturalem omnibusque communem in domesticis negotijs non solùm diligentiam, sed solertiam fortuitur: & ita ut res simplices satis dextrè & celeriter apprehendant; sed ob iudicij eclipsim evertantur notiones, nisi in mechanica. Patet cum Roboäm *imminutus* dicatur *prudentiâ*: igitur spiritus ex propria indole obtusi & crassi è cerebro crassiore scatentes ad rationalis insigniora munera, quasi nulli essent. *Hinc ut plurimùm, qui parentibus senio fractis* (ait Theophilus Bonet quò supr. *num.*45.) *aut nondùm ætate maturis nascuntur; ingenio magno, ac liberali carent.* Liquet in Roboämo, qui strenuus in ædificandis urbibus, ac muniendis, 2. *Paralip.*151. à n.5. ac promptissimus in exercitus præparationem: igitur ut cognovit defectionem Ieroboäm cum decem tribubus, congregavit in eum centum octoginta millia electorum virorum bellatorum: 3. *Reg.*12. 21. curavitque pro scutis aureis, quæ abstulerat Sesostris Ægypti Monarcha, æreos clypeos inferre in vacuum thesaurum. Ibid. *cap.*14.27. In his habilis, in prudentia vappidus & inutilis; haud alia de causa, nisi quippe diminutus mente & sensu: equidem si habuisset figuræ naturali, situique cerebrum conforme & æquale; æqualis esset utiquè in cunctis rationalibus functionibus. Ex intemperantia patris, fortèque matris (ut autumat Galtruch.tract.3.*Phys.particul.*disp.1.cap.3.)caput inæquale ac cerebrum.*Unde nonnulli* (infit Manget in *Biblioth.medico-pract.*lib.16.lit.*S.*) *ad literaturam & scientias liberales addiscendas prorsùs inepti, ad artes mechanicas satis habiles existunt.* Aliqui vel ab infantia solertes & ingeniosissimi,semsim hebetiores, ac demùm insulsi evadunt (vid.*Tautol.9.n.*12.) quippe sanguis & liquor nerveus, quibus spiritus animales obsequuntur, tanquàm vina vel unguenta odorata fermentata exhalantur, & post fermentationem paulatim degenerando vilescunt, siquidem sine nativo vigore. Quidam profectò in pueritia rudes & obtusi, qui decursu temporis ingenio, eximiàque mentis acie amœnissimè pollent; quoniam calor attemperat cerebrum: elucetque lumen ingenij quasi obtenebratum,evaporatà calore superflua cerebri humiditate. Iccirco Quintilian. 1.*Instit.* cap.3. inquit: *Probus in primis erit verè ingeniosus: alioqui non priùs duxerim tardi esse ingenij,quam mali.*Roboäm verò semper stultus: ætas nec adulta quivit calore iuventutis irradiare cerebrum, nec expugnare in prudentiam; quia superfluam nimis frigiditatem retinuit, quam ex præcoci patris genitura contraxit. Stultus erat, & stultitia cum eo.

Cur Roboäm non dicitur insensatus, sed mente imminutus?

Ubi supra.

Theoph. Bonet.

Ioan. Mag.

Cur in pueritia ingenioſi,paulatim habescunt?

Quintil.

55 Sed dices: Æqualis ætatis erat Achaz, quùm genuit Ezechiam; ac Salomon, dum genuit Roboäm, uti diximus, *num.*49. Cur ergo Roboäm stultus & Ezechias animi & corporis dotibus preclarè ornatus? Si ex Veneris immaturitate frigidum complexione (quo stolidus) Roboämi cerebrum; etiam ex acerba Venere Ezechias, cuius caput ad prudentiam perfectissimum. Non ergo videtur ex præpropera Venere genitoris in Roboämo origo stoliditatis. Haud recta collectio, & comparatio. Accidit interdùm ob nimium calorem, complexionemque robustam etiam in eadem specie, falcutatem prolificam, communem antevertere ætatem; fructumque ginere, dum in alijs præter naturæ conditionem, igitur egent ampliore temporis diuturnitate. Alberic. Rosa in *Iudic.* v. *Matrimonium, leg.*2. asserit puellam novem annorum peperisse infantem vegetum. Aliam signat Maiolus, *Tom.*1. *colloq.*3. nono anno prægnantem, decimo puerperam. Puerum novennem iam patrem refert Gloss.in *Summa* 20. quæst. 1. Decennem, præter Hieronym. *Epist.* præf. n. 49. astruunt Ioann. Andr. Panorm. & Hostiens. in cap.ult.de *eo qui cogn. con. uxor. suæ.* Sicut enim senes propter complexionem, ultra naturæ communem periodum accidit fœcundos esse, etsi exangues, conditionisque frigidæ de quibus Tacitus in *Agricol.* cap.29. dicit: *Cruda ac viridis senectus*: & Virgil.6.*Æneid.*v.304.

Fecunditas præcox tam in pueris, quam in puellis.

In senibus & decrepitis,notabilis fœcunditas.

Iam senior, sed cruda Deo, viridisque senectus.

Virgil.

Uti Masiniſſæ, qui filium genuit sex supra octoginta annos habens, ut aiunt Valer. Max. *lib.* 8. cap. 14. & Florus in *Epitom. Histor. Rom.* 50. *Masiniſſa vir insignis: inter cætera opera iuvenilia, quæ ad ultimum edidit, adeo, etiam versus in senectam, viguit, ut post sextum & octogesimum annum, filium genuerit.* Catonem

Flor.

Censorinum genuisse avum Uticensis, anno octogesimo octavo. Plutarch. in eo, & Plin. *lib.* 7. *cap.* 14. Æneas Pius in *Europa*, cap. 25. refert Regem Poloniæ Uladislavum nonagenarium genuisse Uladislaum & Casimirum. Iuvenes igitur potentes in coitum, non ideo apti in generationem, ut vidimus, *num.* 50. è contra verò senes apti ad generationem, modò habiles in coitum: Zachias, ubi supr. *lib.* 9. *tit.* 3. *q.* 7. num. 3. Qua de causa sicut senes ultra ætatem, ita pueri ratione complexionis fœcundi existunt; intempestivèque ginere valent fœtus robustos, sicut decrepiti ætate effœtà semine prolifico vigent, fiuntque pueri centum annorum. Achaz ergo constabat virtute, caloreque ultra illam ætatem, validioribus, potentiàque his conditionibus adultæ ætati respondente. Salomon duntaxat vigebat virtute respondente pueritiæ: tuncque, cùm præ frigiditate desint vires in fœtum validum, cerebrumque robustum, sapientiæ, prudentiæque sedem; ex æquali genitorum ætate, & inæquali feminis conditione, Ezechias floruit genio & ingenio præditus, ac Roboäm prorsùm stolidissimus.

Discrimen inter pueros & senes.

Cur ex æquali parentii ætate, alius filius expeditus & alius stolidus?

56 Aliter cogito. Filios præproperè habere est signum imbecillis naturæ, & frigidioris præ communi & universali: & ubi in frigidis calor, præcox in fœtus existit. *Calor semper generationis causa est* (infit Macrob. 7. *Saturnal.* cap. 7.) *fœminæ ideo celerius, quàm pueri fiunt idoneæ ad generandum, quia calent amplius. Citò admoventur generationi, quod non nimij caloris, sed naturæ infirmioris est; ut exilia poma celeriùs matureſcunt, robusta seriùs. Considera viros longè diutiùs perseverare in generando, quàm mulieres in pariendo: nam vis eadem in frigidiore corpore celeriùs extinguitur, in calidiore diutiùs perseverat.* Theophrastus lib. 4. de *Plantis*, cap. 9. ait: *Quæ infirmiora, faciliùs celeriùsque perficiunt, & perficiuntur.* Idem Aristotel. 7. de *Animal.* cap. 3. & Plin. *lib.* 7. *cap.* 4. Qui ibid. *cap.* 2. præmittit: *Mandrorum fœminas septimo anno parere, senectam quadragesimo anno accedere. In Calingis Indiæ gente, quinquennes concipere fœminas, octavum vitæ annum non excedere.* Idem Isidor. lib. 11. *Etymol.* cap. 3. Maiol. quò supr. & *Tom.* 5. *Colloq.* 2. Per hoc patet in quæstionem. Salomon perfectæ complexionis erat, Achaz autem debilissimæ & exilis. Ubi calor in materia frigida, celerior est in effectus, quippe refugit suffocari à contrario: sicque illa in constitutione, valida existit natura, esto in fructum præpropera; sicut optimæ complexionis in ætate perfecta. Unde cùm effectus præcocis conditionis sit firmus, futilisque complexionis perfectæ, ad generationem non maturæ; Roboäm filius Salomonis propter præcocis patris generationem invalidus, & ad discursus ineptus: Ezechias verò prudens & sapiens, quia licèt effectus præproperæ ætatis, non tamen præcocis Veneris: pater igitur illa in ætate quasi pueritiæ valebat, sicut alij ætate valida; & Salomon, qui perfectæ complexionis nec debitæ ætatis, nec proportionatæ Veneris. Hic Salomon senex obijt, 3. *Reg.* 11. 4. Achaz verò triginta & sex annorum, 4. *Reg.* 16. 2. 2. *Paralip.* 28. 1. Ut citò dedit fructum, citò senuit; uti mala futilia, Persica & Abricocia, Duracinaque. Unde placet, stultos ex sapientioribus nasci, ex anima validè occupatà in difficiles contemplationes sæpesæpius provenire; si genitores in ætate perfecta: at si valdè properà, vel gravissimà, citra maturitatem vel ultra, frigiditati nimiæ agentis tribuendum quicquid in fœtu deforme tam ex parte corporis, quàm ex pigritia mentis. Nunc ergo instituto nostro.

Venus præcox ex frigiditate, & imbecillitate.

Macrob.

Theophr.

Qui citò gignit, citò senescit.

Plin.

Exempla.

57 *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Pagn. *Secundum nomen suum, sic est Nabal nomen eius.* Ar. Montan. *Stultus est, & vilitas cum eo.* Caietan. *Brutalis, & ignominia cum eo.* Maluend. *Secundum nomen eius sic ipse: Nabal nomen eius, & fatuitas cum eo. Et defluentia cum eo.* Septuag. *Iuxta nomen suum hic est: Nabal nomen ei, & insipientia cum eo.* Chald. *Stolidus, & stoliditas cum eo.* Tigur. *Et dedecus eius comitatur eum.* Arabic. *Nabal nomen eius indicat actiones & ineptias eius.* Discamus ergo aliquid, ne simus stulti in via prudentiæ.

Var. Lect.

Stoliditas filiorum à frigiditate seminis.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

1. *Stultus est & stultitia est cum eo*; quia potest esse stultus sine stultitia. Peccator desipit, potestque sine stultitia desipere, modò comisso peccato non adhæreat consuetudo. Est delinquens stultus, quippe desipit: verùm haud illum comitatur stultitia; dummodò desipientiæ affuerit resipiscentia.

Stul-

2. *Stultus est & stultitia cum eo.* Pax signatur peccatoris, iacentis placidè in acerbitate criminis, ex vanissima fiducia salvationis. Uti stultus habet ulcera lethalia: sed cum illo est stultitia; quia sic credit obtinendam salutis felicitatem, ubi alij atque alij invenerunt perditionem.

3. *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Esset stultus, sed non haberet stultitiam comitem, modò cognosceret fatuitatem: eiusque dicitur infatuatio, & stultitia cum eo; quippe stulti stultitia desipientis ignorantia, stultissima stultitia.

4. *Stultus est & stultitia est cum eo.* Potest esse in stulto stultitiæ separatio, quin sit stultitia, quæ videtur, in eo qui stultus præsumitur: igitur magna in regimine prudenti ducuntur dexteritate, dissimulato proposito per speciem stultitiæ.

5. *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Stultus sanè, qui iniustitiam facit; sed abest stultitia à stulto, qui in erroris resipiscentiam cognoscit: dicturque stultitia cum stupido insipiente; quoniam iniustitiam facit sub velamine iustitiæ.

6. *Stultus est, & stultitia est cum eo;* qui hæreseos laborat pestilenti morbo. Stulti hæretici duntaxàt essent, si haberent errorem: sed stultitia etiam inhæret illis & cum inflatione pectoris, crepitantibus buccis; quippe erroris notissimam stultitiam, inclytam plaudunt pravitate sapientiam.

DIDASCALIA PRIMA.

Cæcitas profunda mentis consuetudo iniquitatis.

1 CÆcitas exponitur peccatoris, in Theatro Nabalicæ profundæ stoliditatis: igitur ita ab illo corditùs adamata, quasi fatuitas esset illi cum solemnitate iuncta, uti vidimus in 1. Reg. 25. 25. *Liter. exposit.* Hinc queritur uxor eius, dicens: *Stultus est, & stultitia est cum eo*: siquidem papallardus, synderesis impos, sine discretione, arridens ambienti stupiditati, barditate insipidà, hebeti, rusticaque Minervà, ita cerasbolus in fatuitate, ita cervicosus in pravitate iudicij; ut non solùm verbis conceptis ardeat stoliditatem, sed habeat coniugem. *Stultus cervicosus, stultissimus.* Vigilanter vernaculè: *Un mosçatel casado con su necedad.* Verùm inquirendum, quare si stultus nequibat esse sine stultitia, stulti exprimitur formà? In signum peccatoris, consuetudine pravà criminibus inhærentis. Est peccator stultus, quippe desipit: verùm cum illo non est stultitia; si desipientiæ aderit resipiscentia. Senec. *Nec quisquàm gravius afficitur* (infit Senec. 3. de *Ira*, cap. 26.) *quàm qui ad supplicium pœnitentiæ traditur.* Est stultus, assistitque illi stultitia, quoties premunt in crimina crimina inolita: quoties ratione retrahitur, sed consuetudine vehitur: tuncque dicitur stultus & stultitia cum eo; quippe victrici rationi prævalet (estò rumpatur) tenaciter consuetudo. Pingitur accipiter à Borgia, part. 1. *Emblem.* 1. qui adstrictus vincula rupit, verùm funem secum attulit. Epigraphe: *Pernicios libertas.* Haud aliter qui vitiorum catenà fractà, volat in libertatem, ferendo vincula: equidem quantunvis volet in silvas, est pernicios libertas; quoniam vel constitutus in arce legis, & munimine rationis, retrahitur atque trahitur funiculo consuetudinis. Fuit, non est stultus in effugio: at stultitia est cum eo; igitur non relinquens cum captivitate captivitatis funem, apprehenditur fortiùs denuò ut amittat libertatem. Alcim. Avit. lib. 4. *Geneseos*, vers. 56. Borg. *Consuetudo peccati catena tracta?*

Taliter humani generis non ordine recto
Perdita mandatæ iam post primordia legis,
In pravum labens paulatim vita tetendit, Alc. Aviti
Proficiens peiore via, constantior ipso.
Iam paribus studijs nutriti criminis usu.

2 Inclinatio sub nomine Genij ab Antiquis signata fuit per flagellum: vidimus *Tom.* 4. *Tautolog.* 5. *num.* 62. ex Gyrald. *Syntagm.* 15. cap. 2. etenim nihilo magis mortificatur homo, quàm genio pravo non mortificato; dum ultra legis & rationis perscriptum, haud tendit in inclinationem, sed in flagellum. *Genius cum flagello.* *Nullam capitaliorem pestem hominibus à natura datam*: inquit Cicero de *Senectut.* Fallitur: maius in illa inveniret cruciamen, Cicer.

men, quisquis illius pravam sustinuerit consuetudinem: igitur si ab inclinatione flagella, assuetione maiora. Hac de causa per flagellum simul genij designatur & dominium (vide Pier. Valerian. *lib.* 48. *cap.* 17.) quandoquidem acriori corda subduntur flagello, ubi inclinationis pravæ dominatur consuetudo. *Congregata sunt super me flagella, & ignoravi*: exclamat David. Verbera non novit, quæ sustinuit: maioraque flagella, in verberum ignorantia; igitur sustinebat ex voluptate cruciamen; dum arbitrabatur sequi tutò inclinationem. Didicit ex his quæ passus est, quæ in voluptatibus passus: quandoquidem per illarum & ab illis cruciamina, cognovit ex dolore fuisse flagella: totque super se verbera congregasse, quot desideria inclinationi indulsisse.

Voluptas nocua.

Psal. 34. 15.

Evasti? Credo metues: doctusque cavebis.
Quæres, quando iterùm paveas, iterùmque perire

Horat.

Posiis? O toties servus! Quæ bellua ruptis
Cùm semel effugit, reddit se prava catenis?
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis.

Ait vel Ethnicus lib. 2. *Satyr.* 7. à v. 68. Peior sanè bellua, consuetudine pravà: equidem postquam vincula liber evasit, & ultrò in vincula redit. Viscus consuetudo est: pressum quasi mole cor, non bonum quod novit perficit; sed malum quod renuit, agit, captivum in peccati inclinationisque legem; quippe viscus consuetudinis involvit volucrem cogitationem. Infelix anima! fertur in cognita bona,

Consuetudo viscus cordi.

Ovid.

Sed trahit invitam nova vis: aliudve cupido,
Mens aliud suadet.

Inter tormenta tyrannica Siculorum, quit dirè excogitari maius tormentum? Trahi, retrahi, duci & reduci simul, non sunt flagella? & intimiora vulnera, queis percutitur pectus, ubi præ debilitate eminus salus; quippe consuetudo concidit vulnere super vulnus. *Cùm culpa in usum venerit* (ait Gregor. Magn. lib. 4. in *Iob.* cap. 25.) iam animus *etiam si appetat, debilius resistit; quia quot vicibus pravæ frequentationis aastringitur, quasi tot vinculis ad mentem ligatur*; igitur pravitatis habitus, inclinationis usus, vitiorumque consuetudo ita venundedere sub peccato; ut ab assuetis inolitis animum removeri, mirabili videretur vel impossibile.

Tormenta mentis ex vulnere cõsuetudinis.

Greg. Mag.

3 Præteriens Iesus vidit hominem cæcum à nativitate; cuius visione eius misericordia in homines constat: igitur cæcitates videt ut sanet, & nequaquàm, ut prætereat.

——Dilapsus ventre parentis
In lucem sine luce ruit: tunc sanguinis ille
Conditor humani, mundique orientis origo,
Illiniens, hominem veteri de semine supplet.

Sedul.

Uti succinit Sedulius lib. 4. *Carm.* à v. 254. Mirati sunt universi: etenim à seculo non auditum, quòd quis aperuerit oculos cæci nati. Audierunt Pharisæi æmulatione perciti, & *non crediderunt, quia cæcus fuisset & vidisset*: dicentes: *Cæcus natus est: Quomodò ergo nunc videt?* Cur ergo minimè cæcum fuisse credunt, si viderunt cæcum, atque videntem aspiciunt? Facilis fides, dum oculi testes: quo fulcro nititur ambiguitas in assensum, adversus evidentem sensationem oculorum? Non erat cæcus utcunque, sed sine luce ab ipsa nativitate: derogaturque fides, etiam facto coram oculis; quia incredibile, posse videre aliquomodò, qui non vidit aliquando. Clariùs exponetur sensus testimonij in voluntaria cæcitate peccati. Unde idem ibid. subdit;

Ioan. 9. 18. 19.

Ambigua virtus cuius nullus actus

Cæca sumus proles miseræ de fœtibus Evæ,
Portantes longo natas errore tenebras.

Sedul.

Lumen homo accipit a ratione, sine qua permanet in cæcitate. Etsi ratio illuminet inclinationis umbras; crimine inferente tenebras, voluntariè contrahit cæcitatem, quæ excuti potest ab homine redeunte in rationis lucem. Qui nunquàm vidit; quid sit rectum non cognoscit, nec legis habet speciem in operationum rectitudinem, expressam per apertos oculos, sicut habitus pravus per oculos cæcos: minimeque creditur videre, eo quòd cæcus, sed quòd à nativitate; quoniam vel ipsæ sensationes extra sensum, per non usum sensationum. Si sensus non datur usus, nullus est sensus. Quid in illo qui nunquam habuit? Ratio impossibilem sensationem iure decernit; quia experientia in eo vidente etiam inficiatur fidem, qui nunquàm sensum exercuit in sensus operationem.

Neque sine sensatione sensus.

4 Instandum. Peccatum ingerit vulnus in mentem, consuetudo cæcitatem; ita

ita ut in operationes animus non ducatur iudicio, sed usu & habitu; quibus in vitia premitur, etsi rectum cognoscatur: minimeque illuminati creditur illuminatio, ubi tantæ cæcitatis inveterata prævaluit consuetudo; quippequam qui consuetudine & longo tempore pressus, nunquàm potest aperire oculos. Præclarè Seneca, *Epist.* 112. *Valdè* (infit) *durus capitur: imò potiùs (quod est molestius) valdè mollis capitur, & consuetudine mala, ac diutinâ fractus. Hic non habet vires: indulsit vitijs: simul & emarcuit & induruit. Non potest recipere rationem: non potest nutrire. At cupit ipse. Noli credere: putat se cupere. Stomachum illi fecit luxuria: citò tamen cum illa redibit in gratiam. Homines vitam suam & amant simul & oderunt.* Qui non potest recipere rationem: perperàm recipiet sanitatem. Debilis, imò impotens ut videat pericula cæcitatis existit, qui cæcitatis gravamina nunquàm sensit: & de cæco iam vidente, quia cæcus natus, illuminationis nullus creditur modus; quoniam præ cæcitatis diutinà assuefactione videre non poterat qui non poterat videre. Cæcus non peccavit, & articulus erga cæcitatem & illuminationem corporis, contingit peccatori in cæcitate mentis. Illuminatio mentis provenit à luce resipiscentiæ, & pœnitudo ab erroris atque cæcitatis cognitione: cæcoque perducto in felicitatem visionis, nulla datur de visione vel à videntibus fides; igitur corruptis, pravis moribus per totam anteactam vitam, iudicatur impossibile posse reduci in resipiscentiam. *Quomodò ergo nunc videt?* Cæcus & longo tempore, imò ab ipsa nativitate, & videt nunc? Impossibile est: equidem haud possible in legem expellere gravamina cæcitatis, in eo qui nunquàm ad recta cognovit lumen rationis.

Peccati consuetudine pressus, in correctione non aperit oculos.

Senec.

Cur desperatur correctio?

5 Ulteriùs. *Quomodò ergo nunc videt?* Peccator cæcitatem cognovit, & in se redijt. *Non crediderunt*: & videntes oculos apertos in practica sensationis? Ita tenax ex habitu insistentia consuetudinis, mutari profectò nescia; igitur negantur visa. Pende. *Alij dicebant, quia hic est: alij autem, nequaquàm.* Impossibilis mentis illuminatio, cæcitatisque cognitio in privato lumine, diutino sine intermissione tempore. Quid ergo, si cæcitas mentis à nativitate? Videtur iam non cæcus, qui cæcus natus: & dum videtur, præ habitu cæcitatis fides negatur, quippe pravà vitiorum assuefactione, impossibile videtur, quòd hic sit ille. Ille non est, qui videt, & diutinè cæcus fuit. Alius debet esse videns, & lumine carens. Alius qui aperuit errori oculos, ab illo qui semper cæcus. Alius qui amplectitur legis & rationis lucem, ab eo qui cæcè non cognovit nisi errorem; ac oculos aperire nequibat, nisi in ea quæ cognoscebat: & in vidente cæco videndi inquiritur modus; quia creditur impossibile, quòd ille sit & sit alius. Iam hic ille pervenit in visionis formam. Hic ille cæcus & in visionem? Nequaquàm. Prava consuetudo & per longissimum tempus, semper in legem habet oculos clausos. Non potest rationem suscipere; & sine ratione, nequit hic ille videre. Vitijs indulsit, vires non habet: durus & mollis capitur, dum invitè in lucem fertur. Vitijs succenset, sed cum illis in gratiam citò redibit. Amat quod odit: aversari cupit, tuncque ardentiùs amat, ubi odium cupere putat: equidem estò oppressionem cognoscat; per diuturnæ cæcitatis gravissimam consuetudinem, invitè ac violenter trahitur in habitus cæcitatem.

Vers. 8. 9.

Impossibilis indicatur.

Unde?

Plaut.

Consuetudine ductus rursùs animus inducet.

Consuetudo (inquit Bernard. ad *Fratr. de Monte-Dei*, cap. 15. n. 53.) *vel voluntatis corruptæ, vel inolitæ negligentiæ, plurima sæpe vitia quasi naturalia in neglecta conscientia efficere solet. Consuetudo est altera natura.* Nihil mirum, quod non videant, qui oculis carent. Qui adstringuntur consuetudine, oculos habent, sed non vident; efformantes quæ violenta naturalia, mentique consonà rationalitati adversa. Oculus datur rationis, ut homo possit ad amussim legis reprobare malum, & eligere bonum. Consuetudine in prava & cæcitate mentis, non videt qui ornatur oculis: negaturque manifesta illuminatio, dum diutissimè prævaluit cæcitatis consuetudo; quia videtur impossibile, nihil ab ipsa nativitate vidisse, & modò videre lumen cæcum à nativitate.

Bernard.

6 *Cæcus natus est: quomodò ergo nunc videt?* Si videt ille, non ille. Ille non hic. Iam est contra errorem lux. Ille semper in cæcitate perpetua: cæcus prorsùm ab infantia. Ut ille esset, qui nunc videt; necessarium, transmutare cum natura inclinationem; & tenebras esse lumen: su-

superare pondus tenacioris consuetudinis, fotæ à successione temporis: & hic non ille dicitur, quùm palàm illuminatur; quoniam cæcum congenitâ cæcitate videre, est omninò mirabile, vel impossibile. *Quomodò ergo nunc videt?* Christus illuminavit. Patet criminum consuetudo difficilè mobilis à subiecto: equidem ut Deus illuminet ita cæcum, est necessarium singulare miraculum. *A sæculo* (subditur) *non est auditum.* Quid quòd detrectarent fidem, si etiam miraculi nec habebant speciem? miraculum planè singulare & insigne, cæcum videre obcæcatum ab ipsa nativitate. Cùm frequenter cæcitas mentis sit à cæcitate criminis; Christus negavit à peccato procedere cæcitatem corporis: at monuit, quàm difficile, hominem removere à vitiorum cæcitate. *Neque hic peccavit, neque parentes eius* (dixit) *sed ut manifestentur opera Dei in illo.* Tunc manifestatur quid & quantum Deus possit; quùm peccator se à cæcitate convertit, illuminatrice gratia: sed plus dum anima est consuetudine oppressa; quippe rapitur, dum fertur, educta non solùm à vinculis, sed à vinculis dilectis: igitur pravus propensione habitus fecit levissimum pondus. Opus Dei dicitur, quod fieri nequit ab alio nisi à Deo: & ut constet mentis illuminatio in mente cæca, quàm difficilis vel impossibilis sit, designatur opus Dei; quoniam ut homo aperiat oculos in pravitate inolita, est necessaria tota Dei omnipotentia. Dialectò nostrà: *Como tiene una mala costumbre tanto de dificultad, es necessario todo el poder de Dios.* Dei tantùm est opus, quo manifestatur quis est Deus: igitur solius Dei, eum illuminare, & reddere frugi, qui vixit cæcus & cæcè ab ipsa nativitate. Miraculum patet; & de cæco adhuc quæritur, quomodò videt? Ita gravant corda voluptatum venena, quæis semel imbuta: ita impelluntur simulata dulcedine, ut non possint revocari. Unde cùm semper consuetudine iaceant, & si surgunt, per miracula surgant (quippe miraculum necessarium, frequentiâ culpæ in conversionem morum) ubi in vitia cæcitatis consuetudo, miraculosa prorsùs illuminatio: & adhuc viso miraculo de miraculo inquiritur; quia ubi prava consuetudo supponitur, oculos aperuisse, nec per miraculum creditur.

Vel mirabile.

Vers. 32.

Vers. 3.

Ex potestate Dei.

Nec per miraculum creditur correctio, ubi prava consuetudo.

7 Magister in Israël inquirit, in aliam vitam palàm difficultate conversionis; *Quomodò potest homo nasci, cùm sit senex:* Impossibile videtur, quòd si in homine novitas alterius vitæ, eadem per tempora & tempora senescente: etenim sine singulari miraculo, nequaquàm intersecatur totius vitæ consuetudo. *Ne medicina quidem morbos insanabiles vincit:* ait Seneca, *Epist.* 94. Ipsa medicina putredine viscerum iuvat morbum. Uti percussi scorpione, quò magis calefiunt, magis veneno consuetudinis frigescunt.

Ioan. 3. 4.

Senec.

Insanabilis est.

——— *Qui quem percusserit, illi*
Mox tremulum horrorem ciet: & penetrabile frigus;
Atque acri corpus se aspergi grandine sentit,
Supremus rapidà quanvis Sol lampade flagret.

Nicand.

Accinit Nicander in *Theriac.* Quanvis emineat mentem illustrans lux Solis, offuscatur & actutùm per tenebras consuetudinis, qua gliscit pravitas, & ingravescit cæcitas. *Ex medicamenti potione convulsio* (alij, *Spasmus, mentis torpor*) *lethalis est*: infit Hyppocrat. lib. 7. *Aphorism.* 25. Peccatores peccati consuetudine, quàm in infelici sunt statu conditione! In deterius procedunt medicamine. Pessimè igitur iacet, cui medicina nocet; lethaliter laborat, quem non morbus, sed expulsio morbi gravat. Causam signat Augustinus. *Parum sit miseris* (inquit 10. *Civ.* cap. 29.) *quòd ægrotant, nisi se in ipsa ægritudine etiam extollant; & de medicina qua sanari poterant erubescant. Non enim hoc faciunt, ut erigantur; sed ut cadendo gravius affligantur.* Planè: equidem ita tenaces pravi propositi, consuetudine peccati; ut sequantur maximoperè propositum, quanvis videant infernum pervium in damnum.

Hippocr.

Medicamine, quare in deteriùs?

Augustin.

8 Peccavit Core seditionis caput; quin resipisceret, stante ante oculos morte; ut decidant à vana fiduciâ, qui errantes degunt protractâ usque in mortem pœnitentiâ: equidem prævalente consuetudine, non est locus conversioni. Ducenti & quinquaginta partes Core & Dathan secuti sunt; quos Deus è medio sustulit: igitur *terra aperiens os suum devoravit illos, descenderuntque vivi in infernum operti humo.* Quid reliqui factionem sequentes? Supplicium aspiciunt; resipuerunt? Nullo modo. Hæc summa fatuitas, & peccati cæcitas: igitur illis visum comprehensis eodem in crimine; dum alij damnabantur, salvari posse. At

Num. 16. 32. 33.

hoc

Peccator nec miraculis convertitur.

hoc infrà *Didaſcal.* 2. à n. 6. Vident mortem crimen participantium, nec ſolicitant effugium? Elucet cordi quàm difficilis converſio, ſemel addicto peccato: igitur præcipites propenderunt in flagitium, etiam videntes miraculum. Frequentia criminis ex cæcitate illos traduxit in præceps obcæcationis: quandoquidem videntes pœnam declinaverunt in culpam; quin vel illa in afflictione cognoſcerent pœnitentiam. Extra proprij iudicij æſtimationem, cauſæ prodivit examen. Cauſam miſericors iuſtificavit Dominus, deditque in reſipiſcentiam tempus: verùm cùm criminis urgeat inſtantia, obcæcante iniquitatis frequentia; ita obnubilantur mente, ut inſiſtant in inolitum, quanvis cognoſcant perire. Ex medicinæ potione ut aufugeret dolor, ortus eſt cum cæcitate furor; quo non eligunt in ſalutem erigi, ſed arctius dolore affligi, erubeſcentes de medicina qua ſanari poſſent, quaſi lethaliter miſerijs non ægrotaſſent. *Nullus præcipitationis finis eſt*: inquit Senec. *Epiſt.* 72. Malum impendit, & immoti manent: calamitas urget, & dolorem ſuſtinent: ex aſſueto dolore non eſt acerbitas in ampliore acerbitate: nullus finis cæcitatis neque præcipitationis, ni vitæ finis: equidem à ſe impelluntur ut deſiderata compleant, quantunvis pereant.

Nec perditione percutitur.

Senec.

9 Haud ad illos hiſcit terra, devoratis ſocijs, ſed pro illis. Verùm haud recepti in mentem alieno ſupplicio, adhærentes mordicùs pravo propoſito: quòd quidem ita obcæcavit, dum in præceps impulit; ut nec removerentur à proterve cupitis, quanvis viderint conſortes in infernum deſcendentes. Ita preſſit cordis malignitas & mentis emotæ cervicoſa cæcitas; ut damnum proximum imperterriti viderent, neque cruciamina fugerent. *Pœnæ ſe præparavit* (infit M. Senec. *Controverſ.* 3.) *ex quo peccare cœpit, cadere condidicit.* Non deſiſtit, qui ſemel peccare cœperit: igitur etſi pateat os inferni, minimè relinquet conſuetudinem peccandi. Luerunt ergo pœnas, noluitque Deus parcere, quia noluerunt pœnitere. *Ignis egreſſus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros.* Quia terra illos non deglutivit, audacia crevit, quin periculum æternæ mortis viderent, cùm ſocij iniquitatis perirent: Deuſque quos indulgendo pro pœnitentia præterijt, toto iuſtitiæ rigore igni æterno mancipavit: quia

M. Senec.

Nec inferno adaperto terretur.

Verſ. 35.

noluerunt peccati revocare propoſitum, quanvis hiantem ſibi exploraverint infernum. *Omnis Iſraël* (devoratis Datham & Abiron) *fugit ad clamorem percuntium.* En frons perfricta, & oris pervicatia: igitur eò pervenit cæca amentia, ut innocentes fugerent, & peccatores ſtarent proterve impavido corde, ſine timore damnationis æternæ. Verſ. 34.

10 Intelligitur modò phraſis Sirachi, de cuius ſenſu literali diximus, *Tom. præc. Tautolog. 6. num. 16. & 31. Vita in inferno deorsùm.* In hæccine prærupta ducit infernalis vita: dicitque *Deorsùm* & *In inferno*; ut eluceat quò peccati tendat prava conſuetudo: etenim peccatum hominem deducit uſque in infernum; & peccati conſuetudo illum impellit deorsùm. Siccine apprehendunt mala maxime in morte, præ inſidioſa conſuetudine: etenim cognoſcunt amaram iniquitatem, & nihilominus appetunt amaritudinem. Adinſtar hædorum veneno pingueſcunt: de quo Plin. *lib.* 10. *cap.* 72. equidem ſine veneno non vivunt: illoſque apprehendunt mala, quippequàm per affectus venena bibunt, & cognoſcentes venena. Hinc affectuum tenet animam anguſtiæ, quin valeat in bona optata moveri, niſi in pœnam & perniciem; in quas exercet ſimul odium & amorem: equidem & amant quod averſantur & averſantur quod diligunt. De paſſionum affectionibus dicit David: *Circundantes circundederunt me.* Peccatis affectiones circundant, verùm quouſque conſuetudo premat, plenè circuitum non formant: equiden ſi frequentia excluditur, effugium poſsibile cogitatur: completur circulus, dum conſummatur habitus: circundanteſque peccatores inclinationes in illecebras circundant, ſi flagitiorum conſuetudine laborant; quoniam inter periculum & periculum, niſi in barathri fauces non habent exitum. Proſper Aquitan. *Epigram.* 42.

Pericula & impulſus conſuetudinis pravæ.

Eccli. 51. 9.

Pſ. 117. 11.

Sumens peſtifera de conſuetudine robur,
Et ſua complectens vincula mortis amor.

Proſp.

11 Aſtruit Servator alloquens Thyatiros. *Non mittam ſuper vos aliud pondus*: ſicut habent, ſcilicèt, *qui non cognoverunt altitudines ſatanæ*: hoc eſt, fraudes & verſutias. Adi Haye, Viegas, Alcazar & Alapid. hìc. Eſt pondus peccatorum & pondus aliud: at quale pondus? *Idola*: ſubdit Alapide. Hæc cordis ſunt voluptates vallatæ illecebris, ſimula-

Apoc. 2. 24.

Voluptatis illecebræ pondera cordi.

latis spinis: dicunturque pondera, ad affectiones cupidinum simulachra; quippe quod adorat corditùs humanum pectus, nil aliud est nisi pondus & pondus. Idolum est, quòd tantùm ad speciem, & species ad imaginationem, ac ridens cupiditatem in pectore avido; quia nihil est idolum in mundo. Pondus est sequi, superpondium adorare; ut cordis idola cogitentur uti gravia: quandoquidem adorare voluptatem, servire prorsùm gravissimam servitutem. Aliter cogito. Pondus peccatum est: aliud pondus in pondere est consuetudo peccati. Satanas ut peccatori occludat effugium; non solùm crimen intendit, sed etiam habitum: equidem consuetudinis pondere, nequaquàm valebit surgere. Ille vafrè semper circuit, quærens quem devoret; verùm circulum solo peccato non complet, quia evadit circundatus homo, per aditum cuius custos pœnitudo. Totus fraude & fraude insidiatoris conatus, ne per pœnitentiam peccatori detur exitus: ponderique admissæ noxæ pondus superimponit frequentiæ; ne possit totis viribus completo circulo exire: igitur qui fovent pectore consuetudinis nequitiam, nunquàm in odium erroris admittunt resipiscentiam. Spe evadendi (de quo sequent. *Didascal.*) etsi circundati peccatores, addunt pondus ad pondus, ut à satana constituatur perfectè circulus. Sine pondere & pondere nequit perfectè formari: & versutè à satana ponderi iniquitatis pondus suggeritur consuetudinis; quippe quem siccine circuit, nemo in libertatem evadit: siquidem ita efformat impenetrabilem circulum; ut exitum habere haud possit nisi in infernum.

Ex consuetudine mala frequenter impœnitentia.

12 De Aristippo Lævin. Torrentius in illud Horatij lib. 1. *Epist.* 14. v. 36. *Non lusisse pudet, sed non incidere ludum*; dixisse axerit: *Non ad meretricem ingredi; sed egredi non posse turpe est.* Onus tunc imponit humeris, quod nequit totis viribus portare; quapropter succumbit oneri: igitur estò malum peccatum, non ita malum; dum habet exitum: verùm intolerabile pondus sub peccati pondere, non posse ulteriùs præ consuetudi egredi.

Horat. Lævin. Torr.

——— *Desisti nempe, nec ultrà*
Fovisti errorem: breve sit, quod turpiter audes.

Iuvenal.

Igitur si servire pudet, quia errorem voluntas fovet; deturpat onustam pondere mentem, non posse & velle excutere servitutem. Vide nexus, & ut formetur circulus ad irrevocabilem noxam, cuius exitus in gehennam. Ex inobedientia Saul delapsus est in superbiam, ex superbia in cordis tristitiam, ex tristitia in livorem, ex livore in malignitatem: ex his in odium implacabile, etiam cognito errore: ex odio in desperationem, ex desperatione in magiam, ex qua amentia, ut se proprio gladio privaret vità, haud aliud habens ex doloribus in dolores effugium, ni ingredi desperatione præcipitem in infernum.

Præcep. semper & in præcept.

Consuetudo mali tenet illum, & tramite curvo
Labitur in præceps.

Sectan.

Succinit Q. Sectanus, *Satyr.* 4. à v. 210. Hinc Doctorum Doctor SS. Benedictus, *Regul. S.* cap. 2. Abbatem hortatur: *Non dissimulet peccata delinquentium; sed ut cœperint oriri (ut prævalet) amputet.* Si sunt, pereant: amputentur *radicitùs*, ne surgant: equidem semel indulti pravi, corrupti mores; mittunt in ruinam cunctorum consuetudinis radices. Finis consuetudinis pravæ, uti cordis præcipitis est in inferno iacere: igitur in cursu vitalitatis, semper angor, mentis furor,

S. Bened.

Catenatique labores.

Martial.

DIDASCALIA II.

Malà & tranquillà conscientiâ nil peius, nec infelicius.

1 PHrenetici profectò peccatores ex pravitate pestilentis consuetudinis. *Peccata quanvis magna & horrenda* (ait Augustin. in *Enchirid.* cap. 80.) *cùm in consuetudinem venerint, aut parva esse, aut nulla creduntur: usque adeò, ut non solùm non occultanda, verùm etiam iam prædicanda, ac diffamanda videantur.* Patet phrenesis, ictâ ratione à cuspide virulentæ voluntatis: igitur non tam flagitia deaurantur, quàm turpi adoratione coluntur. Erubuit vel Ethnicus, Numina vocari scelera. *Super omnem impudentiam* (inquit Plin. *lib.* 2. *cap.* 7.) *adulteria inter Deos fingi: mox iurgia & odia: atque etiam furtorum esse & scelerum Numina*: etenim si humanæ fragilitatis pro excusatione proprium, deaurare errorem, sanè procacium

Augustin. *Effectus consuetudinis peccati.*

Plin.

Quàm abominabile crimen cultū!

cium adorare crimen. Hispanicè: *Es natural tirar à dorar un hierro; pero es desçoco, canonizar entronizando un delito*: equidem pravè sceleribus fit thronus, ut minor sit verecundia de sceleribus. In exemplum utiquè glorianter exponunt; qui peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec absconderunt.

Isai. 3. 9. *Væ animæ eorum*: quippe nulla infelicior calamitas, etiam dum floret iniquitas; quàm ostentare uti Numen florentem iniquitatem.

An mens ineſt vobis ingenita?

Sophocl. *O fatui! Mentibus sanè privati,*
Quando in ipsis malis mala existentes non cognoscitis.

Dicunt malum bonum & bonum malum, vulneratà ratione; quod quidem haud quaquàm facerent, nisi phrenetici. *Isti ergo periculosè ægrotant* (ait Barthol. Anglic. 7. de *Propriet. rerum*, cap. 4.) Barth. Anglic. *& tamen ignorant aliqualiter ægrotare.* Maius periculum in ignorantia ægritudinis, quàm in molestia torquentis infirmitatis: igitur morbum lethalem haud dicerent valetudinem, nisi foverent phrenesim. De Hydri, aut colubri morsu, ait Ælian. *lib.* 4. de *Animal.* cap. 57. *Percussum cum oblivione circumfundi, eiusque oculis multam caliginem offundi: tum rabiem & summum tremorem exoriri, & perire.* Grave utique venenum cordibus infertur à colubro per peccatum: equidem si malum, percuti; peius, percussionis oblivisci, periculum non videre, in rabiem trahi, demùmque perire. Cuncta pendenda, ne moriatur anima.

Effectus morsus colubri & peccati. Ælian.

2 Phreneticos esse peccatores, patet; quia illorum cupiditas sensum rationi, cupiditatem virtuti, ac creaturam creatori præponit. *Ita nos stultitia pertinaciter tenet*: inquit Senec. *Epist.* 59. siquidem mens morsu colubri ita læsa, ut nocuior sit pertinacia, quàm stultitia. At quomodò pertinacia? Cum morsu serpentis ingeritur oblivio vulneris: igitur ægrotant periculosè, sed ignorant ægrotare. Dixi *Tom.* 4. *T.* 7. à *num.* 5. Effectus phrenitidis, inter quos nocuior, dum male affectus ex phrenetico fit lethargicus. Berchor. Unde Berchor. 4. *Reductor.* cap. 4. *Si fit lethargicus ex phrenetico, pessimum est.* Ex phrenetico potest redire in mentem: lethargicus tendit in oblivionem: & ægro profectò pessimum, lethaliter deficere, & non cognoscere morbum. Hinc inter mala, subdit: *Si lethargia in phrenesim convertatur, bonum*: equidem lethargicus insensibilis iacet: phreneticus furit: nec desperatur salus, ubi aliquomodò inest vel furenti sensus; cæterùm lethargici omnimoda desperatio, quippe in tam gravi malo totius insensibilitatis prorsùm oblivio. Malè utique iacet, sed quiescit & dormit, quasi malè non iaceret. *Effusus animus damna interiora non sentit* (inquit Bernard. de *Convers.* ad Cleric. cap. 4.) *sed stupore quodam insensibilitatis internæ.* In quo stupor animæ præ affectione iniquitatis, dicendum ex effectu insensibilis corporis. *In febre non intermittente* (infit Hippocrat. 7. *Aphorism.* 73.) *si non videat, si non audiat, quicquid horum fuerit, lethale est.* Motus necessarius est in cordis puncti pœnitudinem, ut homo redeat in mentem, pravarum affectionum derelinquens furorem: lethaleque dicitur, dum phrenesis in lethargum transfertur: quippequàm lethalis morbus, quando in motionem cordis nullus est sensus.

Utrum peius? Bernard. Hippocr.

3 *Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua*: dicit Dominus phreneticis Israël. Quomodò insanabilis, dum abundabat remedijs? Percussit eos Dominus, ut exularet furor: cæterùm nullus ex percussionibus dolor: *Percussisti eos & non doluerunt*: meritòque desperantur si vulnera non sentiuntur. Fracta est anima, & à se scelere nimis percussa; in cuius salutem, cœlestis medicus plagis immisit dolorem: equidem ita pius, & offensus & iratus; ut si vulnera mittit, mittat, ut vulnera sanet. Iccircò dicitur: *Lucerna impiorum peccatum.* Peccatum illis videtur ludo imaginationis, sicut nox illuminatio in delitijs. Obscurat lumen rationis erroris tenebris: & quod impijs totum umbra, dicitur mentis lucerna; quippequàm per illorum urgens cruciamen, illuminantur internè, ut possint redire in mentem. *Si vidisti hominem scalpere manus* (scabie nimirùm prurientes, subdit Bernard. d.) *Similitudinem habes animæ, peccantis. Cedit siquidem voluptas dolori, & succedit pruritui cruciatus.* Dolor de vulnere monet, ut iterùm recedat, quanvis pruriat. Cæcè facit: sed hæccine cæcitas haud in mentis caliginem, sed in pœnitentiæ faustam illuminationem: lucernaque impiorum dicitur, quod caligo videbatur; quia per acceptam ab illecebris iniuriam, amplexi resipiscentiam. Plaga ergo à peccatis facta: sed quæ plaga in dolorem (doloris medicamen) facta est pessima; quia

Ier. 30. 12. *Pessima plaga ubi non est dolor.* Cap. 5. 3. Prov. 21. 4. Bernard. *Peccati tenebræ quomodo illuminent?*

maius vulnus ex vulnere, sine vulneris dolore. Facta est pessima quæ mala plaga: equidem quæ facta, ut saucius rediret in frugem; excitavit percussum in furorem. Si non videat, si non audiat, qui laborat febre non intermittente; quicquid horum fuerit lethale est: & facta est pessima, quæ in medicamina plaga; igitur quæ inferre debuit cruciamen, intulit morbi lethalis malè iacenti oblivionem. Insanabilis plaga fit, quæ sensu mala sed sanabilis est: siquidem si mala, quia furorem excitavit; pessima, quia phrenesim in lethargum convertit, quo nec est sensus, nec mordet dolore vulnus. Unde lethalia signa ex haccine plaga pessima: quoniam si necessaria, ut vis exulet languoris, cognitio gravantis infirmitatis; nemo in salutem, in mentem, nec in se redit, qui morbo lethali quiescit, & languens securè dormit.

Quãdo peccati vulnus periculosius?

4 Insanabilis fractura & pessima plaga fit: nihilominùs *à vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus*: quod tantùm Dominus, profectò gravissimum vulnus. Verùm quomodò percussis promittit vulnerum sanitatem, & astruit insanabilitatem ipsorum vulnerum? Quo pacto insanabile sanabit? Si dolor vulnerum excitat de vulneribus dolorem: si corda percussa movet in criminis pœnitudinem. Vulnera sunt insanabilia, quùm non cognoscuntur vulnera: & quod insanabile per oblivionem periculi, dolore spondet sanabile; quoniam dolor ægritudinis adducet in compunctionem, & nequaquàm in phrenesim. *An gravior ulla phrenesis* (subdit Bernard. quò supr.) *quàm impœnitentia cordis, & peccandi obstinata voluntas?* Nulla profectò: sese phreneticus discerpit, & non cognoscit: dicitque Deus quod vulnus cordis insanabile, sanabile; quandiù non fuerint phrenetici, qui sese vulnerant, & se vulnerasse ignorant. Nervosè in propositum, idem de *Conscient.* cap. 4. *Mala & tranquillà conscientià sicut nihil est peius, ita nihil infelicius. Primùm quod importabile, processu temporis non importabile, sed tamen grave videtur: paulò pòst & leve: & cùm crebris ictibus verberetur, vulnera non sentit, verbera non attendit. In brevi non solùm non sentit, sed & placet; & dulce fit quod amarum. Ducitur deinde in consuetudinem; ut iam non modò placeat, sed & assiduè placeat. Sic enim descenditur, imò caditur.* Deus (dicit in corde suo) aspicit, sed non requiret. Ex phrenetico delapsus est in lethargicum; equidem in dolorem non habet sensum: imò tranquillè cum vulneribus profundissimis dormit, quasi saucius lethaliter non iaceret, sed cubaret. Plaga igitur insanabilis, si non audiat æger, si non videat, si non sentiat: Deusque dicit, *A vulneribus sanabo*; siquidem (quanvis lethalis, periculosa ægritudo) conferet sanitatem, si ex veterno excitantis audierit vocem. Lazarus è sepulchro surrexit, quia vocantis in vitam audivit vocem: viventque qui in monumentis fœtidis peccati sunt, si audiunt vocem Filij Dei. Vox eius semper audienda, ut restituatur vita, & concedatur gratia: igitur surgere satagit, qui ad quamlibet vocem surgit.

Vers. 17.

Et insanabile?

Bernard.

Idem.

Processus peccatorum in conscientia.

5 Miser iacebat Ioannes in utero matris, sub iugo tyrannico primi criminis; quod excutere volebat ab eius collo Salvator mundi, ne puer ampliùs experiretur faciem vinculi colligati. Ascendit ergo super nubem levem, Matrem scilicèt virginem, & per illam (uti videbimus, *Tautolog. ultim. Didascal.* 4.) voce primâ liberavit infantem. *Ecce enim* (ait mater, bona precanti Virgini) *ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo.* Ioann. Mell Sousa lib. 5. *de Domin. incarnation.* v. 470. modulatur:

Luc. 1. 44.

——*Summè exultavit ad imum* Ioan. Sous.
Nunc infans uterum, vox ut tua dulcis ab ore
Virgo salutifero nostras pervenit ad aures.

Exultatio illa latentis pueri, fuit signum libertatis à servitute peccati. Audivit vocem, & pepulit crimen. Verùm quomodò audivit, quando facta est vox ad matrem? *In auribus* (inquit) *meis*, & non, *ad aures infantis*: infansque actutùm à peccato surrexit, simul ac eius mater vocem excitantis audivit; quippe vox directa ad matrem, ut infans audiret vocem. Hic in peccato iacebat, surgere sine auditu nequibat. Deus semel loquitur & secundò id non repetit; ut peccator intelligat secum loquentem, quamlibet prolatam vocem: & qui gravatus iniquitate iacebat, liber iam à gravamine exultat; quippequàm sibi dictum intellexit, quod sola mater audivit. Erat Ioannes, sub criminis iugo, sed nequaquàm sub lethargo. Unde cùm peccator surgat, si vocem audiat; surgit Ioannes à gravante crimine, quippe motus in vocantem

Variè Deus alloquitur peccatores.

tem surdus leviſsimâ voce. *Surdus*? Utique, in genitricis utero, & ſub veterno. Ubi erat, audire non poterat: at cùm per auditum ſolicitaret ſurgere, audivit corde, quod nequibat aure. Motus in Deum peccatori neceſſarius, ut animæ crimine percuſſæ ſanetur vulnus: Ioanniſque vulnus originale ſanatur, etiam cùm intra viſcera premitur, quoniam ut in Deum validè excitaret motum, ex ſenſu alieno habuit in carcere ſenſum. Surgit citò qui deliquit, arbitrans ad ſe pertinere quod audit. Audivit Ioannis mater, & ſurrexit puer. Sibi aptavit verbum, ſibi per matris aurem prolatum; quippe ſibi ſalutare, quod auditum: quare ſi ex promptitudine auris infertur expulſio criminis; meritò exultat in matris utero Ioannes: igitur ſurgit motus leviſſimâ voce, & etiam facta in genitricis aure. Vernaculè: *Viòſe luego al punto libre, por darſe por entendido à las voces de la madre.* Alijs parco, quia fusè egi *Tautolog.* 6. *D.* 1.

Surgit citò, quideliquit, iudicans ad ſe pertinere quod audit.

6 Quia ſurdi peccatores & voluntariè, nequeunt converti. *Auribus tuis audi*: dicitur Ezechieli (de ſenſu literali dicemus ſuo loco, *T.* 10. *n.* 35.) ut conſtet inſignis auditio, qua ſurgere citò poteſt criminoſus à peccato. Aure audire, & proprià audire aure, videtur neceſſarium in audiente. Quorsùm ergo ſignanter dicitur in audituro, & *Auris*, & *Audi auribus tuis*? Signat cordis converſionem & in converſionem promptiſsimam voluntatem. Converſionem, quia ſi peccatores renuunt audire, nequeunt in bonum converti. Voluntatis promptitudinem in averſorum cordium converſionem; quia qui vult fugere culpam, audit per aurem alienam: equidem vocem, quæ in alios uti vaga dirigitur; audit & audit, quaſi ſecum loqueretur. Longè profecto à lethargicis peccatoribus ſalus, ut depellatur è viſceribus morbus: igitur cùm neſciant inſenſibiles vulnera; etiam dedignantur audire remedia. Liquet, mala & tranquillà conſcientià nihil eſſe peius, nec infelicius. Cauſam indicat Gregor. Mag. 4. in *Iob. cap.* 25. *Periſſet ſanè ſuo iudicio, ſi ſe perditum cognoviſſet. Unde fit, ut enervis animus, cum ſolvi non valet, ad quædam ſe ſolatia falſæ conſolationis inclinet; quatenùs venturum iudicem tantæ ſibi miſericordiæ ſpondeat; ut eos etiam quos arguendos invenerit, penitùs non occidat.* Ità ſine gemitu iacet animus ſub peccato. *Stultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo.* Stultus, quia peccat, & etiam quia peccatis exultat. Eſſet ſtultus, ſi peccaret; at cum eo non eſſet ſtultitia, ſi peccaviſſe cognoſceret: etenim videret lethiferum morbum, & quæreret dolore acerbitati remedium. Uti ſtultus habet ulcera & magna: & cum illo eſt ſtultitia; quia fretus divina miſericordià, fidit obtinendam ſalutis felicitatem, ubi alij & alij invenerunt perditionem.

Qui vult fugere culpam, audit per aurem alienam.

Ezech. 3. 10.

Gregor. Magn.

1. Reg. 25. 25.

7 Quod dixi *Tautolog.* 2. *D.* 4. n. 7. de indignis hiantibus in commoda dignitatum, in deſperatos peccatores habet locum. In porticibus Probaticæ piſcinæ *iacebat multitudo magna languentium: cæcorum, claudorum, aridorum expectantium.* Quid expectabant? Salutem. Expectabant, ſed iacebant; cùm ſatius eſſet, medicinam quærere, quam miraculo expectare: igitur ſi partum votum, medicati per miraculum: propriè- que eſt morbum lactare, nequaquàm ſalutem expectare, ſed velle iacere; in ſanitatem velle per miraculum reſtitui. Siccine ſeſe fallit, qui in falſa ſolatia peccator incumbit: ſiccine prætexit irrevocabile tempus, atque radicatur vulnus: ſiccine inoleſcunt ulcera, & tranſit ſalus & vita: equidem egredi quotannis intendit, ſed quotannis expectans miſerè iacet. Ita proſternitur multitudo languentium, properantium in barathrum multitudine vitiorum; quin poſsint videre, uti cæci, expectationis periculum: uti claudi, dirigere in legem greſſum; & aridi, habere ad virtutes motum: igitur in ſanitatem expectant & expectant aliquando procedere, quin habeant expectantes niſi expectare.

Ioan. 5. 3.

Non ſurgit in gratiam, qui expectat miraculum, ut ſurgat.

8 *Movebatur aqua, & qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.* Primùm erat aquæ commotio, pòſt ablutio, demùm ab infirmitate liberatio. Actiones tropologicè inſignes, ad converſionem interioris hominis: igitur animæ datur libertas, criminiſque evaneſcit infirmitas; ſi poſt motionem pœnitudine cordium, abluuntur largè in munditiem abundantia lachrymarum. Hæ operationes in ſalutem ſalubriores, quàm expectare miraculo exitum infirmitatis; ſtultè patientibus acerbitatem morbi, ac deſperatà ſalute: quandoquidem ſtultiſsimum, ubi ſalus intenditur; quia unus aliquando miraculo ſanabatur. Huiuſmodi de ſalute cogitatio,

Vers. 4.

A vana expectatione salutis maior vis infirmitatis.

non salus, sed cogitationis dolus; ut in deterius & diutiùs iacerent, cùm salutem expectantes expectarent: etenim quia sanabatur tantùm unus expectantium, non hic aut ille iacebat, sed multitudo languentium. Scena obijcitur quiescentium in peccatis, cum spe stultissima impossibilis salutis, conceptà animarum salvatione, quin removeantur ab iniquitate; quoniam auditum aliquando fuit, quòd unus sic & sic sanatus est, uti latro in cruce, felicissimus in morte. O stulti! Ingrati enim spes tanquàm hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquàm aqua supervacua. Profectò glisset pestis, & prævalebit morbus, modò expectetur, quod descendat Angelus. Quisquis salutem expectat, morbum excutiat: non quiescat, non dormiat, nec sibi de ægritudine complaceat: igitur signum stolidissimæ amentiæ, in fervore non intermisso lethalis urgentis morbi; quòd ita uti languebant languerent; & salutem, quasi essent pœnitentes, expectarent.

9 In Piscina sanabatur unus: conspiciatur articulus, quo nec unus quidem salvus. Populus Dei captivitate solutà, iam liber Moysen sequitur longa per avia; verùm iter intercipitur mari obice; & quod gravius, hoste à tergo persequente. Deus, qui eduxerat, traduxit æquore bifido, mirabili aquarum muro, terrà profundi apparente, atque campo germinante. Exod. 14. 23. *Ægyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaönis, currus eius & equites per medium maris.*

Pubes quin etiam decolor asperis
Irritata odijs, Rege sub impio,
Prudent. *Hebræum sitiens fundere sanguinem,*
Audet se pelago credere concavo.

Succinit Prudentius in *Cathemer.* à v. Vers. 28. 642. At quid? Operti sunt maris aquis & *nec unus quidem superfuit ex eis.* Rabies peccatorum adimit prorsùm iudicium. *Effectus cordis rabidi.* Non secundum visa & audita iudicant, qui rabie laborant, immemores periculi; quippe nullum, estò magnum, illorum cogitationi. Quis nisi furens mari crederet. Sæpe fiducia in periculum allicit, ut cognoscant ex ictu mortis phrenetici, duntaxàt studuisse perire. Hebr. 11. 29. *Filij Israël transierunt per mare Rubrum tanquàm per aridam terram; quod experti Ægyptij, devorati sunt:* ait Paulus. Unde in tanto discrimine huiusmodi ausus? Erat animus phreneticus.

Horror ubique furens, rabies & cæca trahebant. Pamph. Sax.

Unde huiusmodi furentium confidentia? ex rabie peccatorum & mentis insania. Viderunt evasisse Israëlitas absque ulla læsione. Illi similiter voluerunt experiri; sed extemplo fatui sunt ab aquis devorati: igitur extrema furoris fatuitas est; sperare salvationem, quia alij salvi facti sunt. Dum spreverunt vitæ periculum, debebant considerare, si salvi, salvos fuisse per miraculum: minimèque esse in providentia commune, per miraculum salvari. Dialectò nostra: *Es un milagro salir.* Ingredi, facile: egredi, profectò difficile. Ubi nulla spes, evadendi spem concipere; est sanequàm delirare, in morte labor, & in vita dolor: quinimò clato inevitabili temeritatis periculo furor; quippe duntaxàt peccatorum furentium, expectare confidenter in perditione miraculum. *Spes vana peccatoris, furor est mentis.*

10 Elucet in Ægyptiorum suffocatorum miserabili tractu, quod peccatoribus usuvenit iacentibus in flagitio. Cogitant aliter mori posse, quam volunt vivere. Vita tendit in animæ perditionem, cognoscentium ad transitum esse discrimen; ac sine miraculo nequire evadere, quia necessarium summergi. Freti fiducia inani ingrediuntur, sed in transitu mortis ab aquis in profundum devorantur, exprimentes fatuam temeritatem, & impotentem phrenesim; quippequàm salvari cupiunt, ubi cuncti, sine unius quidem exceptione, perierunt. Serpens momordit, atque in rabiem perculit, impellens in animarum perniciem, & influens temeritatem: igitur audacia est læsæ cogitationis, phrenitis emotæ mentis; quòd furens salvari posset, unde nec unus evasit. Sicut vita, mors est ita. In peccatore delirium est desiderium: Num. 23. 10. *Moriatur anima mea morte iustorum: & fiant novissima mea horum similia*; siquidem iter contrarium oppositum habet exitum: morsque in iustis non est animæ, quippe videntur oculis insipientium mori. Novissima peccatorum sunt amaritudine plena, & iudicia illorum temeraria; quoniam signant salvationem ex criminibus, & salutem in vulneribus. Unde si ægritudo ex vulnere, & animæ mors ex crimine; patet confidentiæ furor, & cogitationis error: igitur uterque valet; ubi peccator ut phreneticus præsumit, obtinendam vitâ vitiorum salutem; quò alij atque alij animarum offenderunt perditionem. *Phrenesis & rabies.*

nem. *In novissimo dierum intelligetis ea:* dicit peccatoribus Ieremias. Cognoscunt periculum, dum suffocati non cogitant exitum: & fiduciam quàm futilem, ad æternam optatam felicitatem, corde vanissimo: quoniam alij evaserunt è periculo, sed singulari miraculo.

Ierem. 30. 24. *Sed serò cognitæ.*

11 Perivit Core cum alijs in seditione adversus Moysen & Aaron excitatá; igitur cunctos hiscens devoravit terra. Filij Core erant cum patre abrepto & correpto ab igne; sed illi salvi: de quo, quia locus antilogicus est, alibi dicemus. Moyses refert articulum, subditque: *Factum est grande miraculum, ut pereunte Core, filij eius non perirent.* Societas mala frequenter nectit salvationis pericula: equidem si Deus duntaxàt attenderet societatem, etiam innocentes patris paterentur ignem. Ubi Dei causa, etiam patris relinquenda: igitur undecunquè fatuum; quod propter patris respectum, exponerentur periculo mittendi in barathrum: Nostrates: *Era poca discrecion por atencion à su padre en tanto arrojo, exponerse al peligro de irse al infierno.* Ergo Didascaliæ institutio. Ibi filij, dum patrem terra igne inferni devoravit; quos Dominus in aëre miraculosè suspendit. Elucet Dei in nos insignis misericordia, plusque repetitá gratiá; cùm digni per peccatum essemus æternæ flammæ, & concederetur vita propter bonum pœnitentiæ; potissimè, multis gementibus in inferno, eiusdem culpæ reatu: miraculumque dicitur, quòd filij Core salvantur; quoniam miraculum, quòd illi liberi evaderent, ubi alij eadem ibi occasione perirent. Non solùm tam felix exitus dicitur miraculum, sed miraculum grande. Terra aperuit os, & cæteri descenderunt in infernum, propter admissum atque comissum peccatum. Ibi erant ubi terra aperuit os, quo alij cum Core devorati sunt. Periculi videntur expertes, alijs traditis flammis devorantis ignis: & dum filij Core salvantur, dicitur iure singulare prodigium; quippe tunc erui à periculo miraculum grande, cùm essent sicut & cæteri ad portam inferi. Nolunt homines in criminum resipiscentiam, tantam dignationem Dei revocare in memoriam, ut pereant misere, misericordiæ oblivione: equidem non solùm grande prodigium, sed multitudo gratiarum; quod illis parceret erumpens è terra flamma, quùm cæteros propter crimina etiam devorabat terra. Denique. Ut spes secetur peccatoris, decidatque à cogitationibus suis; exponitur filiorum Core theatrum. Arbitratur, non iuxta peccata habiturum se exitum; sed felicem sortem, iuxta divinæ clementiæ ingenitam magnitudinem. Hac cogitatione sine intellectu falluntur, quippe confidentia pereunt: equidem si aliquando contingat (cæteris pereuntibus, atque in flammis gementibus) sospitem iri; erit miraculum & miraculum grande. Decidant ergo à tam pravo iudicio: igitur intercipiuntur insidiosè dulci dolo. Debent attendere, quàm pauci sunt, qui salvantur. In salvationem respiciunt, & non in numerum. Haud de salute scopus cogitationis, sed tantùm de falsa consolatione salutis: etenim si salutem inquirerent, ac removere pericula vellent; haud respicerent in hunc aut illum, qui miraculo salvantur, sed in multos, qui per momenta pereunt & peribunt.

Num. 26. 11. *Mala societas periculosa.*

Quanta in peccatorem Dei misericordia pro pœnitentia!

Grande miraculũ, sospitem exire, quò alij pereunt.

12 Necessarius est timor, ne sit furor. *Timorem Dei sibi ante oculos semper ponens* (inquit SS. Legislator Benedictus, *Regula* S. cap. 7. grad. 1.) *oblivionem omninò fugiat, & semper sit memor::. qualiter contemnentes Deum, in gehennam pro peccatis incidunt: & vitam æternam quæ timentibus præparata est, animo suo semper revolvat.* Duo axes in gyro vitæ sunt timor & spes:

S. Bened.

——— *Alternant spesque, timorque.* Ovid.

Si alternant, in exitum benè cedunt: perperàm, si commutantur; quippequàm qui in studijs corrupti, abominabiles fiunt. Peccatores uti canes rabie perciti, trepidant in aqua fletus remedium; arbitrantes ut remedium præcipitium. Peccatis scatent, quæ exigunt saltem pœnæ formidinem: & in morte destinantur flammis inferni, quia vivunt sine timore. Spes vitæ sequitur amussim legis, & iuxta illam mancipationem cordis: igitur spes, æternæ felicitatis omninò vana, sine ulla legis custodia. Ideo dicit Vates Evangelicus: *Non est qui iudicet verè: sed confidunt in nihilo & loquuntur vanitates*: etenim non veritas, sed nihili vanitas, pravumque iudicium, fidenter sperare salvationem per peccatum. Non solùm est phrenesis cogitationis, sed cordis corruptio rabies: igitur spes vitæ collocatur, ubi collocandus timor.

Conditio rabie affecti.

Isai. 59. 4.

A peccatore spes collocatur, ubi collocandus timor.

——— *Liceat discedere Cæsar*
A rabie criminum. Lucan.

Igitur furor videre in morte tantam pec-

can-

cantium stragem, & non habere ex criminibus timorem.

13 Postquàm securi validà aquarum iugulatus est Pharao, cum toto ac miserabili exercitu, in maris Rubri infeliciſsimo transitu; duxit cadavera in ripas, ut oculis etiam ostenderetur uti testibus calamitas. Prædixerat Mercurius Trismegistus ad *Asclep.* ubi infit: *Torrenti sanguine plenus ad ripas usque erumpes; undæque divinæ non solùm polluentur sanguine; sed totæ rumpentur, viviſque multò maior erit numerus sepultorum.* Claudian. in 4. *Consul. Honor.* à v. 628. Floridè, etsi aliò, concinnit:

Herm. Trismeg.

——— *Fluitantia nunquàm*
Largiùs Arctoös pavere cadavera pisces.
Corporibus premitur Peace, per quinque recurrens
Ostia, barbaricos vix egerit unda cruores.

Claudian.

Haud aliter *viderunt filij Israel Ægyptios mortuos super litus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum.* Quanvis de tanta victoria mutuà congratulatione plausus, Deum iudicem timuit populus. Timuit & excusso periculo, & suffocato adversario, cadaveribus ad littora pro trophæo? Unde in animi conturbationem cordolium, dum rident evadentes hostium & maris periculum? Ex discrimine irrito fuit timoris excitatio. Per eandem semitam, per eam viam, qua ingressi sunt Israëlitæ, Ægyptij ingressi. *Ingressi sunt post eos.* In eodem statu uterque populus est; sed Ægyptij intrantes absorpti sunt. Hi suffocati, illi liberi. Hi sine vita in profunditate pelagi, illi exultantes in littore. Idem in discrimine articulus, & diversus exitus! Iurè formidat animus pavidus: equidem in tanta eiusdem rei sortis diversitate, dignum pavore & timore; quòd suffocentur sequentes intrantes pelagum, & sint sospites in terra, qui primi adiere periculum. Vividiùs Nostrates: *Que los que siguen, perezcan; y se salven en el agua, los primeros que se arrojan.* Quòd in eadem anguſtia (Vulgò, *Abogo.*) liberi mirà incolumitate evadant; dum alij fluctuant, & fluctuantes hinc inde mortes suffocant. Quòd in eodem statu & imminente periculo, possint expeditè egredi; quùm alij nequeunt exire. Quòd salventur illi soli, ubi cæteri periere.

Exod. 14. 31.

Vers. 23.

Salvari inter pereuntes, prodigium divinæ benignitatis.

Quòd demùm gloriabundi & felices gestiant in littore, dum alij iacent à fluctibus inter fluctus suffocati. Meritò cordibus ingeritur timor, excitatur pavor ex tanti reflexione periculi; quippe salvari, fuit miraculum grande.

14 En Ægyptiorum iustissima clades: consideretur infelicitatis fomes. Filijs Israël miraculo maris æstuantis cessêrunt fluctus; sed Ægyptij impetuosè, ac consilio præcipiti, *ingressi sunt post eos.* Elucet rabies peccati usque ad insaniam; & vadit, imò currit in pœnam: igitur furor impulit, & animos phreneticorum adegit, periculum temerariè adire, ex quo non poterant egredi. *Ingressi sunt post illos*; & devorati sunt, quoniam post illos ingressi. O fatuitas! Timere debebant mare, & in illo spem nullo modo deponere. Timere debebant Deum iratum, & quod volebat morte punire flagitium. Timere debebant propria peccata, quibus præcipites propendebant in supplicia, quin sperarent salvari, per quæ ius erat confundi: iacentque sub falce mortis, obstricti flammis æternis, patientesque dolosæ expectationis discrimen; quia collocarunt spem, ubi debebant timorem. Post vulneris oblivionem, mentisque caliginem, uti vidimus *num.* 14 qui morsi à colubro incidunt in rabiem, in tremorem, & in necem. Haudquaquàm in fine vitæ timerent, si priùs timuissent: sed prolapsi sunt in rabidam mortem, quia spe evadendi foverunt criminis rabiem. Patet in ipsis suffocatis Ægyptijs. In medio maris, subversis curruum rotis, priusquàm iungerentur divisi fluctus; mutuò dixerunt: *Fugiamus.* Serò accessit pœnitudo, & discriminis cognitio: igitur proximà vindice criminum morte, non erat locus, quùm voluerunt fugere.

Ubi supr. *Præcipitia cæcitatis peccatoris.*

Spe periit.

Vers. 25. *Seròque cognoscit.*

15 Bona expectanda à bonis & mala à malis: equidem criminum malitia supervacuè sperat bona. Spes est, uti canit Bugnot. in loc. cit. *Regul.*

——— *Si mens perculsa timore*
Subiectum ante oculos Numen habere solet:
Si pœnas, Stygio cruciant quæ flumine fontes
Cogitat, & quicquid pallidus Orcus habet.
Si memor est quantis erimus super astra beandi
Dotibus, & quicquid lucidus axis habet.

Gabr. Bug.

Errant

Errant enim peccatores, commutatis expectatione & formidine; simulque officijs memoriæ. Hac de causa SS. Benedictus,
S. Bened. quò dudùm, infit: *Oblivionem omninò fugiat, & semper sit memor.* Quod videtur Tautologia, est insignis utilissima doctrina, ut convertantur ad cor, quorum vanissimum est: equidem si spes in-
Timor Dei semper habendus. est observantiæ legis, timorque peccatis; ut inimicus prævaleat in morte, utitur munerum horum affectuum insidiosissima fraude: quandoquidem reus spei tantùm recordatur, sed timoris oblivisciturr. *Reddite* (ait Paulus) *cui timorem timorem:*
Rom. 13. 7. *cui honorem honorem.* Ab improbis sontibus pervertitur ordo. Datur peccatis honor, cùm debeatur timor: effectusque pravæ conscientiæ atque tranquillæ videtur; igitur in æternum in spe peccantem recipit Orcus, quia non est timor Dei ante oculos eius. Malum est: *Illud ultimum venit* (ait Seneca de *Tranquillit.* cap. 2.) *ut fidem tibi habeas, & rectà ire viâ te credas, nihil avocatus,*
Senec. *transversis multorum vestigijs, passim discurrentium, & quorundam errantium.* Hæc est via quæ hominibus videtur recta, morteque errorem manifestant novissima. Pax hæccine non est pax. Pax peccatoris, *sicut quidam tremor etiam tranquilli maris*: subdit idem ibid. Non potest esse verè conscientia tranquilla, & vulnerata. Nequeunt esse simul felicitas, & calamitas. Via recta sanè per legum custodiam, ita ut stulti non errent per eam. Cœlestia (inquit Lucretius, 6. de *Rer. natur.* à v. 75.)

——*Simulachra feruntur*
Lucret. *In mentes hominum, divinæ nuncia formæ:*
Suscipere hæc animi tranquilla pace valebis.

DIDASCAL. III.

Qui stolidus, insulis dignitatis stultissimus.

1 DOcet, proh dolor! experientia quotidiè, vel expensis tolerantiæ, vel cachinni solutione: equidem si splen crispatur in risum, oculi
Descriptio Præsidii dignitate fatui. pruriunt in fletum. Aptè inter locos à Gaspar. Dornavio (2. p. *Amphitheat.* titul. *Stultitia*) de quodam huius furfuris bipede, parco, petace, insolente, maledico, sed summè stolido, dicitur.

Omnia radit, nihil reddit,
Cuncta ridet, cuncta rodit; Dornav.
Cæterùm in cunctis rudit.

Ingeniosè profectò & eleganter. Objicitur speculum Nabal, de quo dicit etiam 1. Reg. 25.
eius uxor Abigail: *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Quorsùm diversis vocibus idem iterat? Ut constet in stultitia albis præcordijs excors quam insipidus erat; quem etiam coniux excusare nequibat. Stultus est qui mente, atque syndresi in directionem captus; quia prudentiâ ac phreneſi destitutus. Si in stul-
In stulto stultitiæ ignorantia, stultissima stultitia. to stultitiæ non cognitio, est stultitia cum eo; quippe regere haud valet, & regi renuit: diciturque Nabal stolidus & stolidus, stupidus & stupidus; quippe in stulto cum stultitiæ ignorantia, stultissima stultitia.

Quodque mali caput est, tam sum miser, ut miser ipse
Cùm sim, me miserum non tamen esse sinam. Bibl.

Succinit Iacobus Biblius in *Anthолog. sacr.* Hoccine sanè studium expellens prudentiæ formam, est scire *prudentiam atque doctrinam, erroresque & stultitiam:* Eccle. 1.
equidem errore perspicuo, ita mentis 17.
infatuatio; ut stultus stultè malit prosequi errorem, quam noscere fatuitatem. Docetur, dirigitur uti stultus, & indignatur de directione uti fatuus, addictus risibili abderitico proposito: tuncque est stultus & stultitia cum eo; quippequàm videt prudentiam atque doctrinam, & sequitur desipientiam. Quod erraret stultus, non esset novum: novum utique pro prudentia in errores studium: primùm quia non novit, deinceps, quia placuit. Unde cùm sit mentis stupor, cui *Errat in errores.*
placet error; est cum stulto stultitia, cum morione desipientia: quandoquidem ex cognitione & non cognitione fatuitatis, sunt errores in errores. Vide dicta *Tom.* 4. *T.* 6. *D.* 5. *& T.* 7. *à num.* 4. Hoc insipientiæ obsequium, quippe erroris tenacitas desipientis studium; quin malo sapiat, nec desipientiam cognoscat, quantumvis per omnia rudat.

2 Pingit suis coloribus Greg. Magn. lib. 2. in 1. *Reg.* cap. 3. *Deteriùs nesciunt, quantò sibi cognitionem arrogantiùs adscribunt. Eò namque agitur, ut quod* Gregor. Magn.
scire debent, periculosiùs nesciant; quòd id, quod se scire existimant, nescientes discere non curant. Duplici sanè stultitiâ stulteſcunt, & quia stulti, & quia stultos se non noscunt.

Ca-

Ovv. *Captivum, Line, te tenet ignorantia duplex:*
Scis nihil, & nescis te quoque scire nihil.

Uti canit Ovven. *lib.* 3. ult. *Epigr.* 59. Frequenter hoccine ridiculo vitio pruriunt neophyti, in superbiam & arrogantiam elati; ut in diaboli iudicium incidant, & homines iudicium sive sensum risu deserant. Quis non achriogelus, dum apparet stultus infulis dignitatis refatuatus, qui dicit mira de lente? Quid non effutiet de cicere, de bobus volantibus, hominibus quadrupedibus?

1.Tim.3. 6.

Horat. *Delphinum silvis appingit, fluctibus aprum.*

Quàm nugaces! Cæterùm desipientiæ deaurantur infulis, vel non audiuntur dignitatis crotalis, resonantibus in cerebro, tanquam in tympano. Aliquando tacent, ut silentium sit mysterio, & cogitetur altissima de altissimis cogitatio: eventuque constat, præsentem, latuisse pro illotunc, tacitùrnam fatuitatem; igitur illa studiosa inurbanitatis auctoritas, cunctis innotuit mera cerebri stoliditas. Turtur cantat, sed nimià curà, ne rudat; verùm promit iuxta conditionem latentem ruditum, dum magis satagit flare auctorati viri eloquium; haud iuxta prudentiæ mentem, sed iuxta insensatam crebro vagantem cogitationem. Hi non sunt homines, sed miraculum hominum, desipientes ineptijs usque ad miraculum. Per illos, ut ait Horatius de *Arte*, v.227.

Conditiones stulti Præsidis.

——— *Quicunque adhibebitur heros,*
Regali conspectus in auro nuper & ostro,
Idem. *Migrat in obscuras humili sermone tabernas.*

Pulsatur aut palmà, aut indice frons, & ecce plusquàm Salomon hic. Incedit privilegio bipes, & vultu ac habitu surgit Aristoteles. Qui morologus decubuit, Plato surrexit, magis stolidus, quia phantastice à se cogitatur sapientissimus.

3 Quid erga insipientem, dum præsumptio deturpavit Salomonem? Cuncta in sapientia tentavit. Quid ergo dicet qui nec literas novit? Eadem cogitatio utriusque, sed illius ex erroris resipiscentiâ, huius verò ex phantastica arrogantia. *Dixi, Sapiens efficiar, & ipsa* (sapientiâ) *longiùs recessit à me.* Hic sapiens, ille insipiens: & longiùs à sapiente sapientia recessit, dum sese sapientem cogitavit; ut liqueat ipsa sapientia ab insipiente, quàm longè: igitur si præsumptio sapientem constituit stolidum; insipientem efformabit stultissimum. Dum sapientia recedit, stultitia se prodit. Patet. Ubi, *Sapientia recessit*, Hebr. legit: *Profundum, profundum.* Quomodò, si recessus sapientiæ reddit ineptum, & ex abysso profunditatis, cogitatur altissimæ subtilitas cognitionis? Qui arrogat sibi etiam incognitorum scientiam, demonstrat huiusmodi veritatem inconcussam: equidem cùm stultus præut cogitat verba mittat; exprimit stultissimæ mentis frigidam ineptitudinem, dum sibi videtur dicere abstrusam profunditatem. At unde huiuscemodi super infantuationem infatuatio? Ex perturbato vanitate cerebro. *Dixi*, dicit. Stultitiaque claret, quia cogitat esse sapiens, quippequàm dixit: & cùm dicat (quia dixit se esse sapientem) penitiora incognita non solùm cognoscentem, sed penetrantem; pro subtili acuminis cogitata phantastice cognitione, expandit totam vacuitatem cerebri: unde dum vult videri, quia sibi videtur singulariter disertus, ex stulto videtur ut stultissimus. Deinde: *Dixi, Sapiens efficiar.* Etiam præsumptio est: equidem *Non omnes sapientiæ professores sunt sapientes*: inquit Petrarcha, lib. 1. *Dialog.* 12. crescitque stulti arrogantis vanitas, dum blanditur per colores literatum stoliditas: quandoquidem quia dicit, sapiens efficitur & in summum; vel sine levi professione literarum. Si per literas sapiens nequit effici, quomodò efficietur? Dignitate. Debet hæc conferri dotibus, virtuti, scilicèt, literis, atque prudentiæ: contulit fortuna stolido: illique ingeritur cunctarum dotium præsumptio; quia quod debet studio, professioni, literarum incumbentiæ, stultè indignus attribuit dignitatis dignitati: quasi nempè muneris collata merita; quando ut videretur fusè, voluit ludere fortuna. Vide *Tautolog. 9. à num.* 12.

Hebr. *Magis stultus, dum cupit videri doctus.*

Petrarch.

Et sibi videtur, quia videtur sibi.

4 Hinc in gnomis dicit: *Exaltat stultitiam suam.* Priùs erat stultus, sed incognitus: modò per dignitatem & stultitia & stultus habent exaltationem; tùm quia à fortuna stultitia in altum tollitur ut à cunctis cognoscatur: cùm quia stultus, sibi disertus, inflatione dignitatis elatus, dum scientiam sententijs indicat; magis ac magis sublimen stultitiam manifestat.

Prov. 14. 29.

Dumque cupit tali gestorum extendere famam

Ach. Boccha.

Nomine, corrupit.

Stultus dignitate plus cognitus.

Ait Achill. Bocchius, *Symbol. 66.* Claudius non fuiſſet tam hebes cognitus, ni per ludibrium à fortuna in dignitatem imperatoriam aſſumptus. Illum dedecoravit, dum in thronum evexit: igitur contulit dignitatis culmen, ut oſtentaret ſtultitiam latentem: & ille dum geſtis cupit extendere famam, inſigniorem orbi deſignavit inſipientiam. Vide notata in *Liter.* n. 21. ſubditque Suetonius in illo, *cap.* 4. dixiſſe Auguſtum: *Præbenda materia deridendi & illum & nos: ne quid faciat, quod conſpici & derideri poſsit.* Aptè: ſi conſpicitur elatus, procul dubiò deridendus: equidem cupiet fatuus ſe monſtrare ſapientem; & magis conſtabit munere ſocordem eſſe & vecordem. Huiuſmodi exaltatio ſtulti, ſanequàm materia deridendi. Ille deridebitur, & nos & dignitas, modo videatur in ſtultitia maieſtas: igitur auctorata ſtultitia (ægriùs intolerabilis, quippe infulis auctorata) eſt ludibrium electi, & electoris, & decoris dignitatis.

Suet.

Et cunctis deriſus.

5 Iccircò Paulus dum de eligendo in dignitatem differit, ita proprium iudicium exponit: *Opportet illum & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt; ut non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli.* Bonum teſtimonium eſt omninò neceſſarium, ut non deſpiciatur dignitas, & dignitatis auctoritas; equidem deciduus ſplendor muneris, cognitâ indignitate poſsidentis. Palleſcit honoris nitor, ni aſſumpti in honorem cognoſcatur ſplendor, ex dotibus ortus præclaris, pro commendatione auctoraminis honoris. Non ſat teſtimonium, ſed debet eſſe bonum. Teſtimonium tantùm eſt, dum dignitas aptatur ambienti: bonum, dum electus convenit dignitati. Teſtimonium tantùm electio ſignatur: bonum, ſi dignus eligitur: debetque aſſumendus teſtimonium bonum habere, quùm electus collocatur in dignitate; quippe indignus æſtimandus in honoris miniſterium, qui duntaxàt præ ſe fert ſtultitiæ teſtimonium. Ita eligendus muneri, *ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.* In laqueum diaboli, quid? Eligi, qui ſtultus eſt: laqueus diaboli vanitas eſt, & arrogantia; qua ſtultus ſe ignorat in ſtultitia.

1. Tim. 3. 7.

Unde in munus commendatio.

Horat.

Qua neſcire, pudens pravè, quàm diſcere mavult.

Sed non cogitat neſcire fretus honore;

ſiccineque ſtolidus inhibetur eligendus; quia fraude dœmonis, plenus ſtupiditatis, morologus & ſtultus, inſipidus & ineptus (quia corde dixit, atque ſomnians phantaſticè cogitavit) ſeſe arbitratur profundiſsimè ſapientem, per collatam indignè à fortuna dignitatem. Per iſtiuſcemodi diaboli laqueum, cadit papellardus in opprobrium: equidem cùm ſtultus loquatur fatua; dum magis extollitur, exaltatur inſipientia, quia loco acuminis ſenſus, ex fatuo fit infatuatus, credens ſe repentè doctum; quippe aſſumptus in dignitatis faſtigium, ſine ulla muneris dignitate, nec clari honoris honore: quandoquidem vecors expectans ex fatuis plauſum; aſſumpti, aſſumentis, & etiam dignitatis patet opprobrium.

Stultus bonore cenſet meritis florere.

Eſt opprobrium dignitatis.

6 Aſtruit Salomon. *Stultorum exaltatio ignominia*: inquit. Gloria exaltationis opponitur ignominiæ: ignominia honoris commendationi: quo ergo pacto erit ſtulto ignominia, quæ in alijs & alijs celebratur uti gloria? An quia quùm ſtultus exaltatur, gloria dignitatis opprimitur? Utiquè. Dignitas decoratur per electum honoris dotibus dignum: deturpatur per aſſumptum inſipientem indotatum. Undè cùm fugiat auctoritas; ſine auctoritate propudium, quod erat dignitas. Ignominia ſanè muneris, etiam ex ſtultitia exaltationis: etenim cunctorum ludibrium, expectare propter culmen dignitatis hominem dignum & doctum; ac invenire aſinum infulatum, ineptè debacchantem ſplendore fatuitatis, diſsimulatione & ſecuritate honoris. *Indigniſsimum inter mala verba* (ait Barclaius in *Euphorm.* p. 1.) *ſublimi ſede, vultu gravi, ore ad antiquorum maieſtatem compoſito, penè ad ridiculam controverſiam moveri, ut ſeveritatem iudicantis non ſervaret. Adiuvabat Præſes fatuus, ridentibus lachrymis. Patiendum, fatuos conditionem ſuam ignorare. Sint ſuo iudicio prudentes, nec cogamus & vitium eos & vires agnoſcere.* Conditionem propriam ſtultus neſcit, & duntaxàt dignitatis agnoſcit, qua tutò liberèque valet deſipere, quia deſipit dignitate; ſeſe ignorans, ſimulque ſui ignorantiam oſtentans: eiuſque exaltatio in thronum meritò ignominia dicitur; quia dum ſe non cognoſcit, per ignominiam cognoſcitur: igitur qui pridem neſciebatur an ſtolidus, à cunctis cognoſcitur ſtultiſsimus. Minuitur, dum cupit videri maior. Quò plus excellit, exaltatio-

Prov. 3. 35.

Barcl.

Et dignitatis gloria, illi ignominia.

Prov. 1. 22. ne fit minor. *Stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiunt.* Clarè noxium, vacuum ostendere cerebrum. Hispan. *Es querer monstrar en el pueſto, quan necio es. Nocent qui optant. Illorum amor malè docet*: infit Senec. *Epist.* 94. Optant nocendo ludicro amore sed male; quia occiput arrogantiâ terebratum impellunt in præcipitium: ita ut deorsùm ignominiosè ab honore proijciatur; cùm nequaquàm vel in ipsa exaltatione exaltetur.

Senec.

7 *Est qui stultus apparuit, postquám elevatus est in sublime: Si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum*: subdit Sapiens. Appositè, *Apparuit*: priùs delituit, quippe quid tunc, quòd stultus esset, vel non esset? & elevatus in sublime dignoscitur, qui in privata fortuna, uti nihilo, occulitur; quoniam in dignitate per opera & verba fatua, morologia manifesta. *Postquàm elevatus.* Quare? Dicit Seneca, *Epist.* 59. *Adulatio infatuat.* Quicquid adulatio congessit, præmium discretionis cogitavit, etsi mendacium cognovit: unde cùm ademisset mentem adulationis studiosæ blandimen; apparuit in exaltatione stultus, qui in dignitate à dignitate infatuatus. Homo cùm in honore esset, non cognovit se esse hominem obnoxium errori, maximè cæcitate philautiæ: claret in sublime stolidi desipientia, & etiam eligentium ignominia: equidem in sublimi dignitate quantus erit; si qui non stultus, stultus in exaltatione apparuit? *Si intellexisset, ori suo imposuisset manum.* Ideſt, stultus sileret; quippe per os apertum, discretionis clausum ostium, & usu aut abusu linguæ evanuit medulla cerebri: ab ore retraxit insipiens manum, & deprompsit elevatus sine iudicio iudicium: equidem os aperuit, & fatuissimus apparuit, quia se stultum ad munus non intellexit. Honor fatuo confert audaciam, & ostendit stultitiam; qua de causa ut verbum præceps exire è pectore possit; manum stultus ab ore removet: & in sublimi tunc stultus apparet; quippe blaterat ultrò citròque in honore, qui sine honore, nec auderet hiscere.

Prov. 30. 32

Cur stulti in culmine dignitatis, balatrones?

8 Aliter legit Caietanus *Si viluit*: alij, *Siluit, cùm exaltatus.* Et cum dicit, & cum tacet, est stultus. Dum loquitur, proferens mentis vacuitatem, & deturpatum honorem. Dum silet, quoniam indulget: etenim ut possit sublimitatis continuare gloriam; prætermittit subditorum, peccatorum insolentiam, placens improbis vulnere legis, quantunvis morum corruptelam intelligat, ut inter exleges sine lege benè audiat. Vernaculè: *Deben juzgarse en el pueſto dislates, hacerse bien quiſto á quenta de la obſervancia de las leyes.* Intelligitur modò illud Davidis. *Universa vanitas omnis homo vivens.* Quorsùm *Vivens*, si dicitur homo? Ut stulti clareat intuitus, quùm illius fit in honorem exaltatio. Duntaxàt incumbit commodo, tametsi corrupti floreant mores, sintque sine vindice leges: equidem dissimulat quanlibet estò gravem relaxationem, modò subditos fovendo, honoris amplectatur vanitatem. Vividiùs dialecto nostratum: *Por ſuſtentar ſin conſideracion ſu vanidad, tira á vivir ſin conſideracion.* Vanus utique in sublime & in vanitatem vecors est, si omnis iniquitas oppilavit os suum. Stulti, aliquando sapite. *Universa vanitas omnis homo vivens.* Fatua & fatui profectò vita in honore, si duntaxàt vivitur vanitati. *Vanitas.* Rupertus legit: *Vacuitas.* Perpropriè, ut liqueat quid stultus exaltatus: equidem quicquid vacuum semper vanitate plenum. Vulgò dicitur: *Comunmente ſe vé vano, quien es un vaſo vacio.* Ratio subest: vacuitas in stulto dotium, efformat per arrogantiam folliculum vanitatum. Vanitas est, homo vivens vanitati, igitur qui nihil & nihilo, à se iudicatur homo, dignus honore, verùm fatuus in sublimi: fatuus & infatuatus à sublimitate in solio; quippe non à scientia est inflatus, sed à vento. Nemo interrogat, *quomodó literas ſcit, cum non didicerit?* Est in sublimi, dignitatem habet. Sciunt subditi in risum, quia scit omnia; & non est opus illi, ut quis interroget. Quo pacto posset esse in dignitatis gloria, sine scientia à dignitate infusa, & rei cuiuslibet vel leviuscula ignorantia? Scit dispositionem orbis terrarum, virtutes elementorum, initium & consummationem & medietatem temporum, permutationes vicissitudinum, anni cursus & dispositiones stellarum, naturas animalium, iras bestiarum, vim ventorum, inclinationes hominum, differentias virgultorum, virtutes radicum, & quæcunque sunt absconsa. Adi seq. *Tautolog.* n. 18. Ipse quantunvis ineptus, in sublimi claret auctodidactus, scientiarum dominus est, & ipsi præparantur cogitationes, ut corruat citiùs attonitus è fastigio dignitatis.

Caietan.

Pſal. 38. 6. *Dissimulat leges fra. ctas, ut eius subsistat dignitas.*

Vanus & vecors.

Ioan. 7. 15.

Sap. 7. 17

Cuius cerebrum ventu plenum.

Pu-

Horat. ——*Pudor malus urget*
Insanos qui inter vereare insanus haberi:

Ut seriò iocatur Horatius, 2. *Satyr.* 3. v. 39. Diximus in *Liter.* à n. 4. & *Tautolog.* 1. D. 3-T. 2. D.4. n. 14-T. 3. D. 6. à n. 2. quæ videris segete opima. Feliciora, si falsa. Ergo in textum principale.

9 *Stultus* dicitur *elevatus in sublime.* Quorsùm *in sublime*, si stultus præsupponitur in ipsius dignitatis elevatione. Quis non in sublime elatus, dum in fastigium dignitatis electus? Stultus. Assumi sibi in cacumen honore videtur, & tunc magis præceps ignominiosè deijcitur. Vel depressum dignum honoribus levant dotes: in sublime elevatum stultum deorsùm præcipitant fatuitates: & dicitur simul sublimitas & elevatio; ut appareat quid sit honor vel sublimior in stulto: equidem cùm sit opprobrium dignitatis, vel in ipso articulo elevationis; dum sibi videtur sublimari sursùm, pondere fatuitatis elevatur deorsùm. Stans cadit: manens corruit, & sublimis iacet; quia sine honore in honoris munere, sine dignitate in dignitate, & in fastigio sublimis sine signo exaltationis. Mira res! Non est elatus in honorem stultus, quippe elatus in honore. *A pulmonis inflammatione phrenitis*: inquit Hippocrates 7. *Aphorism.* 12. Ex pulmone tumor, ex stultitia error: qui quidem ex defensione nocuior; quoniam stulti errantes ex inflammatione fiunt phrenetici, quin ineptias & errores cognoscant, quantunvis cæspitent, & usquequaquè impingant. Dedecoris nullus sensus: insistunt namque potestati, fitque consilium & nauci & flocci.

Dum elevatur, deijcitur.

Hippocr.

Quia phreneticus inflatur.

Iuvenal. *Miserum est alienæ incumbere famæ.*

10 In cunctis stultis huiusmodi phrenitidis & infatuationis periculum; sed potissimè in his, quibus pulmonis inflammatione corruptum cerebrum, ex quo reprobus sensus, quin cognoscatur inflammationis vulnus. Rom.1. 22. *Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.* Sufficit consilia exire à cerebro pertuso, ut nulla sit vel errorum revocatio, cuius decreta nequaquàm in regimen, sed in innextricabiliorem errorem, quo nullo in ordine ordo, cùm regimen sit pro lubito: & cùm stulti cerebrum pervacuum sit; arrogantis dignitate (ut subdit Horat. ubi supr. v. 75.)

Et consilia furens despicit. Horat.

Putidius multò cerebrum est.

Revocare Præsidem ab huiusmodi corruptissima stultitia, intendit N. SS. Patriarcha, *Regul. Sanct.* cap.63. *Non conturbet* (inquit) *gregem sibi commissum; nec quasi libera utens potestate, iniustè disponat aliquid.* Ita sapiens Præses. Quid insipiens? Tenaciter ad exitum consilium perducet. Pæanàque canet; tametsi non solùm gregem, sed totum orbem conturbet: equidem violentia ultima ratio Præsidum in stultissimum fatuitatis votum; quatenùs quod nequit virtute legis & tenore rationis, fiat & extemplò de plenitudine liberæ potestatis. Hac de causa Ethnici in eadem ara *Violentiam* posuerunt cum *Stultitia* (adi Chartar. in *Mercur.* fol.203.) quandoquidem dum Præses fovet uti vecors stultitiam; impellentem & ministram habet in fatua violentiam. His imaginibus etiam addiderunt *Necessitatis* imaginem, ut subditorum prudentium, phreneticò Præside, demonstrarent laborem: igitur vel summam excedit pœnam, quùm necessarium fatui audacis tolerare stultitiam, vel violentiam. *Expedit magis ursæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti in stultitia sua*; de quo alibi. Quis placidè ferret Valerianum non solùm imperantem, sed legislatorem? *Erat stolidus & multùm iners* (infit Goltzius in eius *Vit.*) *neque ad aliquem Reipublicæ usum, aut re aut consilio accommodatus. Censor fuit: Romanis item leges tulit.* Hoc imperij vulnus, quòd moderaretur stolidus, & leges ferret, qui non solùm leges, sed nec literas novit; verùm pro ampliori commendatione insignis stoliditatis, voluit haberi homo insignis. Votum Quintiliani audiendum de huiusmodi Reipubl. pædagogis. *Hoc amplius* (inquit lib.1. *Institut.* cap.1.) *ut aut sint eruditi planè; aut se non esse eruditos, sciant. Nihil enim peius est ijs, qui paulum aliquid ultra primas literas progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt.* Hoc peius? Adhuc peiore maius. Ultrà malum serpit: indignatur itaque doctior non haberi; qui nec literas, nec literam novit.

Stultitia cũ Violentia, & Necessitate.

Prov.17.12

Golt.

Præses sciolus, peior.

Quintil.

11 Perscrutemur insigne testimonium. Thren.3. 1. *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius: me minavit in tenebras & non in lucem*: dicit ex persona stulti Præsidis Ieremias, ut liqueat subdictorum afflictorum calamitas: unde Sanctius hìc *num.*4. infit: *Hic modus loquendi aliquid indicat non vulgare.* Sanct.

Perpende totam periodum, nec invenies ullum in vocibus ſenſum. *Ego* pendulum eſt, nec deſinit, ſed cadit. *In virga indignationis.* Quid aſſertioni? *Eius.* Relativum planè ſine antecedenti. Profectò huiuſmodi ſtylus indicat aliquid ſingulare. Verùm quid? modum loquendi, ſtulti ſcilicet, qui neſcit loquendi modum: ſiquidem verba inordinata indicant ſtultitiam, cùm neſciat loquens efformare orationem perfectam. Noſtrates: *No ſabe hacer una primera de activa.* Hoccine neceſſarium in expoſitionem teſtimonij, ut eluceat, quo lucet, ſtoliditas ſtulti. *Ego.* Prima perſona eſt, & dicit: Ego. En inſulſa vanitas fatui: vult eſſe prima in cunctis perſona, cùm neſciat loqui; ſed verba & verba ſine ſenſu effutit, neſciens quid dicit. *Ego vir. Vir* ſumitur non ſolùm pro homine ſed pro homine inſigni. Liquet fatuitas, etiam dum ſtultum defendit Superioritatis auctoritas: igitur viri inſignis deſideratur plauſus & magnitudo; quùm adhuc per eius verba dubitetur an ſit homo. *Videns paupertatem meam.* Paupertas in conditione hominis, eſt deſidia moroſa mentis, literarum ignorantia, inhabilitate ad munia. Vulgò: *De corta capacidad: un pobre hombre: raro traſto*; quaſi prudentium tædium, & colloquentium faſtidium. Loquitur, ſed ridetur; quia pauper homo cognoſcitur: imò ipſe cognoſcit, verùm honoris auctoramen habet: & indignatur, haud adipiſci nomen, & doctoris celſitudinem; vel dum ipſe propriam videt in literis paupertatem, quandoquidem ita ſtupidus, ut prætermittat concordantiam in vocibus. Qui vir, magnus eſt: homo pauper non eſt magnus: & videns paupertatem propriam, indignabundus arripit muneris virgam; quaſi per muneris dignitatem, poſſet obtinere elevationem, manifeſtâ ſtultitiâ ex vaniſsima phantaſia: equidem cupit videri homo magnus literaturæ divitijs; cùm iaceat ad ianuam templi ex miſeria paupertatis. Singulari acumine Hiſpano idiomate: *Pobre, pobre pretende, le tengan por hombre grande; ſiendo un pobre hombre.*

Conditio idioſæ & ſtulti.

Eius læſa phantaſia.

12 Ulteriùs: *Videns paupertatem, in virga indignationis.* De quo indignatur? De irritatione propoſiti; quippe, quia non poteſt lege, liberâ cupit uti ſeu abuti poteſtate. Nequit ratione defendere ſtupitatis inſolentiam, & dignitatis ſumit illicò virgam: eſt virga indignationis & non regiminis: equidem cùm conetur ſubſiſtere fatuitatis inſulatæ intentum, & ſubſiſtere non poſsit, quippe delirium; virgæ oſtendit & in pœnam totum pro regimine rigorem; quoniam inſitam cognoſcit ad prudentiam paupertatem (pro tinctis latinitate, ſed non imbutis, utimur aliquoties linguâ maternâ: quâ in præſentiarùm vigilanter) *el necio luego acude con ira à la vara de Prelado y Superior, quando no ay que reſponder.* Idem profectò velle illum dirigere in prudentiæ rectitudinem: ac experiri in ſtulto totius indignationis poteſtatem: equidem mordicùs ſemel conceptum tenebit, etſi gregem, vel mundum totum conturbet. Aliquid dignum reflexione latet, quod brevi expediam, quippe egi ſusè, *Tautolog.* 1. *Didaſcal.* 1. *à n.* 5. Pende: *Indignationis eius.* Cuius? Superioris affligentis, ſed odium in afflictum oſtendere recuſantis. Ille inhiat tribulationibus, quia mordet ſtultitiæ ulcus, quod cognoſci à cunctis ſubditis præſumit; at modò palàm ulciſcatur, malè audiet. Aliquid in ultionem cogitandum, ſpecie virtutis, iuſtitiæ ac religionis embolium. Cæterùm quid? Inter utrumque Superiorem pactum: Præſeſque inferior, dum ab illo præ pacto plectitur iuſtus, non *ſuæ* dicit, ſed *in virga indignationis eius*; quoniam ille uti iuſtum iuxta leges præteriret, ni Superior ſubalternum Superiorem iuberet. Hic habet magni, fieri miniſter Superioris iniuſtitiæ contra inſontem & innocentem; dum primus Præſes inferioris vidit ſtupiditatem, aptam ſtultitiæ, atque præmeditatæ fatuitati: igitur Superior haudquaquàm iuberet, ni paupertatem inferioris agnoſceret. Sed quid inde? Orta eſt immortalis ignominia unde expectabatur gloria. Perſcrutare ſequentia.

Quicquid diſpliceat, offenſam muneris cenſet.

Pactio inter Præſides ſæpe adverſus inſontes.

13 *Me minavit* (ſubditur) *in tenebras & non in lucem.* De litera tractabimus, *Tom. 6. T. 9.* Lux frequenter accipitur pro plauſu, & tenebræ pro propudio: iunguntur que tenebræ & non lux, quùm fœdus Præſidum de innocentiæ iniuria fit; quoniam inferior indelebile ſuſtinuit & ſuſtinebit opprobrium, unde eximium cogitabat ſibi vendicare plauſum. *In tenebras & non in lucem.* Obijcitur quomodo ſplendor dignitatis per ſtolidum languet, ſi dignitate non ſe ſtolidum cognoſcit: equidem cùm ſtoliditas in fatua mentem impellat, & ſic eſſe non

Verſ. 2.

Effectus pactionis.

Stultus honore dedecoratur.

non agnoscat; honoris sublimis auctoritas, non in lucem confertur, sed in tenebras: non in gloriam & eucleam, sed in infamiam: igitur stultitiæ ostendit insensatus turpitudinem, unde sibi conciliare expectabat splendorem. Hæccine in stultum fabrica ruit, quo phantasia erigere statuit. Sub metaphora ædificij præ se fertur ingrati indigni exaltatio, & patet ruina in ipso ædificationis ministerio. *Vinea facta est dilecto, sepivit eam, & lapides elegit ex illa.* Ad illam, utique: siquidem lapides, eliguntur in ædificationem: sed ex illa? Sanè: in ipsa erectione ruit fabrica: dicunturque lapides ex illa extracti, qui ad illam collecti; ut constet quam futilis exaltatio, ex honore indignè collato insipienti stulto: igitur eadem actione qua elevatio studiosè ædificatur; pondere indignitatis infatuati demolitur. *Debet enim semper* (infit Seneca de *Tranquill.* cap. 5.) *plus esse virium in latore, quam in onere. Necesse est, opprimant onera, quæ ferente maiora sunt.* Stultus quia stultus incumbit splendori dignitatis, sed uti asinus baiulus succumbit oneri. Non est habilitas in prolubio eligentis: ad prudentiæ pondus stultus non habet vires. Notat Persius *Satyr.* 5. v. 93.

Isai. 5. 2.

Destruitur, quùm ædificatur.

Senec.

Pers.

Non Prætoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia, atque usum rapidæ permittere vitæ.

DIDASCALIA IV.

Nihil amabiliùs, quàm diligens stultitia.

1 INamabile vocavit Marc. Seneca, lib. 7. *Controv.* 5. Intulit crisi fastosæ: frontis severæ fastidium, quod primum prudentiæ elogium: equidem ad tempus diligenter stulteſcere (Vulgò: *Hacerse zonzo*) non desipere, sed sapere.

Tempora stultitiam, gravitatem sæpe vicissim.

Bornit.

Deposcunt: prudens desipit, atque sapit.

Psal. 48. 11.

Infit Iacob. Bornitius, *Emblem.* 25. *Simul insipiens & stultus peribunt*: dicit Psalmographus. Animi sanè morbus, ubi simul insipiens & stultus. Ideo languet ratio, quippequàm laborat morbo: sed prudentia prævalet, ubi stultitia procul insipientiâ valet: igitur permulta in exitum felicem gaudent utilitate; quippe à prudentia constructa sub velamine stultitiæ. *Stultus est & stultitia est cum eo*: dicitur de Nabal. Stultus est, qui desipit, quasi saperet: non stultus qui videtur, quasi desiperet: diciturque de Nabal, quòd esset stultus & stultitia cùm eo; quia potest esse in stulto stultitiæ separatio: quandoquidem discretione Præsidis, in urgentia regiminis; magna diriguntur arte, intuitu dissimulato per speciem stultitiæ. *Ne ipsa quidem universæ philosophiæ vis, licèt tota in hoc vires suas advocet* (inquit Seneca, *Epist.* 94.) *duram iam & veterem animis extrahet pestem: sed non ideo nihil sanat, quia non omnia. Pleraque ante oculos posita transimus; sæpe animus etiam aperta dissimulat*: tuncque aliquomodò extrahitur pestis, animus excitatur in amorem virtutis, sanantur aliqua, etsi non cuncta; quippe prudenter dissimulantur aperta, quantumvis cognita. Monet Terentius in *Adelph.* Act. 5. scen. 4. v. 2.

Summa prudentiæ sub velamine stultitiæ.

1. Reg. 25. 25.

Senec. *Ubi inveterata vitia inania medicamenta.*

Terent.

Res, ætas, usus aliquid moneat
Ut illa, quæ te scire credas, nescias.

Igitur propositum directionis conficitur, dum consultò ignoratur, quod manifestè cognoscitur. *Est qui stultus apparuit, elevatus in sublime*, uti vidimus fusè *Didascal. præced.* Ar. Montan. *Est qui stultus stultè & in sublime.* Stultè stultus est, qui non dissimulat: stultus videtur, sed non stultè, qui nescit quæ non ignorat: & in sublime dignitatis unde abest prudentia, datur stultitia stulta; ut eluceat prudentiæ dissimulatio quàm grata: equidem obliquè aliqua inspicere pro opportunitate temporis, synderesis commendatio, sublimitas discretionis.

Prov. 30. 32 Ar. Mont. *Nescientia affectata sublimitas discretionis & culmen mentis.*

2 *Nemo vos seducat* (alloquitur Paulus Corinthios) *siquis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo; stultus fiat, ut sit sapiens.* In hoc cardine vertitur tota machina regiminis, phrenesi moderationis. Qui stultus perpensè fit, stultus planè non est. Stultum profectò, curare vulnera, quùm fiunt ex medicina peiora; siquidem solicitudo tunc haudquaquam in medicamen, sed in exacerbationem. Aptiùs præterire, quàm medicinam apponere. Videtur stultis stultus, qui in medelam vulneris observat tempus: fitque medicus sapiens, dum videtur insipiens; quia solummodò videtur: igitur ut vulneri operosè medeatur, sapienter

1. Cor. 3. 18

stul-

ſtulteſcit, quaſi vulnus non agnoſceret. Fit, non eſt: tuncque videtur ſapiens, quippe fit; ſiquidem vulnera recrudeſcerent nimis, ni indulgeret vulneratis. *In hoc ſæculo dicit.* Sæculum hoc eſt hominum fragilium, intimè vulneratorum; qui ita complacent ſibi, ut plagati inficientur vulnera habere: gliſcit peſtis, ſi cognoſcunt cognoſci: prævalet morum corruptio, præmeditato, dedecore: Et in hoc ſæculo Præſes debet fieri ſtultus; ne viſcerum putridorum augeatur morbus: etenim etſi vulnerata præcordia, ægrè ferunt manifeſtari vulnera. Decori aliquando conſulendum, quippe vulnerum multoties curatio nulla, læsà ex curatione famà. Prudentià eſt opus in huiuſmodi vulnus: & nulla maior prudentia, quàm diligens ſtultitia; ut indulgentià removeatur, quod duntaxàt diſsimulatione expellitur: igitur conſulens honori alto tenore prudentiæ. Præſes ſcitè ſtultus apparet; ne vulnera manifeſtet. Zelo legis aliquando qui regunt ſpecioſè falluntur; ut remedia ſolicitent muneris auctoritate, & nequaquàm diſſimulationis munere; ne delinquens inſoleſcat: dicitque Paulus in huiuſmodi tractu, *Nemo vos ſeducat*, quoniam tunc non ſtulteſcere, haud ſapere; ſed ſeduci.

Dexteritas Præſidis in medicina diſsimulationis.

3 Hoc intuitu Amor pictus cum perpendiculo, & epigraphe:

Verus amans rectò nunquàm de tramite flectit.

Oth. Væn.

Adi Othon. Væn. *Amor.* Emblemat. 39. Exerceri debet in ſubditos amor, non ſeveritatis rigor: vel ſi aliquando rigor, etiam propter amorem; ut ſervet ſubditum, & deleat iniquitatem. Perpendiculum prudentia eſt, quæ iuxta perſonarum & temporis differentiam, ſtatuit rectitudinis formam; quippe modò idem prodeſt & lædit, ni Præſes plumbum, filumque in perpendiculum aptet. Aptat, ſi corripit caſtigandum, & connivet indulgendum: unde cùm aliquando, etſi cognoſcantur prava, prætermittenda ut ſint recta; nihil zelo legis animo Superioris indulgente, deficiet devians à prudentiæ rectitudine: equidem ſine plumbo in perpendiculo ſtatus, conſilium non habet pondus. *Diſcretio* (inquit Bernard. in *Cantic.* ſerm. 49.) *omni virtuti ordinem ponit: ordo modum tribuit & decorem.* Ut ſit decoroſa quælibet Præſidis actio, introducenda diſcretio. Diſcretio eſt pretermittere, quibus non poteſt mederi. Tunc perpendiculum rectum, quùm hinc inde perpendiculum; quoniam decorum in rectitudinis examen, non ſervare pro tempore rectitudinem. Lex tunc proſperè recedere à lege, ut aptentur, qui receſſerunt rationi, neſciente ſcientià, & cognoſcente ignorantià: alioquin ſi decretorum actio legis adæquatur perpendiculo; ipſa rectitudo legis ſine ordine ac ſine modo. Stultus eſſet Brutus, ni videretur ſtolidus.

Amor cum perpendiculo.

Bernard.

Ordine diſcretionis regendæ obſervantiæ leges.

Brutus erat ſtulti ſapiens imitator. Ait Ovidius, 2. *Faſtor.* v. 717. Tulit cognoſcens opprobria, tulit indigna: equidem haud Rempublicam formaſſet & reformaſſet; ni ſtultiſsimum, cuncta cognoſcens, ſe oſtenderet. Unde Iuvenal. *Satyr.* 4. v. 103. ſuccinit:

Ovid.

——— *Quis priſcum illud miratur acumen*
Brute tuum?

Iuvenal.

Equidem vel cognitis iniurijs, apertis oculis, hebetare intelligentiæ luminum àciem, eſt diſcretionis ſingularis acumen.

4 *Ecce ego mitto vos* (dixit aſſeclis Ieſus) *ſicut oves in medio luporum. Eſtote ergo prudentes.* Prudentia ergo neceſſaria eſt in luporum regimen (ſi lupi regi poſſunt) cùm nullum admittant in moderamina frænum: equidem parùm refert & confert, habere Præſides conditionem ovis, ni ſint prudentes. Quorsùm ergo ut prudentiam regentium altiùs commendet; ſymbolum ovium inter lupos ſtantium præ oculis profert? *Ut leonibus terribiliores evadatis*: infit Chryſoſtom. Homil. 34. in *Matth.* iuxta Verſion. Antuerp. Ioann. Aniani: *Quaſi leones terrorem inferatis.* Facile ſanè regimen, ubi ſubditi aliquomodò vel ſuſcipiunt, vel ſuſcipere poſſunt moderationem: difficile prorsùs, ſummàque indiget diſcretione; dum ſubditi lupi, qui propter morum feritatem pluſquàm beſtiæ, in morſus proni, qui nihil ampliùs ſciunt, niſi vorare & mordere. Ita quaſi naturà conditione faciunt, quia ni lacerent, moriuntur. Lacerant, mordent, vorant. Horum autem rectoribus nulla ignorantia: tuncque maximè neceſſaria prudentia; quoniam inter rapaces truculentos lupos, qui præſunt ita infeliciter, tolerare debent morſus. Si remorderent, proculdubiò qui lupi percellerentur in rabiem. Morſus ferre, imò perferre, nec hiſcere; ovium profectò conditio, quam imitari debent qui potiun-

Matth. 10. 16.

Chryſoſt.

Qui ſubditi lupi?

Præsides oves & morsus ferant, nec biscant.

tiuntur gubernaculo : equidem cùm munus prudentiæ sit, morsus intelligere & pati, nec labia pro iniuria illatà aperire ; ut regiminis recti inter lupos obtineatur propositum, Præsidum cordatorum, adinstar ovium, nec verbum. Pravà indole si morsum sentiri senserint, quia fecerunt facient. Summa utique feritas, ubi ex dolore Præsidis luporum subditorum voluptas. Tunc consilij munus, sentire morsum, sed non explicare sensum : equidem intuitus luporum fraudatur, si dolore morsus Præsides non commoventur. Iudicantur tunc stulti, quasi insensibilitate, vel insensatione (Vulgò : *juzgase insensatez, no explicar el dolor, quando tiran á darles en que sentir*) verùm cùm summitas prudentiæ sit, dolere, & intimè dolere, intentionem luporum prospicere, nec verbum loqui ; adinstar ovium, mens tunc debet esse Præsidum : igitur connivere debent, quasi non sentiant, etsi subditi lupi lacerent acriùs & mordeant.

Quasi nec sentiant.

5 Periculum est in utroque extremo, mansuetudinis scilicèt & severitatis, quod quidem fugiendum pro opportunitate temporis : equidem si ubi severitas, exacerbatur improbitas ; sunt lupi subditi magis audaces, Præsides suos modò sensérint oves. Oves signantur Apostoli in conversionem mundi ; illosque Christus iubet studere prudentiæ : igitur si illorum cordis intentum conversio morum ; nil efficaciùs, quàm scire ac nescire ferendo vulnus, & contemnere morsus. Causa ad manum. Qui lupi, insitâ pravitate, pectore truci tanquàm in carnificinam, invehuntur in Præsidum vitam & famam, eligentes potiùs mori, quàm regi, excutientes iugum legum, quia nolunt iugum, blasphemantes illarum & illorum maiestatem, callentes demùm flagitiorum ultionem ; quoniam præ luporum consuetudine, nonnunquàm cupiunt vivere sine lege. Institutum, ne sint lupi, universale subditis est : morsus in Præsides sunt ; lupis timentibus (etsi oves sint Præsides) memoriam morsus : Christusque dum lupos convertendos ostendit, oves quæ morsæ non remordent, exponit ; ut sciant Præsides, morsus non curari morsibus, neque vulnera vulneribus; sed tantùm, vulnus vel gratis illatum, mutatione cordium inferentium : siquidem cùm faciliùs convertantur, ubi à Præsidibus iniuriæ illatæ indulgentur; cedent profectò rationis legi vel subditi lupi, cum meditata Præsidum iniuriarum oblivione. Hinc quasi leones terrorem lupis inferunt : equidem subditi lupi terrentur ; quippe in morum conversionem excusationem non habent. Excusationem fingunt subditi, ni aliquid subtrahatur severitati. Non terrentur, ubi nihil prætermittitur, sumptà amussi actionum iuxta apices intolerabiles legum : & ut Præsides terreant lupos subiectos, mittit Christus sicut oves inter lupos ; quoniam quasi non offensi, quasi non morsi, cognoscentes & delicta & iniurias dissimularunt, quasi nihil propter munus à subditis paterentur. Sensum subtilius prudentiæ, est sensum dissimulare. Unde Virgilius de Umbone dicit, 7. *Æneid.* à v. 753.

Facilius ea iniuriarum obliuione.

Doloris sensum dissimulare, altissimus sensus.

——*Graviter spirantibus hydris,*
Mulcebatque iras, & morsus arte levabat. Virgil.

Ars artium profectò moderatio hominum. Visa excitant in vindictam lubricam bilem : morsus serpentium, quia virulenti, dolorem : mulcenturque consilio & iræ & morsus, etsi in præcordia impactum cæcum intolerabile vulnus; quoniam summa prudentia, morsus simulare & vulnera : equidem si stultitia sensu in dolorem carere ; sensus cordati sentire, & sensum ad dolorem studio, ac vultu dissimulare.

Qua arte rebellium subiuganda corda?

6 Prudens Salomonis plauditur regimen, ut vidimus *Tautolog.* 1. *à n.* 21. ad illud: *Erat Rex Salomon regnans.* Sciebat delicta multorum, & pravum erga illum affectum ; quia corda in alium propendebant, ut regeret, & illum affectio summo studio declinaret : dicitque, *Antecedebat me ista sapientia, & ignorabam.* Sap. 7. 12. In ignorantiam non acquiritur sapientia: signaturque in Rege prudenti & cauto ignorantia pro sapientia; quippequàm aliquando expedit recto regimini, pleraque scita ignorare. Subditi mordebant exaltatum in dignitatis culmen, igitur respuent pravè affecti Salomonem; quippe dicunt, in quem propendet factione cor : *Ecce plusquàm Salomon hic.* Sciebat Salomon apud illos malè audire, eiusque actiones in deterius retorqueri : simulque notat horum sapientiam, & horum ignorantiam ; ut ostendat Regentibus in moderationem formam : equidem regiminis prudentissimi munus, scire & nescire subditorum morsus. Si ignoraret planè, non esset dissimulatio: igno-

Summa medicina, de vulneribus affectata ignorantia.

ra-

rabat conſultò: & dum ignorantiam præſignabat, artem regiminis oſtendebat; quoniam nequibat eſſe ignorantia in ignorantia, ſi antecedebat ſapientia. Aliud eſt ſenſus ſapientiæ,& aliud ſapientia ſenſus. Salomon non gloriatur (etſi munus decori) de decore ſapientiæ; ſed de ſenſu, dum Princeps ſedet in throno.

Verſ. 7. *Optavi* (ait) *& datus eſt mihi ſenſus.* Senſus ſapientiæ, eſt ignorata ſcire: ſapientia ſenſus, eſt præcognita ignorare. Illud, ſcire arcana; hoc verò, ignorare ſcita. Illud, ſapere ſpeculativè in regimen: hoc regiminis prudentiſsimi culmen; igitur connivet ſtudiosè ratio, quod non indulget cognitio: Salomonique in moderationis uſus, cum ſapientia ſapientiæ confertur ſenſus; quia morſus ſubditorum arte & conſilio levabat, & iam cognita neſciebat, oſtendens in regimine ſublimis prudentiæ acumen, ignorantiam manifeſtans contra propriam cognitionem.

Diſcrimen inter ſapientiam ſenſus & ſenſum ſapientiæ.

7 Non monſtrum huiuſmodi nexus, ſed ſapientiæ ſenſus pretioſiſsimum munus.

Perſ. *Hæc miſcere, nefas.*

Inquit Perſius, *Satyr.* 5. v. 122. Non eſt utriuſque confuſio, ſed phreneſis exaltatio: equidem plura corriguntur affectatà ignorantià, quæ nequeunt perfici à cognitione cognita. Iccircò Salomon dicit: *Antecedebat me iſta ſapientia.* Non abſolutè ſapientia, ſed *iſta.* Sapientia eſt in cognitionem: iſta in regiminis artem. Ars in regimen, eſt ſcire & ad ſcita indulgere: ſapientia eſt cognita demonſtrare: & ut regimen afflet prudentia, ea adeſt ſapientia & iſta; quia ex ſapientiæ ſenſu, inſignis in adminiſtrationem moderatio: igitur iſtà rector cuncta cognoſcit, indulgens quaſi neſciret. *Iſta.* Aliquid latet, quod plurimùm refert. Sapientia quid agendum dicit: *Iſta,* quomodò agendum. Modus eſt ſapientia, & ſenſus ſapientiæ, ut modus ſit in ipſa moderatione: quandoquidem ni conſilia iuxta prudentiæ modum, qui tenet habenas in munus non habet ſenſum. Ratio exponenda. Qui indulget, & indulgere oſtendit, habet ſapientiam, ſed non habet iſtam; quia iſta in prudentem moderationis ſeriem, diſsimulat ipſam diſsimulationem. Errat ſapienter ineptiens, quiſquis vult illotunc videri ſapiens.

Prudentia in regimen ſubditorum, ars artium.

Diluis helleborum; certo compeſcere puncto

Idem. *Neſcius examen. Vetat hoc natura medēdi.*

Ut ſuccinit idem ibid. v. 100. Si diſsimulatio medicina, vulneris diſsimulatio diſsimulanda. Indulgentia eſt in exceſſus correctionem, quaſi medicus vulneris non haberet ſpeciem. Si cognoſcitur, propoſitum evaneſcit, quia contra naturam medendi medicamina apponit, neſcius examen in ſaucio, certo compeſcere puncto. Exacerbatur vulnus, quia defuit in medicamine diſsimulationis modus: igitur ſaucius indulgentiam haud præcogitavit vulneris medicamen; ſed diſsimulatam arte in opportunam ultionem. Altius erigitur Salomonis ſapientia: in qua non ſolùm ſapientia, ſed iſta; quoniam in medicinam vulnerum (propter ſapientiæ ſenſum & prudentiæ modum) ita latebat proficua diſsimulatio, ut nequaquàm à ſaucijs cognoſceretur cognitio.

Diſſimulanda diſſimulatio.

8 Adinſtar ſilicis in pectore, qui prudens, ignem viſcera paſcentem continet. Adinſtar horologij inter motum rotarum in corde ſtrepitus latet. Nihil mirum, ſi eſſet ſine pondere mutum: novum, quòd ſileat pectus, ſi gravat pondus: igitur adinſtar ibicis venena debet vorare; & uti ſtruthio vel duriſsima concoquere quin vel ſpeculator maximoperè cognoſcat, quomodò Præſes zelo ardeat, & tot venena devorare queat. *Nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes*: inquit Ephes. 5. 17 Paulus. Quæ videntur eadem, conſtant gaudere diverſitate. Non ſufficit intelligentia in intelligentiam; quæ non lumen immittit intelligenti, ſed umbram; quoniam intelligentia ſine prudentia haud mentem illuminat, ſed præcipitat, & quod deterius, ſine cognitione erroris: dicitque Paulus, non imprudentes, ſed intelligentes; quia qui tantùm inteligunt, non intelligunt, eò quòd ſenſu non imprudentes, ſed fiunt. Quomodò fiunt? Dicit ibidem: *Videte, quomodo cauté ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ut* Verſ. 15. *ſapientes.* Intelligunt enim qui exceſſus diſsimulant, ut corruptelam morum artificiosè depellant; ſed alij circunſpectè, & alij ſtultè. Alij ſapienter, inſipienter alij. Inſipienter, diſsimulare indicantes: ſapienter, diſsimulationis cognitionem abſcondentes; quaſi ignotum vel non factum, quod meditanter indultum: & iuxta Paulum ut floreat rebus gerendis prudentia, ſapientia & ſapiens prorsùs neceſſaria; quoniam Præſes in his quæ obit, quęcunque ſine prudentia intelligit, non intelligit. Sal igitur in uſu regiminis

Symbola artis in diſſimulatione.

Intelligentia ſine ſinderesi ruit.

in-

Intelligenda nequaquam dictamina Præsidum.

infatuatur, & insulsus, uti fatuus, iurè proijcitur. Plura ut dolenti in languore accepta sint, nesciente ægroto curanda sunt: & prudenti in opus intelligentià est opus, ut non insipienter sed sapienter procedat medicus; quippequàm in medicamen vulnerum nihil agitur, si Præses cognoscere ægritudinem cognoscitur. Non vi agendum, sed arte. In rem accinit Euripid. in *Oreſt.* à v. 707.

Euripid.

Navis intento vi clavo mergitur.
Odit Deus nimiùm vehementes impetus,
Et oderunt cives. Oportet te sapienter servare
Non vi: non pugnando, ut fortasse putas.

Arte opus est, celeritas claudicat, igitur, ut ait Seneca de *Tranquill.* cap. 11. *Magna pars hominum navigatura, de tempestate non cogitat.* Optimus in expeditionem modus, profectò expectare tempus.

Senec.

9 Semen bonum seminatum in agro regiminis, sed plerunque malitià ager scatet zizanijs. *Cùm crevisset herba, tunc apparuerunt & zizania.* Malum utique zizania in pacem; sed in malo fortuna, quod apparuerint: equidem summoperè nocent, si zizanijs florentibus, zizania latent. Aliquibus ineptis videtur illustre facinus, in zizania non intendere vultus; quasi ipsa proprià conditione caderent, & sepulta non florerent: at falluntur stultè, dum sic cogitant opimos proventus agri. Prudens agri rector, ut zizania decidant, expectat & patienter, quòd appareant: equidem si non apparent, non sunt: si sunt & non apparent, maius periculum est; quippe zizania uberrimè augentur, dum astutè & callidè propter pacem sepeliuntur. Vide dicta *Tom. 3. T. 7. D. 2. & 3.* Cedunt plerunque nonnulli, pacis specie; quippe protunc non datur locus ultioni. Sine vindicta haud quiescunt, & occasiones meditatò inquirunt, sepultis odij zizanijs silentiosè in terra cordis: & dum videtur crevisse tempore & tempore oblivionis herba; tunc sepulta cordis apparent zizania: igitur qui arte sepelivit odium, gladium infert usque in capulum. De morsu Ceraste ait Ælian. 15. *Animal.* cap. 13. *Cicatrices, si quæ sunt in percussi corpore, etiam si consenuerunt; tamen recrudescunt & rumpuntur.* Sæpe & virulentè iterant morsu vulnera Præsides; quippe vulneribus sepulto dolore obductæ sunt cicatrices. Vulnera occulta nocent, quia non apparent. Si apparuissent iustitiâ rectâ, non apparerent cauteriata vulnera: verùm cùm ad speciem tantùm sit lenimine curatio, alio succedente morsu, non solùm apparent fata zizania, sed aperiuntur inveterata vulnera, de quibus quasi diutinâ oblivione despectis, duntaxàt videbantur in pectore cicatrices. At hoc aliàs & aliò. In textum reflectamur.

Matth. 13. 26.

Ut expellatur morbus, detegendum est vulnus.

Vulnus cordis extrinsecùs sanum tempore, in vindictam recrudescit occasione.

Ælian.

Venenum Ceraste.

10 Nesciebat agri Præses zizanijs infectum agrum, & accepit à servis fatale nuncium. Audit, sed quiescit. Auditâ connivet; quasi nesciret. Interest illius, & quiescit pectus? Quiescit, quantumvis intus percellitur, ut species optima Superioris ostendatur: igitur ut zizania repelleret, indulget quasi nesciret, & nescit quasi non nosceret; indicans prudentiæ modum: equidem etsi audivit tantum malum, nequaquàm est commotus ad primum nuncium. Servi dicunt & ferventi zelo, & ille audit superiori animo. Illi cogitant, *Unde* hoc? Ille prudentiùs, *An sit*: igitur imprudentis esset, subitò moveri in maligni nocentis cogitationem, priusquàm damni zizaniorum acquireret certitudinem. Habuit: dixeruntque illi servi: *Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non.* Cur ergo, etiam viso damno immotus? Non erat congruum putationi tempus: ager periret, ni prudenter indulgeret. Indulgendum proculdubiò, unde maius malum ex remedio: igitur si ductus zelo averruncandi nocua, tunc conaretur extirpare zizania; propter prudentiæ & occasionis defectum, zelo indiscreto totum destrueret feracissimum agrum. *Importabilis siquidem absque scientia est zelus* (ait Bernard. serm. 49. in *Cantic.*) *Ubi ergo vehemens æmulatio, ibi maxima discretio est necessaria. Semper quidem zelus absque scientia, minùs efficàx, minusque utilis invenitur: plerunque autem & perniciosus sentitur.* Causam ex ipso exhibebimus *Tautolog. seq.* à num. 30. Duo talenta regimini necessaria sunt: intellectus scilicet & prudens operatio: zelus cum prudentia in ministerio. Unius autem talenti nomine intellectus tantummodò designatur, sicut zelus sine discretione pernicioſus sentitur; qua de causa qui vidit zizania in agro, prohibet evulsionem, pro discretionis usu. Apparent tunc: at tunc evellenda? Non. Destruere agrum ob zizaniorum consortium, erat profectò non habere talentum. Quo magis acceleraret, magis offenderet: equidem

Præses haud moveatur prima notitia, ne commoveatur.

Vers. 17.

Vers. 29.

Zelus imprudens in malum præceps.

Bernard.

haud esset prudentiæ decretum, sed insipientis zeli ex abrupto præcipitium: cavereque debet Superioris discretio, nequid fiat ad regimen ex abrupto.

11 Dux populi creandus Moyses, & quæsitus meditanter ut esset Præses. Ante electionem iam præclarè commendatur: etenim non quærit, sed ad regimen quæritur. In recessu vivebat, & à Deo quæritur in recessu. Illo egebat populus, ut excuteretur servitus, & legem acciperet, qui vivebat citra legem. Non habebat hominem: & Deus in electione demonstrat seriem: quippequam dotes & homines invenientur, si desideranter, vel in deserto quæruntur: plerunque meritorum amplissima claritas solet iacere inter bestias. Vocatus est in regimen & à Domino inter spineta Moyses, & cùm unde vocatus perrexisset, dicitur illi: *Ne appropies huc*: si curiositas tanta, ut accedere velis, *Solve calceamenta de pedibus tuis*. Cur igitur ubi Moysis in regimen præsignatur exaltatio, illuc accessurus pede nudo? Quia silva scatebat veprium spinis, quibus lacerandi necessariò pedes; & ut meritum in dignitatem clareat, necesse etiam quòd calceamenta solvat, equidem tunc apparent dotes in gloriam muneris, dum fastigium obtinetur pretio sanguinis. Electio sanè glorioſa, per quam simul videntur merita & munera: rutilat etenim in dignitatem electi claritas, ubi accesserit in gloriam per meritorum spinas; quippe præclara merita, laborum vulnera. Aliter. Per sandalias, uti fusè vidimus *Tom. 3. T. 5.* Significatur captivitas, seu captiva libertas: & dum Moyses vocatur in regiminis fastigia, solvere iubetur calceamenta; quoniam minimè quia regit, reget libertate vagæ cogitationis, sed subditus iugo legis: non sui prorsùs, sed pulsantium subditorum, mancipatus uti servus expeditioni causarum: equidem qui dignitatis obtinet celsitudinem, propriam debet pro subditis amittere libertatem.

Dignè eligitur; qui in munus quæritur.

Exod. 3. 5.

Præclara merita, laborum vulnera.

Præses servus publicus.

12 Ergo in Didascaliæ propositum. Locus erat refertus mucrone veprium; nudoque pede, ut Moyses dirigat in regimine gressus, à Domino signanter docetur modus. Qui inter vepres pedibus nudis, vulneribus planè exponitur, ni gressus consideretur: iubeturque Moyses dum procedit, quòd inter sentes calceamenta deponat; ut altè videat, quomodò in regimine procedat, quippe aliquando sistendum, aliquando properandum. Si cuspis veprium subditorum riget, ne appropiet: equidem dum spina calcatur, vulnus cruente à subditis plantæ infertur: nullusque regenti præstabilis honos, cruentari à subditis & in subditos; quoniam excusatio turpis audaciæ profertur, eò quòd subditi, quia subditi minimè à Superiore reguntur, sed calcantur. Satius utique, ut procedat rectè ac sine vulnere; subditos vepres studio separare, quàm pede nudo atque viribus opprimere. Quo maiori vi & violentia, ex spinis calcatis maiora vulnera: quandoquidem dum alia spina flexa cedit, si cedit; alia ex adverso alterius cessione pungit. Non novum: subditi pugnaces, & conditione pungentes, frequenter nectuntur in vulnera Superioris. Spinæ sunt: appropiet Præses, si flexibiles sint: sin autem, ne appropiet huc: igitur si obdurescunt, priùs frangentur, quàm flectantur: patetque Præsidis improvidentia, dum configitur spina. Ulteriùs. Plantà nudà stat Moyses senticoso itinere, ut Præsidis in regimine constet modus procedendi; quoniam urget vulneratio, si inter veprium spinas processerit sine modo. Vadat, veniat; sed videat, quo modo vestigia figat: etenim ni pedetentim inter spinas gradiatur, compunctus à vepribus proculdubio configetur. Vernaculè: *Clavaràse*. Sensim tractanda quæ difficilia; intractabilia, ni expediantur sensim: opus profectò alienum à modo prudentiæ, vepres subditos pertractare cuspide. In huiusmodi articulo congruit, nec corripere gradum, nec accelerare gressum. Nec festinandum, nec recedendum: lentè processus fiat, ut tandem tandem sine vulnere evadat: etenim omnimodam prudentiæ ostendet moderationem, si in resolutiones muneris processerit pedetentim. Hispan. *Hombre de espera: hombre de estomago*. Hinc ut procedat Moyses, deponit calceamenta; unde videat, inter sentes qua arte collocanda vestigia: igitur vulneratus offensione malè audiet, si quicquam ex abrupto à Superiore processerit.

Subditi non calcandi, sed regendi.

Præses offendit imprudenti zelo, si procedit ex abrupto.

13 Contra huiusmodi in regimine incommoda necessaria est meditata prudentia & diligens stultitia. Hæc ut Superior ad subita sistat: illa ut ad cognita sine vulnere procedat: alias in munere sine huiusmodi consilio, pro capite cucurbita pendebit è collo. At quomodò hic & nunc inter diversa, & sæpesæpiùs contra-

Munera prudentiæ.

Cuncta diversimodò, præut temporis & conditionis occasio.

traria, tenebitur regentis prudentiæ forma? Dicit N. Patriarcha, *Regul. Sanct.* cap. 64. Ita enim præsidem alloquitur: *In ipsa autem correctione prudenter agat, ne quid nimis::. in quibus non dicimus, ut permittat nutriri vitia; sed prudenter & cum charitate ea amputet, prout* S.Bened. *viderit cuique expedire.* Dixerat ibid. cap. 2. *Neque dissimulet peccata delinquentium; sed mox ut cæperint oriri, radicitùs ea, ut prævalet amputet.* Idem. En diversa & contraria, & cuncta recta à prudentia: equidem quandoque præut cuique expedit, dissimulatione cedendum; & quandoque ne vitia prævaleant, in correctionem atque correptionem properandum. Multa quippe dissimulatione sanantur: multaque etiam correptione in deterius corrumpuntur: tuncque adest prudentia, quæ iubet cedere, & iubet progredi: progredi, ne nutriantur vitia: cedere, ne eradicetur triticum, dum extirpantur zizania. Ipse dicit: *Ne quid nimis.* Nulla prudentiæ regula, si quæ nimia. Senec. *Virtutis ubique modus* (infit Senec. 2. de *Benef.* cap. 16.) *Æquè peccat quod excedit, quàm quod deficit.* Præsidi ergo ex abrupto deficit dissimulatio: desidi verò, legum atque iustitiæ dilectio. Medio tutissimus ibit, quisquis rationales rexerit. Floridè Claudianus de *Bell. Getic.* à v. 113.

Comites prudentiæ tempus & modus.

Non illis vani ratio ventosa favoris,
Nec graviter expectata salus, ductorque placebat:
Non qui præcipiti traheret simul omnia casu;
Sed qui maturo vel læta vel aspera rerum Claudian.
Consilio momenta regens, nec tristibus impar,
Nec pro successu tumidus, spatiumque morandi,
Vincendique modum, mutatis nosset habenis.

DIDASCALIA V.

Sub Iustitiæ invictæ palla, à iudice pravo vulneratur Iustitia.

1 ARte opus est, ut claris luminibus abscondatur lux: quæriturque subdolè fictus fulgor, ut præterire possit deauratus error. Affectus depravant Iustitiæ rectitudinem, sed renuunt affectuum recognosci pravitatem. Unde offensa ornatu iustitiæ culta, oculis extrinsicè grata, quia coloribus virtutis apprimè picta; iam non excusatur, sed defenditur: igitur iustitiæ habitus simulat iustitiæ vulnus: callidèque in tribunalibus floret, quæ omninò confossa & confusa languet. *Fit* (inquit Gregor. Magn. 4. in *Iob*, cap. 25.) *defensionis audacia per elationem. Culpa enim quæ terrere mentem debuit, extollit, & deijciendo elevat, sed gravius elevando supplantat*: igitur iustitiæ altius cognoscitur vulnus, dum eget vestibus. *Stultus est & stultitia est cum eo*: dicitur de Nabalo rustico, & insensato. Stultus est, qui iniustitiam Iudex facit, & etiam stultitia cum eo, qui iudicium pingit. Ut esset insensatus, sat erat iustitiæ vulnus: additurque stultitia cum insipiente; quoniam ingerit flagitia sub velamine iustitiæ.

Crimen non excusatur, sed defenditur.

Greg. Mag.

1. Reg. 25. 25.

Vulnus iustitiæ cognoscitur, dum iustitia vestitur.

Nescimus, cuius sceleris sit maxima merces.
Omnia posse manus: nec fas, nec vincula iuris Lucani
Hoc audere vetant::. Ingrato iudice virtus
Perit.

Inquit Lucanus. 5. *Pharsal.* à v. 286. Malum sanè, quòd virtus pereat: peius, quòd sub larva virtutis crimen prævaleat.

2 Corpus Signi scorpionis in Zodiaco (uti descripsimus *Ephemer. num.* 4. *Isagog. Octobr.*) quia vastum, ab Astronomis in duo divisum, ita ut brachia, quæ dicuntur *Chelæ*, efforment *Libræ* Signum, reliqua *Scorpium*. Videris ibi dicta huic proposito. Alia notanda pro iudicibus Scorpijs, eorumque virulentis iudicijs. Libra est Iustitiæ signum, Scorpio pravi iudicis elati in thronum: Iudex qui rectus intendit in iustitiæ leges iuxta acta litis: à pravo dirigitur causa iuxta voluntatis & affectionis prolubia, sed ita deaurat processus actiones, ut sententia videatur fulminata, atque librata à iustitia iuxta leges; quo iustitia vulneratur, eò quòd eius ornatu crimen vestitur: equidem æquitate quæsita in tribunali pro libertate innocentiæ, apparet iudicis scorpionis decretum; quia non iustitia, sed iustitiæ duntaxàt in Libra rutilat signum. Signum iustitiæ non est iustitia, sed iustitiæ larva, quæ propudiose videtur, dum iniquitas velata iustitiæ centone plauditur: igitur quæ culta iustitia vir-

Cur iudex iniquus per Scorpionis Signum?

Sub iustitiæ larva maior offensa.

go; si nudaretur, appareret scorpio. Iustitiæ utique officium, quod Libra collocaretur in tribunali scorpionis, ut causæ expedirentur iuxta leges, vafrumque iudicem tenerent vincula iuris, incumbentem propensè, quod appareat eximia æquitas, quæ summa prorsùs iniquitas: micat stellata sententia, & fulgent iustitiæ signa; ut auctoritate ficti coruscantis iuris iuguletur innocentia: equidem iuxta veritatis lumina discusso iudicio, sub iustitiæ splendore latet scorpio. Suspecta nonnunquàm sub specie scorpionis esset sententia; sed idem est sub alio nomine Libra: figura mutatur, ut decipiat species, respicientes formam iuris, prævaletque embolium, ultra legem structum figurà legum: igitur modò in sententia libraretur iustitia, tantùm in pondus scorpionis venena. Libra apparet, verùm iustitia non fulget: equidem iudicium sub libræ specie, & cum libra iudicium sine pondere; quoniam in loco quo adoranda iurè iustitia, embolio iudicis adoratur stropha. Adi *Tom.* 2. *T.* 4. *D.* 3. *à n.* 10. Latet lethifer scorpio sub iustitiæ titulo, vulnusque patet iustitiæ, sub iustitiæ specie: siquidem dum denudatur artificio iudicium, non iudicium ostenditur, sed iudicij simulachrum.

3 In trica quasi Autolica Michol, & irà Saul, prafigitur scena persecuti innocentis & maligni pravitate iudicis. Diabolici Regis David declinavit ictum, sed non odium. *Misit ergo satellites in domum David ut interficeretur.* Plerunque palàm persecutio, ubi voti latitantis frustratio, & intentionis cognitio: ambit igitur in vindictam proditor vel latere intra pectus, vel intentionem manifestari per vulnus. *Responsum est, quod* David *ægrotaret.* Haut iudex accepit levamen, etsi desideraret in innocente languorem; ut posset dicere in causam, quam cogitabat, quòd in virtute languebat. Michol sciens *tulit statuam, & posuit eam super lectum.* Patris, si sciret, excitasset lætitiam, quippe iam lectulus stratus in causam. Venià lectoris transeat huiusmodi vulgaris frigiditas: *Estaba yà hecha la cama.* Sed quid? *Cùm venissent nuncij, inventum est simulachrum super lectum.* Quæ in Davidem non cogitata! Æquitas vocabatur Regis violentia. Inveniebantur subditi servi, ministri iniquitatis, qui delirium plauderent præscripta legis. Repentè in mortem iniquo iudice, innocentiæ hoste, confecta atque ficta causa, sed auctoritate potestatis confecta; uti idem esset velle, ac licitè posse. *Quomodò istam quæstionem* (inquit Marc. Senec, *Controv.* 13.) *in æquitatis tractationem putas cadere; cùm quid liceat quæratur, non quid oporteat?* Oportebat iudicem, etsi non liceret, quòd innocens caderet, in cuius causam (quanvis ministrorum invitabat promptitudo) pravus iudex optato frustratur voto: equidem innocens liber invictus evasit, malignitatem elusit, causæ irrisit; quoniam stropha denudatà in iudicium, à ministris duntaxàt inventum est simulachrum. Expressit artificium uxoris, quicquid gerebatur in pectore patris, iniqui iudicis, ut sub persona iustitiæ, cautè insidiaretur innocentiæ: quandoquidem in tota structa emboliscè causa, stropha in scenam, atque in embolium stropha.

1. Reg. 19. 11.

Vers. 14.

Vers. 13.

Vers. 16.

Iudicis pravi embolia.

Senec.

4 Causa innuitur ab Euripide in *Phœniss.* à v. 472. accinente.

Causa veritatis simplex est,
Et non habet opus multis hinc inde interpretationibus:
Res enim ipsa pro se dicit. Mala verò causa
Languens in sese, habet opus accuratis pharmacis.

Euripid.

Sine his haud videretur languens innocentia; sed adduntur accuratè quia languet causa, cadetque proculdubiò sulta technis, ni resarciatur interpoli larva parnosi centonicè iuris, quod meritò ridetur ut spectrum tribunalis, quo iuris sedet auctorata species: etenim scrutatà sententiâ prolatà in vulnera, iudicis malignitatis tantùm patet cataplasma. Claruit iudicij ludibrium, titulo iustitiæ embolium; quin accuratis pharmacis, latere posset iudicantis vulnus cordis. Iudex ita & barbà & togà fallaci, cæterùm auctoratà iudicaturà, signatus olim in pino, qua etiam fraus: equidem modò introducatur pro expeditione lis; quisquis respexerit iudicem, inveniet seriò purpuratam fraudem. *Hæc enim arbos* (infit Chartarius in *Imagine Fortun.* fol. 314.) *si altitudinem, rectitudinem, virorem-que spectes, aspectu est iucundissima: sed siquis sub eius umbra dormiat, non parvum valetudinis damnum suscipit; eique si appropinquet, cadentibus ex alto fructibus, si fortè feriatur, sæpe interficitur, aut certè magnoperè læditur.* Hic fructus iudicis, latente embolio circumventionis: nemo accedere potest sine pe-

Eius ita in firma causa, ut egeat strophorum medicina.

Fraus iudicij per pinum.

Chartar.

ri-

riculo capitis. Si interficere nequit, ſaltem capita frangit, occulta vafritie, atque panurgià inſidiante, ut magis alliciat, & accedentem ſpecie pulchrà ſubvertat: igitur erigitur in accedentis perniciem ac necem, oſtentans in dolum extrinſecam rectitudinem. Succidenda huiuſmodi arbos: aptiùs iacet, quàm ſtetit: ſiquidem iuſtitiæ omnimodò deturpatio, quæ iuſtitiæ videtur in exitium rectitudo.

5 Nabuchus ſeſe vidit in arbore procera & excelſa, & etiam audivit de cœlo clamantem vigilem: *Succidite arborem.* Cur igitur Nabuchus, qui adinſtar arboris electiſsimæ exponitur, ita abiectè proſternetur? Iudex peſsimus & improbus eſt in loco ſuo, dum deijcitur è iudicij loco: equidem ſatiùs ignominiosè proſtratus, quam indigniſsimè erectus. Intendite in officia & clarebit vel cæcutientibus cauſa. *Quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat, & quos volebat humiliabat.* Ius ſumebat ex corde, non ex lege. Voluntas decreta cæcè dictabat, igitur fontes & inſontes apud illum quos & quomodò volebat, ſumptà cauſa ex actis pectoris, haudquaquàm ex cauſæ conſonis actis: & quoties non à ratione ſententia, à voluntate iugulatur iuſtitia. Hieroglyphicum in ſtatua iuſtitiæ præ ſe fer vividè prolubia tyranni. *In Ægypto* (inquit Diodor. Sicul. *lib.* 1. *cap.* 61.) *ubi Veritatis portæ erant, Iuſtitiæ ſtatuam exſtitiſſe, quæ capite careret.* Iuſtitia? Utique: & in templo Veritatis? Etiam. Quid mirum quòd capite careret, quam in tribunali iudex per ſententiam decollavit? Electus in patrocinium, fuit acerbum ipſi Iuſtitiæ cordolium. Videbatur in tribunali & culta & obſervata, iuxta leges fulminatà ſeveritate ſententià; ſed color falſus, quippe vaferrimum in iudice pectus; quandoquidem ſecto capite, in templo Veritatis apparuit iuſtitiæ vulnus. Non aliter Nabuchus uti arbor inſignis pro iudicio Gentium in faſtigium tribunalis. Lex præſcribit, quòd inſons liber evadat; verùm ſi placitum illi, vel inſontem percutiebat, interficiebatque ad lubitum, quippe volitum. Longè cor à lege, & voluntas à ratione. Adinſtar Barbarorum, ut ait Solin. *cap.* 25. *Fas ac nefas eodem animo ducebat*: equidem quos volebat, humiliabat; & etiam exaltabat, quos volebat: unde meritò arbor detruncatur, iudexque impulſus à tribunali quaſi beſtia dicitur: ne ſub titulo iuſtitiæ iuſtitia vulneraretur.

Dan. 4. 11.

Cap. 15. 19

Iudex perverſus ius ſumit à corde non à lege.

Diod. Sicul. *Iuſtitia cũ Veritate.*

Solin. *Iudex pravus detruncatur.*

6 Si iudices imagines Dei potiſsimè in veritatis iudicio, deformis omninò in pravo iudice imago. *Opera manuum eius veritas & iudicium* (de Deo dicitur) *fidelia omnia mandata eius, facta in veritate & æquitate.* Si aliter iudicis ſententia, ſuntque fidelia in veritate mandata; quæ contra veritatem erunt omninò perfidia, & detorſio legum in prolatione iudicij; quippe iudicium nullum ſine veritate. Mandata prorsùm iuſta ſi in veritate & æquitate mandata: aliàs purum putum concilium vanitatis falſi auctoramine iuris: igitur collato inconcuſſæ veritatis tenore ſententiæ; quæ effulgurabat æquitas, enormis claret iniquitas; cenſebatur quippe iudicium iuxta amuſsim æquitatis, quòd fulminatum iuxta deſideria cordis. In portis veritatis, integræ videtur Iuſtitiæ effigies; quæ quidem ſemper læſa, modò non integra, indicans præiudicium iudicis, ex affectione depravati cordis tendentis in volita, haud in mandata fidelia: equidem cùm iuſtitia detruncetur, ſi à veritate ſeiungitur; ex iuſtitiæ iugulatæ impacto crudeli vulnere, eſt iudicium ſine capite. Liqueat ergo prætextu Iuſtitiæ ſcorpio. Unde igitur tot abſurda, niſi ex iuſtitia fucata? Ambitio pungit, pòſtque uti ſcorpij virus impellit, ut quæratur artificium; igitur libræ ſpecimine duplex ſcorpio habet emolumentum, binam in dominio ſedem, & duplex culmen. Sedet quidem arte in ſolio ſpecioſiſsimo titulo, & tendit tunc in alia meditatum embolium; ne tranſeat in aliud Signum, vìdens proximè pravitatis Sagittarium. Fervet opus quia fervet malitià pectus, facitque citò, quòd deletur ſerò: quandoquidem iam irrevocabile damnum, ſcorpij iudicis dum cognoſcitur venenum.

Pſ. 110. 7. 1.

Sine veritate iudicium nullum.

Iuſtitia ſi non integra, læſa.

7 Sciebat profectò Herodes Ioannem eſſe virum iuſtum & ſanctum; ſed placuit & iuſti & ſancti exterminium. Ex levitate mulierculæ in prava vota occaſio opportuna nacta. Nihil ſtabit in mundo rectum iuxta fœminæ & impudicæ prolubium. Ita factum. *Moralis igitur inſinuatur locus*: dicam cum Auguſtin. tract. 119. in *Ioann.* Pende. *Cùm introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad Regem, petivit dicens: Volo ut protinùs des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.* Conceſſum illicò prorsùm, & à Rege cognoſcente iudicium pravum; ſed ſtructo do-

Auguſtin.

Matt. 6. 25.

lo-

lo, ne vel Rex posset revocare iudicium: igitur dum appareret facinus, revocationi facti non erat locus: dareturque tanti flagitij excusatio, quia decretum ex abrupto. Pendenda cuncta. *Statim, cum festinatione, protinùs.* Quorsùm instantia tanta? Ut decollaretur innocentia: igitur nullus iudex tantum flagitium faceret, ni citò fieret. *Protinùs, statim* & *cum festinatione* faciendum, ut fiat, & innocentia iugulata cadat: siquidem ni evestigiò & properatò, decretum impium revocabit pœnitudo. Idem tenor iudicum in causa Naboth, ut constaret quantæ auctoritatis Rex. Antequàm exponeretur causa, iam erat lata sententia. *Summittite duos viros, filios Belial contra eum, & falsum testimonium dicant, Benedixit Deum & Regem, & educite eum, & lapidate, sicque moriatur. Literarum hæc erat sententia*: iudicesque ex his confecerunt causas, quæ scripta atque mandata per literas, quasi iudex superior excuteret à se crimen, executioni commissum per ministrum inferiorem. Iustitiæ ornatu fucanda iniquitas, ne micet iubentis pravitas; sed causa efficta sortiatur effectum, quanvis per filios diaboli concinnetur testimonium: igitur modò lapidetur innocens, quid post mortem si cognitæ iniquitates? Videbunt flentes mortuum mortuum, sed factum factum confœderatione iudicum.

Iustitia præpropera, summa iudicis malitia.

3. Reg. 21. 10.

Confœderatio iudicum, iudicium perversum.

8 Haud aliter methodus in causa Uriæ: *Ponite Uriam ex adversu belli, & derelinquite eum, ut percussus intereat.* Insidiæ arte in innocentem & offensum struendæ: equidem ab amicis & fautis derelictus, dedecori dabitur, si fugerit: at si restiterit, pluvia iaculorum cadet. Quid non factum huius furfuris ad occisionem N. Redemptoris? Comprehenditur venditus, accusatur innoxius, admittuntur testes, quos curruperant hostes, suspenditur, in crucem tollitur, moritur: at quid ex tanta acceleratione? *Quod scripsi scripsi*: dicit iudex. Fiat modò iniuria, & ad causam postinde quæretur causa. Nunquàm defenditur, quod semel amittitur. Deaurabitur tempore, quod turpe præsenti imagine. Quis cogitabit ita iudicio fœda, ultra legem nullà causà? *Quod scripsi scripsi.* Si malum, exitum quod dederit fortuna, sequemur. Semel lata sententia irrevocabilis, & finiuntur acta litis: igitur semper perstabit lata sententia, si quæ facta in ius irrevocabilia. Struendus ita per decreta dolus, ut possit videri denuò causa, sed non reus: igitur post tempus & tempus iudicium (ad instar anguillæ lubricum) labetur prætermissum, magis si pressum. Modò morte innocentis desinat causa; postmodùm technis & technis illustrabitur vecordia. Gentiliter nostrates: *El muerto muerto, que no faltarà despues con destreza modo, para poder dorar el desatino.* Huc pervenit maligni solicitudo. *Stultus est, & stultitia cum eo.* Dicit Seneca, 4. de *Benef.* cap. 28. *Hæc superbæ stultitiæ perseverantia est: Quod semel dixi, qualecunque est, fixum ratumque sit.* Ne cognoscatur error, introducendus est furor, & citò intenta pœna, Argolicà industriâ: igitur cùm obsit adversa ratio, & iudicium fiat litis sine iudicio; si mediat vel brevis hora, furoris acta rescindet vera iustitia: denudavit quippe embolium, & larva iuris calumniæ apparebit simulachrum.

2. Reg. 11. 15.

Artes & ratiocinia impiorum.

Ioann. 19.

1. Reg. 25. 25.

Senec.

9 Plerunque fovent in pectore huiusmodi aspidem, qui nollent Præsides alium illis dotibus superiorem; capitaque florum amputant, ut lolia cum labruscis emineant: etenim ita vel in cacumine nani, ita commendatione vacui, ita obesi cerebri, ita inepti & ita indigni; ut se cognoscant indignos, dum obviat honos. Quid facient aliena lumina, si notat cæca philautia? Silentio dicunt, & inepti silentium loquax cognoscunt; quod graviter pungit, & in ultionem promptissimam bilem movet: siquidem protinùs ineptus in alijs plectit ut crimen, & propriam & aliorum cognitionem. Alios arguit improbitas, suspicantes ab alijs tacitò argui; maximè increpatione innocentiæ, expellendæ profectò dolo calumniæ. Formatur causa à vindicta, iustitiæ pallà: quoniam cuncti venerantur extimam vestem, quin possint videre dirigentem intentionem: corde æstuante pro zelo flammà ignis, longissimè à zelo legis. Iam quasi status rationis, uti in causa Christi ratio status proponitur: Expedit, quod moriatur. Haud causa subest, sed expedit. Ferale omninò quod moriatur Urias, & floreat perfida improbitas. Quid faciendum? Tractus est angiportus: haud aliò exitus. Decretum potentiæ est furor; sed primum, quod Regis non cadat honor. Acta sunt ornanda ægregiæ virtutis umbrà. Si causa Naboth, ieiunio: si causa Præcursoris, iuramento. Durante strophà perficitur causa, infertur pœna, corrumpitur fama, & actutùm; ne suspendatur

Invidia & furor indignorum in honore.

Ioan. 11. 50.

2. Reg. 11. 16.

3. Reg. 21. 9. Marc. 6. 26.

sup-

Quomodò concipitur, & deauratur illorum dolus?

plicium, deficiatque potestas, priusquàm consummetur iniquitas, larvata Autolicè clementis iustitiæ fuco, in ferali animo barbaro: equidem dum tollitur causæ prætextatæ colorata figura, irrevocabilis ultio claret videtur in causa. Protunc gaudent, verùm mox de triumpho dolent: igitur quæ præparata in lapsum sunt disposita in ascensum.

Solin. 10 *Blemmæ* (inquit Solinus, *cap.* 34.) *trunci nascuntur ea parte qua caput est: os tamen & oculos habent in pectore.* Idem Plin. *lib.* 5. cap. 8. vocatque *Blemmyas.*

Blemmyarum figura, iudicii emblema,

Si emblema conficiendum pravitatis iudicum, haud aliud signum aptius in speculum morum. Os instrumentum in expressionem rationis verba dictantis, cuius thronus in capite: & adinstar Blemmyarum habent os iudices improbi in pectore; quippe neutiquàm decreta iuxta mentis tenorem, sed iuxta depravatam in pectore voluntatem. Iuncta tenent os & oculos, in pravos execrandos intuitus: equidem etsi aliter iuxta rationem rectum, iuxta leges iustum; nec loquuntur, nec iustum, æquumque cernunt, nisi præut

Sæpe philauti.

pectori illorum quælibet insunt. Ut constet, hominem habere cerebrum, caput habere debet discretionis solium: pectus enim datur in affectionis usum, non in iudicium, quo caret affectio: unde sine capite, cùm fugiat ratio, in his quæ ita cæcè iudicantur, iudices trunci videntur: igitur magis cæcum sine cerebro pectus, dum habet oculos. Oculus symbolum exponitur iustitiæ, quia sedet in facie. Est emblema iniustitiæ, dum est in pectore. Vide Diodor. Sicul. d. & Pier. Valer. *lib.* 33. *cap.* 1. At quare ex mutatione situs, oculus rectus, vel oculus pravus? Dicam. Oculus in facie, ut iudicium fiat rectè, vespertilionem signat vespertilionem, lyncem lyncem, simiam simiam, aquilam aquilam, quadrupedem quadrupedem, hominem hominem. At si oculus in pectore, in iustitiam iudices apparent trunci: igitur cùm fiat nequaquam iuxta cerebrum (quo carent) iudicium, sed iuxta affectionis obtutum (& quia trunci sunt, & quia affectus cæcus est) vespertilionem arbitrantur lyncem, simiam aquilam, struthionem hominem insignem, cuculum hominem: huncque instrumentis atque dotibus præclarum, ludicrum cercopithecum. Hi sæpe parvi in magnis, atque maximi in exiguis, à quibus per ludicra quæritur fama; in ridentibus culicem excolantibus: plaudentium vel camelum deglutientibus: si quidem licita vel illicita præut fiat ventus vacua tempora. Nec Hercules resistet, dum istiusmodi fatuus propter inania succenset: equidem premens stolidè ubera arctat, quousque sanguinem eliciat.

Oculus iustitiæ & iniustitiæ emblema.

Quàm vacuo cerebro in honore, amatores sui!

11 In huiusmodi insolentem auctoritate fervorem, invehitur SS. Patriarcha Benedictus, *Regul. S.* cap. 64. dicens: *Ne quid nimis: ne dum nimis cupit radere æruginem, frangatur vas.* Si oculi, & os in pectoris situ, ad statuas (quantum auguror) dirigitur sermo: quando- S. Bened.

Malignitas illorum.

quidem nihil placet his oculis, ni totum nimis. Ubi non ærugo, intenditur tantùm fractio, pravitate pectoris, & nequàm oculis: igitur munda corda urgeri & urgeri sine ærugine; haudquaquàm est, ut mundentur, sed ut frangantur, pravo oculorum intuitu, atque maligno proposito: demonstrat enim, quæ non habetur, ærugine, ut possit siccine demonstrare fractionem. *Certatim usque* Senec. *in publica damna privatim insanit*: infit Senec. rhetor. *Controv.* 13. igitur præ oculis & pro oculis, nonnunquàm habet affectionem pectoris (philautia blandiente, atque in plausum cogitata nimietate, elatis in risum ludicris, omissis in fletum ferijs, ut celebretur magnus, qui omninò truncus) cuius os in pectore, & ibidem oculi quasi in fastigio; quandoquidem in cunctis delirat in publicam ruinam; promens privatam insaniam. *Malus est oculus nequam*: etenim Eccli. 31. 14 si per oculum iustitia, & per pectus affectio præceps ut cæca; oculi in pectore exterminium Reipublicæ: cunctis namque exitiale, iudicium non proferri iuxta examina mentis, sed consilia corruptissimæ affectionis. Ubi affectus regit, oculus ra- Boet.

Delirant cæci & aberrant.

tionis nihil videt.

Nubibus atris, condita nullum
Fundere possunt sidera lumen.
Nubila mens est, vinctaque frenis;
Hæc ubi regnant.

Accinit Boëtius, 1. de *Consolat. Philosoph.* Metr. 7. & Bernard. de *Conscient.* cap. n. 7. quia pœnà non coërcetur huiusmodi nimietatis & affectionum audacia; *Tranquillitatem* (ait) *nutrit impunitas,* Bernard. *securitatis & negligentiæ mater, noverca virtutum, Religionis virus, tinea sanctitatis*: equidem à quo pro iustitia educitur gladius, cunctis affectionibus debet procedere nudus.

12 Ut sederent, quos elegit Apo-

sto-

stolos orbem indicantes, in throno iuxta rationis iudicium; qui constituit, iam
Luc. 22. 36. iam moriturus, docuit modum. Iam enim electio facta: *Sed nunc, qui non habet, vendat tunicam & emat gladium*: infit: Nunc est necessarius gladius, quippe cor inflammare debet in iudicium legis zelus: at sine tunica, ubi gladius educitur zeli flammâ. Quid? Iudex num indutus habitum, nequit stringere gladium in iudicium? Nequit iure, quippe evaginabit sine consideratione, errori præcipiti expositus, quippe ad iudicium non nudus. Gladius & tunica (uti dixi *Tautolog.* 4. *D.* 4. *n.* 6.) sunt metaphorica. Per gladium iudicum indicatur sententia: per tunicam color speciosus, quo humani vestiuntur affectus: tuncque erunt iustitiæ, ubi sententia absque ullo colore: tunicaque est proijcienda iudice ascendente in tribunal; ut æquitatis tunc effulguret exemplar: igitur omnem debet excutere in iudicium affectum, ut possit iurè pro veritate & iustitia palàm educere gladium. Pende. Pridem assectis Assertor N. duas tunicas vetuit. *Neque duas tunicas*: igitur in sententijs haud rectus, qui colores curat occultare coloribus, quibus prava sententia, & pectoris involucra. Modò etiam unicam respuit, dum iudex gladium assumit: *Nunc qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium.* Duabus tunicis, difficilis tenor legis: tunicà tantum respectu prioris status, iudex esset nudus affectu, veruntamen non omnimodò: unicaque etiam à Salvatore prohibetur, quùm discipulis orbis iudicium committitur; igitur ut à iudice iudicio educatur gladius, esse debet omninò nudus affectibus.

Sine ullo (nisi iustitia) affectu, debet esse iudex in iudicio.

Matth. 10. 10.

13 Sumit igitur indiscretè & sine iure gladium in sententiam, qui gladium habet & tunicam: tunicamque non respuit, qui in pectore oculos habet. Habet oculos sed sine lumine, quippe quam habet in pectore: & ut possit in iudicium accipere lumen; à pectore necessarium, quòd excutiat affectionem. In cæco à Christo illuminato patescit in lumen
Marc. 10. 50 quantum obstet affectio. *Proiecto vestimento suo exiliens venit.* A Christo utique cæcus illuminatur, verùm in visionem diligentiùs disponitur. Habebat oculos, sed non usus: habebat oculos, sed sine luce, sine ulla in lumen luminum sensatione: igitur ex iudicio quo sine sensu rationis oculus, iudex apparebit insensatus. Cæcus cæcum se cognovit; & nudus accessit, ut videret. Claret iudicum aörasia & medicina, ut iurè gladio utantur in sententia, non solùm vestimentis proiectis, sed vestimento, pectore penitùs nudo: igitur iudex non habet ad iudicium iudicium; ne proijciat è corde affectionum vestimentum. Hinc affectus dicuntur passiones, ut saltem propter dolorem expellantur à regione pectoris: igitur his rationis obicibus, cæcitatis voluptatibus, potiùs corda torquentur, quàm afficiuntur. Quod ruditatis in passione sacra, est commendatio iudicum in passione affectuosa. Illicò ut proposuit Christus, Apostolorum hebetatus est sensus. *Ipsi nihil horum intellexerunt: & erat verbum istud absconditum ab eis & non intelligebant quæ dicebantur.* Futuri qui iudices pavent ad vocem passionis: tunc enim plus intelligit ratio, ubi sine affectionum intellectu. *Passiones peccatorum*: vocat Paulus. Sine peccatis, raro cordi ingeruntur affectionum passiones: dicunturque passiones peccatorum, ut ex affectu constet iudicum præiudicium: equidem non solùm peccatum, sed summa in iudicio audacia; titulo iustitiæ defendere clara crimina. Quia occultus affectus non ideo obducitur color, nec splendescit error. Proijciantur igitur cuncta affectionum vestimenta, ut

Affectiones cruciant, dũ lactant.

Luc. 18. 34.

Rom. 7. 5.

Sit sine labe toga. Ovid.

DIDASCALIA VI.

Hæreticorum sapientia, ventosissima stultitia.

1 STulti namque facti sunt à scientia, in quam propensa ignorantia; igitur dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt; quippe in errores & errores dedunt gaudibundi cor: semper quidem discunt, sed nunquàm ad scientiam veritatis perveniunt; qui nolunt scire errorum scientiam esse sapientibus puram putam stultitiam: recipientes sanè in semetipsis sui pretium ac mercedem erroris; quippe plus lucidis tenebris stulteseunt, quò in veritatem magis illuminantur, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras: pompositate eximiâ vitis frondosa & opaca, pro fructu ferens tantùm & folia & folia.

Ierem. 10. 14. Rom. 1. 22. 2. Tim. 3. 7.

Hæretici quàm stulti.

Si

Castrod. *Si quæ dicta Sophon ventoso pectore fumant;*
Non nisi ventoso corda tumore gravant.

Taxat Marc. Senec. Præfat. in 1. lib. *Controv.* appositè: *Quid ergo? Unde hæc fama? Nihil* (infit) *est iniquius his, qui nusquàm putant esse subtilitatem, nisi ubi nihil est præter subtilitatem. Hoc fundamentum tot & tantis superstructis molibus obruebatur: & nescio, an maximum vitium subtilitatis sit, nimis se extendere. Magis nocent insidiæ quæ latent*: Fortiùs hoccine fundamentum arietat filius, *Epist.* 49. *Hi agere seipsos aliquid existimant. Quid te torques* (subdit) *& maceras in ea quæstione; quam subtilius est, contempsisse, quàm solvere?* Minùs stulteſcerent, si stultos semetipsos scirent. *Stultus est, & stultitia est cum eo*: dicitur de Nabalo. Idem aptissimè de hæreticis stultis stultissimis, quippè stultitia cum eis. Stulti duntaxàt essent si haberent errorem: sed stultitia etiam inhæret illis, & cum inflatione pectoris, crepantibus buccis; quippe erroris stultitiam, inclytam plaudunt pravitate sapientiam.

Marc. Senec.

Non est subtilitas, ubi subtilitas tantùm. Senec.

1. Reg. 25. 25.

Ioan. 1. 9. 2 *Erat lux vera* dicitur de Sapientia incarnata, quæ de cœlo descendit, ut homines eruditet. Lux est doctrina; & lux vera, vera scientia (de quo latè *Tautolog.* 11. *à n.* 25.) non apocrypha. Quo intuitu additur vera, si falsa non est doctrina? Ut signentur literæ hæreticorum in tenebris lucentium, quorum lux comprehensa à tenebris, atque caligine erroris: Christique doctrina dicitur vera in hominum illuminationem; quoniam quæ inducunt in errorum caliginem doctrinà falsà, sunt literæ duntaxàt lucentes ex apparentia. Lucere cæcis videntur, sed obscuriores quo lucent, & cæci obcæcatè vident. Unde quia illuminat Christi doctrina, dicitur vera; quippe hæreticorum falsa, quantunvis prolata fastu, quasi illi in lucem descendissent è cœlo. *Non enim abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem* (ait Augustin. lib. 2. *Evang. qq.* cap. 40.) *& iactantiâ sermonis ostentant.* Addit etiam in *Ioan.* tract. 45. *Innumerabiles enim sunt, qui se videntes non solùm iactant; sed à Christo illuminatos* (haud aliter Novatores) *videri volunt. Sunt autem hæretici*: equidem totum ad pretium titivilitium, quicquid iactant glotorantes uti pretiosum.

Literæ illorum apparentes.

Augustin.

3 Aptè cadit quod dicit Iobus de vera sapientia: *Non adæquabitur ei aurum vel vitrum*, de quo egi aliò *Tom.* 2. *T.* 3. *D.* 8. *à n.* 15. Quorsùm res ita dissonæ conferuntur unà veræ sapientiæ, tanquàm dissimiles & inæquabiles; quùm longè sint inter se à respectu æstimationis? Repellatur ergo vitrum: verùm aurum? Sapientiæ sane exponitur signum; *Quasi vas auri solidum.* Eccli. 50. 10. Quare igitur si signum in auro, in auro sapientiæ non ineſt similitudo? Haud expellitur à comparatione aurum, sed duntaxat aurum tanquàm vitrum. Hic expanditur in lucem vera sapientia cum doctrina heterodoxa: equidem cùm ubi doctrinæ falsitas, à phantasia iactabunda & pravitate pectoris detur pretiositas; simul in perfidis datur aurum & vitrum, quia quod duntaxàt vitrum exponitur tanquàm aurum. Aurum soliditatis est emblema: vitrum lucis apparentis nota: & ubi doctrinæ veræ in veritatis lucem ostenditur pretium, in doctrina erroris lucet vitrum tanquàm aurum; quin sit aurum, sed despicabile vitrum: equidem in lydio lapide veritatis doctrinà tactà, ut æstimentur vel proterantur momenta (Vernaculè: *Quilates*) exploratur profectò, multum habere apparentis splendoris, sed nihil soliditatis. Iob. 28. 17.

Exponunt tanquam aurum pellucens vitrum

4 Hagiographa, catholica vera doctrina est coticula Heraclia, qua auri aut vitri literarum micant momenta. Ibi videtur aurum aurum, vitrum vitrum. Quanvis mutetur color, patescit error: igitur fulgentes hæreticorum literæ adinstar auri, tanquàm vitrum attactum nullius momenti.

Furiosus erit, quem cepit vitrea fama. Horat.

Canit Horatius, 2. *Satyr.* 3. v. 222. Doctrinam hæretici extollunt, & uti splendentem plaudunt, quasi exquisita & singularia docentem, in mentium raram, pretiosam illuminationem, ut fugant è somno insipientiæ quiqui studeant veritati, pervia in scientias novà portà: verùm furiosi, quos cepit vitrea fama; quippequàm quam cogitabant avidi pretiosum aurum, fulgens tamen, verùm vitrum. Dicit idem 1. *Carm.* Od. 18. v. 14.

Nullius momenti, nec soliditatis.

——*Cæcus amor sui:*
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,
Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro. Idem.

Quæ non effutiunt tanquàm profunda, & illudusque incognita? Quæ sint dicit pervicacia, & indicat adiatrephia. Omnia

nia superiora conspiciunt, sed omnia uti inferiora despiciunt, nil dicentes sine amaritudinis felle; quoniam sine virtute impudentiæ, quæ dictant carent virtute. Cæcus dominatur amor, & præcipitatur furor, plus nimio præ gloria vana, in laudem tollentibus vacuum verticem. Siccine docendi methodus: sed qualis modus? In quolibet nutu ostenditur animus. Dicta immodicè, sed immodica quàm autenticè! quàm stomachice, quàm iactabundè, quàm turgidè, quàm inflatè! Ex viscerum arrogantia confecta est prosopopœia, ut fulgeat vitro lucidior, error & error; apud se pretiosior auro: at nullum datur pretium, etsi ab illis extollatur ut pretiosum: igitur ubi cogitabantur cunctarum disciplinarum conditæ gazæ, pro auro ac lapillis inventa fragmina vitri. Hinc debilitas, quæ solida illis videtur pretiositas, datis in reprobum sensum, atque intellectus captiverium voluntarium; quorum argumenta haudquaquàm à veritate fidei formidantur, quia tanquàm vas figuli uti vitrum confringuntur.

Cöditio arrogantia & insolentia.

5 Sunt illorum dogmata poma Sodomæ (de quibus latè agemus *Tautolog. seq. n.67.*) visu quidem ignaris peregrinis speciosa, extimâ cute pulcherrima; cæterùm non in esum, quippe vel digito tacta in favillaceam graveolentem fuliginem fatiscunt, atraque & inania in pulverem cineritium evanescunt. Quare Tertulian. in Carm. de *Sodom.* veri. 127. accinit:

Doctrina Sodomę poma.

——*Nusquàm illorum impia lucent:*
——*Hinc atro horrore favillæ.*

Tertulian.

Trahit seducens corda illorum perfidus error, quippequàm tantùm æstimatur color. Procede cautè: nimiùm ne crede colori: equidem si lucent impia, si apparent pulchra; duntaxàt in apparentia. Similes Vanello (Vulgò *Tontillo*) avi pulcherrimæ sed stolidæ demonstrantur hæretici. Adi Picinell. lib. 4. *Mund. Symbol.* n.636. Unde Gregor. Magn. 31. *Moral.* cap. 1. infit: *Pulchra & fatua. Hæreticam namque doctrinam nitore vidit eloquij resplendere, nec tamen sapientiæ apto intellectu congruere. Ideo ait:* Pulchra & fatua: *ideſt, pulchra & circunflexa locutio in sensibus mentis stultæ, cui ex eloquio aurum pendet, sed tamen ex terrenæ intentionis pondere, more Suis ad superiora non respicit.* Pulchra & fatua: *Ideſt doctrina hæretica: pulchra per verbum, fatua per intellectum.* Nec mirum: quicquid ab heterodoxis cogitatur & exponitur in ostentationem divitiarum, nil aliud nisi tempestas atque procella ventorum.

Et Vanelli pluma.

Prov. 11. 22.

Gregor. Magn.

6 Accidit hæreticorum credentibus, quod fictum ab Homero de Ulysis comitibus. Ab Æolo hic accepit præter Zephyrum cunctos ventos in utrem inclusos: at cùm sociorum avaritia arbitraretur abditum thesaurum, reclusum arctè irrequietum ventorum concilium; fractis ligulis, solutis ventis, pro gazis lactantibus stultam cogitationem, experti sunt turbulentam, horrisonam tempestatem.

In utrem procellosorum ventorum ligavit flatus.
Navi in cava alligavi utrem funiculâ splendido.
Socij autem ad se invicem loquebantur,
Et me suspicati sunt, aurumque, argentumque reducere, Homer.
Multa pretiosa, pulchra: videamus quænam illa sint,
Quantum aurique & argenti utri insit.
Utrem quidem solverunt: venti autem omnes eruperunt,
Et nos statim furens ferebat in profundum procella.

Ita Ulysses apud Homer. *Odyss.* 10. à v. 25. Haud secùs usuvenit in doctrina prava, quæ utres supramodùm inflat: equidem discipuli in magistris erroris haudquaquàm venerantur sapientes, sed tantùm inflatos utres. Diligunt dogmata voluptuosâ illecebrâ in corruptionem morum, super aurum & topazion; cuius opes duntaxàt in phantasia læsa, cerebri corruptâ medullâ, in mores similes inflatæ cogitationis. Unde dum proferendus thesaurus; erumpunt ventus & ventus, furens procella, tempestas horrida, glomerati nimbi, turbines magni, queis commoventur & naufragantur Respublicæ.

Et utres Ulyssi.

Egerit hic fluctus, æquorque refundit in æquor:
Hic rapit antennas, quæ dum sine lege reguntur, Ovid.
Aspera crescit hyems, omnique à parte feroces
Bella ferunt venti, fretaque indignantia miscent.

7 Sunt diversis coloribus chamæleontes, semper ad auram popularem hiantes, qui ventos poscunt & fumos vendunt.

Bipedes chamæleontes.

Semper hiat, semper tenuem, qua vescitur, auram

Re-

Reciprocat Chamæleon:

Alciat. *Et mutat faciem, varios sumitque colores,*
Præter rubrum & candidum,

Succinit ex Plin. *lib.* 8. *cap.* 33. & Solin. *cap.* 43. Alciat. *Emblem.* 53. ubi Claudius Minos subdit: *Color albus mentis integritatem, ut rubeus pudorem signat.* Quantunvis hæretici in speciem veritatis solicitent chamæleontes varios undique colores; aversantur rubrum & candidum, ut malignantium concilium: etenim expellunt candorem à pectore, atque ruborem à fronte. *Lamiæ nudaverunt mammas, lactaverunt catulos suos.* Catuli hæreticorum sunt auditores credentes, quia videtur externa doctrinæ speciositas, qua quasi uberibus lactatur voluptas: at miserè pereunt, siquidem seducti falsâ pulchritudine mammarum, lacerantur denique in mortem acuminibus unguium. Vide dicta *Tom.* 4. *Tautolog.* 13. à n. 2. Suaviter ducuntur quasi in pomum Fenelæ, in illecebras virulentæ lethalis & argutæ doctrinæ, uti in eximias inæstimabiles opes, rutilantibus præ dulcedine mammis, in quibus præparata vasa mortis: igitur idem in pomum rutilum huiusce sapientiæ extendere manum, ac in præcordia recipere telum. Diximus aliò hic *Tautolog. 6. D. 5. n. 8.* Confert. N. Berchorius & appositè isthos sycophantas argento. *Est metallum* (inquit lib. 11. *Reductor.* cap. 38.) *album & sonorum: veruntamen impressum corpori lineas nigras facit.* Unde Picinell. 13. *Mund. symbol.* cap. 1. n. 4. Argento apponit epigraphe: *Denigrat albens.* En pravæ doctrinæ effectus, dum sermo videtur albus & auri sonorus. Qualis nigredinis turpitudo, quando denigrat albedo? Patet animi hæretici intuitus, dolusque neglectus: equidem tinnitu percutiunt avidas aures, denigrantes corda sub pretiosi falsi apparentia candoris. *Sanies salamandræ lactea ore vomitur.* Lactea quidem: *sed inter omnia venenata* (inquit Plin. *lib.* 10. *cap.* 67. & *lib.* 29. *cap.* 4.) *scelus maximum est. Cætera enim singulos feriunt:.. salamandra populos pariter improvidos potest: nam si arbori irrepsit, omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint, necat.* Virus est, quod micat lac, eò nocentius quo coloratur virus: etenim inficit albedinem pectoris, sub perfida specie lactei nitentis candoris. Denigrat quæque tetigerit, venenat ubi requieverit. Oportet & hæreses esse, ut & qui probati sunt manifesti fiant: & simul excludantur ab orthodoxorum consortio, qui probati sunt argento.

Claud. Min. *Sine candore in pectore & sine rubore in fronte.*

Thren. 4. 3. *Similes lamijs.*

Et *statuæ Fenelæ.*

Berchor.

Picinell.

Cur argento?

Plin.

Et Salamandræ?

8 *Filij hominum usquequò gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* Est testimonium, hæreticorum speculum. *Evanuerunt* (inquit Paulus) *in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum*: equidem illorum cogitatio, cogitationes sine intellectu, exponentium tanquàm solidam veritatem, quæ in cerebrum vacuum ingressa per somnium, cogitationem: vanitasque dicitur, quod ut veritas stultis à stultis fastosè proponitur; quoniam ad phantasticam veritatem, sepulta veritate, effutiunt certatim vacuitates cerebri. Illorum aviditas tendit *in vanitates & insanias falsas.* Insaniæ dogmata sunt, sed insaniæ ad veritatem falsæ: igitur veritatem dicunt, cognitum propugnantes errorem, propter solam literarum vanitatem. Plus quàm veritas, illorum cerebrum stimulat vanitas: etenim propter vanitatem mendacium merum cognoscunt, & purum mendacium diligunt. Somniant, ut quod conceperunt corde & corde gravi, approbetur à mente; de cogitatione prosilientes in cogitationem, de falsitate in falsitatem, ostentantes dilectam stultitiam, quùm propensè curant ostentare sapientiam: igitur insipiens cor, & obscurata turpi caligine mens; quæ mendacium cognoscere renuit, quicquid mendacium cognoscit: imò gravi corde, in terrena tendente, defendit pertinaciter delirium, quod vacuum construxit cerebrum, quasi dictum per oraculum. Minime dicunt quod sentiunt, sed quod diligunt. Unde relinquentes adorandam veritatem, adorant, protervè errorem; quippe pro viribus docent ut solidum, quod primùm venit in cerebrum, quasi prima veritas direxisset in prava linguam & calamum. Hebr. pro *Vanitatem*, legit *Idola.* Confingit studiosè philautia, ut stet uti verum semel dictum, etsi falsum: idolaque designantur emotæ mentis, huiusmodi vanitatis cogitationes; quoniam somnij delirantium simulachra exponuntur veneranda, tanquàm Numina. Scena describitur à Stoico in *Excerpt.* 1. *Desideria naturalia* (infit) *finita sunt: ex falsa opinione nascentia, ubi desinant non habent: nullus enim terminus falso est. Veritati aliquid extremum est: error immensus. Si longè progresso semper aliquid*

Psalm. 4. 3.

Rom. 1. 21. *Vani, mendaces, amentes, vecordes.*

Psal. 37. 5.

Audacissimi.

Atque tendentes erroris.

Senec.

longius restat, scito, id naturale non esse. Vanam habes cupiditatem. An ex alio capite constat? Cuius interest, sedulò videat.

9 In Angelo metiente cœlestem, describitur hæreticus intendens metiri Ecclesiam militantem. Ne paveat. Eadem pascua habemus, misti sumus agni & hœdi. Ponunt hæretici nostra signa signa, ut lateat subtili argurià fallacia. Nulla falsa doctrina, quæ non intermisceat aliqua vera: quapropter lepra dicitur hæreticorum doctrina ab Augustino, quo supr. *Vera ergo falsis inordinatè permissa in una disputatione, vel narratione, tanquàm in unius corporis colore apparentia, significant lepram, tanquàm veris falsisque colorum fucis.* Angelus dicitur qui Ioanni loquebatur, & in illo inest hæretici typus; quippe sæpe ab illis summoperè debacchantis plauditur intellectus Angelicus. Intelliges modò cur dicat Psalmographus: *Mirabilis Deus in Sanctis suis.* Quorsùm *Suis*? Nequaquàm sanctus, ni fuerit eius. Utique, sed multi, qui non eius plauduntur sancti; nimirùm, ab hæreticis hæretici: equidem qui moribus & corruptelis verè dæmonium, extollunt cœlestem Angelum, habitantem in cœlestibus, qui æternis iacet mancipatus ignibus. Usquequaquè facit parrhesiastes Ioann. Saubert. de *Sacrificijs Veter.* Modò in testimonium.

Cur hæresis dicitur lepra?

August.

Psalm. 67. 36.

Et hæretici hypocritæ?

10 De metiente dicitur: *Habebat mensuram arundineam auream. Calamum aureum*: legit Haye. Aptè in calamum hæretici perscrutantis aurum doctrinæ orthodoxæ: equidem calamus qui ad aspectum videtur ex auro, est fragilis vana arundo; quoniam minimè scribit, quæ observat, nisi iuxta ventum, qui calamum quasi arundinem inclinat. Regula ad mensuram debet esse recta, haudquaquam plumbea: diciturque meditanter aurea arundo, non ex auro, quicquid calamo scribitur ab hæretico; quippe specie rectitudinis, mendacio illuminationis, uti arundo flatu flectitur, & vento inflationis rapitur. Hinc viscerum intumescentia, atque intolerabilis arrogantia, indicantium in scriptis infatuatam mentem: igitur dum curvatur calamus, intendunt exprimere rectitudinem. Hinc inde vertitur, ac in oppositа extrema circumagitur; quia arundo & nequaquam veritas, ubi doctrinæ instabilitas. Iurè dicitur à Domino hoccine importabile delirium, *propter malitiam studiorum vestrorum.* Abominabiles facti sunt in studijs suis, ducentes calamum iuxta desideria cordis, præut placet & displicet, præut expedit vel non expedit: etenim in studijs duntaxàt malitia exponitur, ubi doctrina tanquàm calamus flectitur. Ex regula prava constat affectus cordium, haudquaquàm rectitudinis studium, facta regulà ex arundine ad directionem conscientiæ: quandoquidem perspicua in studijs malitia, regulà dirigente, quæ dirigenda uti prava. Vide dicta *Tom.4. T.9. D.3. à num.12.* Hispanicè: *Ha de ser regla una caña?* Utique: huc properat studiorum malitia: nemini scilicèt displicere, doctrinam ad lubitum voluptatis metiri; ac per flexibilem calamum, astruere sanctum pravitatis studium.

Quare arundini confertur doctrina?

Apoc. 21. 15.

Ierem. 44. 22.

Sunt studia abominabilia.

11 Per arundinem, uti dixi alibi, tam apud Sacros, quàm apud Profanos, intelligitur sagitta. Appositè quidem: igitur propter malitiam studiorum, criminum illecebrarum, dum conscientias arundine metiuntur, & mentes prævaricantur; nullatenùs scientiæ proferunt rectitudinis propositum, sed in verbis & verbis telum & telum: iacent vulnerati, qui siccine maligniſsimè eruditi: quandoquidem quæ verba in aure, iacula acuta respiciuntur in corde. Molliti sermones ut oleum, & ipsi sunt iacula, quæ signant peracta vulnera: etenim nulla intensior sagittarum infectio, quam calamus ad lubitum versatilis, ut arundo. Accedamus cominùs proposito. Civitas dives describitur, uti sancta colitur, ubique fulget, veritate splendet. Hæreticus non credit ut aspicit, sed aspicit præut ille aspicere vellet: metiri intendit proprio calamo, quod miratur sub aspectu: & ubi claret veritas, præparat pro calamo acutissimas sagittas (quæ franguntur uti arundines, & evanescunt ut vacuæ cogitationes) siquidem Ecclesiam etiam mensurans telis & telis; velit nolit, describit immensas opes. De Olympo inquit Solinus, *cap.14. Primùm excellenti vertice tantus attollitur, ut summa eius Cœlum accolæ vocent. Ara est in cacumine Iovi dicata, cuius altaribus siqua inferuntur, nec diffiantur ventosis spiritibus, nec pluvijs diluuntur; sed volvente altero anno, cuiusmodi relicta fuerint, eiusmodi reperiuntur; & omnibus tempestatibus à corruptelis aurarum vindicatur quicquid ibi semel est Deo consecratum. Literæ in cinere* scri-

Hæretici habent pro calamo telum.

Etsi rumpantur, Ecclesiæ Catholicæ pulchritudinē fatentur. Solin.

Literarum signa in Olympo permanentia.

scriptæ usque ad alteram anni ceremoniam permanent. Literæ eminentes non sufflantur, quia docti non inflantur: ubi malitia in studijs evanescunt literati, tanquàm pulvis quem proijcit ventus à facie terræ. Nil mirum. Nihil Deo sacratum, quo mutantur & flectuntur ultrò citròque mentes tanquàm arundines, apparente studiorum malitiâ, in ipsa calami deaurati allicitivi apparentia. Arundines hæretici sunt, sequentes ventum & fugientes manum: ne qui insequuntur apprehendant, & præ levitate frangant. Iccircò huic inde fugiunt, quia huc atque illuc agitantur, quin in illorum pectore insit doctrinæ candor, nec in ore ferreo ex confusione rubor.

12 Floridè N. Cassiodorus. 5. *Variar.* Epist. 34. *Immemor promissionis suæ ad constituta semper imparatus occurrit, fugere quidem nescius, sed suæ sponsionis ignarus. Oblivioſus cùm relinquitur: trepidus cùm tenetur. Mutat verba, variat constituta; nec in una dicti sui qualitate contentus, diversis imaginibus immutatur. His permutationibus mens chamæleonti simillima reperitur; quæ dicti sui non habet fidem, quæ tot varietates continet, quot verba protulerit.* Ne pateſcat doctrinæ deauratæ falsitas, adinstar perfidi Protei cunctas mutatur in formas. Virgil. 4. *Georgic.* à vers. 405.

Cassiodor.

Conditiones hæreticorũ.

——— *Ubi correptum manibus, vinclisque tenebis,*
Tunc variæ illudent species, atque ora ferarum.
Fiet inde subitò sus horridus, atraque tigris,
Squamoſusque draco, & fulva cervice leæna,
Aut acrem flammæ sonitum dabit, &c.

Virgil.

Ita effugiunt, ne in veritatem aberrantes reducantur. *Quis hæreticorum astutias & fallacias* (ait Hieronym. lib. 2. *Contra Iovinian.*) *in opinionum varietate ac inconstantia nescit?* Nobiscum sunt, sed quia non colligunt nobiscum, collecta dispergunt, dissimulatà quoad speciem studiorum malitiâ, & colorata fallaciâ, qucis captatur fatuum cor; quia sunt nobiscum, & contra nos sunt: igitur idem proferunt sacrum eloquium, sed aversissimum sensum. Pravum est pectus. Dum apprehenditur, prematur. Coërceatur vinculis.

Hieron.

Summè instabiles, & perfidi.

——— *Quanto ille magis formas se vertet in omnes.*

Virgil.

Nullus ergo transeat, si modò in voce à veritate discrepat.

13 Tractus Iordanis & industria Iephte, ut hostes posset cognoscere, objicitur modò in cognitionem atque pœnam hæretici. *Nunquid Ephratæus es? Quo dicente: Non sum, interrogabant eum: Dic ergo Schibboleth. Qui respondebat Sibboleth, eadem literâ spicam exprimere non valens; statim apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Schibboleth* spicam, *Sibboleth* sonat onus. Longè sanè sensus in collisione vocis pro assensu mentis. Idem qui Ephratæi, ut possent transire, videbantur proferre; verùm tantùm videbantur, ideoque à transitu arcentur: quia debet plecti in vocibus convenientia, atque in sensu dissonantia. En genius hæreticorum, dum intercepti meditantur effugium. Hæreticus es? Respondet, Non. Dic ergo *Schibboleth.* Haud confitebitur veritatem, etsi habeat præ oculis mortem. Insita est pectori pravitas, ut lateat veritas: igitur vel volentes proferre, quæ interrogantes in illorum cognitionem proferebant, ex pravitate congenitâ sensum vocis permutabant. Iugulentur continuò, ne transire possint, qui tantùm curant effugium: equidem malignè, presi solicitant transitum; ut possint tutò reformare bellum. *Studium eius prohibere debebat, quia regi non poterat:* dixit de Latrone Porcio Rhetor Seneca in Præfat. lib. 1. *Controvers.* Ambitioſi, atque doctrinâ elati, difficilè subduntur regimini. *Hi autem* (subdit Augustin. d.) *tam vitandi sunt Ecclesiæ; ut si fieri potest, longiùs remoti.* Omninò vitandi: equidem studium illorum (cùm pravè malitiæ studeant) titulo ædificationis ut cuncta corruant.

Iudic. 12. à v. 5.

Presi quærunt effugium in bellum.

Marc. Seneca.

Augustin.

14 Decreverunt filij captivitatis iam reduces erigere Domino templum, qui quidem gloriosè confregerat iugum, institutâ insigni solemnitate sub Principe ac duce Zorobabele. Audierunt ergo hostes illorum, ideſt, Samaritani, qui hæretici, solùm ex lege amplectentes Pentateuchum, ut obſervat Alapid. dixeruntque ad Principes Iudæorum: *Ædificemus vobiscum, quia ita ut vos quærimus Deum vestrum.* Renuerunt Hebræi, nec morà respondentes: *Non est nobis & vobis, ut ædificemus domum Deo nostro, sed nosipsi soli ædificabimus.* Magis tuti, dum incomitati. Si ædificium sacrum commune bonum, quare accedentium

1. Esdr. 4. 2.

Vers. 3.

Sub specie religiositatis sunt impugnatores Religionis.

tium ultrò aversantur obsequium? Quia hæretici cupiebant esse comites; & nequibat erigi ædificium cum hæreticis: igitur subdolè incumberent totius ædificationis ruinæ sub simulatione obsequij. Cùm illis ædificare cupiebant, ut adversarentur illis: seròque cognosceretur damnum, si à rectis ruina crederetur officium. *Siderites lapis à contemplatione ferri nihil dissonat, verum maleficus* (inquit Solin. cap. 40.) *quoquò inferatur, discordias excitat.* Idem Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Aptè. Pro lapide in templi ædificationem hostes callidè ingererent Sideritem; invenirentque in destructionem ferrum servitium ædificantium: cautèque removent orthodoxi heterodoxas suppetias, quippe duntaxàt iuvarentur in discordias. *Unus ædificans & unus destruens, quid prodest illis nisi labor?* Haud crescèret ædificium, diverso intuitu laborantium: iureque repelluntur à templi ædificatione, qui templi studebant ruinæ; quoniam per adiuvantium simulatum consortium, tantis laboribus laborarent in vanum. *Non est nobis & vobis, ut ædificemus.* Nos vobiscum, nequaquàm ædificabimus: igitur ficto studio religiositatis, in exterminium duntaxàt laboratis Religionis. Patuit animus pravus, dum expulsus adiuvantium cœtus: igitur quam arte evertere non potuerunt, ædificationem coram Principe accusarunt. Hinc *Ædificantium unusquisque gladio erat accinctus: una manu faciebat opus, & alterà tenebat gladium.* Non in ædificationem ingredi cupiebant ad fabricam, sed in templi sacri atque murorum ruinam: dicente exitu cordis propositum, quando necesse erat, in illos & promptè educere gladium. Vide Bernard. in *Cantic.* serm. 65. & 66.

Solin.

Siderites lapillus cuiusnam conditionis?

Eccli. 34. 28.

Societas mala removêda.

Ubi supr. v. 6. 2. Esdr. 4. 17. 18.

Piscis Festini natura.

15 De pisce Festino legi, dici ab Æliano, in ore eius aquam maris dulcescere, accedereque ut bibant cæteros, quos continuò devorat. Appositа similitudo hæreticorum, in quorum ore quę amara voluptati, dulcescunt, ruptis Evangelij, imò naturæ repagulis, structis subdolè illecebris, ut fatuorum stultum capiatur cor, & loquentes perversa abducant discipulos post se: verùm apparent gustatà dulcedine, in accedentes rapaces lupi, non parcentes gregi. Præfata apud Ælianum non vidi, sed lib. 14. *Histor. Animal.* cap. 27. inveni rem aptiorem proposito Didascaliæ. *Cynospastus* (inquit) *herba est. Hæs per diem inter cæteras herbas* (*à quibus nec minimum quidem differt*) *delitescit, nec ullo modo agnoscitur: nocte verò stellæ instar lucens, & igneo splendore coruscans facilè in conspectum venit. Itaque signo ad radices eius defixo discedunt; absque eo neque colorem eius interdiù, neque speciem cognituri. Nocte iam exacta adventant, & herbam ex signo agnoscunt: evellere verò, aut circunfodere tantùm, cavent. Primùm enim qui eius naturæ imperitus, eam attigit, periisse ferunt. Canem igitur iuvenem adducunt diei spatio famelicum, & funiculum validum artissimè ad inferiorem herbæ stipitem vinctum, cani etiam alligant, & carnes assas multas ei obijciunt, quàm longissimè possunt interim recedentes. Canis nidore motus, impetu ad carnes fertur, & herbam radicitùs eruit: cuius radices si Sol viderit, canis mox spirat, & secretis quibusdam ceremonijs, utpote in illorum gratiam extinctus, sepelitur.* Patescit symbolum doctrinæ heterodoxorum: noctu lucet, ad lucem non splendet, estò quærat splendorem. Qui malè agit, odit lucem; ut non arguantur opera eius. Summum in illa virus, etenim vel tacta nocet, atque tangentem interficit. Avellenda profectò, tùm ne luceat, cùm ne noceat, quippe hominibus imperitis coruscans pestis. Quid ergo faciendum? Eligatur canis insignis, uti S. Dominicus, & Martyr Petrus; qui quidem propensè instabit, vel dispendio vitæ evellet, non solùm ut tenebrescat, sed nec appareat.

Herbæ Cynospasti conditio & collectio.

Ælian.

S. Dominicus & Petrus Martyr hæreseon evulsores.

16 Frequens hæreticorum studium simulare venenum, effundereque fictas scintillas lucis, ut cæcutiant homines. Ostendunt rosas, ut figant spinas, sicut Iudæi illudentes Christo adorationis prætextu, assumpto calamo, quo caput ipsius vaferrimè percutiebant, & tunc sentium mucrones in intima penetrabant. *Percutiebant caput eius arundine, & ponentes genua adorabant eum.* Calamus agitatur, Christus percutitur, & specie adorationis, pungitur dolore vulneris. Perpropriè hæretici dicuntur calami, in aquis quippe arent, in arido virent.

Hæreticorũ calliditas.

Marc. 15. 19 Matth. 27. 29.

Quæ medijs in aquis aret fluvialis arundo,
In medijs campis imbre rigata viret.

Castrod.

Nullus accedat, qui vivere cogitat; igitur inveniet venenum, quod præsumpsit uti cibum. *Carnem quæ à bestijs fuerit præ-*

Exod. 22. 31.

præguſtata, non comedetis; ſed proijcietis canibus: dum cogitat paſtum in vitæ levamen, deguſtavit peſtem. Sigiſmundus Primus Rex Poloniæ depinxit in ſymbolum librum ſuper quem humanum cranium, hocque ſupra lampadem; ſuppoſuitque epigraphen: *Pravo iudicium.* Adi Iacob. Typotium *in Iſag. ad Symbol.* Octav. Strada, *tom.* 1. fol. 36. Vigilanter expreſsit, quicquid ſtulta ſapientia hæreticorum continet: etenim quod plauſu videtur emittere lucem, lucidè ducit in mortem, invenientibus lectoribus in libris Averni tenebras, dum cogitabant invenire literas. Taxat Seneca Rhetor invehens in Labienum. *Illius* (ait in *Præf. lib.* 5. *Controv.*) *libertas tanta, ut libertatis nomen excederet: quia paſsim ordines homineſque laniabat, Rabienus vocabatur. In hunc primùm excogitata eſt nova pœna; ut omnes eius libri incenderentur. Res nova & inſueta, ſupplicia de ſtudijs ſumere. Bono herculè publico, iſta in pœnas ingenioſa crudelitas inventa eſt. Sunt Dij immortales lenti quidem, ſed certi vindices: & magna exempla in caput invenientium regerunt. Quæ vos, dementiſsimi homines, tanta vecordia agitat? Conquirite in voſmetipſos nova, quibus pereatis: & ſi quid ab omni patientia rerum natura ſubduxit (ſicut ingenium, memoriamque nominis) invenite quemadmodum perducatis ad eandem rem corporis mala.* Subditque ſententiam Caſsij Severi, illo tempore quo libri ex S. C. urebantur. *Nunc me, inquit, vivum uri oportet, qui illos edidici.* Haud neceſſaria expoſitio: quid hæreticus, diſcendum ab hæretico. Ovven. *lib.* 3. *Epigram.* 83. ſuccinit:

Aurum Virgilius de ſtercore colligit Ennij:
Ex auro ſtercus colligit hæreticus.

Typot.

Lucent, ut pecent.

Marc. Senec. *Comburantur.*

Ovv.

TAU-

TAUTOLOGIA NONA.

SCIENS SCITO. 2. Reg. 28. v. 1.

EXPOSITIO LITERÆ.

IMUS præcedenti Pleonasmo de Stultitia, ut in præsenti eluceat magis ac magis scientia. Huiusmodi argumentum Franciſco Sanctio, profeſsione Medico, quasi scriberet de sua profeſsione, videbitur de subiecto non supponente: equidem enthusiasmo singulari libellum edidit nobiliſsimà fronte, nimirùm: *Quod nihil ſcitur.* Neſcio, quorsùm oleum & operam perdidit, eruens è ſepulchro oblivionis oſſa putida Metrodori, & Cleanthis. Si nihil ſcitur, neſcit quod ſcripſit: perperàmque ſcibilium aſtruitur neſcientia, arguente merà ignorantià. Scientià ius erat probare theſim; & dum probat, ſeſe indigitat ignorantem: aliàs ſi ſciret, ſcitum proculdubiò demonſtraret; tunc-que ſuiſmet ſeſe argumentis irretiret: ſiquidem ſi aſtruit deſtruit argumentum: nihilque in argumentum dicit, ſi non aſtruit. *Scire tuum nihil eſt?* Vel dum ſcis nihil ſcire (uti Socrates) ſcientia indiges.

Franc. Sãct.

Aliquid ſcitur & ſcientificè.

Denique nil ſciri ſiquis putat, id quo neſcit,
An ſciri poſsit, quo ſe nil ſcire fatetur.
Et tamen hoc quoque uti concedam ſcire, at id ipſum
Quæram quam in rebus veri nil viderit ante,
Unde ſciat, quòd ſit ſcire & neſcire viciſsim,
Notitiam veri, quæ res, falſique crearit,

Perſ.

Ait Lucret. lib. 4. de *Rer. natur.* à v. 469. Nil ſcis, & ſcis nihil ſcire? Laberis. Tamen excuſandus: loqueris utique de Medicina, quia de ſingularibus non datur ſcientia. Argumentum igitur, *Quod nihil ſcitur*, intelligendum eſt, quòd nihil ſcitur plenè, ſeu perfectiſsimè. Unde Ovvenus, *lib.* 2. poſter. *Epigramm.* 34. accinit:

Etſi non plenè.

Vulcani formoſa Venus, Iovis inclyta Iuno
Uxor erat: nulli nupta Minerva viro.
Cur ita? Pallas enim, cùm ſit ſapientia, nulli
Nubere vult homini: cur? Quia nemo ſapit.

Ovv.

Audi (inquit Seneca, *Epiſt.* 88.) *quantum mali faciat nimia ſubtilitas, & quàm infeſta veritati ſit. Protagoras ait, de omni re in utramque partem diſputari poſſe, Nauſiphanes ait, ex his quæ videntur eſſe, nihil magis eſſe, quàm non eſſe. Parmenides ait, ex his quæ videntur, nihil eſſe in univerſo. Zenon Eleates omnia negotia de negotio deiecit: ait, nihil eſſe. Circa eandem ferè Pyrrhonij verſantur, & Megarici, & Eretrici, & Academici, qui novam induxerunt ſcientiam, nihil ſcire. Hæc omnia in illum ſupervacuum ſtudiorum liberalium gregem conijce. Illi mihi non profuturam ſcientiam tradunt, illi ſpem omnis ſcientiæ eripiunt. Satius eſt, ſupervacua ſcire, quàm nihil. Illi non præferunt lumen, per quod acies dirigatur ad verum: hi oculos mihi effodiunt. Si Protagoræ credo, nihil in rerum natura eſt, niſi dubium. Si Nauſiphani, hoc unum certum eſt, nihil eſſe certi. Si Parmenidi, nihil eſt, præter unum. Si Zenoni, nec unum quidem. Quid ergo nos ſumus? Quid iſta, quæ nos circumſtant, alunt, ſuſtinent? Tota rerum natura umbra eſt, aut inanis, aut fallax. Non facilè dixerim, utrùm magis iraſcar illis, qui nos nihil ſcire voluerunt; an illis, qui ne hoc quidem nobis reliquerunt, nihil ſcire.* Vide, qui fuerint, apud Iuſt. Lipſ. tam hìc, quàm lib. 2. *Manuduct. ad Stoic.* diſſertat. 4. Galen. lib. 2. de *Temperament.* Cicer. de *Finib.* Adrianum Iunium, *Centur.* 6. *Adag.* 59. & Diogen. Laert. de *Vit. & dogmat. Philoſoph.* lib. 9.

Deliria circa ſcientiam priſcorum Philoſophorum.

Senec.

2 Scientiam eſſe, conſtat ex Sacra pagina, nec ullus ſani capitis inficiabitur. Ali-

qui

qui cor signarunt scientiæ situm, cùm proculdubiò sit cerebrum. Cor sedes dicitur animæ, & ab illo exire cogitationes; quia è corde exeunt vitales spiritus, ut animales in cerebro, deserviant intellectionibus, uti diximus *Tautolog. præc.* n. 38. Cor enim subministrat spiritus & vitalitatem intellectui ad cognoscendum & voluntati ad amandum. Unde cùm voluntas applicet intellectum in obiecta, sedesque voluntatis utcunque dicatur cor, quia quod volumus ex corde volumus, & cordi est, quod rationales cupimus; ideo cordi tribuuntur cogitationes, verùm latè loquendo: igitur propriè in corde neque mens est, nec voluntas, sed tantùm in anima, cuius thronus in cerebro, quo in loco reflexione ad phantasmata operatur intellectionem, habetque varia obiectorum cogitamina: quæ quidem amplectitur, vel respuit cor, idest, voluntas, præut proponuntur in amorem, vel in odium. Anima autem in toto corpore est, præut organa poscunt. *Anima est spiritus nobis innatus, per totum corpus* (ait Crysippus) *quoad vitæ habilitas in eo extiterit, diffusus ac permeans. Ex huius igitur partibus, quæ singulæ singulis membris dispensatæ sunt; eam, quæ ad arteriam asperam pertingit, vocem esse dicimus: quæ ad oculos, visum; quæ ad aures, auditum; quæ ad nares, olfactum; quæ ad linguam gustatum; quæ per totam carnem æquabiliter spargitur, tactum, &c.* Partes animæ dicit, quas rectè loquendo facultates nominamus: quarum princeps, in qua reliquæ conveniunt, & à qua pendent, in cerebro collocatur, quasi in solio. Ambigit Seneca. *Nos quoque* (ait *Epist.* 121.) *animum habere, scimus: quid sit animus, ubi sit, qualis sit, & unde, nescimus. Qualis ad nos pervenit animi nostri sensus, quanvis naturam eis ignoremus, ac sedem; talis ad omnia animalia constitutionis suæ sensus. Necesse est enim id sentiant, per quod alia quoque sentiunt: necesse est, sensum eius habeant, cui parent, à quo geruntur. Nemo non ex nobis intelligit esse aliquid, quod impetus suos moveat: quid sit illud ignorat. Conatum sibi esse scit: quid sit, aut unde sit nescit.* O magister barbare! Tete nescis.

An cor sedes animæ?

Chrysyph.

Animæ in toto corpore facultates.

Senec.

Quomodò animi habetur & scientia & ignorantia?

3 Cartesius delirando respondet: nimirùm, animam, à qua animus, subsidere in parte cerebri humani, quæ dicitur *Glandula pini*, quam duntaxàt informat, machinam corporis inde regendo, sed nullas illius partes informando. Gloriatur de inventione, verùm priùs dixerunt Academici rancidi: equidem asserebant, animam sensitivam & vegetativam corpori humano adhærere propriè formam; verùm rationalem haudquaquàm, nisi ut matricem, à qua corpus regeretur perinde ac navis à gubernatore. Aptè possumus dicere illud Plauti, in *Bacchid.* Act. 4. scen. 6. v. 27.

Cogitatio Cartesij ludicra quia duntaxàt cogitatio.

Benè navis agitatur, pulchrè hæc confertur ratis,
Rationalis anima est res undique lucida, est res undique obscura: est media quoque tùm lucis compos, tùm cassa. Mens siquidem est lumine plena, irrationalis anima potiùs vacua. Partem habet luminis intellectualis, parte caret. Anima propriè homo est, quæ corpore tantùm instrumento utitur, licèt virtute divinâ sibi copulato, tamen eo currente manet, manente currit: clausis oculis videt, apertis interim cæcutit: quiescente operatur, operante quiescit. Hæc & alia ludicra videris apud Maiolum, *Tom.* 5. *Colloq.* 2. Utrorumque risibile cogitamen, & parùm tutum in fide; quippe decretum in Concilio Lateranensi & Viennensi, verè, per se & essentialiter animam immortalem, simulque rationalem, humani corporis esse formam, constituentem hominem in esse specifico; quod quidem impossibile, ni illa uti forma totum corpus informaret: sub eo maximè gradu ex forma hominis, per quem homo differt à cæteris animalibus: ab hisque differt, quatenùs rationalis est, per formam, principium operationum, quæ hominis propriæ. Si tantùm esset in glandula pini, non esset forma totius, sed partis, & anima rationalis indivisibiliter est tota in corpore toto, & tota in qualibet parte. Nulla enim pars est in corpore humano, cui genus aliquod sensationis non competat, quæ quidem sensatio aliunde nequit provenire nisi ab anima, ibi uti formâ informante. Ita dicitur Proverb. 20. 12. *Aurem audientem, & oculum videntem.* Quo ergo oculus videt, & auris audit? Animâ prorsùs, cuius in sensationibus corporis sunt facultates: facultatesque formæ nequeunt existere in organis sine forma. An quia ut videat oculus, & audiat auris, sat principium movens extrinsecè sensuum operationes? Nugæ. Siccine, ferrum motum ad præsentiam magnetis esset vivens, sicut oculus ad præsentiam & non ad informationem animæ. Vita est motus à se, qui nequit esse in moto à magnete ferro, nec in horologio; cum abeat forma motus naturalis principium, quæ non abest in corpore hominis.

Plaut.

Platonici.

Anima corporis hominis forma.

Et in toto corpore.

4 Similitudo gubernatoris navis impropria tanè videtur: tùm, quia ex illo & illa

non ſit unum per ſe, ſicut ſit ex anima & corpore hominis : tùm , quia gubernator eſt tantùm in parte navis, non in tota nave ; & non per ſe, ſed per alios alia munia exercet : aptiùſque , alij exercent, & non ille, niſi gubernaculum. Deinde illi operari poſſunt , quin ille operetur , nec iubeat operari ; ſiquidem ſinguli in ſuum opus , quod poſſunt ſine illo facere , & etiam cum illo omittere ; quoniam cunctorum voluntarius motus. Anima autem eſt tota in tota corporis nave, per ſe exercens in quolibet membro naturales operationes , ſeſe movens & alia , quin voluntarius ſit viſus in oculo & auditus in aure. Unde ſi nullum inconveniens invenit Carteſius , ex eo quod informet anima rationalis pini glandulam ; quodnam igitur erit ex informatione totius corporis , cùm illius ſit forma ſpecifica, qua homo dicitur rationalis ? Rationalis utique non eſſet , ſi in pini glandula ſederet , ſicut nauclerus in clavo navis : equidem navis rationalis non erit , quia regitur à rationali , in clavo ſedente. Navis intellectiva non eſt , neque eſſe quit : homo autem intellectivus eſt , quia regitur ab anima rationali intellectivà, hominis per ſe , & eſſentialiter ſpecificà formà. Denique , corpus hominis à Carteſio dicitur vivens ex præſentia animæ à glandula pini machinam corporis organizatam moventis. Unde ſi Angelus eſſet in aſſumptitio corpore, illud corpus eſſet vivens ſine forma viventis , ex præſentia duntaxàt motoris Angeli : quod quam abſurdum vel inſipienti patet. Hoc igitur intuitu Raphaël dixit, *Tob.* 12. 19. (cùm priùs inventus fuiſſet ut iuvenis ſplendidus , ſtans præcinctus & quaſi paratus in iter) *Videbar quidem vobiſcum manducare & bibere.* Carteſius , ni deſiperet , nihil ſe ſcire ſecum cogitavit. Vide Suar. lib. 1. de *Anima* , cap. 12. Appoſitè Auguſtin. lib. de *Spirit.& anim.*cap.4. *Senſus verò unus eſt in anima , & quod ipſa : & cùm corpus non ſit, corporeus dicitur,quia corpus tranſcendit, vel quia à corporeis exercetur inſtrumentis. Unde & ob numerum inſtrumentorum quinquepertitus dicitur, cùm intus non ſit niſi unus:veruntamen propter varia exteriora variatur,& variè nuncupatur:dicitur namque ſenſus,imaginatio,ratio, intellectus, intelligentia: & hæc omnia in anima nihil aliud ſunt , quàm ipſa , aliæ & aliæ proprietates inter ſe propter varia exercitia ; ſed una eſſentia rationalis , & una anima , proprietates quidem diverſæ , ſed eſſentia una. Secundùm exercitium multa ſunt ; ſecundùm eſſentiam verò , unum ſunt in anima , & idem quod ipſa.* Hæc una eſt, quæ corpus vivificat, regit, moderaturque , atque illud varijs actionibus inſtruit , multiſque munijs exercet. Quare ex multiplici effectu diverſiſque operationibus varias appellationes ſortitur. Vocatur *Anima* , dum corpus animat, vitaque informat. Dum ſcientià ornatur,ac iudicandi peritiam exercet,*Mens.* Dum recolit , aut reminiſcitur , *Memoria.* Dum ratiocinatur , ac ſingula diſcernit, *Ratio.* Dum contemplationi inſiſtit , *Spiritus.* Dum ſentiendi vim obtinet , *Senſus:* quæ omnia animæ officia ſunt, quibus potentiam ſuam declarat , ſuaſque operationes exequitur. Hæc in celſiſsima parte corporis collocata , cœloque proximà , vim ſuam in reliquas partes efficaciter diffundit ; ſed tanquàm corporis forma. Unde Ambroſ. libell. de *Dignitat.homin.* poſt Exaëmer. cap.2. inquit : *Anima in ſuo corpore ubique tota viget, vivificans illud,movens & gubernans: neque enim in maioribus corporis ſui membris maior & in minoribus minor; ſed in minimis tota , & in maximis tota.* Patet iam, iacetque error Carteſij, ſimulque Chalcidij Priſci Philoſophi , qui apud Nicol. Nancel. *Microc.ad Macroc. analog.* lib.4. cap.11. Problem.5. de anima dicit: *Anima, cùm ſit ſimplex, non habet quantitatem dimenſivam, ſed virtualem : ideoque ſecundum eſſentiam non eſt in toto corpore, ſed parte determinata, ideſt, centro cordis. Unde ſine ſui diſtenſione virtutem influit toti corpori, ipſumque ſibi unitum ſenſificat , vivificat, movet: & ſicut aranea, quæ in medio telæ ſuæ centro poſita, extrema tuetur, & percurrit, in prædam ſemper intenta.* Ruſtica, vapida , inſipida profectò comparatio : urbaniùs Carteſius confert phaſelli nauclero.

Non in glãdula cerebri.

Nec ſicut gubernator in navi.

Tob.12.19.

Auguſtin.

Munia animæ rationalis, & nomina.

Ambroſ.

Chalcidij delirium. Nancel.

Ille ſupercilium tollens & vendere nugas.
Ac medium digitum conſuetus porgere vulgo.

Timon.

Uti dixit Timon de Menedemo, apud Illuſtrium, ſeu Heſychium Mileſium, de *Philoſoph.vit.* liter.*M.*

5 Non ergo de ſede animæ (cùm ſit tota in toto corpore) ſed de ſede mentis fit diſſertat. *Dicunt aliqui* (ait Hippocrat. lib. de *Corde*) *quòd corde ſapimus , & quòd hoc eſt , quod angitur , & curam gerit.* At totum hoc à ſpiritibus animalibus è cerebro effluxis. Videſis dicta *Tautolog.*8. *n.*43. *Sapientiam* (ſubdit Nancelius , loc.cit.) *non à corde , non à phrenibus , ſive præcordijs , ſed à cerebro pendere. Ex nulla aliâ*

Hippocr.

no-

nobis parte voluptates contingunt, & lætitiæ & risus & lusus, quàm ex cerebro: itemque mœrores & anxietates, tristitiæque, ac eiulatus & querelæ: & hoc sapimus maximè, atque intelligimus, & videmus & audimus & cognoscimus turpia, honesta, mala & bona, iucunda & iniucunda. Ubi sedes insipientiæ, ubi sapientiæ theatrum. Haud cerebrum arbitror discursivum; sed cuius complexione perfectà, animus expeditè rationales operationes exercet. Iccircò mens collocatur in cerebro. Anima, qua vivimus, fonte vitalitatis à corde: animus, quo cognoscimus, profectò a cerebro, ubi sensus, & voluntarijs motibus inest origo. Ibi enim, & non in corde, nervorum principium; quod quidem liquet nervis præcisis (ut videtur in anatomica sectione) spirituum receptaculis. Ubi est nervorum origo, ibidem & animæ principatus. In cerebro ergo sedet, à quo profectò origo nervorum. *In eo* (infit Galtruch. *Physic. particul.* p. 2. tract. 3. disput. 2. cap. 7.) *spiritus animales elaborari, & per nervos, quasi per canales, inde ad organa sensuum, aliasque ad partes emitti. Huic facultati nullus alius in corpore locus idoneus assignari potest, nec alium in finem comparatum est cerebrum. Ibi origo nervorum, per quos omnis animalitas fluit ad omnes corporis partes; ipsumque animal fit sensus motusque expers vel læso, vel obructo cerebro.* Cor pro mente aliquando usurpatur. Cicero de *Finib.* inquit: *Cor sapere traditur.* Aristotel. lib. 3. *part. animal.* cap. 4. & 10. *Cordi inest prudentia.* Lactant. de *Opificio Dei*, Cor *sapientiæ domicilium* dicit. Idem Hieronym. *Epist.* ad Fabiolam. Homer. 7. *Iliad.* v. 307.

Iupiter eripuit tunc illi è pectore mentem.
Ast hoc consilium, prudensque in pectore mens est.

In Biblijs passim: Isai. 46. 8. *Redite prævaricatores ad cor.* Ierem. 12. 11. *Nullus est, qui recogitet corde.* Interdùm pro voluntate. Matth. 15. 8. *Cor autem eorum longè est à me.* V. 19. *De corde exeunt cogitationes.* At ibid. cap, 22. 37. assignantur singulæ potentiæ rationales. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Ideſt* (subdit Ambros. loc. cit. n. 4.) *ex toto intellectu, & ex tota voluntate & ex tota memoria.* Hæ sunt vires animæ. *Secundum interiorem hominem* (ait Bernard. in lib. de *Anima*, seu *Meditat.* cap. 1. n. 2.) *tria in mente mea invenio, per quæ Deum recolo, conspicio & concupisco. Sunt autem hæc tria, memoria, intelligentia, voluntas sive amor. Per memoriam reminiscor, per intelligentiam intueor, per voluntatem amplector.* In his igitur potentijs existit *scientia animæ*, de qua nobis præsens dissertatio.

Nancel. — *Mens in cerebro.* — Galtruch. — *Cor pro mente.* — Homer. — *Pro voluntate.* — Ambros. — Bernard.

6 Siccine operæpretium est, scientiæ acceptiones referre. Aliquando scientia latè accipitur pro qualibet cognitione certa rei intellectæ; & aliquando prout dividitur contra intellectum; quatenùs tunc scientia sit conclusionum, & intellectus principiorum ad scientiam. Aristotel. lib. 1. *Poster.* à text. 42. Scientia interdùm dicitur collectio specierum ordinatarum in cognitionem. D. Thom. in 3. *Dist.* 14. Etiam sumitur pro assimilatione intellectus ad rem scitam per speciem intelligibilem, que est similitudo rei intellectæ. Idem, 1. *p. q.* 14. *art.* 2. *ad* 2. Propriè, est rem ratione, & per causam cognoscere: quæ cognitio dicitur clara & evidens, igitur res intimè penetratur, cùm rationes essentiales, & principium à quo est, & finis propter quem est, cum eius proprietatibus cognoscuntur perspicuò. Hinc scientia dicitur habitus demonstrativus, vel cum certitudine in cognitione (Aristotel. quò dudum, *text.* 5. & 1. *Metaph.* cap. 1. ex quo Pavon. p. 2. *Natur. Theolog.* n. 248.) quatenùs, scilicèt scientia est demonstrationis effectus; sumpta scientiâ pro iudicio certo, ex antecedente iudicio evidente, deducto. Idem, *num.* 394. Quandoque scientia usurpatur pro notitia, qua scimus. Unde necessaria sunt potentia cognoscitiva, obiectum & nexus utriusque: D. Thom. de *Verit.* q. 1. *art.* 9. Tuncque dicitur scientia, certitudo de agendis, ut illud Pauli, 2. Cor. 8. 7. *In omnibus abundatis scientiâ*: & cap. 11. 5. *Et si imperitus sermone, sed non scientiâ.* Hac in acceptione *Scitum* sumitur pro *Notum*, & *Scientia* pro *Notitia*: quod quidem proprie non est, scire, sed discere: ac per disciplinam, quæ est receptio speciei in cognitionem, ab alio aliquid ignoranti manifestatæ. D. Thom. 1. 2. *q.* 4. *art.* 1. *in corp.* & *Metaph.* lib. 4. lect. 5. Hac de causa cùm per sensus constat speciei illatæ certitudo, late dicitur scientia: tuncque *Scio*, ideſt est ac *Sentio, audio, video.* Unde Donatus in illud Terent. in *Andr.* Act. 1. scen. 1. v. 13. *In memoria habeo*, subdit: *Quasi dixisset, Scio.* Audio scilicet quæ dicis. Hinc propriè scientia, si notitia accipitur activè: metaphoricè tantùm, modò accipiatur passivè; qua

Acceptiones scientiæ. — *Quid sit disciplina?* — Donat.

Isidor. de causa Isidor. lib.1. *Differentiarum* lit. *S.* subdit: *Scire est, reddere rationem, quam noveris: Nosse, referre tantummodò, quod audieris.* Astruit Manil.1.*Astron.* cap.1.v.16.

Manil. *Quod solùm novisse, parum est: impensiùs ipsa*
Scire iuvat magni penitùs præcordia mundi.

Donat. Donatus loc.cit.in illud, v.26. *Scire posses, aut ingenium noscere*; infit: *Scimus, quod certum est: noscimus, quæ adhuc incerta desideramus.* His præmissis scientiæ acceptionibus: faciliùs ducemur in expositionem genuinam Tautologiarum.

1.Reg.28.1 7 *Sciens scito*, & *nunc* (dixit Achis ad Davidem) *quoniam mecum egredieris in castris tu, & viri tui.* Fugerat quidem Saulem inclytus virtute & armis David, quærens victor salutem ex inimicis victis, nimirùm, allophilis, regnante, simulque regente apud hos Achis: qui tunc validos, maximosque delectus militum congesserat in populum Israël, ductore huius copiarum Saule Rege, commilitonibus filijs. Cùm ferè utriusque exercitus mutuò in procinctu esset, & classicum expectaret; Davidi, qui illa in expeditione sub allophylo merebat, dixit Strategus exercitus incircuncisi: *Sciens nunc scito*, quòd mecum tu cum tuis egredieris in castra. Fidem illius sciebat, quem Rex in suam receperat fidem. Hoc ferè in articulo dixit ille alius, apud Terent. in *Phormion.*Act.4. scen.1.v.15.

Terent. ——— *Ego meorum solùm sum meus.*
Te mihi fidelem esse æquè ac egomet sub mihi, scibam.

Oratio Achis ad David. *Sciens scito*, quòd egredieris. Longè à iudicio tuo mea est sententia. Tibi videbitur, eò quòd contra populum tuum diriguntur agmina nostra, iussum iri intra præsidia, ut deseras castra. Malè cogitas. Fidei tuæ credo, nuncque magis virtute bellicâ indigeo. Hinc hoc in articulo, nec quia ex illis es, perduellionem suspicor; nec quia sub me mereris, imbellem arbitror. Ut videas, maximi facere fidem tuam, ac robur; tu & tui mecum ibitis: haud in agmine, sed in cohorte mea, meæ vitæ custodes. Ita facies & nunc. Sic mihi placuit: itaque sine repugnantia sit promptissima obedientia. A me decretum *sciens nunc scito.*

Geminatio pro adverbio, aut superlativo. 8 Hæc verborum formula Tautologiam astruit; quæ quidem constat verbo & participio: pro cuius expositione notandum, quod sæpe alias: nimirùm huiusmodi geminationem delicari æquipollenter adverbio, aut superlativo. Vide dicta hìc *T.1.n.*28-4. n.*36-6.* n.27-8.n.28. Unde sensus est: *Certò*, vel *certissimè scito.* Apuleius lib.9. *Metam.* eodem sensu: *Certò certior*: ait, ideſt, sine ullo dubio. Homer. 14. *Odyss.* v.370. *Ego autem certè scio, ipse omninò valdè.* En superlativum & adverbium. Plaut. in *Milit.*Act.2.scen.6.v.83. *Certò sciam.* Sicque passim apud Ethnicos. In Biblijs geminatio invenitur palilogicè, iteratione verbi.Genes.48.19. dicitur: *Scio fili mi, scio.* Ideſt, profectò, plenè, perfectè, ac planissimè cognosco. Ita quidem sentio. Usus hac phrase Plaut.in *Trinum.* Act.3.scen.2.v.13.

Plaut. *Scio ego & sentio ipse quid agam: neque à me officium migrat.*

Ibid. v.10. *Sat sapio*: hìcque Gruterus apud Taubmann. & Douza, *Centur.* lib. 1. cap.10. *Q. d. Scio quid ago.* Terent. in *Phorm.* Act.4. scen.2. v.22. *Scio ita esse.* Similiter apud Ieremiam invenitur: *Scientes, scietis.* Nimirùm *scietis* quasi *certissimè*: sine tergiversatione *scietis.* Additur aliquando per ipitasim æqnivalens verbum verbo prolato in vehementiam atque conatum affectus. Ierem. 2. 19. *Scito, & vide*: quasi attentè sciveris. Cap.26.15. *Scitote, & cognoscite.* Deuteron.4.39. *Scito hodie, & cogitato.* Daniel.9.25. *Scito & animadverte.* Isai. 41. 20. *Ut videant & sciant & recogitent & intelligant.* Usus quoque apud Profanos. Homer. 17. *Odyss.* v. 193. *Cognosco, mente teneo*: & 18. v. 227. *Animo intelligo & scio.* Plaut. in *Captiv.* Act. 2. scen. 2. v. 47. *Scito scire*; per infinitivum, uti Maluend. hìc. *Cognoscere cognosces.* Caietan. per gerundium: *Sciendo scies.* Idem August. 16. *Civ.* cap. 24. *Sciendo scias.* Philo Biblic. per participium: *Sciens scio.* Gregor. Magn. Homil. 1. in *Ezechiel.* per geminationem verbi: *Scio, scio.* Psellus de *Operat. Dæmon.* fol.27. *Scias enim, scias*: sicut Virgil. 4. *Georg.* v. 447. *Scis, scis ipse.* Hæ itaque phrases signant cognitionis certitudinem. Unde quùm aliquid plenè non noscitur vel quoad intellectionem vel quoad obiectum; dicitur nesciri & sciri. Teret *Heautont.* Act.4. scen. 4. v. 26. *Tu nescis id quod scis.* In *Eunuch.* Act.4. scen. 4. v. 55. *Quod scis, nescis.* Plaut. in *Bacchid.* Act. 4. scen. 6. v.21. *Nescio etiam id quod scio.* Ratio subest: igitur nihil scienter cognoscitur, quin quid, causa & circunstantiæ cognoscantur. *Non dicitur quis habere alicuius rei notitiam, sive scientiam; nisi plenè sciverit, & cum omnibus*

Pro propositi vehementia, & effectus efficacia.

Tiraquell.

eius

eius rei qualitatibus, & circunſtantijs ex ſententia Gloſſæ nota in cap. concertationi: aît Tiraquell. *leg.connub.*gloſſ.8.n.183. ex his patet ſenſus auctoritatis principalis Pleõnaſmi, ex verbis Achis. Q.d. Decrevi, te habere comitem in huiuſmodi inſigni expeditione (quod te latet) unde ut præclarè te geras tuique tecum; *ſciens ſcito*, decretum haud immutandum. Non noveras: nunc certiſsimè ſcias. Sic Tigurin.ad illud Ierem. *Scientes ſcietis*, legit: *Certiſsimè ſcietis*. Haud excuſatio ignorantiæ ingeratur pro muneris omiſsione. Non propoſitum meum ignores, imò ſciveris: quo quidem ſtylo Athanaſius altè commendat, ſerm.de *Paſsion.Domin.* memoriam tanti honoris, & dignationis: *Scire debemus* (ait) *omninò, & nequaquàm ignorare.*

Prima exp. poſitio. Tigur.

Athanaſ.

9 Aliter: neſcio an aptiùs, vel deterius. Hic Scire idem eſt ac noſcere. Unde *ſcitum* dicitur quod præſcriptum, vel decretum, ignotum illuduſque obtemperaturis. Milites parati ſunt in ordines; ſed ignorant, quò mittendi, vel ubi ac quando pugnaturi: quare *Scire* eſt, illum ordinem cognoſcere, notà per edictum quod latebat, voluntate Superioris: quo in munere frequenter dicitur: *Sciant cuncti*; habità tunc ſcientià pro notitia. Sic Hiſpanicè dicitur: *Sepan quantos. Se ha de ir en ſuppoſicion de que. Se ha de ſaber.* Hæc enim ſcientia dicitur diſciplina, qua receptio ſpeciei in cognitionem; ut vidimus, *n.6.* Huiuſmodi acceptio in Sacra pagina uſquequaquè invenitur. Ioſue,3.10. *In hoc enim ſcietis, quòd Dominus Deus vivens in medio veſtri eſt*.cap.22. 31. *Nunc ſcimus, quòd nobiſcum ſit Dominus.* Act.12.11. *Nunc ſcio verè.* Eccli.36. 19. *& ſciant omnes, quia tu es Deus conſpector ſæculorum.* Sicque alia. Unde ſenſus verbi Regis allophyli ad David, eſt proculdubiò: Notum ſit tibi decretum meum, ſeu voluntas firma, qua meditatus ſum, quod mecum egrediaris in caſtra. *Scitum* pro inſtituto, præcepto, ſeu mandato paſsim invenitur. Eſth. 3.8. *Inſuper & Regis ſcita contemnens.* Hieronym.in *Matth.*15. *Ut Dei ſcita cuſtodiant.* Tit. Livius, *lib.* 1. *ſect.*47. *Cæteraque omnia publica, privataque ſacra Pontificis ſcitis, ſubiecit.* Quapropter dictum olim Plebiſcitum,quod a toto populo ſanctum: quæ quidem vox ſubſtantiva eſt, non à *Scio*, ſed à *Sciſco*, quod eſt ſtatuere & decernere. Cicero pro *Planco*, ſubdit: *Primus legem ſcivit de publicanis.* Siccine Plautus, in *Pſeudol.* Act. 2. ſcen.4. v.58. diſtinguit *Sicere* & *ſciſcere*, dicens: *Plebiſcitum non eſt ſcitius.* Taubmann. *Non æquè ſcitum.* Dicta ſunt *Plebiſcita*, quæ, Tribuno rogante, à plebe, ſine Patritijs ſtatuta, uti aſtruit Aul. Gell. 10. *Noct.Attic.* cap. 20. Lucan. 1. *Pharſal.* v.176.

Scitum pro notitia.

Hieron.

Tit.Liv.

Cicer.

——*Hinc leges & plebiſcita coactæ,*
Et cum conſulibus turbantes iura tribuni.

Lucan.

Ubi Hugo Grotius: *Conſules & Senatus ferebant leges, Tribuni & plebs plebiſcita.* Haud alio intuitu uſus eſt Achis hoccine verbo, & eius geminatione, niſi ut Davidi clareret eius ſerium decretum in expeditione facta adverſus Iſraël,ſumptà in auxilium Davidis manu. Q.d.*Sciens ſcito* hoccine ſtatutum (ſenſu quo Aul.Gell. *lib.* 7. cap. 11. *Sciens, ſciente animo tuo*) fidei ergo reſponde, qua te ſartumtectum ab initio cuſtodivi. Si ſcis, fac. Sat, ſi ſcis. Quod ignorabas, modò debes ſcire, & ſine ignorantiæ excuſatione: etenim ut in leg.*Quod tot.*dicitur:*Scire & ſcire debere,paria ſunt.*

Hug. Grot.

Aul. Gell.

10 Hæc ergo ſtrictè non eſt dicenda ſcientia; ſed, ut vidimus, notitia, actus intelligentiæ erga Regis decretum. Pro habitu accipiendum, dum dicitur: *Scientia animæ.* Hinc Tautologia ratione ſubiecti, quippe ſolummodò anima (ideſt, mens, uti vidimus ſupr.) capax ſcientiæ tam in actu, quàm in habitu: dos enim animæ ſcientia. Textus ſacer eſt huiuſmodi: *Ubi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum.* Aliqui diſtorte legunt: *Ubi non eſt ſcientia, animæ non eſt bonum*; ut effugiant pleonaſmum. Ideſt. malè ſe habet anima ſine ornatu intellectus,ductrice ſcientia. Sicque illud, *Non eſt bonum*: ideſt, peſsimum, per *Mioſim*, quo ſchemate minùs dicimus, quàm exprimere volumus. Carent Hebræi comparativis & ſuperlativis, uti dixi in *Prolog. Gal.* §. 4. num.5. unde utuntur negationibus pro ſuperlativis; & pro comparativis, poſitivis terminis 2.Reg. 24.14. ubi: *Melius eſt, ut incidam in manus Domini*; Maluend. legit ex Hebr. *Cademus in manu Ihvh.* 1. Reg. 15. 22. *Melior eſt obedientia, quàm victimæ*; idem: *Ecce audire de ſacrificio bonum.* Marc.14.21. *Bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo ille. Bonum* poſitivum, pro *Melius*, ſicut in alijs teſtimonijs, Pſalm. 117.9. *Bonum eſt, ſperare in Domino, quam ſperare in Principibus* 1.Cor. 7. 1. *Bonum eſt homini mulierem non tangere.* Sic *Thren.* 3. 26. 27. Etiam coram oculis ſunt negationes pro ſuperlativis. Prov.17.26. *Non eſt bonum, damnum inferre iuſto*, ideſt, peſ-

Prima exp. poſitio.

Prov. 19.2.

Mioſis.

Poſitivus terminus pro cõparativo.

Et pro ſuperlativo negatio poſitivi.

peſsimum eſt ; ſicut Ieremiæ, 14. 19. *Expectabimus pacem , & non eſt bonum* Marc. 7. 27. *Non eſt enim bonum , ſumere panem filiorum , & mittere canibus.* Similiter. 1. Machab. 2. 21. *Non eſt nobis utile , relinquere legem & iuſtitias Dei.* Hoc eſt , graviſsimum nobis. Apud Profanos huiuſcemodi ſtylus dicitur *Liptote*, qua figurâ propter tenuitatem ſignificationis, termini rei magnitudini non reſpondent: ut illud Virgil. 1. *Æneid.* v. 634. *Non ignara mali* , pro ſcitiſsima. Sic enim dicimus *Illaudatum* , pro peſsimo : *illiberalem* , pro ſordidiſsimo: *Inamabilem*, pro valdè odioſo , ut viderè poſsis apud Aul. Gell. *lib.* 2. cap. 6. Macrob. lib. 6. *Saturn.* cap. 7. Homer. eodem quo Scriptura ſtylo, 18. Odyſ. v. 286. *Non enim bonum eſt , renuere donationem.* Ubi magis fulget in Scriptura huiuſmodi ſchema , eſt in *Euphemiſmo* , quo res turpes decorè & pudicè ſignantur , ut illud Pauli , dudùm : *Bonum eſt homini, mulierem non tangere*, de quo egimus alibi. Itaque ſenſus noſtri teſtimonij erit : Peſsimum eſt animæ , carere ſcientiâ : vel graviſsimum eſt homini ; ſumptâ animâ pro cuius eſt anima: egimus, *Tautolog.* 2. n. 37. ubi videris teſtimonia.

Liptote.

Homer.

Euphemiſmus.

11 Si preſsè accipitur *Anima* , ſenſus eſt : infelix profectò homo , qui neſcit ſe; igitur valdè infauſtus ſine animæ ſcientia , quippequàm in vanum videtur accepiſſe animam. *Qui neſcit animam ſuam , non eſt ei bonum* : Chald. *Qui neſcit ſeipſum, malè cadet ei.* Arab. Malum ſanè , hominem in illa neſcire quid habeat , & quàm pretioſum ; cùm ipſa ſubſtantia rationalis vel in puris naturalibus , ſit pulcherrima. *Qui animæ ſuæ ingenitam dignitatem & excellentiam non callent ; nihil boni ſe habere agnoſcunt : perinde eſt ac ſi illam non haberent* (ait hìc Salazar , n. 5.) *ſicut is , qui lapidem pretioſum apud ſe habet , quando illius æſtimationem & valorem non agnoſcit.* Nihil differt ab illo qui non habet, quicunque momenta talia & tanta non cognoſcit. *Divinum documentum* (infit Agapetus, *Admonit.* ad Iuſtinian. Imper. n. 3.) *ut cognoſcat ſe quiſque. Qui enim ſeipſum cognoſcit , cognoſcet Deum : Deum verò qui cognoſcit , aſsimilabitur Deo : aſsimilatur autem Deo , qui dignus factus Deo eſt.* Hæc ſcientia magni ducenda eſt. Unde Bernard. quò ſupr. *n.* 5. inquit: *Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt : alios inſpiciunt , & ſeipſos deſſerunt.* At quomodò ita videntes cæcutiunt ? Dicit idem de *Interiori domo*, cap. 10. n. 1. *Multi quærunt ſcientiam, pauci verò conſcientiam. Si verò tanto ſtudio & ſolicitudine quæreretur conſcientia, quanto quæritur ſæcularis, vana ſcientia; & citiùs apprehenderetur , & utilius retineretur. Cogitare namque de conſcientia , eſt ſenſus conſummatus; & qui cuſtodit illam , ſemper erit ſecurus. Salvâ reverentiâ ſapientiæ ; utilius eſt , currere ad conſcientiam quàm ad ſapientiam ; niſi ſapientia illa ſit , quæ ædificet conſcientiam : tunc enim ſe intelligit anima : tunc enim illuſtratur , cùm in ſe Deum , & in Deo mutuâ revolutione ſeipſam receperit imago creata.* O quàm pretioſa ſapientia, per quam pervenit anima in altitudinem ſapientiæ & ſcientiæ Dei!

Chald.

Cognoſcere quanta ſit pretioſitas animæ , homini utile.

Salaz.

Agapet.

Bernard.

Et etiam cognitio cõſcientiæ.

Idem.

12 Hæc ſapientia fugit , modò alte ſapiat de ſe homo : tuncque non eſt animæ ſcientia , ſed fatuiſsima ignorantia : non cognitio , ſed infatuatio ; qua homo ſtultus factus eſt , & à ſcientia. *Ne admireris* : legit Syr. ad illud Salomonis Eccleſ. 7. 24. *Sapiens efficiar.* Symmach. *Exiſtimavi, ſapiens fieri.* Unde cum huiuſcemodi ampulloſo cogitamine, ſapientia in propria duntaxàt æſtimatione: ſicque ſubdit : *& ipſa longiùs receſsit à me multò magis, quàm erat.* Hæccine embolia molitur vafra philautia, quæ videntem traducit, dum ſe cæcum non agnoſcit. Hinc loc. cit. v. 17. à Salomone dicitur: *Neque plus ſapias, quàm neceſſe eſt; ne obſtupeſcas.* Obſtupeſcit enim homo ſcientiâ inflatus, & huius vento diſtentus: dum alta præſumit, cadit. *Noli altum ſapere, ſed time.* Rom. 11. 20. Præcipitium non ignorat, qui in altis habitat: vacuique capitis in vertiginem fit, qui ambulat in magnis & mirabilibus ſuper ſe. An quia multæ literæ multos ad inſaniam convertunt? An, quia ut ait Seneca de *Tranquill.* cap. 15. *Nullum magnum ingenium ſine mixtura dementiæ eſt?* Placidè multi audirent notam amentiæ, modò his expenſis ingenij notam obtinerent magni.

Eccle. 7. 24.

Non eſt ſapiens , qui ſapiens ſibi videtur.

Act. 26. 24.

Senec.

Nec trepidans dixerim, illos qui ſibi ſapientes
Videntur eſſe , indagatores, artificeſque vocum;
Stultos maximè eſſe iudicandos.

Euripid.

Succinit Euripides , in *Medea* v. 1225. Hinc Prov. 3. 7. *Ne ſis ſapiens apud temetipſum* ; quippe ſi apud temetipſum, nequaquàm ſapiens, ſed ſtultiſsimus omnium. Accidit pleriſque , quod Hermogeni Tarſenſi , de quo Heſych. quò ſup. num. 4. inquit: *In pueritia tanto fuit diſſerendi acumine , ut natus annos non amplius quindecim, fa-*

ma

ma sui nominis Marc. Antonium principem ad adiutorium excitaverit, ab eoque non pœnitenda tulerit munera: accedente vero ætate, tanta illi oborta est stupiditas; ut omnibus esset ludibrio. Cratillus ad nomen eius alludens, eum à patre degenerare dicebat: quòd cum Hermogenes (hoc est, à Mercurio genitus) esset; nec micam paternæ eloquentiæ haberet. Antigonus Sophista ita cavillabatur: In infantia fuisse senem, in senectute infantem. Causam adstruximus, *Tautolog. præced.* n.54. De Gallo Vibio ait Cœl. Rhodigin. *lib.*11. *cap.*13. *Tam magnæ fuisse eloquentiæ, quàm posteà insaniæ: cui hoc accidit uni, ut in insaniam non casu incideret, sed iudicio perveniret. Nam dum insanos imitatur, dum lenocinium ingenij furorem putat, quod assimulabat, verum fecit.* Sumpsit è Seneca, *Controvers.*9.

Hermogenis sapientia & stultitia. Hesych. *Idem in Gallo Vibio, sed mirâ causa.* Cœl. Rhod.

13 Huiusmodi detestabilis amor dicitur à Seneca, de *Tranquill.* cap.1. *Bonæ mentis infirmitas; quia familiariter domestica aspicimus, & semper iudicio favor officit. Quis sibi verum dicere ausus est? Quis non inter laudantium, blandientiumque positus greges, plurimum tamen sibi ipse assentatus est?* Haud tantùm arbitror infirmitatem, imò inficior bonam mentem. Senec.

Sic nimium sapere, stultum facit improba secta.

Canit Tertullian. Carm.in *Senator.*v.63. Hæc non est scientia animæ, sed inflationis; qua amittitur scientia. Tertull.

Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.

Martial. *lib.*14. *Epigr.*210. *Sapienter sapit*: ait Plaut. in *Pœnul.* Act.3. scen.2.v.29. igitur sapiens, qui se non miratur, sapit; & qui se plaudit etiam si sapiat stupidè desipit: *Plus, quàm opus est scito, scit*: ait Terent. in *Phorm.* Act.4. scen. 1. v. 18. unde in ebrietatem ducitur à philautia. *Nihil gravius* (ait Clemens lib.5. *Recognit.* in princip.) *si id quod ignorat, quis scire se credat: sub specie scientiæ ignorantia vehementiùs radicata est. Tale est, quale siquis ebrius sobrium se putet; & agat quidem cuncta, ut ebrius sobrium se tamen & ipse putet, & dici à cæteris velit.* Innuit Isaias: *Sapientes in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes: potentes ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* Longum, singulareque bibit amorem, qui se sibi fingit sapientem; & haberi vult, quia fingit: quæ quidem prurigo maximè adhæret scioli tumidis, à sorte cæcâ in dignitate positis; quandoquidem sese extollunt (nec sine risu, aut derisu circunstantium) auctodidactos, summèque sapientes, quos agnovimus duntaxàt lethiophoros vespillones. Vernaculè: *Echacantos, Munigotes.* Quid si audirent! Mittere profectò ad corvos. Temulentia est ex tumescente cerebro malacià scientiæ fastu nimio terebrato. Unde cùm in ebrietatem urgeat philautiæ festivitas; in singulares erumpunt manias, in vanitates & insanias falsas. Unde apud Nostrates venit proverbium *Echacantos?* dicit Cœl. Rhodigin. lib. 17. cap. 2. subdens: *Antonianis militibus ex Parthis redeuntibus, herbam esse compertam, quæ lethiferam concinnaret insaniam, sic ut vescentibus incumberet opus unum, lapidem scilicèt movere omnem, ac versare; quùm præterea nihil aliud memoriæ inhæreret.* De fructu quodam in Sotternym, narratur, 8. p. *Indiæ Oriental.* fol. 34. quòd copiosè nimis, qui comederant, quasi mente capti & fascinati miserandum omnibus spectaculum præbuerunt. *Quidam adversus cubiculum suum pugnantes, multis illud repletum esse peregrinis dicebant; qui sese introitu prohibierent. Clamabat alter, Lemures è cubiculo suo removendos esse, qui se quiescere non permitterent. Alter anteriorem navis malum conscendens, sedere ibi cacodæmonem, capiendis piscibus intentum. Clamabat alter lætabundus, Deum se cum Angelis eius omnibus videre: alter contrà tremens, gemensque, diabolum sese cum universis socijs eius sibi adversantem habere dicebat. Erat qui obvium habere se dicebat quendam, qui brachio altero virginum, altero verò adolescentum catervam gestaret. Clamabat alter, à serpentibus se affligi & cruciari miserè: & sanè eiusmodi ineptiæ multæ & variæ, quæ quidem risum movere alijs satis multum potuissent; si tam facilè in integrum eos restitutum iri noviſſent. Fructus prunis nostratibus minoribus similes erant, teneriores nucleos habentes; quorum maximè hæc operatio fuerat, quæ donec in somnum prolaberentur, diutiùs non durabat.* Si prunus esca (uti aliqui autumarunt) in peccatum Adami, ut ex sapiente voluntariè fieret stultus; scioli inflati demonstrant insanijs medicatam escam: igitur dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Claret inebriatio, qua quisque tumet, & infirmitas non bonæ, sed futilis mentis: etenim scientiam animæ ignorat, quicunque per scientiam in viam suam declinat. Martial. *Infirmitas mitis amor sui.* Terent. Clem.Rom Isai. 5. 21. 22. *Conditio indignorum præsumptio scientiarum.* *Singulares mæniæ ex esu pruni singularis.* Marc. Got. *Symbolum Philautiæ.*

Dif-

14 Difficilis ſanè philautis cognitio ſui, ſcientia nimirùm animæ: pauci itaque ſunt, qui neſciant quod ſciant; & pauciſsimi, qui ſciant quod neſciant.

Ovid.

Omnia pro veris credam, ſint ficta licebit:
Cur ego non votis blandiar ipſe meis?

Philautus ſi ſe non videt nil videt.

Ovidius, 2. *Amor.* Eleg. 11. Plus periculi eſt in ignorantia, quàm in eſca virulenta. *Quidam* (inquit Senec. 1. *qq. natur.* cap. 3.) *hoc genere valetudinis laborant; ut ipſi ſibi videantur occurrere, ut ubique imaginem ſuam cernant. Infirma vis oculorum.* Profectò miſerabili laborat infirmitate, qui ſeſe reſpicit & ubique. Nihil cuncta illi videntur, ſi non ſe videt in cunctis: ſeſeque videt, ſi in ventum lumina tendit. Magis quàm in oculis, eſt vitium emotæ mentis, laborantibus ægris hoc genere valetudinis; quouſque ſcientia animæ, dum deſipientes & ſtulti aliquando ſapiunt, per ſanitatem quam ingerit, imaginem ipſorum ad nihilum redigit. *Refert Ariſtoteles de quodam, qui ſuammet imaginem, ſive ſimulachrum, in aëre ſibi, quaſi in ſpeculo, propter oculorum vitium, ſemper obverſari exiſtimabat.* Maiol. *Tom. 2. Colloq. 3.* fol. 447. Huiuſmodi virium peius intra cerebrum. Qui ſapit ſcit, quanta ſcienda reſtant, parvumque obijcit ſe vel oculis ſuis; igitur etſi alij videant eminentem magnitudinem, ſcit tamen, ſenſibile iuxta ſenſus impedire ſenſationem. Unde cùm Menedemus, eſtò inſignis Philoſophus, ſeſe ut talem non agnoſceret, iurè ſe *Scitum idiotam* appellavit. Heſych. ubi ſupr. Aliter ſed eodem intuitu referunt S. Maxim. ſerm. de *Ignorantia*, & Plutarch. *de Profect. in virtut.* Hic enim infit: *Ad gloriam Philoſophiæ nonnulli contendunt inſulsè & violenter. Qui verò ingreſſus eſt intrò, ac lumen aſpexit ingens, ſicut cùm panduntur adyta; tunc alio modo componit ſe, ſilet, contremiſcit, ac doctrinam, quaſi Deum demiſſus, ac modeſtus conſectatur. In hos quadrare apparet, id quod dixit Menedemus: Navigare, ait, complures ſtudiorum causà Athenas: Sapientes primùm, inde fieri Philoſophos, mox Oratores, progreſſu temporis tyrones, atque quò magis imbuti literis ſint, eò arrogantiam magis & faſtum deponere.* Maximus inquit: *Poſtremò Idiotas.* Tetigit apicem ſapientiæ & ſcientiæ animæ, quùm ſapientes deſcribit cognitione ſui: nihil itaque amplius firmat veram ſapientiam, quàm ſapientem, atque doctum ſeſe confiteri idiotam.

Maiol. Heſych. Plutarch. *Vera ſcientia ſcire, neſcire* S. Maxim.

Scientia animæ cur bona, aut mala conſcientia?

15 Ni fallor, in teſtimonio tautologico latet utilior, profundior ſenſus. *Scientiam animæ* arbitror conſcientiam, vel ſanam vel infirmam, ſine cuius cognitione malum eſt animæ. Si ſana, quia ſolamen teſtimonium conſcientiæ, ut anima ſtans videat, ne cadat. Si infirma, ut pharmacis pœnitudinis factorum, ſurgat & valeat. *Anima* (infit Bernard. de *Interior. dom.* cap. 15. n. 27.) *cùm de corpore egredietur, nullum alium præter conſcientiæ ſuæ librum ſecum portare poterit, atque in illo cognoſcere, quò debeat ire, & quid debeat recipere.* Aliqui, uti inquit Paulus, 1. Tim. 4. 2. *habent cauteriatam conſcientiam*; qua obtusà vel percuſsi non dolent, ſed exultant; atque cubare ſentibus, delicias computant. Audiendus Ethnicus lib. 3. *Metham.* fab. 1.

Bernard. 1. Tim. 4. 2.

Ovid.

——— *Serpens ſine vulnere manſit,*
Loricæque modo, ſquamis defenſus & atræ
Duritia pellis, validos cute reppulit ictus.

Conſcientia cæca quæ?

Sunt impij (dicitur Eccleſ. 8. 14.) *qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant.* Cauſa præmittitur, v. 11. *Etenim quia non profertur citò contra malos ſententia abſque timore ullo filij hominum perpetrant mala.* Hæc infelicitas vacuitatis ſcientiæ animæ, effectus ignorantiæ malignæ. *Cùm verè ita res ſit; ſic eſt, quaſi non ita ſit: quod eſt miſeria ſuper miſeriam*: ſubdit Bernard. *cap.* 19. num. 36. Ludit & dormit animus quaſi ſecurus. Ridet, quippe in dente conſcientiæ non eſt morſus. *Deus*, dicit inſipiens in corde ſuo, *non requiret.* Pſalm. 9. diviſ. v. 13. Væ impio in malum. Arguatur ab Ethnico, *lib.* 1. *Eleg.* 15. *v.* 37.

Bernard.

Propert.

Et contra magnum potes hos (oculos) *attollere Solem?*
Nec tremis admiſſæ conſcia nequitiæ?

Quàm periculoſa, & quare?

Tandem tandem fit diſcuſsio: diſrumpuntur inflati ſine voce, ſine excuſatione. Veniunt etenim in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducunt illos ex adverſo iniquitates illorum. Pœnas luunt meritò affectatæ ignorantiæ, qui theſaurizarunt ſibi iram in die vindictæ. Hinc conſtat, quantum malum homini, cui non eſt *ſcientia animæ.* Si modò eſſet, ſeſe vulneratam ſentiret, remediaque quæreret. At quomodò quereret, dum cor ignorantem dereliquit? *Redite prævaricatores ad cor*, ut vivatis: nequit eſſe ſanequàm in pœnitudinem motus, ubi cordi non eſt ſenſus. Ut autem

Iſai. 46. 8.

tem voto potiamini in misera ac miserabili vita ; haud alia schola nisi animæ scientia. Astruit quò dudum Bernard. *cap.* 15. *n.* 27. *Multæ sunt scientiæ hominum : sed nulla melior est illâ, qua cognoscit homo seipsum. Quamobrem redeam ad cor meum, & ibi stare assuescam ; vt totam vitam meam possim discutere, & meipsum cognoscere.* Bernard.

16 Scientia autem animæ corporis opponitur scientiæ. Inimicæ prorsùm scientia quoad honestum & quoad sensitivum scientia. Malè est homini, quandiù scientiam habuerit quoad sensus; quia filij huius sæculi callidiores filijs lucis sunt. Hæc dicitur sapientia carnis, & prudentia carnis; siquidem principijs sensus suas efformant conclusiones, unde sapientes, seu potiùs stulti. Quare 1. Cor. 1. 19. dicitur: *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Haud sapientia, prudentiavè erat, sed stultitia, quæ quidem sapientia & prudentia vana, à vanis, mundi sectatoribus plausa vti vera : & vera vti stultitia deplosa. *Namque in Dei sapientia* (subdit Gentium Doctor, v. 21.) *non cognovit mundus per sapientiam Deum ; placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.* Sic itaque dicitur, ibid. cap. 3. 18. *Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse ; stultus fiat, vt sit sapiens.* Carnem trucidet, concupiscentias iugulet, appetitus suffocet, radicem vsque secet, vitia oderit, quo existat rationalis, etsi iuxta carnis scientiam videatur stultus. Ita ergo *scientiam eorum stultam* fecit Deus : Isai. 44. 25. Nihil mirum ; *Prudentia carnis inimica est Deo* : Rom. 8. 7. Haud hæccine scientia animæ aut sapientia. *Non est enim ista sapientia desursùm descendens* (ait Iacobus, cap. 3. 15.) *sed terrena, animalis, diabolica.* Verùm unde ? Signat Ieremias, cap. 4. 22. *Sapientes sunt, vt faciant mala.* Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Fallunt & falluntur. *Ex his autem qui declinans á veritate, alij quidem seipsos solos, alij verò propinquos quoque conantur fallere. Atque hi quidem qui appellantur Doxosophi, hoc est, opinione sapientes, qui se veritatem invenisse existimant* (infit Clem. Alexand. *Stromat.* lib. 7. cap. 9.) *nullam habentes veram demonstrationem, ij seipsos decipiunt, se acquievisse existimantes; quorum non parva est multitudo, & quæstiones declinantium propter confutationes, & doctrinam vitantium propter condemnationem. Qui autem eos, qui accedunt, decipiunt ; sunt valdè callidi & astuti, qui etiam si satis assequantur se nihil scire, probabilibus tamen argumentis obscurant veritatem.* Fugiunt enim, ne constet nihil sciri huiusmodi scientiâ, vel ne appareat ipsis assectis stulta : equidem vti de *Finib.* ait Cicero : *Nequicquam sapit, qui ipse sibi prodesse aut nequit, aut nescit.*

Scientia mundi stultitia. — 1. Cor. 3. 18. — *Quæ vera scientia?* Isai. 44. 25. — Clem. Alex. — *Moderatores cathedræ mundanæ sapientiæ.* Cicer.

Tres caro, & immundus Mundus, Satanasque, Sophistæ.
Hic logicus, reliqui Rhetores ambo boni.

Ovven.

Accinit Ovven. *lib.* 3. *Epigr.* 21. Hi sunt moderatores sine moderamine cathedræ stolidissimæ allectricis scientiæ. Longè abest scientia animæ. *Sapientiam loquimur inter perfectos : sapientiam verò non huius sæculi, neque principum huius sæculi, qui destruuntur.* 1. Cor. 2. 5. 6.

17 Iccircò scientia animæ dicitur à Salomone *Scientia vera*, tum in physicis, tum in moralibus. Quoad scientis modum, D. Thom. in illud Pauli, 1. Cor. 8. 1. *Scimus, quia omnes scientiam habemus*, lect. 1. subdit : *Requiritur scire humiliter sine inflatione, sobriè sine præsumptione, certitudinaliter sine hæsitatione, veraciter sine errore, simpliciter sine deceptione, salubriter cum dilectione, utiliter cum ædificatione, liberaliter cum communicatione, efficaciter cum operatione.* Quoad substantiam vera scientia dicitur, quia sine errore quæ à Deo infusa conceditur : neque enim ulla scientiâ à fallacia libera est, nisi quæ desursùm descendit ; ut patet in sacris paginis. *Et quidem qui hæc* (dogmata) *dictitant certè* (inquit Plutarch. quò supr. *num.* 14. *rursùm multum sibi præbere negotij, hæsitationesque ingentes ; quod nondùm quisquam evasisse se comprehenderit sapientem ; verùm fluctuet, ignoretque : eò quód quædam detrahat ; quædam adijciat.* Scientia autem à Deo revelata minimè fluctuat. Unde dicit Deuter. 4. 2. *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Sic enim sacra venerabantur vel Ethnici. Plutarch. in eius *vit.* de Paulo Æmilio ait: *Sacerdos factus, omnia peritè ac studiosè agebat, eoque munere fungens, nihil omittebat, nihil novi moliebatur.* Horatius lib. 1. Satyr. 1. v. 120.

Sap. 7. 17. — *Modus scientiæ qui utilis.* D. Thom. — *Sine fallacia a Deo scientia, quæ infusa.* — Plutarch. — Idem.

Iam satis est ; putes : verbum non amplius addam.

18 Salomon dicit sibi datam *scientiam veram* & ex parte obiecti propter entitatem, & ex se propter intelligentiam atque cognitionis certitudinem, scientiâ constante vtriusque nexu, vt diximus, *num.* 6. Parum sanè intelligere, ni etiam accesserit iudica- Horat.

Plaut. dicare. Hinc Plaut. in *Rudent.* Act. 4. scen. 7. v. 3. *Si sapias, sapias*: ideſt, capias: iudicaveris, quod intelligendo cognoveris. Phyſica enim ſciviſſe ſine errore aſtruit Salomon. *Ipſe enim* (ait) *dedit mihi horum quæ ſunt, ſcientiam veram; ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium & conſummationem & mediętatem temporum, viciſſitudinum permutationes & commutationes, anni curſus & ſtellarum diſpoſitiones, naturas animalium, & iras beſtiarum, vim ventorum & cogitationes hominum, differentias virgultorum & virtutes radicum: & quæcunque ſunt abſconſa & improviſa didici. Omnium enim artifex docuit me Sapientia.* Sap. 7. 17. Plures maximè ethnicorum affectaverunt huiuſmodi ſcientiam, quos Paulus vocat, 1. Cor. 1. 20. *Conquiſitores huius ſæculi.* At quantis erroribus, & buccis crepantibus! Ride ſi lubet. Virgilius, 2. *Georg.* à v. 475. canit:

Quanta Salomonis ſcientia!

Me vero primum dulces ante omnia Muſæ
Accipiant, cœlique vias, ac ſidera monſtrent,
Defectus Solis varios, Lunæque laboret:
Unde tremor terris, qua via maria alta tumeſcant
Obicibus ruptis, rurſúſque in ſeipſa reſidant:
Quid tantum Oceano properent ſe tingere Soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

Virgil.

Alios ſecretorum mundi curioſus ſcrutator occurrit. *Animus omnis cogitationis expers, operibus ſuis vacat, & modò ſe levioribus ſtudijs* (dicit, uno minor Iove, turgidus ſe ſuper ſe ferens Stoicus Cordubenſ. de *Conſolat. ad Helviam*, cap. ult.) *oblectat, modò ad conſiderandam ſuam univerſique naturam, veri avidus inſurgit. Terras primùm, ſitumque earum quærit: inde conditionem circunfuſi maris, curſuſque eius alternos & recurſus: Tunc quicquid inter cœlum terraſque plenum formidinis interiacet, perſpicit; & hoc tonitribus, fulminibus, ventorum flatibus ac nimborum, niviſque & grandinis iactu, tumultuoſum ſpatium: tùm etiam peragratis humilioribus, ad ſumma prorumpit, & pulcherrimo divinorum ſpectaculo fruitur: æternitatiſque ſuæ memor, in omne quod fuit, futurumque eſt omnibus ſæculis, vadit.* Confer hæccine ſaltem voce ſublimia cum indignis aſſentationibus ad *Polyb.* Ridet argumentum otioſus ab amore Propertius, lib. 3. *Eleg.* 5. à v. 25.

Ethnici vani conquiſitores ſæculi.

Senec.

Tum mihi naturæ libeat perdiſcere mores:
Quis Deus hanc mundi temperet arte domum?
Qua venit exoriens, quá deficit, unde coactis
Cornibus in plenum menſtrua Luna redit.
Unde ſalo ſuperant venti, quid flamine captet
Eurus, & in nubibus unde perennis aqua,
Cur ſerus verſare boves, & plauſtra Bootes,
Pleiadum ſpiſſo cur coit igne chorus.
Curvé ſuos fines altum non exeat æquor,
Plenus & in partes quatuor annus eat, &c.

Propert.

Refert iſthæc & ſimilia de Mallio Theodoro in *Panegyr.* eius conſulatus, à verſ. 98. Claudianus.

At quoties elementa doces; ſemperque fluentis
Materiæ cauſas: quæ vis animaverit aſtra,
Implerit que choros; quo vivat machina motu,
Sidera cur ſeptem retró nitantur in ortus
Oblućtata polo, variiſque meatibus idem
Arbiter: an geminæ convertant æthera mentes,
Sitne color proprius rerum, luciſque repulſu
Eludant aciem: tumidoſque Luna recurſus
Nutriat Oceani; quo fracta tonitrua vento.
Quis trahat imbriferas nubes, quo ſaxa creëntur
Grandinis, unde rigor nivibus, quæ flagra per auras
Excutiant rutilos tractus, aut fulmina velox
Torqueat, aut triſtem figat crinita cometen.

Et faſtoſę.

Claudian.

Denique gloriabundus Manilius ſibi blanditur, quaſi arcana cœli mortalibus expoſiturus, ſuccinitque varijs in locis, maximè lib. 1. *Aſtronom.* cap. 1. à v. 13.

Hoc ſub pace vacat tantùm: iuvat ire per ipſum

Aëra,

Aëra, & immenſo ſpatiantem vivere cœlo:
Signaque & adverſos ſtellarum noſcere curſus:
Quæque regat, generetque ſuis animalia ſignis
Cernere; & in numerum, Phœbo modulante, referre:
Sublimes aperire vias; unumque ſub orbem
Et per inane ſuis parentia finibus aſtra,
Nominaque, & curſus Signorum pandere vires.

Manil.

19 Sat de phyſicis, quorum nullus horum balatronum, in cunctis & circa cuncta digladians bombax, habuit ſcientiam veram, ſicut Salomon adeptus. At quia in ſcientiam animæ; inquirendum, curnam hæc dicatur ſcientia vera? Vera ſcientia dicitur, quia niſi in animæ fructum, nulla (quippe fallax) ſcientia. Terrena ſapere, deſipere eſt. Plus deficit, quàm proficit; qui in literis proficit, & in moribus dificit. Vera eſt animæ ſcientia: haud quia aliæ ſcientiæ falſæ, etſi opinionibus falſis obnoxiæ; ſed quia verum dicimus, quod præſtans, generoſum in ſpecie, quæ obijcitur, ut ſemen bonum, electum & ſelectum vocatur verum. Aul. Gell. *lib.* 12. *cap.* 5. *Ea vera & proba fortitudo eſt, quam maiores noſtri ſcientiam eſſe dixerunt rerum tolerandarum & non tolerandarum.* Verum bonum, idem eſt ac perfectum & plenum: qua de cauſa de bono futili vel apparente dicit Seneca, de *Otio ſapient.* cap. 32. *Imperfectum ac languidum bonum eſt, in otio ſine actu proiecta virtus.* Siccine ut magis extollat ſcientiæ veritatem, vel exprimat quàm veram ſcientiam; per negationem (de qua locuti ſumus ſupr. n. 10.) Maluenda legit: *Dedit horum ſcientiam haud falſam*: in huiuſmodi ſcientia, uti cœlitus infusa, inesſe nequit ſuſpicio erroris aut falſitatis, ſicut in ſcientijs induſtriâ atque labore acquiſitis. Ideo dicitur: *Ipſe dat ſapientiam ſapientibus*, per hyſteron-proteron. Ideſt, dat hominibus ſapientiam, ut ſapientes fiant, & coram alijs uti ſapientes appareant: tuncque verè ſapientes, quia Theodidacti. Econtrà verò *Perdit ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium*; quia verâ ſcientiâ oſtendit, illos qui habebantur uti prudentes, inſulſos: ac ſapientes, quaſi ſtolidos. *Nimis eſſe callidum, non eſt ſapientia*: ait vel Profanus in *Bacchis*, v. 393. Bernarduſque de *Gradib. ſuperb.* cap. 10. n. 30. *Sapere malum, ſapere non eſt, ſed deſipere.*

Scientia in terrena fallax.

Verum pro perfecto.

Quid eſt fortitudo? Aul. Gell.

Senec.

Maluend.

Dan. 2. 21. *Hiſterologia*

1. Cor. 1. 19

Euripid. Bernard.

2 Modò ad ſcientiam animæ; quæ quidem vera, pro obiecto virtutem habens, qua aſcenditur, ut videatur Deus Deorum in Sion. Illa eſt ſcientia ſpeculativa, vera deſcendens à Patre luminum: hæc practica, vera intendens in lumen Patris. Illa reſpicit verè verum, hæc exercet verum bonum, quo felix anima, utili in æternitatem ſcientiâ.

Scientia practica virtutis verè ſcientia.

Quid tibi neglectâ virtute ſcientia prodeſt?
Deſine iam verum quærere, quære bonum

Ovven.

Uti dicit Theologaſtro cuidam ſophiſtæ ac ſycophantæ Ovven. *lib.* 3. poſter. *Epigr.* 51. Sic ergo totus Pſalmus 118. didaſcalicus eſt; quippe in illo & tota lex, & literarum Hebraicarum elementa, ſicut etiam in Vulgata habemus Threnos. Ita aſſerit & interpretatur Hieronym. *Epiſt.* 155. ad Paulam Urbicam, mirèque expoſitionem ornat Ioann. Nieſſ, in *Alphabeto Chriſt.* verb. *Amor Dei*, n. 1. ſed uberiùs Maximilian. Sandæus in *Pædijs*, Commentation. 1. Literis ſanè ſcitur: literiſque meditatò lex obſervanda iungitur; quia vera ſcientia, ſcire vivere iuxta Domini legem. Appoſitè deſcriptum in ſymbolo, de quo in *Heroic.* Silveſt. à Petra-Sancta, lib. 9. cap. 4. igitur cunctis Alphabeti elementis additus fuit character, quo aſpirationis loco utimur, nimirùm *H.* cum haccine epigraphe. *Si cæteris addar.* Apprimè quidem in propoſitum noſtrum adſpirationis elementum pro virtute ac vivida affectione literarum: igitur in ſcientia animæ ſine huiuſmodi litera non ſunt literæ; equidem omnes nullæ ſine aſpiratione. Mortuæ ſanè in veram ſcientiam, quæ non deſerviunt ad vitam.

Vera ſcientia animæ vivere iuxta legem.

Petra Sanct. *Nullæ literæ ſine virtute.*

Intima noſſe ſui cordis penetralia, & eius
Impoſito motus flectere noſſe iugo;
Sanctorum eſt divina ſcientia, tutior omni
Sive tuâ Plato, ſive Lycurge tuâ.

Ruteav.

Canit Benedictus Ruteau ad Schol. Cord. Hæſteni. Hoc enim intuitu dicit Dominus, illum toto corde quærenti: *Nec ultrà vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham.* Litera *He* Hebraice, *H* Latinè, uti vita cæteris nominis priſci addenda eſt: etenim litera adſpirationis eſt forma cæteris literis. Pridem florebat *ſecundum*

Gen. 17. 5.

Litera in illam adspirationis est forma cæteris literis.

elementa mundi (ut ait Paulus Coloss. 2. 8.) literatus: modò haccine literâ & cœlo & à cœlo doctus. Innuit de *Gigantib.* Philo. *Abram quando hærebat opinionibus Chaldæorum, & nondùm mutato nomine vocabatur Abraham; homo cœli erat, sublimis, & æthereæ naturæ scrutator, in effectibus, eorumque causis philosophando: ex quo studio etiam appellationem sibi quæsivit, ut Abraham diceretur; appellatione scilicèt homini consideranti sublimia & cœlestia perquàm accommodata. Verùm quando iam seipso melior, nomen erat maturatus, ex homine cœli factus est homo Dei iuxta redditum sibi oraculum.*

Philo.

21 His enim literis homo doctus: aliter, ut dicit Sophocles in Tiresia in *Oedip. Tyrann.* v. 321.

Sophocl.

Heu, heu, sapere quàm grave, ubi non utile est sapienti!
Sic enim rectè ego sciens perij.

Euripides in *Bacchis*, v. 331. *Et sapiens nihil sapis.* Aptiùs loquitur Apostolus: *Semper discentes, & nunquàm ad scientiam veritatis pervenientes.* Unde, nescio quis, iurè cecinit.

Aliter litera occidit. 2. Tim. 3. 7.

Christum si nescias, nil est, si cætera discis:
Christum si discis, nil est, quòd cætera nescias.

Audiendus Bernard. serm. 36. in *Cantic.* n. 3. *Qui se putat aliquid scire iuxta Apostolum, nondum scit, quomodó oporteat eum scire. Vides quoniam non probat multa scientem, si sciendi modum nescierit? Vides, inquam, quomodó fructum & utilitatem scientiæ in modo sciendi constituit? Quid ergo dicit Modum sciendi? Quid nisi ut scias, quo ordine, quo studio, quo fine quæque nosse oporteat. Quo ordine, ut id prius quod maturius ad salutem. Quo studio, ut id ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine, ut non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad ædificationem tuam, vel proximi. Sunt namque qui scire volunt, eo fine tantùm, ut sciant, & turpis curiositas est: & sunt qui scire volunt, ut sciantur ipsi; & turpis vanitas est: & sunt item qui scire volunt, ut scientiam suam vendant; & turpis quæstus est: sed sunt quoque qui scire volunt, ut ædificent; & charitas est: & item qui scire volunt ut ædificentur; & prudentia est.*

1. Cor. 8. 2.

Quodnã bonum propositum in studia? Bernard.

22 Hæc dicitur *Scientia salutis*, Luc. 1. 77. *Scientia veritatis*, 2. Tim. 3. 7. Vera sapientia sequi cœlestia dona, conceditque Deus horum avidè studiosis; quia non habitabit in corpore subdito peccatis. *Sapient.* 1. 4. Dat Deus *Sapientiam sapientibus*, & (ideſt) *scientiam intelligentibus disciplinam.* Priùs enim sapientes debent esse inquisitione boni, quàm discipuli, postque magistri ad illustrationem veri: qui intelligit disciplinam in veram perveniet scientiam. *Est enim nobis maiori studio & curâ perscrutanda, ea quæ verè est veritas, quæ sola versatur circa eum qui veré est Deus:* subdit Clemens Alexandrin. quo supr. n. 16. Hanc vocat Paulus *Eminentem scientiam Iesu-Christi:* qua quidem imbuitur anima florentibus ratione, voluntate & memoriâ. *Dignum habitaculum parat Deo* (inquit Bernard. in *Dedicat. Eccles.* serm. 2. n. 3. & de *Interior. domo*, cap. 1. n. 7.) *cuius nec est ratio decepta, nec voluntas perversa, nec memoria inquinata.* Sapientia non est in literis. *In supervacuis subtilitas teritur* (ait Seneca, *Epist.* 106.) *non faciunt bonos ista, sed doctos. Apertior res est Sapere: imò simplicior. Paucis opus est ad mentem bonam literis: sed nos ut cætera in supervacuum diffundimus, ita philosophiam ipsam. Quemadmodùm omnium rerum, sic literarum quoque intemperantiá laboramus. Non vitæ, sed scholæ discimus.* Vitæ enim studendum in observatione mandatorum. Unde Horat. de *Arte*, à v. 396.

Dan. 2. 21. Et prol. est. Clem. Alex.

Philip. 3. 8.

Bernard.

Scientia salutis scientia eminens. Senec.

Fuit hæc sapientiæ quondam
Publica privatis secernere, sacra profanis.
Concubita prohibere vago: dare iura maritis.

Horat.

23 Haud scientia animæ est, quæ voluptati, vitijs, vel etiam vanitati deservit; vel potiùs hæc cuncta docet. Quapropter Apostolus alloquitur sic Colossenses: *Videte ne quis vos seducat per philosophiam & inanem fallaciam* (ideſt, fallaciam inanis philosophiæ, per *Hendiadym*) *secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi* (hoc est, mundi vanitatem) *Et non secundum Christum.* Elementa mundi docent sequi præsentia commoda, fugere incommoda: vivere iuxta sensus prolubia, haud iuxta rationis elementa; quæ à stupidis vocantur stupida, & simul studia fatua. *Quid enim in hoc mundo stultius, quàm amissa non quærere, possessa rapientibus relaxare, nullam pro acceptis iniurijs iniuriam reddere, imò adiunctis alijs patientiam*

Coloss. 2. 8.

Hendiadys. Et studium stultitiæ sapientis. Greg. Mag.

præ-

præbere? Gregor. N. lib.37. in *Iob*, cap.27. En vera animæ sapientia ex cœlesti Christi schola adversus mundi elementa. *Huic itaque qui sic affectus est* (subdit Bernard. quò dudùm, *cap. 7. num. 16.*) *non est onerosa paupertas. Iste non sentit iniurias, ridet opprobria, contemnit damna, mortem lucrum reputat, imò nec mori se putat; cùm magis de morte ad vitam transire se sciat.* Ridet mundus. Væ qui rideris, quia flebitis. Alia utique elementa mundi, cuius scientia tot professores habet, quot *literis non ad sapientiam utuntur, sed ad luxuriam.* Inquit Senec. de *Consolat. ad Helviam*, cap. 16. & *Epist. 93. Minimum est, de quo solicitissimè agitur.*

Quænam hæc? Bernard. Senec.

In terrea ducunt animam quacunquè, repuntque.

Plutarch.

Uti ait Plutarch. de *Pietate erga fratr.* Hæc sanè dediscenda, ut ingereretur paulatim Sophia. *Satius erat, ista in oblivionem venire, ne quis posteà potens disceret, invideretque rei minimè humanæ.* Senec. de *Brevit. Vit.* cap. 13. Utinam mundi dilectoribus accideret, quod optabat Themistocles. *Huic* (refert Cœlius Rhodig. *Lect. antiq.* lib. 20. cap. 10.) *quùm artem memoriæ polliceretur Simonides; Oblivionis, inquit, mallem: nam memini etiam quæ nolo, obliviscì non possum quæ volo.* Discunt quod meliùs nescirent.

Senec. *Votum Themistoclis.* Cœl. Rhod.

Etiam illud quod scies, nesciveris.

Plaut.

Sicut monet Plautus, in *Milit.* Act. 2. scen. 6. v. 89. Hoc scire quod nescias. Hinc dicere poteris, animo excutiens amentias & errores; quod ille alius apud Plutarch. de *Profic. in virt.*

In scientiam mundi memoria oblivionis. Plutarch.

Valete falsa insomnia, eratis vos nihil.

24 Subit mentem illud ex Actis Apostol. *Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus.* Aliqui & non sine fulcro, eò quòd fictum à Rabbinis, Salomonem instituisse verba enigmatica, queis dæmones expellerentur (de quo Delrius, lib. 1. *Disquis. magic.* cap. 5. & Pined. de *Rebus. Salomon.* lib. 7. cap. 12. num. 6. hincque Iudæi miracula Servatoris N. calumniabantur dicentes: *In Beëlzebub, principe dæmoniorum eijcit dæmonia.*) asserunt, libros hos fuisse magicos ac superstitiosos. Hieronym. Præfat. *Epist. ad Ephes.* Euseb. lib. 3. *Demonstr.* cap. 8. & Beda, hìc. Unde Syrus legit: *Multi etiam ex Magis.* Aratorque lib. 2. in *Acta*, v. 668. canit:

Act. 19. 19. *Libri Magici combusti.* Luc. 11. 15

Ast alij magicis ponunt incendia libris,
Ut mereantur aquas, & vitent ignibus ignes.

Arator.

In Epheso, huius incendij theatro maximè florebant Magicæ notæ: hinc Adagium, *Ephesia grammata*, propter notas quibus Dianæ simulacrum scriptum fuerat è cœlo descendens, de quo egimus in *Ephemer.* ad d. 13. *August.* His notis scripta post mortem apparuit pellis insignis magi Epimenidis. Ibid. 19. *Ianuar.* Mira felicitas indicta notulis iudicabatur. Quare Erasmus *Chiliad. 2. Centur. 8. Adag. 49.* infit: *Fuisse autem verba quædam obscura, ænigmatibus simillima, neutiquàm cohærentia, notulas quosdam & voces magicas, quibus utentes in omni negotio victores evaderent. Suidas addit: In Olimpijs Milesium quempiam cum Ephesio palestrà commissum, nihil potuisse in conflictu; quòd is Ephesius in talo Ephesias haberet literas: quod simulac animaversum esset, ademptis literis, Ephesium, qui iam triginta defatigaverat, succubuisse. Nec desunt hodie, qui huiusmodì conflictis vocibus imponant stultis.* Coram exemplum. In victoria illa insigni, quam toti Ecclesiæ contra Turcas iuxta Salankemen, concesit Dominus sub Carolo VI. Imper. inventum Strategi (Vulgò *Visir*) indusium à summo usque deorsùm ignotis scriptum characteribus, quasi his notulis invictus foret, qui illo in conflictu propudiosè succubuit. De more, & ritu hæc grammata scribendi vel in pelliculis proprijs, & quo intuitu; plura diximus, *Tom. 2. T. 4.* à *n.* 19. & seqq. Plutarch. lib. 7. *Sympos.* cap. 5. etiam Ephesijs literis aliam vim tribuit, subdens: *Magi iubent eos, qui á dæmonibus vexantur, literas Ephesias recensere apud se, & nuncupare.* Quænam sint, vide apud Erasm. loc. cit. & Lorin. hìc. sine ordine literæ Ephesiæ ad sensum erant: unde ortum adagium inter nostrates, dicentes ad rem non respondenti; *Loqui ad Ephesios.*

Quæ Ephesiæ literæ? Erasm. *Usus vel histemporibus.* Plutarch.

25 Alij, libros intelligunt curiosos de permutatione metallorum, seu de Chalchymia, artificiali chrysopœia, de qua vide. Galtruch. in *Physic. partic.* Tract. 2. p. 2. disp. 2. cuius libros comburi iussit etiam Diocletianus in Ægypto, ne auri esset abusus. Ita Ioannes Mariana hìc. Alij, libros Astrologicos iudiciarios, & genethliacos, qui ex horoscopo natalis cuiusvis, constellatione, ac Astrorum aspectu, divinabant

Libri chrysopœiæ combusti.

for-

Astrologia iudiciaria ludicra. sortem lævam, vel dextram nascentis vel nati; quippe ab horoscopo indeclinabile pendebat fatum. Audi delirantem Manilium, lib. 1. *Astron.* cap. 1. à vers. 52. & lib. 4. à vers. 16.

Manil.

Hi tantum novere decus, primique per artem
Sideribus vidére vagis pendentia fata.
Singula nam proprio signarunt tempora casu,
Longa per assiduas complexi sæcula curas.
Nascendi quæ cuique dies, quæ vita fuisset:
In quas fortunæ leges, quæque hora valeret,
Quantaque quàm parvi facerent discrimina motus;
Fatorum ordinibus sua cuique potentia formæ.
Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.
Tuncque & opes & regna fluunt, & sæpius orta
Paupertas, artesque datæ, moresque creati.
Et vitia, & clades, damna & compendia vitæ.
Fata regunt orbem; certa stant omnia lege.

Supervacuum erit, Scripturæ, SS. PP. & DD. afferre in huiusmodi nugas testimonia; sufficiat Taciti cum crisi iudicium. *Urgentibus Mathematicis, dum novos motus & clarum Othoni annum observatione siderum affirmant. Genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in Civitate nostra & vetabitur semper & retinebitur.* Ita lib. 1. *Histor.* cap. 22.

Corn. Tac.

26 Oecumenius hìc ait: *In his libris utiles etiam res fuisse: nihilominùs curiosi vocantur propter admistionem plurium inutilium.* Quæ res inutiles splendent flammis! Quid futilius & insulsius Theögonia Hesiodi? Quid delirium Valentini de triginta Eonibus, de quo Tertullian. adversus Valentinianos? Schema videris apud Iacob. Pamel. in *introduct. Comment.* De Nestore Lycio, refert Hesych. in eius *Vit.* composuisse Iliadem certis literis carentem: nam in libro primo, qui per *A* notatur, nullum invenitur, atque ita in omnibus libris Alphabeti Græci ordine distinctis, deëst sua cuique litera. O quantum est in rebus inane! Similiter Odysseam scripsit Triphiodorus. De Tiberio Imperatore addit Sueton. cap. 70. *Maximè curavit notitiam historiæ fabularis usque ad ineptias atque derisum. Nam & grammaticos, quod genus hominum præcipuè appetebat, huiusmodi ferè quæstionibus experiebatur; Quæ mater Hecubæ? Quod Achilli nomen inter virgines fuisset? Quid Syrenes cantare sint solitæ?* Vide quæ diximus, *Tom.* 1. *Tautolog.* 1. *n.* 10. & quæstiones è fonte Græcorum ineptissimas apud Senec. de *Brevit. vitæ*, cap. 13. & 14. *An verum* (infit *Epist.* 117.) *quod Stoicis placet, Sapientiam bonum esse; sapere bonum non esse? Ideo non discentes necessaria, quia supervacua didicerunt. Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus scripsit. Miser, si tam multa supervacua legisset. In his libris de patria Homeri quæritur: in his de Æneæ matre vera: in his libidinosior Anacreön, an ebriosior vixerit: in his an Sapho publica fuerit: & alià quæ erant dediscenda, si scires.* Ita *Epist.* 88.

Studia futilia. Sueton. Senec.

Ludibria otiositatis. Etiam ipse, *Epist.* 120. desipit, dicens: *Quomodò ad nos prima boni, honestique notitia pervenerit? Hoc nos docere natura non potuit: semina nobis scientiæ dedit, scientiam non dedit.* Iò! Cuncta præstita etiam ab illo, de *Brevit. vit.* cap. 14. *Alia deinceps innumerabilia* (infit) *quæ aut ficta sunt, aut mendacij similia. Dubitare se interim Fabianus noster aiebat, an satius esset, nullis studijs admoveri, quàm his implicari. Cuius ista errores minuent? Cuius cupiditates prement? Quem fortiorem, quem iustiorem, quem liberaliorem facient?* Ridet Iuvenal. *Satyr.* 11. v. 23.

Idem.

Iuvenal.

——— Illum ego iure
Despiciam, qui scit quanto sublimior Atlas
Omnibus in Lybia sit montibus.

27 Hinc Apostolus, 1. Tim. ait. *O Timothee, depositum custodi; divitans profanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ.* Græcè: *Cenophonias*, novi soni voces, & vocum ampullosas vacuitates. Vernaculè: *Vaciedades.* Theophylact. *Mathæologias*, ideſt, vaniloquentias. *Dum Apostolus ait Verborum novitates, addit Profanas. Sunt enim* (commentatur Augustin. in *Ioann.* tract. 97.) *& doctrinæ Religionis congruentes verborum novitates; sicut ipsum nomen Christianorum quando dici cœpit* (Actor. 11. 26.) *Adversus impietatem quoque Arianorum, novum nomen Patres* Homousion, *condiderunt; sed non rem novam tali nomine significarunt: hoc enim*

1. Tim. 6. 20.

Novæ voces in Ecclesia, non sunt pro fanæ ad nova misteria.

enim vocatur Homousion, *quod est*; *Ego & Pater unum sumus*: *unius videlicét eiusdemque substantiæ. Nam si omnis novitas profana esset*; *non á Domino diceretur*: *Mandatum novum do vobis. Nec testamentum appellaretur novum, nec cantaretur in universa terra canticum novum.* Optimè hìc Alapid. notat contra Heterodoxos: *Non sunt profanæ vocum novitates nomina novè adinventa*; *quæ res fidei breviùs & clariùs explicant, quia res nomine significata non est nova*; *sed prisca & antiqua. Talia sunt Trinitas, hypostasis, consubstantialis, Christianus, liberum arbitrium, purgatorium indulgentiæ, transubstantiatio*: etenim dum his terminis rumpuntur, ogganiunt; nec nisi in scommata contra Theòlogos procedunt. Videsis Erasm. libell. de *Moria*, & Ludov. Vives, in *Augustin. de Civit. Dei.* Profanæ vocum novitates sunt, vocesque profanæ, queis utuntur scientiæ vanè futilis professores. Hinc Paulus dicit: *Falsi nominis scientiæ*, quippe vel indigna nomine, dum penes nomen vænit scientia fatuis à superbis Meditatò cum scientia falsitatis profert Apostolus *Oppositiones*, quo constat perspicuè falsitas etiam in nomine scientiæ: equidem verum vero non opponitur; scientiaque vana, quoniam mendax, studiò opponitur vero. Quas non ingerunt inepptias in arte Cabalistica Iudæi impostores? Abominabiles facti sunt in studijs suis; vel dum volant præstigiæ in plausum usque ad stuporem sciolorum. Tam respectu futilium scientiarum, quàm verarum scientia animæ dicitur vera, & verè scientia: haud quia aliæ scientiæ sint falsæ, quippe tunc non essent scientiæ, neque habitus intellectus (qui verum quærit, nec invenire in falsis poteris) siquidem conclusiones ac demonstrationes veræ haud queunt deduci nisi ex veris principijs. Dicuntur scientiæ, & non veræ; quia illarum materia futilis omninò ad felicitatis munia, quæ docet inexpugnabilis, inconcussa animæ scientia.

Augustin.

Alapid.

His rumpuntur hæretici.

Ars cabalistica plausus stultorum.

Verum nequit deduci, nisi ex vero.

28 Dixerim etiam, scientiam animæ dici, præut opponitur scientiæ mentis: idest, propter discrimen scientiæ practicæ & speculativæ: igitur anima tendens in virtutem, actionibus solicitat praxim: intellectus verò in verum intendens, tendit in speculationem; quasi uterque divideretur inter bonum & verum. Appositè Cordubens. Stoicus, *Epist.* 117. *Quid mihi profuturum est scire* (inquit) *an aliud sit sapientia, aliud sapere? Quid mihi profuturum est scire, illud bonum esse, hoc non esse? Temerè me geram. Subibo huius voti aleam. Tibi sapientia, mihi sapere contingat. Formemus animum. Hæc est sapientia: hoc est sapere, non disputatiunculis inanibus subtilitatem vanissimam agitare. Sapientia habitus perfectæ mentis est: sapere, usus perfectæ mentis.* At verò quoniam *scientia sanctorum prudentia* dicitur (Proverb. 9. 10.) prudentiam arbitrantur scientiam animæ Salazar, & Alapid. hìc. *Scientia ergo animæ est prudentia, quæ consulit saluti animæ, quæ prospicit eius præmia & supplicia.* Hàc enim anima de præteritis statuit, ac de futuris decernit. *His nimirùm modis* (infit, præfat. in libell. de *Interior. dom.* Mellifluus Doctor) *interior conscientia ædificatur: quam utique bonam faciunt præteritorum malorum condigna satisfactio, & instantium malorum cauta, providaque declinatio.* Unde Genes. 15. 13. dicitur Abrahamo: *scito prænoscens?* Nihil sanè iaculà feriunt, si prævidentur. Quare cùm aliquando scientia adsit, prudentiaque desit; ut omne tangat punctum, dicitur Hippolyto, apud *Euripid.* v. 105.

Scientia animæ practica, non speculativa.

Senec.

Alapid. *Prudentia est.*

Bernard.

Quare?

Beatus esses, si saperes, quantum opus est sapere.

Euripid.

Sapientia manuducitur à prudentia, quæ quidem lumen oculorum mentis, ne cæspitet in vitijs larvà virtutis. *Sunt virtutibus vitia confinia* (ait Senec. *Epist.* 120.) *& perditis quoque ac turpibus recti simili tudo est. Oportet cupiditates refrænare, mentem comprimi, facienda provideri, reddenda distribui: comprehendimus temperantiam, fortitudinem, prudentiam, iustitiam, & suum cuique dedimus officium. Ex quo ergo virtutem intelleximus? Ostendet illam nobis ordo eius & decor & constantia, & omnium inter se actionum concordia, & magnitudo super omnia efferens sese. Hinc intellecta est illa beata vita, secundo defluens cursu, arbitrij sui tota.* Siccine est scientia animæ in virtutem anhelans, cuius prudentia ductrix; quæ quidem dicitur cognitio agibilium, seu iuditium practicum de obiecto morali, intellectuali naturæ conformi, rectè agente voluntate, quippe secundum rationem. Pavon. p. 2. *Theolog. natur.* distinct. 4. n. 1935. Qua de causa Vatabl. pro scientia legit: *Ubi non est prudentia animæ, non est bonum.*

Senec.

Ordo virtutis in quo?

Quid sit prudentia?

29 Suffragor lubitò expositioni, quam quia placuit, sacris ac Ethnicis testimonijs ornavi: attamen ex toto haud assentior; quippequàm detorquetur materia au-

Prudentiæ est festinare lentè?

storitastis in alia, quæ non probat sequens hemistichium. Sic enim legitur: *Ubi non est scientia* (prudentia) *animæ, non est bonum: & qui festinus est pedibus offendet.* Q. d. offendet anima, idest, homo, sine prudentia, sicut ferè offendit, qui pede, plusquàm oportet, festinat. Unde optimè dictum ab Augusto, & Vespasiano: *Festina lentè.* Vide Aul. Gell. *lib.* 10. *cap.* 11. & Macrob. *Saturnal.* lib. *6.* cap. 8. Sic Aldus Manutius typographus sibi dicebat (ut referunt Erasm. *Chiliad.* 2. *Centur.* 1. *Adag.* 1. & Claud. Minos in *Embl.* 143. Alciat.) quia in opus festinandum; cæterùm ut mendis careat, pedetentim procedendum. Ita Philippus II. Hispaniarum Rex dicere solebat: Santoi, *ergo lentè: sunt multa negotia curæ.* Hispan. *Vamonos Santoyo despacio, que ay mucha prisa de despachos.* Virgilius *Properè* & *Serò* iungit, lib. 1. *Georg.* v. 260.

Virgil.

——*Quæ mox de cœlo properanda sereno*
Maturare datur.

Equidem ni lentè, nihil fit properè, ideſt, opportunè. Plato in *Politic.* aptè profert:

Plat. Menand.

Qui plus satis festinat initio, serius ad finem pervenit. Menanderque in *Enchirid.*

Multis malorum causa festinatio fuit.

Ne ergo festinando corruat hominis scientia, à prudentia moderanda: igitur sine haccine comite offendet tractibus, sicut qui nimis properat labitur pedibus. Sat citò, si sat benè: aliter intelligendo signat, quòd nihil intelligat.

Nimia festinatio negotiare tardat

30 Huiusmodi gnome quit contrahi in verba & opera zelo nimis, sed imprudenter flagrantis; quæ quidem sæpesæpiùs insulsa, quia nimis salsa. Quapropter est tempus tacendi & tempus loquendi. Semper dicenda veritas, sed non semper opportuna. Si non opportuna, importuna & fastidiosa, demùmque cassa. Accidit erudito Musonio Rufo: de quo Tacit. lib. 3. *Histor.* cap. 81. infit: *Cœptabat permistus manipulis (bona pacis, ac belli discrimina differens) armatos monere. Id plerisque ludibrio pluribus tædio: nec deërant, qui propellerent, proculcarentque; ni admonitu modestissimi cuiusque, & alijs minitantibus, omisisset intempestivam sapientiam.* Verum illud Sophoclis in *Oedip. Tyrann.* v. 710.

Veritas oc currat opportune.

Tacit.

Sophocl.

Periculosa est præpropera prudentia.

Psalm. 140. 3.

Ostium circunstantiæ labiorum statuendum, ut iuxta circunstantias proferatur vel sepeliatur sub silentio veritas. *Homerus* (ait Aul. Gell. *lib.* 1. *cap.* 15.) *petulantiæ verborum coërcendæ vallum esse oppositum dentium, luculentè dicit; ut loquendi temeritas, non cordis tantùm custodiâ, atque vigiliâ cohibeâtur; sed & quibusdam quasi excubijs, in ore positis, sepiatur.* Iccircò ut medium iuxta rationem teneret, de se dicit Ion, apud Euripid. *v.* 301.

Aul. Gell.

Euripil

Omnia scio quem nobilem scire convenit:
Tacere, vbi opus est; & loqui, vbi tutum.

Zelus imprudens cæcitat.

Vide Stobæum serm. 87. & quæ diximus, *Tom.* 3. *T.* 2. *D.* 2. *n.* 2. Unde Bernard. *Epist.* 25. inquit: *Habeat charitas zelum; sed adhibeat pro tempore modum severitas. Censura quidem nunquàm remissa, intermissa tamen plerunque plus proficit. Vigor iustitiæ semper fervidus, sed nunquàm præceps: sicut non omne quod libet, licet; sic non omne quod licet, statim expedit.* Maturare est, quod neque citius neque serius; sed medium quiddam & temperamentum est; ut industriæ accedat prompta celeritas, atque in felicem exitum diligentiæ tarditas: ex quibus duobus quasi contrarijs fit opportuna maturitas.

Bernard.

Scientiæ & prudentiæ sit in illo consortium.

Pers.

——*Dicenda, tacendaque calles.*

Canit Persius, *Satyr.* 4. v. 5. Quo studio summum in sapientia studium; quippe in exitum scientiæ & prudentiæ æstimabile consortium.

Iudicium iudicrum imprudentis zeli.

31 Qui imprudens, etsi zelo ferveat, vel bona extirpat; quia perpera iudicat. Arguit manus non lavari: *Matth.* 15. 2. Vellentes spicas: ibid. *cap.* 12. 2. Cum peccatoribus iusti conversationem: *cap.* 9. 11. Excolat culicem: *cap.* 23. 24. Ubera premit, vehementer emungit, & sanguinem elicit. *Proverb.* 30. 33. Imponit importabilia. *Matth.* 23. 4. quin instruere velit in spiritu lenitatis (*Galat.* 6. 1.) studens discretioni; sed esse nimis iustus, ut obstupescat. *Ecclc.* 7. 17. Stultitia sanè est, quippequàm plerunquè hypocrisis sub deaurato iustitiæ velamine, vel indicium imprudentiæ. Tunc *Sapientia mera insipienda est*: ait Novarinus. de *Umbr. Virg.* Excurs. 29. numer. 316.

Novar.

Fere hypocrisis.

Tertull.

Me Dea sic docuit: Moderamen amabile, dixit:
Sed tu nec sectam modò, nec moderamina curas.

Acci-

Accinit Tertullian. Carm. in *Senator.* v.64. Sic etiam Plutarch. in *Camil.* inquit: *Nequid nimis, nimis placet mihi.* Scientia ergo sine phronesi est oculus sine luce, horologium sine pondere, animus sine facultate, quia prudentia sapientiæ sapientia est. Quo intelligitur illud Danielis, de quo supr. *Deus dat sapientiam sapientibus.* Quod astruitur à Propheta Evangelico: *Peribit enim sapientia à sapientibus, & (pro Quia) intellectus prudentiæ eius abscondetur.* Perpende *Eius*, non *Illorum*: etenim non sapientia vel in sapientibus, modò ab illa distet sapientiæ forma, prudentia. Eodem intuitu, Daniel.1. eligere decrevit Nabuchodonosor pueros, *Eruditos omni sapientiâ* (*Omni*, quia sine prudentia trunca sapientia vel manca) *cautos scientia*: siquidem his facultatibus constat, & præstat *Intellectus bonus.* Psalm.110. 10. Hinc Terent. in *Eunuch.* Act.1. scen.1. v.27. *Prudens, sciens.* Sophocl. in *Trachin.* v. 475. *Sapientem & non imprudentem.* Cui proposito Paulus, ad Ephes. 5. 17. infit: *Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes*: igitur nihil intelligunt, qui sine sale sapiunt. Habet enim scientia ampliorem virtutem, dum phronesis spectat rectum tenorem; quo aliquando iubet sistere, aliquando currere, aliquando volare.

Nequid nimis, nimis placet.

Daniel. 2. 21. Et *pro* Quia Isai. 29. 14. Daniel.1.4.

Scientia sine prudentia, cæca delira, trunca: hæc illius uti forma.

Et modò festinus, & modò lentus eas.

Ovid.

Equidem vel zelus igneus erit desipiens, dum scientia solè ductus plus æquo præceps. Si sic anima, caret scientia; quia nimis salsa, cùm debeat esse prudentia sale salita. *Vir sapiens* (ait Seneca, *Epist.*120.) *idem semper, & in omni actu par sibi: iam non consilio bonus; sed more eò perductus, ut non tantum rectè facere posset, sed nisi rectè facere non posset.*

Senec.

32 Hic est sermo sale conditus, de quo Apostolus: *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus; ut sciatis quomodò oporteat vos unicuique respondere.* Varium poscit remedium qualitas diversa passionum. Improbi ferocia districtione premenda, civiliter admonendi pacati, dolosi cautè, simplices leniter: & ideo ubique necessaria probatur esse prudentia; quæ rebus omnibus adhibere videtur accommoda. *Miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta* (infit Dux N. Glorioſus Benedictus, *Regul. Sanct.* cap.2.) *dirum magistri, pium patris ostendat affectum: idest, indisciplinatos & inquietos debet durius arguere: obedientes autem & mites & patientes, ut in melius proficiant, obsecrare: negligentes autem, & contemnentes, ut increpet & corripiat, admonemus.* Sal optimum condimentum, si moderatè adhibeatur: si nimis, cibos destruit. Idem in sermone fit. Conditus sanè sapidis pectore, quùm sal aspergitur; & nequaquàm cùm obruitur: ubi sal non comeditur, sed cibus sale commodo sapidus. Cuncta in modo, in pondere & mensura. Nec plus nec minus. Alias etiam contrariò, ut dicit Iobus: Quomodò *poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum?*

Colloss. 4. 6.

S. Bened.

Cur sali cõferantur alloquia?

Iob. 6. 6.

33 Pleonasmus hiccine modò negotium nobis faceſſet: at priusquàm in expositionem procedamus; aliqua iurè præmittenda de sale. Sal tam apud sacros, quàm profanos multifariam accipitur. Aliquàndo Sal dictum *Sale*, tuncque Mare significat, iuxta Prisc. quod in usu non est: imò contrarium, quùm usquequaque videmus pro mari usurpatum Sal. Catull. in *Nupt. Pel. & Thetidos*, v.67. *Ante pedes fluctus salis alludebant.* Virgil. 3. *Æneid.* v.385--5. v.848--6. v.697.

Sal pro mare.

Catull.

Et Salis Ausonij lustrandum navibus æquor.
Me ne salis placidi vultum, fluctusque quietos.
Start Sale Tyrrheno classes.

Virgil.

Sæpesæpiùs pro *Sal*, invenimus *Salum.* Idem lib.1. v.541. *Per undas superante salo.* & lib.2. v.209. *Fit sonitus spumante salo.* Propertius, *lib.*1. *Eleg.*6. *v.* 2. *Ducere vela salo.* Eleg.15. v.12. *Multa locutos salo.* lib.3. eleg.7. v.40. & 13. v.6.

Etiam Salum.

Naufraga cum vasto Græcia tracta salo.
Et venit è rubro concha Ericina salo.

Propert.

Sic igitur illud paranomasticum de Venere: *Missa è cœlo, nata salo, regnat solo.* & Myrtilus apud Alciatum, *Emblem.*161.

Cùm premererque salo, cùm premererque solo.

Alciat.

In plurali numero hæc vox designat iocos & festivitatem. In singulari neutro & masculino gaudet articulo. Sal in genere neutro pro condimento accipit Donatus, sicut in masculino pro sapientia; in *Eunuch.* Terent. Act.3. scen. 1. v. 10. quod quidem mirum in tam literato Auctore: etenim salem invenimus pro condimento, seu pro ipso sale. Plin. *lib.*3. *cap.*5. ait: *Amnis mutatus in salem.* Et cap.7. *Summa flumina den-*

Soles pro iocis & facetijs.

Plin.

santur in salem. Sunt in Africa lacus salem ferentes. Idem in *Iugurth.* Salustius: *Neque salem, neque alia gulæ irritamina.*

Salust.

34 Significat aliquando urbanitatem non molestam. Terent. loc. cit. *Habet salem, qui in te est.* Apud Martialem obvia cuique, & ingeniosa, *lib.*10.*Epigr.*9. *Multo sale, nec tamen protervo*: idest, sine acrimonia; *quia delectant nimis salesque nudi.* lib.5. Epigr.2. Unde *lib.*11. *Epigram.*14. succinit de Paride mimo.

Pro urbanitate Sal.

Urbis deliciæ, salesque Nili,
Ars & gratia, lusus & voluptas,
Romani decus, & dolor theatri.
Atque omnes Veneres, Cupidinesque,
Hoc sunt condita quo Paris sepulchro.

Martial.

Hinc *salsa res* aliquando sumitur ironicè pro re insulsa, seu nimia frigiditate, ex qua risus solvitur, quasi quid festivum voluptuosè videretur. Ipse *lib.*3. *Epigram.*12. lepidissimè iocatur:

Ironicè pro re insulsa.

Unguentum fateor bonum dedisti.
Convivis heri, sed nihil scidisti:
Res salsa est, benè olere & esurire.
Qui non cœnat, & ungitur, Fabulle,
Hic verè mihi mortuus videtur.

Idem.

Ubi patet *Res salsa* pro ridicula, fastidiosa. Nostrates vividiùs: *Donosa cosa, rara idea, extravagante entremès, en la cena oler bien y no cenar.*

35 Inter Sales pro gratia & Venere (nescio, qua; nec sciunt, qui cognoscunt) tam in verbis, quàm in rebus, quæ dicitur singularis, inimitabilis modus. *Quicquid loquitur sal merum est*: ait Afranius, ideſt, gratissimum, quia gratiosum sine vernilitate, seu scurrilitate. *Purè loquuntur* (inquit Cicer. lib.1. *Ad Attic.* Epist. 13.) *cum humanitate literæ sparsæ sale, tùm insignes amoris notis.* Imitatus est Symmach. *lib.*1. *Epist.*17. ad Ausonium. *Brevis in manus meas pagina pervenit. Erat quidem illa Atticis salibus aspersa & thymo odora.* Sidonius Apollin. *lib.* 4. *Epist.*16. *Accepi paginam vestram, quæ plus mellis, an salis habeat, incertum est.* Martial. *lib.*3. *Epigr.*20. *Lepòre tinctos Attico sales narrat*: quos quidem ibid.*Epigram.*99. dicit. *Sales innocuos.* Propert. *lib.*3. *Eleg.*21. v.28.

Sales pro gratia & venustate.

Cicer.

Symmach.

Sid. Apoll.

Martial.

Propert.

Librorumque tuos docte Menandre sales.

Plaut. in *Stich.* Act.1.scen.2.v.35. *Ita meæ animæ salsura venit.* De gratia in factis, Plinius de Apelle dicit, *lib.*35. *cap.*10. *Præcipua eius in arte venustas fuit, cùm eadem ætate maximi pictores essent: quorum opera cùm admiraretur, collaudatis omnibus, deesse ijs unam illam Venerem dicebat, quam Græci Charita vocant: cætera omnibus contigisse, hac soli neminem parem.*

36 Pro re festiva, verùm sine noxa (quod dicitur Iocus) usurpantur quandoque sales, aliqua punctione gaudentes: igitur sicut sal in mordacitate suavitate quandam habet; ita ioci urbani seu facetiæ. Unde Martialis de frigido quodam Poëta, *lib.*7. *Epigram.*24.

Pro re festiva, & hilari.

Nullaque mica salis, nec amari fellis in illis
Gutta sit: O demens, bis tamen illa legi?

Martial.

Infinitas esse species falsè dicendi, quas præstat persona, modus, tempus, locus, casus, refert Quintil. lib.6. *Institut.* cap.4. Nostrà dialecto: *Chanzas, Donaires.* Aptè dici possunt sales melliti, vel mella salsa, aliquid fellis habentes, verùm sine amaritudine: de quo latè Quintil. loc. cit. cap. de *Risu.* Macrob. 2.*Saturnal.* à *cap.*1. usque ad 8. Sic dicitur sal facetum, estò mordax; quippe in risum. Claudian. in Panegyr. *Malij* v.309. & Manil. lib.5. *Astrom.* v.144.

Nec molles egeant nostrà dulcedine ludi,
Qui lætis risum salibus moviſſe facetus,
Qui nutu, manibusque loquax, &c.

Claudian.

——Veneriſque ſequaces,
Perque dapes, menſaſque ſuper petulantia corda
Et ſale mordaci dulcis quærentia riſus.

Manil.

37 Etiam sal sumitur pro scommate, dicteriovè, quo aliquis perstringitur: tunc- que dicitur *Sal nigrum.* Horat. *lib.*2. *Epist.*2. v.60. & *lib.*2. *satyr.*4. v.74. *Piper album cum sale nigro. Sal multum.* Idem *lib.*1. *satyr.*10.v.3. & Martial. *lib.*6.*Epigr.*44.

Festi-

Festivè credis te Calliodore iocari,
Et solum multo permaduisse sale. Martial.

Epigram.97. lib.12. dicit *Salem prurientem.* Pers. *satyr.4. v.30. Sal mordens.* Unde phrases scommatum apud Poëtas. Idem *satyr.1. v.128. Secuit Lucidius Urbem.* Horat. loc. cit. v.4. *Urbem defricuit.* Quintil. Sectan. *satyr.5. v.65. Et sale perfricet Urbem*: & satyr.4. v.153. *Pro scommate. Quid sal nigrum?*

Et percam, muriâ si non graviore fricabo
Sinciput hoc asini, donec cruor effluat, atque
Horrida detractâ fumet calvaria pelle. Sectan.

Muria, Hispanicè: *Salmorejo.* Plura exempla huiusmodi salium videsis apud Quintil. & Macrob. loc. cit. *n.* antec. & Sueton. in *Cæsar.* cap. 49. & 51. in *Tiber.* cap. 59. & in *Neron.* cap.39. Quàm periculosi istiusce modi sales, dicam, *num.* 58. Nota vel lacessiti prudentiam Pollionis: *Temporibus triumviralibus, cum Fescenninos* (versus impudicos) *in eum Augustus scripsisset; ait: At ego taceo: non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.* Macrob. ubi supr. *cap.4.*

38 Sal multoties usurpatur pro victu & mensa, sicut panis in Scriptura. Unde illud assentatorum Artaxerxi Regi, apud Esdram, lib.1. cap.4. v.14. *Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus.* Etenim mensa estò regia, refertaque dapibus, diversisque lancibus ac ferculis superplena; sine sale quasi nulla. 1. Esdr. 4. 14.

Nec cibus ipse iuvat morsu fraudatus aceti. Martial.

Uti accinit Martial. *lib.7. Epigram.24.* Hinc duntaxàt dicitur, seu exprimitur sal, quia cunctarum escarum condimentum. *Est enim sal* (inquit Plutarch. lib.5. *Sympos.* cap.10.) *reliquorum opsoniorum propemodum opsonium & condimentum. Proinde Venerem sunt qui eum vocent, quòd cibum necessarium opiparum efficiat: hac enim causa dictum esse salem divinum.* Dixerat prius Plin. *lib.31.* cap.7. *Ergo herculè vita humanior sine sale nequit degere: adeoque necessarium elementum est; ut transierit intellectus* (significatio scilicèt) *ad voluptates animi quoque: nam ita sales appellantur omnis vitæ lepos & summa hilaritas; laborumque requies non alio vocabulo constat. Honoribus etiam, militiæque interponitur; salarijs inde dictis, magna apud Antiquos auctoritate.* Cornutus in 1. Persij *Satyr.* v.9. contendit, salarium dici victum unius diei; quia victus quotidianus tam necessarius, quàm sal. Ludicrum sanè ratiocinium, igitur victus necessarius ad esse, sal autem duntaxàt ad benè esse. Deinde de Tiberio Sueton. in eius *Vit.* cap.46. dicit: *Comites peregrinationum, expeditionumque nunquàm salario, cibarijs tantùm sustentavit.* Quo profecto patet salarium non posse intelligi pro quotidiano victu. A sale ergo dictum salarium, quod quidem idem est ac stipendium pro alimento & victu, non victus seu alimentum, quod Reges proceribus, hique illis impendunt, quorum operà in obsequia continuò aut perpetuò utuntur. Ita Turneb. lib.18. *Adversar.* cap. 20. Olim dicebatur *Honorarium.* Vernaculè: *Gages.* Sueton. *cap.10.* de Nerone ait: *Senatorum nobilissimo cuique, sed à re familiari destituto, annua salaria, & quibusdam quingena constituit.* Etiam in Heliogabal. Ælius Lampridius: *Mittebat* (inquit) *parasitis percellarios salaria annua vasa cum ranis & scorpijs & cum serpentibus & huiusmodi monstris. Claudebat in eiusce modi vasis infinitum muscarum, apes mansuetas eas appellans.* Astruit Stephan. Forcatul. in *Necyomantia*, dialog.62. & leg. *Cum hi* §. *si in annos 23. ff. de transact.* leg. ult. *ff. de in rem vers.* leg. ult. in fine *de obligat.* & act. Petr. Calefatus in leg. *diem functo. ff. de Offic. assessor.* Luc. de Penna in leg. *matriculam* & leg. *siquis in sacris.* A sale salarium dictum, quia *Nihil utilius* (imò necessarius) *sale & Sole*: uti infit Cœl. Rhodigin. *lib.6. cap.1. Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac & panis similagineus, & mel & botrus uvæ, & oleum & vestimentum.* Eccli. 49. 31. Haud enim dicebatur salarium, quia sal solummodò concedebatur, cùm inter prædicta honoraria nominetur etiam Sal. Plura apud Turneb. loc. cit. ex Vopisco in *Aurelian.* qui inter salarij dona numerat panem, vinum, gallinas & pullos, porcellos, carnem suillam & bubullam, liquamen, oleum, sal, herbas & olera. Ita inter honoraria concessa à Cyro in usum sacri templi, signatur sal. *De arca regis detur, ne impediatur opus: quod si necesse fuerit, & vitulos & agnos & hœdos in holocaustum Deo cœli, frumentum, sal, vinum & oleum.* 1. Esdr.6. 8. & 9. Alia concedit Esdræ Artaxerxes, ibid. cap.7. & dicit, v.22. *Sal verò absque mensura.* *Pro victu & mensa.* Plutarch. Plin. Sueton. *Quid & à quo salarium?* Idem. *Quid sit Honorarium?* Cœl. Rhod. *Nihil utilius sale.* *Salarium non à solo sale.*

39 Salem quoque usuvenit accipi pro amicitia, seu pro communi, familiarique con-

Sal pro *amicitia & contubernio.*

contubernalium mensa. Describitur graphicè, 2. Reg. 12. 3. *Pauper autem nihil habebat præter ovem unam parvulam, quam emerat & nutrierat, & quæ creverat apud eum cum filijs eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens & in sinu illius dormiens.* En maxima necessitudo, quæ signatur etiam per sal & communem mensam, de quo infra *n.*59.

Euripid.

Mensâ receptus sæpe communi mihi

Canit Euripid. in *Hecub.* v.708. & Theocrit. *Edyl.*16. de *Hyla*, v.37.

Theocr.

—— *Qui ad mensam semper eandem*
Cœnabant ambo, fidi nimirùm amici.

Suffragatur Pier. Valerian. lib.31. *Hieroglyph.* cap.10. *Sal* (inquit) *amicitiæ symbolum fuit durationis gratia. Unde hospitibus ante alios cibos apponi solitum, quo amicitiæ firmitas ac perseverantia significetur. Quare plerique ominosum habent, si sal in mensa profundi contigerit: contra verò faustum, si vinum, atque id merum, effusum sit. Vel quia vel ex aquis sal multis & fusilibus in unum quoddam & solidum coit; ita ex diverso convenientes in unum animi coälescant, fiatque Platonicum illud Miavxñ.* Hoc est, una anima. Hinc adagium (de quo Erasm. *Chiliad.* 1. *Centur.* 6. *n.*10.) *Salem & mensam ne prætereas.* Quod minimè observavit proditor Iudas, imò sub specie amicitiæ tetendit insidias; *Neque salis eiusdem, neque mensæ, neque panis communicati memor est factus*: ait Origenes, tract. 35. in *Matth.* & lib. 2. *Contra Celsum*, infit. *Quis enim nescit, multos ad communionem salis & mensæ admissos, pòst insidiatos suis contubernalibus?* Qüeritur Christus de perfidia, *Ioan.*13. 18. & David *Psalm.* 40. 10. Pro concordia Stuk de *Sacrific. Gentil.* fol.49. *Pro constitutione Reipublicæ, cuius symbolum est sal, quia ex varijs guttulis una salis mica solida.*

Pier. Valer. *Cur amicitiæ symbolum?*

Origen.

Stuk.

40 Pariter Sal sumitur pro paupertate,& extrema. Apud Nostrates axioma commune, dum res angusta domi; *No llega la sal al agua.* Apud Latinos, *Salem lingere.* Quapropter cùm Diogenes Cynicus à Cratero prædivite quodam invitaretur, ut ad se veniret, ne parcè degeret; respondit: *Malo salem Athenis lingere, quàm apud te opiparis cibis frui.* Erasm. in *Apophthegm.* lib.3. *Varro etiam pulmentarij vice usos veteres, auctor est*: ait Plin. *lib.*31.*cap.*7. Pers. *Satyr.*5. v.138. *Eheu Varo* (Varo iuxta Cornutum hìc, qui servus ineptissimus)

Sal pro paupertate & extrema. Erasm. Plin.

Pers.

——*Regustatum digito terebrare salinum*
Contentus perages, si vivere cum Iove tendis.

Plautus, in *Curcul.* Act.4. scen.4. v.6. *Salem dilinges.* Horat. lib.2. *Carmin.* Od.16. vers.13.

Horat.

Vivitur parvo benè, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.

Tenuis fortunæ nota, ut pro cibo sal tantùm vel cum aceto, in aliqualem voluptatem, gustus & palati illecebram. *Quando hora vescendi fuerit* (dixit Ruthidi Booz) *veni hùc & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto.* Miseris opsoniorum loco sal erat cum aceto. Cicer. *lib.9. Epist.* ad Papyr. Pætum. Plaut.in *Rudent.* Act.4. scen.2. v.32. *Cum aceto pransurus est & sale.* Adi Iust. Lipsium,de *Militia Rom.*lib.5. dialog.16. Alij inopes utebantur sale, & caseo. Erasm. *Chiliad.*4.*Centur.* 5. *Adag.* 87. *Esitasse etiam salem cum pane & caseo, ut proverbio apparet*: Plinius loc. cit. Plutarch. lib.5. *Sympos.* cap.10. refert, sali cynimum addidisse. Quæ profectò cuncta indicant summam pauperiem.

Ruth.2.14.

Symbola miseræ inopiæ.

41 Olim Sal in summo pretio, quippe propriè gazæ Regum: unde cùm salinæ addictæ fisco, liberaliter Demetrius Iudæis indulsit, uti dicitur, 1. Machab. 10. 29. *Pretia salis indulgeo*: ex quo magni proventus ex mari mortuo, quod salsissimum in Scriptura vocatur. *Genes.*14. 3. *Sunt & montes nativi salis* (ait Plin. loc.præfat.) *ut in Indis Oromenus, in quo lapidicinarum modo cæditur renascens: maiusque Regum vectigal ex eo est, quàm ex auro, atque margaritis.* Mirum namque quod de sale Tragasæo (qui *in igne nec crepitat, nec exilit*, ut ibid. dicit Plinius: sicut de sale Agrigentino, *Ignium patiens, ex aqua exilit*) refert Athenæus in *Troäde* prop. fin. *Cùm vectigal Lysimachus imposuisset, evanuit: & vectigali mox sublato, succrevit rursùm.* Idem videris apud Cœl. Rhodigin. *lib. 9. cap.* 12. & multa alia eiusdem argumenti apud Adrian. Jun. *lib.*3. *cap.*9. Maximi ut dixi pretij sal & propter communem necessitatem, *Quin & pecudes, armentaque & iumenta sale maximè solicitantur ad pastum, multò largiore lacte, multòque gratiore etiam in caseo dote*, ut subdit Plinius;

Sal regum thesauri. Plin.

Sal quodnã in igne nec crepitãs, nec saliens? Athen.

Mirum de sale, super quod tributum impositum. Plin.

&

& propter singularem colorem & salis speciem. *Ruber Memphi, rufus est circa Oxum, Centuripis purpureus: circa Gellam in Sicilia, tanti splendoris, ut imaginem recipiat: in Cappadocia croceus effoditur, & translucidus & odoratissimus. Conditur etiam odoribus additus, & pulmentarij vicem implet, excitans aviditatem, invitansque in omnibus cibis; ita ut sit peculiaris ex eo intellectus inter innumera condimenta.* Idem ibid. Iam ergo his ex sale suppositis fax accensa, ad expositiones Tautologiarum salis. *Sal varij coloris. Idem.*

42 Prima occurrit Iobi, nimirùm, qüeruli de tanta calamitate, dicentis: *Poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum?* Sub cibi metaphora exprimit vividè dolorum acerbitatem: homo enim cùm habeat (iuxta Aristotel. 2. de *Anima*) gustum præstantiorem cunctis alijs animalibus; refugit cibum palato dissonum, ob salis defectum; quia tunc cibus non est, si ingratus palato sit: igitur à stomacho respuitur alimenti substantia, modò priùs non approbetur à lingua. Quid animæ amaritudines, ulceraque gravissima corporis manantia sanie, ac scatentia putredine? Molestiora sanè: quandoquidem cibus insulsus naturæ ingratus, dolor verò violentus. Ille non alliciens, hic acerbissimè nocens. Ille sensus constitutioni amarus, hic sanè mortiferè acutus. Quare addit: *Quod gustatum affert mortem.* Q.d. Si intolerabile gustui quod insulsum; quid erit sensui lethiferum? Plus igitur gravat quod vitæ nocet, quàm quod gulæ displicet. Accinit hic Mellij Sousæ suavis camœna: Iob. 6. 6. *Cur ab homine respuitur insulsum?*

Nunquid & insulsum vacuo demittere ventri
Plena per ora cibum, multis dum rebus abundat
Optabit locuples, qui fercula mista veneno,
Et quibus ater inest mortis metus, ore libenti
Sumet? Domini figentis ad ima, sagittæ
Ictibus afficiunt; quarum vis pectora turbat,
Et dolor exanimat, duris me casibus urgent,
Quos torquere dedit. Sousa.

43 Aptiùs ni fallar. Infelicitas à Iobo præsentis status ostenditur: etenim infelicior infelix, si felix priùs. Lævam itaque sortem lamentatur Iobus, quippe modò appetit urente fame, quod alias despiceret & fastosè, potisimùm in delicijs enutritus, & à fortuna lactatus; iuxta illud tritum: *Esurienti cibus quælibet esca.* Cùm summa inopia signetur inopià salis; præ latrante rabidè stomacho, insulsum appetebat procul omni condimento: siquidem condimentum, salque insipidorum fames. Favent Versiones. Sanct. Pagnin. *Num est sapor in albugine vitelli?* Ar. Montan. *In saliva vitelli?* Chald. *Nunquid est gustus in albugine ovi, & albugine vitelli?* Ovum prorsùs ex se insipidum, fatui saporis, sine ullo sale congenito. Unde obijcitur à Iobo summa miseræ inopiæ, in ovi insulsissima albugine; iuxta proverbium Pinciani, in *Adag. Hispan.* dicentis: *Ibi utique summum malum, ubi sine sale comeditur ovum.* Quapropter ut exaggeretur fames, dicitur: *Integra fames ad ovum.* Cœl. Rhodigin. *lib. 28. cap. 10.* Sic igitur v. 7. subdit: *Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.* *Cibi insulsi signum extremæ inopiæ.* Pagnin. Ar. Mont. Pintian. *Idem ovum sine sale.*

——— At ora fames postquàm nimis urget, amara
Pascitur esuriens, & non ingrata palato
Iudicat: illa priùs, quæ mens horrebat, & ante
Nunquàm ori libata meo; penuria fecit
Esse dapes misero, durisque in rebus egenti. Sousa.

Ita Sousa, quò supr. Similiter Ieremias, de inclytis urbis exustæ dixit: *Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.* Nil mirum vel insulsa petit fames. *Anima esurieus etiam amarum pro dulci sumet.* Proverb. 27. 7. & Plaut. in *Casin.* Act. 2. scen. 3. v. 7. *Fel quod amarum est, id mel faciet.* Finxit anhelantem cibum suam Cererem Ovidius (lib. 5. *Metam.* fab. 7.) quam videns puer, *risitque avidamque vocavit:* & lib. 4. *Fastor.* v. 533. accinit: Thren. 4. 5. *Summa fames vel in acerba tendit.* Plaut.

Dum legit, oblito fertur gustasse palato,
Longaque imprudens exsoluisse famem. Ovid.

44 Alia cogito, & non incongrua statui Iobi, undique saucij, & simul ægritudinibus infirmi. Usuvenit sæpesæpiùs in morbis, cibum optimè, suaviterque conditum displicere ægrotantis palato tanquam insulsum: igitur præ humore prævalente depravatur gustus, ita ut quod dulce, amarum; quasi mel Corsicum: insipidum, salsum;

ſum; ac econtrà ſale conditum ſtupidum. Ægri ſaliva ſaporem habet unius ex quatuor humoribus dominantis: ſani verò ſaliva inſipida eſt: hàc enim hominis lingua diſtinguit ſapores, quorum expers ſaliva: igitur ſi aliquem ex ſe, vel accidentaliter haberet, cuncta eſtò diverſi ſaporis illum ſalivæ ſolummodò ſaperent. Hinc Hebr. *Num eſt ſapor in ſaliva ſanitatis?* Nullus profectò. Similiter causà infirmitatis uſuveniebat Iobo cum ſcis conditis ſapidè: equidem ex humore prævalente in corpore, ſcilicèt phlegmate; quod ſale ſapidum illi videbatur inſulſum. Aſtipulatur Bolduc. *Infatuatum* (legit) *ex vetuſtate ſalis ex ſaliva infirmitatis mortis.* Siccine ſenſus auctoritatis erit: Ita doloribus gravor, & morbis lethalibus; ut ex ſaliva infirmitatis, quod ex ſe ſapidum, utpotè ſale conditum, mihi videatur ſicut ſani hominis inſulſa ſaliva, quæ quidem ex ſe fatua ſine ullo prorsùs ſapore. Hoc enim intuitu præmiſerat, cap. 3. v. 24. *Antequàm comedam, ſuſpiro*, quippequàm guſtare cibum, erat pati præ inſuavitate tormentum: apparebat guſtui cibus quaſi ſine ſale, qui conditus diligentià non inſipidè. Subauditur hìc, præut auguror, ſine nota comparationis comparatio; quod frequens in Scriptura. Ioan. 16. 28. *Exivi à Patre & veni in mundum: iterùm reliquo mundum, & vado ad Patrem.* Hoc eſt, *Sicut exivi, &c. Iterùm* pro *Ita relinquo mundum, &c.* priùs enim mundum haud reliquerat, ut relinqueret iterùm. In Ezech. cap. 1. abundè invenitur uſui. v. 4. *Splendor in circuitu eius* v. 5. *Similitudo quatuor animalium: ſimilitudo hominis in eis.* verſ. 8. *Manus hominis ſub pennis eorum*: quæ quidem intelligenda ſunt cum nota comparationis, q. d. Quaſi ſplendor, quaſi ſimilitudo, quaſi manus; ſicut dicitur *Quaſi ſpecies electri, quaſi planta pedis, quaſi aſpectus æris candentis.* Ibid. Pſalm. 57. 12. *Utique eſt fructus iuſto: utique eſt Deus iudicans eos in terra.* Nempè, Sicut eſt fructus iuſto, ita Deus iudicat, &c. vel econtrà: ſicut Deus iudicat, ita eſt fructus iuſto. Cantic. 6. 8. *Una eſt columba mea: una matri ſuæ.* Hoc eſt, ita mihi chara, ſicut unigenita matri. Alibi dixi alia vide hìc, *Tautolog.* 4. *n.* 29. & 6. *n.* 23. Genuinè modò clareſcit teſtimonij ſenſus: q.d. præ dolore quicquid in edulium menſæ appoſitum, omninò inſulſum, quaſi non eſſet ſapidum, delitioſum, nec ſale conditum. Sic enim, ut videbimus infr. *n.* 49. *Omnis enim igne ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur.* Ideſt, omnis homo improbus igne ſalietur, ſicut omnis victima ſalitur ſale.

Sani cur ſaliva inſipida?

Bolduc.

Unde ſale conditũ videtur inſulſum?

Iob. 3. 24.

Iterùm *pro* Ita.

Comparatio ſine comparationis nota.

Utique *pro* Sicut, & Ita.

Marc. 9. 48.

45 Alia cogitat Origenes lib. 2. in *Iob. Una* (inquit) *memoratur, quia totum corpus illius, & omnia eius membra uno diabolus contexit vulnere. Unà putredine detentus erat, iiſdem vermibus ſcatebat. Iacere non poterat, ſedere non valebat, requiem habere non poterat, reſumptionem non inveniebat: & quod erat omnium maximum, ſuper hæc univerſa fame & ſiti necabatur: nam manibus cibum ſibi vel potum ad os porrigere non poterat. Tametſi manus ad os porrigere valeret, ore ac labijs putredine ac vermibus plenus, percipere non valebat. Atteſtatur idem ipſe dicens paulò pòſt: Scatere video ſcas meas tanquàm odorem leonis.* Hinc maximus dolor, fame preſsi cruciamen; ſiquidem illis veſci urgebatur, quæ manabant ſanie, & repletæ erant furore. *Aderant cibi, nemoque impediens erat: appoſitæ ſedebat menſæ, viſoſque non tangebat cibos: nam is qui circa corpus ab ulceribus erat fœtor, deceptioni accedens, deſiderium reſolvebat, ipſamque menſam ærumnâ quadam replebat. Putores, inquit, cibos meos eſſe video: & famis quidem neceſsitas appoſita tangere cogebat, fœtoris verò magnitudo è carne proveniens vim famis ſuperabat.* Hactenus Chryſoſtom. in *Iob.* Homil. 5. Aptè in horrorem putredinis ſignat Iobus cibos leonis. *Gravem leonis odorem, nec minùs halitum*: ait Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Adi Dalecamp. hìc, & quæ diximus, *Tom.* 3. *T.* 13. *D.* 5. *n.* 6. Si inſipidum, nequit edi; & ab infirmo etiam quod non inſipidum: quomodò veſci poſſum (q.d.) fœtore, ſanie, atque vermibus plenum? Quomodò? & fame premor, & urgeor. *Poteſt aliquis guſtare quod guſtatum affert mortem?* Nullatenùs, & tamen impellor: etenim *quæ priùs nolebat tangere anima mea; nunc præanguſtia, cibi mei ſunt.*

Origen.

Fames urẽs, & ciborum foſtidiũ sũmus Iobi labor.

Chryſoſt.

Plin. *Gravis leonis halitus & peſtilens.*

46 Hæccine anguſtia concitat in horrida & horribilia. In fame Samariæ caput aſini venundatum octoginta argenteis, & quarta pars cabi (quantum vola manus bis capere poteſt) ſtercoris columbarum, quinque argenteis. 4. *Reg.* 6. 25. In obſidione Athenarum per Syllam, medimnus tritici mille denarijs venijt: imò cives calceos & utres elixos comederunt: ait Plutarch. in *Sill. Væniſſe murem ducentis nummis, Caſilinum obſidente Annibale*; refert Plin. *lib.* 8. cap. 57. & Valer. Maxim. lib. 7. cap. 6. In quæ non inducet maleſuada fames? *Ut comedant ſtercora ſua, & bibant urinam ſuam.* 4. Reg.

Dira fames paſci horribilibus & abominandis.

Reg.18. 27. & *Isai.* 36. 12. Nihil tam inhumanum & fœdum, ad quod non invitet, imò trahat fames & dira necessitas. Patres filios devoraturos minatur Deus improbis Israëlitis, *comeditis carnes filiorum vestrorum & filiarum vestrarum.* Levit. 26. 29. & Deuteron. 28. 53. Accidit, uti constat. 4.Reg.6. 29. *Coximus ergo filium meum & comedimus.* Narrat Egesippus, lib.5. de *Excid. Hierosol.* cap.40. simile: *Aversa vultu gladium demersit, & in frusta filium secans igni imposuit: partem comedit, partem operuit, nequis superveniret.* Idem Ioseph. de *Bell.* lib.7. cap.8. & Cœl. Rhodigin. *lib.* 13. *cap.* 24. Prædictum etiam illis ab Ezechiele, 5. 10. *Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos*: quo constat summa inhumanitas, & famis urentis crudelitas. Notandum quod perhibet Seneca de Cambysis exercitu. *Sustinebant famem primò* (inquit, lib.3. de *Ira*, cap. 20.) *tenerrima frondium & cacumina arborum: tum coria igne mollita, & quicquid necessitas cibum fecerat. Postquám inter arenas radices quoque & herbæ defecerant, apparuitque inops etiam animalium solitudo; decimum quemque sortiti, alimentum habuerunt fame sævius.* Liquet ergo angustia Iobi.

Egesipp. *Fames celebres, & edulia in iliarum angustijs.*

Senec.

Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis:
At perijsse fame res una miserrima longè est,

Homer.

Ait Homerus, 12. *Odyss.* v.341. Græcè dicitur *Apocartereśis.* Orexis illi erat, & maxima, quasi bulimia: de qua Iuvenal. *Satyr.6.* v.426. *Rabidam facturus orexim*: & Virgil. lib.9. *Æneid.* v.64.

Quid Bulimia & Orexis?

Ex longo rabies collecta fatigat edendi.

Virgil.

47 Hæc dicitur *Fames universa & vaccina* a Cœl. Rhodigin. *lib.26. cap.* 1. qui subdit: *Prævium habet plerunque caninum appetitum: est enim membrorum inedia cum stomachi satietate. Magna fames subiecti ratione, quia membra infestat omnia: proinde universa dicitur fames; sicut appetitus, quem caninum vocant, particularis.* Graphicè, floridèque describit Ovidius, lib.8. *Metamorph.* fab. 11. loquens de bulimo Erisichthone.

Cœl. Rhod.

Quid Universa fames?

——Petit ille dapes sub imagine somni,
Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat;
Exercetque cibo delusum guttur inani,
Proque epulis tenues nequiquam devorat auras:
Ut verò est expulsa quies, fuerit ardor edendi,
Perque avidas fauces, immensaque viscera regnat.

Ovid.

Hinc Iobi pressura, obiectà in epulum mensa: etenim in id, quod priùs aversabatur stomachus, estò sanie virulentum, præ nimia fame inducebat appetitus. Nec edere quibat, neque famelicus satiari valebat: similis profectò lupis, qui escas faucibus spectant avidè siccis, & ut ait Virgil. lib.2. *Æneid.* v.356.

Et Vaccina?

——Quos improba ventris
Exegit cæcos rabies.

Virgil.

Ferens vacui ventris furorem, qui appetentem trahebat in cibum, simulque retrahebat propter putredinis tædium. Hoc est suspendium animæ: avidè velle, nec posse. Velle præ fame, aversari præ fœtore. Velle comedere, quod gustatum proculdubiò afferret mortem: & simul effugere mortem pro cibo deglutiens famem. Liquet quantum in huiusmodi conflictu excogitatum tormentum; dum respuit sanus palatus *insulsum, quod non est sale conditum.*

Summum cruciamen, esurire & comedere nõ posse.

48 Quoad modum dicendi facilem iuxta sæpe dicta exitum habet præsens Tautologia. Insulsum quit esse ex se, & etiam quia non habet aptum condimentum, quod maximum à salis temperie. Similiter insulsum potest dici, etsi sale conditum, quod displicet palato, aliquo prævalente pessimè humore. Qua de causa in testimonio relativum *Quod* sumitur pro *Quasi*, vel *Acsi*, ut *num.* 44. notavimus. Iccircò sensus erit, Mihi videbatur insulsum, quasi sale non esset conditum. Vel accipe relativum *Quod* pro *Idest* per exergasiam, clariorem sententiæ explanationem. Matth. 1. 23. *Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus*: Id est, Nobiscum Deus. Idem *Ioan.* 1. 42. *Marc.*7. 34. quibus in loc. relativum *Quod* accipiendum pro *Scilicèt, Ideśt*, ut patet, Actor. 1. 19. *Haceldama, hoc est, ager sanguinis.* Idipsum etiam, *Matth.*27. 8. Sic ergo sensus Pleonasmi erit: *Insulsum, quod* (hoc est) *non est sale conditum.* Eodem sensu Maluend. *Insulsum, de nequaquàm sal.* Sanctius hìc, cap. 3. n.

Quod *pro* Quasi *& pro* Ideśt.

Exergasia.

74. *Cibi malè conditi, neque aspersi sale.* Septuag. *Non est sapor, & sine sale.* Quasi palato, linguæque ingratum, quippe sine sale insipidum.

49 Effectus salis exponitur, & simul causa, eodem verbo & nomine, ut sæpe vidimus & videbimus. Ut *Vitâ vivet, Morte morieris, Iustitia iusti, Impietas impij.* Tuncque delicantur Tautologiæ per voces æquivalentes. *Non est sale salita*, dicitur à Domino per Ezechielem: & Marc.9. *Sale salietur.* Apud Profanos etiam invenitur phrasis. Tibull. *lib.3. Eleg.4.* v.10. *Placant & saliente sale.* Æquippollentiâ vocum patet geminationis intuitus, ut dicitur Iobi, loc. cit. *Sale conditum*, pro Salitum. Coloss.4. 6. *Sermo sale conditus.* Cœl.Rhodigin. *lib.6. cap.1.* ait: *Græci dicunt sale condiri*; quia sal alimonijs dat gratiam. Unde Marc. ubi supr. dicit: *Omnis enim igne salietur & omnis victima sale salietur.* Ideſt, sicut omnis victima conditur sale, haud secùs condietur igne. Quo clarè constat, saliri, nihil aliud significare quàm aptè confici, sapidè aptari in cibum quoad gratiam alimenti; quod frequenter fit sale, ex quo esca iucunda, palato grata; sicut cibus assus sale insperſus, igneque coctus. Hispan. *A sazon.* Hæc in genere pro Tautologiæ expositione; at deveniendum in particulares Pleonasmos.

Ezech. 16. 4.
Marc.9.48.
Sale salitâ pro re sapida & palato grata, etsi Sal non interveniat.

50 Quëritur Deus de Synagogæ ingratitudine, tot muneribus dignatæ: & ut toto corde benefactorem quæreret, sic eius faciem ignominia offensus implet: *Quando nata es, in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus, & aquà non es lota in salutem, nec sale salita.* Hieronym. hìc & Gregor. Magn. in *Iob*, lib.32. cap. 11. per umbilicum intelligunt sexum eius, quam increpat meretricem. Sub qua metaphora ibid. v.25. dicitur, *Divisisti pedes tuos*: & v.36. *Effusum est æs tuum*, & (pro *Ideſt*) *revelata est ignominia tua.* Rabb. David: *Æs tuum, fundum, vel rima ventris.* Circuncidi necesse erat, ut fugeret à luxuria, nimirùm idololatriâ, sed non erat præcisus umbilicus Synagogæ. Haud mireris, quòd sub fœminæ allegoria, à nobis designetur circuncisio: etenim communem fuisse apud varias nationes ostendimus, *Tom.2. T.6. n.33.* Ibi multa: accipe alia. *Neque his puellis ante circunciſionem, quæ fit anno quarto aut quinto decimo, aut ante matrimonium ullum indusium datur, Lacedæmoniorum more, quæ intecto corpore, donec nuberent incedebant.* Ita in Republ. Arabiæ, *cap.9.* & *cap.15. Fœminæ verò quamquàm iuxta multorum opinionem huic legi subiectæ non sint; pleræque tamen, ut in Ægypti regno fit, huic legi se submittunt: ibi enim puellæ tredecim, quatuordecim & quindecim annorum circunciduntur. At Sidi Ben-aäli cap. de Circunciſione, ait: Circunciſionem masculis legem esse, fœminis verò honoris causâ.* Munsterus lib.6. *Geograph.* cap.57. ait de fœminis Æthiopiæ: *Regina Saba, quæ Maqueda fuit proprio nomine, voluit quòd & mulieres circunciderentur*, &c. quæ apud ipsum. Idem astruit Hieron. Lilius in addiction. ad *Sylvam var. lect.* Modum signat Galen. lib.1. de *Spermat.* cap.15. & in *Introductor.* cap. 10. *Circunciſio ideo instituta* (ut ait Prosper. Aquitan. p.1. de *Promiss. & prædict. Dei*, cap. 14.) *quòd illi parti quam primæ illius prævaricationis causâ libidinis rebellem fuerat expertus protaplastus noster, remedium Deus adhibere voluit; ut hoc signo malè concepta, libido temperaretur.* Elucet iam quid Deus improperet Synagogæ, dicens: *Non est præcisus umbilicus tuus*: Ideſt, adhuc rebellis es, pristinæque prævaricationi studes à fide deficiens.

Ezech. ubi supr.
Eupbemismus.
Et *pro* Ideſt
Circunciſio etiam in fœminis.
Munster.
Cùr instituta circunciſio.
Prosper. Aquitan.

51 Hæccine allegoria aliam urget ostendi. Christus Dominus, qui vera sapientia, sal metaphoricè dicitur. *Ipse sal cœleste, & non solùm terrena & inferna, sed cœlestia quoque suo sapore condiens*: uti inquit Hieronym. in *Ezech.16. Mulieres insulsæ sunt*, ut verbis Plauti utar, in *Pœnul.* Act.1. scen.2. v. 36. Est differentia inter insulsum, salsum, & sale salitum. Insulsum sine sapore, salsum quod non insulsum, sale salitum quod gustui gratum. Sic frequenter dicimus: *Insuave, non insuave, suave: Malum, non malum, bonum: Fœdum, non fœdum, pulchrum.* Insulsum est, quod insipidum, ut saliva, serum coäguli, phlegma, & alia. Salsum dicitur, quod non desipit, ut poma & alij fructus: quapropter Quintilian. lib.6. *Instit. orator.* cap. 4. infit: *Salsum igitur erit, quod non insulsum, velut quoddam simplex orationis condimentum, quod sentitur latente iudicio velut palato, excitatque & à tædio defendit orationem. Sanè tamen ut ille in cibis paulò liberalius asperſus, si tamen non sit immodicus, affert aliquid propriæ voluptatis: ita hi quoque in dicendo habent quiddam quod faciat audiendi sitim.* Denique sale conditum dicitur quod palato gratum,

Hieronym.
Discrimen inter insulsum, salsum, & sale conditũ.
Quintil.

vel

vel iudicio voluptuosum, sumptà metaphora à sale, cuius usus in omnibus cibis condimenti vice est, invitatque aviditatem; ut vidimus supr. ex Plin. n.41. In rem ergo. Fœminæ insipidæ, insulsæque fuerunt Christo, sali cœlesti Gentilitas & Synagoga. Gentilitas ita insulsa, ut nec esset in toto corpore mica salis. Insulsa etiam Synagoga, quamquàm salsa. Salsa, quia habebat legem: insulsa, quippe necdum obtinuerat salem. Salsa erat *quia commissa delinquentium durà animadversione distrinxit, & per præceptum culpam innotuit.* Insulsa, quippe *culpam per gratiam non delevit*: inquit Gregor.Magn. lib.7. in *Iob*, cap.5. Non erat sale condita, quoniam *Nihil ad perfectam adduxit lex.* Hebr.7.19. Gentilitas, quæ insulsa & quia sine lege, & quia omninò corrupta vel in his quæ norat; quùm venit Christus, tota salita, quippe assumpta in Ecclesiam: salsa lege, ac salita sale gratiæ. *Introductio melioris spei, per quam proximamus ad Deum.* Ibid. Unde totum Gentilitatis corpus *Ex insulso salsum*, ut aliò dixit Plaut. in *Rudent.* Act.2. scen.6. v.33. & etiam sale salitum, quippequàm ut ibid. fatur Paulus, v. 12. *Translato sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat*: equidem Christus sal cœleste, fecit Apostolos sal terræ, hominibus scilicèt, quia dedit eis potestatem ligandi atque solvendi peccata, quæ lex tantùm manifesta faciebat. Salsa Synagoga, quia cum lege non insipida; sed necdum salita sale, quoniam sine Christo figuras implente: ita enim dicitur: *Quando nata es, nec sale salita.* Unde si victimis ex lege gloriabatur, ut aptè essent sacrificio, sub eadem metaphora illi dixit Assertor: *Omnis victima sale salietur.* Synagoga utique, quæ salsa divinà prorsùs lege habebit salem, si acceperit Redemptorem: aliàs salsa, uti sal infatuatum, foràs mittetur, atque iure conculcabitur. Contestantur Paulus & Barnabas. *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ; ecce convertimur ad Gentes.* Act.13. 46.

Greg. Mag.

Hebr.7. 19.

Cur Gentilitas insulsa, Synagoga salsa, verum non sale salita?

Ezech.16.4

Marc.9.48.

52 Hinc agnoscitur, qua ratione, si lex sal, & quando nata est synagoga, nimirùm, in exitu Israël de Egypto (ut hìc placet Hieronymo) potita fuit sale legis; uti constat, *Exod.* 19. & 20. modò Dominus illi dicit: *In die ortus tui nec sale salita.* Sal utique lex est, sed sal huius salis adimpletio legis. Beatus in facto suo est, qui non auditor oblivioſus factus; sed factor operis. Unde estò lege salsa haud habebat salem; quia idololatriæ studebat, quasi non haberet legem. In Scriptura, ut hìc *Tautolog.7. n.7.* diximus; quod inutile iudicatur infectum, etsi factum. 4.Reg. 19. 32. in obsidione urbis à Sennacherib, dicitur: *Nec circundabit eam munitio*: etenim estò ab illo obsessa, non expugnata. Isai.3. 1. 2. *Auferet Dominus à Ierusalem & Iuda validum & fortem, virum bellatorem, iudicem & Prophetam, & ariolum & senem, principem, &c.* Erant, sed quasi non essent, quia nihil proderant. Sic Ierem.5.21. *Populе stulte, non habens cor.* Idem, Oseë, 7. 11. Similiter dicitur Isai. 6. 9. *Audite audientes*: quippe ut ait Ierem. loc. cit. Habentes *oculos, non videtis: & aures, & non auditis.* Matth. 13. 14. *Videntes videbitis & non videbitis.* Deuter. 29. 2.4. *Vos vidistis universa quæ fecit Dominus coram vobis: & non dedit vobis cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possent audire usque in præsentem diem.* Quid quòd esset sale salita, insulso sale? Illius penitùs insulsum cor, quasi lata à Domino nulla lex. Sale operis salitur atque conditur sal legis. *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum; sed factores legis iustificabuntur.* Rom.2. 13. Insulsa ergo Synagoga legis sale, quia sal infatuatur sine opere. Ita Maluenda legit: *Saliendo non salita*: falliturque miserè speciositate legis, quasi qui sequitur oculis aves volantes. Hinc Iacobus, cap.1.22. subdit: *Estote factores legis, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos.* Haud secùs Catholicis dicere possumus, fidei adiungenda opera cum charitate. Non sat, ut accepta sit animæ victima (quia debet esse victima sine macula) quod non sit insulsa, vel sit salsa supernaturali fide: debet esse sale salita charitate condiente. *Omnis victima sale salietur.* Sic enim in ea Salvator ponitur murus & antemurale: aliter nihili habetur antemurale fidei in animo sine charitatis muro. Ex fructibus igitur cognoscitur in arbore hominis, an sit radix charitatis. *Fidem in salutem veram non habet, qui solam habet*: inquit Salvian.de *Gubernat.Dei.* Qua de causa Petrus infit: *Magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Qui sine fide vacui & sine fructu: cum fide, sine fructu, sed non vacui: cum charitate verò non solùm non vacui, sed fructu omnimodò abundantiore. Ibid.v.8.

Quod inutile factũ iudicatur infectum.

4. Reg. 19. 32.

Maluend.

Fides sine operibus mortua. Marc.9.48.

Salvian.

2.Petr.1.10

53 Ut ergo literæ respondeamus (sequentes Domini metaphoram, qua Synagogæ objicitur, quod in die ortus aquà non sit lota in salutem, nec sale salita, nec intelli-

num pendens ab umbilico præcisum) sciendum est, commune obstetricibus officium fuisse, sicut modò est, postquàm conceptus in lucem editus elevatus à terra, de quo more agemus *Tom. ult. Tautolog.* 7. natum lavare, umbilicum præcidere, ac fallere sale. Ridiculum arbitror illud Galeni, lib. 1. de *Sanitat. tuend.* cap. 7. (quod excusat Rhodigin. *lib. 6.* cap. 2. afferens, opus nequaquàm medicorum principis) dicentis, plurimum conducere, ut densior, solidiorque ijs, quæ intùs sunt partibus, reddatur; quàm primùm sale modico inspergatur cutis infantis. Sal igitur uti mordax illo in statu noceret, & nequaquàm cutem recens nati solidaret. Huiusmodi placitum videtur arrisisse Hieronymo; sed solummodò videtur, uti sensu proprio verba Maximi Doctoris exponemus. Quomodò igitur sale arido respergendum infantile corpus, quùm Galenus ibid. notet uti Scythicum & barbarum recens editos lavare frigidà? *Quis* (inquit) *hominum, qui apud nos sunt, ferat infantulum recens editum, & adhuc calentem, ab utero ad flumen ferre; ibique, quod Germanos facere aiunt, veluti ferrum candicans in frigidum humorem mergere; quo & periculum naturæ fiat, & corpus ipsum roboretur?* Quod reprobat Galenus, plaudit Aristoteles lib. 7. *Politic.* cap. 17. *Prodest statim* (ait) *& contra frigora assuescere à parvis pueris: hoc enim & ad valetudinem, & ad bellica facta maximè accommodatum est: quare apud multos Barbaros mos est, his quidem in flumen frigidum infantem mergere: his verò parvum tegumentum inducere, veluti Celtis.* De Thracibus canit Sidon. Apollinar. in *Maiorian.* panegyr. v. 205.

Sale aspergere editum in lucem, incredibile.

Galen.

Olim flumine gelido mergebantur.

Aristotel.

Mos Celtarum.

Excipit hìc natos glacies, & matris ab albo
Artus infantum molles nix Cimbrica durat.
Pectore vix alitur quisquam, sed ab ubere tractus
Plus potat per vulnus equum: sic lacte relicto
Virtutem gens tota bibit.

Sid. Apoll.

Celtæ imprimis nobiles fuere, qui hac consuetudine editos in lucem infantes, & clypeo impositos ad flumen Rhenum deferebant, proijciebantque in gurgitem. Numanus de Italis apud Virgilium, lib. 9. *Æneid.* v. 603. tumens dicit:

Italorum.

Durum à stirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus: sævoque gelu duramus & undis.

Virgil.

Idem Valer. Flaccus lib. 3. *Argonautar.* v. 413. & Claudianus de 3. Consul. *Honor.* v. 346.

Valer. Flac.

——— Tam sævo duravimus amne
Progeniem, natosque rudes. Cum totis iam bruma rigeret
Imbribus, & solidis hærerent flumina limphis,
Nudum prægelidis durando firmat in undis.

Claudian.

Ut à teneris ungulis assuescerent duris Lacedemones in frigore probabant filios. *Spartam* (inquit Marc. Senec. *Suasor.* 1.) *Eurotas amnis circunfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam.* Unde de Germanis ait Pompon. Mella, lib. 3. de *Situ orb.* cap. 3. *Maximo frigore nudi agunt.* En Antiquorum barbaries, quam etiam refert in *Lycurg.* Plutarchus.

Senec.

Aliarum etiam nationum.

54 Mos est, infantes nuper editos lavare, sordesque, detergere; simulque studere artuum corroborationi; quod quidem fit modò aquà coctà myrto alijsque floribus: olimque aquà salsà vel naturaliter vel artificiosè colliquato sale. Siccine sensus testimonij erit perspicuus sumptis per Hendiadym duobus extremis pro uno tantùm argumento. *Non est lota, nec sale salita*: idest, aquà salsà non est lota: quæ aqua profectò optima in soliditatem membrorum & cutis callum. Metonymia utique est, dum dicitur *Sal* aquà sale confectà; igitur accipitur pro continente contentum. *Pes tuus non est subtritus*: Deuteron. 8. 4. idest, calceus, uti dicitur ibid. cap. 29. 5. *Nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt.* Ita Thren. 1. 9. *Sordes eius in pedibus eius.* Hoc est, in soleis, sive cothurnis. Ezechiel. 44. 20. *Attondent capita sua*: nimirùm, comam. Genes. 49. 26. & Deuter. 33. 16. *Super verticem Nazaræi*: scilicèt, super cæsariem. Daniel. 14. 35. *Apprehendit eum Angelus in vertice eius*: videlicèt, in nexu, flexu, seu comæ catenula. Virgil. lib. 7. *Æneid.* v. 185. *Et cristæ capitum*, pro galeatum cristis. Ibid. v. 147. *Et vina coronant*: nempè crateras vina continentes. Haud aliter in præsenti auctoritate sal dicitur aqua salsa, qua salitur cutis infantis, simulque abluitur. Haud quia aqua pura lotus, & arido sale aspersus recens natus; sed duntaxat, quoniam aquà salsà lotus. Utitur tropo & in rem Cœl. Rhodigin. *lib. 6. cap. 2.*

Hendiadys.

Metonymia

Aqua salsa dicitur Sal.

Quo

Quo nomine ſemel, biſque ſale abluere perſalubre eſt: præſertim ſi infans exuberet ſordibus, & nimio plus ſeſe promat humectatio. Hac de cauſa aqua ſalutaris nominatur, *Aquà non eſt lota in ſalutem.* Aqua frida tunc nocua, verùm proficua ſalſa; quippequàm pro illo ac in illo ſtatu puerulis magnoperè commoda & opportuna. Aqua hæccine ſalutaris næ, igitur in ſalutem infantis, non ſolùm ut abluantur ſordes, contractas è fecundinis; ſed ut tractabilior, molliorque fiat caro pueri, humore pravo interno per poros roboratos exeunte. Haud longè ab huiuſmodi cogitatione Rab. David & Salomon. Cœl.Rhod. *Et aqua ſalutaris recens nato.*

55 Nihilo ſecius cogitandum de umbilici præciſione in die ortus ingratiſsimæ Synagogæ: ita ut non eſſe ſale ſalitam, nihil aliud ſit, quàm umbilicum non eſſe præciſum. Illud ergo inteſtinum quo conceptus matri cohæret, illicò ab obſtetricibus ſecatur; quodque remanet in corpore infantis conſuitur, ut intùs à natura ligetur: parſque illius fiſtulæ, quæ foris ſupereſt, ſale, alijſque adſtrictorijs pharmacis conditur panniſque occulitur, ut ſiccetur, & decidat. Adi Nicol. Nancel. lib. 5. *Analog.* c. 2. & Ludov. Bonaciol. de *Fœtus formation.* cap. 8. Hoc igitur ſenſu intelligendus Hieronym. hic dicens: *Humorem corporum parvulorum ſalis adiectione ſiccari* (ideſt, aquà ſalsà, quæ per Metonymiam dicitur ſal) *ut & ſale ſiccetur corpus* (hoc eſt, fiſtula umbilici) *quod pannis, ne defluat, ſervatur & ſtringitur; & membra tenerrima ne facilè depraventur.* Depravarentur & facilè, modò reſpergerentur arido ſale, quippe anaſtomicum. Unde dum ſal in puero panno ſervatur, ne defluat; ſolummodò eſt in umbilici eminentis ſeu defluxi intentam ariditatem: & aqua ſalſa, quà abluitur infans, ut pueri madentis deſiccet humorem. Ideò dicit in lavacrum pueri, *Salis adiectione*: etenim ſale corpus non abluitur, ſed aquà cum adiectione ſalis. Quapropter totus textus in unum propoſitum confluit: ita ut ſi ſal purè accipiatur, intelligatur ad umbilici fiſtulam deſiccandam: ſi liquefactum, ad carnem infantis nati recens abluendam. *Expenditur Hieronymi ſententia.* Hieronym.

56 Quin ſit inuſitatum, ſal dicere, quicquid aliquid conficit, miſtumque cum ſimplici facit. Nos dicimus *aquam conditam*, ſaccharo, vel odoribus confectam: Cœliuſque Rhodigin. lib. 6. cap. 2. ſubdit: *Salem Indicum barbaro vocabulo ſaccharum dici, animadvertimus.* Pariformiter, dum dicitur: *Nec aquà lota, nec ſalita*: ideſt; quaſi minimè abluta aquà confecta in functionem puritatis infantilis corporis; quæ condiri ſolet in huiuſcemodi officium. Tunc itaque ſal non propriè, ſed metaphoricè accipitur; uti apud Plaut. in *Caſin.* Act. 2. ſcen. 3. v. 3. *Plus ſalis, pluſque lepòris*: & v. 6. *Neque ſalſum, neque ſuave.* Eodem intuitu, ſtyloque Paulus ad Coloſſenſes: *Sermo veſter ſemper in gratia, ſale ſit conditus.* Verbum ergo neque ſalſum, neque inſulſum. Sal in eo nec parcè, nec immodicè; ita ut nec ſeveritas detrahat gratiæ, nec ſcurrilitas ſeverè circumſpectioni. Sale herclè conditum: non facetum, ſed venuſtum: venuſtum cum gratia, haud facetum, cum affectatione, vel decore cuiuſdam ſtudioſæ, ac exſculptæ elegantiæ. Diluceat non dicacis, ſed urbani iudicium ex verbis, tempori ac perſonis aptis; *Ut ſciatis, quomodò oporteat vos unicuique reſpondere.* Hinc *gratia & ſale* condita. Gratiâ, ut eloquia & colloquia ſint dulcia: ſale, ut prudentiâ grata ſint, & non acerba. *Sermo veſter in gratia: ideſt, in dulcedine charitatis. Semper ſit conditus ſale ſapientiæ, ſicut bonus animæ cibus; ut nihil inſipidum, nihil putidum habeat: nam cibus, cui ſal immiſcetur, fit ſapidus, & carò benè ſalita non putreſcit, nec fœtet. Ita ſit & ſermo veſter: ut quaſi cibus ſapidus recipiatur ab ore cordis audientium: non ſit inſipidus per inſipientiam, nec putidus per admonitionem carnalis delectationis, nec corruptus per admiſtionem falſitatis; ſed ſemper ſale ſpiritalis ſapientiæ conditus, & integritate veritatis incorruptus, atque odorem cœleſtis & incorruptibilis delectationis ſpirans.* Hæc hic Anſelmus. Cœl.Rhod. *Sal metaphoricè pro materia cõdita, uſui apta.* Plaut. Coloſſ. 4. 6. *Quodnã ſal verborum.* Alſelm.

57 Aliqui nimis gratioſi volunt, cupiuntque videri: & dum cuncta conantur proferre feſtiva, exhibent ludicrè inſulſa, atque tanta mole mellis faſtidioſa. Seſe accommodant omni vento ſcientiæ, ſeducentes inanibus verbis, vocumque folijs, ſive crepitaculis, ſalibus cuncta replentes, ut fiant audientibus acceptabiles. *Scurrilitates verò, vel verba ocioſa, & riſum moventia æternâ clauſurâ damnamus*: fulminat N. SS. Patriarcha, *Regul. Sanct.* cap. 6 Perpende *Æternâ clauſura*: ideſt, utenti ſint mœnia clauſtra. Haud in egreſſum, aliquod vel leve concedatur indultum: igitur quæ non effutiet inter ſæculares nugarum avidos; qui ita dicax atque procax inter Monachos? *Omnes delicias & lepores, & riſu dignas urbanitates, & cæteras ineptias amatorum* (inquit Hieronymus, *Epiſt.* 2. ad Nepotian.) *in comœdijs erubeſcimus, in ſæculi* S. Bened. *Circunſpectio quanta debet eſſe in Monachis.* Hieronym.

Exultat verba otiosa, ad festiva.

culi hominibus detestamur: *quanto magis in Monachis?* Consule Chrysost. Homil. 17. in *Epist. ad Ephes.* Clem. Alexand. lib. 2. Pædagog. cap. 5. Stobæum, *serm.* 34. & Basil. *Monast. constitut.* cap. 13. An decorum illud, de quo Martial. *lib.* 3. *Epig.* 20.

Martial.

Vis scire quid agat Canius? Ridet.

Turpis barda, duraque rusticitas, turpior scurrilis urbanitas; qua apparent homologi, scurræ, qui iudicantur Eutrapelogi, iocosi. Haccine non hilaritas, sed cerebri & animi levitas. Non sunt facetiæ, sed nugæ; queis status circumspectio ridetur sine auctoramine. Si sale severitatis Monachorum condiendi sunt sæculares, eòque quasi petra salis his brutis animalibus obijciuntur coram oculis; necesse est, ut qui Monacho iungitur quasi è salis tactu æternæ vitæ sapore condiatur. Verùm quid ex conversatione? Exemplo pravo student corruptioni & corruptelæ; quippe tunc sales sine sale, *sal insulsum*, uti dicit Christus; *Sal infatuatum.* ut ait Augustinus, lib. 1. de *serm. Dom. in mont.* cap. 6. Dicam ex Sectano, *Satyr.* 2. v. 114.

Ut compescantur sæculares.

Marc. 9. 49.

Sectan.

O miser, ægrotâ putruit cui mente salinum!

Dum sibi blanditur facetus, suavis, lepidulus, dulcis, festivus, aretologus, emicat sane desipiens, infatuatus, fatuus urbanè & stolidus. Lucent enim sapientes quasi lucernæ lucentes in caliginoso loco: at splendor lucernæ lucet magis sale iniecto. Unde Plin. loc. cit. *Optimum* (ait) *ex sale, quod olei quandam pinguedinem reddit. Est etiam in sale pinguedo, quod miremur.* Lucernas meliùs, ampliùsque ardere sale, asserunt Aristotel. *Problem.* sect. 23. & Plutarch. lib. 1. *Sympos.* cap. 9. Luceat ergo urbanitas Monachi, sed fulgebit magis cum sale prudentiæ: minimeque erit prudentiæ mica, ubi aderit insulsissimus scurra. Bugnot. in præf. capit. *Regul. Benedict.* metricè monet:

Monachus studiosè facetus, stolidus.

Plin.

Lucerna cũ sale ardet amplius & lucet.

Gab. Bugn.

Proscindenda tibi semper scurrilia dicta,
Mundanosque iocos, verbaque vana, puta.

58 Incidunt alij in Scyllam, cupientes vitare Charybdin: igitur pro sale utuntur pipere, quippe non solùm dicaces, sed & parrhesij procacissimâ dicendi libertate imitantes Callisthenen, quem occidit Alexander Magnus *propter intempestivos liberos sales.* Marc. Senec. *Suasor.* 1. *Longè absit* (inquit Quintilian. loc. cit.) *propositum illud: Potiùs amicum, quàm dictum perdidi. Primum itaque considerandum est, & quis, & in qua causa, & apud quem, & in quem, & quid dicat.* E medio lepòrum surgit amari aliquid: igitur uti festivi, ingenioси, arguti in alijs commovent risum, sed in perculsis implacabile odium. *Ille se ab urbanitate lancea vindicavit*: subdit Seneca, infitque: *In omnibus regibus hæc urbanitas extimescenda est*: Haud verba sunt volatilia; manent namque altâ mente reposta, *Nescit vox missa reverti*; canit Horat. de *Art.* v. 390. fovetque in vulnere vulnus. *Ægyptijs placent periculosi sales*: ait Senec. ad *Helviam*, cap. 17. siquidem periculo capitis student anxiè dicterijs; ita ut nec fugerint infamiam, vel qui in solio vitaverunt culpam. Dicere quibat Provincia cum Ovid. lib. 2. *Trist.* Eleg. unic. v. 9.

Senec.

Indoles linguæ mordacis.

Quintil.

Quomodò & quando veritas proferenda?

Senec.

Horat.

Læsus vel rideri rumpitur.

Ovid.

De me mihi studium, vitæ quoque crimina demes:
Acceptum refero versibus esse nocens.

Attamen luitur. *Fufius Consul dicax Tiberium acerbis facetijs irridere solitus; quarum apud prapotentes in longum memoria est*: inquit Tacit. 5. *Annal.* cap. 2. & *lib.* 15. cap. 68. *Asperis facetijs illusus, quæ ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt*: qua per occasionem obviam excitatà, movet gladium in iugulum, ut aliud pungens non exeat futile verbum. *Siccine non soliti lusere sales*; quippe nunquàm grati, qui nocuere. Vide Senec. ad *Albin.* Epig. 5

Tacit.

Audaces tãdem tandem pœnas luunt

Lucan.

59 Hi sales patent sine sale, quippe discrimina cum quo condiebantur pipere; et enim salibus insipidissimi facti. Sal ergo adhibendum salibus. Hinc assertor N. discipulis dixit: *Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.* Hoc ultimum *Habete* pro futuro usurpandum: q.d. *Habete in vobis sal, & pacem habebitis inter vos.* Pacem habebitis, si sal & non sales habueritis: igitur sales; estò in festivam quasi iocosam punctionem, perturbant optatam pacem. Non sales, sed sal; quippequàm gratum, si ultra mensuram non est. Qui salibus aures audientium cordiunt, aliquid ambiunt, sese extollunt, sapientes salibus ipsi videntur: & sal, non sales habendæ pro animorum coniunctione; quia captantes salibus ambitionem, nunquàm habent vel inter se pacem. Si sal symbolum amicitiæ & prudentiæ, pace stabili regnabit amicitia, ubi rexerit prudentia. Sal & pax. Aptè: *Sæpe dum quosdam maior scientia erigit, à cæterorum societate disiungit: & quasi quò plus sapiunt, eò à virtute concordiæ desipiscunt. Hi ita-*

Imperativũ pro futuro.

Marc. 9. 49.

Sal, non salet cur ad pacem?

itaque audiant, quid per semetipsam Veritas dicat: Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. *Sal quippe sine pace non virtutis est donum, sed damnationis argumentum. Quò enim quisque melius sapit, eò deterius delinquit. Et iccircò inexcusabiliter, & multò maius merebitur supplicium; quia prudenter si voluisset, potuit evitare peccatum.* Hucusque Gregor.N.p.3.*Pastoral.* admonit.23. Greg. Mag. *Unde discordia cum solo sale?*

60 Restat adhuc pro complemento Tautologiæ, disquirere, quid sit in Scriptura pactum salis? Aliud enim est pactum salis, & aliud res constituta in pactum salis. Primum sumitur propriè, secundum metaphoricè; quippe translativè ex proprietate, vel ex usu communi loquendi. Pactum salis nihil aliud significat nisi legem à Domino sanctam de sale. Levit.2.13. *Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies. In omni oblatione tua offeres sal.* Numer. 18. 19. *Pactum salis est sempiternum coram Domino tibi* (Aäroni) *ac filijs tuis.* Qua de causa loc. *Levit.* cit. subditur: *Non auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo.* Sal fœderis, ideſt, fœdus salis, per Hypallagen; ut illud Ierem.44.22. *Propter malitiam studiorum vestrorum*: hoc est, propter studia malitiæ vestræ.Hebr.1.3. *Verbo virtutis suæ.*Luc.13.11. *Spiritum infirmitatis.*Sic apud Paulum, *Corpus carnis, corpus mortis.* Colosſ.1.22. Rom.7.24. Illud etiam Didus apud Virgil.1. v.566. *Solvite corde metum*: aliaque, de quibus aliàs egimus, hicque, *Tautolog.*3.n.23-4.n.3.& 4. Eodem proposito, quo in Sanctuario sal,dicitur, Lev. 6.12. *Ignis in altari semper ardebit,quem nutriet Sacerdos. Ignis est iste perpetuus, qui nunquàm deficiet in altari*: ideſt, lex stabilis de igne perpetuo; sicut Vestalibus imposita apud Romanos: Plutarch.in *Camil.*Lucan.lib.9.*Pharsal.* v.993. Virgil.2. *Æneid.* v. 149.Tibull.*lib.*1.*Eleg.*1.v.6.& Ovid.6.*Fastor.*v.283. Sal igitur,aqua lustralis,& ignis nonnunquàm in Sanctuario, quasi signa purificationis; quippe in emundationem corporum naturalem habent virtutem. Vid.*Numer.*19.9. *Hypallage.* *Cur sal, aqua lustralis & ignis semper in tabernaculo?*

61 Hoc propriè de sale: translativè loquitur Abias Rex Iuda, dum dixit Ieroboämo & omni Israël: *Num ignoratis quòd Dominus Deus dederit regnum David super Israël in sempiternum, ipsi & filijs eius in pactum salis?* Videtur hìc *in pactum salis* esse Exergasiam, sive sententiam exergeticam, exponentem sententiam primam; quasi *in salis pactum*, idem sit, ac in sempiternum. Vel per Hendiadym, quo tropo unicum duplici sententia exprimitur: quasi sempiternum sumatur, ut salis pactum inviolabile & improscindibile. Pactum, quodlibet ex mutuo consensu dici potest, ut fœdera: Genes.21.31.31. *Uterque iuravit, & inierunt fœdus.* Quare cùm possit ad tempus fieri, erit pactum, sed non in pactum salis; quia pactum in salis pactum sonat intemeratè pertuum. Genes.17.7. *Statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus fœdere sempiterno*: & v.13.*Erit pactum meum in carne vestra in fœdus æternum.* Numer.18.19. *Omnes primitias Sanctuarij tibi dedi & filijs ac filiabus tuis iure perpetuo.* Hoc est pactum in pactum salis, quod sempiternum pactum. Unde uxor Loth in statuam salis dicitur conversa, in signum perpetuitatis. *Iam non caro corruptibilis, sed statua salis semper manens: & dum sæpe auferuntur ab ea membra integra, perseverat statua salis*: ait Irenæus, lib. 4. *adverſ. Hæres.*cap.51. Salis itaque statua, quia perpetua, quin à tempore edace, omnia depascente, consumpta. Acumen rutilet Tertulliani in *Sodomæ* Carmin. v. 118. succinentis: 2.Paral.13.5. *Exergasia & hendiadys.* *Quid sit pactum in pactum salis?* Gen.19.26. *Memorabilis statua uxor in Lot.* Iren.

> ——— ——— *Simul illic*
> *In fragilem mutata salem, stetit ipsa sepulchrum,*
> *Isaque imago sibi formam sine corpore servans.*
> *Durat adhuc etenim nudâ statione sub æthram,*
> *Nec pluvijs dilapsa situ, nec diruta ventis,*
> *Quin etiam siquis mutilaverit advena formam,*
> *Protinùs ex sese suggestu vulnera complet.*
> *Dicitur & vivens alio iam corpore, sexus*
> *Munificos solito depungere sanguine menses.*

Tertull.

Idem Irenæus, quò dudùm. Addereque possumus, quod Plin. *lib.* 31. *cap.* 7. *Carrhis Arabiæ oppido, muros, domosque massis salis faciunt, aqua ferruminantes. Africa circa Uticam construit acervos salis ad collium speciem: qui ubi Sole, Lunaque indurùere, nullo humore liquescunt, vixque etiam ferro cæduntur.* Ut ergo fabula sit consona vero, infit: *Aliud in eo mirabile, quod tantundem noctu subvenit, quantum die auferas.* *Domus & muri è sale.* Plin. *Sal nunquàm liquescens, nec deficiès.*

Pul-

Sap. 10. 7.

62 Pulchrè Salomon. *Incredibilis animæ memoria, stans figmentum salis. Incredibilis* pro *Incredulæ*. Nomina in *bilis* terminata, quasi activa; sæpe passionem in Scriptura significant. Eccli. 2. 18. *Qui timent Dominum non erunt incredibiles* (idest, increduli) *verbo illius*. Idem *cap.* 16. 7. & 29-23.33-41.4. *Baruch.*1.19. & *Tit.*1. 16. Ioann. 6. 45. *Erunt omnes docibiles Dei*: Græc. *Theodidactos*, hoc est, doctos à Deo, uti dicitur Isai.44.13. *Universos filios tuos doctos à Domino*. Ibid. v. 12. *Lapides desiderabiles*: Maluend. *Lapides beneplaciti*. Multoties econtrà usuvenit: siquidem participia præteriti accipienda sunt pro nominibus in *bilis* 1. Reg. 22. 18. *Viros vestitos Ephod*: pro *Vestibiles*. Ezechiel. 34. 29. *Suscitabo eis germen nominatum*: hoc est, nominabile, famosum. Idem ad illud cap.39. 13. *Erit eis nominata dies, in qua glorificatus sunt* Virgil. 3. *Georg.* v. 5. *Illaudati Busiridis*: nimirùm, illaudabilis. Sophocl. in *Philoct.* v.535. *Intra inhabitatam* (habitatione imposibili, vel inhabitabilem) *habitationem* & Euripid. in *Ion.* v.782. *Infandam, inauditam rem narras*. Figmentum ergo salis estat uxor Lot. Philo Carpatius & Aben-ezra arbitrantur, fœminam de cœlo afflatam, igne sulphureo perustis osibus in salis statuam conversam fuisse. Actor de *Mirabil. sacr. scriptur.* lib.3. cap.11. à Deo asserit extensam materiam salsam, quæ in omnibus corporibus inest, illamque reddidisse totam sal. D.Thom.quæst.16.de *Malo*, art.9. ad 3.punitam fuisse à Deo huiusmodi novitate Angelorum ministerio. Alcim.Avitus,lib.2.*Geneseos*, v.395.

Nomina in bilis pro participijs præteriti, & econtra.

Sophocl.

Euripid.

An verum sal in quod uxor Lot conversa?

Diriguere genæ, pallor novus inficit ora:
Lumina nec clausit, nec saltem concidit illo
Pondere, quo pulsant collapsa cadavera terram;
Sed stetit horrendo perlucens massa nitore
Servavitque suam species decepta figuram.
Ne facile nosses vitrum, lapis, annè metallum est
Succedens homini, nisi sal gustu indicet ipso.

Alc. Avit.

63 Haud dissona pœna culpæ. Sal etiam apud Ethnicos adhibebatur in pacta; significantes salis perpetuitate inviolabilia, perpetuaque fœdera, ex salis suapte natura; quippe quæ ex se corruptibilia sunt, sale perfricatione perpetua conservantur: & ideo quia non servavit pactum,uxor Lot in statuam conversa salis,ut perpetuò esset statua, quæ fregit fœdera. Canit Sedulius,lib.1.*Carm.Paschal.*v.122.

Cur non in aliud, sed in salem conversa?

Lot Sodomæ fugiente chaos, dum respicit uxor
In statuam mutata salis, stupefacta remansit,
In pœnam conversa suam.

Sedul.

Luc.17.32. Hinc Christus dixit: *Memores estote uxoris Lot*: igitur uti accinit Mar. Victor. lib. 3. v.755.

——— Coniux miserabilis ut Lot
Lumina, quot vetitum, pavitans conversa referret,
Et pœnas raptim violata lege subiret,
In statuam conversa salis.

Mar.Vict.

Sic luit curiosa delictum, postquam connata animis vetitum contra consurgere pactum. Ad illam respicere iubet Salvator,ut sale illius sapiat quisquis frangendo legem stupidè desipit.

Ex tunc insipido mulier prævenia reatu,
Plus salsum sine mente sapit, quæ pungere sensus,
Exemplique potest salibus condire videntes.

Alc.Avit.

Subdit Alcim.Avitus, v.402.

64 In sacrificijs & fœderibus olim sal appositum, ut vidimus ex Levit. 2. 13. *Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis*. Hoc est, in simila, condita oleo & sale, quæ victimæ cremandæ imponebatur. Super hæc cuncta effundebatur vinum, impositoque similæ thure, subijciebatur ignis in holocaustum. Hoc erat quasi Dei convivium, in quo fas non erat, panem insulsum apponere. Sic ergo nota amicitia, & quia in pacto salis, perpetua; quasi utriusque per conditas epulas, esset mutua communio, & intima familiaritas. Simia Dei diabolus suo more inter Ethnicos ritum sparsit. Primùm apparebat in mensa salinum, quo appositio & unà Deorum simulachris (de quo in *Ephemer.*die 13.Novembr.) mensa sacra fiebat.Valer. Maxim. lib.4. cap. de *Paupert.* Unde Arnob. *adverf. Gent.* lib.2. infit: *Sacras facite mensas salinorum appositu, & simulachris Deorum.* In sacris semper adhibitum sal. Plinius lib.

Sacrificium quasi Deo mensa.

Quid mensa sacra apud Ethnicos?

Arnob.

Plin.

Qui Comil-

lib.

lib.31.cap.7. Maximè tamen in ſacris intelligitur auctoritas, quando nulla conficiuntur ſine mola ſalſa. Hoc munus erat apud Romanos Camillorum, vel Camillarum: de quibus Panvinius, lib.2. de *Ludis Circenſ.* cap.2. inquit: *Camilli ſacrorum ſanctiores miniſtri*: & Ioann. Argolus hìc: *Camillus, ideſt, miniſter. Inter miniſtros Magnorum Deorum apud Samothracas Mercurij miniſter Camillus appellatur.* Caſmilli olim dicebantur: illiſque accidit, quod de illa illuſtri virágine canit Virgilius 11. *Æneid.* v.542. Panvin. Argol.

——Matriſque vocabit
Nomine Caſmillæ mutatà parte Camillam. Virgil.

Non alio propoſito Homer.9. *Iliad.* v.214. *Sal ſacrum* dicit: de quo fusè Guilielm. Stuckius de *Sacrific.Gentil.* fol.98. *Molà ſalsà, aut thure comprecatum oportet*: Plaut. in *Amphitr.* Act.2. ſcen.2. v.108. Horatius lib.3. Carm. Od.23.v.19. *Quid mola ſalſa?*

Mollibit averſos Penateis Plaut.
Farre pio, & ſaliente micâ. Horat.

Perſius, Satyr.3.v.25. *Puerum ſine labe ſalinum.* Virgil.12. *Æneid.* v.173. *Dant fruges manibus ſalſas.* Ovid.1. *Faſtor.* v.337.

Antè Deos homini quod conciliare valeret,
Far erat, & puri lucida mica ſalis. Ovid.

Lucida mica. *Non ſumptuoſa blandior hoſtia*: ut dicit Horat. ubi dudùm, v.18. Vel uti canit lib.1. *Satyr.*2. v.14. & ex illo Senec. *Epiſt.*120. *Concha ſalis puri*: ideſt, nitidi, candidi, ſelecti & optimi. Quod *Salis florem* vocat Cato, de *Re ruſtic.* cap. 88. & Plin.loc.cit. *Favilla ſalis, quæ leviſsima ex eo eſt, & candidiſsima: appellatur & flos ſalis.* Vide Turneb. *Adverſ.* lib.7.cap.23. & *lib.30.cap.6.* Ibid. Plinius dicit perſpicuum; Sal ſcilicèt Ammoniacum: *Similis alumini, ingratus ſapore, ſed medicinæ utilis: probatur quàm maximè perſpicuus.* lib. 18. cap. 3. *In ſacris* (inſit) *nihil religioſius.* Ita ergo indicabant Ethnici Deos ſibi familiares, utpotè eandem menſam cum hominibus habentem. *Inſpergebatur ſal, ampliùs quia amicitiæ ſymbolum: unde & hoſpitibus apponitur ante cibos alios, quo innuitur amicitiæ firmitas*: inſit Rhodigin. lib.12. cap.1. & Statius, lib.4. *Silvar.* ad Sever. *Quid ſalis lucida mica?* *Flos ſalis.* Plin. Cœl.Rhod.

Caſtæ Genius, tutelaque menſæ. Stat.

65 Perſpicuò haud latet pactum ſalis, ex quo conſtabit quo ſenſu aliquid conceditur vel donatur in pactum ſalis. Sal, uti vidimus, perpetuitatis eſt ſymbolum: *Sale* (ait Philo lib. de *Victim*) *ſignificatur æterna durabilitas. Sal enim conſervator eſt corporis ſecundo poſt animam ordine. Nam ſicut anima cauſa eſt incorruptionis corporis; ſic ſal quàm diutiſsimè tuetur ea, redditque quodammodò immortalia.* Idem Macrob. lib.7. Saturnal. cap.12. *Omne corpus ſuapte naturà diſſolubile & marcidum eſt, & niſi quodam vinculo contineatur, facilè defluit. Continetur autem, quando ineſt anima refrigeratione aëris, qua vegetantur receptacula ſpiritus; dum ſemper novo ſpirandi nutriuntur alimento. Id fieri ſal admiſtus corpori: eſt enim naturà ſiccus & calidus, & fluxum quidem corporis calore contrahit: humorem verò ſiccitate vel coërcet, vel exſorbet.* Aſtipulatur Plutarch. lib.5. *Sympoſ.* cap.10. *Iam etiam ſpecta, an ne illud quoque divini ei acceſſerit, quod mortuorum corpora à putredine liberans, & conſervans diu morti reluctetur; nec patiatur id quod mortale eſt, extingui & diſsipari. Verùm ſicut anima, quæ rerum eſt noſtrarum diviniſsima, animantia continet, nec diffluere ſinit corporis molem; ſic ſalis indoles cadaveribus adiuncta, atque animæ munus imitans, delabentia in tabem retinet, cohibetque & ſuſtinet, continentiam partibus inter ſe, atque coniunctionem conciliando. Qua de cauſa nonnulli Stoici dicunt carnem animatam, dum anima inſtar ſalis ad durandum ſit aſperſa. Vides fulguris ignem nos ſacrum ducere & divinum, quòd corpora fulmine ictorum reſiſtere in longum tempus cernamus putredini. Quid eſt ergo novi, ſi ſalem eàdem, ac ignis cœleſtis præditum vi, veteres divinum credidere?* Haud alio intuitu ſacerdotes Ægyptij abſtinent in totum à ſale, ut ait idem ibid. & mortuos ſale condiunt. *Adſtringit ſal, ſiccat, alligat, putreſcentia quoque corpora ita vendicat; ut ea durent per ſæcula: quòd Ægyptiorum comprobant inſtituta, quibus mortuos ſale condire, moris fuiſſe, planè Herodoto credimus.* Ita Rhodigin. *lib.6.cap.1.* Cauſa ex dictis ſubeſt: etenim ſicut anima ſal vivis, ita ſal anima mortuis. *Cur animæ cadaveris?* Plutarch. Cœl.Rhod. *Ægyptiorũ cadavera ſale condita.*

66 Sal ergo perpetuitatis eſt index, munuſque ſeu donum in ſalis pactum eſt perpetuum: at quia in pactum ſalis liberè conceſſum; apparet omninò conditionatum: in pactum utique ſalis ſonat idem ac cum grano ſalis, uti dixi hìc *Tautolog.* 6. n. 23. 2.Paral.13. 5.Num.18. 19.

Cum

Cum grano salis tam Davidi, quàm Aäroni promissa munera regia & sacra: cæterùm conditionatè, quatenùs donum esset sibi, in filijs quoque æternum, modò ab illis haud irritum pactum. *Hæc donatio Dei vocatur pactum* (ait Alap. in Numer. 18. 19.) *quia erat conditionata & cum onere donatarij. Vicissim enim sacerdotes hæc dona recipientes, obligabantur servire Deo & Tabernaculo.* Contractus, seu pactum propriè dicitur, quando obligatio ex consensu hinc inde intervenit. *Si unum ex his deficiat, contractus non operatur efficaciter*: Bald. *Consil.* 104. Videsis Tusch. verbo *Contractus* & *Pactum*. Quare sicut munus implentes proculdubiò obituri dignitatem, atque gradus celsitudinem; sic ab obligationibus declinantes, bona amissuri, decidentes à cogitationibus suis. Aptè in huiusmodi propositum quadrat salis Ammonici proprietas. *Insigne de eo proditur* (infit Plin. quo supr. n. 64.) *quòd levissimus intra specus suos: in lucem universam prolatus, vix credibili pondere ingravescat.* Sal qui in pacto videtur præ dignitatibus, honoribusque leve; si rescinditur fœdus onere incredibili grave: igitur accipiunt gratis dignati ignominiam, unde decerpserant celsitudinis gloriam. Qui ita salę extollitur, infatuatur. Floridè Sectan. *Satyr.* 1. v. 9.

Alapid.

Res in salis pactum cõsecuta, idem ac conditionata.

Conditio salis Ammonici.

Plin.

Sectan.

——— *Faciam ut sale multo*
Insulsum caput aspergam.

Cœl Rhod.

67 Sicut enim sal fœcunditati servit, si commodè mistum telluri pagorum inest, *propter naturalem fertilitatem* (ait Cœl. Rhodigin. *lib.* 12. *cap.* 1. & latè Plutarch. loc. cit. *Sympos.*) haud secus aridum, seu solum per se sterilitatem feracibus etiam regionibus infert. Hac enim metaphorà quod viret & floret, ut evanidum sine fructu quasi sterile signetur; dicitur Psalm. 106. 34. *Terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea.* Idem apud Ierem. 12. 4. & Ezechiel. 47. 11. de aquis ex se fœcundis, propter habitatorum iniquitates, fulminatur: *In salinas dabuntur*; quippe nullum fructum ferent, quæ priùs fœcundantes regionem, reddebant divitem. *Omnis locus in quo invenitur sal, sterilis est, nihilque gignit.* Plin. ubi supr. & Siracides cap. 43. 21. *Gelu sicut salem effundet super terram.* Sic profectò intelligitur illud Salomonis, de quo *num.* 62. *Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans figmentum salis.* Exponit textum luculenter Iosephus, lib. 5. de *Bell.* cap. 5. *Sodomitica terra olim quidem tam fructibus, quàm divitijs Civitatum fortunata: nunc autem omnis exusta, ut quæ habitatorum impietate fulminibus conflagrasse memoratur. Denique adhuc in ea divini reliquias ignis, & oppidorum quinque videre licet imagines, & renascentes in fructibus cineres; qui colore quidem sunt edulibus similes, carpentium verò manibus in fumum dissolvuntur & cinerem.* Idem Adrichom. in *Iuda*, n. 186. Brocard. de *Loc. sanct.* p. 1. cap. 7. n. 38. Egesipp. de *Excid.* lib. 4. cap. 18. Iacob. de Vitriac. de *Terra sanct.* cap. 53. Hieronym. in cap. 47. *Ezech.* Tertullian. *Apolog.* cap. 40. de *Pallio*, cap. 2. qui in carm. de *Sodom.* à v. 131. lepidè, comptèque canit:

Pſ. 106. 34.

Terra ubi sal, nihil gignit.

Plin.

Sap. 10. 7.

Fructus salsi etsi specie pulchi Sodomæ.

Ioseph.

Occidit illa prior feritas, quàm prospiciens Loth
Nullus arat frustrà piceas fuligine glebas.
Semiperempta etiam si quà illic iugera, letas
Autumni conantur opes, facilè optima sese
Promittunt oculis pira, persica, & omnia mala;
Donec carpuntur: nam protinùs indice tactum
Solvitur in cinerem, fit vana favillaque pomum.

Tertull.

Solin.

Tacit.

Etiam exteros non latuit huiusmodi clades, faciesque telluris. *Pomum quod gignitur* (ait Solinus, cap. 38.) *habeat licèt speciem maturitatis, mandi tamen non potest: nam fuliginem intrinsecùs favillatiam ambitio tantùm eximiæ cutis cohibet; quæ vel levi pressa tacta fumum exhalat, & fatiscit in vanum pulverem.* Tacitus quoque 5. *Histor.* cap. 7. *Cuncta* (infit) *sponte edita, aut manu sata, sive herba tenus, aut flore, seu solitam in speciem adolevere, atra & inania velut in cinerem vanescunt.* In testimonium igitur fœderis fracti stat uxor Lot figmentum salis, & regiones steriles mare salsuginis; ut constet quàm amarum dereliquisse Dominum, maximè in his quæ hominibus concessa gratis in pactum salis: quandoquidem munera data in optabile commodum, adinstar Sodomæ fructus vel levi tactu convertuntur in fumum. Hinc dicitur Davidi: *In æternum servabo illi* quod promisi, nimirùm, *Thronus eius, sicut Sol.* At datum munus regiæ celsitudinis filijs illius cum grano salis:

lis: etenim *si dereliquerint legem, visitabo in virga.* Psalm. 88. à v. 29. Vide dicta cit. *Tautolog.* 6. n. 23. ubi ad rem plura.

68 Addere etiam possumus morem priscum, qui etiam nostris observatus temporibus; scilicet, civitates oppidaque seminari sale in notam infidelitatis. Ita Sichima destructa ab Abimelech, *ut sal in ea dispergeret.* Iudic. 9. 45. in odij, detestationisque indicem: *Hoc autem denotabat sterilitatem, quoniam ex sale nullus fructus nascitur:* subdit Theodoret. hìc *quæst.* 17. Hinc Hieronym. in *Matth.* 5. ait: *Certè legimus in Scripturis, urbes quasdam ita* (Alij, *Irà*) *victorum sale seminatas, ut nullum in ipsis germen oriretur.* Plures refert Abulens. in loc. *Iudic.* quæst. 45. Mediolanum exaratum vomere, consperssumque sale, ann. Domin. 1162. scribit Carol. Sigonius de *Ital. regn.* lib. 13. & 14. Nonnunquam ob crimen supremæ læsæ maiestatis, in opprobrium, ac fœdifragorum supplicium. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & à Domino recedit cor eius: erit quasi myricæ in deserto, & non videbit cùm venerit bonum; sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis & inhabitabili.* Ierem. 17. 6. & Sophon. 2. 9. *Moab ut Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorrha, siccitas spinarum, & acervi salis.* Pridem Moyses Israëlitis, ut recordarentur fœderis pacti, ne ullo modo frangerent, quod pepigere; meminit stragis superventuræ. Terram *Dominus sulphure & salis ardore comburens, ita ut ultrà non seratur, nec virens quippiam germinet in exemplum subversionis Sodomæ & Gomorrhæ*, &c. Deuteron. 29. 23. Causam illicò, v. 25. profert: *Quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit.* Haud aliter munera promissa à Domino in pactum salis. *Si ipsa Davidis progenies salem adhibeat, neque percussum fœdus corrumpere, atque tabescere permittat:* inquit Doctiss. Sanctius in loc. cit. *Paralip.* n. 4. Aliàs, quod in viridi observantia floret, sine sale sanè fœtet: eritque sine fructu, quod servato fœdere ferax, & fumus quo non videbitur prisca undecunque fertilitas. Tertullian. quo supr. v. 129.

Iudic. 9. 45.

Theodoret. Hieronym.

Civitates seminatæ sale.

Sal signum sterilitatis.

Sanct.

——Hinc atro horrore favillæ:
Hincque situ cano cineres incendia signant.

Tertull.

69 Ex prædicto ritu, & sale in pacto, cogitabam, nescio an commodè, an Deus intenderit indicare Israëlitis servitutis modum, cùm perveniisset totus populus in celsitudinem, quam nec cogitare quibat: nimirùm ex servitute Pharaonica in libertatem, qua Synagoga tota in sponsam est electa. Hoc fecit Deus cùm illi educti ab Ægypto fuissent; ut dicitur, *Exod.* 19. 5. iteraturque *Deuter.* 14. 2. & 26. 18. magisque exprimitur, cap. 7. 6. ubi: *Populus sanctus es Domino Deo tuo: te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram.* In idololatriam proni erant omninò: fecit Deus illos gratiâ sua populum suum, per fœdus, quod quidem dicitur & propriè Sal, quoniam in quo loco nascitur, nihil præter illum gignitur. Unde ut notetur nova creatura fit pactum salis. Ut enim sanentur aquæ, quæ populi multi, vas novum inferendum, in quo sal. 4. *Reg.* 2. 20. Siccine, quia in terra sal aspergitur, ut natum siccet, nec novum germen nascatur; Deo ita corde toto serviendum ex pacto salis: idest, siccis, recisis, evulsis cunctis prioribus, ad cultum idolorum pertinentibus; quin possint configurari prioribus ignorantiæ desiderijs, ut Tabernaculum Dei sit cum hominibus, & ipsi populus eius sint, & ipse Deus cum eis Deus etiam illorum. Haud alio intuitu, quàm ut renunciemus satanæ, nobis ante baptismum datur sal. *In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed nova creatura.* Galat. 6. 5. Canit Lactant. Carm. Paschal. v. 259.

Cur in sale signatur populus à Deo sibi electus?

Cur baptizandis datur degustandum sal?

Quos habuit pœnale Chaos iam reddidit iste,
Et quos mors peteret, hos nova vita tenet;
Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
Atque vetus vitium purgat in amne novo.

Lactant.

70 Adeundum etiamnum in Ethnicorum fœdera, an in illis ad lucem aliquâ oculatur notitia. Apud Macedones patrio ritu, quod sanctissimum *vult haberi, sic inibant* (ait Quint. Curt. in *Alex. hist.* lib. 8. cap. 3.) *ut panem gladio divisum uterque libaret.* Apud Arabes, uti diximus in *Ephemer.* die 16. Ianuarij, misto utriusque contrahentis sanguine, vel illorum primoribus digitis tinctis in cruore illius principalis fœderis testis, & etiam septem lapidibus illo sanguine aspersis, invocatisque Dijs; fiebat solemnissimum pactum. Vide Ludovic. Godofred. in *Archontolog. Cosmica*, & Pier. Valerian. *lib.* 35. *cap.* 25. Diximus de Parthis hìc *Tautolog.* 4. num. 12. Hinc fœdus dictum, cò quòd in paciscendo fœdere hostia necaretur. Festus verb. *Fœdus*

Q. Curt.

Forma paciscendi apud Macedones.

Apud Arabes.

dus, & Stuck de *Gentil. sacrificijs*, fol. 108. Virgil. 8. *Æneid.* v.639.

Virgil.

Pòst ijdem inter se, posito certamine, Reges
Armati Iovis ante aram, pateraſque tenentes
Stabant, & cæsà iungebant fœdera porcà.

Unde dictũ fœdus?

Hac de causa dicitur pro paciſci, fœdus ferire, icere, percutere. Forma describitur à Tito Livio, *lib.* 1. *sect.*75. *Fecialis, qui erat M. Valerius, Audi inquit Iupiter:.. populus Rom. prior non deficiet: si prior defecerit publico consilio dolo malo, tu illo die*

Tit. Liv.

Iupiter populum Rom. sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam; tantoque magis ferito, quanto magis potes, polleſque. Id ubi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſsit. Inde ortum adagium, *Inter ſaxum & ſacrum*; ut obſervat Eraſm. *Chil.* 1. *Cent.* 1. *n.* 15.

Iupiter Ultor ſeu Veiovis.

Huiuſmodi conteſtatio fiebat coram ſimulacro Iovis Veiovis, vel Ultoris, de quo nos egimus, die 7. Mart. in *Ephemer.* Imago indicabat propoſitum: igitur *fulmen utraque manu continebat, tanquàm ad pœnas periuro capiendas, eſſet paratiſsima.* Ita Chartar. in *Iove*, fol. 103. Tunc etiam Iupiter dicebatur *Niger*, uti eſſet Pluto. Sil. Italic. lib. 8.

Chartar.

Niger.

Punic. bell. v. 116. Sicque quia tela in fœdiſragos è cœlo torquebat, dum Æneæ reſpondit Latinus in fœderis firmitatem, effatur apud Virgil. lib. 12. à v. 197.

Virgil.

Hæc eadem Ænea, terram, mare, ſidera iuro
Latonæque genus duplex, Ianumque bifrontem,
Vimque Deum infernam, & diri ſacraria Ditis.
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine ſancit.
Tango aras, medioſque ignes, & Numina teſtor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,
Quo res cunque cadent: nec me vis ulla volentem
Avertet, non ſi tellurem effundat in undas
Diluvio miſcens, cœlumve in Tartara ſolvat.

Ritus proteſtationis in fœdus.

Servius in illud, *Qui fœdera fulmine ſancit*, haud accipit pro pœna in periuros à Iove immiſſa; ſed ait: *Sancit, confirmat, ſancta eſſe facit; quia cùm fiunt fœdera, ſi corruſcatio fuerit, confirmantur: vel certè, quia apud Maiores aræ non incendebantur; ſed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria.* Si aliquando factum, factum næ dæmonis arte, ut illud quod refert Plutarch. in *Paul. Æmil.* cùm eſſet Amphipoli. *Ibi ſacra faciente fulmen aram percuſsit, ſacraque combuſsit.* Pauſan. *cap.* 14. de Seleuco, primo Syriæ rege, Alexandri comite, inquit: *Cùm enim ex Macedonia cum Alexandro profecturus Pellæ Iovi ſacrificaret; ligna aris impoſita ultrò ad Dei ſimulacrum acceſſerunt, nulliſque ſubiectis ignibus accenſa ſunt.* Homer. 12. Iliad. v. 177. *Circa murum ignis accenſus eſt divinitùs.* Lucan. 3. *Pharſ.* v. 506.

Serv.

Aliquando ſacrificia Ethnicorum tacta de cœlo.

Plutarch.

Pauſan.

Lucan.

Non ſolùm ſilvas, ſed ſaxa ingentia ſolvit,
Et crudæ putri fluxerunt pulvere cautes.

Venditare quibat pater mendacij, quod Deus ſæpe fecerat mirabilis in ſanctis ſuis. *Levit.* 9. 24. 3. *Reg.* 18. 38. 2. *Paralip.* 7. 1. & 2. *Mach.* 1. 22.

71 Aptiùs uſurpatur *Fœdera fulmine ſancit*, pro vindicta fidei publicæ læſæ, quatenùs è cœlo, quo coram iurarunt, tacti quandoque fœdifragi. *Sancit igitur fœdera fulmine, qui fulmine vindicat id, quod contra formulam & religionem iuriſiurandi commiſſum eſt: nam animadverſio in ſontes, iuris functio & conſervatio eſt*: inquit Turneb. lib. 25. *Adverſ.* cap. 9. Hoccine fulmen nonnunquàm ſequitur perfidos, perduellioneſque ultionem è cœlo fugientes. Ariſtophanes in *Nubib.* Act. 3. ſcen. 1. v. 7. ait:

Turneb.

Fulmen in fœdiſragos.

Ariſtoph.

Fulmen enim planè Iupiter in periuros mittit.

Hinc olim etiam mos apud Orientales (ut obſervat Smetius in 2. *Faſtor.* Ovidij) tranſeundi per mediam victimam cæſam; ſignantes ſic proſcindendos, quiqui à fœdere deficerent, ſicut Macedones gladio ſeccantes panem, & Arabes ſanguinem proprium mittentes. Lapides ſeptem tingebant, ut teſtes eſſent, ſi claudicaret fides; ipſique eſſent ſimul inſtrumenta, queis vitâ privaretur fœdifragus. Clariùs modò intelligitur, quod Dominus dicit de Synagoga, ſibi in ſponſam aſſumptâ cùm nec eſſet aquâ lota, nec ſale ſalita, & pòſt tot muneribus dignata, apparuit adultera; *Lapidabunt te lapidibus.* Lapidabantur adulteræ, ut conſtat *Ioann.* 8. 5. Etiam apud Ethnicos, uti legitur in *Mimis* Laberij, v. ult. ubi:

Tranſibant paciſcentes per mediam cæſam victimam.

Ezech. 16. 40.

Uxorem tuam & novercam meam à populo conſectari lapidibus video.

Siccine hìc memorantur lapides, q.d. Deus: Ipſis qui teſtes tuæ felicitatis in deſponſationis articulo, erunt inſtrumenta ſupplicij fœdere fracto. Sic enim hæc & ſoror

eius

eius *adulteratæ sunt*; & ut constet pactum ab illis percussum, Arabum adinstar, *sanguis in manibus earum.* Vide dicta *Tom.3. T.10.* à n.15. Ibid. cap. 23. 45.

72 Ritus imprecationum in fœderibus patet ex Virgilio *lib.12.* cit. à v.175.

Suspiciens cœlum, tenditque ad sidera dextram.
Tum pius Æneas stricto sic ense precatur:
Est nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti,
Et pater Omnipotens, & tu Saturnia Iuno,
Fonteſque, fluvioſque voco, quæque ætheris alti
Religio, & quæ cœruleo sunt Numina ponto. Virgil.

Ovidius, lib.6. *Metam.* fab.7. *Audiat hoc æther, & si Deus ullus in illo est.* Euripid. *Iphigen. in Aulid.* v.365. *Hic ipse aër est testis, qui de te hæc audivit.* Virgil. *Eclog.5.* v.21. *Vos coryli testes, & flumina Nymphis.* Ennius *Satyr.* 3. v. 17. *Testes lati campi.* Horat. 4. *Carm.* Od.4. v.38. *Testis Metaurum flumen.* Catullus de *Nupt. Pelei & Thetid.* v.357. *Testis erit unda Scamandri.* Insensibilia testari, vel apponere pro testibus, videmus in sacra pagina. *Testes invoco hodie cœlum & terram*; dixit Moyses, Deuter.4. 26. & 30. 19. cùm de pacto Dei cum Israëlitis ageret, illorum cavens perfidiam: additque cap.32. 1. *Audite cœli quæ loquor: audiat terra verba oris mei.* Item qui fugerant à facie Antiochi, protulerunt: *Testes erunt super nos cœlum & terra.* 1.Mach. 2. 37. Similiter in testificationem levare manum in cœlum. *Angelus levavit manum suam ad cœlum, & iuravit per viventem in sæcula sæculorum.* Apocal. 10. 5. Alia exhibuimus *Tautolog.6. n.29.* Adi. Deinde *Levare manum* pro ulcisci; quasi fieret ultio eodem ritu, quo promissio. *Leva manus tuas in superbias eorum.* Psal.73. 3. *Ecce ego levo manum meam super eos, & erunt prædæ his, qui serviebant sibi.* Zachar. 2. 9. Idem Iob.31. 20. Eodem vindictæ typo dicit Dominus fœdifragæ, adulteræ Synagogæ, Ezechiel.16. 27. *Ego extendam manum meam super te*: luesque quæcunque prolubio sponsum deserens, deliquisti: etenim *levabo ad cœlum manum meam, & si acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea; reddam ultionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.* At quo gladio? Dicit: *Gladium ultorem fœderis mei.* Levit.26. 25. Ovid. *Imprecationes in fœderibus.* *Insensibilia olim provocabantur in testes fœderis.* Psal. 73. 3. *Levare manum, pro promissione, & ultione.* Deuter.32. 40. 41.

Quis nam audet leges vibrato imponere ferro?
Inflamata semel nescit mitescere virtus.
Sponte volant: ultrixque manus mucrone furenti
Ducitur, & siccum gladium vagina recusat. Claudian.

Succinit Claudian. lib.2. in *Rufin.* à v.230. & Sil. Ital. lib.11. *Punic. bell.* à v.320.

Conficere ense paro, atque avulsum ferre Tonanti
Rectoris Lybici victor caput. Hic erit ille,
Qui polluta dolis iam fœdera sanciet ensis. Sil. Ital.

Haud aliter placatur Iupiter nisi cæde periuri, perfidi & infidi; ut sanguine compleat sanguinem victimæ cesæ pro pacto in fidem inviolabilem contrahentium. Unde Lucan. lib.7. *Pharsal.* v.351. & *lib.9.* v.1021. ostentato per ludibrium Pompeij capite, canit: *Ultio in prævaricatores fœderis.*

——— Hoc tecum percussum est sanguine fœdus.
Romanas sancire volent hoc sanguine leges. Lucan.

Nullus in rem præ Virgilio describente mirificè, pulchrèque cruciamina perduellis Metij Suffecij (de quo fusè Dionys. Halicarnass. lib.3. *Antiq. Rom.* cap.20. 22. 23. & 26.) in clypeo à Vulcano sculpta, *Æneid.* lib.8. v.642.

Haud procul inde citæ Metium in diversa quadrigæ
Distulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatque viri mendacis viscera tellus
Per silvam, & sparsim rorabant sanguine vepres: Virgil.

73 In signum cladis expetitæ, cui obnoxij fœdifragi, pilos victimæ mactandæ secabant in ignemque proijciebant.

Quatuor hic primùm nigrantes terga iuvencos
Constituit, frontique invergit vina sacerdos:
Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris. Idem.

Idem refert, *lib.* 8. v. 243. Imò paciscentes suos capillos secabant, offerebantque cum pilis victimarum, ut simul igni traderentur. Sicut enim pili calore contrahuntur, igneque rediguntur in nihil; ita significabant puniendos, quiqui deficerent à pacto proie- *Cur pilos victimæ & capillos proprios*

in fœdere secabant, ac in ignem mittebant. proiecti in flammas, ad nihilum redacti, tacti à tælo Iovis Ultoris. Si flammà ictum fœdus, in refractarios, ut dicit idem, lib.12. v.573.

Ferte faces properè, fœduſque repoſcite flammis.

Idem. Turneb. Appositè Turnebus, lib.19. *Adverſar.* cap.17. inhit: *Quæ immolationis ſunt, ad hominum mortem trahuntur.* At de huiusmodi ritu; eiusque significatione, late egimus *Tom.*4. *Tautolog.*1. *num.*30. Ritus varios apud Nationes iuramenti & pacti invenies apud Alexandr. ab Alex. *lib.*5. *cap.*10. & ibi Tiraquell.

74 Sicut apud Ethnicos per ignem & fulmen notatur pactum, & in fœdifragos indeclinabile supplicium; sic in sacris pactum fit sale, & in pactum salis fit sponsio: ita ut observantia pacta sit sal fœderis, quo conservetur promissum sine corruptione ullà: sin autem tota honoris promissi moles præceps in ruinam cadat, ac sicut sal in aqua fatiscat & evanescat. Propterea priscum proverbium (de quo Erasm. *Chil.* 1. *Cent.*7. *n.*81.) *Salem vehens dormis?* In re discrimine plena, qui oscitanter agit, perit; sicut sal humiditate aëris illum ambientis. Hac enim de causa in sacrificijs & fœderibus Ethnicorum etiam sal adhibebatur. Unde Æschines (apud eundem, *Chil.* 4. *Cent.*9. *n.*80.) estò frigidè habitus legatione cassà, haud in exteros fœdere ligatos excanduit, dicens: *Se plurimi facere Civitatis ſalem.* Præterea etiam ritus fuit, salem pòst mittendi in aquam. *Mos erat in aquam ſalem conijcere*: infit Ioann. Spondan. in 1. Iliad. *Homer.* v.313. & Natal. Comes, lib. 1. *Mythолog.* cap. 14. Modulatur etiam Tiresias apud Theocrit. *Edyl.*24. v.95.

Sal in aqua quid denotet?

Æschin. Spondan.

Theocrit.

Primùm ſale miſtam, iuxta ritum
Ramo virenti olivæ coronatam, inſpergite puram aquam.

Commodè in prognosticum felicitatis primò, ut sit stabilis, intercedit sal in fœdus: deindeque in aquam conijcitur, qua liquescit, & disparet; ut præ se feratur effectus perfrictæ fidei: equidem qui à fœdere percusso voluntariè recedunt, invitè iurè ad nihilum rediguntur. *Pactum ſalis & in ſalis pactum*; quippe si per sal asperitatis acrimonia, culpæque pœna, transgressorum etiam signantur cruciamina; dum priora gravia, addito sali sale, prævaricatoribus erunt profectò graviora. Minatur Deus, indolem Synagogæ prospiciens, Levit.26. *Quod ſi contempſeritis, ut non faciatis ea, quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum: ego quoque hæc faciam vobis. Peribitis, & hoſtilis vos terra conſumet.* Dolorem super dolorem addam, & vulneribus ex sale sal applicabo, defricans vulnera & ulcera gravia, ita ut fiat sicut mare contritio tua. Vino madentes, ac planè deliros oleo (imò aceto) misto sale curari; asserit Rhodiginus lib.6. cap.1. Synagoga verò *paupercula & ebria non à vino.* Isai.51. 21. Ah! Semper procax & inverecunda nec præceptis flexa, nec supplicijs emendata, semper iacuit idololatriæ fæce ac sordibus immunda, nequitiâ conspurcata; quasi nec fuisset in salutem aqua lota, nec sale salita. Unde Maluend. nervose legit: *& ſaliri fieri, non ſaliri facta fuiſti.*

Per sal felicitas & infelicitas signantur.

Levit. 26. 15. 38.

Cur illo aspersi ebrij & diri.

Cœl. Rhod.

Maluend.

75 Versiones textus principis iam Literæ intextæ. *Sciens ſcito.* Caietano placuit gerundium, itaque legit: *Sciendo ſcies.* Maluendæ infinitivum: *Cognoſcere cognoſces.* Tigur. *Certiſsimè ſcies.* Augustin. *Sciendo ſcias.* Gregor. *Scito, ſcito.* Ut ergo sciamus quid & quomodo sciendum, percipere debemus didascalicum studium.

Variet. lect.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

1. *Sciens ſcito.* Quorsùm duplicata scientia? Est speculativa, & etiam practica. Constituitur David in chiliarchum, inter eos qui vivebant more Gentilium: dicitque illi Princeps, quod cognoscens cognoscat, quale munus tunc in ordines suscipiat; speculativè facile, verùm in usu difficile: quandoquidem corde vario, indomabili genio, cognoscet practicè quantum discrimen, pravos exieges velle reducere in ordinem.

2. *Sciens nunc ſcito.* Scientia & scientia? Utique. Quæ igitur scientia scientiæ? Cognitio scientiæ in perfectionem vitæ. Extra huiusmodi tractum, in scientia ignoratur quod sciendum: additurque meditanter scientia scientiæ rationis, ut studium sit virtutis: igitur summa scientia sine virtutis forma, perfectissima ignorantia.

3. *Sciens ſcito.*

DIDASCALIA PRIMA.

Qui non arridet malis, multatur publicus hostis.

1 PLorant temporalem in regimen sortem, qui nequeunt seiuges revocare in regimen: equidem pravi subditi, voluntatis atque voluptatis studiosi, semper incubuerunt legi; ut nullam subiectionem in subiectione haberent, & iugum quia iugum pro relaxatione excuterent. Cogitant sibi sociorum conciliare gratiam per inurbanitatem & insolentiam: magisque cedit plausui, præsente impudentiâ & Superiore. *Helvidio Prisco, qui solus privato nomine Vespasianum salutaverat* (inquit Sueton. in eo, *cap.* 15.) *& in Prætura omnibus editis sine honore ac mentione ulla transmiserat; non ante succensuit, quàm altercationibus insolentissimis penè in ordinem redactus.* Plus intumuit Priscus redactus in ordinem; expertusque est Vespasianus non subditum, sed procacem: qui quidem indulgentiâ pervicax insolescebat, & severitate magis in amentiam properabat. Misera utique sors, qua lapsus in odium & tenore & prætermissione legum.

Pravorum subditorum conditio.

Sueton.

Insolentes & procaces.

Regnare non vult, esse qui invisus timet.
Simul ista mundi Conditor posuit Deus;
Odium atque regnum.

Senec.

Accinit Senec. in *Thebaid.* v. 654. subditque Delr. in eiusdem tragœd. *Oedip.* v. 703. *Naturâ cunctis odio, qui vel minima ex parte libertatem minuit. Iccircò Princeps odia prorsùs vitare non potest, quanvis id agat, ut nemo illum meritò oderit; erunt tamen semper qui oderint.*

Delr.

Causa indicitur, dum odium gratis proponitur: igitur subditi solicitant à legibus libertatem, quia arbitrantur servitutem, vivere secundum legem. Breviùs dicam: Nullum placet illegibus habere vel optimum Superiorem, nisi propriam voluntatem.

Labor quæstus Prælatorum!

2 Vellet, ni fallor, pravorum inflexibile cor regentem uti Manna: de cœlo lapsum, dulcissimum, commodum, quem atterere, torrere, coquere & recoquere possent, ad libitum vorarent, etsi placeret, vomerent, imò si displiceret; qui uti servus publicus (ubi in ministerium interpellatur) deserviens uniuscuiusque voluntati, ad quod voluerit quisque, converteretur: insuperque si fastidio, dicere contemptim denuò: *Animâ nostra nauseat super cibo isto levissimo,* insipido, nullius saporis, nisi ad nutum alienæ voluntatis: equidem qui aptatur subditorum voluntati, & non dignitatis creditæ muneri ac legi; Superior quidem, cæterùm nullius substantiæ. Quid ergo faciendum, si in eodem regiminis articulo, Prælatum (qui subditi pravi, sine ulla rationis rectitudine) mordere, illum vorare cupientes (quia sequitur & non sequitur illorum prolubia multivolæ voluntatis) modò vorant insulsum, & modò salsum? Magni animi est, hæc audire, & audita contemnere.

Exod. 16. Sap. 16.

Num. 11. v. 6. & 21. 5.

Nunquàm improbis placere potest.

Regium est audire malè, cùm facias benè:
Regis & magni reor, odia ista premere,
Plus in iratos licet.

Publ. Senec.

Quid plus? Ut rumpantur, implere munus, & relinquere uti fatuos & stolidos.

3 Retuli apologum Cleobuli, *Tom.* 1. *T.* 3. *D.* 5. *n.* 5. Nimirùm Lunam insanire pro cultu splendido, corpori lucido à matre Latona aptando, cuius votum mater ridebat, quò filia magis instabat. Luna tabescebat morâ, & aures matris verberabat instantia; nec recessit, quousque percita Latona iussit, ut se cognosceret. Apàge fatuam vacuitate plenam: necdum excessisti à mamma? Parciùs ista mater, etsi irrepserit malacia. Quid & quorsùm parciùs ista? Non te pudet hæcine vel cogitare? Pigeat: vel conditionem mutaveris, vel ne petiveris. Quorsùm ad unguem ornatus, si videris modò crescens, modò deficiens, modò curvata, modò divisa, quandoque orbe pleno, quandoque nullo, iam humilis, iam excelsa, iam gravida, iam obscura, iam conspicua, iam admota cœlo, iam proxima mundo: apàge, heri errabas senescens, & hodie buccefluens luces? Quomodò vestis apta possibilis, si nunquàm in eodem statu permanes?

Subditi quando lunatici?

Nec par, aut eadem nocturna forma Dianæ
Esse potest usquàm, semperque hodierna sequente,
Si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem.

Ovid.

Quolibet modo errabimus. Vestis utique eidem, non eidem, erit arcta, vel superflua.

flua. Hispan. *O rebienta con el vestido, ò le viene mui ancho.* Ridiculum est,& species stultitiæ, cunctos tentare modulos & foramina symphoniæ. Summa fatuitatis, morem gerere varios gerentibus mores. Instabiles haud respiciunt rationem, sed prolubium; & cuncta malè cadunt, ni secundum desideria cordis eorum. Haud facile, placere, queis cuncta, ni mala, displicent; & cuncta, ni sancta, placent, quorum tenor, nullum servare tenorem, & lex iuxta voluntatem. Horum ergo iudicium à iudicio despicitur, quippequàm *stultus sicut Luna mutatur*: & quæ modò in Superiore plaudit, eadem verso occipite plodit, sine cerebro, sine consilio, sine modo, anxio Rectoris pectore, sed ridiculè: quandoquidem deponitur huiusmodi phantasticum onus, si iudicium, ut par est, reputaverit stultos.

Cur Lunæ similes?

Eccli. 27. 12.

Haud facilè, regere.

4 Aliquibus inexpertis tollutim videtur, arte regere posse, qui nunquàm potuerunt regi. Dicunt enim ex Senec. d. v. 659.

Senec.

Qui vult amari, languidà regnet manu.

Generale, optimumque præceptum, dum in subditis iudicium; nec essent pravi, quia pravi; sed quia austeritate pressi. Languidè modus est languor, & à pessimis minimè timendus timor, phantasticà stoliditatis normà, atque vecordi prudentià: igitur inutilis manus languida calcitronibus equis, ubi in cursum fortius utendum est loris, calcaribusque duris, ferroque virgæ, lupatis nexibus freni latera premenda, colla verberanda, & constringendæ maxillæ. Quid quòd rumpantur? Quid quòd recalcitrent? Apponantur stimuli: durum sanè erit contra stimulos calcitrare. *Nullum tam arctum est iugum, quod non minùs ledat ducentem, quàm repugnantem*: inquit Senec. 3. de *Ira*, cap. 16. & Plaut. in *Trucul.* Act. 4. Scen. 2. v. 55.

In pravos indulgētia, crudelis misericordia.

Idem.

Nugæ sunt. Si stimulos pugnis cædis,
Manibus plus dolet.

Plaut.

De nihilo illi est irasci, quæ te non flocci facit.

Plus in iratos licet: plagis mens sapiens: igitur qui elleboro haud redeunt frugi, curantur validè sanguinis emissione. Nihil imperandum legem ultra, sed nihil citra; quia insolescunt licentiâ, illorumque arrogantiæ qui Superior fit ludibrium, dum fatuè viderint subditum subditorum, illorum cupediarum simiam, & ad regimen statuam. Quid ex meditato huiusmodi parasiti artificio in mores? Peiores namque, si indulseris; pessimi, si benefeceris. Tunc namque si studiosè quæris, auctoramen amittis. Deum offendis, dum illis places, quasi placere possis, queis nullus placuit. *Sciens scito, quoniam mecum egredieris in castris.* Cur ubi in suis castris ducem constituit, eius in munus advocat mentem, ut videat & videat, quod munus obeat? Constituebat in circunciforum cum alijs regimen, in quo quò rectiùs, maius discrimen: equidem in illum odium profectò necessarium, inter eos qui vivebant more Gentilium. Quo pacto (recogita mente) poteris moderari, qui usquemodò vixerunt absque ulla lege? *Sciens scito*, plaudi introitum; sed abominari exitum. *Sciens scito*, quia qui non arridet malis, multandus publicus hostis. Scis speculativè, iuxta legem optimam subditis moderationem; sed nescis practicè, odiosam esse illis quamlibet moderationem iuxta legem. *Sciens* ergo *scito*, pro regiminis modo: equidem cognosces expeditionem difficilem, pravos exleges velle reducere in ordinem.

Cuncta proba illis inderisum.

1. Reg. 28. 1.

Odium bono Superiori necessarium.

5 Exitus acta probant. Viderunt Principes Davidem in acie cum Rege procedentem; & actutùm excanduerunt, dicentes: Hæccine quid sibi volunt? Recedat ergo David, extemplò removeatur, ne fiat nobis adversarius, cùm præliari cœperimus. Nostrum agmen contra legem: Davidis igitur amandandum agmen: igitur nostrum in prælio propositum, certare & certare ut vivamus ad lubitum. Illicò & à conspectu expellendum, ne experiamur adversarium: in nostro agmine, & agminis ordine, legis hyperaspiten nec videre. Quantus dolor capiti & cordi moderatoris, ubi in regimen rectum pendet à membris! Vocavit Princeps Davidem, illique dixit: *Rectus es tu, & bonus in conspectu meo. Non inveni in te quicquam mali ex die qua venisti, usque in diem hanc; sed Satrapis non places. Revertere.* Turpe ex amico cordolium, relinqui ab amico, propter odium Satraparum, & immeritum. Verùm unde odium, si rectus claret & bonus? Quia bonus claret & rectus: equidem pravorum agmen, nonnunquàm ducentium aversatur rectitudinem. Haud subitò Davidis apparuit bonitas, quasi obstringeret conversationis & conversionis necessitas; sed ex die qua venit, usque in diem qua placitum Satraparum à regimine removit. Minimè à societate expulissent, si

Vivere pravi volūt ad lubitum.

1. Reg. 29. 6.

Sat illis Prælatus rectus, ut vocetur improbus.

unum

unum esse cum illis & ex illis agnoscerent: etenim cum similitudinem comprobet societas, & societatem animorum malignitas; quia non ex suis, Satrapæ removerunt à castris, nullum aliud invenientes crimen, quàm nullam in illo cognovisse pravitatem.

6 Rectus est, & fuit & erit legis observator, uti rectus; ad amussimque iuris uti bonus. Illi vel in regimine sine lege, quorum vita sine iure, intellectus sine mente, proposita sine corda, fas & nefas præut librabat cupiditas, ius & fas quæ contra ius, vis potentissima lex, in omnem aleam proiectis ad prolubium voluntatis.

Senec. ——*Pertinax quorum furor*
Armat ministros sceleris.

Ita illi: David ex adverso, cuius cognita in actis & agendis rectitudo: in unumque convenit, illo Duce ordinato, Satraparum agmen, diffamantium proditionis apud Regem, speciosо prætextu velato cordis intuitu: igitur siccine dissimulabant formidinem, fugientes ab illo redigi in ordinem. Adversarium cogitant, quem rectum cognoscebant. *Revertatur, ne fiat nobis adversarius.* Contra cognitionem cogitant callidè, exposita cogitatione de cogitatione possibili, concinnantes uti crimen, quod primùm venit in mentem. Quo intuitu videntes rectum, confingunt Regis & regni inimicum? Sciebant illi displicere Satraparum mores, quippe extra rationis leges, quorum audaciam conaturum totis viribus compescere, quandiù fuisset in collato dignitatis munere: illumque possibilis infidelitatis infamant, cùm rectum undique inveniunt; igitur qui pravus non est cum pravis, diffamatur à pravis publicus hostis.

Vers. 4. *Diffamatur ab illis, qui pravus non est cum pravis.*

7 Videte Paulum transeuntem per infamiam & bonam famam: hæc enim æmulorum, non æmulantium suscitavit invidiam. Cùm esset Philippis & iret in oratorium cum discipulo Sila, occurrit puella Pythonica, *quæ quæstum magnum præstabat dominis suis divinando.* In illa diabolus loquebatur, sed verbo Pauli puella sospes domum remittitur.

Actor. 16. 61. ——*Fuge, dixit, & istam*
Ulteriùs tentare cave. Nil iussa moratus,
Arator. *Hostis abest, vacuamque domum possessor iniquus*
Deserit, atque profugo mulier sanata periclo.

Modulatur Arator lib. 2. in *Act. Apostol.* à v. 392. Ex articulo quo manere debuit plausus, ortus statim puellæ dominorum luctus, translato in illorum corda furore posito à puella: quo quidem perciti, & à dæmone ducti, *apprehendentes Paulum & Sillam, perduxerunt in forum ad Principes: & offerentes eos Magistratibus, dixerunt: Hi homines conturbant civitatem.* Pessimus status Reipublicæ; quo plectitur, miracula facere, proculcato iudicio rationis, vanæ obcæcatione mentis: etenim quod stupendum miraculum, accusatur ut flagitium. Accusatio satis furenti populo in causam, igitur statim processerunt in pœnam. *Cucurrit plebs adversus eos, & Magistratus scissis tunicis eorum, iusserunt eos virgis cædi, & miserunt eos in carcerem.* Quid ergo ita cæsi crudeliter fecerunt? Dæmonem exagitarunt. Hoc sanè laudi, non crimini: & expulsionem mirificam iudicant plectere, inolito studentes diabolico vitio; quippe nequit esse illorum conversatio sine dæmonio. In errore erant gaudentes de divinatione fallaci, quousque Paulus innuit, expulso erroris auctore: & cùm abesset circumscriptionis auctor, illos absentiæ concitavit furor: quoniam sequentes tantoperè errorem, ægrè ferunt vecordes redire in mentem.

Vers. 20. *Malum, ubi miraculum accusatur ut flagitium.*

Vers. 22. & 23.

Causa odij ex Superioris probitate.

8 Rimemur abdita. Error erat ex divinatione puellæ, oraculi mendacis diaboli. Virtute Pauli dæmon expulsus, & illicò furens commotus est populus; qui dæmonem volebat sibi, oppositus veritati: equidem cùm virtus manifestasset errorem, criminatus est ut furibundus virtutem. *Perduxerunt in forum ad Principes & dixerunt: Hi homines conturbant civitatem.* In crimen quæritur color quia sublatus dæmonis furor: vindicare cupiebant conceptam ludicrè iniuriam, cùm nec odium inveniret causam, quæ moveret in supplicium; igitur si causa, singulare miraculum. Proprijs nequibant viribus, & cogitavit malignitas tradere Magistratibus; ut causa, quæ nulla, censeretur à cunctis publica causa: etenim cum non levis momenti bonum publicum: isthanc speciem concitavit odium; acceptumque est miraculum tanquam crimen, vocitantibus crebro miraculum seditionem. Vitia ingesta radicibus altis, haud expelluntur sine acerbitate doloris. Populus voces diaboli audire à puella solebat ad quam præ curiositate adibat, ex quo pendebat calamitas, & fovebatur curiositas lubrico vitio; siquidem ut nova audian-

Quoquò solicitant exitum in vitium.

Curiositatis vitium.

diantur curiosè, etiam audientur à diabolo. Ita placebat vivere, & mendacia audire nova, quanvis cognita mendacia. Paulus dæmonem expulit, ut dæmonium esse curiositatem cognoscerent: illique excandent, uti flagitium accusantes virtutem; quia removit antiquam cum puella conversationem. Ut in iudicium populus seductus rediret, puellam Paulus à dæmone vindicavit, ostentans (quod non cogitaverat prodigium) in puella habitare dæmonium. Dæmon abijt, & pravorum pectus furit: equidem cùm illud onus appeterent, & esse onus non cognoscerent; de absentia dæmonis persistebant tristes, quippe placebat conversatio dæmonis. Urget furiosos in acuitatem iræ, privari voluptuoso furore. Quò magis placet error, augetur furor, & privationis dolor. Unde cùm Paulo referre deberent grates, onerant virgis, iudicij compositâ accusatione, publico crimine: quandoquidem dæmone perciti; furere arbitrantur continuò ni sint furiosi. Dialecto nostra: *Sirve de causa à la acusacion, el no dexarles loquear.*

Placet conversatio dæmonis.

9 Ultrà causam perscrutemur. Domus dæmonis (ut vidimus ex Arato) erat puella, à qua Paulus avertit, dolens sortem, tanta mala. Hoc non est civitatem conturbare, sed civibus favere: ut Dei audiant voces, & nequaquàm dæmonis, in Pythonissa insidiantis. Zelo Paulus Dei honoris fecit, quia tantæ corruptelæ intimè doluit. Furiosos pupugit, quos à conversatione prisca deturbavit, vocata ab illis conturbatione, erui per illum à dæmonis potestate: igitur universi certatim commoti in Paulum, eò quòd è domo sua pepulisset dæmonium. Turpe utique excitare commotionem, in expellentem dæmonem: equidem avertere malum, planè bonum, & donum & beneficium, quod rationali debet esse gratum; quoniam inter gratias gratiarum est magnitudo, obesse viribus habitare cum dæmonio. Insuper, curioso & garrulo: equidem eius vocibus vel falsum testimonium accipitur ut oraculum. Quàm longè fugienda iniquitas, ubi ex eius lingua vel falsa veritas?

Displicet pravis remotio relaxationis.

——— *Professio vera*
Mendaci de teste sonat, vocemque fidelem
Perfidus auctor habet: sed non defertur honori,
Quod cogit formido loqui, nec mente cohæret
Nudus amore timor;

Arator.

Crudeles cuncti in Puellam & Paulum, sed diriores, quorum gerebat servitium. *Quæstum* (illa) *magnum præstabat dominis suis divinando.* Claret dæmonium, habere puellam in quæstum: & etiam quàm longè à dominorum animo, de puellæ salute solicitudo, excandentium furiosè in Paulum, expellentem dæmonem à domo illorum; quoniam flocci pendunt, puellam possideri à dæmone, modò ex illius quæstu haud careant utilitate. Ni Paulus de puellæ perditione doleret, puella profectò periret: & in Paulum commoventur, ubi commodo ex perditione fraudantur; quippe sæpe in impedientem implacabile odium, si ex peccato habetur lucrum: igitur modò commodo vivant abdicunt quòd alij pereant. Vers. 16.

Parvi ducunt suæ & aliorum animæ damnū.

10 Alia erat apparens in supplicium causa, & alia urebat dominorum viscera. *Videntes autem domini eius, quia exivit spes & quæstus eorum, dixerunt: Hi homines conturbant civitatem.* Si Paulus consentiret illorum vitio, nulla in illum moveretur persecutio: sed patet malis ac virgis, quia illos vindicavit à tyrannide dæmonis: igitur misera sors, quùm inter homines dæmoni mancipatos conversatio infelix est, vel dæmonem indicare, vel vitia compescere. Non placet, quisquis non connivet, aut pravis moribus non arridet, oppositus commodis iniquitatis, in societate dæmonis: Paulumque accusant, & crudeliter linguis & fustibus fauciant, trudentes innocentem in ergastulum; quia compescuit & non tacuit vitia illorum. Ut seductorem exponunt euntibus in civitatem & revertentibus; ut læsâ famâ, læderentur etiam mirabilia, & caderet honor, dum illorum crescebat ex multitudine furor. Ni falsa confingerent, nulli crederent; & quia illi dicebant assueti mendacio, de mendacio assertionis erat suspicio: finguntque conturbatam civitatem, quia expulit Paulus seductorem dæmonem; ut titulo causæ publicæ, celaretur causa fota à pravo pectore: quandoquidem in apparatu clamoroso publicæ perturbationis, latebat intuitus deperditæ utilitatis. Nonnunquàm criminosi, obices criminum criminantur, uti Achab dicens Eliam conturbare universam Israël. 3. *Reg.* 18. 17. quasi qui pravi studeant quieti communitatis, & zelatores observantiæ zizanijs conturbationis: quos aliquando blandè tolerant, an criminibus indulgeant, parcantque

Vers. 19.

Sunt sine vitijs furiosi.

Infamant illa impedientem.

va-

vago de pectore in pectus dæmone, ubique & undecunque grassari. Modò abdicantur, plaudunt: si cohibentur, explodunt, insidiantes vitæ, atque derogantes splendorem famæ: equidem sibi experientes vel in minimo adversarios, signant seductores, insanos, ridiculos, turbulentos. Proh dolor! Quinam? Qui turbulenti, ridiculi, seductores & insani, levantes vocem, comminiscentes crimen, & insolenter concipientes ausus vel in Pauli dedecus; quia removentur ab inolitis moribus. Innuit Leo Papa pro diversitate exercitij, & pœnæ univocatione. *Unum nomen est persecutionis* (infit, Serm. 9. *Quadrag.*) *sed non una est causa certaminis. Sicut ergo totius est corporis* (Ecclesiæ) *piè vivere*; *ita totius est temporis, crucem ferre*: *& ideo nunquàm deëst tribulatio persecutionis, si nunquàm desit observantia pietatis*: iniungitur actutùm pœna, modò corruptis proponatur observantia: igitur excitabunt persecutionem, comminiscentur crimen, nullum lapidem errantes proprio in loco relinquent, ut in dirigentem iactent.

Et dolis & artificijs.

Leo Pap.

11 Cùm Paulus Lystræ insigne patrasset miraculum, cives vocarunt lapsum de cœlo Mercurium: causamque indicat Lucas, cur non aliud Numen illum Ethnica cogitavit cæcitas. *Paulum, Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi.* Unde D. Thom. 2. 2. *q.* 63. *art.* 3. inquit: *Gentiles ratiocinationem attribuebant Mercurio.* Eius enim effigies collocabatur ab Ethnicis in bivijs & trivijs, ne errarent viatores cùm semitarum viderent divortia, sed scirent in propositum itineris flexa vel recta discrimina; quoniam Mercurius interpres Numen credebatur Numinum, in directionem viatorum. Adi Gyrald. *Syntagm.* 9. & Natal. Comit. 5. *Mytholog.* cap. 5. quo intuitu Alciatus, Emblem. 8. succinit:

Act. 14. 11.

D. Thom.

Imago Mercurij in vijs

In trivio mons est lapidum: supereminet illi
Trunca Dei effigies, pectore facta tenus.
Mercurij est igitur cumulus. Suspende viator
Serta Deo, rectum qui tibi monstrat iter.

Alciat.

Hæc obvia cuique: non verò quomodò aptentur prædicationi ac directioni Pauli. Paulus in munere erat Mercurius, quia eius videbatur motus. Effigies Mercurij iter indicabat, sed sine motu in munere persistebat, figurà indicantis, sed in nihil procedentis: unde cùm in directionem exempli requiratur lucida nota; Mercurius immotus non Mercurius, sed statua. Iter indicabat etiam statua Mercurij, cui viatores vel saxum vel fragmen offerebant saxi, ut pateret directoris periculum, dum ostendit declinationes errantium: igitur in ictum præparant lapidem, modò errores dicantur, licèt per indicem. Cæci pravi volunt procedere quà eunt, non quà eundum. Ut revocentur ab errore perstat directio Mercurij, lapide respondente directioni: igitur qui expectat pravos dirigi in via, etiam debet expectare saxa.

Præses immotus, statua.

Veritati odium.

Periculosum, pravos dirigere.

12 Accidit Paulo, quin prodesset miraculum, ut cessaret persecutio: igitur lapidarunt, simulatque illorum indicavit errorem; quem contendebant adorare Numen. Hoccine frequenter pravorum errantium cerebrum; lapidibus scilicèt insectari, adoratione dignum. *Persuasis turbis, lapidantesque Paulum, traxerunt extra civitatem, existimantes eum mortuum esse.* Vellent ad plausum directorem hominem mirabilem, sed nequaquàm hominis directionem: idest, non hominem, sed effigiem; quoniam odiosus, estò mirabilis, quem cognoscunt hominem. Vellent ire quà placeret, haud qua director dirigeret: non indicem criminum & errorum, sed plausum; quasi virtutis, procedere ad lubitum. Clariùs dicam: Vellent esse pessimos, & celebrari optimos, quanvis pro libito procederet, & unusquisque in viam suam declinaret: lapisque præparatur in directorem & non tantùm in effigiem; equidem quisquis non plaudit Præses pravorum errorem, haudquaquàm erigitur in munus, ut directione colatur, sed ut pro uniuscuiusque transitu satietatem usque lapidetur. Plauditur ut Numen primò, indicato errore, à turba fit & impetè commotio: & quem mirabantur Numen in obsequium, plaudunt quasi præfagi Mercurium; quoniam nonnunquam saxorum peram afferunt præparatam, in volentem reducere pravos ad viam. Persuasis turbis lapidantes extra civitatem expulerunt: haud dirigi cupiunt. Nulla in directionem forma, si turba & turba: etenim videntes dirigentem Paulum uti Numen, lapidibus conantur & hominis & Numinis expulsionem. Minimè igitur persecutione relinquent, quousque mortuum iudicaverint. Quod ratio astruit, indoles prava destruit, quærens directionis

Vers. 18.

Lapidandus quicorruptelis oppositus

Expectatur ab improbis eius remotio vel suspensio

nis velamen, non directionem: igitur cùm directio non fiat, præut viatoribus placet, sed præut itineris rectitudo iubet; modò non sit ad lubitum, fundà linguæ contorquetur saxum: simulque ictu vibrati lapidis, trunca apparet Dei effigies. Non solùm vivere, sed regnare patientur in fastigio dignitatis, blandientem subditorum vitijs. Tacebunt ad Superiorem statuam: resilient ad correctionis normam. Quid ad errantium indicem? Horrent & nomen: igitur homo vel insignis displicet pravis, qui munere signat subditorum errores. Dicent igitur pessimum, ni perspexerint cunctis delirijs parasitum. Vernaculè: *Dirán, que es un mal hombre, el hombre mas admirable; si no los dexa hacer, entrar, salir con lo que quisieren.*

13 Inuunt DD. SS. ut patientiam habeamus, cùm non sufficiat beneficentia, ut obmutescat impudentium hominum ignorantia. *Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè. Quantó enim quisque* (subdit Gregor. Homil. 15. in *Evang.*) *altiùs profecerit, tantò in hoc mundo invenit, quod duriùs portet.* Nonnulli timent lapides, quin respondeant exactioni muneris: alijque cuncta prætereunt, ut possint ipsi præterire inter cuncta. *Quomodo Abbates nostri* (ait Bernard. in *Apolog.* cap. 10. n. 30.) *patiuntur fieri talia, nisi forte* (*si audeam dicere*) *nemo fidenter reprehendit, in quo se ipse irreprehensibilem non confidit: siquidem humanitatis est omnium, in quo sibi quisque indulget, alijs non vehementer irasci. Quomodó sal terræ infatuatum est? Cæci facti sunt duces cæcorum.* Inde observantiæ relaxatio, quia carent Monachi exemplo, & totum studium de dignitate, nullumque de legum observatione; sicut de Episcopis, munere & infulis infatuatis, dicit idem, 3. de *Consider.* cap. 2. *Vides omnem Ecclesiasticum zelum fervere sola pro dignitate tuenda. Honori totum datur, sanctitati nihil aut parum.* Quando sonuerit crotalum capitis, camera ad cuncta evacuatur occipitis. Populus cæcè errat; quia non est præ lapidibus, qui errantes dirigat. *Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent: viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones.* Quæ sint hæc, dicemus, *Tom.* 7. ad illud, *Tautol.* 7. *D.* 6. *n.* 4. *Scrutantes scrutinio*: quò videndæ cogitationes vacuæ, sine intellectu, queis fovetur Monachorum relaxatio. Verùm quare fatisco? *Sine causa* (ait Bernard. serm. 77. in *Cantic.* n. 2.) *vel his, vel illis immoramur, quia non audiunt nos. Sed etsi literis forsitàn mandentur ista quæ dicimus, dedignabuntur legere: aut si fortè legerint, mihi indignabuntur, quanvis rectiùs sibi hoc facerent. Sortiti sunt ministerij locum, sed non zelum. Successores omnes cupiunt esse, imitatores pauci. Utinám tam vigiles reperirentur ad curam, quám alacres currunt ad cathedram! Parum est nostris vigilibus, quód non servant nos, nisi & perdant: alté quippe demersi oblivionis somno, ad nullum dominicæ comminationis tonitruum expergiscuntur; ut vel suum ipsorum periculum expavescant. Inde est, quód non parcant suis, qui non parcunt sibi, perimentes pariter & pereuntes.* Ne saxis subditorum pereant, pereunt; sed perire non cognoscunt, vocantes prudentiæ altissimæ artem, manifestam indulgentiam in legum relaxationem: gaudetque munere pectus, dicentes conscientiæ: Si transire nostra, nosque sinunt; transeamus æquè transeamus. *Sciat Abbas* (infit Abbatum director, pastorum pastor, dulcissimus dominici gregis, Doctorumque Doctor, Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 2.) *culpæ pastoris incumbere quicquid in ovibus Pater-familias utilitatis minus potuerit invenire. Tantùm liber erit, si inquieto & inobedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis earum actibus universa fuerit cura exhibita.* Exacta planè districtio, ubi objiciuntur non tantùm momenta damni, sed etiam prætermissio emolumenti; insuperque quod iudex possit invenire iacturæ; quin valeat in excusationem oblivionis legum, timor vel cautio crepitantium saxorum. Ex probis alij ludibria & verbera experti: alij lapidati sunt, secti sunt. *Disce* (ut canit Persius *Satyr.* 3. v. 71.

——Quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re.

14 At dices, ibid. subdit SS. Benedictus: *Ita se Abbas omnibus conformet & aptet, ut non solùm detrimenta gregis, sibi commissi, non patiatur; verùm etiam in augmentatione boni gregis gaudeat.* Sit ergo, ut exposui, *Tom.* 1. *T.* 2. *D.* 8. ut genius aptetur genijs, sed non subditorum vitijs. *Secundum uniuscuiusque qua-*

1. Petr. 2. 19.

Gregor. Magn.

Prælatorum rectorum onus gravissimum. Bernard.

Qui lanei, corrupti & ambitiosi?

Idem.

Thren. 2. 14

Bernard.

Cur canes muti?

S. Bened.

Pers.

S. Bened.

qualitatem & intelligentiam ſe omnibus conformet ; ut alios blandè alios ſeverè increpet. Debet eſſe ſuorum ſpeculum, non in dolum , ſed in animorum lucrum cuius munus reddere unicuique immutabili notà , ſecundum opera ſua. Speculum : at non concavum, objiciens ſurſum quæ deörſum. Speculum , ſed non undulatum , quod reddat pulchra fœda, & fœda pulchra: quatenùs hominem repræſentet ſimiam , & ſimiam encyclopædyam: quatenùs in mente Superioris vigeat gratum , quaſi pulcherrimum , quod ridiculum , horribile monſtrum. Speculum debet eſſe Prælatus, ubi nulli quod alterius; ut abſtergatur vitiorum omninò macula, minimè ut foveat ſplendore vitia. De Leucanidis,ſeu Lucania palude dicit Plutarch. in *Craſſo* , variatis temporum vicibus, modò dulcem atque potabilem, modò ſalſum atque amarum præbere ſaporem. Optima conditio Superiorum pro vice temporum ; ſed eſt ſimul , deſpicabilis conditio ſubditorum ; quippe quod unus dicit amaritudinem , alius vocitat dulcorem , pro uniuſcuiuſque commodo vel genio , ſine articuli iudicio : etenim probat vecordiam , & in Prælatis inſaniam , incumbere , an illos habeant tanquam ſuaves dulces , aſperos , inſipidos & acerbos. Semper enim erunt anxij , inhiantes huiuſce famæ labori. Rideat minas,cui placet æquitas. Dirigat ſtudio dirigendos in legum exactionem ; quippequam eiuſmodi.

Quomodò Præſes conformis & reſiliens a moribus ſubditorum?

Lucana palus.

Placidam dat cura quietem. Virgil.

DIDASCALIA II.

Nulla virtus literarum ſine virtute virtutum.

1 VIdetur ſciolis ſapientiam in cognitione latentium eſſe cauſarum; dum illa thronum collocat in uſu patientum operationum. Opica ſanè , Minerva ſola : illuſtris cum Pallade, quippe ſcientia cum virtute : igitur dum ſapientiæ patet virtus , duntaxat literis illuſtratur intellectus. Vide in *Liter. Expoſit.* à num. 20.

Cui virtus iam ſapit, ille ſapit. Billius.

An tu quicquam in iſtis credis eſſe boni (inquit Senec. *Epiſt.* 88.) *quorum profeſſores turpiſſimos omnium ac flagitioſiſſimos carnis* ? Quomodò ſcientia cum ſumma vitæ ignorantia ? *Nulla ſine Deo mens bona eſt* : præmiſerat *Epiſt.* 71. Timor Domini ſapientiæ initium : *intellectus bonus omnibus facientibus eum* : ſiquidem ni bonus , nullus in ſumma intellectione intellectus. *Si eſt intelligens aut requirens Deum* , quæritur inter filios hominum. Mens bona ſine Deo nulla ; quia in inquiſitione Dei ſtat intelligentiæ ſapientia : diciturque verè intelligens , Deum in toto corde requirens ; ſiquidem ſine virtute vigilis intelligentiæ, non datur intelligentia in ampliore intellectione. *Clarè , velociterque intelligere, multa ſimul & grandia tenaciter meminiſſe , ornatè loqui , artificioſè ſcribere, & pronuntiare ſuaviter : hæc omnia , niſi ad vitam referantur ; quid ſunt aliud, quàm inanis inſtrumenta iactantiæ , inutiliſque labor ac ſtrepitus* ? ita Petrarch. p. 1. *Dialog.* 44. Hinc Davidi dicitur: *Sciens ſcito.* Quæ ſcientia igitur ſcientiæ? Perfectio vitæ : igitur ſcientiâ ſine ſcientia virtutum , ignoratur quod ſciendum: additurque medianter ſcientia ſcientiæ rationis , ut ſtudium ſit virtutis: quandoquidem ſumma ſcientia ſine virtutis forma, perfectiſsima ignorantia.

Senec.

Pſalm. 110. 10.

Pſal. 13. 2. *Nulla ſine Deo mens bona.*

Petrarch.

1. Reg. 28. 1.

Scientia ſcientiæ perfectio vitæ.

2 Subit mentem contrapoſitio , ſeu collatio Siracidis. *Homo ſanctus* (ait) *in ſapientia manet ſicut Sol : nam ſtultus ſicut Luna mutatur.* Difficulter intelligitur. Si dicit adinſtar Solis ſanctum ; in apodoſim ſtrictam , adinſtar Lunæ deſignare debet improbum. Cur ergo hunc vocat ſtultum , dum illum ſanctum ? Iuſtus poteſt eſſe , & neſciens : etiam peccator , & ſapiens. Utique : ſed ſcientiæ in vita corrupta exponitur languor,ubi eruditionis miræ amplior rutilat ſplendor: ſiquidem obliviſcitur in cognitione virtutem , habens in ſcientia virtutis tantùm ſpeculationem. Virtus conſtat ex uſu haudquaquàm ex intellectu. Qui intelligunt veritatem acquieſcent illi, ducti virtutis amore. Unde cùm ſtultiſsimus ſit, qui quod cognoſcit bonum , amore non ſequitur ; ſtultus dicitur ſapientiſsimus peccator : ſiquidem cùm intelligit & non ſequitur ex cognitione virtutem , haudquaquàm virtutem habet , ſed cognitionem. Hominis ſancti dicitur ſapientia , & quæ ſapientia in improbo dicitur ſtultitia. Effectus profectò ſingulares a contraria cauſa: ſanctumque Siracides dicit ſapientem ; quia in ſapientia non ſequitur ſapientiam,ſed ſanctitatem:ſtultumque eru-

Eccli. 27. 12.

Non prodeſt virtutis cognitio, ſed poſſeſſio.

ditum peccatorem; quoniam ſumma ſtultitiæ pravæ mentis, virtutes non amare, & cognoſcere virtutes. Brevì à Siracho exponitur; *Stultus ſicut Luna mutatur.* Voluntas hominis ſuaptè diligit, quicquid intellectus uti bonum proponit: diciturque ſapientis in ſtultitiam mutatio, ubi ſine intellectione demonſtratur intellectio; quia pravè peccator diligit aliud & aliter quàm intellectu cognoſcit.

Unde ſapiens peccator ſtultus?

3 Audiendus Seneca quò dudùm. *Scis quæ recta ſit linea: quid tibi prodeſt, ſi quid in vita rectum ſit, ignoras? Una re conſummatur animus: ſcientia bonorum ac malorum immutabili. Temperantia voluptatibus imperat: alias odit atque abigit, alias diſpenſat, & ad ſanum modum redigit; nec unquàm ad illas propter illas venit. Quid eſt autem, quare exiſtimem non futurum ſapientem, qui literas neſcit, cùm ſapientia non ſit in literis? Reprehendendum non putas, qui occupatus eſt in ſupervacua literarum ſupellectile? Intemperantiæ genus eſt. Quid, quòd iſta conſectatio moleſtos, verboſos, intempeſtivos, ſibi placentes facit: & ideo non diſcentes neceſſaria, quia ſupervacua didicerunt?* Scriptæ erant tabulæ literis legis, cùm ad idololatras deſcenderet Moyſes. Caſu reſpexit in ſcriptas lapideas tabulas, & invenit diſparuiſſe literas, avolantes in cacumen excelſi montis, ubi illis ſcriptæ præſcriptæ leges: diximus ex Rabbin. *Tom.* 1. *T.* 3. *D.* 5. *n.* 11. uti in rem videris. Moyſes attentè vidit, actutùmque tabula; anniſu toto confregit. *Iratus proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis.* Si populus pravus operationem vidiſſet, de crimine idoli excuſationem haberet: igitur nil magis fovet ſubditorum corruptelam, quam legem videre & à Superiore tractam. Populus ſapiens plaudebatur, virtutem ſequens, legem de cœlo expectantibus cunctis; interimque ſequentibus idola, iuxta cordis deſideria: literæque legis avolant, & ſimul ſapientium ſtultitiam demonſtrant: igitur quantumvis literæ & literæ, nullæ profectò literæ ſine lege. Ex characteribus ſive elementis literarum lex ſcripta conſtabat, quæ corda in virtutem dirigebat: & cùm literæ conſtituantur ex virtute, & neutiquàm ex multarum literarum eruditione; literæ quantociùs avolant, ut fuga exleges ſapientiores erudiant: igitur idem, legem frangere & proijcere, ac literas evaneſcere. Literæ ſanè ſunt illuſtrantes intellectum, ſed ſine intelligentia literarum.

Quæ ſcientia inutilis?

Senec.

Exod. 32. 19.

Pravum, exemplum corruptelæ à Superiore.

Nulla ſapientia ſine legum cuſtodia.

4 *Impie agent impij: nec intelligent omnes impij, porro docti intelligent*: dicitur Danieli. Quia impiè agent, non intelligent impij: equidem ita in ſcelere vivent, quaſi numen & legem non cognoſcerent. Ineſt legis & Numinis intelligentia, corde prolapſo in flagitia: unde cùm non conveniat ſcelus & intellectionis uſus, quippe cor pravum diligit, quod odibile cognoſcit, quandiù mens deviaverit à cognita, fractâ lege, in ipſa intelligentia vivet ſine intellectione. Præut legem comitatur obſervancia, datur intelligenti ſapientia. Doctus eſt, non qui legem erga amorem oſtendit, ſed qui iuxta legem diligit. Hinc Menander in *Simulprand.* & Plaut. in Bacchid. *Act.* 1. *ſcen.* 3. verſ. 41.

Daniel. 12. 10.

Non eſt ſapientia poſſeſsio pretioſior:
Odi ſapientem, non ſibi ſapientem.

Menand.

Frugi convenit eſſe hominem, pectus cui ſapit.

Plaut.

Stat ſapientia in practicâ cognitionis, nequaquàm in eruditione mentis: minimèque dicuntur eruditi, ſapientes, ſed obſervantes; quippe propriè intelligentia, legis præſcriptæ obſervantia: ſiquidem cum ſcientia pravi vocantur ſtulti, & ſine eruditione ſancti ſapientes & docti. Cauſa huius diverſitatis in ſcientia à Gabriele præmiſſa. *Multiplex erit ſcientia.* Scientia cordis & ſcientia mentis. Cordis, qua ſapiens ſibi ſapit: mentis, qua deſipit. Cordis, qua recipitur frugi; mentis, qua ſtudet ſceleri; quin hæc ſapientia ſit poſſeſsio pretioſior, quippequàm non mentis, ſed cordis error: nullaque datur ſcientia in ſumma peritia mentis, cum tot erroribus cordis. Bibunt enim improbi pro aqua ſapientiæ, de maxilla aſini; quoniam quò magis bibunt, plus & plus in deterius ſtulteſcunt. *In Chio* (inquit Vitruvius, *lib.* 8. *cap.* 3.) *fons, é quo qui biberint inſipientes fieri*: iucundam eſſe potionem, ſed ex potu ſaxei ſenſus. Unde apud Ludovic. Nonnium in *Græc. Goltz*, figur. 15. Inſul. legitur:

Quæ ſcientia ſcita?

Verſ. 4.

Fons inſipientiæ.

Vitruv.

Sunt gelidi fontis latices, dulceſque bibenti:
Saxeus attamen hinc, illicò ſenſus erit.

Nonn.

Litera ſine ſpiritus vivificatione occidit, non erudit; imò reddit inſipientem, addens ex ſiti ſenſus privationem: equidem ex literis ſenſum habere ſaxeum eſt, nullum habere ſenſum.

5 Peſtis harum literarum deſcripta olim

olim in figura Minervæ comitum: nimirum Timoris & Terroris assessorum eius, *qui nudatis gladijs minitari omnibus videntur*: ut refert Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 251. illà in scuto habente draconem, & hastæ quatiente cuspidem contra nudam Veritatem. Comprehendit brevi Statius 7. *Thebaid.* à v. 108.

Timor & Terror comites Minervæ.

——— *Pavorem*
Insinuare metus, animumque avertere veris.
Aptior, innumeræ monstro vocesque, manusque,
Et facies quæcumque libet. Tunc acre novabat
Ingenium. Nil falsum trepidis.
Hæc pavor attonitis, varioque per agmina vultus
Induitur.

Stat.

Cuius ergo erit imago hæc & superscriptio? Iurisconsultorum, ait Hugo in *Psalm.* 70. v. 15. *Non cognovi literaturam. Heu! Indocti cœlum rapient, & nos doctrinis nostris ad inferna demergimur.* *Maximè hoc intelligitur de doctrina Advocatorum, quæ multos retrahit, ne salventur: ipsa propriè dicitur literatura: literatura enim est congeries literarum: idest, Decretales &c. Hæc literatura non placet Domino; quia est negotiatoria: unde alia editio habet: Non cognovi negotiationes.* Aptè: cunctas detorquent leges in utilitatem, quippe studium duntaxat in lucri negotiationem.

Hug.

Advocati ex leges.

Quæ tam festa dies, ut cesset prodere furem,
Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucrum.

Iuvenal.

Minimè in lucra quærunt iura, sed embolia. Apud Marcum legitur: *Bella & opiniones bellorum.* Inter bella etiam prænotantur opiniones, queis iurisconsulti, licèt oppositæ, proclamant favere leges: equidem cùm ex litigio propendeant commodo, disponentes quòd cadat veritas, ut florens surgat utilitas. Opiniones inter bella proponuntur, dum illi causas defendunt: quandoquidem illorum opiniones ex pugna litigantium haudquaquam tendunt in legum iura, sed in legum bella. Apud Lucam: *Cùm audieritis prælia & seditiones.* Conveniunt *Bella* & *Prælia*: at *Opiniones* & *Seditiones* sunt etiam consona: igitur opiniones illorum pro disceptatione iurium, nil aliud nisi seditio animorum litigantium. Hinc patet Minerva illustri detestanda literaturà ex legum turba seu copia: igitur

Marc. 13. 7.

Illorum opiniones iacula in leges.

Luc. 21. 9.

quærentes in literis iustitiæ impenetrabile scutum, pro scuto inveniunt caput plenum serpentum. Non enim est armata in veritatis protectionem, sed in certamen, seditiosis opinionibus, ne evanescat è certamine quæstus: quippequam ne appereat veritas, evibrat è summo lanceas.

Minervæ stulta.

6 Audiendus Bernardus, 2. de *Consideral.* cap. 10. n. 13. *Fraus & circumventio & violentia prævaluere super terram. Calumniatores multi, defensor rarus. Agitentur causæ, sed sicut oportet: nam is modus, qui frequentatur, execrabilis planè, & qui non dico Ecclesiam, sed nec forum deceret. Miror namque quemadmodum religiosæ aures audire sustinent huiusmodi disputationes advocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad subversionem, quàm ad inventionem proficiunt veritatis. Hi sunt qui docuerunt linguas loqui mendacium, differti adversus iustitiam, eruditi pro falsitate, sapientes ut faciant malum, eloquentes ut impugnent verum. Hi sunt qui instruunt, á quibus fuerant instruendi: astruunt non comperta, sed sua: struunt de proprio calumnias innocentiæ, destruunt simplicitatem veritatis, & obstruunt iudicij vias.* Hieronym. Adverss. Iovinian. *Legum* illorum leges vocat *ænigmata*: alludens ad illud Iuvenal. *Satyr.* 8. v. 49.

Bernard.

Descriptiæ pravorum ad vocatorum.

——— *Veniet de plebe togata*
Qui iuris nodo & legum ænigmata solvat.

Hieron.

Iuvenal.

Sed unde si leges, ænigmata? Ex illorum stultissima literarum scientia: quippe cùm animum pro quæstu, lingua venali avertant à veris, & huius scientiæ monstro sint in fallaciam diversæ manus & voces; mutant facies præut libet, atque legum colores præut oportet: equidem exposa à iudicio veritate, videtur idem

Facto pius & sceleratus eodem.

Ovid.

Iurisperitorum responsa sunt quasi Apollinis, nescientium regulas iuris (de quo egimus fusè, *Tautolog.* 7. *á n.* 29.) ut cedant causæ in commoda seditionis: equidem bardi & capitones stupidi observant verba amphibologica in quolibet horum idolorum decreto, quasi quæ ineptiæ & fallaciæ proferrentur ab oraculo. Sidon. Apollin. *lib.* 4. *Epist.* 1. & *lib.* 8. *Epist.* ult. taxat & iurè: *Si quid* (inquit) *Commentator lucidum, iurisconsulti obscurum multifariám condiderunt. Unde iurisperitus, veternosus legalium quæstionum ænigmatista.* Perpropriè: non enim

Cur illorum sententiæ similes ænigmati?

Sidon. Apoll.

in

in sententia fulminatur sententia, sed ambagibus ænigma ; cuius quandiù extricantur ambages , corda aversa fovebunt in compendium alias super alias seditiones.

Statum lacessunt omnipollentis Dei
Calumniosis litibus.
Fidem minutis dissecant ambagibus,
Ut quisque linguâ nequior.
Solvunt , ligantque quæstionum vincula
Per syllogismos plectiles.
Væ capitosis sycophantarum strophis;
Væ versipelli astutiæ.
Nodos tenaces recta rumpit regula
Infesta disertantibus.

Strophæ. Prudent.

Inquit Prudentius in *Apotheos.* à v. 29. Verum haud regula in tabularum huiusmodi nodos , si prurit quæstus : siquidem quem accipiunt pridem palmis , eisdem actis in causa , affigunt diro stipiti crucis. Habent in causam promotam, *mensuram arundineam auream.* Auream, prætextu iuris ; arundineam , respectu meditatæ utilitatis , aptantes leges iudicio , pro affectu & commodo : equidem duntaxat præut arridenti litigantium opes , adinstar arundinis , iura flectuntur & leges.

Matth. 21. 8.27.22.

Apoc. 21. 15.

Lex illorum legum.

7 Ubi multæ leges , multæ quæstiones. Unde Tacitus 7. *Annal.* cap. 25. infit : *Utque antehàc flagitijs , ita tunc legibus laborabatur.* Nec mirum : legum enim larvà protegebantur flagitia : equidem cùm ex regula plumbea adinstar lesbiorum, fiat legum exlegibus atque causarum iudicium; iuxta affectionum flexuras, eiusdem causæ censetur vel æquitas vel iniquitas. Alius legis intuitus, & alius quæstus ; qui deauratur lege , & commodi iure , glossemate advocatorum , divitijs inhiantium : igitur in eadem causa , eisdem actis , eiusdem articuli , eiusdemque personæ , lege & lege ; virtus declaratur crimen , crimenque cognitum cedit in insigniorem virtutem. Hinc sententiæ , Palladi armatæ , nudis gladijs assistunt *Timor* & *Terror.* Sed quo intuitu ? An quia accincti gladio ? Maius malum , dum expectatur ex sententia iudicium : igitur timetur iurè , glomeratà ambage in aliam ex lite litem ; ex iudicio tenorem non percipere sententiæ. Apparente in pariete Regis Baltasaris cœnaculi manu scribentis hominis , cùm ille aspiceret articulos manus scribentis; *Tunc facies Regis commutata est , & cogitationes eius conturbabant eum.* Si nihil scripturæ intelligit , quid illum varia cogitantem torquet? Quòd in sententiæ claritate egeat interprete : qui quidem de iudicio , etsi legat , nec verbum dicet ; ni Deus de cœlo vel legenti revelaverit. Verùm quid quòd legat , modò lecta non percipiat? Terror meritò concussit mentem , ubi necesse divinare lectorem. Nudis gladijs urbem circuibant Medi , & nec timor nec terror convivanti Principi. Unde ergo internus dolor Regis immutat faciem , & icit intimè cogitationem ? Causa eius iudicanda , & eius audacià consummata flagitia , sententiam fulminante indeclinabili iudice, atque parieti quasi libello figente. Vidit Princeps & expavit. Scriptura terruit , & actutùm conturbatus extimuit. Quidum? Qui exercitu non percellitur, brevi literà immutatur ; quippe plusquàm sententià iniquæ causæ contraria, percutit mentem non intellecta sententia. Clarent hic advocatorum iudicia , ut quantoperè abijciatur vel de re pretiosa contentio , licèt cum damno : igitur per syllogismos plectiles, captiosis sycophantarum strophis, ita profertur causæ illatæ sententia diremptionis, ut infinitæ oriantur ex litis iudicio lites. *Ei qui vult tecum iudicio contendere* (dicit Assertor N.) *& tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Dispendium erit compendium : parces laboribus , & curis inanibus: imò amissione lucraberis: equidem quæ non tetulerit petax , tenebunt iudices. Ut habeas tunicam per iudicium, tunicam amittes & pallium: pallium ergo dimitte rapienti tunicam , priusquàm expectes in contentione sententiam : igitur antequàm iustè vel iniustè proferatur; substantia quantunvis dives , inter advocatos atque procuratores dividetur : protrahetur sanequàm in sæcula crastina videnda causa , quandiù micuerint illorum perversa commoda. Hæc illorum libri, leges , iura , decretum , consilium in cathedra pestilentiæ , atque sapientia stultitiæ ; quippe non est qui recogitet corde.

Cur terror & timor ex expeditione causæ?

Daniel. 5. 6.

Sententiâ non intellectâ cruciatur litigantis anima.

Matth. 5. 40

Cur non contendendum iudicio , vel eum iustitia?

8 *Cùm inter Alexandrum Regem* (dicitur in *Mens. Philosoph.* tract. 2. cap. 16.) *& milites aliquos esset disceptatio; & causa sua fuisset damnata in Castrensi iudicio ; illud iudicium acceptum habuit, iudicibus gratias agens , quorum fidem in eo probaverat, quòd iustitiam omnipotentatui præferebant.* At hæc cui Principum placent? Cui stultitiæ eruditorum in strophis displicent : etenim dicenda , si iustitia causam ornat , sive placeat , seu displiceat. Eliguntur a Deo pro victoria contra

Theobald.

Rex iuris sit, vel inse.

contra Madian, duce Gedeone, viri trecenti; abiectis, qui flexu genu biberunt inter tot ſelectas copias; & aſſumptis, qui *lingua* lamberunt *aquas*. Quo enim ſtudio huiuſmodi in certamen militum deſtinatio. Plura diximus pro ſenſu literali, *Tom.* 4. *T.* 11. Gregor. Magn. lib. 30. in *Iob*, cap. 17. exprimit allegoricum, ſignans per hoſce milites in ſcientijs Doctores. *Præceptum eſt* (infit) *ut ad fluvium veniens, omnes qui flexis genibus aquas haurire conſpiceret, á bellorum conflictu removeret. Actumque eſt, ut trecenti viri tantummodó, qui ſtantes manibus aquas hauſerant, remanerent. Madian interpretatur, De iudicio.* In interpretat. *Nomin. Bibl.* vertitur *Iudicans vel litigans.* Quod difficile videbatur captu, niteſcit perſpicuo ſenſu, ut erudiantur qui iudicant terram, ſequentes in litigio iudicij formam. Uſuvenit cauſæ & cauſarum examen inter abiectum & potentem, inter ſubditum & Principem. Huic favet potentia, illi iura, ad quorum iudicium nulla debet eſſe acceptio perſonarum, ſed legum: eliguntur-que in iudicium, qui de ſapientiæ potu bibunt recti, ſed non curvi; quippe verè doctores, & iure dicundo integerrimi iudices, qui in potentiam non accedunt genu flexo, dum contraria dicit ex legibus ratio. Bibunt enim & ſtant, ut illis ſtantibus ſtet lex: igitur ſine inclinatione affectuum, ſine affectu etiam inclinationum, legum iuriſque bibentes fontem, animi demonſtrant illibatam ad iudicium rectitudinem. Certandum erat de iudicio, in quo Dei hoſtium declaranda damnatio: & dum eliguntur qui ſtantes deguſtant aquas, curvantium in potu reprobatur iniquitas; igitur haud apti in officium iudicis, qui cenſent iuxta pondus inclinationis. Longè rectitudo animi, quùm illi curvi. Perperàm iudicium, leges iuxta inclinationem ſtudiosè legentium. De eodem igitur iuris fonte alij bibunt recti, & alij curvi, quia alij trahuntur dependentiâ auctoritatis deorsùm, & alij iuſtitiæ pennis ſemper elevantur ſurſùm. Curvare genua in ſententia iuxta leges fulminanda, non eſt ſignum rectitudinis, ſed proiectæ adorationis: removeturque ab illis iudicij munus, qui leges hauriunt in ſententiam flexis genibus; quoniam omninò inepti, qui adorant in ſententiam litigantes, cùm debeant iurè venerari leges. Hac igitur de cauſa dixit Seneca Rhetor in *Præfat.* lib. 2. *Controv.* Melæ: *Ambitioſæ curæ ſunt: foroque ſe & honoribus parant, in quibus ipſa quæ ſperantur, timenda ſunt.* Spes & timor? Claret in iudicio terror: equidem quicquid ſperatur iudicio rationis, timetur ſanè curvitate iudicis, torſione legum & pondere inclinationum.

Iudic. 7. 5.

Gregor. Magn.

Iudices verè, qui favent inflexibiles veritati.

Non recti, qui flectuntur.

Marc. Sen.

9 Cauſam aſtruit Sirachus, ut removeat huius ſtultitiæ cauſam. *Penes Regem noli velle videri ſapiens*: ſapientiſsimè monet. Gnome profectò inſignis etiam uſurpata ab Ethnicis. Æſchil. in *Prometh.* v. 384. ſuccinit:

Eccli. 7. 5.

Utiliſsimum eſt, rectè ſapientem
Non videri ſapere.

Æſchyl.

Idem regerit Plutarch. in *Ariſtid.* An quia arbitrantur Principes uti demptum gloriæ ſuæ, quicquid ceſſerit alienæ? Utique, ſed hoc alibi. Non dicit, quod coram Rege non ſit ſapiens, ſed quòd nolit velle videri: equidem ſapiens non eſt, qui ſapiens videri vult; quoniam dum vult de theſauro capitis promere, literas, debacchatur in ineptias. Verùm quomodò? Dicit Rhetor, d. *præfat.* in lib. 3. *Dum cupit in omni controverſia dicere, nec quicquid debet dicere, ſed quicquid poteſt. Argumenta argumentis colligebat: & quaſi nihil eſſet ſatis firmum; omnes probationes probationibus alijs confirmabat. Omnis quæſtio ſuam probationem habebat, ſuam excuſationem, ſuos exceſſus, ſuas indignationes.* Unde dum his & alijs volebat rutilare ſapientiam, propalàm cuncti ridebant literatam ſtultitiam. Modò in Textum. *Penes Regem noli velle videri ſapiens*, quippe ſtulteſces. Cur non arcet huiuſmodi pruritum coram alijs, ſed ſolummodo in præſentia Regis? Quia magis gliſcit erudita ſtultitia Regis præſentiâ. Ex tractu ambiguo fit ſæpe in exitum conſultatio, commendatis notitiâ legum & perſcrutatione iurium. Alij bibunt recti, & alij curvi. Alij nolunt videri ſapientes ſed eſſe, exacto iure: alij duntaxàt volunt videri, inclinati in cauſam regiam, quin iure perpendant cauſam: iura tractantur: & dum volunt videri ſapientes & periti, non videntur; quia ſtultitia eruditione ornata, eſt ampliſsima ſtultitia: quandoquidem conſilium non probatur ratione, neque lege; ſed probationibus inſipidæ probationes & argumenta argumentis. Dicunt non quod dici debet, ſed quod poteſt. Hinc inde verba, quaſi arundo vento agitata, rutilante etiam apud inſipientes ſtultitiâ: equidem dum pro-

Marc. Sen.

Stultitia eruditione ornata eſt ampliſsima ſtultitia.

probat, probationem excusat, excedit, excessu furit, varietate legum in Principis blandimen; cuncti arbitrantur delirum, illiterarum amentem. Noli videri sapiens coram Rege, lubricitate periculi; quippequàm ut captes gratiam, demonstrabis stultitiam. Apparebis insanus, dum vis videri eruditus: equidem cùm consilium non detur iuxta legem & rationem; sed iuxta quæstus & affectus curvitatem; contra iustitiam sententia, cognoscitur stultitia.

Horat.

Virtus est, vitium fugere: & sapientia prima
Stultitiâ caruisse.

Si vitio quilibet insipiens, sine virtute non sapiens; perpera mentis illuminatio cum vitio: igitur splendor literarum rutilat magis ex candore morum.

10 In specimen literarum illustrium ac commendationem, pinxit aliqua elementa Mazzolenus super chartam candicantem & epigraphen: *Magis in albo.* Adi Picinell. *Mund. symbol.* lib. 21. n. 38. Rutilant, sed magis in albo mundissimo corde, nitidâ puritate conscientiæ: siquidem plus floret literarum studium, pretioso candore morum. *Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me.* Maluend. *Præstantiam rationis & scientiæ doce me.* Appositè cuncta, ut clareat, quæ vera scientia, in utriusque studij disciplina; bonitasque scientiæ coniungitur, ut aliquid scientiæ sciatur; quoniam in præclaris literis nec ulla species scientiæ, sine animæ bonitate. In literis & ex literis manat scientia, sed ex bonitate rationis præstantia. Meritò: elementa literarum fulgent amplissimè in albo: etenim si charta est pectus vel animus, & hic nigerrimus; nulla literarum signa, nec in ratione rationis præstantia, propter defectum bonitatis, suffectæ loco candoris: igitur cùm candore rutilent, præstent, literæ floreant, & fulgeant; modo decolores, quippe discolores mores, in plano literarum nec videntur characteres. Accenditur literarum lucerna, ut qui vident videant opera. Si opera non lucis, duntaxàt habetur scientia vocis, sapientiâ vacua; quia sine luce lucerna: & lucerna sine luce, haudquaquàm lucet, sed fœtet. *Ut videant*: dicit Christus, ne sal sapientiæ desipiat insatuatus: equidem si per opera nigra infatuatur sapientia, & sale morum elementa literarum clarescunt lucida; dum in nigredine characteres eruditionis quæruntur, nigri in nigro non videntur: abest, quo videantur, morum necessarius candor, & literarum nec percipitur color: abest utique à luce per tenebras criminis ingenitus fulgor; & non est vel in splendore splendor: igitur videntes tenebras, nihil omninò intuentur; quippe visione cæcutiunt. Lux literarum nequaquàm à literis, sed à moribus. His ornatur in eruditionem intellectus. Unde expositâ sapientia, opera videnda consona; ut videatur, quæ videtur. Necesse sanè, quòd moribus literæ splendeant, ut qui in lumen literarum ingrediuntur, lumen videant.

Picinell. *Splendor literarum ex candore morum.*

Psalm. 118. 66. Maluend.

11 *Ponam in lucem scientiam illius*: dixit Salomon de Sapientia. Sapientiæ scientiam: opportunè: igitur sapientia sine luce, non est scire. Verùm quænam lux scientiæ, si scientia confertur luci? Candor utique morum, in quem totum incumbit cogitationis studium. Dum non quæruntur literæ propter literas, sed ut ignescat cordis inflamati charitas, qua dealbatur animus, & purificatur pectus: & cum candore animi in lucem dicitur scientia prodita, quasi noviter post nativitatem nata; quippequàm sine pectoris candore, est scientia sine luce. In visionem lux omninò necessaria: & in lucem cum candore prodit scientia; quoniam sine literarum splendore, nec in ipsa sapientia videntur literæ. In malevolam animam non introibit sapientia: hinc ut videatur, addit Christus, non solùm *Ut videant*, sed *Ut videant opera*: etenim per opera, videtur claré an sit, vel non sit scientia; quoniam nulla scientia literarum sine luce, neque lux in scientia sine candore: quandoquidem procul isto, dum splendidè ostentatur, nec à vidente videtur. Accidit his stultis literatis in die mortis, quod Georgio Trapezuntio symptomate senectutis, vel rigore infirmitatis. *Omni doctrinarum genere sculptus fuit* (infit Ludovic. Nonnius in *Asiam Goltz.* Tabul. 1.) *cui hoc mirum in extrema senectute accidit, ut omnium literarum oblivione laboraverit.* Literæ & literæ quid? In luce scientiæ erit lux? Erit lucis fulgor, modò pectoris candor: Igitur vel dum mira splenduit eruditio; cum candoris lamentabili divortio, apparet & nocuè in morte, nihil ex scientia sciviſſe. Dormierunt somnum suum, qui literarum ostentabant opes; & nihil invenerunt viri divitiarum in manibus suis. Extincta est in nocte lucerna, quia nulla illos secuta sunt opera: & ubi opera nulla in scientiam

Sap. 6. 24.

Quænam scientia sapientiæ?

Nonnius.

Oblivio literarum in Georg. Trapez.

Matth. 5. 16

Similes tur lucernæ?

tiam animæ, in sapiente non sunt literæ.

Cicer. *Mandare cogitationes suas literis, & eas nec disponere in salutem, nec illustrare* (sculpsit Cicero in vestibulo Tusculani sui) *hominis est intemperanter abutentis & otio & literis.* Unde Franc. Petrarch. quò supr. succinit:

Petrarch. *Scriptorum tot sunt monumenta, quot aurea cœlo*
Sidera: at in paucis stat tibi vera salus.

Hæc profectò nobilis eruditio, in mundo scilicèt studere cœlo.

Coloss.1.9. 12 *In omni sapientia* (ait Paulus) *& intellectu spiritali.* Utrumque nectit, & studere docet: equidem qui studijs tendit in spiritum, profectò habet intellectum. *Sapientia, intellectu spiritali.* Apositè. Sine spiritu, ex litera summa eruditio, sapientia sine intellectu. Reges dicuntur Magi, ideſt, sapientes. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Christum inquirunt. Hoc verum studium literarum, quærere Christum. In vincula traditur Ioseph innocens, cui candor morum cogitationis supellex. In vincula, *ut sciret, quoniam omnium potentior est sapientia.* Sapientia, vel innocentia? Haudquaquàm sententia dubia. Hoc est scire: nescire peccare. Qui concupiscit sapientiam, servet iustitiam: equidem Ioseph cùm à peccato recesit; manifestum, quòd sciret.

Matth.2. 1.

Sap.10. 12.

Quorsùm studium literarum?

Coloss.2.2. *Instructi in charitate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus.* Charitas sanè amplectitur literas & plenas, & intellectus divitias: etenim pleniſsimæ intellectus divitiæ; Deum diligere, atque virtutem amare, ut ex amore virtutum fulgeat virtus literarum. Perstringo meditatò testimonia, ne molestet Didascalia.

Tob.13.13. 13 *Luce splendida fulgebis*: dicitur de Ierusalem, ut videbimus *Tautol. seq.* à n. 17. & 43. Si lux, necessarius splendor: quorsùm lucis & splendoris fulgor? Ne ergo lux & splendor sine fulgore? Dicet insomnium Antigoni. *Secundum quietem visus sibi* (inquit Nonnius d. *Tabul.* 4. & Plutarch. in *Demetr.*) *spatiosum campum auri ramentis conserere: inde auream primum succrescere segetem: paulò pòst se cùm revertisset; eò nihil præter stipulas offendere, & cùm gravissimè doleret, cuiusdam vocem audire, qui Mithridatem, aureà demessà segete in Pontum abijsse diceret.* Lux igitur doctrinæ seminatur in auribus à sapiente, ut eruditantur qui recti corde. Habet huiusmodi lux fulgorem & caliginem. Caliginem, dum aurum sapientiæ seminatur, & à semi-

Plutarch.

minante non metitur; ut dicitur *Mich.* 6. 15. vel dum spinæ sunt messi, ex seminatione tritici: *Ierem.* 12.13. Fulgorem, dum aurum sibi colligit, qui doctrinam seminavit. Hic igitur in doctrina docet, & doctrina fulget: *Rom.* 12. 7. Virtus dat fulgorem sapientiæ luci, quæ elanguet sine virtutis fulgore; quoniam qui docuit, & sibi non studuit, misit tenebras & obscuravit: luxque literarum designatur splendida, ut constet unde illarum fulgoris forma; quandoquidem ni literæ comitem habeant virtutem, nullum vibrabunt in splendore splendorem. Hi fulgorem seminant, ut alij colligant, in quo sapientia stultissima sub scientiæ larva; quippe non est aurum seminare, sed dispergere: stultumque usquàm, in sapientia laborare, ut alij atque alij diteſcant, servatis sibi ex ditissima messe, stipula, palea & furfure. Volet ergo in cœlum volucris sapientia, ut sursùm sint quæ in pectore humana corda. Canit Boëtius *lib.* 4. *Metr.* 1. à v. 1.

Fulgor scientiæ à virtute.

Sunt etenim pennæ volucres mihi
Quæ excelsa conscendant Poli:
Quas sibi cum velox mens induit,
Terras perosa despicit.
Hæc dices, memini, patria est mihi:
Hinc ortus, hìc sistam gradum.

Boet.

DIDASCALIA III.

Sapientia est consuetudo moriendi.

1 VIdetur argumentum difficile, quùm statutum hominibus, semel mori. Mori enim unum ex officijs vitæ est, quod semel fit: unde moriendi consuetudo convenit, quia fit semel; quandoquidem serum & ineptè sanum consilium, ubi irrevocabile dispendium.

Quod si redux iuvenilis ætas esset, & senium duplex;
Peccata vitæ corrigeremus istius,
Vitæ instituto providi melius novæ.

Eurip.

Talia dixerunt in inferno hi qui peccaverunt. Cor illorum sanè vanum, quia futile votum.

Define fata Deùm fleti sperare precando.
Rata & fixa sunt, atque magna & æterna necessitate ducuntur. Sæpe debemus mori, nec volumus: morimur, nec volumus. Ita Senec. *Epist.* 77. Dum morimur,

Senec.

mur, mori nolumus, qui priuſquàm moriamur, ne moriamur, mori prudenter debemus : equidem ſæpeſæpiùs mortis error ; quia in vita ſæpe non morimur: exponiturque uti præſens futurum ſpectationi theatrum ; ut liqueat cunctis, quanti momenti momentum. *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Hoc enim intuitu vel in fronte vel in capite cunctorum imponitur cinis. Cognitio ſui meditanter intenditur, atque propoſitum ex actione prætermittitur : equidem homines memores oblivíſcuntur, quoniam quod in alijs lamentantur, in ſe cæci aut obcæcati cognoſcentes non cognoſcunt. In fronte aut capite non videtur, inſigne mortalitatis, pulvis aut cinis : videtur in alijs. Hìc latet dolus quo vigil dormit infatuatione intellectus: quandoquidem propriæ fragilitatis intereſt cæcitas, ubi aliorum eiuſdem conditionis internoſcitur fragilitas. Obiecta non videntur, quandiù lumina clauduntur, vel ſunt tenebræ. Hæ profectò immituntur à proprio amore; ut minimè diſcant cæci videntes alieno capite : etenim ita oculos gravat, ita mentem obnubilat ; ut propriam conditionem non cognoſcant, quanvis oculos aperiant: vident enim in pulvere, quo alij non alia conditione iacent, in ſe verò neque pulverem, neque conditionem vident, ſtructo cognitionis ampliore fraude, ex deaurata falſitatis cognitione : igitur datur fragilis conſtitutionis ignorantia, cum ipſamet fragilitatis memoria. Hoc intuitu, *Sapientis oculi in capite eius*: equidem ſi in capite pulvis; minimè munus ſapientis, ni in ſe videret, quod ex alijs habebat coram oculis.

Momenti mortis quàtum momentum!

Sui dilectio eſt conditionis oblivio.

Eccle.2.14.

2 *Sciens nunc ſcito*, eſt argumentum Tautologiæ, atque fulchrum Didaſcaliæ. Quorsùm in ſcientia huiuſcemodi ſcientiæ geminatio? Ut ſit in mente huius cognitionis cognitio ; quippe ſæpe oblivíſcitur, de quo magis recordatur. Scit homo morituros homines, quippe conditione mortales; ſed ignorat ſeipſum, quaſi non futurum, ſicut cæteri hominum. Videt reliquos redactos in pulverem, verùm ſeſe cogitat extra legem. Conditionem cognoſcit, ſed in ſe neſcit: ſignaturque meditanter ſcientiæ ſcientia, ne ſurrepat in ſcientiam ſtultitia : etenim cùm nequeat eiuſdem conditionis alia ſubmitti conditio ; de ſe & alijs una par eſt cogitatio. Idem tenor formæ in corruptione materiæ ; quandoquidem in fragili conditione mortalis, nil aliud niſi fragilis mortalitas conditionis. Nox nocti indicat ſcientiam, mors mortis ſequentis inſtantiam ; ut ſciatur in morte quod ſcitur, & ſimul cognoſcatur quod cognoſcitur: ſiquidem ſibi debet conſiderare futurum, quod in alijs & alijs contemplatur ut præteritum. Scientia debet eſſe in ipſa ſcientia, ut in morte detur vita ; quippe cùm mors cogitata vitam iuvet, vitam notet: deſervit vitalitati, in ipſa vita conſuetudo moriendi.

1.Reg.28.1

Scientia finis vitæ, ſcientia ſciētiæ.

3 Elias cùm fugeret mortem, reſpexit ad caput ſuum ſubcineritium panem. Panis miniſtratur ſubcineritius, & non in latus, ſe ad caput poſitus. *Ecce ad caput ſubcineritius panis.* Optima diſpoſitio, ut in vitam tenderet mortis impendentis cogitatio. In vitæ ſignum defertur de cœlo panis, in indicem mortis cinis. Panis in vitam, cinis in mortis memoriam, qua de cauſa collocatur in throno capitis, in quo cuncti ſenſus hominis: ad caputque & panis & cinis exponitur, ne moriatur : igitur neceſſarium erat, ut vivere poſſet ; quòd cinerem tanquàm panem manducaret. Vividiùs vernaculè: *Para vivir, la memoria de la ceniza es tan neceſſaria, como el pan de la boca.* Cinis & panis. Duplex ſubſidium, in duplex vitæ alimentum. Eſt vita æterna & vita temporalis : in utramque miniſtratur panis & cinis, ſumpto ſubſidio ex vitalitate panis : quandoquidem vita in æternitatem vitæ, nullo alio alimento potiùs, quàm mortis recordatione. Hinc liquet, cur in capite ieiunij, cinis pre ſe fertur ab hominis capite. Haud degener inſtitutio, etiam coniuncto oppoſito panis & cineris miniſterio ; quandoquidem mortem indicat cinis, & vitam panis. Priùs Elias lautis alebatur dapibus ex menſa Regiæ. Modò *ad caput ſuum ſubcineritius panis & vas aquæ*: nectuntur ſanè ieiunij amor, & cognitionis tenor : igitur dum cinis in capite (utpotè mortis memoria) qui nutriebatur in croceis, contentus eſt pane & aqua.

3.Reg.19.6

Æternitas vitæ ex mortis recordatione.

Unde ſenſuum mortificatio?

4 Aptiùs propoſito. Dum Elias mortem fugeret, mori ſatagit. Iezabelis audivit minas in vitam ; & fugiens ait: *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam.* Quidum ſi mortem fugit, mortem optat? Non fugiat. *Omnibus finis* (inſit Senec. de *Conſolat. ad Marciam*, cap. 20.) *multis remedium, quibuſdam votum : de nullis melius merita, quàm de his, ad quos venit, antequàm invocaretur.* Quomodò er-

Vers. 4.

Senec.

ergo mortem fugit, si mortem appetit? Consideratio mortis mors dicitur ante mortem, sed mors conservans vitalitatem: & ubi ingruit instans à Regina mors; ne moriatur, mori vult; quoniam nullum contra mortem invenit fortius iuvamen, quàm mortis cogitationem. Ex ipsis hieroglyphicis constat Didascaliæ scopus. Vult mori, & offertur panis subcinericius. Non panis solus, in quo sine mortis meditatione vitalitas: non cinis solùm, in quo mortis sine ulla vitalitate veritas; sed subcinericius panis, in quo non mors, at consideratio mortis. Si morte deficeret, mortem non fugeret. Cupiebat mortis impendentis fugam, & amplexus est memoriam; expositio cinere, ne cogeretur mori: igitur tandiù vitalitatis fruitio, quandiu finis ex cinere permaneret recordatio. Panis & cinis, quippe ex cogitatione cineris, in vitalitatem panis: igitur vitæ a mortalitate æternitas, tanquàm à pane vitalitas. Haud moritur, quisquis mortem contemplatur: ad caputque disponitur finis cinis, in signum vitalitatis: quippequàm nihil aptiùs congruit vitæ, quàm vita in ipsa consuetudo moriendi.

Vitæ verè fruitio, ubi mortis, recordatio.

Novar. *Ad vitam, mortis cogitatio est ad mortem oblivio mortis*: inquit Novarin. in *Umbr. Virgin.* Excurs. 89. num. 810. Oritur mortis oblivio, ubi mortis cogitatio; ut homines discant vivere, quandiù didicerint mori: siquidem mortis perspicitur fuga, in ipsa mortis interveniente memoria. Perperàm ergo morietur, qui sibi moritur, antequàm morte moriatur.

5 Ex eo quòd viderint, vel non viderint homines ad caput pulverem; fugit mors, vel captant mortem. Elias dum venientem audit, *proiecit se & obdormivit*. Qui obdormit, oculos claudit; obitque mortem quam fugit: equidem minimè in mortem oblivioni tanquàm proiecti dormirent; modò cinerem ad caput, ne morerentur, viderent. Cinis ergo collocatur in capite, ne unquàm obdormiant in morte: etenim mortis insidiantis nequaquàm sentirent ictus, si ante mortem contra mortem pulvere aperirent oculos. Pende: *Elias obdormivit, & ecce Angelus Domini tetigit eum.* Excitatur, ut vità gaudeat; modò cinerem ad caput videat: igitur qui proiecti, ni de cœlo tangantur, neutiquam expergiscuntur. Cinis erat ad caput; ut volens mori, mortem haudquaquàm aspiceret: siquidem dum oculos excitatus aperuit; invenit mortis fugam, tanquàm lapsam è cœlo, mortis memoriam. *Mortem quotidiè* (monet N. Patriarcha, *Regul. Sanct.* c. 4. instrum. 47. & 48. ut actus vitæ omni horà custodiantur) *ante oculos suspectam habere.* Suspicio & cautio debent esse, ubi constat latentis mortis insidiæ. Unde Falconius ingeniosè accinit:

Vers. 5.

Ibid. *Mortis fuga, eius memoria.*

S. Bened.

Hæc nimis hora fugax, dum vitro currit arena,
Nos monet, extremum non procul esse diem. Falcon.
Summa brevis vitæ levibus componitur horis:
Et quia homo pulvis est, pulveris instar abit.

Notum planè, verùm latet; qua lege sint actus vitæ, mortem ante oculos suspectam habere. Salvator N. exponit. *Quà horà non putatis* (infit) *filius hominis veniet.* Venit Dominus, cùm ad iudicium properat, cùm per ægritudinis molestias esse mortem vicinam designat. Non venit mors, si in cognitione sit; quippe eius præsentia, dum non cogitatur hora: horaque mortis semper suspecta a Benedicto proponitur, ne moriturus incogitantià moriatur; siquidem si in mortem vita, & vita mors cogitata; profectò custodientur actus vitæ, in mortis cogitatione. Dialectò nostrà clariùs: *Si sin pensar viene el fin; porque no venga el fin de este sèr caduco, tener siempre en el fin el pensamiento.* Mors, si non cogitatur, venit; non venit, si cogitatur: patentque latentis structæ insidiæ, quia nullus est qui recogitet corde.

Luc. 12. 40. *Mortis præsentia, si non cogitatur hora.*

6 Audiamus Ioann. Boëmum, de *Morib. Gent.* lib. 3. cap. 15. *In die cinerum Franconiæ* (ait) *mirum est, quod in plerisque locis agitur. Virgines quotquot per annum choream frequentaverunt, congregantur, & aratro pro equis advectæ, cum tibicine, qui super illud modulans sedet, in fluvium aut lacum trahuntur.* Plectitur sanè levitas, sed die quo exponitur conditionis fragilitas. *Non est hodie, sicut heri & nudiustertiùs*: igitur quæ tunc in ludum, destinantur hodie tanquàm iumenta ad aratrum. In templo Iunonis Laciniæ (de quo in *Ephemer. 5. Sept.*) inquit Plin. *lib. 2. cap. 107. Ara sub dio sita, cinerem immobilem esse, perflantibus undique procellis.* Si vanitas per Iunonem, quam pavonis comitatur figura (vide Pier. Valerian. *lib. 24. cap. 1. & 6.*) compescitur in hac ara: igitur etiam perflantibus vanitatis ventis; coram cinere neque signum va-

Quæ pœna Franconiæ fœminæ satatrici?

1. Mach. 9. 44.

Plin.

Ara Iunonis. Cinis contra vanitatem.

nitatis. Pavonis floret pulchrè rutila gloria, estò in aëre sita; quousque cinis videatur in pulchritudinis ara: etenim cunctam expellit ab animo vanitatem, cuncta videre tempore redacta in cinerem. *Egyptij* (inquit lucifuga Sebastian. Munster. lib.6.*Cosmogr.*cap.37.) *vescuntur avibus. Eorum cum multi in unum convenirent, priusquàm à cœna discederent; circunferebat aliquis in baculo mortuum è ligno factum, aut picturam: ostendensque singulis convivarum dicebat: In hunc intuens, pota & oblectare, talis futurus.* Ut locus esset in convivio sobrietati, humani offertur simulachrum sceleti: equidem nemo gustabit cibum in animæ illecebrosam perniciem, qui habuerit simul coram oculis mortem. Aliter exponendum ex Senecæ auctoritate. *Itaque nihil opus erat tam magnà medicorum supellectile. Multos morbos multa fercula fecerunt. Has usuras voluptatum pendimus, ultra modum fasque concupitarum*: inquit *Epist.*95. Ex ciborum diversitate multiplici diversi profectò morbi: ex morbis mors oritur: & species mortis coram liguritoribus præ se fertur; ut liqueat quàm impotens gulæ vitium, illecebris ferculorum: igitur studeant aviditate in ingluviem, quantunvis habeant coram oculis mortem.

Munster.

In cõvivijs simulachrũ olim mortis.

Senec.

Gula quàm impotens!

7 Non erat in domo viduæ, ad quam missus Elias urgente fame; nisi quantum pugillus capere quibat farinæ: quam dicit sibi & filio incumbere præparare in cibum, ut in mortem futuram lactarent haiitum. *Ut comedamus & moriamur.* In cibum & lethum? Vide *Tom.*4. *T.*11. *D.*2. *à n.*4. In huiusmodi articulo objicitur speculum mortem considerantium, ac sine consideratione videntium. Est mortificatio appetitus, ut vincat ratio impugnationem sensus, dum mors urget, vel periculum impendit: quandoquidem coram oculis morte, vel pugillus farinæ sunt deliciæ voluptati. Appositius, quàm inter Ægyptios in huiusmodi mensa apparebat mortis simulachrum: proponitque vivens fœmina in mortem farinæ pugillum; quia ita parvo in vitam uti, non vivere, non comedere, sed mori & fame perire.

3.Reg.17. 12.

Sat in vitam quod nec sat, si recogitatur mors.

Districtus ensis cui super impia
Cervice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt saporem.

Horat.

Genio haud fœmina indulget, sed sibi, morte proximà, ut possit vivere, parcit. Hæc est vita, quam iugulant fercula; mortemque in esca demonstrat, indicans quomodo vivat; equidem ad corpus nihil plus, & nihil nimis, ubi pascitur in vitam consideratione mortis.

Est frenum illecebrarũ.

8 Aliter illis, quorum Deus venter est. Comedunt non ut vivant, dum corpus dapibus & morbis gravant. Vident in mensa simulachrum mortis, quod in alijs effinxit illecebra voluptatis. Quibat ab excessu mortis removere figura, & nequeunt à luxu amandare cadavera. In mensa non famis necessitas, sed voracitatis aviditas, quia concupiunt concupiscentiam quasi in salutem, vorantes pro cibo voracitatem, satietate insatiabili, vel visà sociorum morte. Unde non in vitam viventes comedunt, sed ut moriantur; quippequàm mortem videntes, vitam contentiosè dedunt illecebris voluptatis. Intelligitur modò illud; *Sicut pulverem carnes.* Idem mortis simulachrum in mensis, Ecclesiæque propositum; ut exulet gulæ vitium, cuius fraude mors ingeritur, dum vitæ nimis blanditur: diciturque meditanter *sicut pulverem carnes*; ut homines vescentes vivant ultra languores, quin mortem pascant, ubi cibum degustant. Hoc abdicitur à gulosis, appetentibus sicut pulverem carnes: equidem procumbunt saturati avidissimè in carnem; tametsi videant illecebris iri redactum in pulverem. Mortis enim repræsentatio longè sanè, ut arceantur à proposito. Nequeunt fugientes vivere sine morte; & vorantes sese vorant, utpotè crás morituri.

Ps.77.27.

Excessum hominum is carnisprivio

9 In eadem regione, qua supr. infit Ioann. Boëmus: *In medio quadragesimæ, quo quidem tempore ad lætitiam nos Ecclesia adhortatur; iuventus ex stramine imaginem contexit, quæ mortem ipsam (quemadmodùm depingitur) imitetur. Inde hasta suspensam in vicinos pagos vociferans portat. Ab aliquibus perhumanè suscipitur, & lacte pisis siccatisque pyris, quibus tunc vulgò vesci solet, refecta domum remittitur: à cæteris (quia malæ rei, ut puta mortis, prænuncia sit) humanitatis nihil percipit; sed armis etiam & ignominiâ adfecta, à finibus repellitur.* Hæc ille: prætermittoque, levi cibo mortem expelli. Altiùs ex singulari ritu consideratio, ut ex mortis imagine constet quid agatur in morte. Alij placidè mortem suscipiunt: alij patientiâ nullâ repellunt, indicantes conscientiam à labe criminis puram, vel culpæ miseræ obnoxiam: equidem benè mors,

Singularis ritus Franconiæ, mortis imagine.

dum

dum ſuſcipitur placidè ; & ſummè amara, ubi accipitur indignè. Mors ſi venerit, repulſam non novit : nonnunquàm violentiam infert. Apponitur viventi ſimulachrum, ut liqueat bona vel mala ex arte cogitationum : igitur impatienter mors ſuſcipitur, ubi etiam in imagine repellitur. Haud pavet ad occurſum, qui ſæpe cogitavit, antequàm illa veniret ; in ſe conſiderans fieri continuo influxu, quod tandem tandem conſummative aliquando. Diſponitur in exitum, qui habitationem futilem cenſet exilium. Seſe diſcutit, ac reprehendens labem excutit,

Quoriùm cogitatio mortis?

Nil metuam, cupiamque nihil: ſatis hoc rear eſſe
Quod ſatis eſt. Nil turpe velim, nec cauſa pudoris
Sim mihi: nec faciam cuiquàm, quæ tempore eodem
Auſon. *Nolim facta mihi : nec vero crimine lædar,*
Nec maculer dubio. Paulùm diſtare videtur
Suſpectus, verèque reus. Malè poſſe, facultas
Nulla ſit : : . Suprema mihi cùm venerit hora,
Nec timeat mortem benè conſcia vita, nec optet.

Ita Auſonius in *Ephemer.* à v. 94. Mors enim in imagine obiecta, ne pectus terreret forma : equidem non terret aſpectu, quam ſæpe, quin veniret, in imagine ſuſceperat cogitatio.

10 Quid dicet Stoicus? *Hoc meditare* (alloquitur Lucilium *Epiſt.* 69.) *exerce te, ut mortem & excipias, & (ſi ita res ſuadebit) accerſas. Intereſt nihil, an illa ad nos veniat, an ad illam nos.* Infeliciter fallitur. Multùm intereſt. Præveniunt hominum ſcelera inferni dira cruciamina : deſcenduntque in infernum
Pſ. 54. 16. viventes, ſi *veniat mors ſuper illos* : etenim neutiquàm ita mortis paterentur crudelem amaritudinem ; ſi veniſſent, priuſquàm veniret, ad mortem. In arbore ſcientiæ boni & mali præfigimus diverſitatem exitus, ut fieret perfectè conſummationis opus, *Tom.* 1. *T.* 5. *D.* 5. *à n.* 7. Pende quid ſignat illuſtri auctoritate Sirachus. *O mors! quàm amara eſt memoria tua!* inquit. *Mors dicitur, quia amara* : uti obſervat Iſidor. 11. *Etymolog.* cap. 2. Quidni mortem vocat amaram, ſed ſolummodò memoriam ? Si à morte memoriæ acerbitas eſt, acerbior profectò mors : cur nam ex morte originè acerbitatis, moleſtior memoria mortis? Quia accepta non ita gravis, ſicut in acerbo eculeo cogitationis, quæ obijcit quicquid patibile in angore ſummo, in quod non pervenit paſsio : & ex morte amara dicitur iurè amariſsima memoria ; quoniam in morte experitur dulcedinem, qui cogitationis mortis pertulit amaritudinem. Elucet, quantum intereſt, an mors ad nos veniat, vel nos ad illam. Si illa venit, vel in pace amaritudo amariſsima. Si occurrimus, & prævenimus, delet acorem memoria; quippequàm brevis moleſtia, relinquere; quæ cogitatio maturè iam decreverat deſerere. Amara eſt memoria mortis, ſed homini degenti ſenſibilibus delicijs. In mortis dulcedinem, eius præmittitur à memoria cruciamen ; quoniam mors acerbiſsima, ſi venit incogitata : cruciatur, ne plus crucietur ; pungiturque, ne dulcedine moriatur : igitur cùm homines cor apponant, ſi divitiæ, vel deliciæ in mortem afluant; ex memoria cogitatæ ſuperventuræ mortis, in oblivionem tendunt inſidioſæ voluptatis. Hinc diſcrimen morientium, ex inſtantia, vel abſentia cogitationum : igitur exitu in morte cognoſcitur, quando imago à cogitatione ſuſcipitur, vel repellitur.

Quomodò in morte nulla moleſtia, & quare?

11 *Megarenſes cùm Delphos miſiſſent* (ait Pauſan. *cap.* 41. & Ludovic. Nonnius in *Græc. Goltz.* Tabul. 13.) *Æſymnum, auctoritate inter cives nemini ſecundum, de patriæ felicitate Oraculum conſultum, & accepiſſet reſponſa, benè eventurum, ſi plurium conſilio civitas uteretur, cùm ad mortuos Oraculum pertinere interpretati eſſent ; Curiam ibi ædificandam, intraque eius parietes heroum ſepulchra includenda curarunt.* Quæ videtur præpoſtera intelligentia, claret prudentiſsimus tenor in conſilia : igitur felices actionum exitus abſque ullo errore ; modò quæ agenda, vel non agenda Synedri conſulerent cum cadavere. *Oſſa Ioſeph poſt mortem prophetaverunt.* Sept. *Erudierunt.* Efficacior in excitationem mentis lingua cadaveris : videntur verba, audiuntur opera, & ad actiones prodigia ; quoniam intenſiùs attenditur, dum mutus loquitur. Præceps nonnunquàm conſilium humanum, dum non conſiderat exitum : coram oculiſque habentur heroum cadavera, tanquàm exempla in conſilia ; equidem inſtat ſententiam ferentem ad iudicium in-

Pauſan.

Eccli. 49. 18 Septuag.

Quare conſilium inſigne à muto cadavere?

Eccli. 41. 1. Iſidor.

inſpectio, ut velit facere, quod vellet feciſſe, ſi iaceret in ſepulchro. In *conſilio impiorum* non abit, qui ſiccine ſibi conſulit, intendens in felicitatem, miniſtratam in conſilio per mortis cogitationem: equidem cùm mors diſcernat, quam vita deformis felicitatem denuntiat; ex aſpectu ſepulchri atque iacentium cadaverum, conſtat profectò quale conſilium impiorum. Ne intereſſet ad victoriam Olympicam pro virtute dolus, & ſimul haberetur in certamen dubium virtus; haud admittebatur in pulverem, qui in perdiſcendis ludicris, non conſumpſiſſet ſaltem decem menſes. Vide Natal.Comit. 5. *Mytholog.* cap.1. Certamen magnum datur nobis in morte, qua occurrunt & graviſsimi & validi vigiles inimici; etſi floreat virtus, & expectetur triumphus. Audi Bernard. de *Cognition. hum. condit.* cap.2. *Anima* (inquit) *ingenti horrore concutitur, multiplicibus cogitationum æſtibus agitatur, cum urgente ſolutione carnis, & ſubductis è medio omnibus: ſed & illum terminum conſiderat, cui appropinquat; & poſt paululum hoc invenit, quod in perpetuum mutari non poterit.* Exercitia in certamen priùs tentanda, ne pugnans cadat victoriâ: equidem in morte fortiter valet, qui ante victoriam cogitatione vicerit.

Pſalm.1. 1.

Examen neceſſarium in certamen Olympicũ.

Bernard.

12 In viſione mirifica Ioannis objiciuntur momenta cogitationis. Quatuor exponuntur equi, quibus deſcribitur tractus, humanique cordis motus. Primo equitanti *data eſt corona & exivit vincens ut vinceret.* Hunc ſequebatur Mors. Si ex triumpho in morte corona, uti inſigne triumphi; mors debebat ovantem ex certamine præcedere: morſque meditanter ſequitur; ut notum ſit in morte, qua arte vincatur: igitur cùm certamina virtute cogitationum, de morte reportent triumphum; corona ex morte cogitanti data eſt, quia mortem vicit virtute, antequàm veniret mors. Dicit contextus, *Exivit vincens, ut vinceret.* Victor in victoriam tendit. In victoriam, non in pugnam: haud in prælium, ſed in lauream, nullum timens ex contentione diſcrimen; qui ante mortis certamen vicerat mortem. Ratio ſub manu. Pugna eſt ex mortis & in mortis articulo, & etiam dum articulum conſiderat cogitatio. Qui cogitatione vicit, articulum ſuperabit: coronaque ſtudiosè miniſtratur, quùm mors mortis cogitationes ſequitur; quippe veniente morte, agent ſolummodò feſtum reliquiæ cogitationum. Hominibus ſtultè videtur, poſſe conſequi in articulo mortis victoriæ honorem, ante prævium cogitationis certamen; quo, loco armaturæ, ut fruſtrentur animæ vulnera, portant curas & curas, in uſus impedimenta: quæ quidem omnia removenda ſunt, ne valens prævaleat mors. Opus eſt uſu certaminis ex meditationis articulo, pro dubio articulo mortis: hacque ſequente, exponitur iurè, *Exivit vincens ut vinceret*; quippequàm minimè vinceret, ni ante certamen certaverit. *Exivit*: dicitur, & propriè, ut ſtudeat homo cogitationis certamini: igitur ſine iuvamine valido harum cogitationum, peſsimum habebit exitum. Adi *Tom.3.T.5.D.4.* dicente vel Ethnico, *lib.3. Eleg.5.v.18.*

Apoc. 6. 2.

Victoria mortis ante victoriam, per cogitationis induſtriam.

Optima mors, parca quæ venit diem. Propert.

13 In propoſitum ſequitur (cui ceſſit triumphus) alius inſignis figurâ, cui *datus eſt gladius magnus.* Videtur alius; ſed non aliud, niſi prioris triumphatoris modus, quo peperit victoriam, antequàm deſcenderet in arenam. Gladius in vulnera inſtruitur. Mors etiam hunc ſequebatur. Qui in mortem ſequentem non intendit, vulneribus ſeſe exponit. Qui ſequentem cogitat, unde vulneratur, ſtudiosè conſiderat: habeturque grandis, acutus enſis, ex cogitatione mortis; quoniam ne per incuriam in pugnæ articulo vulneretur anima, maturè cogitationis acie iugulat vitia. Vitia magis ſauciant, ubi ſequentem mortem lumina illecebris non explorant. Conſtat ex vulneribus; quam intimè ſine ſenſu è ſenſibus ſaucius animus: gladioque ancipiti utitur, ne vulneretur à quibus vulnerabatur; ſiquidem inſpecta veniente morte in interitum, habetur inſignis gladius in exterminium vitiorum. Adi Baſil. in *Pſalm.*33. Unde Iacobus Billius in *Antalog.* ſuccinit:

Verſ. 4.

Iugulantur vitia.

An cupis adverſus ſcelerum fœdiſsima quæque
Vulnera perfacilem dem tibi promptus opem?
Cùm te turpe aliquid tentat, fac illicò mentis
Seſe mors oculis offerat arte tuæ.

Iacob. Bil.

Sicut ab oblivioſo gravia vel nulla vel levia, ita à vigili quæ levia iudicantur uti gravia. Nihil in gloriam coinquinatum intrat: & qui vigil, in præmium gloriam expectat; quippe priuſquàm veniat mors, ha-

Imò imperfectiones.

habet in manu gladium ad putamen etiam pulveris imperfectionum.

14 Astruit ratiocinitum sequentis
Vers.5. equitis forma, habentis *stateram in manu sua*. Hunc etiam sequebatur Mors. Si statera iudicij extremi symbolum est (qua de causa in *Psalm.* 72. infit Augustin.
Augustin. *Totum hoc quod vocatur humanum genus, omnis ista massa mortalitatis ventura est ad examen, ventura est ad libram: appendentur ibi opera hominum*) quo pacto iudicium mortem præcedit cùm mors præcedat iudicium? Ut per symbola eius exercitium notet, qui exivit vincens ut vinceret: equidem in morte vincet, qui ante mortem sese librat pondere legis,

Auson. *Nihil ut deliret amusis.*

Iudicium post mortem est, quippequàm præcedit mors. Dubia corona, dum sequitur: si antevertitur in cogitationis statera, iudicium non cadit causà: daturque vincenti victuro corona; quoniam in morte felicem habebit exitum, qui ante mortem habuerit mortis iudicium. *Stateram habebat in manu sua*: per manum signantur opera: & demonstratur præmium, ubi iudicium hominis ante iudicium: quoniam si ex iudicio palma; parta profectò victoria, siquidem cogitatione exactissima ante mortem, opera cuncta librata ad examen iuxta legem. Idem *Edyl.*7. v.17.

Securum animæ præmium, si mors sequitur iudicium.

Idem. ——*Probata tradet.*

Post hoc, iudicium timete nullum.

Intelliges modò illud Eccli. 45. 5. *Noli metuere iudicium mortis*, de quo *Tom. 6. T.1. D.2.* Si iudicaremus, non utique iudicaremur. Salubriter ergo à nobis iudicamur, ne iudicemur; igitur prævenit corona iudicij huiusmodi examina, expellentia à victore ante victoriam mortis subsequentis metum, quæ duntaxàt timetur propter impendens iudicium.

Æn.Silv. *O felix mortale genus, si semper haberet*
Æternum præ mente bonum, finemque timeret!
Improvisus adest, animæ discrimine magno.

DIDASCALIA IV.

Quò maior in fœmina pulchritudo, pulchritudinis imago.

SÆpe scire subijt benè moratam, vel otiosam mentem; quo iure speciem vocamus fœminarum pulchritudinem? Usquequaquè Siracides imò *cap.9.*8. ipsam mulierem appellat speciem. Ovid.5. *Fastor.* v.358.

Et color & species floribus omnis inest. Ovid.

Species notat quod oculis externè tantùm obijcitur, haudquaquàm quod entitativè habetur: fœminæque pulchritudo signatur meditanter aspectu; quippequàm cum pulvis ad summum, quoad entitatem; species venustatis eximiæ solùm inest in speciem. Simulatè quidem fulget, nec ullam pulchritudinem in pulchritudine possidet. Quid enim, febris etiam demonstrat; priusquàm mors uti horrorem ostendat: equidem si species allicit, formaque nitet; in theatro amplioris speciositate decoris, formæ tantæ nec species. *In imagine pertransit, sed & frustrà conturbatur.* Appositè Genebrard. *Imaginem opponit veritati & rei solidæ: significat ergo umbram & speciem.* Imago non est quod oculis repræsentat: & pulchritudinem imaginem pulchritudinis vocat; quoniam si species tantùm species, non est quod est illud quod obijcitur oculis. Nequaquàm pulchritudo pulchritudinis imago: entitasque pulchræ fœminæ insignitur voce imaginis; igitur vel venustior species inest duntaxàt entitati pulveris. Fallit illas, qua usquequaque fallunt, forma; quoniam pulveris fugit oculos figura. Latent vera, abdicuntque pulveris entitatem; quippe vident duntaxàt picti pulveris speciem: aberrant in cognitionem à tramite veritatis, quasi imago esset substantia pulchritudinis coloris; morsque cùm premeret, constitutionem mutaret, & color in conditionem sufficeret: unde dum fulget venustatis decor, minimè fugit conditionis color; quoniam cùm color ad imaginem in imagine pertranseat, mors duntaxàt conditionem expositione revelat: sunt enim ipsa venustate & nunc, quod revelabit in exitu vitæ mors. Innuit Tautologia. *Sciens nunc scito.* Scientia

Fœminæ forma apparentia.

Psal.38.7.

Genebr.

Mors ostendit.

1.Reg.28.1

tia & ſcientiæ & nunc? Utiquè, pro ignota à fœmina conditione. Scit ſe reverſuram in pulverem, ſed poſt mortem: ignorat eſſe nunc pulverem: & ut innoteſcat forma, nunc exponitur huiuſmodi ſcientiæ ſcientia, quoniam conditio, in qua ſpecies, non mutatur, ſed duntaxàt, quæ venuſtas, in cognitionem exponitur.

2 Occurrunt humani generis peremptores, qui parentes; poſteriùs parentes, quàm peremptores: igitur ſimulatque Evæ ſuaſu pomum acerbum Adamus comedit, tota cum illo machina humanæ celſitudinis corruit. Pœna crimen illicò ſecutà à tergo, quam ita Numen fulminavit edicto; ut homines diſcant propter uxorum voces, nequaquàm relinquere Deitatem: ſemper enim ex voluptate amarum, dereliquiſſe Dominum. *In ſudore vultus tui* (dicit Deus Adamo) *veſceris pane, donec revertaris in terram, de qua ſumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Agnovit vel Phocylides in *Parænetic. Carm.* v.138.

Ab uxore frequēs malum.

Gen. 3. 19.

Phocyl.

Corpus terra dedit: verſi, niſi pulvis, in ipſam

Horat.

Nil ſumus. Pulvis & umbra ſumus.

Addit Horat.4. *Carm.*Od.7. v.16. In noſtrum propoſitum floridè Alcim.Avit.lib. 3.*Geneſ.* v.180.

Alc.Avit.

Et compacta luto, rursùs ſolvantur in illud

Membra, ſimulque levi fias de pulvere pulvis.

Uterque ſanè pomum guſtavit: Evam etiam è coſta viri, è terra & aëre circunſtante artifex condidit; uti alibi dixi: curnam fœminæ lapſæ non dicitur, quòd quia ex pulvere eſt, in pulverem revertetur? Avitus ſubdit:

Ut metuenda magis cernatur mortis imago.

Idem.

Peccaſſe agnoſcas quid ſit, quid mortua fieri,

Quidve mori::.vigens, finiſque redarguat orta.

Neſcit fœmina quid ſit, antequàm adveniat mors. Neſcit vivam eſſe mortem, ſuccatum pulverem, ſepulchrum animatum, & cadaver ſenſitivum: minimèque illi, pulchram oſtentanti formam, indicitur pro peccato in pulverem convertendam; quippe cùm pulvis nunc ſit, nihil profectò convertitur in quod eſt. Scit & nunc non cognoſcit. Scienter neſcit: ſed ut nunc quid ſit, cognoſcat; Deus in cinerem redigendam non annunciat: ſiquidem dum magis pulchritudine floret; cinis eſt, & eſt quod erit. Adamus pulvis. Eva pulvis. Adamus erit quod fuit. Eva non erit pulvis, ſed eſt: huicque Deus pulveri inficiatur converſionem; igitur pulvis & Eva non convertuntur in pulverem. Eva imago mortis dicitur. Imago mortis tantùm cadaver exponitur; igitur vivo colore depingit, quomodò mors in pulchritudinem prævalet. Mulierne cadaver vivum, ut mortis repræſentet ſimulachrum, dum Eva naturæ decor, morſque florentibus horror? Sanequàm, verùm ſimulatà fraude, quia pulvis pulveris caret colore: pulverique primæ fœminæ inditur eximiè ſingularis pulchritudo: ut metuenda in illa magis cernatur mortis imago.

Fœmina, mors viva, favilla fucata, ſepulchrum animatum cadaver vivū.

3 Pendamus reliqua. Un cognoſcat *Quid ſit, quid mortua fieri, quidve mori.* Intellectum ſententia fugit, dum altius myſterium concipit. *Mortua fieri?* Vel Ethnicus in *Troad.* v.1098.ſuccinit:

Non flet, qui fletur:

Seneca.

Si fletur Eva, utiquè mortua. Sit ergo. Qua ergo lege in morte inerit mortis cognitio? Cognoſcet viva: tuncque iurè deſignatur ut mortua; quia licèt pulvis pulcher, vivum cadaver. Aſtruitur magis: *Quid ſit.* Quid erit vivens Eva? Fœmina utique præſtantiſsimà formà, delicium oculorum, non faſtidium. Fallitur næ. Debet noſcere, quò magis pulchra, quid ſit. Se arbitratur nunc mulierem. Ut cognoſcat ſpeciem, cognoſcat pulverem. Denique: *Quidve mori.* Nequit comprehendere quid ſit mori, quouſque moriatur: poſt mortem mors non cognoſcitur. Quando cognoſcet Eva quid ſit? In morte antequàm adveniat mors. Priùs & pòſt? Ita, ſi cognoſcit ſe: pulvis vivit, pulvis utique iacebit: diſcetque quid ſuum eſſe, quidve mori ante præſentiam mortis; quia in morte color tantùm immutatur pulveris. De pomis Sodomæ ſæpe dixi. Vide in *Lit. num.67.& Tautolog.*8. *D.6. num.* 5. Ibi naſcuntur mala ſpecioſa, ſed mala; licèt in vanitatem fœminarum exempla. Philtrum nitent luminum, illicium cordium, & colore rutilo, & delectabili aſpectu: verumenimvero ad tactum digiti levem, in vagum fatiſcunt pulverem.

Quomodò ſi vivens, pulvis?

——*Optima ſeſe*
Promittunt oculis,
Donec carpuntur; nam protinùs indice tactum

Tertul.

Sol-

Solvitur in cinerem, fit vana favillaque pomum.

Canit Tertullian. in *Carmin.* in Sodom. v. 134. Tædet non absque rubore fœminas, quòd ita carpatur commendabilis illarum speciositas; magnoperè si cedit circumspecta maiestas, ut adolescat cum tumore vanitas; quippequàm quemvis arbitrantur frigidè rusticum, ni illarum plaudat, reluctante cognitione, pulchritudinis miraculum. Nesciunt, quid sint, quidvè mori, & mortuas viventes fieri; elongantes à se phantasticè pulverem, quia non vident pulveris picti colorem: in speculumque obijciuntur colore speciosо poma, quorum cinis est materia; quoniam si cognitione nesciunt, quod oculis, estò rumpantur sciunt; quid in illis stuporem usque fulserit, mors ad tactum declarabit.

Cur similis Sodomæ pomis?

4 Nescio, an hoc intuitu, qui viris in capite, fœminarum cinis superimponitur fronti. In capite, quo tanquàm in solio de obiectis iudicat ratio, sedet ad iudicium vivax rationis cognitio: in capiteque illarum superflua prorsùm impositio cineris, ob defectum voluntarium naturalis cognitionis. Sentiunt cinerem impositum, constitutionis speculum; removentes à capite, cuius constant conditione: igitur ita sui infatuatæ venustate obliviscuntur; ut sentiant formam frontis, contra quæ sentiunt. In fronte signantur cinere, non in capite. Oculi frontem illustrant, capilli caput decorant. Capilli nitent symbola cogitationis; à fœminarumque capitibus expellitur cinis, conditionis species, & specimen imaginis; siquidem estò cinerem videant in fronte patentes oculi, nec cogitatio de cinere. In fronte, ut quæ videre renuunt, videant; cùm toties speculum in consilium vocant: etenim sese noscent, modò se pulverem, & non colorem perspexerint. In huiusmodi propositum, sanum utique speculi fulgurantis institutum; haudquaquàm in phantasiæ saltatricis embolium, vanitatis pabulum, & arrogantiæ foculum. Fingunt enim in pulvere ex colore colorem, & ita decorant pulvere pulverem; ut seipsas ad speculum & intentè non agnoscant, quanvis perspicuò se videant. Per faciem enim unusquisque cognoscitur. Ad speculum non est facies, sed species, imago fucata ex imagine mortis, cognita simul deformitate imaginis, simulatà cognitione, simulque patente in pulvere

Cur cineris insigne fœminæ colocetur in fronte?

Cur se ignoret in speculo?

pulvere, superfluo speculo, ex quo in cognitionem cognitio: quandoquidem nunquàm possunt se cognoscere; quia nunquàm obtinent, uti sunt, sese videre. In fronte cineris nota, ut ad oculum fit per speculum proximior resipiscentia; sed magis falluntur cognitione veritatis, quippe ni cognoscerent, haud inaurarentur pulvis. Inest in gratiam splendor, & pro cinere cineris ambitur color, quo evanescit in ipsa cognitione cognitio, in damnum latente dolo: igitur infatuantur, ut rapiat dæmon, etiam cognito pulvere; ascititio nitente ad speciem pulveris splendore.

5 De columbis observat Plinius colorum suorum rutilantium quandam cognitionem, ac ex illicio illarum præcipitem fatuitatem. *Columbis ineſt* (ait *lib.* 10. *cap.* 36.) *quidam & gloriæ intellectus. Nosse credas suos colores, varietatemque dispositam: quam etiam ex volatu quæritur plaudere in cœlo, varièque sulcare; qua in ostentatione ut vinctæ præbentur accipitri. Speculatur enim occultus fronde latro, & gaudentem in ipsa gloria rapit.* En articulus fœminarum ad speculum. Quælibet ab Eva, *columba seducta non habens cor.* Unde Prudent. *Enchirid.* v. 1. infit:

Plin. *Quare confertur columbis?*

Osee. 7. 11.

Eva columba fuit tum candida, nigra deinde
Facta per anguineum malesuada fraude venenum.

Prudent.

Ambit pulchritudinis varijs coloribus gloriam, quolibet momento successivè mutandam; igitur nunquàm in eodem statu permanet, languens dum floret, marcens ita dum viget; ut ignoret seipsam, quandiù cognoscit. Plaudit ficcinè & vagatur in venustatis ostentationem, quærens & anxiè perniciem columba seducta, absque ulla etiam in discrimine prudentia: equidem dum famà & pedibus ventosa volat, & se, ut alij magis stupescant, præ venustate miratur; à dæmone accipitre, latente fraude intercipitur. Non habet cor, quùm in speculo ignoret & videat se; igitur picturam in formæ gratiam dicit pulchritudinis speciem, quam debet dicere pulverem. Non habet cor: speculi nitore omninò seducta est. Si in formam quærit vario pulvere picturam, claret, nullam pulverem habere pulchritudinis formam: nemo enim quærit, quod possidet: quod verum est, nemo fingit. Unde necessarium, quòd ad ipsum speculum inficientur, de

E sensu pulchritudinis est sine sensu.

quo ita stultè gloriantur; ut dum nimis intenta plauditur ascititia pulchritudo, sine sensu uti seductæ furtim rapiantur à diabolo. Imago pulchritudinis decipit mortis imaginem, simulatam, non dissimulatam per colorem. Unde iurè pulveris pulchritudo dicitur pulchritudinis imago; quia tota essentia & substantia venustatis est in cognitione conditionis pulveris. In speculo fœminæ haud vident, quod coram oculis habent: igitur seductæ pulveris conditionem ignorant, quem pumicant & repumicant; quasi possent arte refugere, de quo constant, traditæ in laqueum diaboli, sine ulla ad sensum sensuum cognitione: equidem si mentem aliquatenùs haberent, sensu duntaxàt cognoscerent, quantam in mente fallaciam, nisi forma propter formam; quippe quod mirificè in speculo plauditur oculis, ad tactum pulvis & pulvis.

Unde rapitur à diabolo.

6 *Vana est pulchritudo*; dicitur de pulchritudine fœminæ, quæ tota momenta deponit in pulchritudine. Vana? Quæ vera? Nulla nisi ad speciem, quæ consilio speculi tendit in vanitatem. Vana est pulchritudo, in ea quæ pulchritudine vana: si hæc fallax, & illa mendax; quæ pulchra stolidior, dum sibi pulchra videtur: equidem si vanitas in ipsa pulchritudine; magis vana quæ pulchra extollitur vanitate.

Prov. 38. 30.

Ovid. *Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.*

Vana pulchritudo fœminæ, si pulchritudine vana.

Vana est pulchritudo. An quia tempus carpit, quæ tempore floret? Vivide Theocritus *Edyl.* 23. à v. 29. *Rosa pulchra est, verùm marcet. Viola pulchra, sed senescit, Candidum lilium: tabescit. Nix candida, sed liquescit. Forma pulchra brevi vivit.* Elegantiùs Delrius vertit in Senec. *Hippolyt.* v. 758.

Vis & Acidalio lucentes sanguine flores,
Ipsa videre tuas luce referre genas?

Delr. *Quidnam opus est (quæ flos floris es) tibi mittere flores?*
Quàm parvo ut videas tempore forma viget.

Verùm de formæ fragilitate alibi egi, & adhuc agam. Non disquiro de effectu, sed de principio. *Vana est pulchritudo.* Si pulchritudo in fœmina, unde pulchritudo vana? Quia fœmina oris speciem ad speculum arbitratur pulchritudinem, videns impensè picti cineris colorem. Quod vanum est, nihil est. Quare Ovven. lib. 3. *Epigram.* 13. & 191.

Typus in floribus.

Ovven. *Hoc aliquid nihil est: hoc nihil est aliquid.*

Est aliquid corpus, corporis umbra nihil. Alia sanè pulchritudinis lucida forma, si corporis tantùm umbra. Hoc aliquid nihil est. Nihil est aliquid? Profectò, quia erga formam fœminæ aberrat cognitio: quandoquidem forma iudicatur corporis, quæ forma pulveris, pulverisque forma in fœminæ coloratam figuram, nihil conducit ad formam. Unde vana dicitur pulchritudo, quùm forma pulveris micat figurata imago; quoniam quod illis uti aliquid summè placet, earum imaginem ad nihilum redigit.

Quare nulla in pulchritudinis forma?

7 In symbolo perspicuè videtur, quo iure ut vana eximia pulchritudo reputatur. Novum sanè oculis videbitur & extra rationem, nihil esse quod in pulchris dicitur aliquid; siquidem pulchritudinis illicium voluptate coloris, tantùm negatur à cæcis. Quid est quod videtur? Nihil. Ne mireris. Colores ficti à Seneca vocantur Iridis. Vid. lib. 1. *Natur. qq.* cap. 5. & 6. Clarebit utique color, non aliquid pulchritudinis; si oculi astruunt ab illa seducti testes, ut maneat salus ab inimicis nostris. Fœminæ forma in proprij amoris speculo, nil aliud, nisi papilio. Iccircò tam ab Othon. *Væn. Amor.* Emblem. 52. quàm à Camerar. *Centur.* 3. Emblem. 97. dicitur:

In papilione exemplar.

Camer. *Qui circumvolitat deceptus amoris ad ignes,*
Nunquid naturam papilionis habet?

Quid, etsi nihil fugatius, papilione formosius? Videris, & miraberis, colla, terga, alas mirà colorum confusione politas, aureis punctis elaboratè implicatas, multiformi concinnitate fulgidas, candidas, roseas, venetas, prasinas; ut stupeas in flammam manentem, ad iridemque volantem: lucet enim vividè, rutilat floridè, rubet venustè, nitescit affabrè, formà, figurà, pulchritudine, specie, polycros, eterocros, pœcilocros decor; multicolor, & discolor, & versicolor; ita ut in natura censeatur intentis oculis, nihil profectò admirabile magis. Verum quid? Quod lucet est aliquid? Sanè extra colorem nihil.

Ovid. ——*Spectantia lumina fallit.*

Si lumina mulcet: equidem quod miraculum & singulare oculorum; pulvis & pulvis videtur ad tactum. Haud superbia sequatur fœminæ formam: forma est & pulchra quoad apparentiam. Dum magis elegantià scitulè fulget, naturam sanè papilionis habet: quod specie pulchrè apparet, evanescit. Quod aliquid, cla-

Formæ prodigium pulvis ad tactum.

claret nihil. Vana quippe pulchritudo, quicquid dicatur à ſpeculi oraculo: quandoquidem in theatro venuſtatis, adinſtar ephemeræ papilionis; quod uti formæ prodigium ab oculis ſpectatur, in pulverem levi tactu infeliciter convertitur.

8 Dicunt & gloriosè: Quid ſimus, aliquid vel nihil, fictum vel pictum vivum cadaver;

Iuvenal. ——*Mors ſola fatetur.*

Ita Iuvenal. *Satyr.* 10. v. 172. Sufficeret teſtimonium mortis, & in frugem mentis, & reſipiſcentiam vanitatis: at falluntur, quia, uti dixi, in morte non immutantur, ſed exponitur aliter pulveris color, quia illi tunc nec ſpecies, neque decor. Vis ſcire (inſit Seneca, *Epiſt.* Senec. 94.) *quàm falſus oculos tuos decipit fulgor? Nihil eſt iſtis, quando merſa & involuta cœno ſuo iacent, nihil fœdius, nihil obſcurius: nihil eſt illis, dum fiunt, & à fœce ſua ſeparantur informiùs.* Nihil ſunt etiam dum fiunt? Si nihil quùm occidunt, ſemper nihil. Non mors ſola, *Nihil, quod apparet aliquid.* imò vita quid fatetur. Quid ſint, ſic vel ſic exponitur: equidem ſi formatio conſtruit mirificam pulchritudinem, & mors formæ horridam deformitatem; nihil plus in formatione tantæ vanitatis eſt, quàm quod in luminum fugam demùm demonſtrabit mors. Luto igitur & cineri confertur conditio humana, ut quadantenùs exprimatur fragilis forma. Iob. 30. 19. *Comparatus ſum luto, & aſſimilatus favillæ & cineri.* Quid myſterij in huiuſmodi comparatione lateat, non cunctis notum; quippe myſterium. Aſsimilatur ergo luto & cineri, præ naturæ defectione; q. d. filius viri, & filius fœminæ, utique fragilis. Hinc Abraham dicit: Geneſ. 18. 27. *Cùm ſim pulvis & cinis.* Quid filius viri & mulieris? *In hominem non venit prævenit mors.* *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore.* Iob, 14. 1. Non venit, prævenit mors. Ego, ſicut omnes patres mei: at hoc ex profeſſo ad iſthanc Tautologiam, *Tom.* 7. Cur igitur vir confertur luto in humana communi conditione, fœminaque aſsimilatur cineri? Ut conſtet eius quanta in humana fragilitate fragilitas, & à corde exulet vanitas. *Lutum* (inquit Innocent. III. de Innoc. III. *Miſeria hum. condition.* lib. 1. cap. 2.) *efficitur ex aqua & pulvere utroque manente: cinis autem fit ex ligno & igne, utroque deficiente. Expreſſum myſterium.* Homo ex pulvere in lutum, ſed utrumque in conſtitutionem uſque in vitæ finem perſtat extremum. Ex pulvere ſicut lutum artifex conſtituit hominem, quouſque reducatur in dulverem. Fœmina non lutum; ſed cinis dicitur; quùm præ forma in orbis admirationem formatur. Lucet, viget, floret, ſed pereunte cineris principio, ex quo eius pulchritudinis formatio; quia ſemper perſiſtit cinis, à principio formationis, fragilitate penitùs nimia, eſtò non cognita, quouſque forma deformata: in morte manifeſta, quæ fœminam latebat deformatio, & etiam ex cinere conſtitutio, fugà atque formà adveniente in ſpeciem, ut cognoſcat etiam vivens conditionis vanitatem: eſt humanæ fragilis conditionis fragilitas, dum præ nitore magis fulget ſpecioſitas: formaque decoratur non luto, ſed tantùm cinere; quippe conſtituta deficit in ipſa conſtitutione. *Cur homo dicitur pulvis, fœmina cinis?*

9 Scitur, quod *num.* 2. propoſitum, quare ſcilicèt homo qui ex pulvere, actu & vivens pulvis ſit; antequàm in pulverem mutet mors. Lutum eſt ex aqua & pulvere, utroque in conditione fragili permanente. Licèt pulvis ſit & etiam ex pulvere, gaudet eſſe; quoniam pulvis perſeverat in conſtitutione luti. Homo ſic: longè aliter mulier eſt, quæ propriè confertur cineri, eſſe non habens in eſſe. Mors ſignatur per principia conditionis deficientia: liquet ergo ſumma fœminæ pulchritudo vaniſsima: quandoquidem ex ipſis principijs mortis, conſtat eius inſignis conſtitutio venuſtatis. Sol eſt. Sit: ſit ergo elegantià ſplendoris. Sol? *In obitu mulieris color mutatur cineris, ſed non cinis.*

Altus & idem naſceris. Horat.

Uti ait Horat. in *Carm. Sæcular.* v. 10. Poſsis nihil viſere maius. Tranſeat; verùm in uno unus ſemper nunquàm vultus. In eodem eſſe non idem: & ſub diverſo colore idem Solis fœminæ ingenitum eſſe; quoniam in tanta præ morte & vita, viciſsitudine temporis, horroris & venuſtatis, color mutatur cineris, ſed non cinis. Accinit Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 4. *v.* 35.

Crudeles Divi! Serpens novos exuit annos:
Formæ non ullam fata dedere moram. Tibull.

Vivit fœmina è quo moritur. Quo ardet, extinguitur. Si corpus domus pulchritudinis ſingularis, quaſi in ſepulchro ſemper cinis & cinis.

10 Ad unguem pulchrarum riſibilem faſtum, deſcribit illud David: *Sepulchra eorum domus illorum in æternum.* Pſalm. 48. 12. Pende in ſententiam *Domus ſepulchra.* Domus, quæ quidem corpus, indicat vitam, ſe-

pulchraque mortem : quorsùm signat simul domum & sepulchrum? Ut fœminæ cadat vanitas, & ante mortem mortis ignota potestas. Domus animæ profectò pulchra, etsi è cinere compacta (nescio an tanta in domum affectio, quia tanta in cinere pulchritudo) cuius symmetriâ ac coaptatione in singulis membris varietate colorum, mens absorbetur & cerebrum evanescit fœminarum : credunt speculo, credunt diabolo, & credunt amori proprio, videntes decorem domus, & locum habitationis gloriæ formæ, quin meditentur formam è cinere picto circundatam varietate : diciturque meditatò sepulchrum, quo conditur cinis, corpus domus mirabilis venustatis ; quia dum magis forma lenocinatur, & speculum blanditur, ficto colore cineris ; quasi in sepulchro mutatio tantùm coloris. Appositiùs. Domùs, sepulchrum. Illis vanidis vanidè videtur aliter in domo, quàm in sepulchro ; & non est aliter : siquidem cinis cinis forma in corporis domo, sicut erit in sepulchro : distinguitur enim specie, non entitate : igitur si oculus mentis esset perspicax, & affectio haud insidiosè fallax ; nequaquàm in sepulchro, aut domo inveniretur ex entitate cineris, nisi distinctio coloris. Patet ex contextu. Corpus (domus in sepulchrum) sepulchrum designatur *in æternum*. Æternum non immutatur. Idem est corporis pulchritudine, vivere ac mori. Forma in vita rutilabat : in morte non deficit, quod iam defecerat : & dum in morte aliquid necessariò immutatur, æternum dicitur ; quia in domo & sepulchro cinis quoad entitatem, mutat subitò colorem. Haud effugium est. Falleris, si ex Cynico dicis (uti apud Iuvenal. *Satyr.* 14. v. 310.)

Unde fœminæ infatuatio?

Cur eius corpus sepulchrum?

Iuvenal. ——*Si fregeris, altera fiet*
Cràs domus, atque eadem.

Sepulchrum domus, non altera : vel potiùs, altera & eadem. Non alia cràs, quanvis interveniat mors. Quod latebat picturatè in corporis domo, pro resipientia affectionis demonstratur in sepulchro.

11 *In ara* (nescit Pausanias ; cuius Numinis : dicit *cap.* 176.) *cinis alio longè colore à vulgari cinere.* Hoc Numen est fœminæ celebrata pulchritudo, pro statu mutabili colore diverso : præut est in domo corporis, vel in sepulchro cadaveris, in quo mutatur species ; quin adscisca-tur erroris resipiscentia, quanvis colore pateat deformata forma : equidem coram oculis sepelitur, quæ ut Numen adorabatur. Claret tantùm species pulchritudinis species, ubi tanta differentia luridi colore cineris. Ibi forma oculis, cordi mulcimine philtri,

Pausan.

Vivens est cinis sine cineris colore.

Hìc aliter versæ mœrent miracula formæ. Tertull. Exod. 32. 20. 1. Reg. 7. 6.

Ita quò supr. Tertullian. v. 114. In cinerem conversa, tam Moyses, quàm Samuel filijs Israël potum dederunt idola. Diximus *Tautolog.* 7. *D.* 3. *n.* 8. *& D.* 5. *num.* 5. An quia cæco amore, quicquid uti pulchrum adoratur, in pulverem atque cinerem convertitur? Plus est, etsi abesset mors. Forma objicitur cultui, quippequàm idolum flagranti cordi ; affectivè propendenti in volitantem speciem, non considerenti cinerem : & non idolum, sed idolum cultum palato meditanter exponitur ; quia idolum forma pulcherrima vel cinis, dum adoratur. *In cinere expressum est mysterium*, uti vidimus *n.* 8. Quodnam mysterium expresè cinis indicat? Innuit quò dudùm, Tertullian. v. 120.

Ipsa imago sibi formam sine corpore servat. Idem.

Si in corpore formæ forma, & imago decore venusta ; quomodò, aut qua venefici lege, servatur ipsa in imagine forma pulchra sine corpore? Ubi non corpus, mors est. Formam non abstulit mors? Eripiens non abstulit sed exposuit ; ut videretur mysterium, ubi formæ insignis cultu celebrabatur miraculum : igitur forma cineris in corporis forma, sicut erat sine corpore in corporis sepultura.

In morte ostenditur color cineris.

12 Apparuit in visione Ioanni fœmina pulchra singulari specie, quam tacitè commendabat studiosus purpuræ cultus, ac ex auro & gemmis pretiosissimus habitus. Mirabatur Ioannes fœminæ arrogantis frontem, dum illa cerebro vacua ostentabat pulchritudinem. *Quare miraris?* dicitur illi. Cur non miretur, ubi oculis eximia fœminæ pulcherrimæ forma objicitur? Illi videtur primo aspectu speciositatis miraculum ; quia nesciebat egregiæ formæ mysterium. *In fronte eius scriptum, Mysterium.* Mysterium est quid occultum. Cur igitur, qua splendor rutilabat lepidulæ pulchritudinis, mysterium & non species portatur in medio frontis? Ut tanta ex cultu atque decore gratia, mirantibus constaret qualis in fœmina forma ; igitur patebit nihili, quæ oculorum serviebat admirationi. Cinis videtur præclara forma, dum cadaver videtur : nequaquàm cinis, dum gratia fulget

Apoc. 17. 7.

Vers. 5.

Cineris velum, quod maius pulchritudinis miraculum.

get in ſpeculo frontis, theatri Venerum, ſpectaculi Charitum: exponiturque in fronte Myſterium; ut cognitum innoteſcat, quod uſque in ſepulchrum, abditum: quandoquidem in ſepulchro cineris color, qui in fronte nitebat ſtuporem uſque decor. Indiſcreta pulchritudinis entitas, dum viget vel moritur ſpecioſitas: penes apparentiam, ſpeciem, atque colorem, diſcrimen in frontis plana, ac ſepulchro: myſteriumque miranti formam exponitur, ubi à cunctis, uti cæcis, quæ venuſtior adoratur; quippe cognovit lumine cœli myſterium, cinerem eſſe quod maius pulchritudinis miraculum.

In vitro ſepulchra.

13 Apud Æthiopes cadavera vitro ſervabantur, præut auguror, in ſpeculum. Quod terrà tegitur, abſconditur; quod verò conditur vitro, videtur. Adi Strabon. lib. 17. Diodor. Sicul. *lib.* 1. *cap.* 2. & *lib.* 3. *cap.* 1. Alexand. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 10. & Ioann. Boëm. lib. 1. de *Gent. morib.* cap. 4. Myſterium eſt, quod revelavit mors: igitur per vitrum videbant cinerem, quem præteribant, cùm intenderent in faciem.

Iuvenal. ——*Derideat Æthiopem albus?*

Et imago Solis.

Quod magni ducitur, vitro clauditur; ut ſimul cuſtodiatur & ſpectetur. Hinc Hiſpanice de re delicata dicitur: *Guardarſe entre vidrieras, y colocarſe en un eſcaparate.* Iccircò apud Perſas, ut ait Curt. in *Alex. hiſtor.* lib. 3. cap. 3. *Imago Solis Chryſtallo incluſa fulgebat.* Sic forma in urna: ſic tenera fœmina & delicata (cuius grata vel faſtidia) affectans quolibet greſſu fractionem, valens nec pedis veſtigium figere propter mollitiem. *Deuter.* 28. 56. equidem cinis patet ad oculum pulchrior forma, quæ ſervabatur ab halitu inter lucida cryſtalla. Sic apparet in morte, non iam ſplendido cinere; cuius in vita nitor, vitri & in vitro erat fragilis ſplendor: quandoquidem ſub cryſtallo ſpecies, imò effigies præ ſe fertur horroris, qui vitri nutantis motu miraculum pulchritudinis. Dialecto noſtrà: *En el cryſtal del ſepulcro todo horrores; la que por Deidad humana ſe adoraba entre cryſtales.* Nemo à vita vultus inficiatur ſplendorem; ineſſeque corpori ſplendoris venuſtatem. Dum morte frangitur, evaneſcit ex vitalitate ſplendor: poſt mortemque forma collocatur ſub vitro; ut quid ſit, ſciatur maior pulchritudinis perfectio: igitur quùm vitâ videtur vultus ſplendore pulcher; ſub ſplendore vultus latet cadaver. Vigilantiùs Noſtrates: *Quanto mas la belleza florece, por el vidrio tranſparente ſe eſtá mirando el cadaver.*

Quare fœminæ forma cõfertur cadaveri inter cryſtalla?

Tu modò fige aciem, & vultus hucuſque relinque, Stat.

Verùm (proh dolor!) ſedet in corde facili ſpecies, & fugit latentis forma cadaveris. Conſiderat vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo, cineremque fuco conſpicit; & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.

Pro abolitione cineris, confugit fruſtra in colores.

14 Obliviſcitur, & magis tunc fœmina coloris languentis in cinerem recordatur; conſulitque ſpeculum de colore pulveris luteo, & ſe ſimul de remedio: equidem ſenſim ſplendor defloret; & quod ſub vitro latitabat, apparet. Cæterùm cuiuſnam ſpeciei in ſpeciem medicamentum? Colorum embolium & aquarum in fraudem involucrum. Refert Plautus in *Pœnul.* Act. 1. ſcen. 2. à v. 10.

Lavari, fricari, tergeri, ornari,
Poliri, expoliri, pingi, fingi. Plaut.

Profectò fœmina, ut vidimus, in imagine pertranſit: politur, ne color in colorem pertranſeat, & pretium imaginis evaneſcat; ſed pertranſit, quia marceſcit.

——*Fuit hæc formoſa, dolebit.* Ovid.

Politur, ut colore peregrino ſimuletur; *ſed & fruſtrà conturbatur*: labor eſt & in laborem, quæ picta in veram ſpeciem. Pſal. 38. 7. Colore cognoſcitur color, & adſcititio ſplendor: fruſtra ſanè conturbatur: igitur fugaci, vanido colore imaginis, potiùs apparet, qui latebat, cinis. Quo tendit huiuſmodi inſania, phantaſiâ læsâ? Quid voluntarium; ſi nimis, ut viris placeant, ornari vitium? Vide Plaut. d. *Act.* 5. *ſcen.* 4. *v.* 34. Lis eſt cum forma magna pudoris.

——*Rara eſt adeo concordia formæ*
Atque pudicitiæ. Iuvenal.

Eius profanus cultus corporis & habitus.

Canit Iuvenal. *Satyr.* 10. v. 296. Inſigni videntur fœminæ forma, ſed inſigniores laſcivia. Malum, ſed maximum, quòd ſint laſcivià, quæ nequeunt formà. Unde niſi ex lupanari exire quibat uſualis modò habitus fœminarum, in animarum exitium, extenta caudà, inflexibili loricà patulis uberibus, turritis criuibus? Ex lupanari dico: Ioannes dicit, ex inferno: *Apocal.* 9. de quo *Tom. ſeq.* Haudquaquam, ſi videris, videris fœminam, ſed laſciviam. Pingit Prudent. in *Pſychomach.* à verſ. 378.

Venerat occiduis mundi de finibus hoſtis
Luxuria, extinctæ iam dudùm prodiga famæ, Prudent.

De-

Delibuta comas, oculis vaga, languida voce,
Perdita delicijs,
Perit, ut perdat, & irretita vel oscitantes illaqueat: laqueus enim est pedibus, vel fugacibus; velum oculis, viscus alis, atque infatuatio mentis. Hæccine à colore cineris! Misera sanè sors hominis.

Architren. & Æn. Silv. de *prav. mulierib.*
Hoc sale sal hominum Salomon insulsus amari
Demeruit, morem qui amaro gessit amori.

DIDASCALIA V.

Mirabilis schola, ubi ignorantia singularis sapientia.

1 MOdò locum habet, quod promisimus *Tom.* 2. *T.* 3. *D.* 8. *num.* 11. de Glorioſi N. P. Benedicti scientia, quæ à mundo ridebatur ut ignorantia. Unde Damian. *Opuscul.* 45. infit: *Ad literarum studia mittitur, sed ad sapientem stultitiam revocatur.* Sapientem stultitiam? Utiquè. Singularis profectò sapientiæ modus. *Annunciate inter Gentes studia eius*: igitur novâ studiorum cogitatâ formâ, claruit sapientia, quæ stulto mundo videbatur stultitia. Stultus non intelliget hæc.

Petr. Dam. Psal. 9. 12.

Ovid.
——*Concepit æthera mente,*
Cùm puer audaci cœpit gaudere volatu:
——*Cœlique cupidine tactus,*
Altius egit iter.

Encomia S. Benedicti.
Haud aliter qui vel à pueritia forma vitæ, Monachorum propositum; singulare principium, summitatis consummatio, totiusque Religionis, ac Religionum assertio. Quæ enim perfectio, quæ Religio, quæ virtus, quodnam sanctitatis decus, cogitabile in cœtu Sanctorum; quod in Benedicto, quasi prærogativæ cuiusdam non teneat principatum?

Iuvenal.
——*In cœlum quos vehit optima summi*
Nunc via processus.

Genes. 1. 11.
Quolibet lignum in Paradiso Religionum, *faciens fructum iuxta genus suum.* *Suum* ergo quorsùm? Ut notet in Benedicto singularem, divitem fructum. *Arbor fuit Beatus Benedictus grandis atque fructifera*: inquit Bernard. *serm.* de eo, n. 3. Fructus virtutes sunt spiritus radicis, in signum internæ singularis perfectionis. Singularis, quoniam iuxta proprium genus, cuiusvis rutilat fructus: *Suumque* dicitur & *genus*; quia proprium genus Benedicti virtutum, est fructus uber perfectionis omnium: arbor singularis in voluptatis horto, singulari fructu, Benedictus floret, fulget, speciosè stat; igitur omnium iustorum spiritu plenus fuit. Speculum bonorum operum factus est mundo, totius Religionis & Religionum assertio, quarum semen in semetipso fuit; ut constet modò & qualis & quatenus est: siquidem si in singulis mira bonorum æstimabilis præstantia; Benedictus Pater uti speculum ad omnia.

Bernard.
Ornatus virtutibus omnium.

Cur speculum?

2 *Saltus Hercynius* (inquit Solin. *cap.* 23.) *aves gignit, quarum pennæ per obscurum emicant & interlucent, quanvis densa nox obtegat & denset tenebras. Unde homines loci illius plerunque nocturnos excursus sic destinant, ut illis utantur ad præsidium itineris dirigendi, præiactisque per opaca callium pennis: rationem viæ moderentur indicio plumarum refulgentium.* Ante Benedictum, in occidente deserta non habitabantur nisi à feris: hic proiecit civitates, non reputavit homines; sed in arctissimum specum se tradidit, atque vivum sepelivit.

Aves silvæ Hercyniæ.

Solin.
——*Quisquis ex alto aspicit*
Terrena, facie pollui metuens novâ,
Aciem reflectat, oraque in cœlum erigat,
Portenta fugiens.

Senec.
Unde qui mundi cives; ut essent cœli, vastas, ingratasque solitudines constituerunt civitatem habitationis. Usi sanè exemplo & pennis regulæ emicantis in tenebris Benedicti, ad præsidium itineris dirigendi: inveniturque in invio, sicut invenitur in Sancto, ratio vitæ, viæque tutæ ab incursibus hostis, indicio plumæ in Magistro perfectionis, refulgentis.

Regula Benedicti lumen est orbi.

Sic petitur cœlum.
Nos quoque sub duce cœlum metabimur illo.

Ovid.
Dicit alio Ovid. 1. *Fastor.* v. 307. Meliùsque quàm Sibylla (apud eundem, 14. *Metam.* fab. 4.) qui Doctor Doctorum glorioſus Patriarcha mihi, cunctisque asseclis loquitur:

——*Potiere petitis,*
Elysiasque domos, & regna novissima mundi,
Me duce cognosces, simulacraque chara parentis.

Idem.
Invia virtuti nulla est via.
Est enim quodlibet Regulæ verbum, uti præceptum lucidum, lumen & lucerna pe-

pedibus, ut quiſque viator ponat in via directionis greſſus ſuos.

Plin. 3 *Ad Heſperium montem* (inſit Plin. *lib.* 2. *cap.* 106.) *ſtellarum modo campi noctu nitent.* E Caſino, habitaculo Solis totius Occidentis (adi Baron. *ann* 494. & 529.) fulſit lux nova, luminari Regulà, ne fugientes tenebras mundi, errarent itinere præ nimia affectuum obſcuritate: quandoquidem vel noctu ſtellarum modo nitebat campi planities Heſperij è lumine montis. Retorqueatur Manil. 1. *Aſtron.* cap. 1. à v. 31. & *lib.* 2. *cap.* 1. à v. 122. Perirent namque ſemitam vitæ quærentes,

Illuminat omnem hominem in perfectionẽ vententem.

Ni tantos animis oculos natura dediſſet,
Cognatamque ſibi mentem vertiſſet ad ipſum,
Et tantum dictaſſet opus, cœloque veniret,

Manil. *Quod vocat in cœlum ſacra ad commercia rerum,*
Et primas quas dant leges naſcentibus aſtra.
Per te iam cœlum in terris, iam ſidera nota,
Sublimes aperire vias, unumque ſub orbem
Sentirentque Deum gentes, quam maximus eſſet.

Prov. 4. 18. En lux nova. Qualis in cœlum, quam docuit ſemita? Omninò lucet. *Semita quaſi lux ſplendens procedit.* Lux eſt, & lux ſplendida; quia quam oſtendit ſemitam Benedictus calcavit plantà. *Dirigit greſſus noſtros, ut tanto magis accendamur ad agenda, quæ docuit; quantò certi ſumus* (ſubdit Bernard. d.) *eam non alia docuiſſe, quam fecerit. Hìc habemus ſemen ſuum. Imitemur, quoniam ad hoc venit, ut formam nobis traderet, & viam demonſtraret.* Semen habemus: eamus & fructum afferamus. Qualem fructum? Qui omnia habuit, omnia reliquit. *Quid enim illi aliud? Quantum poteſt, à ſe abijcit: & in tanta felicitate* (ait Seneca ad *Polyb. cap.* 20.) *nullum maiorem ex ea fructum, quàm contemptum eius petit.* Cuncta reliquit, dum à ſe & mundo receſsit.

Unde lux & ſplendens?

Bernard.

Senec.

Nitenti decore vultus,
Illi tranquillam licuit
Vitam ignotam ducere,
Deo autem notam.

Synæſ. Uti ſuccinit Synæſius, *Hymn.* 1. v. 28. Notam & ignotam? Indicat profectò ſcientiam & ignorantiam. Utique, ut nobilior eſſet renunciatio in mundi ignota & nota renunciatione. Aſtruit Gregor. Magn. 2. *Dialogor.* cap. 1. *Receſsit igitur ſcienter neſcius, & ſapienter indoctus.* Scopus ergo præſentis Didaſcaliæ erit renunciationis tantæ felicitatis ſcientiſsima neſcientia, ac in modo ſapientiſsima ignorantia. Gregor. Magn.

4 *Scienter neſcius.* In ipſa verborum implicatione ſtat gloria Benedicti. Sciebat & neſciebat: & ſimul gloriæ renuntiare novit, quia quid relinquebat in ipſa cognitione neſcivit. Alij multa in mundo mundumque relinquunt; ſed relinquere neſciunt, quia relinquere ſciunt. Benedictuſque, dum ab illo abdicitur mundus, recedit *ſcienter neſcius*; quippe illi mundus ignotus, etſi mundus derelictus. *Scienter*, quia cognovit reliquiſſe omnia: *neſcius*, quoniam derelicta ignoravit præ opulentia. *Quomodò ſcienter neſcius?*

5 Ut erigeretur templum Domino, inhibitus ab auguſta, meditata ſerius ſtructurà, David præparavit in expenſas neceſſaria. *Ecce ego* (inquit) *in paupertate mea præparavi auri talenta centum millia, argenti mille millia talentorum.* (Maluend. *Orbes auri.* Alapid. *Immenſa & penè incredibilis ſumma.*) Reliquorum metallorum non eſt pondus ad pondus: *Vincitur enim numerus magnitudine.* Aſtruit opulentiam ſine numero Ioſephus lib. 7. *Antiq.* cap. 11.) *Multis auri* (inſit) *talentis, plurimis item argenti, & ſmaragdis aliiſque omnis generis gemmis.* Hæc enim David reliquit, & reliquiſſe cognovit: quare ergo numerum & pondus præterit quaſi neſciret? *Vincitur numerus magnitudine.* Qui tanta poſsidet, ut numerum numerum ſuperet; ſcit pretioſa habere, & ſane neſcit quod habet: unde Manil. lib. 4. *Aſtron.* cap. 1. v. 7. 1. Paral. 22. 14. Maluend. Alapid. Ibid. Ioſeph.

Nec quod habet, numerat. Manil.

Patet ergo divitiarum copia, dum aurum computaretur ad numerum per talenta: & cùm tanta Rex in obſequium Dei haberet, quæ quanta ſciendo neſciret; ignoravit profectò quod cognovit: igitur tanta ac tanta relinquendo ſacravit, ut neſciret quid reliquerit. Vernaculè: *Dexó tanto, que ignoró lo que dexaba; por ſer tanto lo que tenia que dexar, que ignoró lo que tenia.* *Magna opulentia, quæ neſcitur cognita.*

6 Clarebunt cuncta in celebri teſtimonio contenta, ex mundi contemptu perfecto à cunctarum Religionum Patriarcha. *Erant in proverbio* (inquit Hæſten. in *Prolegom.* 14.) *opes, ædificiorum moles & ſplendor familiæ Anicianæ.* Eadem inveniuntur in Caſsiodor. lib. 10. Hæſten.

Va-

Variar. Epist. 11. & 12. (quæ prætermitto suo loco *Tom.* 8. *T.* 4.) Ausonius. *Epist.* 3. Claudian. in *Panegyr. Probin. & Olybrij*, singilatimque apud Ammian. Marcellin. qui de Probo avo Glorioſi Patris, lib. 27. subdit: *Ad Præfecturam prætorianam Probus accitus à Valentiniano Auguſto, claritudine generis, & potentiâ & opum amplitudine cognitus orbi Romano; per quem univerſum patrimonia ſparſa poſſedit.* Prudentius denique lib. 1. *Contr.* Symmach. v. 636. accinit:

Ammian.

Fertur enim ante alios generoſus Anicius Urbis
Illuſtraſſe caput: ſic ſe Roma inclyta iactat.

Prudent.

Sciebat Benedictus Anicianæ ſtirpis abdicare ſplendorem, abdicere ridentem felicitatem, proculcare celebrioris familiæ æmulabilem gloriam, relinquere claritudinis famam, deponere tot muneribus fortunæ blandimen, ſpecialiſsimam proſperitatis ſortem; ac denique fugere in unica domo præſtantiâ generis, divitias, opulentiam urbis & orbis. Quid dum numerus divitiarum non habet numerum? Quid, ubi quæque pretioſa librabantur per talenta? Ponderi facultatum non eſt pondus; cùm ita theſaurus, ut familiæ Aniciæ eſſent communia, quæ in alijs monilia rara. Hæc omnia, immenſa & penè incredibilis ſumma: at Benedictus miſſa fecit hæc omnia. Hæc cuncta felix habuit, ſed feliciùs pro Deo ſcienter neſcius reliquit. *Scienter*, quia reliquiſſe cognovit: & *neſcius* omninò, ut clareret abdicationis perfectio: equidem cum opes, tituli, honores & tanta inſignia; neſciebat ſciens in renunciatione quanta. *Vincitur numerus magnitudine*: ignoratque ſciens quæ Domino dedicat, quùm eius ſervitio generosè ſe mancipat; quippequàm quid reliquerit, non noſcit, neſciens in tantis quanta in oblivionem haberet. Intendit in bonorum abdicationem, nequaquàm in entitatem: ſiquidem maiorem (ſi maior) vellet, ut plus relinqueret.

Inſignis Benedicti mũdi renunciatio.

7 Perpende. *Auri orbes.* Quid orbes auri? Obijcitur phraſe quid geritur in pectore Benedicti: igitur in auro tanta opulentia (cùm eſſent per univerſum ſparſa ditiſsima pattimonia) quòd familiæ facultates haud viderentur eſſe familiæ, ſed orbis. Orbem relinquere cogitat Benedictus; obtinetque oblivione propriæ domus; quandoquidem opum eius obliviſcens amplitudinem, dereliquit totum orbem. Orbes auri quid impoſsibile ſonant: orbeſque auri tanto ſplendori non diſſonant; ut conſtaret ſcientia & ignorantia, præ bonorum affluentia: etenim patuit in Benedicti voluntaria abnegatione, quod videbatur impoſsibile haberi. Habet ut non habeat. Scit quod habeat, & habere ignorat. Plutus, divitiarum Deus, pingebatur oculis orbus: Chartar. in *Pluton.* fol. 191. Iun. verò *Emblem.* 6. aſſerit, fuiſſe oculatum. Utrum pro typo Benedicti congruum: igitur ſi in lumine innuitur ſcientia, & cæcitate ignorantia; præ copia divitiarum ſcienter neſcivit, & cognoſcens non cognovit. Notatur profectò fortunatum opulentia, in tantæ felicitatis ignorantia: igitur cùm ſciret, quòd ex animo abdicaret; quid præ numero & opulentiâ neſcivit. Aſtruit textus. *Ecce ego* (præmittitur) *in paupertate mea præparavi auri talenta, &c.* Si aurum eſt, & aurum per talenta, ſimiliterque alia pretioſa metalla; quo intuitu divitias paupertatem dicit? Quia quod relinquit & cognoſcit & neſcit. Datur cordis Benedicti theatrum inter affectum ad Deum & divitiarum faſtidium. Non ut habeat, opes habet; ſed ut conſecret. Non habet, ut habeat, ſed tantum ut pro Domino relinquat. Titulo paupertatis decorantur opes, ubi vota in obſequia ſunt ſuperiora divitijs. Orbis præ ſe fertur opulentia, ſed cordis Benedicti præ amore celſiora vota: totiuſque orbis honoratæ divitiæ nominantur pauperies; quia nihil illi pro Deo videbatur totus orbis. Eſt inter eos (gloriam, mundique honores fugientes ad gloriam & honorem Deitatis) qui ſciens, divitias reliquiſſe cognoſcit, & qui ſcienter neſcit. Hic omnia reputat nihil: ille aliquid. Scit ſciens, qui divitias arbitratur in obſequium divitias: ſcienter neſcit, à quo divitiæ vocantur propter amorem paupertas; quia quaſi nihil deſpiciet eam, ſi dederit domus ſuæ omnem pro dilectione ſubſtantiam: Benedictuſque cùm tanta reliquiſſe cognoſcit, reliquiſſe tanta neſcit (uti paupertatem notans orbis divitias) quia reſpectu dilectionis ita cuncta generosè deſpexit, quaſi nihil in orbis oblivione reliquiſſe.

Plutus oculatus & cæcus. Chartar. Adrian. Iun.

Ubi ſupr.

Cur Benedicto nil videtur totus orbis?

8 *Sciens ſcito*: dicitur Davidi à Rege, quem ſibi conatur obſequi. Cur ergo in illo ſervitutis obſequio, regeritur ad cognitionem cognitio? Ut dum conſtaret inſignis demonſtrationis ſtudium, etiam actioni rutilaret præmium. Aliter Regi

1. Reg. 28. 1.

cœ-

Cœlesti Benedictus obsequitur, ubi maius obsequium ab illo nescienter studiò scitur: igitur si in scientia & scientia præmium innuitur, meritumque præclarum; Benedictus operatur obsequium propter obsequium. Quærit dilectum, non se. Quærit, quia parum esset, omnia, nisi se fugeret. Mundum reliquisse cognoscit, atque mundum totum reliquisse nescit. Scire sciendo, est aliquid in obsequium perficere; & non ut aliquid, sed uti magnum ostendere. Elucet in Petro, qui reliquit exigua; dicente, quia sciebat quæ, mundum reliquisse & omnia. Nescire sciendo, est in actione summa amoris demonstratio; quippe non ut aliquid ostenditur, quod uti summum præclarè perficitur: Benedictique mundum relinquentis & omnia, dicitur ex cognitione nescientia; quippe etsi mundum missum à corde cognoscit, sibi in obsequium quasi nihil faceret. *Reliquit æquo animo beatam domum* (dicam ex Marc. Seneca, *Controversia*, 1.) *O felix spectaculum!* Rei tantæ Benedictus insignem addidit modum: siquidem præ amoris erga dilectum vehementiâ, nihil & nihil videbantur omnia.

Quærit obsequium propter obsequium.

Senec.

9 *Est quasi dives, cùm nihil habeat: & est quasi pauper, cùm in multis divitijs sit*: inquit Salomon. Quinam, quorum unus pauper dives, & alter dives & pauper? Arbitror profectò Petrum & Benedictum. Petrus pauper degit, qui penè nihil habuit: & quasi esset summa rerum opulentia, qui dives non fuerat; astruit, *Reliquimus omnia*. Benedictus cùm in multis divitijs sit, quasi pauper in mundi obiectione est. Tam in paupere, quàm in divite floret insignis affectus, sed in respectu singularis modus. Utriusque maximus amor, verùm distinctus dilectionis tenor. In Petro valebat cordis amantis flagrantissimum votum: in Benedicto micabat summum amoris obsequium: igitur cùm uterque Salvatorem diligeret, & dilectioni maximoperè studeret; Petrus qui pauper, vellet habere multa, ut pro dilecto relinqueret omnia: Benedictusque dives habet omnia, & quasi nihilum habeat; quia nihil illi videntur, ut pro dilecto relinquat. In utriusque modificatione exprimitur forma studij. Petrus, cùm nihil habeat, non dives, sed *quasi dives*. Votum muneratur amoris: igitur dives modò omnia Petrus haberet; omnia pro Christo relinqueret. Benedictus *quasi pauper*, quin obstet multis abundare divitijs: crescit sanè amoris flamma, quùm ab amante facta, æstimatione minorantur obsequia: obsequiumque quasi paupertatis nominatur, qui à Benedicto mundus totus dimittitur; quoniam respectu amoris cordis in Christum flagrantis, quasi nihil & inane opes reputantur orbis.

Prov. 13. 7.

Matth. 19. 27.

In hoc summi amoris studium.

10 Benedictus *simul in unum dives & pauper*. In divitijs aliquid cognoscitur dimissioni possibile: nihil verò in paupertate. Utique scienter nescius recessit, quando dives quasi pauper pro Christo mundum reliquit: quandoquidem amor ex omnibus quæ reliquerat, nihil dignum amoris æstimatione cognoverat. *Quasi pauper, cùm in multis divitijs sit.* Abundat opulentia, & opum amplitudo exponitur ceu inopia. *Olim* (ut ait Georgius Venet. *Tom.* 5. *Problem.* 351.) *paupertas censebatur mater amoris*: in Benedicto videtur amor pater paupertatis: igitur pauper dicitur, quùm dives plauditur; quia cuncta præ amore reliquit, quasi in eius obsequium nihil haberet. Magnus amoris excessus, ubi offertur opulentia, & paupertatis habitus: equidem si egregium, in amplexu fortunæ, fortunarum toti renunciare gloriæ: amplius, in amoris gloriam, amplam divitijs minorare fortunam, exhibitâ paupertate in donorum magnitudine: Benedictusque cùm in multis esset divitijs, signat exiguitatem pauperis, quasi nihil habentis; quippe licèt magna & summa respectu mundi, ad despectum præ amore nullius momenti. *Quasi pauper*. In quo amoris potissimus splendor,

Psal. 48. 3.

Minoratio officiosi obsequij, majus obsequiû officij. Georg. Venet.

Astrinxit verbis ingeniosus amor. Ovid.

Equidem relicta numerat, quasi haberent numerum: signatque pauper pretiosa, quasi non haberent pretium. *Quasi pauper*. Appositè. Ad vota recurrit paupertas, quippe nec facie novit divitias: Benedictusque qui amplitudine divitiarum felix, objicitur quasi pauper; quoniam despexit totum opulentiæ censum, quasi duntaxat esset sine divitijs voluntatis votum. *Quasi pauper*. Despicere divitias sub nomine divitiarum, virtus erat: despicere, quasi nihil despiciendum haberet; necessitatem signabat: & non pauper, sed quasi pauper Benedictus dicitur, dum ab illo pro Christo mundus floridus contemnitur; quoniam si gloria eximia, ex necessitate efformare virtutem, maior profectò, virtutem dicere necessitatem.

Paupertas mater amoris, quo studio amoris filia.

2.Cor.6.10

11 Astruit huius amoris ingeniosum studium Doctor Gentium. *Tanquám nihil* (ait) *habentes, & omnia possidentes.* Perperam coire videntur *nihil* & *omnia*; nisi quia bona, uti mundana, caduca: quandoquidem omnia nihilum, cùm universum in summa sit vanitas vanitatum. Tendit utique ex mendaci prosperitate in virtutem, qui universi fulgurantis agnoverit vanitatem. Verùm in ipsa fallacis pretiositatis scena, mens ex diffinitione mundi bonorum abigua. Bona, estò inania, peritura, bona sunt: mala, dùm affluunt divitiæ, si fatuè apponatur cor. Unde vel Ethnicus.

Mundi bona, nulla.

Horat. *Et mihi res, non me rebus submittere conor.*

Qua ergo lege, veritate, proposito, vel intuitu, ad mundi despectum qui omnia possidet, quasi nihil haberet? Nihil, & mundi opulentiam? Mysterium ostendit *Tanquám*. Non ambigit Paulus de despectu divitiarum entitatis, sed exponit obsequium respectu amoris; qui ut in Benedicto omnia, & pretiosa, arbitratur perexigua. Fingere imperfectiones in meriti qualitatem, est meritis addere ingeniosam perfectionem; quia crescit obsequij æstimabilis pretiositas, modò in præmium diminuatur entitas. Non est meritum, quòd nihil despiciatur; quippe nihil non despicitur. Non entis non qualitates. Summa verò, dum omnia nihilum respectu amoris; quoniam qui duntaxàt intendit obsequi, obsequium intendit, & nequaquam munerari. Unde cùm obsequij diminutio, sit obsequiorum perfectio; omnia possidens studiosè Benedictus reliquit, quasi nihil in amoris demonstrationem haberet. Ut obsequium insigne amoris perficiat flagranter cor, qui divitias pleniùs habent, tanquàm non habentes sint. Nesciant quod cognoscunt, ut crescat ex exiguitate obsequium: numerus enim sine numero augetur, modò ciphra, nihil significans, apponatur. Vulgò: *Nada significa el zero, y aumenta el numero.*

Demonstrationum diminutio est in amore perfectio.

12 Aptior præfatum, ni fallor, ratiocinium. *Nihil* & *omnia*. Hoccine amoris ingenium. Omnia relinquere, profectò virtutis. Siccine, quasi nihilum esset, operatio videtur necessitatis; sed est perfectionis index: Benedictusque quasi nihil habens, omnia relinquens, adeptus est in amore meditatam perfectionem; quia veste necessitatis dissimulavit virtutem. Maior utique despicienti amori plausus, absque ulla prorsùs ostentatione despectus. Modò intelligitur illustre testimonium eiusdem Patriarchæ in *Regul.* cap. 7. grad. 2. (*Scripturam* ibi haud intelligas sacram, sed alicuius auctoris nobis incogniti, tuncque cogniti, ac virtute, eruditione, vel utràquè commendati; de quo vide Hubert. Phalesium, Monach. Affligin. Præambul. 3. in *Biblior. Concord.*) nimirùm, *Necessitas parit coronam.* Singularis næ sententia. Ex meritis profectò corona parta. Quod necessarium, excludit omninò meritum. Quomodò igitur necessitas coronam nectit, quando meritum excludit? Amoris utique ingenium excogitavit modum. Contendunt enim voluntas & necessitas: Qui mundum relinquit, & nihil in mundo possidet; nihil sanequàm relinquit. Modò mundi habeatur nihilum, in dimissione non meritum; neque citra merita, ulla capiti corona. Omnia in eo qui habet & omnia reliquit, quasi nihil haberet; est ad despectum voluntas, sed videtur præ paupertate necessitas: hancque necessitatem per amoris industriam, astruit Benedictus parere insignem coronam; quia summa perfectio meriti, ex gloria despecti mundi, cuncta possidentis miram, præclaram virtutem, quasi nihil possideret, vocare necessitatem. Hoc est, nescire & cognoscere: obsequio enixè studere, & uti obsequium nescire. Aliter in nos etiam obsequiosus noster amor.

Magnum, insignem virtutem dicere necessitatem.

S. Bened.

Cedat insciticæ nubilus error. Boet.

13 Vidimus, quo pacto Benedictus è mundo recesit *scienter nescius*: obijciendum etiam, quomodò *sapienter in doctus.* Si *sapienter*, sciebat: si *indoctus*, ignorabat: quid ergo scivit & non cognovit? Respondet quò supr. Gregor. Magn. *Despexit iam quasi aridum mundum cum flore.* Mundum reliquisse cognoverat; sed florem mundi reliquisse nesciebat: & in hac ignorantia plenior Benedicti sapientia; quoniam si mundi flos est spes, ubi reliquit cuncta, in spe reliquit maiora. Petrus cum pro Christo indicasset relicta, fidenter dixit: *Reliquimus omnia*: & præmittit *Ecce*, ut constarent oblita demonstratione. Quid ergo demonstrare poterat in obsequium? *Nonne rete sciissum, & calamum & hamum verum?* Ita Chrysost. Homil. 7. *Epist. ad Rom.* De subtilitate vocis, *Verum hamum*, aliquando dicemus, *Tom.* 8. *T.* 3. *D.* 4. *n.* 5. & 6. dum Div. Franciscum exponamus. In rete, calamo, & hamo cun-

Cregor. Magn.

Matth. 19. 27.

Chrysost. *In spe bona cuncta ampliora.*

cuncta ex mundo relicto clarent obsequia. Unde his dimissis, Petrus in mundo reliquit omnia? Hæc omnia sunt? Utique. In illis erat spes. In illa Petrus habebat plus quàm habebat: habebat rete, & spem quæ reti plus: & cùm haberet, plusquam habere quibat rete non nominat; quoniam habebat ex rete, plus quàm poterat relinquere. Clariùs. Fallitur qui dixit (Adi Kircher. *Eodip. Ægyptiac.* part. 1. Tom. 2. classi. 1. cap. 5.) *Vehitur qui curru spei, sociam habet paupertatem.* Unde Faustus Andrelin. *Carm.* 8.

Paupertas spei comes. Kircher.

Andrelin. Philo.

——*Rebus inimica secundis.*

Equidem ut infit, 1. de *Vit. Moys.* Philo: *Spes gaudium ante gaudium.* Quia illa habetur, plus quàm mundi possessio ditior concipitur: & illà Petrus oblitâ, astruit reliquisse omnia; quia in spe mundi maius pretium, quàm si pro Christo totum è sinu fatuum excussisset mundum.

Spes gaudium ante gaudium.

14 Patet spei conceptæ pretiositas, tanquàm divitiarum summitas. Hinc à Psalmista dicitur: *In terra viventium* (ideſt, viventium in terra. Hæc genuina textus interpretatio, quia in cœlo non est spes) simul *Spes & portio*, sive possessio: igitur si possessio bonorum indicat usum, spes ad ventum bonorum; ut in despectu pro cœlo connotet pretiositatem, spem priùs designat, quàm bonorum possessionem: equidem si relinquendum quòd pluris æstimat cor; nulla maior opulentia inter bona, quàm spes. Iccircò Petrus dicit: *Ecce nos reliquimus omnia. Omnia* & *Ecce* demonstrativè? Iuré. Perpende. Aliqui, viventium terram intelligunt gloriam. Adi Euthym. & Genebrard. hìc. Quo pacto videbitur cœli gloria, gloria viventium in terra? Si spes bonorum despicitur, quæ quidem portio sine portione maior. In gloria omnia bona, & omnia gaudia: speque gaudiorum atque bonorum, viventium in terra, oblitâ, dicitur solà in spe verè reliquisse omnia; quoniam cùm pretiosius bonum spes inter bona sit; omnia bona, gaudia & gloria continentur in spe. *Portio & spes.* Quod videtur implicatorium, indicit obsequij in despectu pretium: igitur si magnum reliquisse habita, in spe restabant maiora; quippequàm, dum fit inter portionem, spemque ad examina collatio, ultra atque citra portionem spes potissima portio.

Psalm. 141. 6.

Maius, inter bona spes

Ubi supr.

15 Perspiciamus tractum. *Ecce nos reliquimus omnia.* Tota portio in reti, in calamo & hamo solo. Hæc non omnia bona mundi. Aliunde ergo statuenda, cùm dicunt, *Ecce.* Sanè. Vocavit Christus Petrum & Andream piscatores munere; sed *mittentes rete in mare.* Cuncta & iactum reliquerunt, sequentes actutùm Christum. Nil præter præfata habebant: plura & ampliora mittentes rete, sperabant. Cuncta illorum non in divitiarum summa, sed tantùm in spe concepta, quæ fovebat cordis avidi desiderium, & ultra votum: dicuntque meritò reliquisse omnia, cùm ad spem esset in iactu fortuna; quippe cùm despexit rete in mare, voce Salvatoris cor, cuncta ad excessum obsequij erant in fortunæ spe. Vividè Nostrates: *En todo se vió la mayor fineza; por el vizarro abandono, estando á lanze de lograr fortuna.* Innuit contextus. Illi mittebant *rete in mare.* Dimiserunt audità Christi voce: *Continuò relictis retibus, secuti sunt eum.* Pridem unica sagena, atque modò retia plura? Sanè: pendebat ex illo fortunæ iactu, iactus fortunæ. Continet spes quæ continet, & quæ continere valet, cùm extendantur hominum vota etiam ad impossibilia: summaque bonorum augetur, dum illo in tractu bonorum spes dimittitur; quippequàm prorsùm ampliora sperata, quam possessa. Florebat spes in ariditate muneris; cui summa, summa calami & retis: *continuoque* blandientem reliquerunt retis iactum, ut ampliùs floreret renuntiationis studium: igitur ita promptum in vocem cœlestem obediens, & cæcè, cor; ut non viderent in iactu propè florentem spem.

Matth. 4. 18.

Plus si micat exploratione fortunæ.

Vers. 20.

Ampliora sperata, quàm possessa.

16 In hoc mari magno mundi, cuncta habenti, visum Benedicto præ summo amore, quasi reliquisset inane & scissum rete. Cuncta pretiosa pessundedit. Profectò magnum, sed restabat summum. Mundum cum flore despexit, & rete à spe in mare iactum continuò præ cœlesti voce abdixit. Spes florida decidua, quia difficilis despectu, fuit abnegationis gloria: igitur continuò sequitur de cœlo vocantem, dum magis mundus ostentabat florem. Insignis næ apud Mythologos imago fortunæ expectatæ, seu spei magnæ fortunæ. Sedebat enim & sola. Vide Chartar. in *Fortun. imagin.* fol. 307. Mirum sanè, fortunam sedentem videre solam, cum avide cuncti sequantur fortunam. Fortuna in spe philtrum est præsentius cordi, præstigiæ validæ menti, utriusque lenocinium in thesaurorum

Spes cum Fortuna.

Chartar.

Benedicti magnanimitas.

theſaurum. Ita in ſpem blandiens fortuna : & ita præteritur ut ſit ſola ? Ita & ſolùm à Benedicto , mundo permulcente florido : igitur manu tenens fortunam amplioris expectatione ; reliquit ſolam ſedentem ſpem amploris fortunæ. Frequens in Sacra pagina phraſis : *Non dimittet , neque derelinquet* : de cuius ſenſu literali fusè egi , *Tom. 4. T. 8. á n. 9.* Periodus dialectis Hebr. & Arab. ſonat: *Non dimittet relinquendo : nec dimittendo in dimiſsione relinquet.* Sententijs complicitis nulla videbitur implicatio, ſed perfectæ bonorum renunciationis expreſsio ; quippe ut perfectè relinquantur cuncta , ſpes relinquenda & bona. In abdicatione felicitatis mundanæ deſeritur, quod deſeritur ; ſed poteſt retineri, quod relinquitur. Qui in huiuſmodi repudio deſerit bona , habet utique deſerta ; ſed bonorum deſertione in ſpe remanent maiora bona : unde ſi aliquid manet , qui cuncta deſtituit, abdicatione non deſerit; igitur ni ſpem manentem relinquat,abdicatione non abdicat. Non ſufficit opus ei qui ex toto corde cœlum inquirit : ſolutio vinculorum felicitatis terrenæ opus perfectum habet ; perfectèque cuncta dimittendo corde deſpicit ; qui ſpem bonorum , ut ſummam , relinquendo relinquit. Mundi proſperitatum præëminens flos ſpes eſt. Illas ut penitùs cor relinquat, ſpes fortunæ non ſedeat. *Nulli florum celſitas maior* , quàm lilio : Plin. infit *lib. 21. cap. 5.* Si ſpes in flore ; floret languido ſemper collo , demiſſo capite. En hieroglyphicum celſitatis Benedicti , ſpei mulcentis voluntaria præciſione : igitur cuncta relinquendo reliquit , ubi pro cœlo in hoc mundo mundum cum flore deſpexit.

Deut. 31. 6. Ioſue. 1. 5. Hebr. 13. 5.

Deſpexit mundum & mundi florem.

Plin.

17 Contemplemur ampliùs huiuſmodi ſapientiam , quam mundus dicit indoctam. *Audi filia* (dicitur animæ) *& vide , & inclina aurem tuam : & obliviſcere populum tuum , & domum patris tui.* Auris memoriæ ſacratur apud Priſcos, uti videbimus *Tautolog. ſeq.* num. 31. Si oblivio imponitur in ſæculi fuga , quare ex auris inclinatione commendatur memoria ? An quia nonnulli mundum obliviſcuntur , & in oblivione ſpei floris recordantur ? An quia in memoria mundi indicatur ſcientia , & oblivione ignorantia ; pluriſque fit in mundi abalienatione, eius opulentiam noſcere , quaſi neſcire? Diximus , dum mundus Benedictus reliquit ſcienter neſcius. Profundiora latent. Uſuvenit aliquibus fugere mundum, patris divitem deſerere domum ; ſed fatuè fovere ſpem , ut langeat in magna cor. Ut hoc revertatur , unde fuga ; nocet profectò derelictorum memoria : ſed magis lædit, quandiù ſpes in corde floret: & in fuga mundi ac patriæ , commendatur memoria cum oblivione ; quoniam illotunc perfectè mundus relinquitur, quùm ſpei oblivionis qui deſerit , recordatur. Vulgò : *Toda la memoria es olvidar la eſperanza.* Non eſt in Benedicto maximum, patris domum obliviſci & floridum mundum. Non erat oblivio ſola, ſed recordatio cum oblivione coiuncta; ut ex mundi florentis deſpectu , conſtaret perfectiſsima ex toto corde abdicatio: quandoquidem ut hanc teneret perfectionem inſignem , in mundi floridi ſpe prorsùm oblitus eſt florem. Conſultiùs obſervemus Gregorij verba : *Deſpexit iam* (inquit) *quaſi aridum mundum cum flore.* In nexu florentis ariditatis obijcitur momentum oblitæ recordationis, ne ſpecies deſpecti mundi , ſit ſpei flore deſpectus tantùm ſpecies : igitur mundus ſpe depoſitâ etiam floribus areſcit , & ſpe conceptâ vel ex memoria ariditatis floret. Benedicto mundus deſpicienti floruit; illeque illum cum flore deſpexit ; dum illius ſimul recordatus & oblitus : igitur cùm recordaretur ſpecioſitate floridum, oblitus eſt tanquàm aridum. Apud Iacob. Typotium, Tom. 2. *Symb.* 36. inveniens imaginem hominis præditi pluribus oculis , apertis ſimul & clauſis ; uti de Argo, Ovid. 1. *Metam.* fab. 12. canit:

Inde ſuis vicibus capiebant bina quietem.
Cætera ſervabant , atque in ſtatione manebant.

Haud aliter inſtructus in deſpectu mundi Benedicti artificioſus aſpectus : igitur ſi ſenſatio oculorum in viſum, & clauſi non habent uſum ; ex aſpectu & deſpectu elucet tam memoria , quàm oblivio : in ſpe flos , præſciſſa cum mundo ſpes : mundúſque floridus iam aridus eius oculis obviabat,quippe Benedictus fugiens non videbat quæ videbat.

Pſal. 44. 11.

Quomodò memoria in & ex mundi oblivione?

Summa receſſus Benedicti in quo?

Cregor. Magn.

Ovid.

18 In ornatu Aäronis , iuxta Philonem & Ar. Montan. in *Aäron.* deſcripta erat orbis univerſa pulchritudo. Pro extremis tunicæ hyacinthinæ per circuitum erant diſperſa floridè tintinabula ex auro, & mala punica. Vide Hieronym. *Epiſt.* ad Fabiol. *Ad pedes eiuſdem tunicæ per circuitum* (dicitur) *quaſi mala Punica, miſtis in medio tintinabulis.* Inſigne ma-

Exod. 28. 33.

lo-

logranati est corona. Quorsùm ergo corona ad pedes appensa? Quod ad pedes collocatur, non videtur; sed virtutis singularis pectoris clarescit animus: equidem eximia singulariter virtus; quòd in tota mundi opulentia, quam portavit, coronam iacentem versus pedes non vidisset. Hispan. *Siquiera no llegar à percibir, que entre los bienes tenia una corona à los pies.* In tintinnabulo magis prominet studiosa oblivio. *Ita ut tintinnabulum sit aureum, & malum Punicum: rursùmque tintinnabulum aliud aureum, & malum Punicum.* Aurum parum aut nihilum sonitus habet: & non ex argento sed ex auro iuxta coronam ad pedes tintinnabulum constituit; quippe pro despectu gloriæ, in cordis aure, corona insignis perpulchra, etsi resonat, non sonat. Vigilanter dialecto nostra: *Aunque la corona entre los aplausos suena, no hace harmonia.* Cuncta ergo ad pedes sunt, ut eluceat in orbis despectu quàm nudum cor: igitur si corona maiestatem cum potestate splendoribus indicat, & tintinnabulum despectus memoriam excitat; pro cordis in Deum singulari virtute, ad pedes habet memoriam etiam coronæ. *Ad pedes*: Claret insigne virtutis: etenim gloriosus etsi coronam haberet, habuit tantùm ut calcaret.

Calcare coronam, virtutis insignes; sed gloriosus non videre.

Vers. 34.

19 Appositè typus Benedicti elucet. Mundi erat bonis ac opulentiâ vallatus, coronæque Imperatoriæ proximus; ita ut in eius caderent sinum, cum gloria, & honore fortunæ totius patentis orbis terrarum. Consule Baron. *ann.* 595. Trithem. & Hæften. *Prolegom.* 14. Hac de causa dicitur: *Tintinnabulum aureum, & malum Punicum: rursúmque tintinnabulum aliud aureum, & malum Punicum.* Non unica corona, sed plures, in commendationem universæ superioris maiestatis; verùm amplioris virtutis: igitur plures & plures coronæ cum tintinnabulis aurem etsi percutiebant, nihil in cordis mulcimina resonabant. Anima incumbit tota, ne essent in capite diademata multa. Cuncta ad pedes habet, & nihil videt. Rectiùs respondeamus instituto. In malogranato flos, fructus corona pretiosa est. In flore spes concipitur: & ad pedes in flore corona studio deponitur; ut coruscaret in ipsa memoria oblivio, cùm emineret Benedicti in mundi renunciatione perfectio: etenim qui spem coronæ cumulatè reliquit, mundum cum flore, & toto corde despexit. Oculos habet, sed cæcos. Quæ relinquenda vidit, sed relicta non aspexit. Ita indoctus visus, cæterum

Benedictus quid despexit, dum florem mundi reliquit?

Dolis doctis indoctus. Plaut.

Comparemus (subdit Gregor. Magn. lib. 3. *Dialogor.* cap. 37.) *cum hac nostra indocta scientia, illius doctam ignorantiam. Ubi nostra iacet, illius ergo disciplina eminet*: igitur ut qui cognitus, incognitus esset; *in arctissimum specum se tradidit.* Appio Claudio, tanquam summum meritum referenti, posse proprio cuiusque nomine pop. Rom. pro Censura salutare; æmulus Spicio Africanus respondit: *Magna dicis; at ego non ut multos cognoscerem, sed nè ab ullo prorsùs ignorarer, summoperè laboravi.* Ita apud Cœl. Rhodigin. *lib.* 20. *cap.* 10. Studium similiter Benedicti, à nullo propter virtutem nesciri, & cuncta mundi in ipsa scientia ignorare. Gloria & divitiæ in domo eius, sed nescientiâ virtus eius manet in sæculum sæculi. Hæc est nescientia docta: hæc dogmata insignia: animalis autem homo non percipit ea: stultitia enim est illi, & non potest intelligere; quia spiritualiter examinatur. In specum Benedictus fugit, cœloque sapit.

Plaut. Gregor. Magn.

Idem.

Cœl. Rh.

Eius nescientia sapientia summa.

Alium multis gloria terris
Tradat, & omnes fama per urbes
Garrula laudet, cœloque parem
Tollat & astris: alius curru
Sublimis eat: me mea tellus
Lare secreto, tutoque tegat.

Senec.

DIDASCALIA VI.

In munere purificationis, singularia dona Virginis-matris.

1 VIrtus licèt immota, nunquàm in quiete, quippe aliter desisteret à virtute. *Decrescere summum bonum non potest* (inquit Senec. *Epist.* 66.) *sed in alias atque alias qualitates convertitur virtus, ad rerum quas actura est habitum figurata. Quicquid tractavit, id amabile, conspicuum, mirabile facit. Itaque vis eius & magnitudo, ultrà non potest surgere, quando incrementum maximo non est.* In multis Stoicus fallitur, dum ab illo eximia virtus describitur. Est utique summum, ultra maximum: equidem quæ maxima, ut virtus constet magnitudine summa; non-

Senec.

Virtus, est maxima, semper in ulteriora.

nun-

nunquàm singulari magnitudine procedit in ulteriora. Clarebunt profectò summa supra maxima in Purificatione Virginis-matris : igitur in perfectione virtutis, fulgebit ampliùs quanta virtus perfectionis. Summa in maximis ostendit quæ in cunctis summa, in alias atque alias qualitates habitu figurata: siquidem quicquid tractavit, amabile, conspicuum, atque mirabile fecit. Siderum portabat onus, magis quàm manibus pectus. Retorquatur Manil. 1. *Astron.* cap. 5. v. 24.

Manil. *In medio est, circa quod cuncta moventur.*
Nec grave pondus habet, quod onus ferat ætheris alti.

Conveniunt in pompam, illud usque non visam & homines & cœlites, quia spectaculum, ò Virgo! facta es & Angelis & hominibus. Surripiamus ab Ethnico retenta furto.

Claudian. ——— *Convenit in unum*
Quicquid in orbe fuit procerum: quibus auctor bonoris
Vel tu, vel genitor.

Ita Claudian. in 4. *Consul. Honor.* v. 578. Adduxisti in templum tuis in ulnis, qui erat, ut tecum esset, in sinu Patris.

2 Hic genitori in templo sistitur, & mater simul quæ pura purificatur. *Dies purgationis Mariæ secundum legem*, haud secundum Virginis puræ purificationem. Dixi alibi hoc in articulo obedientiam humilitatem & amorem Virginis legem fecisse adversus tenorem legis. Hoc maximum, sed ultrà restabat summum: etenim cùm perfectio virtutis tendat non-nunquam in qualitates alias; pro summitate subiecit Virgo-mater omnes animæ potentias, quarum ex subiectione quicquid perfecit omninò mirabile. Legi enim subiecit rationem, in die amoris voluntatem, memoriamque iuxta notam exemptionem. Tria aurea mala è paradiso virginitatis, pro summitate perfectionis virtutis, cuius pretiositatis scopus erit Didascaliæ examen, ut perpendatur dies purificationis Mariæ secundum legem. Immunitas à lege in contextu legis est. *Mulier* (dicitur) *Si suscepto semine pepererit masculum*; profectò purificetur, ut lex impleatur. Virgo-mater masculum parturivit, verùm semen non suscepit. Unde ergo lex purificationis, ubi mater prærogativà Virginis? Respondet Bernard. uti diximus, *Tom.* 4. *T.* 2. *D.* 5. *num.* 2. *Non iudicio, quia talem se obtulit, qualem esse nescivit.* Cordis sua-

Luc. 2, 22.

Virgo in obsequium legis dedit potentias rationales.

Levit. 12. 2.

Bernard.

sit in legem affectio, non veritatis discussio: vulgaremque reputari placuit, quæ se singularem inter fœminas cognovit. Subijcitur legi adversus quæ cognovit ex ipsa virginitate: fecitque summum, quod maximum, iudicium contra iudicium: igitur rationem Virgo intelligendo subiecit ultra quod ratio cognovit: inter cæteras sanè quæ singularis, apparuit lege tanquàm una de cæteris.

Se se obtulit, ultra quod scivit.

3 De filio Virginis dicit Paulus: *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus.* Immunis omninò erat à tota lege, nec gaudet immunitate. Si lege non tenetur, quorsùm subijcitur? Ut constet quanti momenti subiectio rationis in adimpletionem legis. Cognovit exemptionem: cognovit immunitatem, & legem implendo, non solùm se subijciebat sed cognitionem; ut se omninò exinaniret amissione libertatis, iudicio legis prævalente in iudicium & cognitionem rationis: igitur vel servi formà libertatem cognovit, addictus legis iugo quasi nesciret. Qui se cognoscit obnoxium, legis se fatetur servum. Christus erat in servi forma non in substantia. Habet substantiam servi, qui servit impotens excutiendi servitutem: formam verò, qui etiam in servitute retinet libertatem. In Christo forma servitutis, & non amplius; quippe voluntaria servitus. Hoc cognovit, & legi obsequiosè obedivit; ut quod videbatur ex libertate maximum, per servi formam videretur summum: quandoquidem coram cæteris servis talem se obtulit, qualem se etiam in forma servi nescivit. Expresit Paulus. *Formam servi accipiens in similitudinem hominum.* Connotat Gentium Doctor legum adimpletionem, ad quam ratione formæ cum cæteris habebat similitudinem; qua de causa non signatur servitus addicta, sed duntaxàt servitutis forma. Servitute erat in ordine ad legem observantiæ necessitas: in forma servi servitus, sed servitutis immunitas: & cum adhuc in forma servi Christus Dominus haberet immunitatem, cum cæteris erga legem ostendit similitudinem; ut appareret eximia libertatis cognitio, & etiam eximia ex cognitione subiectio: igitur in legum observantiam summè eximium; liberum, legis apparere servum, in similitudinem cæterorum hominum. Huiusmodi obedientiæ singularis summitatem ostendit Benedicti Glorioſiſsimi in unica voce acumen. *Pro*

Philipp. 2, 7.

Maxima excellentia, servitutis forma sub libertatis substantia.

Dei

S. Bened. *Dei amore, omni obedientiâ se subdat.* Est obedientia & omnis obedientia, ideſt, eximia. Obedientia connotat in legem coáctivam ſervitutem: omnis obedientia, in ipſa legis ſervitute libertatem; ſed exterioris ſervitutis formam, quaſi nullam haberet libertatis ſubſtantiam, & eſſet ſicut cæteri hominum, qui legem adimplet, in adimpletionem legum: omniſque in Chriſto emicat obedientia, dum apparet ſervi cum immunitate forma; quippequàm ſumma in obedientia perfectio; quod adeſpotus, habitu inveniretur ut homo.

In Chriſto eximia obedientia.

4 Sicut filius ſiſtitur in templo Patri, mater etſi virgo incumbit purificationis legi. Perfectionem virtutis demonſtrat textus principalis Tautologiæ. *Sciens nunc ſcito.* Scientiæ datur ſcientia, & cognitionis cognitio; ut ex purificatione fulgeat Virginis perfectio, quæ ſe virginem cognovit, & in articulo quaſi ſe neſciret: etenim quæ inter fœminas fuit omninò ſingularis, apparuit lege tanquàm una de cæteris. Aſtipulatur Bernard. de *Purificat. Virgin.* ſerm. 3. n. 2. *Nihil* (inquit) *in conceptu, nihil in partu impurum: nihil purgandum. Eſtò* (alloquitur Virginem) *inter mulieres tanquàm una earum; nam & filius tuus ſic eſt in numero puerorum.* Cognoſcit ſingulare privilegium, quo genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem maieſtatem non amiſit. Lex obumbrabat honorem ſingularis prærogativæ; verùm omni Virgo ſtudedat obedientiæ. Hæc magis eminet, ubi ſe cognoſcendo non cognoſcit, & talem ſe exhibet, qualem ſemper ignoravit: hacque cognitione amplexa eſt Virgo purificationis legem; ut legi etiam ſubijceret cognitionem. Non erat in ſubſtantia, ſed in forma ſervitutis, ex qua non ſolùm obedientia, ſed obedientia omnis; ſubiectà libertate, apparente ſervitute: etenim cùm ſimilitudinem exteriora notent, quin libertatem in perfectionem oſtentent; perfectione non cognitâ, cognita perfectio ſumma. Rutilabat umbris, quæ ſepeliebatur tenebris legis: igitur habens ad illam ſingulare auctoratum privilegium, apparuit in templo tanquàm una fœminarum.

1. Reg. 28. 1.

Bernard.

Virgo ſingularis inter mulieres, non apparuit ſingularis.

Et puerum & pueram.
Ad templum advocat
Sola legis obſervantia:

Benavid.

Ait Benavid. *Elog.* 9. Deus filius Virginis pupus, in ſimilitudinem hominum factus: materque ſingularis inter mulieres, quaſi non eſſet inter cunctas ſingularis.

5 *Luce ſplendidâ fulgebis*: dicitur de Hieruſalem. Nunquàm lucidiùs fulſit, quàm ubi Civitas Dei myſtica in illa apparuit. Hæc eſt Hieruſalem cœleſtis, plena Agni lucernæ luminis. Verùm cur dum in templo cum Agno fulget luce, lux fulgentis rutilat cum ſplendore? Splendori lumen eſt: etiam ſplendore gaudet lux: quare in purificatione lux dicitur fulgore ſplendida, quaſi poſſet eſſe lux in ipſo fulgore obſcura? Videbimus ſenſum literalem *Tautolog.* 11. à *n.* 17. & 43. In legum adimpletione eſt lux ſine luce, & fulgor huius lucis cum ſplendore. Qui legi tenetur, fulget, dum legem obſervat: qui obſervat legem, & non tenetur, fulgore lucis coruſcat: & in tenebris legis purificata Maria, non ſolùm micat luce, ſed luce ſplendida; quia oſtendit in munere perfectionis ſplendorem, legem obſervans, quin teneretur ad legem. In alijs lex miſit tenebras & obſcuravit: ſplendor ſecùs Virginis ùt lux erit; quippequàm ſervitutis ſubivit iugum, dum virginitas immunis demonſtrabat privilegium. Se cognoſcebat à ſubiectione liberam, etiam dum ſumpſit ſervitutis formam. Qui ſubijcitur obnoxius legi, elicit è tenebris lumen: qui ſubeſt ultrò, eruit é luce ſplendorem: Virgoque in tenebris non ſolùm lucet luce, ſed micat ſplendidè; igitur non tam ſummiſit legi virginis puritatem; quàm virginalis puritatis illibatæ cognitionem. Nox lex eſt in puerperis: Virginis *nox illuminatio in delicijs*: igitur ampliorem honoris virginitas ſumpſit lucem; dum legis nox virginis obſcurabat honorem. Quanta lucis ſplendidæ magnitudo, quando nox illuminatio? Eius puritas virginea magis ac magis legis umbris & obſcuritate nota: ſiquidem in tenebris fulſit novitate radiorum, & eam ſub tenebris tenebræ non comprehenderunt. Non erat illuminationis, & pro Virginis delicijs. Eius deliciæ eſſe ſub lege, vulneratà immunitate, matre cognita & incognitâ virgine? Sanè: haud inquirit ex ſingularitate comitem gloriam, ſed legis etiam cum privilegio obſervantiam. Unde cùm ejiceretur fulgor lucis ex obſervantia cum immunitate legis; in huius nocte Virgini ſplendor, fulgor, delicium; videri, verùm non eſſe ſicut unam cæterarum.

Tob. 13. 13.

Fuit lux ſplendida.

Pſal. 38. 11.

Fulgor in Virgine, ex non fulgore.

6 In inſigni allegoria huius perfectionis effulgurat excellentia. Vidit Mardo-

Mardochæus quasi signum exaltationis Estheris, mirabilem fontem lucis; ac in ampliorem, regiam maiestatem lucem conversam in Solem. Hoc est somnium: perscrutemur articulum. Lex à Rege lata, *quod sive vir, sive mulier non vocatus interius antrium Regis intraverit, absque ulla cunctatione statim interficiatur.* Extrà in gynæceo erat Sponsa Regis Esther, pro qua lex neutiquàm, sed pro alijs præscripta fuit. Unde Assuerus ibid. *cap.* 15. 13. alloquitur illam: *Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.* Scit illa: respondit que nuncianti Mardochæo: *Ingrediar ad Regem contra legem non vocata.* En Virginis purificationis in typo theatrum, cuius plausu obstupuit cœlum. Lex lata à Deo, ne posset puerpera ingredi Santuarium usque in tempus purificationi præfinitum. *Levitic.* 12. 4. Non enim pro Virgine, quæ ex partu Solis electa ut Sol; sed pro omnibus puerperis hæc lex constituta est. Extra legem est Virgo, quippequàm virginis incongruit purificatio. Cur igitur haud ingreditur in atrium Sponsa cœlestis Regis, si pro alijs & non pro illa totum præscriptum purificationis? Offerre volebat intellectum in acceptabilius sacrificium; dum proprium singulare cognovit honorem, eligens cognitionis captivitatem. Si templum ingrederetur, cognosceretur inter cæteras puerperas (erat enim) singularis. Si non introiret, etsi lege posset, estimaretur tanquàm una de cæteris: & lex purificationis à Virgine ritè impleta, licet pro illa nequaquàm constituta; quia pro sacrificio à lege præcognitæ immunitatis, videri avebat in templo sicut cæteræ mulieres.

Esth. 10.6.

Cap.4. 11.

Vers.16.

Eius cognitio excellentiæ sub legis captivitate.

7 Præterea. Vocatur à lege fœmina, quæ ex conceptu & partu impura. Quæque virgo, non vocatur; imò eximitur, igitur non comprenditur lege non comprehensibile, nec auditum à sæculo, *Mater virgo.* Maria genitrix virginitate legem purificationis contra legem observat, & ultra maximum summitatem perfectionis cogitat; sese cognoscens virginem, & implens legem: igitur si maximum, quod legem observaret à lege vocata fœmina; summum quod Virgo adimpleret contra legem non vocata. Lex vocabat in matris maiestatem, cæterùm virginis repellebat honorem. *Ista est lex parientis.* Hinc Claudian. 1. in *Eutrop.* à v. 72.

Levit. 12. 7.

Claudian.

Cum forma dilapsus amor; defloruit oris Gratia::. decus matris reverentia pensat.

Maria gaudebat honore virginis, atque maiestate matris. Non vocatur à lege pro legis forma: & contra legem ingreditur non vocata; quippequàm proprium præterivit honorem, propter legis maiestatem. Luce splendidà iam fulget, cùm alia tantùm purificata luceret: igitur si lux, ubi lex in puritatem vocat; fulgorque lucis, ubi splendor virginitatis coruscat; fulget in tenore legis honore novo, quæ mater-virgo: implevit enim legem virginis munere, nequaquàm vocata à lege. Quid mirum tanquàm signum in gloriam, lucem in solem conversam? Cupiebat Virgo non videri singularis, propter maiestatem legis, contra cognitionis iudicium, sanciens in matre virginis privilegium: & cùm in alijs lex lux, in Virgine sola Sol; quia sola intra Sanctuarium adinstar Solis, quæ lege non videbatur fœminarum singularis.

Virginitatis præterivit honorem, propter legis maiestatem.

8 *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento*: dicitur in Sponsa Virgini-matri. Alij apud Vieg. *Margaritas aureas.* Alij ex Beda, lib. 2. in *Cantic. Legem imponemus collo tuo.* Alij dénique, *Catenam auream.* Unde Hieronym. *Epist.* 15. de Asella, infit: *Aurum colli sui, quod quidem Murenulam vulgus vocat, quòd scilicèt metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena contexitur; vendidit.* Hinc Mariana in *Paraprh. metric.* succinit:

Cantic. 1. 11.

Hieron.

Murenæ formâ tibi pulchra monilia fiant.

Marian.

Cur ergo collo circumvolvitur catena adinstar legis, vel lex aureis catenulis similis? Legis thronus caput præ legis cognitione, ut prævaleat ex operationis munere: catenulaque vocatur, quæ lex à Numine fertur; quia ditior ornatus Virginis, sine legis catenâ catena legis. Catena, quia indicat servitutem, infert præ pondere gravitatem: fitque colli ornatus, legis pondus, ubi voluntaria servitus; quia quod in alijs ferrum, in collo Virginis aurum: igitur in illa pretiosa, pulchra margaritarum linea, quæ in mulieribus alijs legis catena. Hac de causa à Septuagint. legitur: *Similitudines*, seu imagines, *auri faciemus tibi.* Appositè pro lege, Virginisque puræ purificatione: *Tibi*, si catenæ legis, ex auro: alijs lex catena collo; quia debet portare legem, quæ ex puerperio contraxit impuritatem: at cùm in Virgine mundum puerperium, duntaxàt similitudines insigniuntur catenarum; quoniam in ordine ad purgationem per le-

Ornatus Virginis sine legis catena, catena legis.

Septuag.

legem, cum cæteris tantum habebat ſimilitudinem. Si mater virgo, lex duntaxàt pro ſimilitudine abſque peccato, factà ex auro in catena pretioſitate monilis; quippequàm ſimilis atque diſsimilis cæteris: diſsimilis, quia in auro puritatis virginis rutilabat margarita: ſimilis, quia legis iugo, cæterarum adinſtar videbatur catenata: unde catena ornamentum colli & aureum; quia quæ virgo, apparebat ſicut una mulierum. Scopo ergo Erat enim in Virgine cognitio legis, ſimulque virginitatis exemptionis. Collum catenæ haud ſubditur, ni priùs caput ſubijciatur: capitis ſervitus, colli profertur ornatus: ex auroque & margaritis aptatur monile collo, dum Virginis ex puerperio videtur purificatio; ut ex rationis voluntaria ſubiectione, libretur pretium catenæ abdicato virginis privilegio pro rationis ſacrificio: igitur haud collum ſubijceret iugo, vel catenæ legis; niſi priùs ſubdidiſſet cognitionem exemptionis. Catena legis Virginem ornat, quæ fœminas alias gravat. Gravat neceſsitatis pondere: ornat auro ex libertate: colloque Virginis in ornatum venuſtum videtur aurum; quippe catenæ legis ſubiecit collum. Patuit Marianæ perfectionis examen, igitur propter ſummum.

Ornavit collum, quia ſubiecit caput.

Mantuan. *Cogit ad cœleſtia mentem.*

9 Haud voluntas exempta; cùm ratio exultet voluntariè captiva; ſi dici poteſt captivitas, dulces ambientis voluptuosè catenas. Olim Palladis & Paphiæ Ethnici commenti fuere certamen, quia *Paphia amorem, Pallas ſequebatur legem.* Ita Paul.Silentiarius lib.7. *Epig.Græc.*41. Contendit amor cum lege: unde ſubdit:

Paul. Silēt. *Amor in legem.*

Legem Amor haud novit, violenter pugnans.

Idem. *Si te legalis curæ opus detinet,*
Non ſane tibi in pectore vorax amor.

Errat, quia amor qui debet eſſe verax, exponitur vorax: amplexabiturque legem, quodcunque pectus amoris proſequitur veritatem. Amor verax fulſit ſingularis in illibatæ purificatione Virginis, qui vorax ſemper expertus reſpectu legis: igitur ut exprimeret amoris magnitudinem (cùm amor non cognoſceret legem) lex ad amuſsim exactè eius cognovit amorem. Lex purificationis virginem non cognoverat: & Virgo legem obſervat; ut ubi incognitus virginis intactæ ſplendor, ſaltem à lege cognoſceretur amor: equidem duntaxàt lege præcipientis amoris, quibat voluntas ſubijci præcepto legis. Clariùs. Lex comprehendebat matres, haudquaquam Virgines. Virgo & mater florebat ſine exemplo inter fœminas Maria. Quid fiet pro lege inter huiuſmodi extrema? Enthuſiaſmus profani Vatis audiendus, 4. *Faſtor.* v.513.

Virginis vehementia amoris occulta colore legis.

Mater, ait, Virgo. Mota eſt Dea nomine matris. Ovid.

Cur mota matris nomine, ſi immunis à lege maternà virginitate? Amoris celſitudinem exprimit, quùm ſpecie legis comprimit. Lex comprehendebat matris nomen: *Mulier*, dicit, *ſi peperit. Iſta eſt lex parientis.* Quæ comprehendebat matrem, matrem excludebat virginem: ſi virgo etſi mater legi ſubijceretur, dedititia ab amore noſcebatur: & mater-virgo pro lege mota eſt duntaxàt nomine matris; ut eſſet colore legis, quod tantùm erat amoris. Ubi ſup.

10 Inſigne contemplemur teſtimonium. Opus conſummaturus, quod dedit Pater ut faceret; cùm in opus procederet, diſcipulis Ieſus dixit: *Venit hora: ut cognoſcat mundus, quia diligo Patrem: & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio.* Amor profectò connotat libertatem: mandatum promptitudinem voluntatis ſine libertate in legem. Quo ergo pacto in unum, mandatum legis, & in Patrem æternum expreſsio amoris; ubi in amore libera fulget voluntas, & in legem iniunctam nulla libertas? Demonſtrare voluit N. in exempla Aſſertor, quid & in quæ poſsit amor; ut videretur in obſequijs neceſſarium, quod tantum erat amoris obſequium. Expreſſo amore, ſine Patris mandato; oſtendebat circa legem, quam habebat, libertatem: expreſſo Patris mandato, ſine amoris libertate; in præcepta coäctationem: præceptumque ſignatur, quum legem amor amplectitur; ut in huiuſmodi legis obſequioſo reſpectu, clareret dilectionis magnitudo: ſiquidem magnum, videri obſtrictus à lege, quod faciebat in legem, duntaxàt ductus amore. Summa nitet charitas, qua libera in ſtudio voluntas, videtur obſervatione neceſsitas. Summum obſequium, præ amore amoris ſimulare ſtudium; quaſi eſſet lege debitum, quod omninò voluntarium: Chriſtuſque dum amorem flagrantiſsimum explicat, Patris præceptum ſtudiosè connotat; ut videretur ſub ſpecie legis demonſtratio dilectionis: quandoquidem liberam in legem adeſpotam voluntatem, ſub obedientiæ prætextu oſtendebat ſervitutem. Lex pridem

Ioan.14.31 16.32.

Amoris ſummum ſtudium, quod ſtudiū amoris, oſtendere uti præceptum.

ſervitutem noverat : amorem non cognoſcebat ; quòniam amor legem nonnunquàm expulit , ut libertatem ſervaret. Non lege in legem eſt ductus, qui captus lege , ſub ſerviente immunitate. Pende. Pater filio volenti legem impoſuit : iuſſa filius & obivit , & ſubivit ; profeſſus lege dilectionem erga Patrem : igitur inter legem & amorem, lege ſolummodò amoris, ductus in amorem legis.

11 Ex huiuſmodi incendio, pectoris virginei foculo , accenſa amoris flamma, ut lege purgaretur quæ puriſsima.

Urget & æterni reverentia ſumma parentis.
Virgineos ſenſus, & mollia corda puellæ.
Souſ. *Quas operas impendit ei gratiſsima nato,*
A ſumma celſæ virtutis origine manant;
Materiemque puer nimio præbebat amori:
Augetur maternus amor.

Accinit Mellius Souſa *lib. 6.* in fin. Subditur Virgo puerpera legi , quantunvis virgo. Legis præceptum eſt & dilectio. Dilectio ratione virginis : præceptum reſpectu matris. Ni virgo , in legem excluderet libertatem : ni mater , ignoraret legem. Fulſit in eo ſumma charitas , quòd in libera à lege , legis videretur neceſsitas : nomineque matris in legem eſt ultrò mota , quæ virgo mater intacta ; ut ex legis pulchrà ſpecie ſummitas videretur in amore : igitur amor ut ſummus dignoſcitur, ubi quaſi ſub præcepto opus liberum perficitur. Videtur oppoſitum lex & amor : matris maieſtas , & virginis decor. Amor in legem erat nomine virginis: præceptum verò ex nomine matris ; amorque ſimul cum lege , in matre-virgine: unde inter mandatum & amoris incendium, amoris & amorem dicit mandatum ; quippequàm lege tantúm amoris, quæ virgo-mater allecta in amorem legis.

Unde amoris perfectio, dum purificatur Virgo?

12 Phraſis ſingularis Pauli conſideranda *Omnia mihi licent* (ait) *ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.* Sententia digna Paulo , uti Principum inſtructio : nihil profectò à lege deviabit , modò conſideretur, etiam interveniente maieſtate, quid licèt , quid decet, & quid expedit. Unde Senec. ad *Polyb.* cap. 26. inquit : *Cæſari ipſi , cui omnia licent , propter hoc ipſum multa non licent.* Et in *Octav.* v.448.

1.Cor.6.12

Quæ conſideranda à Principe in prudens regimen?

Senec.

Idem. *Id facere laus eſt , quod decet , non quod licet.*

Cicero pro *Rabirio* infit : *Hic iam iudices veſtri conſilij res eſt , veſtræ ſapientiæ : quid deceat vos , non quantum liceat ſpectare debetis.* Claudian. de 4. *Conſul. Honor.* v.267.

Cicer.

Nec tibi quid liceat , ſed quid feciſſe decebit
Occurrat , mentemque domet reſpectus honeſti.

Claudian.

Sæpe igitur in faſtigio collocato turpiſsimum , quod privato reputaretur honeſtum : quare Terentius in *Heäutontim.* Act.4.ſcen.5. v.49.ait:

Imò alijs ſi licèt, tibi non licèt.

Terent.

Pro decore enim ſtatus , Principem decet , quod melius. Ergo in Pauli teſtimonium. *Omnia mihi licent* : ait. Quid quod immunis à lege ? Quod ſub nullius redigitur poteſtate. Contrarium omninò. Quomodò non redigitur ſub poteſtate ullius , qui liber ſubditur omnibus ? Nulla alia poteſtas legis , quàm obligatio obſtringentis ſervitutis. Servit cui licet non ſervire : quo pacto in ipſa obedientia poteſtas eſt , non eſſe ſub poteſtate ? Quia non vult,dum poteſt eximi. Intendit Paulus in amoris ampliſsimum ſtudium , ubi ſine lege legi meditatur obſequium. Quia omnia licent Paulo in omnibus , quæ extra legem ; propter hoc ipſum omnia licita non licent : obeditque ultrò in cunctis aliorum legi , quando ſub nullius ex lege redigitur poteſtate ; quoniam pro lege amoris ſubdebatur voluntas , ubi legis potentis nulla poteſtas. Sub poteſtate legis redigitur iure , cui non licet ſine tranſgreſsione tranſgredi. Poteſtati non ſubiacet,cui iurè licet. Cui ſubijcitur quia vult , lex profectò & nulla lex : Pauluſque redigitur in legem amore, quùm ſub nullius redigitur poteſtate ; ut poteſtas legis ſit , quæ erat libertatis lex : ſiquidem lex videbatur adeſpotæ libertatis , ſub poteſtate & captivitate legis. Ulteriùs in phraſis expoſitionem. Videtur oſtendi immunitas ; dum nulla in obſervantiam , legis ſignatur poteſtas : quo ergo intuitu phraſe ſignificationis oppoſitâ , Pauli legi non obſtricti declaratur obedientia? Altiſsimà prorsùm mentis cogitatione. Non redigi ſub legis poteſtate, amori eſt ſub poteſtate redigi: igitur ſumma flagrantis amoris; quæ amoris obſequia ſunt , ſimulari in obſequium ſpecie legis.

Amoris in legem egregia claritas, ubi legis potentis nulla poteſtas.

13 Currus Amoris ductus fingitur à turturibus ſubiugibus cum haccine epigraphe ; *libertas captivitas.* Vid. Petrarch. *in Triumph. Amor.* & Carol. Neapolitan. in 4.*Faſt.* Ovid. Libertas ſub nullius redigitur poteſtate : captivitas eſt ſub lege: & ut effulguret Amoris claritas , coniungi-

Petrarch.

Currus amoris tractus à turturibus.

gitur & libertas & captivitas ; quippe libertas à iugo prementis legis, dulcior omninò sub captivitate Amoris. Intelligitur modò illud Sponsæ Deiparæ dictum : *Collum tuum sicut monilia.* Hebr. Sicut *Turtures.* Maluend. consule : unde Viegas in *Apocal.* 12. sect. 11. n. 1. infit: *Turtures muliebre ornamentum.* Virginis enim laudatur collum, quia subit iugum; sed turturum adinstar, singulare Virginis ornamentum : equidem si captivitas à lege, & libertas ab amore ; captiva sub iugo amoris, & sub libertate legis. Vox turturis audita est in terra nostra : *Libertas*, nempè, *captiva.* In munere purificationis erat alijs legis obligatio: Virgini amoris singularis perfectio : ingeniosèque sub amore (uti in turturibus, ornato collo obedientiæ monilibus, ut eluceat è tanto ornatu speciositas) libertas copulatur & captivitas ; quippe redacta in legis potestatem ab amore, cùm Virgo sub nullius redigitur potestate. Sub illa est, quia nullo modo sub illa. Monile est colli, legem liberè observantis, quicquid captivitas habuit ponderis, in amoris pondus, & voluntatis decus: equidem liberè adimplevit purgationis legem, ut adimpleret captiva dilectionis perfectionem.

Cant. 1. 10.

Vieg.

In Virgine captiva libertas.

Propert. *Nullus liber erit, siquis amare volet.*

14 Memoria etiam fuit captiva interrationis & voluntatis obsequia. Hoc ultra maximum, eximium.

Idem. *Verus amor nullum novit habere modum.*

Intende in Evangelistæ stylum. *Postquàm impleti sunt dies purgationis eius secundum legem. Eius.* Cuius? Mariæ, ut patet ex textu Græc. Cur igitur nulla mentio, cuius sit purificatio? Quia ritus haudquaquàm ex obligatione, sed ex lege : excluderetque legem, modò Mariæ designaret nomen. Maria peperit, nomenque Virginis tacetur, dum Virgo ex partu purificatur ; ut silentio in ipso munere nominis, privilegium constaret immunitatis: etenim lex purificationis inanis & vacua, si diceretur *Maria.* Nomen Virginis ad incarnationem dicitur: in purificatione quæ virgo ex partu non nominatur : si nomen diceretur Virginis, irritum præscriptum legis : sed cùm ob amoris flammam, Virgo etiam obsequiosè dedicatura memoriam ; tacito nomine, in quo insigne privilegij, ne videretur immunis, etiam oblita fuit sui. De Messala Corvino dicit Solin. *cap. 7. Post ægritudinem percussum proprij nominis oblivione.* Idem Plin. *lib. 7. cap. 24.* Virgo mater sui nominis oblita, in purificationis observantia, haudquaquàm per ægritudinem, sed per insignem excellentiæ humilitatem. Si sui esset vel nominis recordatio, memor sane ad legem, quòd esset virgo : virginique nihil ad legem, quæ non purificat virginem ; quia in virginitate pura, etiam matris nulla macula : nomenque in Virginis purificatione dicitur legis, haudquaquàm Virginis nomen ; ut cum nominis memoria nomini legis cederet immunitatem. Causa sublimis sub manum, ut ex meditato studio novum luceret obsequium. Si privilegium ex nomine diceret, & legi privilegium dedicaret ; in eius gloriam cederet abdicationis officium, quia cedebat privilegium: & meditanter exemptionem tacuit, dum legi exemptionem obtulit ; ut maior pretiositas esset victimæ, in oblatione memoriæ : igitur oblita sui vel immunis erga legem, pro lege propensè studuit ignorari immunitatem.

Luc. 2. 22.

Vers. 27. c. 1

Cur dum purificatur, nomen Virginis tacetur?

Solin.

15 Audiamus huiusmodi in studio singulare præconium à Doctore Gentium. Promiserat Deus Verbum futurum in habitu carnis : *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.* Est ergo : verùm cadit sub dubio, maximè in Paulo Virgini-matri adicto & ex corde toto ; cur dum filium Dei & Virginis ostendit in mundo, dicit *factum ex muliere*, quando pro matris commendatione, dicere quibat *factum ex Virgine?* Vox *Mulier* communis fœminis, quin explicet earum corruptionem, vel integritatem. Quo ergo intuitu Paulus Virginem dicit mulierem, & non virginem? Indicat Paulus, quid filius Dei in carne sub lege pertulit, & quid etiam sub lege eius genitrix obtulit. Ut Maria dignè in eius constitueretur matrem, constituit virginem ; ita ut inter cunctas mulieres esset mater, esset virgo singularis: & cum filius sub legis esset onere, pertulit dici factus ex virgine, factum ex muliere; quia vehementioris doloris, ex lege purificationis matris, quod quæ virgo candore illibato vel ex partu, purificationis umbrà non cognosceretur virgo. Quod filio sub haccine lege dolor, amplior genitrici decor. Si Paulus diceret genitricem virginem, in matre simul indicaret à lege purgationis immunitatem : dicitque virginem, non virginem, sed mulierem in Virginis blandimen circà legem : equi-

Galat. 4. 4.

Christi passio, quòd virgo mater non cognosceretur virgo.

dem legi Virgo-mater sese tradidit, quasi virginitate immunis mater non esset. Appositiùs delicabo. Virgo mater purificatur; & mulier quasi virgo non esset, in purgatione dicitur: quasi scilicet non inesset privilegium, in cuius oblivione totum Virginis studium; quippe cessio privilegij in gloriam cedebat Virgini: & cùm Virgo non solùm legi cederet immunitatem adespotam, sed exemptionis memoriam; ut mulier legi se obtulit, quasi quid cederet in cessione non haberet; quandoquidem incognitum nomen virginis, nomenclaturà mulieris. Gloriam humilitatis quærebat Virgo, ut in sacrificio honoris, honoris ampliùs micaret perfectio. Contendebant adinvicem immunitas & humilitas. Uti mulier, non videbatur exempta: à legis immunitate, humilitatis obscurabatur gloria: & pro gloria humilitatis signatur Virgo nomine improprio mulieris; ut nec exemptio videretur possibilis.

In quo Virginis excellentia, captivà virginitatis memoriâ?

16 Sumpsit Paulus à Virgine exemplum, dum in his quæ licebant, exemptionis respuit usum. *Ego autem* (ait) *nullo horum usus sum. Non autem scripsi hæc, ut ita fiat in me: bonum est enim mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet.* Loquitur Paulus in suo munere, de operis supererogatione, de quo Chrysostom. & Anselm. hic. Gloriam vocat insignem, quicquid cogitat & perficit ultra legem. Quod ultra, non cadit sub legis forma: & cum legis exemptione non utitur, quasi de summo gloriatur; quippe summum erga legem, legi dedere exemptionem. Apte gloria, siquidem singularis excellentia, tenori obedire legis, prærogativà exemptionis. Maioris erat apud Paulum subiectionis humilitas; quàm ex legis immunitate libertas. Qui honorem ex privilegio quærit, honore utitur; sed gloria humilitatis evacuatur: morique Paulus potiùs elegit, quàm quod quis humilitatis eius gloriam evacuet; quippequàm in lege ob splendorem honoris, evanescit splendor humilitatis. Denique. Est gloria quæ potest evacuari, & etiam quæ crescit ex evacuatione gloriæ. Evacuatur gloria libertatis erga legem, cùm lex impletur iugo subdens libertatem. Evacuatione augetur, quoties legem observans exemptionis obliviscitur. Magna gloria immunitatis, verùm amplior oblivionis: Paulusque mavult honoratus exemptione legis mori, quàm huiusmodi gloriæ evacuatione privari; quippe construit miro modo gloriam suam, obliviscì exemptionem & exemptionis memoriam. Gloria est splendidi honoris, urgente lege reminiscì libertatis; ut maius sit obsequium, ubi victima libertas in optatum sacrificium: verùm pretiosior oblatio, in ipsa oblatione libertatis oblivio: Paulusque potiùs eligit privari vitâ, quàm huiusce oblivionis carere gloriâ; quippe apex insignis gloriæ, libertatis memoriam cedere legi.

1.Cor.9.15

Erga legem humilitatis insigne, immunitatem cedere.

Maius, in cessione memorari, & cessionis oblivisci.

17 In purificatione puerperæ offerebantur duo pulli columbarum vel par turturum. Fecit cum Agno etiam Dei Virgo-mater. Luc.2.24.

——— *Moyses moderamina legis*
Observare dedit, fœtus offerre sacrandos,
Implumesque simul ferre ad delubra columbas. Iuvenc.

Accinit Iuvenc. 1. de *Histor. Evangel.* v.212. Contemplatur Bernard. quò supr. infitque: *Oblatio ista satis delicata videtur.* Sumpsit acumen Virginis oblatio ex eius humilitatis ingenio. Gloria Virginis, quia Mater-virgo, fuit honor exemptionis, respectu legis. Ex huiusmodi gloriæ evacuatione, honor constabat humilitatis. Nequibat non subsistere splendidus exemptionis honor, quandiù in matre virginitatis perseverabat decor. Aliquid cogitandum ab humilitate, pro novo ex munere honore. Exhibito in sacrificium turture, vel columba; duntaxàt offerebatur lege immunitatis gloria: Virgoque obtulit par turturum, aut duos pullos columbarum; quippequam non solum cessit legis immunitatem, sed etiam exemptionis recordationem. Hæccine singularis gloria Virgini-matri, sui nimirum oblivisci: eligetque potiùs mori, quàm cessionis honoris gloriâ evacuari; quoniam humilitas excogitavit victimam, exemptionem & memoriam. Dum aliquid honoris ceditur, cessio memoriæ blanditur. Aptiùs quam Paulus, quit dicere virgo, dum sub lege purificationis est; *Ego autem nullo horum usus sum*: in oblationeque immunitatis Virginis, honor signatur & etiam memoria honoris; siquidem in legis observantiam, oblita est esse atque fuisse omninò puram. Erat respectus legis, in quo officium illustris humilitatis; sed maius obsequium cogitavit humilitas, quàm libertas: suique obliviscitur Virgo, ubi fit virginis immunis purificatio; quippe egregior gloria Virginis in oblivione exemptionis.

Bernard.

Pro victima, dum Virginis purificatio, offertur immunitas, & oblivio.

Fi-

Ubi supr. v. 21.

28 Filius non iure ullo subditus legi, subditur circumcisioni; sed immunitatem protestatur, dum circunciditur. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Astruit Bernardus, de *Circumcision.* serm. 1. num. 2. *Circunciditur* (inquit) *tanquàm verus Abrahæ filius: Iesus vocatur tanquàm filius Dei.* Sese obtulit, quùm adespotus circumcisioni aptatur, verùm sui non obliviscitur. Denuò lege alià sistitur templo, & sui omninò præ se fertur oblivio. Observa textum. *Postquàm impleti sunt dies purgationis eius* (Mariæ nempè) *secundum legem, tulerunt illum in Ierusalem, ut sisterent eum Domino. Illum.* Quemnam? Illum. Ita Græc. cum articulo: *Tulerunt illum illum.* Sine nomine puerum? Cur nomine non signatur; si factum, dum circunciditur? Altiora docet in sphæra humilitatis, quando subditur denuò præscripto legis. Liber legis subijcitur circumcisionis legi: Redemptor etiam subditur redemptioni: hicque nullo modo nominatur, quùm immunitas à lege circumcisione profertur; quippe si circumcisus humilitatem expresit, redemptus gloriam humilitatis demonstravit: equidem summum in humilitate cacumen, cedere cum libertate libertatis oblivionem. Tulerunt in templum illum illum. Quis nisi ille ille, immunitatem poterat abdicare, & cessionis nequaquàm reminisci? Post circumcisionem redimitur, quin exemptionis nomine ingerat notitiam; quippe cessit propter legem exemptionem & memoriam. In eodem textu elucet erga legem Virginis imitatio. *Postquàm impleti sunt dies purgationis eius, tulerunt illum. Illum* de filio sub lege; *Eius* de matre in legis observatione.

Bernard.

Vers. 22.

Græc.

Humilitatis cacumen, cedere cum libertate erga legem, libertatis oblivionem.

Fortè roges, quis vincat amor? Non pugnat amori
Divus amor iusto: coëuntia fœdera iungunt. Sous.

Modulatur Ioannes Mell. ubi supr. Virgo in legis munere est etiam sicut filius sine nomine, oblita sui. Si nomen diceret, exemptionem virgo nimirùm ostenderet. Cupiebat humilitatis summam, memor legis obliviscendo memoriam: & ut observet legem, tacetur nomen; igitur si per nomen notescit persona exempta, & exemptionis singularis forma; proculdubiò gloria legis, fastigium humilitatis in oblivione exemptionis. Ecce in paradiso virginitatis aurea poma: tres rationales potentiæ legi captæ cum Maria. Excerpat ergo anima aliquid de pomis fructuum Solis & Lunæ, in redemptione Redemptoris, atque purificatione puritatis.

Virgo ascendit in cacumen.

Eius dona nova.

Deut. 33. 14.

——Dies iam proxima veri:
Ite nurus omnes, sacros altaribus ignes,
Thura focis, faculas manibus date, ducite pompam.
Attulit in templum nova dona puerpera Virgo. Mantuan.



TAU-

TAUTOLOGIA DECIMA.

NON EST DEUS EXTRA TE, EX OMNIBUS quæ audivimus auribus nostris. 2. Reg. 7. v. 22.

EXPOSITIO LITERÆ.

CUM à baculo & pera assumptus esset David in augustissimum thronum totius principatus Israël; gratus cogitavit quidnam insigne moliretur in gratiam atque honorem divini beneficî auctoris, à quo bona cuncta procedunt. Ampliora sine huiusmodi intuitu dignatus ambit, qui gratus existit. Unde si gratitudinis index, divinare largitoris generosi propensiorem voluntatem; ut propriam flagrantem in retributionem, qualem qualem aliquatenùs ostenderet; honorem Dei, ut augustiùs coleretur, amplificare proposuit, ædificans templum singulare structurâ & opulentiâ, ultra mundi celeberrima miracula: & ita insigniter opus ex orbis collectis hoc proposito divitijs, ut dignum appareret, in quod respiceret orbis. Præparationem cordis eius Dei auris audivit, sed donum ab illo renuit: equidem minimè congruus in Sanctuarij (ubi pietas invenienda) amplam ædificationem, qui dux & miles multum effuderat sanguinem. *Non ædificabis domum nomini meo, eò quòd sis vir bellator, & sanguinẽ fuderis.* 1. Paral. 28. 3. Hæccine nota vel apud Ethnicos religio fuit?

Insignis gratitudo Davidis.

Senec.

——— Moneo, ne sacra manus
Violata cæde, nève furiali malo
Aspergat aras. Stabo, & arcebo scelus.

Canit Senec. in *Thyest.* v. 93. & apud Virgil. 2. *Æneid.* v. 717. Æneas, cui sacra, suosque commendaverat Troia Penates, patrem alloquitur:

Virgil.

Tu genitor cape sacra manu, Patriosque Penates;
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti,
Attrectare nefas.

Sancta sancte tractanda.

Arcebantur ab aris, quiqui polluti cæde, estò licita propter patriæ defensionem; uti dicit Homerus, 6. *Iliad.* v. 267. de Hectore:

Homer.

——— Neque modo ullo fas est, nubes atras cogenti, Saturnio
Sanguine & pulvere pollutum vota facere.

Principi Platæënsium nunquàm licitum, gladium sumere, nisi in parentalijs eorum qui pro Græciæ libertate occubuerunt bello Persico. *Prætor, cui cætero tempore* (inquit Plutarch. in *Aristid.*) *neque ferrum tangere, neque nisi albam vestem induere licet, puniceâ amictus tunicâ; per mediam urbem, tenens gladium, ad sepulchra proficiscitur.* Verùm de huiusmodi ritu iam actum, *Ephemer.* die 16. Sept.

Plutarch.

Pietas in principe cõmendabilis.

2 Præparaverat ergo David, quæ describuntur 1. Paralip. 22. à v. 14. dicitque *In paupertate*, cùm tanta traderet; quippe dilexit. *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* Cantic. 8. 7. Nihil vel totum ducit, dum amans offert. Quod Deus à Davide accipere noluit, Salomoni futuro filio concessit, illique simul promisit & regnum in posterum, ut per seriem temporum diadema regale tenerent qui à Davidis stirpe, & nati natorum & qui nascerentur ex illis. Magna profectò in rege felicitas, dum in seipso deficit, in prole regiæ excellentiæ ac dignitatis diurnitas: equidem pater cùm in filijs ipse vivat, similiter regnat. Hinc ille dicit, ibid. v. 19. & 20. *Quid ergo addere poterit adhuc David, ut loquatur ad te? Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loqueris etiam de domo servi tui in longinquum? Ista est enim lex Adam Domine Deus.* Lex Adam, idest, hominis (ex quo homo) qui æternari per filios in sæculo cupit. Nulla ergo promis-

1. Paral. 22. 14.

Amans sibi videtur parcus, estò sit prodigus.

missio gratior, neque parenti iucundior. Ex emphasi verborum elucèt in Davide corsalium; igitur gratus pro beneficio verba profert mutila, quasi deficerent gaudij suffocatione loquenti verba. *Quis ego sum* (ait) *Domine Deus, & quæ damus mea; quia adduxisti me hucusque?* Lætabundus extra se rapitur, nescitque quod scitissimè dicit; quasi promissa nesciret æquè perpendere, si sciret loqui. Pendula sunt verba, sed eloquentiora. *Locutus es ad servum tuum bona hæc.* v. 28. Quænam bona? Cognoscit animus, quæ ignorant labia. Frequens phrasis, qua plus significamus, quàm dicimus; & plus dicimus, quùm ferè nihil in verbis significamus Genes. 22. 16. dicitur Abrahamo propter filij immolationem: *Quia fecisti hanc rem*: quasi vocem qua laudaret, Angelus non inveniret. *Hanc rem. Quam quæso Domine? Non invenio nomen operi dignum*: subdit Oleaster hìc. Psalm.6.4. *Sed tu Domine usquequo?* Isai.5.9. *In auribus meis sunt hæc.* Virg.3.*Æneid.*v.340. *Quem tibi iam Troia.* lib.12. v.631. *Turnus ad hæc.*& *Eclog.*3.v.72.

2.Reg.7.13 *In grates grato verba deficiunt.*

Emphasis.

O quoties & quæ nobis Galatea locuta est!

Virgil.

Terentius in *Adelph.* Act. 4. scen. 1. v. 16. *Nusquàm tu me. Audistinè.* & in *Phorm.* Act.1.scen.3.v.93. *Si quid opus fuerit, domo me.* Vide quæ diximus, *Tom.*3.*T.*12.*n.*17. & hìc latè *Tautolog.*3.*n.*46.6.*n.*26.& 7.*n.*10. Sic ergo præ honore gaudibundus David (igitur summa gratitudinis perfectio micat ex verborum imperfectione) dicit emphaticè: *Bona hæc.*1.Paralip.17.16. *Ut præstares mihi talia.* At qualia? *Tanta beneficta*: ibid. v.26.& 2.Reg.7.21. *Omnia magnalia hæc.* Si hæc tanta & talia, non perfectè dici possunt, nisi per verba imperfecta.

Perfectio affectuũ in imperfectione verborũ.

3 His ergo honoribus obæratus David, excellentiam Dei extollit, in oratione subdens: *Iccircò magnificatus es Domine Deus, quia non est similis tui, neque est Deus extra te in omnibus quæ audivimus auribus nostris.* Benificijs augescit magnitudo, quæ nequit crescere: Deusque, qui semper maximus, maior apparet hominum oculis, beneficijs donisque ab ingenita illis benignitate collatis. *Deus est mortali, adiuvare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via*: ait Cicero pro *Ligario*, ex quo sumpsit Plin. *lib.*2.*cap.*7. Civem servanti donatur corona haud aurea, sed civica: de qua idem *lib.*16.*cap.*4. *O mores æternos* (inquit) *qui tanta opera honore solo donaverint: & cùm reliquas coronas auro commendarent, salutem civis in pretio esse noluerint: clarà professione, servari quidem hominem, nefas esse lucri causà.* Homo homini dicitur Deus, quia ad Deum propriùs accedit, homini salutem dando: Deum enim satagunt imitari, qui munifici & benefici. Per epitasim Gregor.Nazianz. *Orat.*16. inquit: *Fias ærumnoso Deus.* Ethnici, utpotè sine fide, de quolibet largitore personabant. Iuvenal. *satyr.*5.v.132.& Virgil. *Eclog.*1.v.6.

2.Reg.7.22

Plin.

Idem.

Cur non aurea corona civica?

Nazianz.

Homo homini lupus & Deus.

Quadraginta tibi si quis Deus, aut similis Dijs,
Et melior fatis donaret homuncio; quantus
Ex nihilo fieres!

Iuvenal.

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit
Namque erit ille mihi semper Deus.

Virgil.

Econtrà verò dicit Plaut. in *Asinar.* Act.2.scen.4. v.88. *Lupus est homo homini, non homo*: quoniam, ut ait Stoic. Cordubens. *Epist.*103. *Ab homine homini quotidianum periculum.* Pliniusque *lib.* 7. in procem. *Leonum feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non petit serpentes: nec maris quidem belluæ ac pisces nisi in diversa genera sæviunt. At herculè plurima ex homine sunt mala.* Adi Tiraquell. de *Nobilitat.* cap.32. Minimi fiunt homines hominibus infesti; faventes, magni. Qui nequit esse nisi maximus, magnus à Davide dicitur, quia magnificus: iccirco ab illo magnificatus, quia tunc magnitudo augetur, dum magnitudo cognoscitur: Deusque magnus rutilat in conspectu hominum, quùm hominem facit magnum. Dividi enim fecit magna, tuncque elevata est Domini magnificentia: igitur nobis consulit, plusquàm nos, meliusque cogitat in nostrum emolumentum, quippe favet ultra votum. Dicit vel Ethnicus, *Satyr.*10.à 346.

Senec.

Plin.

Maior qui maximus, si magnificus.

Nil ergo optabunt homines? Si consilium vis,
Permittes ipsis expendere Numinibus, quid
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris.
Nam pro iucundis aptissima quæque dabunt Dij,
Charior est illis homo, quàm sibi.

Iuvenal.

De-

Senec. Denique Seneca, lib.4.de *Benef.* cap.5. *Neque enim necessitatibus tantum modò nostri provisum est: usque in delicias amamur.*

Ibid. 4 A Davide magnificatur Dominus, quia *non est similis.* Non loquitur hìc Psaltes Regius de imagine Dei, figura aut forma; quia vel iuxta profanum, seu potiùs Athæum, uti infrà videbimus, *num.* 7. *Effigiem Dei formamque quærere, imbecillitatis humanæ reor.* Loquitur David de Deitatis subsantia aut essentia; *Non est similis tui, neque est Deus extra te.* Vel per exergasiam exprimendo periodo secundà, quod non ita in prima perspicuum: vel per æthiologiam, acceptà posteriore sententia pro prioris causali; ita ut sensus sit: *Non est similis tui, quia non est Deus extra te.* Ita Matth. 1.21. *Vocabis nomen eius Iesum* (quia) *ipse salvum faciet populum suum à peccatis eorum.* Ideo dicit: *Ipse enim*, siquidem *Enim*, uti particula rationalis, æthiologicum est. Etiam in huiusmodi acceptione inhæret alius & altior sensus, sumpto actu secundo pro primo. Luc.7.42. *Quis ergo eum plus diligit?* Ideſt, diligere debet. Genes. 3.2. *De Fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, vescimur.* Hoc est, vesci possumus. Ibid. cap.4.7. *Sub te erit appetitus tuus & tu dominaberis illius.* Scilicèt, poteris dominari. Ezech. 1.17. *Non revertebantur cùm ambularent.* Nimirùm, non poterant reverti. Hebr.13.17. *Ipsi enim pervigilant*: putà, pervigilare debent. Sic Hebr. Genes.20.9. *Opera, quæ non fient, fecisti nobis*: pro quo Vulgatus: *Quæ non debuisti facere, fecisti nobis.* Haud secus in præsentiarum. Non est similis tui, quia nequit esse Deus extra te. Similiter Isai.45.22. *Ego Deus, & non est alius.* Videlicèt, nequit esse alius: aliaque testimonia, de quibus illorumque sensu fusè egimus, *Tom.* 4. *T.* 4. à *num.*14.

Exergasia & æthiologia.

Matth.1.

Actus secundus pro primo.

5 De huiusmodi excellentia etiam actum est, *Tom.* 3. *T.* 6. ad illud Exod. 3.14. *Ego sum, qui sum.* Aptèque modò dicitur, *Nec Deus extra te*, quia extra Deum non est Deus. Aliæ præter Patrem divinæ personæ sunt, sed non extra Deitatem. Aliæ hypostasibus sunt, sed non est alius Deus. Aliter, sed in propositum, eadem clausula iteratur, 1. Paralip. 17.20. *Non est alius Deus absque te.* Abs te non est Deus. A te Filius, sed non alius Deus, sed idem Deus tecum. A te etiam & filio procedit Spiritus Sanctus, tanquàm ab uno principio; sed Deus idem, quia hi tres unum sunt. His haud immoror, quia loc. cit. latè: verùm occurrit, quorsùm David profert, *Non est similis*, dum credit unum illum duntaxàt esse Deum? Si unus, ei similis esse nequit. Nulla ergo collatio neque in esse, nec in maiestate, excellentiavè intercedere potest si non est alius. At ex verbis alius Deus videtur esse, etsi nec similis, nec æqualis. Patet Psalm. 94. 3. ubi: *Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos:* ideſt, per hysterologiam; Dominus magnus est Deus, quia super omnes Deos Rex magnus: quasi alij Dij, tametsi non ita magni. Item Psalm.95.4. *Magnus Dominus, terribilis est super omnes Deos.* Denique Psalm. 49. 1. *Deus Deorum Dominus*: & Psalm.81.1. *Deus stetit in synagoga Deorum.* In expositionem harum auctoritatum, & his similium, sciendum utique in Scriptura sæpe sermonem opinioni hominum attemperari. Isai.13.5. *Venientibus à summitate cœli.* 2.Esdr.1.9. *Ad extrema cœli*: quasi cœlum haberet extrema, vel summitates. *Psalm.*18.7. & Deuteron.4. 32. *A summo cœlo usque ad summum eius.* Matth.24.31. *A quatuor ventis, à summis cœlorum usque ad terminos eorum.* Ibid.v.29. *Stellæ cadent de cœlo*: igitur putat vulgus exhalationes ignitas esse stellas. Virgil.2.Æneid.v.694. & Ovid.2.*Metam.*fab.1.

1.Paral.17.

Unica Dei essentia in Trinitate personarum.

Psalm.94.3 *Hysterologia*

Verba aliquando in Script. attemperatur hominum opinioni.

Virgil.

Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
Fertur ut interdùm de cœlo stella sereno,
Quæ si non cecidit, potuit cecidisse videri.

Ovid.

Pariter Prophetæ dicuntur, qui non sunt, *Prophetæ Baal.* 3. Reg. 18.22.25.40-41. Reg. 10.19. *Prophetæ prophetaverunt in Baal.* Ierem. 2.8. *Propheta docens mendacium.* Isai.9.15. Falsa igitur prædicebant, & prædicabant, ut lactarent populum. *Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta; nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent. Viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones.* Thren.2.14. Nihilominùs tamen quia populus illos verebatur ut Prophetas (estò limphatico furore, stylo & modo prophetico videret debacchantes, minimèque vaticinantes) nominantur uti tales. Liquet in Sedecia propheta, 3.*Reg.* 22. à v. 11. & in antipropheta Ieremiæ Hanania, *cap.*28. à v.11. Principes dicuntur *socij furum.* Isai.1.23. Reges qui regnarunt, & non ex Deo. *Oseæ.* 8.4. Pastores Israël, qui gregem laniabant

bant trucidantes, seipsos duntaxàt pascentes: *Ezech.* 34. à v. 2. Nec erant pastores, nec reges, nec principes: tamen sic plausi, quia illos in honore & dignitate vulgus habebat; quantumvis essent nominis atque muneris indigni.

6 Pariformiter Dij dicebantur idola, quæ adorabant ethnici. Unde cùm inaudita dona & miracula de suis Dijs prædicarent Gentiles in confinijs Israël, scatentibus idolis (quæ dæmon patrabat, ut sibi sacrilegus honor perstaret, de quo egimus, *Tom.3.T.2.n.* 25.& 4.*T.*3.a *n.*7.) his verbis David indicat falsa Numina. Non Numina nisi penes illos & nomina: etenim etsi essent (quod impossibile) vera, à Deo Israël fuissent maiora miracula. Horum autem cuncta ficta, sicut Deitas; quippe non Dij Gentium, sed dæmonia. *Deus super omnes Deos*: idest, super eos, qui dicuntur & coluntur uti Dij, quin Dij sint, etsi culti dicantur. *Super omnes Deos*, fictitios, aureos, æreos & lapideos: seu potiùs lapides, æs, argentum & aurum, opera manuum hominum inutilia, vanissima simulachra. *Super omnes Deos*, scilicèt, Gentium; in quos Deus terribilis: igitur dæmonia & non Numina veri Dei nutu terrentur, & à simulacris vocalibus eijciuntur. *Super omnes Deos*, qui diversis nominibus celebrantur. *Est aliud genus Deorum, quod natura visibus nostris denegavit; nec non tamen intellectu eos mirabundi contemplamur, acie mentis acriùs contemplantes* (ait Apuleius uti Ethnicus de *Deo Socrat.* in princip.) *quorum in numero sunt illi duodecim,*

Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Cæterique id genus, quorum nomina quidem sunt nostris auribus iam diu cognita: potentiæ verò animis coniectatæ, per varias utilitates in vita agenda animadversæ in his rebus, quas eorum singuli curant. Hi dicebantur Magni Dij: at Deus magnus vel super omnes Deos, qui dicebantur *Magni*; quia illorum nomina in auribus Ethnicorum cognita: verùm potentia, uti ficta, vel ab illorum animis solummodò coniectata; quia falsa Numina. Hinc hìc dicitur: *Neque est Deus extra te in omnibus, quæ audivimus auribus nostris*: & Paralip. loc. cit. *Ex omnibus, quos audivimus auribus nostris.* Patet *Qui* & *Quæ* ex quibus. Materia audita & causa. Materia audita, beneficia Deorum scilicèt & miracula. Causa, Dij quos audierant tot ac talia magnifice perpetrantes; qui quidem uti ficti, in opus omninò futiles. Quid facient lapides?

Idola cur fingantur in Script. tanquam Dij?

Apulei.

Qui Dij Magni?

1. Paralip. 17.20.

7 Audiatur Ethnicus. *Quisquis est Deus (si modò est alius) & quacunque in parte, totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui. Innumeros quidem credere* (ait Plin. *lib.* 2. *cap.* 7.) *atque etiam ex virtutibus vitiisque hominum, ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut* (*ut Democrito placuit*) *duos omninò Pœnam & Beneficium, maiorem ad socordiam accedit. Fragilis ac laboriosa mortalitas in partes ista digessit, infirmitatis suæ memor, ut portionibus quisque coleret, quo maximè indigeret. Itaque nomina alia alijs gentibus, & Numina in iisdem innumerabilia reperimus. Inferis quoque in genera descriptis, morbisque, & multis etiam pestibus, dum esse pacatas trepido metu cupimus. Ideoque etiam publicè Febri fanum in palatio dedicatum est: Orbonæ ad ædem Larium aura, & Malæ Fortunæ Exquilijs. Quamobrem maior cœlitum populus etiam quàm hominum intelligi potest; cùm singuli quoque ex semetipsis totidem Deos faciant, Iunones Geniosque adoptando sibi. Gentes verò quædam animalia; etiam aliqua & obscœna, pro Dijs habent, ac multa dictu magis pudenda, per fœtidos cibos & alia similia iurantes. Matrimonia quidem inter Deos credi, tantoque ævo ex his neminem nasci; & alios esse grandævos, semperque canos, alios iuvenes atque pueros, atricolores, aligeros, claudos, ovo editos, & alternis diebus viventes, morientesque; puerilium propè deliramentorum est: sed super omnem impudentiam, adulteria inter ipsos fingi: mox iurgia & odia; atque etiam furtorum esse & scelerum Numina.* Quid dicet Catholicus, si ita loquitur Ethnicus vel aberrans? *Per manus autem quod fit idolum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud; quia ille quidem operatus est: illud autem, cùm esset fragile, Deus cognominatus est.* Sapient. 14. 8. & 1. Cor. 8. 5. *Etsi sunt, qui dicantur Dij sive in cœlo, sive in terra* (siquidem sunt Dij multi, & domini multi) *nobis autem unus Deus.* Ubi nota *sive in cœlo*, ut Sol, Luna & Astra, quæ dicta *Militia cœli*: sic *sive in terra*, ut Iupiter, Minerva, Ibices & Ciconia. Unus est enim Deus etsi tot dicantur Dij.

Cur Pœna & Beneficium Dij tantùm apud Democritum?

Plin.

Crisis Ethnici de Dijs Ethnicorum

1. Cor. 8. 5.

8 Aliter intelligenda supr. attestantia testimonia. *Deus Deorum Dominus locutus est, & vocavit terram*: Idest, Deus terrigenas, homines nimirùm in iudicium voca-

Psal. 49. 1.

Psal. 81. 1. vit, ministris Angelis, qui Dij propter naturæ excellentiam dicti. Sic, *Deus stetit in synagoga Deorum*: Angelorum scilicet, in medio quorum Deus, qui essentialiter Deus, causas hominum dijudicat. Dicuntur Dij, *ad quos sermo Dei factus est.* Ioan. 10. 35.

Vers. 6. Et *pro* Quia *Ego dixi, Dij estis & (pro Quia) filij Excelsi omnes.* Filij Dei, & Dij, quia à Deo creati, & in gratia, ut ait Augustin. lib. 12. *Civit.* cap. 9. Sed Dij participativè, non entitativè & substantialiter; quùm Deus in immensum superet: *Ipse enim est supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc sæculo, sed etiam in futuro.* Ephes. 1. 20. Creatura intellectualis gratiâ Dei Deus dicitur & filius Dei: ita ut verè per participationem consortes divinæ naturæ, filij Dei sint, quanvis non veri filij Dei, ut Christus est, qui habet eandem substantiam Patris, Deusque est substantiâ & essentiâ; uti diximus hic *Tautolog.* 3. n. 66. Sensum Christi sequuntur SS. PP. Unde D. Thom. *Opusc.* 57. inquit:

Quo sensu Angeli & homines dicantur Dij?

D. Thom. *Unigenitus siquidem Dei filius, suæ divinitatis volens nos esse participes, naturam nostram assumpsit; ut homines Deos faceret factus homo.* Propriè homo non Deus, sed Divus; quippe naturæ divinæ participatione donatus. O magni Divi!

Cruc. *Gentium Dei, Deæque sunt inanes fabulæ.*

Canit Crucius in *Psalm.* 96. Veraque dæmonia, quorum natura nudata divinâ gratia, qua Dij esse quibant, si in illa persisterent, ut sunt boni Angeli. Cæterùm ceciderunt, & minimè adijcient, ut resurgant; postquàm non servantes suum principatum, ac relinquentes suum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis Deus sub caligine reservavit. Prudentius ita, lib. 2. *contr. Symmach.* v. 489. alloquitur Ethnicismum:

Prudent. *Dic quibus hunc scribis titulum, nisi quòd trucis Orci*
Imperium, veræ ceu maiestatis adoras?

Idola celebrata ab Ethnicis. Multa magnalia de illis commenta fuit cæca Gentilitas: hæc auribus bibebant Ethnici, ac in ampliorem idolorum cultum conabantur spargere; Deos plaudentes & Deos Magnos, quos arbitrabantur pro libitò thaumaturgos. Unde cùm Dij vocarentur qui nihil erant; Domino dicit David: *Non est similis tui, neque est Deus extra te in omnibus, quæ audivimus auribus nostris.*

9 Devenimus igitur in Tautologiam, nimirùm, *Aure & auribus audire & audiri.* Hic modus loquendi usquequaque invenitur in sacra pagina, ubi innumera, multiplicia testimonia; uti videbimus. Sciendum utique præmitto, aurem dici tam internum organum, quàm externum: at in distinctionem huic articulo necessariam, pars interna, quæ cava, seu vorago, dicitur *Auris*: & externa, quæ striata & excavata cartilagine, dicitur *Auricula.* In hac non fit auditio; sed solum fuit appositа pulchrè, uti dicemus, ad sonos aptiùs colligendos (quasi commodius instrumentum auditus, varijs concavitatibus levibus) & adducendos per internos auris mæandros: itemque ut fragantur extrà quadantenùs soni, ne vehementia lædat internum audiendi organum.

Quid auris, & auricula?

Berchor. *Necessaria est* (ait Berchorius, lib. 2. *Reductor.* cap. 10.) *ad auditus compressionem, aggregationem pro vocis formatione; & auditus defensionem, pro exteriorum incidentium in auditus foramina retentione.* Sæpe enim fragor vehemens auditui nocet, ut accidit Catadupis Nili strepitu, qui per illa loca non fluit, sed ruit, ut ait Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Cicer. 6. de *Republ.* Macrob. lib. 2. in *Somn. Scipion.* cap. 4. Ambros. lib. 2. *Hexaëm.* cap. 2. Anglicus de *Propriet. rer.* lib. 3. cap. 18. & Seneca *Epist.* 56. etiamque 4. *Natural. qq.* cap. 2. Unde indigenas penè surdos reddit, nimis auditus organo stupido. Solin. *cap.* 41. & Berchor. quò dudùm, *lib.* 1. *cap.* 8. Signat discrimen vocum Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* à v. 544.

Auriculæ ministerium.

Lucret. *Hasce igitur penitùs voces cum corpore nostro*
Exprimimus; rectoque foràs emittimus ore.
Nec simili penetrant aures primordia formâ,
Quùm tuba depressо graviter sub murmure mugit,
Aut reboänt raucum retrò circa cornua bombum;
Vallibus & cycni gelidis orti ex Heliconis,
Cùm liquidam tollunt lugubri voce querelam.

Obstupet auditus gravi fragore. Hinc infantes voce graviore organo delicato perculsi, corde pavent, & epilepsiâ laborant. Imò adulti etiam ad sonum insuetum aliquoties assueti. Virgil. lib. 12. *Æneid.* v. 447.

——*Geliduſque per ima cucurrit.*

Ossa

Ossa tremor, prima ante omnes Iuturna Latinos.
Audijt, agnovitque sonum, & tremefacta refugit. Virgil.

Ideo fabricata auricula, ut fiat commodior auditio, in illa fractis ac refractis vocibus. De hac primò agendum, subinde de aure.

10 Habet homo in specimen rationalis, aures immotas. Aristotel. lib. 1. *Histor. animal.* cap. 11. ex quo Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. *Aures homini tantùm immobiles.* Augustin. 14. de *Civ.* cap. 24. mira in contrarium refert, ex quo etiam Cœl. Rhodigin. *lib.* 20. *cap.* 16. *Quorundam naturas novimus multùm cæteris dispares, & ipsâ raritate mirabiles, nonnulla ut volunt de corpore suo facientium, quæ alij nullo modo possunt, & audita vix credunt. Sunt enim qui & aures moveant vel singulas, vel ambas simul.* Dalecampius in loc. Plin. præf. subdit; *Quibusdam mobiles visæ sunt; mihi quidem adolescens, qui & aures & capitis cutem promptè moveret.* Causam immobilitatis in homine subdicit Plin. Ibid. *In equis* (infit) *& omnium iumentorum genere indicia animi præferunt: fessis auriculæ marcidæ, micantes pavidis, subrectæ furentibus, resolutæ ægris.* Lib. 8. cap. 16. secrevit Leonem ab huiusmodi indice: inquit igitur: *Leonum animi index cauda sicut & equorum aures.* Apud Sambrios iuxta Nilum sine huiusmodi specimine bestiæ. *Quadrupedes omnes sine auribus, etiam elephanti:* ait idem *lib.* 6. *cap.* 30. & Berchor. *lib.* 14. *cap.* 18. Cùm homo mentem, linguam, vocesque habeat, haud necesse fuit mobiles habere auriculas in animi ostensionem. Iustum enim erat, ac rationale, quòd aures minimè moveri possint, immoto capite; de quo in *Didasc.*

Plin. *Immobiles homini aures.* Augustin. *Aliter, singulare.* Dalecamp. Plin. *Animus leonis indicatur caudâ, cæterorum auriculis.*

11 Auriculæ haud tantùm datæ pro auditu: etsi duplicitas facta, ut voces altrinsecùs venientes hauriantur: non enim strictè sicut aures necessariæ in usum audiendi, siquidem aves, pisces & aliqua animantia auriculis carent. *Viperæ cavernas tantùm habent aurium loco. Pennatorum animalium buboni tantùm & oto plumæ velut aures: cæteris cavernæ ad auditum:* subdit Plinius. Concessæ sunt profectò auriculæ in faciei hominis speciositatem, atque in ornatum symmetriæ decorem: iccircò auricularum mutilatio propter totius capitis devenustatem, infamiam denotat: Constantinus Iudæis perduellibus abscidit; uti refert Chrysostom. Homil. 2. *Contr. Iudæos.* Prædictum ab Ezechiele, cap. 23. 25. *Aures tuas præcident.* Ita deformatur, qui reformari renuit. Virgil. 6. Æneid. v. 496.

Idem. *Mutilatio auricularum infamiæ nota.*

——*Populataque tempora raptis Auribus.*

Vix ulla maior ignominiæ nota. *Aurium in flagitio deprehensis præcidere, vetteris fuit instituti ignominiæ causâ:* inquit Rhodigin. *lib.* 3. *cap.* 29. & Nancel. *lib.* 3. cap. 2. Hoc intuitu Assertor N. Malcho auriculam restuit, quam abscidit fervens Petrus, ne vel infestus inureretur huiusmodi infamiæ notâ, etiam eius vulneratâ patientiâ. *Aurium pulchritudini providit natura ex abundanti: omnium animalium membra omnia sed hominum precipuè exornavit: quæ quidem ornamenta multis in partibus clarè apparent, in auribus certè omnium manifestissimè. Quo tamen naturali ornamento plerique minimè contenti, multa & aliâ arte quæsita, superflua tamen adiecerunt.* Hæc Nancelius, ubi dudùm. Luxus patet, de quo sæpe crebri & olim questus. *Unionibus procerioribus* (infit Plinius, *lib.* 9. *cap.* 35.) *sua gratia est: elenchos appellant, fastigatâ longitudine, alabastrorum figurâ in pleniorem orbem desinentes. Hos digitis suspendere, & binos ac ternos auribus, fœminarum gloria est.* De Cleopatra idem ibid. dicit: *Gerebat auribus cum maximè singulare illud, & verè naturæ unicum opus. Itaque expectante Antonio quid esset actura; detractum alterum mersit, & liquefactum absorbuit. Comitatur fama unionis eius parem: captâ illâ tantæ quæstionis victrice régina, unionem dissectum; ut esset in utrisque Veneris auribus:. Prior id fecerat Romæ in unionibus magnæ taxationis Clodius Tragedi Æsopi filius.* Unde Horat. *lib.* 2. *Satyr.* 3. v. 239. succinit:

Dat. *Datæ in faciei ornatum.* Nancel. Plin. *Luxus fœminarum in auribus. Margarita Cleopatræ.*

Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,
Diluit insignem baccam.

Horat.

Idem refert Valer. Maxim. *lib.* 9. *cap.* 1. Macrob. 3. *Saturnal.* cap. 17. & Tertullian. de *Pallio*, cap. ult. Divitiæ conceperunt luxuriem, quùm nec cogitatio intra paupertatis ædem. Ad rem Seneca in *Hercul. Oetæo.* v. 658.

Gula & fastu quò venerunt?

Coniux modico nupta marito,
Non dispositò clara monili,
Gesta pelagi dona rubentis,
Nec gemmiferas detrahit aures

Seneca.

Lapis Eoâ lectus in unda.

12 Ipſe lib.7. de *Benef.* cap.9. ſubdit: *Video uniones, non ſingulos ſingulis auribus comparatos: iam enim exercitatæ aures oneri ferendo ſunt: iunguntur inter ſe, & inſuper alij bini ſuperponuntur. Non ſatis muliebris inſania viros ſubiecerat; niſi bina, aut terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſent.* De *Vita beat.* cap. 17. *Uxor tua locupletis domus cenſum auribus gerit.* Demùm de *Conſtant.Sapient.*cap.14. *Quàm oneratas aures!* locantur Ovid. 1. de *Art.* v.437. & Martial *lib.*11. *Epigram.*50.

Idem.

Maximè fœminarum.

Ovid.

Martial.

Quid cùm mendaci damno mœſtiſsima plorat,
Elapſuſque cavâ ſingitur aure lapis?
Nunc plorat ſpeculo fallax ancilla relicto:
Gemma vel à digito, vel cadit aure lapis.

Fœminis enim in eis tota voluptas, & vota, ut fiant divites ornatu, quæ nequeunt vultu. Sic illa apud Plaut. *Act.*3. *ſcen.*3. v.17.

Plaut.

Amabo mi Mænæchme, inaures da mihi
Faciendas pondo duùm numuùm ſtalagmiæ,
Ut te libenter videam, cùm ad nos veneris.

Quo loco Frider. Taubmann. ſubdit: *Inaures, monile quod aurium lobis inſeritur* (Hiſpan. *Arillos*) *& appendet. Stalagnium, inaurium genus eſſe crediderim oblongum ex bacca pendula, à guttæ ſimilitudine.* Hiſpan. *Pendientes*: de quo Plaut. in *Epidic.* Act.5. ſcen.1. v.33. *Meminiſti, me inaurem ad te afferre natali die?* Ritus recolitur à Cenſorino, de *Die natal.* cap.1. A procis inter alia dona Penelopæ oblata inauris.

Taubm.

Homer.

Inaures autem duo ſervi portaverunt.
Tripupillas elaboratas. Gratia autem inde ſplendebat multa.

Ait Homerus 18. *Odiſſ.* v.296. & Horatius *Epod.* Od.8. v. 13. *Rotundioribus onuſta baccis.* Unde quùm fœmina mœret, deſpectus inaurium cordolij obijcitur ſignum. Phædra apud Senec. in *Hippolyt.* v.388. erumpit:

Horat.

Senec.

Cervix monili vacua: nec niveus lapis
Deducat aures, Indici donum maris.

13 Etiam apud viros viguiſſe perforare aures, ornarique auro, diximus obviter, *Tom.*1. *T.*1. *D.*6. *n.*14. & ex profeſſo, *Tom.*3. *T.*9. à *n.*22. Auguſtin. *Epiſt.*73. inquit: *Execranda autem ſuperſtitio ligaturarum, in quibus etiam inaures virorum in ſummis ex una parte auriculis ſuſpenſæ deputentur, non ad placendum hominibus, ſed ad ſerviendum dæmonibus.* Diximus de inauribus, è quibus pro baccis pendebant imagines idolorum; *Tom.*2. *T.*1. *n.*21. De Macrino Imper. aſſerit Rhodigin. ex Dione, *lib.*3. *cap.*29. unam habuiſſe perforatam aurem, Maurorum ritu, unde erat oriundus; quippe inter illos aurum in aure erat inſigne nobilitatis. *In auribus mulieres binos, ternoſvè uniones, vel elenchos ferre, nobilitatis ſignum fuit; ſicut in Oriente viris, geſtare aurum*: ait Alex. ab Alex. *lib.* 2. *cap.* 19. Ut fulgeret aurum & gemmæ, etiam præter aures perforabantur genæ & labia: de quo ritu magna fruges in *Partib. Indiæ Oriental. & Occidental.* ubi fœminæ haud fœminæ apparebant ſed furiæ. De Arabibus dicitur in *Republ.* cap.1. *Fœminarum ornamenta ſunt inaures, torques, annuli vitro, aut alia vili materiâ confecta: frontem deinde, genas, labia, brachiaque cœrulei coloris notis tenui acu factis tingunt, inficiuntque.* cap.11.. *Oculos penè omnes ſuperciliaque collyrio quodam ac ſtibio illiniunt genaſque fucant: manuum palmis, unguibuſque pulverem quendam ſubviridem aquâ immiſtum venuſtatis cauſâ applicant; qui exſiccatus eas rubras efficit.* Ioann. Cotovicus in *Itinerar. Heroſolym.* cap. 11. ſubdit: *Ut verò ornatiores appareant; labra, frontem, palpebras, genaſque colore cœruleo ſubfuſco fucant: digitos etiam colore quodam ſubrubro tingunt. Facies inſuper characteribus cœruleis inurunt; vel genas leviter cultello incidunt, & vulnere obducto, cicatrices relinquunt, Auricalarum quoque torulos Mauræ perforant, æneoſque vel ſtanneos annulos inſerunt. Naſi item extremum puellis perturant, & foramini æneos annulos inſerunt. Indecentius me vidiſſe quicquam haud memini: putant tamen illæ ſibi ſpeciem addere; ac nihil eo eſſe elegantius.* Plinius *lib.*22. *cap.*1. *Formæ gratiâ, rituſque perpetui* (inquit) *in corporibus ſuis aliquas exterarum gentium uti herbis quibuſdam, adverto animum. Illinunt certè alijs aliæ faciem in populis Barbarorum fœminæ; mareſque etiam apud Dracos & Sarmatas corpora ſua inſcribunt. Simile plantagini glaſtum in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges, nuruſque toto corpore oblitæ quibuſdam in ſacris & nudæ incedunt, Æthiopum colores imitantes.*

Alex. ab Alex.

Reſp. Arab.

Pictura ludicra fœminarũ, & cicatrices horridæ in facie pro venuſtate.

Cotovic.

Corpora ſcripta coloribus.

Plin.

Etiam virorum.

De

14 De Britannis Cæsar, lib. 5. *Bell. Gallic.* infit: *Omnes verò se glasto* (ideſt, herbâ vitro: Vernaculè, *Color de Añil.*) *inficiunt*; *quod cœruleum efficit colorem*: *atque hoc horribiliore sunt in pugna aspectu.* Idem Alex. ab Alexand. *lib.* 1. *cap.* 20. Barbariem referunt Poëtæ. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 18. v. 23. Cæsar.

Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludit & externo tincta nitore caput.
An si cœruleo quædam sua tempora fuco
Tinxerit, iccircò cœrula forma bona est?

Ovidius, lib. 2. *Amor.* Eleg. 16. v. 39. & Martial. *lib.* 14. *Epigram.* 99. *Apud Barbaros.*

Sed Scythiam, Cilicasque feros, virideque Britannos,
Quæque Prometheo saxa cruore madent.
Barbara de pictis venit bascauda Britannis: Ovid.
Sed me iam mavult dicere Roma suam. Martial.

Quasi hæc longè essent à Romanis, Italisque fœminis, sibi blandiuntur huiusmodi Vates. Idem *lib.* 11. *Epigram.* 54. & Propert. loc. cit. *v.* 25.

Claudia cœruleis cùm sit Rufina Britannis
Edita, cur Latiæ pectora plebis habet?
Ut natura dedit, sic omnis recta figura: Idem.
Turpis Romano Belgicus ore color. Propert.

Sed falluntur: ideo in Romanas invehitur Prudentius, in *Hamartigen.* à v. 329. Sic enim & in propositum modulatur: *Etiam apud Romanos.*

——— *Nec enim contenta decore*
Ingenito, externam mentitur fœmina formam.
Ac veluti artificis domini manus imperfectum
Os dederit, quod adhuc res exigat, aut hiacynthis
Pingere sculptilibus redimitæ frontis in arce,
Colla vel ignitis sincera incingere sertis,
Auribus aut gravidis virides suspendere baccas;
Nectitur & nitidis concharum calculus albens Prudent.
Crinibus aureolisque riget coma texta catenis.
Tædet sacrilegas matrum percurrere curas,
Muneribus dotata Dei, quæ plasmata fuco
Inficiunt, ut figmentis cutis illita perdat
Quod fuerat, falso non agnoscenda colore.

Haud vel ipsos Profanos pigmentorum tæderet, ni essent in usu, quem meritò in fœminis ipsimet taxant. Propert. quò supr. *lib.* 1. *Eleg.* 2. à v. 1. *Fœminarũ pigmẽta devenustant.*

Quid iuvat ornato procedere, vita, capillo,
Et tenues Coäa veste movere sinus?
Aut quid Oranteà crines perfundere myrrhâ,
Teque peregrinis vendere muneribus? Propert.
Naturæque decus mercato perdere cultu,
Nec sinere in proprijs membra nitere bonis?
Crede mihi, non ulla tuæ medicina figuræ est:
Nudus amor formæ non amat artificem.

15 Qui studet pulchritudini, naturæ decus fictæ non commodat arti: igitur quæ videtur primo aspectu speciosissima, *non faciem, sed larvam gerit*: Iul. Pollux, in *Onomast.* lib. 5. cap. 16. qui subdit: *Dices propterea, Faciem inungit, purgat, pingit, fuco rubefacit, colore dealbat, oculos perstringit, supercilia denigrat, lineas circunducit, frontem dimetitur, roseas genas fingit, momentaneum florem, artem naturæ anteponit fucum vero, fragile firmo; picturam & imaginem pro ipso vero simulacro fingit.* Quàm appositè Gregorius Nazianz. Carm. de *Virtut.* v. 334. *Non sunt fœminæ, sed larvæ.* Iul. Poll.

——— *Serva corpus quale est fabricatum,* Greg. Naz.
Neque velis videri altera, non altera.

Acumen profectò SS. PP. in huiusmodi audaciam, fœminarum amentium insolentiam; quæ sibi priùs hercle displicent, dum aliis gestiunt placere. *Omnes omninò fœminas admonendas, quòd opus Dei & factura eius & plastica adulterari nullo modo debeat, adhibito flavo colore, vel nigro pulvere, vel rubore, aut quolibet denique lineamenta nativa corrumpente medicamine. Dicit Deus: Faciamus hominem ad imaginem*

Cyprian. *nem & similitudinem nostram : & audet quisquam mutare & convertere quod Deus fecit ? Non metuis oro quæ talis es : ne cùm resurrectionis dies venerit , artifex tuus te non recognoscat , & ad sua præmia & promissa venientem removeat & excludat ? Vigore censoris & iudicis dicet : Opus hoc meum non est , nec imago hæc nostra est. Cutem falso medicamine polluisti , crinem adultero colore mutasti , expugnata est mendacio facies , figura corrupta est , vultus alienus est : Deum videre non poteris , quando oculi tibi non sunt , quos Deus fecit , sed quos diabolus infecit.* Hæc Cyprian. de *Disciplin. & habit. Virgin.* & Augustin. ex illo lib. 4. de *Doctr. Christian.* cap. 21. Ambrosius, lib. 6. in *Hexaëm.* cap. 8. *Bonum habet artificem, atque pictorem. Noli bonam delere picturam ; non fuco , sed veritate fulgentem : non cerâ expressam , sed gratiâ. Deles picturam mulier , si vultum tuum materiali candore oblinas , si acquisititio rubore perfundas. Illa pictura vitij , non decoris est : illa pictura fraudis, non simplicitatis est : illa pictura temporalis est , aut pluviâ aut sudore tergitur : illa pictura fallit & decipit ; ut nec illi placeas , cui placere desideras , quippe intelligit non tuum, sed alienum esse , quod placeas : tuo displices auctori , qui videt opus suum esse delectum. Dic mihi si supra artificem aliquem inducas alterum , qui opus illius superioris novis operibus abducat , nonnè indignaretur ille , qui opus suum adulteratum esse cognoverit ? Noli tollere picturam Dei , & picturam meretricis assumere ; quia scriptum est : Tollam ergo membra Christi; & faciam membra meretricis ? Absit. Grave est enim crimen , ut putes , quòd melius te homo , quàm Deus pingat. Grave est, ut dicat de te Deus: Non agnosco colores meos , non agnosco imaginem meam, non agnosco vultum , quem ipse formavi. Illum quære , qui te pinxit.* Alia videris apud Chrysostom. *Homil.* de *Cultu fœminar.* & Homil. 41. in *Genes.* Qua ergo fiducià fœmina personata vultus ad cœlos eriget , quos artifex ac conditor non cognoscit ? Fallitur larva sub corpore fœminæ

Quam turpe , & alienum à ratione!

Non est decori, sed decoris fraudi. Ambros.

Deum irritans.

Forma placet , niveusque color , flavique capilli,
Quique aderat nulla factus ab arte decor.

Ovid.

Ut vel mulierosus canit. 2. *Fastor.* v. 763. Quæ non excogitarunt in ornatum , aulæa vocitantes & modum & usum ? Etiam muscas pictas , seu glutinatas faciei splendentis cuti, quas excuterent, si veræ; at placet fingere & fingi. Sese fugerent, si haberent morbidam rosam; & quia falsa, in venerem & salem apponunt muscam. Sit ergo: verùm proh pudor! proh dolor! ubera nuda non solùm vagis oculis offerunt, sed & perfundunt. De multis profectò dici poterit, quod idem, lib. 8. *Metam.* fab. 10.

Profanus cultus & habitus fœminarum in Hispania.

Dura cutis, per quam spectari viscera possent:
Ossa sub incurvis extabant arida lumbis.

Idem.

Hirtus erat crinis , cava lumina, pallor in ore.

16 Impotentissimus sanè illarum affectus in cultum. Haud ornatum cupiunt , sed insaniunt. Hinc etsi ad omnia sese extendat affectio , ut emineat , vel adsit si deficit, pulchritudo; propensiùs inclinant aut declinant in inaures, quippe illis magis efflorescit species. Auriculæ ornatus sunt faciei , ita ut quandam pulchritudinem & gratiam præ se ferant , quoquò vertatur facies sive rectè , sive obliquè. Hoc ab arte imitabile, non illud : quod quidem meditatò fugiunt pictores , haud arte valentes rectam hominis faciem æmulari cum gratia auricularum hinc inde , uti collocavit natura : siquidem si imaginem pingerent cum auriculis rectà ; non homines obijcerentur oculis , sed bubones. Hoccine ornamentum naturæ ornare percupidè intendunt fœminę ; quippe gratia additur gratiæ. *Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem* : dicit Eliezer Genes. 24. 47. etsi ut dicitur, v. 6. Rebecca esset *pulchra nimis, virgoque pulcherrima.* Ambros. lib. 6. *Hexaëm.* cap. 9. profert : *Ideo aures extantiores , ut & ornatus decorem præferant.* Notatur ab Osee, qui loquens de Synagoga sub metaphora fœminæ, relictis alijs mundi muliebris quisquilijs , ait : *Ornabatur inaure suâ & monili suo* : & pro *Ideſt*, ut alibi diximus. Dominusque Ezechiel. 16. 11. inter monilia collocata in pulchritudinem Synagogæ ; *Dedi* (ait) *inaurem super os tuum , & circulos auribus tuis.* Ita *Exod.* 32. 2. *Prov.* 25. 12. & alijs in locis , inaures maius videtur lenocinium fœminarum , & pulchritudinis ornamentum. *Dederunt.* Iacob. domestici *omnes Deos alienos , quos habebant , & inaures quæ erant in auribus eorum.* Genes. 35. 4. Bibl. Antiqua , *Earum:* nullum æstimabilius in fœminis obsequium , quam cultui renunciare speciosissimo inaurium. *Affectantque iam & pauperes* (inquit Plin. *lib. 9. cap. 35.*) *lictorem fœminæ in publico unionem esse dictitantes.* Nescio an risu , vel fletu digniores , incumbentes tantoperè inaurium futili studio. *An* (inſit Cyprian. quò nuper) *vulnera inferri Deus*

Affectus fœminarum in inaures cupidissimus.

Osee, 2. 13.

Plin.

Cyprian.

auri-

auribus voluit, quibus innocens adhuc infantia, & mali sæcularis ignara crucietur; ut postea de aurium cicatricibus & cavernis pretiosa grana dependeant; gravia etsi non suo pondere, mercium quantitate?

Quis furor est census corpore ferre suos? Ovid.

17 Iam actum de auricula: modò agendum est de aure, in qua fit auditio. *Inditum nomen* (ait Isidor. lib. 11. *Etymolog.* cap. 1.) *à vocibus hauriendis: vox enim repercussa per anfractus earum sonum facit, quo sensum excipiant audiendi.* Auris dicitur internum organum, delitescens in osse petroso, cuius fabrica constat quatuor meatibus. Primus semper est patens ad recipiendum & percipiendum sonum; ut liquet, nobis dormientibus. Item est tortuosus ac flexuosus: ne aër externus confertim irruens internis organis noceat. *Nam nisi ita esset* (inquit Ambrosius, lib. 6. *Hexaëm.* cap. 9.) *quis non ad omnem fortioris sonum vocis attonitus redderetur; cùm inter ipsa subsidia frequentes improviso ictus clamore nos obsurdescere sentiamus. Tum velut quædam propugnacula videas prætendere adversus frigoris asperitatem, caloriscque flagrantiam; ut neque frigus penetret ductus patentes, neque nimius adurat æstus.* Nancel. in *Analag. micr. ad macr.* lib. 3. cap. 2. astipulatur. *Gravissimorum* (inquit) *& ex inopinato horrendissimorum sonorum violentia, ut fortè tonitrus, aut nolarum, aut ut nostro penè ævo inventarum bombardarum bellicarum terrifico bombo, atque stiopo gravem imminere auditui noxam, multisque adeo surditatis ortam inde occasionem fuisse: atque adeo sæpiùs orituram, nisi ista ambagiosa obliquitas soni vehementiam suâ morâ frangeret, ac retardaret.* Siccine Siracides, cap. 38. 30. *Vox mallei innovat aurem.* Vidimus sup. *n.* 9.

Iſidor. *Auris fabrica.* Ambroſ. *Quo intuitu ſic?* Nancel. Eccli. 38. 30.

18 Ad finem primi meatus occurrit membrana sensus exquisitissimi, quam *Tympanum* vocant (Græcè *Miringam*) ut ait Toletus, lib. 2. de *Anima*, cap. 8. quæst. 21. ex quo Pavon. 2. p. *Theolog. natur.* distinct. 4. n. 1752. In haccine membranula est facultas auditiva, & etiam nervo cui appenditur, cerebrum pertingente: Firmatur ergo tympanum & continetur tribus ossiculis, inter se alligatis & implicitis; ex quibus primum nuncupatur *Malleus*, secundum *Incus*, tertium *Stapes*, quod quidem triangulare est. Haud ita dicuntur, cùm illa ossicula immobilia sint, quia adinstar mallei primum incudem tundat; sed quia ita vocare Anatomicis recentioribus placuit. Vid. Andr. Vesalium de *Fabric. corpor. hum.* lib. 1. cap. 8. Sequitur deinde secundus meatus primo interior, qui à Philosophis cum Aristotele dicitur *Cochlea*: seu *Pelvis*; in quo continetur aër, qui vocatur *Innatus*, & *implantatus*; igitur ab ortu animalis ibi inclusus perstat. Tertius meatus nuncupatur *Labyrinthus*, quia multis quasi cuniculis & mæandris furtim agitur. Denique quartus meatus vocatur *Foramen cæcum.*

Tympanum auris. *Meatus.*

19 Ab aliquibus auditionem fieri dicitur; quatenùs aër qui in cerebro habetur, vocibus, seu sonis commovetur ac percutitur. Ab alijs, ita in auribus vacuis fieri sonum à voce prolata, sicut in locis vacuis, quoties ad illa vox fertur, resonare audimus. Alij audire animalia censent, quia aër externus implantatum internum aërem motu impellit: etenim aures in cochleæ modum cùm obvolutæ sint, & tanquàm tintinnabulum alto loco, eminentique suspensæ; irruentes cunctos in aëra motus, pulsusque cognoscunt, atque discernunt. Hæc prisca, seu rancida videnda apud Diogen. Laert. in Vit. *Cynic. Alcmæonis & Empedocl.* Plato in *Timæo*, quem sequitur Rhodigin. *lib. 3. cap. 29.* pulsari dicit aërem, qui auribus insidet, pulsumque in principalem animæ sedem ferri, tuncque ab illa discerni & cognosci. Addit Cœlius: *Non perfici auditum aëre tantùm extimo sese auribus insinuante: verùm deprehensum à peritis est, inesse illis aërem, quendam, quem vocant connaturalem; qui est vapor ad usum hunc à natura productus ut motu quodam tremulo, vocibus receptis, perficiat auditum.* Ultra procedit Galtruch. in *Physic. partic.* p. 3. Tract. 3. disp. 3. cap. 4. asserens, *Præter tympanum ad intimam auris partem, adesse aliam membranam omnium siccissimam, quæ nervis auditoris copulatur.* In hac ergo fit propriè auditio, ac residet auditiva potentia, & quia in illa terminatur species soni, & quia copulata auditorijs nervis. Unde cùm Aristoteles dicit, de *Insomnijs*, auditionem fieri in tympano, vel in aëre innato; intelligendus est, inchoativè seu dispositivè, non formaliter. At possum dicere cum Vesalio, ubi dudùm, *lib. 7. cap. 15. Non satis mirari queam, omnes de auditu, ipsiusque obiectis tam prolixè circa organi ipsius, vel maximè superficiariam cognitionem scribere; ex quo tamen præcipuæ ad præsentem disputationem petendæ erant demonstrationes.* Aptè: multis in locis astruit, huiusmodi opus parùm esse ab Anatomicis cognitum.

Quomodo fiat auditio? Rhodigin. Galtruch. *An tympanum sedes auditus?* Veſal.

20 Ad auditionem perfectam, ideſt, ut sensus in aurium organis suum sortiatur effe-

Quid necessarium in perfectam auditionem?

effectum ; requiritur virtus interior benè, aptèque disposita ad soni iudicium ; aër, aut aliquod aliud corpus fluidum ad sonitum deferendum ; attentio ad sonum animæ iudicio præsentandum, cum tempore ad pulsus deliberationem; præter aptam auriculæ externam dispositionem ad recipiendum sonum. Adi Berchor. *lib.*1. *cap.*8. Hinc surditatis, aut gravioris auditus variæ sunt causæ pro diversa organorum aut meatuum ad audiendum læsione: quandoque vitio nervi (qui auditus est via) à cerebro descendentis, stupidi vel gravati, absque vitalitate ulla, ex quo surditas completa : vel debili omninò, ex quo auditus gravitas. Quandoque ex nervi titillatione, & corrosione facultatem sensus perturbantibus. Etiam ex aëre corrupto calido, vel vento nimis frigido, instrumenta auditus alterantibus : simulque defectu virtutis audibilis ex corrugatione vel concretione nervi sensibilis, qui vel siccitate, vèl nimio humore tunc nequaquàm sensitivus, ut contingit in senibus : quadecausà Berzellai invitatus in Regiam, dixit Davidi ; *Octogenarius sum hodie, nunquid vigent sensus mei, vel audire possum ultrà vocem cantorum, atque cantatricum* ? 2. Reg. 19. à v. 35. Salomonque pro senectute dixit : *Obsurdescent omnes filiæ carminis.* Ideſt, aures graves præ nimia cerebri humiditate. Obiter dicendum aliquid de huiusmodi phrase. Hic exprimitur habitudo quædam passiva pro materia, de qua sermo. Unde aures dicuntur filiæ carminis, quia carmine delectantur. Accipitur enim subiectum pro actione efficiente sensationem. *Filij olei.* Zachar. 4. 14. & *Isai.* 5. 1. pro sacerdotibus, qui ungebantur oleo. *Filius mortis.* 1. Reg. 20. 31. Hoc est, damnabilis, morte dignus. *Filij nuptiarum.* Marc. 2. 19. pro sodalibus gaudentibus in nuptiarum celebratione. Vel per Heterosim, positis abstractis pro concretis, ut cùm in Script. dicitur *Circumcisio* pro circuncisо, & *Iustitia* pro iusto. Matth. 24. 12. *Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Scilicet, multi in charitate tepescent, quippe abundabunt iniqui. Sic ergo aures dicuntur filiæ carminis, quia subiecta sunt musicæ armoniæ, vel quia ad illas dirigitur tanquam obiectum. Sunt enim voces in indicem mentis, & habitudinem operationum rationalis ; quibus absunt debita officia, dum tendunt in animæ nocumenta. Prudentius, quo supr. v. 381.

Unde debilitas auris in auditum?

Ecclе. 12. 4.

Subiectum pro actione, & abstratum pro concreto. Heterosis.

Num propter Lyricæ modulamina vana puellæ,
Nervorumque sonos, & convivale calentis
Carmen nequitiæ, patulas Deus addidit aures?

Prudent.

21 Nostro igitur instituto. Surditas ergo evenire potest, dum tympanum nimis tenue, vel si nimia laxitate, aut humiditate laborat. *Diversi in auribus subaudiuntur soni* (infit Riolan. de *Auditu*) *vel pro motu aëris insiti, quo afficitur tympanum, seu pro diversis flatibus, qui in eo generantur ; aut ex nimia spiritus ibi tumultuantis copiâ : unde Susurri, ubi crassior est flatus; vel Sibili, ubi tenuior ; vel tinnitus, ubi repetit ex intervallis.* Barthol. Anglicus, lib. 3. de *Propriet. rer.* cap. 18. inquit : *Quandoque etiam ex grossa ventositate in poris nervorum sensibilium intercluſa via auditus impeditur ; ut patet in illis, quibus videtur, quód audiant fistulas, cornua, aut campanas.* Organum huius sensus excipit sonos, & imaginationi refert: *quam tamen fallunt non raró, ea foris fieri, quæ intùs geruntur, quúm intra seipsas sonant mentitæ aures*: subdit Nancel. ubi supr. vide Manget, *Bibliothec. medico-pract.* lit. A. Vide dicta, *tom.* 3. *T.* 2. *D.* 6. *n.* 7. & *tom.* 4. *T.* 7. *à n.* 6. & *á n.* 14. *D.* 1. *n.* 2. In aliquibus arbitror posse oriri huiusmodi affectionem ex tumultu vaporum, flatuumvè, vel ex intercluſa ventositate intra nervorum poros: verùm compertum habeo, sine fallacia auris, fingi tenorem non auditarum vocum, ex vehementi imaginatione ; qua ipsi sibi audita fingunt. Claret in desipientibus, in animi morbis, cerebrique affectibus, maximè in vertigine, & in phrenesi. *Auditus etiam læsus decipere consuevit* (ait Maiol. *Tom.* 2. *Colloq.* 3.) *ut fit in his qui morbum imaginosum patiuntur. Cuius ægritudinis viri docti duas statuunt species : unam notiorem, cui nomen Phrenitis ; quando phantasmata obijciuntur animo visibili imagine : & pertinet ad phantasiæ vitium. Altera species est Coryphantiasmos, qui visui tollit somnum, auribus indit vitium, quo sibi audire tinnitus & sonitus videntur.* Nihil mirum, quia non novum, sensuum exercitia perturbare huiusmodi ægritudines. Singulare verò, quippe rarum, non perturbare sensum imaginationem ; sed imaginationem pervertere sensum : ita ut ficta facta arbitrentur, & audita quæ nulla. *Nobis etiam non maniacis fit* (infit Iacob Manget, quò supr. Verb. *Mania*, lib. 11.) *ut altè quippiam meditantes, specie quadam vividè trementes, clamantem aliquem non audiamus, præsentem apertis oculis non videamus*, &c. Haud secùs, quod

Diversi ficti sonores in aure, unde?

Riolan.

Nancel.

Maiol.

Aliquando ex imaginatione affecta

Manget.

vidi

vidi multoties : suspicatusque sum, sibi malè feriato audire videri, quicquid agebat, secumque tractabat. Ovid. 1. *Fastor.* *Et conscientia vulnerata.*

Conscia mens, ut cuique est, ita concipit intrà
Pectora pro facto spemque metumque suo. Ovid.

Propterea Anglicus, ubi supr. *Quandoque* (ait) *auditus passione cursum suum egreditur.* Psalm. 72. 8. *Cogitaverunt & locuti sunt nequitiam.* Petronius in *Satyr.* fol. 63. *Metr.* 19. v. 114. & Virgil. 2. *Æneid.* à v. 726. *Ex timore.*

Iam fragor armorum trepidantes personat aures. Petron.
Et me quem dudùm non ulla iniecta movebant
Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graij;
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comitique, onerique timentem.
Iamque propinquabam portis, omnemque videbam
Evasisse viam, subitò cùm creber ad aures Virgil.
Visus adesse pedum sonitus: genitorque per umbram
Prospiciens; Nate, exclamat: fuge nate, propinquant:
Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno.

Vide dicta, *Tom.* 4. *Tautol.* 7. *à num.* 13. Dum stupore alicuius mali gravantur corda, eius acerbitas exprimitur per tinnitum aurium. *Inducam afflictionem, ita ut omnis qui audierit iliam, tinniant aures eius.* Ierem. 19. 3. 1. *Reg.* 3. 11. 4. *Reg.* 21. 12. Vernaculè: *Pismaràz.* Iob. 15. 21. *Sonitus terroris semper in auribus.* Perculsi aliquo cordolio frequenter credunt magis cordi atque phantasiæ, quam sensuum cœtui.

Perturbata animi mens in mœrore, metuque;
Triste supercilium, furiosus vultus & acer, Lucret.
Solicitæ porrò, plenæque sonoribus aures.

Accinit Lucretius lib. 6. de *Rer. natur.* v. 1180. Causamque signat, *lib.* 4. v. 459. *Et terrore.*

——————Videmur
Et sonitus audire, severa silentia noctis
Undique cùm constent; & reddere dicta tacentes.
Cætera de genere hoc mirando multa videmus,
Quæ violare fidem quasi sensibus omnia quærunt.
Nequicquam, quoniam pars horum maxima fallit Idem.
Propter opinatus animi, quos addimus ipsi,
Pro visis ut sint, quæ non sunt sensibus visa.

Astruitur planè meum iudicium : ita ut ficte audita nequaquàm procederent à tumultu specierum in sensu: sed à tumultuato imaginationis spiritu. Astruit Senec. *Epist.* 56. *Quæ non audit* (inquit) *audisse se queritur : quid in causa putas esse? Animus illi obstrepit.* Senec.

22 Obiectum ergo auditus non est aër, aërisvè motus; igitur invenitur in locis aëre vacuis, uti in aquarum profundo. Sub illis namque urinatores audiunt motum piscium aquas intersecantium : imo ipsi pisces afficiuntur sono, extra aquam edito. *Delphinum audire certum est: nam & cantu mulcentur, & capiuntur attoniti sono:* subdit Plin. *lib.* 9. *cap.* 37. Eadem *lib.* 10. *cap.* 70. qui *lib.* 32. *cap.* 2. ait : *In Lyciæ Myris in fonte Apollinis fistulâ evocati veniunt ad augurium.* Hic plura Delecamp. Eadem ibid. *cap. ult.* Præmittit modum *lib.* 31. *cap.* 2. *Mirum* (ait) *cum piscibus. Responsa ab his petunt incolæ cibo; quem rapiunt annuentes, si verò eventum negent, caudis abigunt.* Ælian. lib. 17. *Histor. Animal.* cap. 6. infit : *Ex lacu sacerdotes cantionum illecebris perstrictos educunt.* Canit Ovid. 2. *Fastor.* à v. 108. ex Herodoto lib. 1. meminitque Aul. Gell. *lib.* 16. Dum aër dicitur auditionis medium, intelligendum, ubi fuerit. Unde quia sine illo nullum sonum fieri posse arbitratus est Plinius; de piscibus ibid. dixit: *Quonam modo audiant, mirum.* Quare aër medium subtilius est, sed non semper medium, ut patet exemplis præiactis : equidem ex aqua, quia crassa haud perfectè oritur discerniturque sonus. Hic enim est obiectum auditus, uti qualitas subtilis ex collisione subitâ corporis fluidi, & resilientia medij resultans. *Fluidi* dixi, quia pisces natantes faciunt sonum, & ampliorem iuxta corporis molem, ut dicunt piscatores in Cete captura. *Collisione* etiam *subitâ*, quia si lentè duo corpora tangantur ad invicem sonum haud edent. Sonus producitur ex motu, aliquando tantùm aëris, ut in vento, vel quùm virga per illum agitatur, vel quùm per fistulam compressus excutitur : aliquan- Plin. Ælian. *Sonus auditus obiectū.*

Quid sit sonus? quando simul fit cum corpore sonoro, ut elucet in tympano. Vocantur sonora corpora, quæ solida, habentia plures poros. Qua de causa gossypium, fungus, spongia, & id genus alia, estò plures poros habeant, quia non solida, non sonant. Alia sunt indifferentia, ut trachearteria, aspera, seu gurgulio, ubi pro modulo (uti ait Augustin. 14. *Civ.* cap. 24.) *pulmones ob hoc antro pectoris communiti, ad spiritum ducendum, ac remittendum, vocemque emittendam, seu modificandam sicut folles fabrorum, vel organorum, flantis, respirantis, loquentis, clamantis, cantantis serviunt voluntati.* Metalla quidem sunt sonoriora lapidibus, quia hi vix ullos poros habent: ligna verò etsi habeant carent soliditate & siccitate idoneà ad sonum edendum. Hinc corpora quibus plurimi pori, si solida, maiorem sonum excitant; maximè si concava, & pendula, quippè tunc plus aëris continent, qui intra concavitatem repercutitur, reflectitur, reciprocatur: tunc que etiam echo fit & boätus, qui nihil est aliud, nisi soni reflexio. Graphicè Ausonius *Epigram.* 11. & 97. succinit in pictorem.

Quid Echo?

Augustin.

Ausonius

Vane, quid affectas faciem mihi ponere, pictor,
Ignotamque oculis solicitare Deam?
Aëris & linguæ sum filia, mater inanis
Indicij; vocem quæ sine mente gero.
Extremos pereunte modos à fine reducens;
Ludificata sequor verba aliena meis.
Auribus in vestris habito penetrabilis Echo;
Et si vis similem pingere, pinge sonum.
Commoritur Narcisse tibi resonabilis Echo;
Vocis ad extremos exanimat à modos.
Et pereuntis adhuc gemitum resecuta querelis;
Ultima nunc etiam verba loquentis amat.

Ovidius, 3. *Metam.* fab. 5. *Sonus est, qui vivit in illa.* Vide Senec. lib. 2. *Natur. qq.* cap. 6. & 27. & Severin. Boëtium, lib. 1. in *Peribermen.* Aristotel. Causam astruit Lucret. *lib.* 4. à v. 567.

Lucret.

In multas igitur voces vox una repentè
Diffugit, in privas quoniam se dividit aures;
Obsignans formam verbis, clarumque sonorem;
Pars solidis allisa locis reiecta sonorem
Reddit, & interdùm frustratur imagine verbi.
Sex etiam, aut septem loca vidi reddere voces,
Unam cùm iaceres: ita colles collibus ipsis
Verba repulsantes, iterabant dicta referre.

Ambros. Corpora quæ sonant, resonant. Retorquet ad aures Ambros. lib. 6. *Hexaëm.* cap. 9. *Tenaces præterea* (insit) *sermonis accepti ipsos esse anfractus aurium, usus ipse nos docet: siquidem velut in concavis montium, vel in recessu rupium, vel in anfractu fluminum vox auditur dulcior, & responsa suavia referens echo resultat.*

Differentiæ soni. 23 Sonus alius est rectus, qui directè defertur ad aures: alius reflexus ex corpore opposito, ut diximus de echo. Alius simplex sine ullius alterius mistione: alius compositus, qui dicitur *Harmonia*: alius inconditus sine ordine vocum, qui vocatur *Celeuma*: vernaculè, *Algazara.*

Lucret.

At quæ pars vocum non aures accidit ipsas,
Præterlata perit, frustrà diffusa per auras.

Lucretius, ibid. v. 570. Sed notandum est, esse in auditionem & sonum realem & intentionalem. Ille statim ac existit, profundit ex se speciem sui: effunditur realis sonus quoquòversùm in sphæram, modo proportionali, quo circuli, lapidis iactu, in aqua è centro ad omnem loci circunferentiam continuato tenore atque serie producuntur. Cœl. Rhod. Hinc ex Avicena Cœl. Rhodigin. *lib.* 3. *cap.* 29. *Sonum undam vocalem* appellat: & Lucret. quò nuper, *v.* 606.

Lucret.

Ex alijs aliæ quoniam gignuntur, ubi una
Disilait semel, in multas exorta, quasi ignis.
Omnia quæ circùm fuerint, sonituque cientur;
Ac simulacra vijs directis omnia tendunt.

Profectò. Omni enim ex parte audiri solent. Quare cùm sonus realis non possit de subiecto in subiectum transire, nec ita citò deferri ad loca remotissima, quibus percipi-

pitur; ac demùm non moveri contrarijs simul infinitis motibus, quòd utique necessarium, dum ex diversis simul partibus audiuntur soni; dari debet sonus intentionalis, ideſt species, seu imago soni realis, quæ transire per vaga velociter possit, & contrarijs motibus non moveri. Quod quidem patet, tùm quia non posset dignosci undenàm sonus perveniret, nisi ab eo profusa indicaret species: tum quia duntaxàt intentionalis sonus quit tendere ad auditus organum, penetrando tympanum; quod sanè impermeabile aëri externo, in quo sonus realis fit. Iccircò Lucretius, ut vidimus, dicit *Formam verborum, clarumque sonorem. Imaginem verbi, & simulacra.* Clarè ibid. v. 555.

An auditio ex sono reali, vel intentionali?

Atque ubi non longum spatium est, unde illa profecta
Perveniat vox quæque; necesse est, verba quoque ipsa
Planè exaudiri, discernique articulatim:
Servat enim formaturam, servatque figuram.

Idem.

24 Sonus compositus dividitur in naturalem & artificialem. Artificialis in quem musica intendit, varius est pro varia compositione vocum & oppositione numerorum, ex quibus melodiæ suavitas, aurium voluptas. *Præstantissimum audiendi munus est* (inſit Ambros. quò supr.) *auriculæ simul ut in earum sinibus vox repercussa sine offensione interiores ingrediatur anfractus. Sinuatio autem interiorum aurium modulandi quendam numerum præstat & disciplinam: siquidem per anfractus aurium quidam rythmus efficitur, & modulis quibusdam ingressæ sonus vocis exprimitur.* Ars imitata est naturam ex qua dedicit modulationes, ac modulationum summitates. Audi Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. loquentem de Luscinia. *Primum* (ait) *tanta vox tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus: deinde in una perfecta musicæ scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur concisо, copulatur intorto, promittitur revocato, infuscatur ex inopinato; interdùm & secum ipse murmurat: plenus, gravis; acutus, creber, extentus, ubi visum est, vibrans, summus, medius, imus: breviterque omnia tam parvulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitavit: ut non sit dubium, hanc suavitatem præmonstratam efficaci auspicio; cùm in ore Stheſicori cecinit infantis.* Ovid, de ea, in propria *Eleg.* à v. 1. canit:

Sonus naturalis, & artificialis. Ambros.

Plin. *Musica singularis Luſciniæ.*

Dulcis amica veni, noctis solatia præstans;
Inter aves etenim nulla tibi similis.
Tu Philomela potes vocum discrimina mille,
Mille potes varios ipsa referre modos.
Nam quanvis aliæ volucres modulamina tentent;
Nulla potest modulis æquivalere tuis.

Ovid.

Videris plures encomiastas huiusmodi modulationis apud Caspar. Dornav. Tom. 1. in *Amphitheatr. sapient. Socratic.*

25 Hic naturalis sonus, non ita qui in cœlo fictus: quasi, ut ait Natal. Comes in *Mytholog.* præf. lib. 10. *Cœlos harmoniam musicam, dum moventur pro ratione magnitudinis corporum, efficere.* Hæc sententia fuit Pythagoricorum. Qua arte Auctor invenerit, lege (sed ride) apud Macrob. lib. 2. in *Somn. Scipion.* cap. 1. Plin. *lib.* 2. *cap.* 3. etiam principijs Pythagoricis insistit: *An sit immensus, & ideo* (inquit) *sensum aurium facilè excedens tantæ molis rotatæ vertigine assiduà sonitus, non equidem facilè dixerim; non herclè magis, quàm circùm actorum simul tinnitus siderum, suosque volventium orbes. An dulci quidem & incredibili suavitate concentus? Nobis qui intus agimus iuxtà diebus noctibusque tacitus labitur mundus.* Iam ambigit. Minimè Philo, qui lib. de *Somnijs*, inſit: *Cœlum perpetuo concentu suorum mortuum reddit harmoniam suaviſsimam, quæ si posset ad nostras aures pervenire, in nobis excitaret impotentes amores, & insanum desiderium; quo stimulati rerum ad victum necessariarum oblivisceremur, non pasti cibo, potuque per fauces demisso, sed quemadmodùm immortalitatis candidati divinis consummatæ musicæ cantibus: quales cùm Moyses extra corpus raptus audivisse fertur, per quadraginta dies, totidemque noctes nec panem nec aquam gustasse. Itaque cœlum instrumentum musicæ archetypum videtur mihi: non propter alia sic elaboratum, quàm ut rerum parentis hymni scitè decantentur & musicè.* Plato in *Epinomide*, signat musicam perpetuà cœli volubilitate nascentem, claro non sentiri auditu; quia maior sonus est, quam ut humanarum aurium recipiatur angustijs. Astruit exemplo Macrobius, ubi dudùm *cap.* 4. incolarum ad Nili catadupam; de quo, *num.* 9. additque, in terra non audiri huiusmodi musicen, quia ulti-

Natal. Com.

An detur musica ex mutu cœlestium corporum.

Philo.

Plat.

Macrob. ultima Sphæraruni est: apertèque constare, spiritum quantùm ab origine sua deorsùm descenderit; circa impulsum fieri leviorem. In terra spiritus huius soni est concretus & densus. Alij cùm huiusmodi penetrativam musicam, continuam auribus nostris, non audiant, & audiant desursùm tonitrua; excogitaverunt iam esse inauditam, cum audierimus infantes, quia ab assuetis non fit passio. Bellè profectò. Catadupi sumus.

26 Ridet Ambrosius, lib. 2. *Hexaëm.* cap. 2. *Philosophi* (inquit) *quinque stellarum, Solis & Lunæ globorum, consonum motum introduxerunt, quorum orbibus, vel potiùs globis connexa memorant omnia, quos sibi innexos & veluti insertos versari retrò contrario cæteris motu ferri arbitrantur, eoque impulsu & motu ipsorum orbium dulcem quendam & plenum suavitatis, atque artis, & gratissimi modulaminis sonum reddi, cùm scissus aër tam artifici motu, & acuta cum gravibus temperante, ita varios æqualibiliter concentus efficiat; ut omnem supergrediatur musici carminis suavitatem. Huius rei fidem si requiras, atque expetas sensu nobis & auditu probari, hæsitant:* Rident prudentes. *nam si vera forent, quomodò tanto motu orbium concrepante (cùm ille cœlestis orbis cui affixos ferunt stellarum cursus, qui sine intermissione volvuntur, concitatiorem habeat conversionem, atque acutum sonum scitet, hic autem Lunaris gravissimum) non audiretur à nobis, cùm leviora audire soleamus? Fidem ergo eius disputationis, si testimonio & auditus munere exigamus probari; referunt obsurduisse aures nostras, & hebetiorem nobis sensum audiendi factum, propter illam à principio nostræ generationis* Ambros. *concepti sonitus consuetudinem. Exemplum afferunt, eò quòd Nilus fluviorum maximus, eo videlicèt loci, ubi se ex altissimis montibus in Catadupa illa præcipitat, magnitudine fragoris sui aures accolarum obstruat; ut audiendi munere carere dicantur; sed facilè his ipsa respondet veritas. Nam qui tonitrua audimus, nubium collisione generata; tantorum orbium conversiones, qui maiore utique sicut motu ferri æstimantur, ita vehementiores sonitus excitarent, non audiremus? Addunt præterea, ideo sonum hunc non pervenire ad terras, ne capti homines per suavitatem eius, atque dulcedinem, quam celeberrimus ille cœlorum efficit motus ab orientalibus partibus usque in occasum, propria negotia atque opera derelinquerent, & omnia hìc otiosa remanerent, quodam humanæ ad cœlestes sonos mentis excessu.* Hæc Ambros. nec sibi contrarius, quùm Præfat. in *Psalm.* ait: *Ipsum axem cœli, fert quorundam sermo* (non *expressior sermo*, ut legit Systus Senens. lib. 5. *Bibliothec. sanct.* Annot. 105.) *quadam perpetui concentus* Idem. *suavitate versari: ut si assuetudo permitteret, sonus eius extremis terrarum partibus audiretur, ubi sunt quædam secreta naturæ. Ne id ab ipsius naturæ usu alienum videtur.* Sat, si dicit: *Quorundam sermo.* In tropologiam usus est opinione Pythagoricà, etsi falsa, uti priùs demonstraverat, quàque suppositа subdit: *Ut salutem suam cœlestis sono gratiæ concinentem avidiùs mundus audiret, & sacræ suavitate dulcedinis in æternum legis observantiam mentibus inoleret humanis.* Siccine intelligendus Ambrosius, & siquis alius ex SS. PP. sententiæ suffragari videtur; ut cùm de Anselmo, lib. 1. de *Imag. mundi*, cuius verba non inveni, asseruisse dicitur, *Septem cœlorum orbes cum dulcisona harmonia volvuntur, ac suavissimi concentus eorum circuitione efficiuntur: qui sonus ideo ad nostras aures non pervenit, quia ultra aërem fit, & eius magnitudo* Anselm. *nostrum angustum auditum excedit. Nullus enim à nobis sonus percipitur, nisi qui in aëre efficitur: à terra autem usque ad firmamentum cœlestis musica mensuratur; ad cuius exemplar nostra musica inventa est.* Et illa nunquàm audita, quæ huius exemplar? Si à terra mensuratur usque in firmamentum, quomodò ultra aëra? Quis hæccine cogitaret Anselmi?

27 Apud Profanos ubique sententia. Apuleius de *Deo Socrat.* inquit: *Aliosque itidem radiantes Deos, quibus cœli chorum comptum & coronatum sudà tempestate vi-* Apulei. *simus, pictis noctibus severà gratià, torvo decore; suspicientes in hoc perfectissimo mun-* Credita etiã ab Ethnicis. *di clypeo miris fulgoribus variata cælamina.* Manil. lib. 1. *Astron.* cap. 1. v. 19. *& in numerum Phœbo modulante referre.* Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 5. *v.* 36. *Cur coit igne chorus?*

Tibull. *Ludite iam nox iungit equos, currumque sequuntur*
Matris lasciva sidera fulva choro.

Canit Tibull. *lib.* 2. *Eleg.* 1. *v.* 87. Horat. 4. *Carm.* Od. 14. v. 21. *Scindente nubes Pleiadum choro.* Statius, lib. 1. *Achil.* v. 651. *Astrorum risit omnis chorus ab alto. Risit siderei regina chori.* Mar. Victor, lib. 2. *Geneseos*, v. 190. hac metaphorà succinit:

Mar. Vict. *——Quid resonet motu septemplicis axis*
Harmoniæ vocale melos.

Hæc

Hæc & alia simillima tam in sacris, quàm in Ethnicis, quomodò intelligenda, dicemus, *Tom.7.Tautol.8.* ad illud Eccli.24.8. *Gyrum cœli circuivi sola.* Ibi ex professo, ut mythologicè ordinem cœli intelligamus: quot Deus

Aptavit numeros cœlis, iussitque sonoros
Exercere modos, pariles que agitare choreas. Licent.

28 His ergo præmissis,& requisitis necessarijs in auditus sensationem, atque perceptionem mentis, de quo diximus *num.20.* elucebunt aurium & auditionis acceptiones, in Scriptura expressæ, queis constet tautologiarum principali affinium germanus sensus. Primo auris sumitur frequenti Hebraismo pro cuius est auris, ut sæpe aliàs aliæ voces: v. g. *Facies, Anima, Verbum, Vir, Caput,* & *Nomen.* Adi hic *Tautolog. 2. num.37.* & *5. num.14.* Psalm. *91. 12. Audiet auris mea.* Idest, ego audiam. Similiter Iob. *13.1. Audivit auris mea, & intellexi singula.* Genes. 20. 8. *Abimelech locutus est universa verba hæc in auribus eorum*: hoc est, allocutus est eos. Cap. 44. 18. *Loquatur servus tuus verbum in auribus tuis.* Proverb. *29. 9. In auribus insipientium ne loquaris.* Cant.2. 14. *Sonet vox tua in auribus meis.* Patet, Ezechiel. *9. 1.* & *Clamavit in auribus*: ubi Hieronym. *Audite me.* Cap. 10. 13. *Rotas vocavit volubiles, audiente me.* Pagnin. *In auribus meis*, Unde pro eodem phrases usurpantur. Sic apud Homer.12. *Iliad.* v.442. dicit: *Hi omnes auribus audierunt.* Hic modus loquendi rei certitudinem significat: quasi clarè, certòque audita, quæ audita. Virgilius,4. *Æneid.* v. 359. *Vocemque his auribus hausi.* Sophocl. in *Philoct.* v. 1462. *Auditione audire.* Ita Ierem. 31. 18. *Audiens audivi Ephraim transmigrantem.* Isai.6. 10. *Auribus suis audiat*: nimirùm, sine dubio sciat; qua de causa pro certitudine sensationum, Proverb.20.12. dicitur: *Aurem audientem & oculum videntem, Dominus fecit utrumque.* Epitasis est in huiusce modi geminationibus: etenim addito participio, gerundio vel infinitivo augetur & ampliatur actio verbi, ut certior demonstretur; quasi organum sensationis non sit in se obtusum, nec aliquo intrinsecùs affectu depravatum, ut aliter audiatur, quam ore sermo profertur. Hinc sensus illius triti testimonij: *Qui habet aures audiendi, audiat,* de quo infrà. Siccine dicimus, non audire, quod perfectè non cognoscimus: igitur quòd plane & adæquatè non cognoscitur, quasi non cognosceretur.

Auris pro cuius est auris. Homer. Virgil. Sophocl. Prov.20.12 *Geminatio pro adverbio.* Matth. 11. 15.

29 Occurrit in confirmationem celebris antilogia. De socijs Pauli pergentibus in Damascum, dicit Lucas: *Viri illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.* Paulus aliter, imò econtra articulum narrat, cap.22. 9. *& qui mecum erant lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt eius, qui loquebatur mecum.* Ex his verbis ultimis conciliatur antilogia: igitur etsi viderunt è cœlo lumen, neminem in illo, aut cum illo viderunt. Similiter audierunt vocem, sed non eius qui loquebatur cum Paulo. Vocem audierunt Pauli dicentis: *Domine, quid me vis facere?* Non autem Christi querentis, *Quid me persequeris?* Ita August. in *Psalm.67.* & alij PP. Lorinus in utroque loc. fatetur neminem comitum Pauli in splendore vidisse, etsi vidissent splendorem; sed vocem Christi inconditam confusè, & non distinctè audivisse. *Terroris causà, & improvisa immani voce, inducitur aliquando surditas, ut bombus quidam dunt axat, & inconditus audiatur sonus, voxque non articulatè, ac distinctè.* Roborarique potest ratiocinium, ex eo quod refert Rhodiginus, *lib.3.* cap.29. *Dignum* (inquit) *memoratu, quod in Tagis Thusci libris est observatum: Tangendos mox fulmine adeo hebetari; uti nec tonitru, nec profundos fragores alios queant persentiscere.* Usuvenit sæpe ex inopinato homini vitæ discrimine, quo sensus omnes amittit subitò, ut comprehensis à tauris agitatis, in repentino lapsu, aut præcipitio, desperatà à natura salute: etenim nec vident, nec audiunt, nec sentiunt; quasi nihil aliud à natura in auxilium tunc possit dari, quàm sensus adimere. Articulum describit Ovid.lib.3. *Metam.*fab.1.

An cognoverint comites Pauli loquentem Christum. Act. 9. 7. Lorin. Cœl.Rhod.

Vox subitò audita est, nec erat cognoscere promptum;
Ille diù pavidus pariter cum voce colorem
Perdiderat, gelidoque comæ terrore rigebant. Ovid.

Unde verùm, comites Pauli audivisse Christi, & non audivisse vocem; quoniam etsi audierunt, haud perfectè audierunt, quia audientes stabant stupefacti, & lumine attoniti, arbitrantes afflatos confestim iri. Hoc genus sensationis haud sensum expeditum manifestat, sed omninò perturbat; ita ut si audirent, auribus non audirent in certitudinem prolati sermonis.

Inauditum quod non auditur perfectè.

Mul-

30 Multoti ès actio sumitur pro obiecto, vel pro materia actionis; ut *Custodiam custodire*, *Plant are plantationem*, *Timorem timere*, *Sacrificium sacrificare*, *Visionem videre*: de quo e gimus in *Prolog.Galeat.* §.4.num.10. Etiam est Helenismus. Sophocl. in *Philoct.* v. 1423. *Laudem laudans.* Euripid. in *Hecub.* v. 779. *Laborans laborem.* In *Medea*, v. 607. *Imprecationem imprecans.* Homer. 1. *Iliad.* v. 232-9. v.132-20. v.303. *Iuro iur amentum.* Iliad. 11. v. 681. *Debitum debebant.* Quos imitatur Plautus, in *Bacchid.* Act.4. scen. 4. v. 47. *Quæ dicta dixit me adversum tibi?* In *Trinumm.* Act. 1. scen. 2. v. 40. *Quid in mentem venit tibi istæc dicta dicere?* Virgil. 12. *Æneid.* v.680. *Furere furorem.* Pariformiter de auditu iudicandum. Unde *Audire auditionem*, vel *audire auditum*, idem est, ac audire verbum, famam, nuncium; quo proclivè testimonia sacra delicantur. *Audite auditionem in terrore vocis.* Iob.37. 2. *Audierunt auditionem tuam.* Nahum. 3. 19. Coniungitur actio & auditus materia. Ierem. 51. 46. *Timeatis auditum, qui audietur in terra: & veniet in anno auditio, & post hunc annum auditio.* Habac. 3. 1. *Domine audivi auditionem tuam.* Isai. 53. 1. *Quis credidit auditui nostro?* Ideſt, relationi? Ezech.21.7. *Pro auditu, quia venit.* Septuag. *Propter nuncium, qui venit.* Sic quidem intelligitur illud Ecclesiastæ, 1. 8. *Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.* Quasi diceret, vocibus, notitijs, speciebusvè, quibus mediâ aure cognitio fit.

Actio pro obiecto, vel materia actionit.

Plaut.

Eccle. 1. 8.

31 Quapropter olim usitatum tangere extremum auriculæ, illius qui in testem adducendus erat. Articulum refert Horat. 1. *Satyr.* 9. à v. 76.

——Casu venit obvius illi
Adversarius: & quò tu turpissime? Magnâ
Exclamat voce: & licet antestari? Ego verò
Oppono auriculam. Rapit in ius: clamor utrinque:
Undique concursus: sic me servavit Apolo.

Horat.

Lex erat apud Rom. XII. Tabul. *In ius vocatus, ni eat, antestatus in*(eum)*capito: si calvitur* (si moretur, vel frustretur) *pedemvè struit* (fugit) *manum endoiacito.* Ideſt, *Capito, iniectâ manu.* Terent. in *Eunuch.* Act. 3. scen. 2. v. 9. *Si vim facit, ducito hominem.* Ita exponit legem glossa, quæ est Caroli Carondeletij. *Si quis olim adversariorum traxisset in ius sine teste, iniuriari videbatur: ideo præsente aliquo id faciebant, & tales testes Antestatos dicebant, eorumque aurem tangebant, quo memores essent; interrogantes, Licet antestari? Quòd si respondisset, Licet; porrigebant aurem: qua tactâ impunè adversarium trahebant in iudicium.* Idem Turneb.lib.13. *Adversar.* cap.26. Cuiacius lib.7. *Observat.* cap.16. Revard. ad prædict.leg. *cap.*5. & Ludovic. Carrio, *lib.*2.*cap.*11.cum Frider.Taubmann.in *Plaut.Pers.*Act.4.scen.9.v.10. Recolit Plin.*lib.*11. cap. 45. *Est in aure imo memoriæ locus, quem tangentes attestamur.* Causam affert Kircher.lib.3.*Obelisc.Pamph.*cap.2. *Quia auris* (inſit) *memoriæ consecrata:* Cœl.Rhodigin.quo dudum. *Sic verò faciebant, ut contingentes imam auriculam, dicerent: esto memor.* Ovid.1.*Amor.*Eleg.4.v.23.

Terent.

Carondel.

Quid olim auricula tacta?

Plin.
Kircher.
Rhodigin.

Si quid erit de me tacitâ quod mente loquaris,
Pendeat extremâ mollis ab aure manus.

Alex. ab Alex.

Iccircò Alex. ab Alexand. lib.2. cap.19. ait: *In ima aure memoriæ sedes. Si quem facti alicuius admonebant, aut attestari in iudicio volebant, imam aurem veteres tangebant.* Senec. in *Ludo Claud.* subdit: *Ad hoc velle accessit Hercules, & aurem ei tetigit.* Hoc intuitu auris dextra dicata Nemesi, ut ait Plin.loc.cit. Deæ, scilicèt, ultrici; quippe promptè à tergo, ni testis verax in depositionis iudicio. Modò intelligitur illud proverbium. *Nec aurem tango, nec habeo.* Aliter comminiscitur Erasm. *Chiliad.* 3. *Centur.*5. *Adag.*100. At sensus genuinus est: *Nec testis sum, nec quæro testem.* Hispanicè: *Ni gano, ni doi varato: no quiero pleito.* Adi Pincian. Ex his liquet, certitudinem auditus inquiri, ut res constet: qua de causa sine dubio proponitur, ubi *auditione audiri*, dicitur.

Alex.

Memoria per auriculâ signata.

Senec.

Auricula dextra cur Nemesi sacra?

32 Aliquando *auris auditus* pro aure docili usurpatur: tuncque cor signatur facile audientis, frugique indolis. Eccli.17.5. *Aures & cor.* Petron.in *Satyric.*fol.46. *Deflectit aures sua sponte credentes.* Ita *Facilem aurem*, dixerunt Iuvenal. *Satyr.*3. v.122. Propert. *lib.*2. *Eleg.*21. v.15. & Horat.1. *Satyr.*1. v.22. qui lib.1. *Epist.*1. v.40. ait: *Patientem commodet aurem.* Tit. Liv. *lib.*2. *sect.*5. *Auribus secundis.* Eodem sensu in Scriptura, *Auris audiens*: Proverb.15.31.Eccli.3.31. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Matth.13.9.43. & Mar.4. 9. 23. *Qui habet aurem, audiat.* Apocal. 2. 7. 11. 47. 29. 3.6.

Auditus auris pro corde docili.

Prov.20.12
Matth. 11. 15.
Apocal.2.7

3 6.13.22. Syr. *Qui habet aures audientes.* Arab. *Qui habet aures ad audiendum.* Non omnes, qui habent aures, habent aures audiendi: ideſt, dociles, ut poſsint capere quæ dicuntur. *Quis namque in illo populo eſſe tunc poterat* (inſit Gregor. Magn. Homil. 14. in *Ezech.*) *qui aures corporis non haberet? Sed cùm dicit: Qui habet aures audiendi, audiat; apertè monſtratur, quòd illas aures quæreret, quas omnes habere non poterant,* Iuvenc. lib. 2. *Evangel. Hiſtor.* v. 761. ſuccinit. Greg. Mag. *Pro mente.*

Talia diſcipuli mirantes dicta requirunt:
Audiat hæc, aures mentis qui geſtat apertas. Iuvenc.

Hinc Iſaias dicit: *Audite audientes,* igitur plures adinſtar ſtatuarum, habent aures, ſed non audiunt. Ita ergo Servator N. Matth. 13.13. *Audientes non audiunt.* Omnes audiunt: at non omnes habent audientes aures. Ioann. 5.25. *Mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, vivent.* En auditus cum auditu & ſine auditu. Ambroſ. in illud Pſalm. 43. 2. *Auribus noſtris audivimus;* inquit: *Auribus noſtris? Quaſi non ſatis eſſet, Audivimus. Certè ſi hoc placuerat; Auribus audivimus plenum erat: cur ergo additum eſt, Noſtris? Quid ſibi hoc vult, niſi ut intelligas illa eſſe noſtra, quæ mentis ſunt; & ea eſſe meliora, quàm quæ iſtius corporis?* Hoc eſt ad propoſitum audire. Eccli. 17.11. *Audierunt aures illorum,* cap. 43.26. *Audientes auribus;* & reliqua in ſacra pagina ſparſa. Hoc totum ex affectu audiendi, & auditis repugnandi pendet, uti latiùs videbimus: quare pro cordis duritia, vel aptitudine in audienda ſumitur, & non ſine fulcro: etenim ut ait Galen. lib. 6. de *Uſu partium*, cap. 15. natura in corde geminas aures collocavit, ita nominatas, *quia utrinde cordi, ſicut animalis capiti aures adiacent.* Hæ aures à Chriſto petuntur, nimirùm cordis, ſive conſiderationis: ideo dicit, *Qui habet;* igitur non omnes habent aures audiendi. Iſai. 6.9. *Quomodò auditus, cũ auditu, & ſine illo?* Ambroſ. *Cor habet aures.* Galen.

33 Ut videas, quàm ridiculi Rabbini in cunctis; contemplare quid deliravere circa aures. Arbitratus eſt Samuel ſe vocari à Sacerdote Heli: & hic cum intellexiſſet à Deo vocari; *Dixit ad eum* (ait Biblic. Philo in *Antiquit.*) *Aure tua dextra intende, ſiniſtrà tace. Phineës enim ſacerdos præcepit nobis, dicens: Auris dextera audit Dominum per noctem, ſiniſtra autem Angelum: & ideo ſi in dextra audieris: dicito: Dic quod vis, quoniam audio, tu enim me plaſmaſti. Si autem in ſiniſtra audieris, veni & annuntia mihi. Adiecit Dominus tertio loqui, & repleta eſt Samueli dextra auris: & ut ſcivit quoniam patris ſui elocutio deſcenderat; converſus Samuel in alio latere dixit: ſi poſsibilis ſum, loquere, quoniam tu plus de me noſti.* Hi non habent aures cordis: imò ignorant, ubi aures habent. Eſt omninò ſuperſtitio, qua uſi Romani & Ægyptij. De Græcis, refert Pauſanias in *Achaicis*, ſeu cap. 228. *In medio, Mercurij marmoreum ſignum: ante ſignum Veſtæ, & ipſa marmorea: appoſitæ ei ſunt plumbo ferruminatæ eneæ lucernulæ. Qui Deum conſulunt, Veſtam primùm thuræ incenſu placant, deinde oleo infuſo lucernas accendunt: tum verò in aræ dextra parte nummum patriâ nota ſignatum dedicant. Ubi quod ex uſu fuerit, interrogaverit, aurem ſimulacro admovet: inde abiens manibus aures premit. Ubi è foro excedit, amotâ manu quam primùm excepit vocem, eam ſibi oraculi loco ducit. Talis etiam apud Ægyptios in Serapidis fano celebratur oraculi religio.* Eadem faciunt mulierculæ, ut legi quondàm in libell. cui titulus, *Dies & noctes Matritenſes*; ubi plura riſu digna. Etiam apud viros haud quintæ claſsis, prævaluit ſuperſtitio tinnitus auris dextræ vel ſiniſtræ: igitur creditur eum ab abſentibus laudari, cui auris tinnit dextra: econtrà vituperari, ſi ſiniſtra. In *Epigramm. Græc.* lib. 7. n. 9. invenitur, quod Virgilius furripuit: Phil Bibl. *Superſtitio Iudæorum de aure dextra & ſiniſtra.* Pauſan. *Ethnicorum de primis auditis vocibus.*

Garrula quid totis reſonas mihi noctibus auris?
Neſcio, quem dicis, nunc meminiſſe mei. Virgil.

Senec. in *Oedip.* v. 188. *Reſonant aures.* Alex. ab Alex. *lib. 2. cap. 19. Propterea tinnitu ferunt aurium, abſentium de nobis ſermones præſentiri.* Idem eſt de oculo, ac ſupercilio ſaliente. Plauto in *Pſeudol.* Act. 1. ſcen. 1. v. 105. *Supercilium ſalit. Utinam dictis facta ſuppetant!* Vide Muretum *lib. 9. cap. 6.* Theocrit. *Edyl. 3.* v. 36. *Saltat oculus mei dexter. Nunquid videbo ipſam?* Lucian. *Dialog. meretric.* infit: *Salit cor.* Sophocl. in Hippolyt. v. 497. *O Phædra! In animo ſaltat palpitatio.* Senec. in *Hercul. Oetæo*, v. 708. *Cor attonitum ſalit.* Perſius *Satyr. 3.* v. 111. *Cor tibi rite ſalit.* Sic de aurium tinnitu ſuperſtitiosà cogitant. Lucian. loc. cit. *Nunc nobis tinniunt aures: herum veſtri meminerat?* Plin. lib. 28. cap. 2. *Quin & abſentes tinnitu aurium præſentire ſermones de ſe, receptum eſt.* Catullus, *Epigram.* 53. Ludicrum *de aurium tinnitu.* Senec. Alex. Ab Alex. *Et de corde, oculove ſaliente.* Theocrit.

Lingua ſed torpet, tenues ſub artus

Fla-

Catull. *Flamma dimanat sonitu suopte*
Tintinnant aures.

34 In hos invehitur Augustin. lib. 2. de *Doctrin. Christian.* cap. 20. & Salisber. *Polycrat.* lib. 1. cap. 12. etiam apud Romanos omen accipere ab auditis, quasi esset oraculum, late inolevit.

Ovid. *Ad primam vocem timidas advertimus aures:*
Omina principijs, inquit, inesse solent.
Templa patent auresque Deum: nec lingua caducas
Concipit ulla preces, dictaque pondus habent.

Augurium apud Romanos ex occursu vocum. Canit Ovidius, lib. 1. *Fastor.* v. 179. & ex Cicerone de *Divination.* lib. 1. Plutarch. in *Paul. Æmil.* ait: *Cùm præfectus bello contra Perseum splendidè ab universo populo domum esset deductus; filiolam plorantem domi offendit: eamque salutatam, ac de causa tristitiæ interrogatam, respondisse: Nescis mi Pater, Perseum nostrum mortuum esse? Loquebatur autem de catello, quem id nominis gerentem alebat. Respondit Æmilius. Dij benè vertant mea filia: accipio omen.* Alia omina in *Biblioth.* observat Photius. *Taurum sacrificanti* (inquit) *Temistoclis patri, nunciatum, filium sibi Themistoclem natum; qui epoto sanguine tauri mortuus est. Darius Hystapis filius, à matre expositus, equæ ubere educatus est; & hinnitu equæ Rex factus est. Ibyci Lyrici servus, nomine Hercules, vivus exustus est. Oreστes exijt in lucem die festo Cereris Erinnydis, seu furiæ cognomento; & furijs actus est. Philippus puer stellas deciduas sub vesperam, sagittis figere tentabat: Stellæ cognomento fuit is, à quo oculus eius sagittâ erutus est. Marsyas natus est eo festo Appollinis, quo omnium victimarum pelles Apollini dicantur; & Marsyæ pellis detracta est. Claudio prægnans mater boletorum avida erat, & Claudius boleto perijt.* Quoad Rabbinorum præfatam superstitionem, auguror allegoricè sumi floridè posse; ex eo quòd Petrus abscidit auriculam dextram Malchi, ducis cohortis in Christi capturam: igitur Hebræi ex illotunc cuncta erga illum sinistrè audiunt, nec nisi sinistrà aure scripta in lege percipiunt. *Dextra verò auris amputatur* (ait Cyrillus Alexand. lib. 11. in *Ioann.* cap. 35.) *ut dextero, proboque auditu carere Iudæos, significaretur: noluerunt enim Christum audire. Sic auditu sinistro comprobato, cogitationes suas secuti sunt errantes, & in errores alios trahentes.* Ita manent, & manebunt, quousque in fine sæculorum restituatur eis dextra auris amputata; ut reliquiæ Israël salvæ fiant. *Rom. 9. 27. Israël sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non pervenit.* Ibid. v. 31.

Phot. *Ludicra ab eventu excogitata.*

Cur Iudæis tantùm auris sinistra? Cyrill.

Isai. 6. 9. 55 2. 35 Quandoque exponitur actio in actionem auditus, uti apud Isaiam *Audite audientes.* Fit igitur vel propter epitasim, vel propter propositum loquentis frustratum. Propter epitasim, ut consideratione rei tanti momenti prolatæ, intendant audientes in audienda vel audita: persistatque simul animus, intùs agens in contemplatione verborum, ex quorum observatione summa dimanat utilitas. Matth. 13. 15. *Auribus audiat.* Idem, Act. 28. 27. *Audientes audiant.* Marc. 4. 12. *Auribus tuis audi.* Ezech. 3. 10. Idest, intentis auribus audi. Ita 2. Paralip. 6. 40. *Aures tuæ intentæ sint*: cap. 7. 15. *Aures meæ erectæ*; ut attentio & intensio cognoscatur. 2. Esdr. 8. 3. *Aures omnis populi erant erectæ ad librum.* Etiam huiusmodi stylus apud Profanos. Sophocl. in *Electr.* v. 28. & 31. *Arrectà aure sta, acutam aurem meis sermonibus dans.* Virgil. 12. *Æneid.* v. 617. *Arrectasque impulit aures.* Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 6. *v.* 8. *Suspensis auribus.* Terent. in *Andr.* Act. 5. scen. 4. v. 30. *Arrige aures Pamphile*: sumptà translatione à pecudibus, quæ solent aures arrigere, si quid sonuerit. Plin. *lib.* 8. cap. 32. *Cervi mulcentur fistulâ & cantu: & cùm erexere aures, acerrimi auditus: cùm remisere, surdi.* Unde Solorzanus Emblem. 60. inquit:

Quousque petitur actio in actionem?

Erigere aures attentionem, notat. Plin.

Solorzan. *Demissas Cervi strepitus non fertur ad aures:*
Has tamen arrectas vel levis aura ferit.

Hor. Apoll. Horus Apollo, Hieroglyph. 45. *Auditum demonstrantes Ægyptij tauri auriculam pingunt: audit enim vel ex longinquo intervallo.* Aptiùs auriculam capræ, ut idem, *Hieroglyphic.* 64. quippe auribus & audit, & respirat. Etiam asserit Plin. *lib.* 8. *cap.* 50. Virgil. 1. *Æneid.* v. 156. *Silent, arrectisque auribus astant:* idest, intenti in alloquium, uti observat Aristotel. lib 9. *Histor. animal.* cap. 5. ipseque Virgil. vividè signat, ibid. *lib.* 4. *v.* 79. *Pendetque narrantis ab ore.* Quem æmulatus Ovidius, *Epist.* 21. v. 120. succinit:

Cur signum in cervo, capra & tauro

Ovid. *Narrantis coniux pendet ab ore viri.*

Cu-

Cura, ac ſolicitudo in audienda, vigilanter exprimitur apud Terent. in *Phorm.* Act. 5. ſcen. 6. à v. 26.

——*Hæc ut ego audivi, ad fores*
Suſpenſo gradu placidè ire perrexi. Acceſſi, adſtiti:
Animam compreſſi: aurem admovi: ita animum cœpi adtendere,
Hoc modo ſermonem captans. Hìc pulcherrimum facinus audivi. Terent.

Iccircò in res ſcitu dignas neceſſariæ emunctæ aures. *Perpurgatis damus tibi operam auribus*: ait Plaut. in *Milit.* Act. 3. ſcen. 1. v. 179. & prolog. in *Caſin.* v. 29. *Quæ aurì purgata?*

Eſt mihi purgatam crebró qui perſonet aurem. Horat.

Subdit Horat. *Epiſt.* 1. lib. 1. v. 7. & Perſ. *Satyr.* 5. v. 63. *Fruge purgatas inſeris aures.* Solicitantur, ut bibant, hauriantque doctrinam, ac ſimul teneant, retineantque; ut quicquid in bonum dicitur boni, libretur mente, ne deleat turpis oblivio, quæque in illas inſtillavit vigilantiſsima ratio. Hinc Ierem. 13. 15. *Audite & auribus percipite.* Idem, Iudic. 5. 3. Pſalm. 48. 2. *Auſculta, inclina aurem tuam.* Prov. 4. 20. Pſalm. 44. 11. *Audi & inclina aurem tuam.* Ita 4. Reg. 19. 16. & alijs in locis eodem ſenſu & diſcreto ſtylo: quaſi corde & animo, pluſquàm aure audiendum; uti diximus, *Tautolog.* 7. *n.* 3. *Omnes ſermones aſſume in corde tuo, & auribus audi.* Ezech. 3. 10. *Hoc firmandum, & altiùs quotidianá meditatione figendum.* Seneca, *Epiſt.* 16. Plaut. ubi dudùm: *Aures votivæ ſi ſunt, animum advertite.* Homer. 16. *Odyſſ.* v. 299. *Tibi dico: tu autem in mentibus pone tuis.* Virgil. 2. *Æneid.* v. 711. & *lib.* 10. v. 104. *Quid auris inclinatio in auditu?* Senec. Plaut.

——*Quæ dicam, animis advertite veſtris.*
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta. Virgil.

Hoccine propoſito *Auritus populus* dicitur apud Plaut. prolog. in *Aſinar.* v. 4. quaſi traheretur revinctus per aurem aureis verborum catenulis; uti fictum de Hercule Ægyptio, ſeu Ogmio, de quo Lucian. dialog. de *Iove tragœd.* & dialog. de *Hercule.* Claud. Minos in *Embl.* 137. & 180. Alciat. Modò perſpicuum, quid ſit habere aures audiendi, quas Salvator N. in audientibus exoptat; dices: *Qui habet aures audiendi, audiat*: hoc eſt, quiſquis habuerit aviditatem audiendi verba æternæ vitæ: aurem puram, vaporatam, ſolicitam; ut pendeat ab ore dicentis, ſuſpenſiſque auribus audiat, animo figens quicquid intravit in aurem. *Qui corde bono & optimo audientes verbum retinent.* Luc. 8. 15. inclinantes aurem in illum, reſpectu cuius nunquàm ſic locutus eſt homo. *Mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius.* Cap. 4. 22. Catenulis aureis homines ad ſe trahebat, pendentes narrantis ab ore. *Ecce totus mundus poſt eum abijt.* Ioann. 12. 19. Quod fictum de Alcide, in Chriſto verum. Audite. Optima Achillis Bocchi mythologia *Symbol.* 43. Matth. 11. 15. *Quæ ſint aures audiendi?*

Si ſtudium affuerit ſummum, & quidam ardor amoris,
Tum nihil obfuerint cura, laborque tibi.
Qui Gallum Alcidem ſemel auribus hauſerit ultro,
Ille diſertus erit non modó, ſed ſapiens. Ach. Bocch.

36 Hac igitur de cauſa auris, ut diximus, *num.* 31. dicata memoriæ. *Ægyptij qui per notas & figuras ſenſus effingunt* (ait Alex. ab Alex. *lib.* 2. *cap.* 19.) *ſi quem memorem ſignificabant, leporem aut vulpem auritis auribus, quòd ſummi eſſent auditus & memoriæ, effingebant.* Unde in puerorum diſplinam aliquid optabant, purum, quod pueris tinniret in aures. Hiſpan. *Que les hicieſſe harmonia.* Cicer. in *Epiſt.* ad Leptam. *Leptam noſtrum* (ait) *cupio delectari iam talibus ſcriptis: etſi abeſt maturitas ætatis, tamen perſonare aures eius huiuſmodi vocibus non eſt inutile.* Haccine phraſis indicat ex auditis, quaſi ex muſica, aliquid reſtare in auribus, quod quaſi idem inſuſurret, diutiùſque illic maneat. *In auribus ſemper probitatis vocem obſtrepentem habere congruit: & quæ continenter ſententias renovet*: ait Plutarch. in libell. *Quo modo legendi Poëtæ.* Et Petron. in *Satyric.* fol. 3. *Ut ſapientiæ præceptis animos componerent, ut verba atroci ſtylo effoderent; ut quod vellent imitari, diù audirent: iam illa grandis oratio haberet maieſtatis ſuæ pondus.* Alexand. ab Alexand. *Auris memoriæ Symbolum.* Cicer. Plutarch. *Doctrina in pueros, cur harmonica dicatur?* Petron.

——*Nunc adhibe puro*
Pectore verba puer: nunc te melioribus offer:
Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
Teſta diù. Horat.

Canit Horat. *lib.* 1. *Epiſt.* 2. *v.* 67. Non ſolùm tentandum eſt, ut doctrinam, qui audit, *auribus excipiat* (ut ait Ovid. 4. *Triſt. Eleg.* 1. v. 90.) ſed quòd uti auditorum

succus restat,& *secretam gannit in aurem.* Pers. *Satyr.* 5. v. 96. *Quemadmodùm qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem illam, ac dulcedinem cantus, quæ cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi; sic sermo diutiùs hæret, quàm auditur: nec facile est, sonum dulcem animo excutere: prosequitur & durat, & ex intervallo recurrit.* Ita Senec. *Epist.* 123. Ideo Apud Ægyptios auris picta opus futurum significabat: asserit Horus, *Hieroglyph.* 22. quippe frustrato opere, non audit audiens. *Nec scis audire*: ita Electra apud Sophocl. v. 637. Claret ex sacra pagina. Ierem. 5. 21. *Habetis aures & non auditis.*

Senec.

Sophocl.

37 Hinc exprimitur actio ad actionem audiendi propter frustratum effectum: quare dicitur auris sine aure, quippe quæ sine fructu, nulla videntur, quæ facta: etiam inaudita, audita. Plura diximus in huiusmodi propositum, *Tautolog.* 7. *n.* 7. & *Tautolog.* 9. *n.* 52. Ibi videris in genere. Pro nostro instituto, Homer. 15. *Iliad.* v. 128. *Frustrà aures ad audiendum sunt.* Manil. lib. 4. *Astron.* v. 435.

Inutilia & nulla, paria.

Manil.

In vanumque labor cedit, quem despicit auris.

Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 33. v. 23. *Non audis, & verba finis mea ludere.* Plaut. *Pseud.* Act. 1. scen. 3. v. 23. *Audi. Surdus sum.* Plutarch. de *instit. liber.* inquit: *Nec audiamus audientes.* Ita Erasm. *Chil.* 4. *Cent.* 3. n. 41. dicit: *Cæcus auribus.* & ille alius apud Terent. *Heautont.* Act. 5. scen. 5. v. 12. *Surdus sum.* Sicut videntes sine animo, quæ vident, non vident, intùs obducto sensu; ita in auditu. *Qui primum videntes, frustrà videbant: audientes non audiebant*: ait Æschyl. in *Prometh.* v. 437. Vividè huiusmodi conditionem delicavit Psaltes Regius, Psalm. 37. 14. *Ego autem tanquàm surdus non audiebam.* Non surdus, sed *tanquàm surdus, factus* (in auditis) *tanquàm homo non audiens.* Propterea, Marc. 8. 18. *Aures habentes non auditis.* Matth. 13. 14. *Auditu audietis, & non intelligetis.* Et v. 13. *Audientes non audiunt.* Act. 7. 57. *Continuerunt aures suas*: Idest, audire noluerunt. Quo stylo Plaut. ubi supr. *Surdus sum.* Senec. de *Consolat. ad Marciam*, cap. 2. *Aures suas clausit*: ita ut quasi haberent feras, clauderent aditus. Similitudo pecudum, quæ aures demittunt, ne audiant.

Æschyl.

Psal. 37. 14.

Act. 7. 57.

Horat.

Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus,
Cùm gravius dorso subijt onus.

Auriculas asini quis non habet? interrogat Persius, *Satyr.* 1. v. 135. *Phanesiorum gentes, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures contegant*: ait Plin. *lib.* 4. *cap.* 13. & *lib.* 7. *cap.* 2. Cœl. Rhodig. *lib.* 3. *cap.* 29. Hartmann. Schedel. 2. *Mund. stat.* & Sebast. Munster. lib. 5. *Cosmograph.* cap. 126. *Tam insigniter auritos* (ait) *ut aures ad pedes defluant; atque in alterutram earum decumbent, quarum duritiæ arbores convellant.* Quos Isidor. lib. 11. *Etymolog.* cap. 2. à *Pan* quod sermo, & *Ota* auris, *Panotios* nominat; diffusà aurium magnitudine, ita ut loco vestium contegantur auribus. Conciliat hoccine nominum discrimen Turneb. lib. 6. *Adversar.* cap. 19. Haud secùs in audiendam veritatem protervi, qui ad nutum auriculas habent: ita ut præut placet, aperiant; & præut displicet, auribus se totos contegant, ne quid audiant. Hæc dicitur *Auris Batava*, vel *Bœotica.* Calphurn. *Eclog.* 7. v. 18. *Obesis auribus.* Propert. *lib.* 1. *Eleg.* 1. v. 37. *Monitis tardas adverterit aures*: & *lib.* 2. *Eleg.* 20. v. 13. *Ad surdas dicitur aures.* Iuvenal. *Satyr.* 9. v. 113. *Miseram aurem.* In Scriptura *Aures incircumcisæ.* Ierem. 6. 10. & *Act.* 7. 51. appositè: igitur præscindenda impedimenta opposita voluntaria, ut aperiantur in auribus ad verbum cœlitum ostia. Hinc subdit Ieremias; quia eorum incircuncisæ aures, *& audire non possunt.* Obturatæ sunt aures: & cùm harum repagula pendeant à protervia cordis; perfrictà fronte dixerunt: *Non audiemus.* ibid. cap. 44. 16. *Ad hanc significandam aurium incircumcisionem, permisit fortassé Deus* (infit Lorin. in loc. *Actor.* cit.) *ut Malcho servo Principis Sacerdotum (quem servum credibile est, satellitium animasse, & instruxisse contra Christum) Petrus abscinderet auriculam.*

Quę auris Bœotica?

Actor. 7. 51.

Incircuncisa?

Lorin.

38 In huius phrasis intelligentiam, & pro alijs etiam membris acceptæ, sciendum est, in Sacra pagina vocari præputium metaphoricè, quicquid necessariò rescindendum, ut credito consulatur muneri. Ier. 4. 4. *Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum*: igitur pravæ ab illis affectiones removendæ. Innuit Moyses Deuter. 10. 16. *Circuncidite igitur præputium cordis vestri*: & (*pro Idest*) *cervicem vestram ne induretis amplius.* Cor illorum nonnunquàm contumax: qua de causa Deus Levit. 26. 41. minatur: *Inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircuncisa mens eorum.* Haccine notâ semper insusti. Ierem. 9. 26. *Omnes Gentes habent præputium:*

Ierem. 4. 4.

Quid cordis præputium, & mentis, & auris?

tium: omnis autem domus Israël incircunciſi ſunt corde. Stylum ſequitur Ezechiel, cap. 44. 7. *Inducitis filios alienos incircunciſos corde, & incircunciſos carne.* Sic alia, quippequàm cor eorum non erat rectum cum Deo, neque fideles habiti ſunt in teſtamentum eius. Sequebantur capitones deſideria cordis, & ideo obturabant aures; ne ingrederetur cognita veritas, & ſimul removeret inſanias falſas, quæ efficiebant præputia ac obices, ne poſſent audire pravis affectibus aures. *Cui loquar.* (dicitur, Ierem. 6. 10.) *& quem conteſtabor, ut audiat? Ecce incircunciſæ aures eorum, & audire non poſſunt.* Eodem ſenſu eis dixit Stephanus: *Durá cervice, & incircunciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui-Sancto reſiſtitis: ſicut patres veſtri, ita & vos.* Perpropriè *Spiritui-Sancto*: veritas profectò cognita, & quia cognita impugnata: equidem à ſæculo confregit iugum, dicens: Non ſerviam. Ier. 2. 20. Genimina utique viperarum. Ubi ſupr. *Summa malitia, veritatem cognoſcere & impugnare.*

——Maiorum vitium, ſequiturque minores,
Et nitidis maculam hæſuram figentia rebus,
Quæ monſtrant ipſi pueris, traduntque parentes. Iuvenal.

Succinit Iuvenalis, *Satyr.* 14. à v. 2. at in noſtrum propoſitum opportunior Ovidius, lib. 6. *Metam.* fab. 6.

Ipſa quoque interiùs cum duro lingua palato
Congelat, & venæ deſiſtunt poſſe moveri:
Nec flecti cervix, nec brachia reddere geſtus,
Nec perire poteſt: intra quoque viſcera ſaxum eſt. Ovid.

39 Modo elucet quare dicatur, *continuerunt aures ſuas.* Rumpebantur audientes, ne audirent ampliùs; cùm illos auditorum pœniteret, & cor fureret. Syr. *Obturaverunt aures ſuas*; ita ut nec poſſent audire, nec à phrenetico furore ab aliquo revocari. *Non erant ſurdi* (inquit Auguſtin. in *Pſalm.* 57. v. 5.) *ſed fecerunt ſe ſurdos. Quia enim aures patentes in corde non habebant, violentia tamen verbi per aures carnis irruens, etiam ipſis auribus cordis vim faciebat, clauſerunt & aures corporis & ierunt ad lapides. Peiores aſpide. Illa amando tenebras ſuas, quibus ſe involuta occultari dicitur; quoniam cùm exire noluerit, recuſans tamen audire illas voces, quibus ſe cogi ſentit, allidit unam aurem terræ, & de cauda obturat aliam: atque ita voces illas, quantum poteſt, evitans, non exit ad incantantem. Huic ſimiles dixit Spiritus Dei quoſdam non audientes verbum Dei, & non ſolùm non audientes; ſed omninó ut non valeant audire, facientes. Ecce aſpides duriores lapidibus.* Quod phyſicè audientibus impoſsibile, tropologicé practicum; igitur patent affectibus audientes ſurdi. Pravus amor ſurdis auribus eſſe ſolet. Stat contra ratio, verùm nequit audire vociferantem rationem: igitur ne audiant quod diſplicet, obſurdeſcunt, & ut claudantur aures, manus inde ſuperponunt, tædentes aures mobiles adinſtar brutorum non habere, ut demiſsis illis nequirent audire. Graphicè Seneca in *Thebaid.* v. 224. Verſ. 57. Auguſtin. *Protervi aſpidibus ſimiles.*

——Ego aure concipio ſonos
Per quos parentis nomen, aut gnati audiam?
Utinám quidem reſcindere has quirem vias,
Manibuſque adactis omne, quó voces meant,
Adituſque verbis tramite anguſto patet,
Eruere poſſem. Seneca.

Ita Horatius, quò ſupr. inquit: *Auriculam collecta ſorde dolentem.* Ne cor doleat, auris refugit, quod pungit. Indicatur variè huiuſmodi incircunciſio auris, ex obice ac voluntaria incircunciſione cordis. *Non audierunt, neque inclinaverunt aurem ſuam.* Ierem. 7. 24. *Sed induraverunt cervicem ſuam, & peius operati ſunt, quàm patres eorum.* V. 26. *Aures eorum ſurdæ ſunt.* Mich. 7. 16. *Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem.* Prov. 28. 9. *Irreverentia ipſius obturatio aurium.* Eccli. 27. 15. *Incraſſatum eſt cor, & auribus graviter audierunt.* Similiter alia paſsim obvia, queis cognoſcitur quas Salvator in audientibus aures petierit, dum toties dixit: *Qui habet aures audiendi, audiat.* *Quid eſt graviter audire?*

40 Sat pro expoſitione periodi tanti momenti; in qua objicitur miniſterium & actio ſimul, uti latè egimus, *Taut.* 1. *n.* 18. unàque innuitur finis auditionis. Hìc, dum dicitur *Audiendi*: actio, *Audiat*: miniſterium, *Habes aurem.* Sic ſæpe, actione ſubintellectà, ac ſumptà pro fine, ſeu actionis obiecto; in quod totus Salvatoris conatus. Unde dicit, Prov. 8. 32. *Nunc ergo filij audite me: beati qui cuſtodiunt vias meas.* Modò in alias acceptiones auditus. Quare cùm exterior auditio pendeat ſemper à cor- *Simul miniſterium & actio: hæcque pro fine, ſeu obiecto actionis.*

dis inclinatione; aurēs cordi dantur, quia quod auditur, in corde collocandum, ut servetur. Ideo sæpe iunguntur *Cor* & *aures*: Ezech. 3. 10. uti vidimus, *num.* 32. Usurpatur à PP. *Inclina aurem cordis tui*: profert Legislator N. Benedictus, in *Regul. Sanct.* prolog. Idem Thom. Villanovan. in *Annunt. Virgin.* Conc. 2. Haud aliter intelligenda aurium inclinatio. Psalm. 44. 11. *Audi filia, & vide* (considera) *& inclina aurem tuam. Baruch.* 2. 16. *Eccli.* 2. 2. *Inclina aurem tuam Spiritu-Sancto* (inquit Bonavent. in *Specul.* lect. 1.) *qui intra te Virgo benedicta, operabitur; quia habes aures audiendi, audi: & in principio audiendorum audi inauditam hanc salutationem.*

S. Benedict. *Aurit cordis in auditum necessaria.*

Bonav.

41 Ita ergo sicut inclinare aurem, est avidè audire; post auris inclinationem, audire, est auditis obedire. *Aures tuæ audient.* Isai. 30. idest, obedient. *Inclina aurem tuam, & audi.* Prov. 22. 17. *Facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.* Psal. 102. 20. Genes. 21. 12. *Quæ dixerit tibi Sara, audi.* Hæc est *Auris audiens.* Iob. 29. 11. Hoc intuitu, Luc. 10. 16. dicitur: *Qui vos audit, me audit.* Matth. 18. 15. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si te non audierit, &c.* Psalm. 80. v. 9. 10. *Audi, si audieris me, non erit in te Deus recens.* & v. 14. *Si populus meus audisset me: Israël si in vijs meis ambulasset.* Auditus pro obedientia etiam apud Poëtas. Sophocl. in *Aiac.* v. 589. *Audientibus dic. Tu autem non audies?* Nimirùm, non obedies? Hinc pro discipulo auditor sumitur. *Discipuli Latronis Auditores vocabantur: deinde in usu verbum esse cœpit, & promiscuè poni pro discipulo auditor.* Senec. ita *Controv.* 25. Iuvenal. Satyr. 1. v. 1. *Semper ego auditor tantùm?* propterea Assectæ dicti, etenim dicta sequebantur præceptoris; sumpto *Sequi*, pro imitari, vel obedire, Lucan. 3. *Pharsal.* v. 593. *Carinæ audivere manum:* & *lib. 9. v. 931.*

Isai. 30. 21.

Auditus pro obedientia.

Marc. Senec.

Audire pro sequi.

Lucan.

——Sed si quod tardiùs audit.
Virus, & elicitum, iussumque exire repugnat.

Haud alio sensu SS. Patriarcha N. quo dudùm, *cap.* 5. infit: *Qui vos audit, me audit. Iubentis vocem factis sequuntur: & velut uno momento prædicta magistri iussio, & perfecta discipuli opera.* Hæc est aurium perfectio. Unde Psalm. 39. 7. *Aures perfecisti mihi.* Hebr. *Fodisti mihi*: in allusionem obedientiæ servi, cuius perforatæ sunt aures; *Exod.* 21. 6. quo ritu notatur servi obsequium, illicò ac aurem perforat domini verbum prolatum: factàque in signum imæ auris perforatione; ne ad iussa præscripta sint impervia aurium foramina. Hac de causa ut diximus, *num.* 31. auris memoriæ dicata, & dum perforata, tunc in obedientiam perfecta: etenim iussa in audiente omnimodam sortiuntur perfectionem, simulatque venerunt in aurem. Paulus, Hebr. 10. 5. pro *aures* legit *Corpus.* Vigilanter: equidem semper ab aure corpus totum pendet obedientiæ: perperàm namque veniret in opus, quod vel in verbis tantùm renuit auditus.

Pſal. 39. 7.

Perfectio obedientiæ in quo?

Hebr. 10. 5.

42 Sicut *Audire* indicat obedientem, *In auditu auris* demonstrat obedientis promptitudinem. Iob. 42. 5. *In auditu auris audivi te*: idest, illicò parui. Explicat Psalmographus, 2. Reg. 22. 45. & Psalm. 17. 41. *In auditu auris obedivit mihi.* Ita exponit Benedictus, quò nuper. *In auditu auris: moram pati nesciunt in faciendo*: hoc est, properè, promptissimè; ut ait Novarinus, *Umbr. Virgin.* lib. 4. Excurs. 164. n. 1624. Exemplum in obsequij promptitudinem subsignat Patriarcha N. *Ex occupatis manibus, quod agebant imperfectum relinquentes.* Gabriel Bugnot hic metricè:

Iob. 42. 5.

S. Benedict. *Obedientia promptissima.*

Legis ad auditum nam subita paruit auris,
Festinoque gradu rité capessit opus.

Bugnot.

Etiam exprimunt huiusmodi pernicem animum in obedientiam Ethnici. Homer. 15. *Odyss.* v. 220. *Valdè quidem audiverunt, & obedierunt statim.* Idem, 3. *Odyss.* v. 476. *Audierunt, atque paruerunt statim.* Sophocl. *Oedip. in Colon.* v. 535. *Volo rectâ auditione audire.* Quid sit recta auditio, exponit Aul. Gell. *lib.* 1. *cap.* 15. quasi audire tantùm non sit auditio, sine auscultatione, quæ diligens attentio in audita, ut pòst videbimus, *num.* seq. Unde profert illud Catonis in Cæcilium. *Auditis, non auscultatis, tanquàm ad pharmacopolam: nam eius verba audiuntur, verùm ei se nemo committit, si æger est.*

Homer. Sophocl.

Aul. Gell.

43 In huiusmodi acceptionem accipere quoque possumus phrasses præf. *Auditu* scilicèt *audire, aures audiendi*, & *aure* aut *auribus audire*: qua geminatione aliquid aliud subauditur, aut intenditur, præter simplex verbum; igitur ut inquit Novarin. ibid. *Excurs.* 3. n. 9. *Audire non videtur, qui audit tantùm.* Dicuntur surdi siccine audientes. *Auditores auribus* Plaut. in *Pseudol.* Act. 1. scen. 5. v. 14. Iuvenal. *Satyr.* 3. v. 323. *Auditor veniam in agros.* Petron. fol. 2. *Putant gratissimum auditoribus,*

Novar. *Quomodò auditur auditu?*

quas-

quasdam insidias auribus. Pacuvius in *Chryse*, apud Delrium in *Fragm. uter. Poët. tar.* accinit:

Nam istis, qui linguam avium intelligunt,
Plusque ex alieno iecore sapiunt, quam ex suo;
Magis audiendum, quàm auscultandum censeo.

Pacuv.

Hi dicuntur apud Iacobum, cap. 1. 22. *Auditores tantùm*, quia statim ac audiunt, obliviscuntur, deleta verborum imagine, sicut in speculo species. *Hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum.* Luc. 8. 13. Hi non audiunt; quippequàm nil commodi audientes usurpant. *Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.* Rom. 2. 13. Ita ergo Ezech. 12. 2. *Habent aures ad audiendum, & non audiunt.* Auris enim audiens explicat & erumpit in actus efficaciam, sine qua inaudita, quæ duntaxàt audita. *Auditu audietis &* (ideſt) *non intelligetis.* Minimè sapit, qui ex auditu tantùm felicem se intelligit. Opere audita complere, est verè audire. *Erit autem hoc, si auditu audieritis vocem Domini Dei vestri.* Zachar. 6. 15. Intentà mente in opus perficitur audientis auditus. Explanat ad unguem N. Gloriosus Legislator in principio sermonis in virtutis perfectionem. *Auscultà, ô fili, præcepta magistri, & inclina aurem cordis tui: & admonitionem pij patris libenter excipe, & efficaciter comple; ut ad eum per obedientiæ laborem redeas, à quo per inobedientiæ desidiam recesseras.* En tota obedientiæ sphæra, atque media in perfectionem. *Auscultà*, ideſt, non audias tantùm, sed *inclina aurem*, & *cordis*, quasi vel audiens audiendi avidus, *libenter* excipiendo doctrinam: equidem ni sic, iussa haud complentur; vel si complentur, nequaquam *efficaciter.* Oportet auscultare, autem cordis inclinare, audita excipere, denique opere complere: sine opere quippe audire & audire, est idem ac surdum esse. Plus est audire, quàm auribus percipere: unde dictum: *Qui habet aures audiendi, audiat. Aures audiendi* perceptio materialis verborum est: *Audiat* ad meditationem perceptorum pertinet. Ita dicitur Ioel, 1. 2. *Audite hoc senes & auribus percipite.* Patet auditionum differentia. *Auribus percipere*, ad exteriorem auditum: *Audite*, ad internam cordis aurem, seu attentionem spectat. *Auditus enim* (inquit hìc Hieronym.) *in scripturis sanctis non est iste, qui in aure resonat; sed qui corde percipitur: ut sciamus, sacratiorem esse auditum; quàm id quod in auribus resonat.* Augustin. in *Psalm.* 48. ad illud: *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem*; econtra accipit: ita ut per *Audite*, simplicem actum, per *Auribus percipite*, reflexam, meditatam attentionem; ut cor audita perpendat, postquàm auribus percipiat. Ita Isaias in eos, qui *non audierunt, nec auribus perceperunt*: cap. 64. 4. cùm ut dicit Plaut. in *Milit.* Act. 1. scen. 1. v. 33. Quæ bona *auribus audienda sunt.* Ideſt, digna prorsùs attentione, ut audientes exequantur. In hoccine signum Rebecca *inaures* habebat *in manibus*: etenim levis momenti, quòd monile sapientiæ instruat uti pulcherrimum, ni in manibus quod pretiosum, transeat in operationem. At hoc didascalicum.

Et *pro* ideſt Matth. 13. 14. Zach. 6. 15. S. Benedict. *Quo probetur obedientia.* Ubi supr. Ioel. 1. 2. Hieronym. Psal. 48. 2. Gen. 24. 30

44 Etiam *Audire* sumitur pro *Exaudire*; qua acceptione plena folia sacra. Genes. 16. 11. *Eó quòd audierit Dominus afflictionem.* Idem, *Exod.* 3. 7--2. Esdr. 1. 6. *Ecce audivi vocem tuam.* 1. Reg. 25. 35. Explicat Evangelicus Vates, 49. 8. *In tempore placito exaudivi te: & in die salutis auxiliatus sum tui.* Etiam Profani sensum usurpant.

Audire pro exaudire.

Si fortè bonas ad pacem verteret aures.
Intentaque tuis precibus se præbuit aure.

Propert. Tibull.

Accinunt Propertius, *lib.* 2. *Eleg.* 13. *v.* 15. & Tibull. lib. 4. in *Panegyr. Messall.* v. 132. Virgil. lib. 9. *Æneid.* v. 630. *Audijt & genitor*: ideſt, preces exaudivit Ascanij. Unde Ovidius, uti supr. *n.* 33. *Templa patent, auresque Deùm*: quo stylo Nehemias, 2. Esdr. 1. 6. dicit Domino: *Fiant aures tuæ auscultantes, ut audias orationem servi.* Salomon, 2. Paralip. 6. 40. *Aures tuæ intentæ sint ad orationem, quæ fit in loco isto.* Denique Ezechias, 4. Reg. 19. 16. *Inclina aurem tuam & audi.* Præterea *Audire* idem est ac *Credere.* Ioann. 8. 47. *Qui ex Deo est, verba Dei audit*: putà, credit. *Matth.* 7. 24. Ierem. 27. 16. & 17. *Nolite audire verba prophetarum vestrorum: nolite audire*: ideſt, nolite credere. Sic alia. In hac acceptione Cicero, *Tuscul. qq.* inquit: *Homerum non audio* (Hoc est, quia nullius fidei, non credo) *qui Ganymedem à Dijs raptum, ait.* Plaut. in *Menæchm.* Act. 5. scen. 5. v. 21. *Audisne, ut deliramenta loquitur?* Terent. in *Heautont.* ut supr. *num.* 37. *Nihil audio. Nihil etiam audio ipsum.*

Pro Credere. Cicer. Plaut.

Ipſum. An dubitas? Omnia. Quo intelligitur illud Ieremiæ, cap. 18. 13. *Quis audivit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Iſraël.* Ultra fidem acta, quæ profectò incredibilia.

45 In alia teſtimonia, notandum eſt, verba realia aliquando ſignari pro verbis mentalibus. *Qui habet aures audiendi, audiat*: ideſt, audiat, qui debet audire, vel cui congruit, audiat: digna enim ſunt auditu, quæ digna eloquio. Numer. 8. 17. *Ex die quo percuſſi omnem primogenitum in terra Ægypti, ſanctificavi eos* (Levi ſcilicèt filios) *mihi.* Hoc eſt, decrevi ſanctificare. Galat. 1. 15. *Segregavit me ex utero matris meæ.* 1. Mach. 4. 51. *Conſummaverunt omnia opera, quæ fecerant*: Scilicèt, quæ cogitaverant facere. Rom. 11. 32. *Concluſit omnia in incredulitate*: nempè, concludi permiſit. Pſalm. 93. 4. *Effabuntur* (meditabuntur) *& loquentur iniquitatem.* Alia diximus, *Tautolog. 3. n. 122.* Ita Virgilius per duplex verbum idem ſignificans explanat loquendi conatum, & ipſum eloquium.

Verba realia pro mentalibus.

Virgil.

——— Lachrymis ita fatur obortis
Tene inquit miſerande puer.

La-Zerd.

Æneid. lib. 11. v. 36. *Nemo damnet hunc pleonaſmum* (inſit hìc La-Zerda) *etiam ſi præceſſerit* Fatur: *nam ille ex Græco fonte. Sed quid, ſi non pleonaſmus? Primum* Fatur *refertur ad lachrymas, quæ loquuntur, & vicem habent vocis. Alterum* inquit *ad verba.* Appoſitiùs exponitur ſenſu noſtro: nimirùm *Fatur*, pro cogitavit, meditatus eſt fari: & *Inquit*, pro verborum prolatione, Uſus eſt idem pro verbis mentalibus, entitativis verbis, *Eclog. 6. v. 3. Cùm canerem Reges & prælia*: ſcilicèt, cùm canere decernerem; uti Ovid. inquit, lib. 1. *Amor.* Eleg. 1. v. 5.

Ovid.

Arma gravi numero, violentaque bella parabam
Edere, materia conveniente modis.

Iſai. 6. 9. Matth. 13. *Actus ſecundus pro primo.*

Modò intelligitur, *Audite audientes*: *Audientes*, ideſt, qui cogitatis audire. *Audientes non audiunt*: hoc eſt qui intendunt audire; cùm audiant, quod diſplicet, audire nolent. *Qui habet aures audiendi*, nempè, qui meditatur audire, audiat: digna quippe auditu percipiet auris. Vel expone actum ſecundum pro primo, cuius argumenti teſtimonia ſignavimus, *num.* 4. Tuncque ſenſus erit: *Qui debet audire, audiat. Qui debetis audire, audite*: ſic ergo *Audientes non audiunt*: nimirùm, quibus incumbit aurem præbere, etiam refugiunt audire; quippe utpotè duræ cervicis frontones, *habent aures ad audiendum & non audiunt.* Ezech. 12. 2.

Auribus audire pro fama, aut rumore.

46 Ad haſce aurium acceptiones reduci quibat ſenſus principalis Tautologiæ, quaſi *auribus audire*, ſit leviter audire, vel ex certitudine, ut diximus; ſed longè alius genuinus ſenſus: igitur *auribus audire*, nihil aliud ſignificat, quàm famà ſcire. *Vox auditionis ecce venit*: Ierem. 10. 22. videlicèt, fama: ſic Ezech. 7. 26. *Veniet & auditus ſuper auditum*: fama, aut nuncium, ſuper famam. *A ſæculo non eſt auditum.* Ioann. 9. 32. Aſtruit perſpicuè Iobus, cap. 28. 22. *Auribus noſtris audivimus famam eius.* & 2. Paralip. 9. 5. *Verus eſt ſermo, quem audieram in terra mea de virtutibus & ſapientia tua. Non credebam narrantibus: viciſti famam.* Auguſtin. ſerm. 100. de *diverſ.* dicit: *Aure audivimus.* Martial. *Spectac.* Epigram. 5. & Claudian. præf. in *Mallij panegyr.* v. 9.

Iob. 28. 22.

Martial. Claudian.

Quicquid fama canit, donat arena tibi,
Omnibus audimur terris, mundique per aures Imus:

Orph.

Hinc Perſius, *Satyr.* 4. v. 50. dicit: *Bibulas aures.* Horat. lib. 2. *Carm.* Oda, 13. v. 32. *Bibit aure vulgus.* Orpheus in *Argonaut.* v. 599. *Auditi Reges*: ideſt, famoſi. Propert. lib. 4. Eleg. 10. v. 37. & Virgil. 1. *Æneid.* v. 23.

Propert.

Audiſti ne aliquem tergo qui ſuſtulit orbem?
Ille ego ſum: Alcidem terra recepta vocat.

Virgil.

Quis facta Herculeæ non audit fortia clavæ,
Et nunquàm ad natas irrita tela feras?
Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine ductì
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.

Quid ſit fama? Laur. Vall.

En quod dicimus rumorem, & Græcè Famam, ut placet Vallæ lib. 4. *Elegant.* cap. 7. cuius deſcriptionem videſis apud Virgil. 4. *Æneid.* à v. 174. & Ovid. 12. *Metam.* fab. 2. Unde propriè fama, ut ſubdit ibid. Valla: *Proſermone non rei recentis, ſed iam inveteratæ.*

47 His elucet delicatio Tautologiæ præſentis. *Neque eſt Deus extra te in omnibus*

quæ

quæ audivimus auribus noſtris. Plura dicta à pluribus de Dijs Gentium: & quæ mendacio fulciuntur, magna, ſtupenda mirabilia videntur: hæc, dicit Pſaltes Regius, audivimus, quæ fama tulerat, & continuò fovebat: & plura alia: ſed non eſt Deus, niſi tu, *in omnibus, quæ audivimus auribus noſtris*: equidem in te vera, quæ à cunctis Gentibus, tantùm ut mentiantur de ſuis Numinibus ficta. Non illis vigiles oculi, ſed iuxta vota, non iuxta viſa; 2. Reg. 7. 22.

Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures; Virgil.

Aures & linguæ, quippe de Dijs loquuntur quicquid ab impoſtoribus audiunt. *Auricularum magnitudo, loquacitatis & ſtultitiæ nota eſt*: ait Plin. *lib.* 11. *cap.* 52. Etiam Anglic. 5. de *Rer. propriet.* cap. 12. & Alex. ab Alex. *lib.* 2. *cap.* 19. Unde illud Ariſtoph. in *Pluto*, Act. 3. ſcen. 1. v. 7. de loquace & ſtulto ait: Plin. *Auricularũ magnitudo quid ſignet?* Arlſtoph.

Ad dexteram vir quidam ſedet, auriculis maximis,
Quales ferme Midæ fuerunt.

Fabula ſcita eſt, & mileſia, quàm refert Ovidius lib. 11. *Metam.* fabul. 4. equidem cùm præpoſterè dijudicaſſet de Apollinis muſica, huic illi incongrua viſa fuit auricula humana.

——Nec Delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram:
Sed trahit in ſpatium, villiſque albentibus implet,
Inſta bileſque illas facit, & dat poſſe moveri.
Cætera ſunt hominis: partem damnatur in unam:
Induiturque aures lentè gradientis aſelli. Ovid.

Nulla alia proprior Gentilitatis imago. Movebat aures ſtolidas in quodlibet auditum, vel non auditum Numen, ita ut nullam & nullius reſpueret malè audiendo falſitatem. Plura ſpargebat in ludeæ circuitu, quaſi aſininas invenire poſſet aures; verùm occurrebant homines, inter verum & falſum diſtinguentes: quare cùm portenta à Gentibus deferrentur; dicit Domino, vero Numini, David: *Non eſt ſimilis tui: neque eſt Deus extra te in omnibus quæ audivimus auribus noſtris.* Unde Ludovicus Crucius in *Pſal.* 43. v. 1. cuius expoſitionem ſequitur Maluenda, ibid. ſuccinit: *Cur Midas auribus aſininis? In illo obumbrata gentilitas.*

Vivit adhuc operum Deus inclyta fama tuorum,
Quam proàvi ſeros nos edocuere nepotes.

48 Ergo modò intelligitur difficile Davidis teſtimonium circa præſentem articulum. *Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine*; inquit: *quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Deo in filijs Dei?* Aliqui de bonis Angelis intelligunt: unde Chald. *Inter choros Angelorum*: qui Filij Dei dicuntur ſæpe in Scriptura, *Iob*, 1. 6. 2. 1. Haud aſſentior, igitur Angeli boni per gratiam ſimiles Deo profectò, etſi non entitativè: claretque nequire eſſe æquales Conditori, quia ab illo habent ſimilitudinem cum illo tantùm participativè. De deſertoribus Angelis intelligo teſtimonium, qui in idolis erant vocales; potiſsimùm de illorum, tenebrarumque Principe, qui rapinam, quaſi poſſet, cogitavit, ſcilicèt, eſſe ſe æqualem Deo, dicens in corde philautus: *ſimilis ero Altiſsimo.* Iſai. 14. 14. Nec cæſpites in eo, quod dicantur *Filij Dei*: frequenter igitur retinetur nomen prioris conditionis; uti dicitur leproſus Simon, *Matth.* 26. 6. *Civitas Fidelis, plena iudicij* Ieruſalem. Iſai. 1. 21. quæ omninò tunc erat nequitiâ abominabilis: ſicut *plena populo*, Thren. 1. 1. quæ prorsùs deſolata. *Ita ſepelivit Abraham Saram uxorem ſuam.* Geneſ. 23. 19. ideſt, Saram, quæ fuerat uxor eius. Ioann. 20. 15. quærens Magdalene Chriſti cadaver, dicit: *Si tu ſuſtuliſti eum.* Totum utique prolatum iuxta ſtatum priorem. De Io, iam à Iove corruptà, dictum ab Æſchylo, in *Prometh.* v. 584. *Virgo vagabunda.* Homer. 13. *Iliad.* v. 624. *Meam Virginem uxorem.* Terent. *Adelph.* Act. 4. ſcen. 7. v. 7. *Peccatum in virginem civem.* Alia, ſi lubet, quære *Tom.* 2. *T.* 6. *n.* 24. Ita ergo dæmones dicuntur *Filij Dei*, haud quia ſint, ſed quia fuerunt. *Eos Deus cum bona voluntate, ideſt, cum amore caſto, quo illi adhærerent, creavit; ſimul in eis & condens naturam, & largiens gratiam.* Auguſtinus, 12. de *Civ.* cap. 9. ſubditque: *Unde ſine bona voluntate, hoc eſt, Dei amore, nunquàm ſanctos Angelos fuiſſe, credendum eſt. Iſti autem, qui cum boni creati eſſent, tamen mali ſunt mala propria voluntate; quam bona natura non fecit, niſi cùm à bono ſponte defecit: ut mali cauſa non ſit bonum, ſed defectus à bono.* Hi ſunt qui fuerunt filij Dei, & dæmones modò. *Dij Gentium dæmonia*: Pſalm. 95. 5. de his multa egregia & mirabilia prædicabant Gentes: audiebant Iſraëlitæ confines: Davidque dicit, non eſſe Deum Pſal. 88. 7. Chald. *Quo ſenſu dæmones filij Dei.* *Retinetur interdum nomen prioris ſtatus.* Auguſtin. Pſal. 95. 5.

ex-

extra Deum in omnibus, quos & quæ ex Gentibus audierunt aures; quia nullus ex illis æquabitur Domino, nec illi similis, etsi fuerint filij Dei. Magna de illis in terra mirabilia prædicantur; sed omnia Gentiles comminiscuntur. Illa sanequàm vera, quæ cœli confitentur mirabilia. Nulla illorum vidimus: ambiguum, quod totum pendet ab auribus. Promit de Romanorum gestis apprimè Valer. Maxim. *lib.* 5. *cap.* 4. *Auribus ista tam præclara gesta civitas accepit: illa vidit oculis.* Alia dubia, alia perspicua. Ex utroque sensu veritas constituitur & astruitur. *Opus omnium* (infit Iosephus de templo, lib. 7. de *Bell.* cap. 10.) *quæ audivimus, aut vidimus maximè admirabile, tam extructionis genere, quàm magnitudinis; itemque munificentiæ in singulis rebus & gloriæ.* Haud oculis comprobare possunt Gentes prædicata mirabilia magna: aures tantummodò implent, quæ ab illis ficta. Quicquid dicant, quicquid extollant, quicquid manibus plaudant; *Tu es Deus, qui facis mirabilia*: neque est tibi similis *in omnibus quæ audivimus auribus nostris. Tu es Deus solus.*

Valer. Max.

Iosephi.

Psal. 76. 15. 85. 10.

49 In complementum explanationis Tautologiæ, primò inquirendum est, cur si omne verbum auditum; sæpissimè in sacra pagina dicitur factum? *Dominus locutus est verbum hoc.* Isai. 24. 3. *Aures tuæ audient verbum.* cap. 30. 21. *Audite verbum Domini.* Ierem. 2. 4. *Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Ioan. 6. 63. sic alia: verumenimverò haud audita, aut prolata, sed facta alibi proponuntur. Ierem. 1. 2. *Factum est verbum Domini ad eum.* Ezech. 1. 3. *Osee.* 1. 1. *Ioel.* 1. 1. Ion. 1. 1. & Luc. 3. 2. *Factum est verbum Domini super Ioannem.* Alibi verbum non auditum, nec prolatum exponitur, sed tantùm visum. *Verbum quod vidit.* Isai. 2. 1. *Videamus hoc verbum, quod factum est, & Dominus ostendit nobis.* Luc. 3. 2. Verbum visum solet dici prophetia, cuius eventus per verba prædictus, dicitur visus; quia ita infallibilis certitudinis, quasi obijceretur oculis. Sensui visus tribuitur tam apud sacros AA. quam apud profanos, sensatio quælibet aliorum sensuum. Probavimus varijs testimonijs, *Tom.* 2. *T.* 9. *n.* 13. Unde sensus auctoritatis Evangelici Vatis est: *Visio Isaiæ, quam vidit*, Vaticinium scilicèt, quod prædixit. *Verbum quod vidit*: ideſt, prophetia, quam à Domino accepit; cuius exitus tantæ fidei, quasi videretur exitus. Patet, 1. Reg. 9. 9. *Olim in Israël sic loquebatur unusquisque, vadens consulere Deum: Venite, eamus ad Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.* Sic ergo visio pro vaticinio accipitur, Isai. 6. 9. *Videte visionem*: quod præut sonat, nequibat esse. *Videte visionem*: hoc est, audite prophetiam. *Videre visionem*, vel *Videre visum*, aliquando ut diximus, *n.* 30. sonat idem ad videre quæ in visione obiecta sunt, sumpto pro obiecto ipsa actione. *Vadam & videbo visionem hanc magnam.* Exod. 3. 3. *Existimabat autem se visum videre.* Act. 12. 9. & *Ioel.* 2. 28. Tunc visio idem est ac imago, vel spectrum, ut illud, Actor. 10. 17. *Dum intra se hæsitaret, quidnam esset visio, quam vidisset.* Secùs in nostra auctoritate: equidem hìc visio usurpatur pro vaticinio, ut sæpè aliàs, 2. Paralip. 32. 32. *Scripta sunt in visione* (prophetiâ, nempè) *Isaiæ*, Nahum, 1. 1. *Liber visionis* (vaticinij, scilicèt) *Nahum.* Clarè, Daniel, 9. 24. *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt, ut impleatur visio &* (pro *Ideſt*) *prophetia.* Ab Isaia igitur dicitur *Visio*, quod ab Abdia, 1. 1. vocatur *Auditus*: ab Habacuco, 3. 1. *Auditio*: ab Ezechiele, 20. 46-21. 2. *Stillatio.* Quare, ut ibidem elucet idem est ac prophetia. *Stilla* (dicitur) *& propheta.*

Luc. 3. 2.

Isai. 2. 1.

Visio pro vaticinio.

Isai. 1. 1-2. 1.

Quid sit verbum visum?

Actio pro obiectio.

Cur prophetia dicitur visio, auditus, auditio & stillatio?

Et *pro* Nimirum.

50 Dum dicitur *Verbum factum* non semper de prophetia intelligendum est; sed aliquando de nuncio, de imperio, aut edicto prolato. Hispanicè, *Encarga.* Quandoque *Verbum* nihil per Hebraismum significat, nisi id cui iungitur. *Verba delictorum.* Psalm. 21. 2. *Verbo virtutis suæ.* Hebr. 1. 3. *Quomodó palam factum est verbum istud?* Exod. 2. 14. *Nolite facere verbum abominationis.* Ierem. 44. 4. Sic alia: plurà videris, *Tom.* 4. *T.* 8. *n.* 6-*T.* 9. *n.* 3-*T.* 12. *n.* 26. & hìc *T.* 2. *n.* 6-*T.* 7. *n.* 9. Invenitur quoque huiusmodi idiotismus in *Visione.* Luc. 24. 23. *Dicentes, visionem Angelorum vidisse*: ideſt, Angelos. Idem, Ezech. 1. 1. *Vidi visiones Dei.* Daniel. 10. 18. *Tetigit me quasi visio hominis*, & Isai. 29. 11. *Erit vobis visio omnium*: hoc est, erunt vobis omnia. Quandoque *Verbum* est propriè id quod auditur sive externè, sive internè. Hinc dum *Verbum* dicitur *factum*; intelligendum est notum. Vernaculè: *Notificado.* Verbum scilicèt, quod Deus dignatione suâ intimavit. Mandatum creditum huic, vel illi. Notitia concessa à Deo, aliquando iubente, aliquando revelante: quo quidem proclivè exponuntur præiacta testimonia. *Factum est verbum Domini super Ioannem*: notum factum est Ioanni à Domino, quod prædicaret. Ideo additur: *& venit in omnem regionem*

Verbum factũ pro nuncio, notitia, aut imperio.

Verbũ *pro re cui iungitur.*

Luc. 3. 2.

nem Iordanis, prædicans. Similiter, *Videamus hoc verbum* (nuncium) *quod factum est* (auditum) *& Dominus ostendit* (revelavit) *nobis.* Ex contextu patet literalis expositio. *Videntes* (subditur v. 17.) *cognoverunt de verbo* (de nuncio) *quod dictum erat illis.* Cap. 2. 15.

51 Secundò delicandum est, quid sit. *Auriculam alicuius revelare.* Phrasis trita. *Dominus revelaverat auriculam Samuelis*, & Isai: *Dominus aperuit mihi aurem.* Ea quæ alijs, quin ab alijs possint audiri, studiò dicimus, potissimùm nolentes adstantibus nota facere, in auriculam instillamus, utpotè arcana. Quare cùm auriculæ approximamus, auriculam revelare dicimus illorum, quibus mysteria Sacramento nota facimus; pro loqui ad auriculam secretorum participis. Hic modus loquendi opponitur modo communi manifestandi aliquid palàm. Quare in Scriptura dicitur, *Narrare in auribus.* Exod. 1. 2. *Loqui in auribus.* 1. Reg. 25. 24. quasi publicè. Unde Virgilius, alijque Poëtæ dicunt, *Voce vocare*: de quo suo loc. *tom. 7. T.* 3. opponiturque *secretò vocare*, uti dicitur, Ioann. 11. 28. *Vocavit Mariam sororem suam silentio*: idest ad auriculam loquendo, adventum Salvatoris illi nunciavit. Haud Ethnicos fugit istiusmodi stylus. Sophocl. in *Aiac.* v. 565. 1. Reg. 9. 15 Isai. 50. 5. *Quid sit, alicuius revelare auriculam?* Ioan. 11. 28.

Eiusmodi verba, occulto linguæ susurro.
Effingens Ulysses auriculis cuiusvis ingerit,
Et suadet vehementer. Sophocl.

Iuvenal. 3. *Satyr.* v. 122. *Stillat in aurem.* Martial. *lib.* 5. *Epigram.* 62. *Nescio quid dominæ garrit in aurem.* Pers. Satyr. 5. v. 96. *Secretam gannit in aurem.* Statius, 1. *Achil.* de Thetide ad Lycomedem dicit:

Dum repetit monitus, arcanaque murmura figit
Auribus, & tacito dat verba novissima voto.

Ita pro secreto loqui, accipit Seneca, lib. 2. *Benef.* cap. 23. *Quidam furtivè agunt gratias, & in angulo & ad aurem.* Hor. lib. 1. *Satyr.* 9. v. 67. *Certè nescio quid secretò velle loqui.* Unde *Vellere aurem* sumptum pro admonere, quasi ad aurem adstaret monitor. Virgil. 6. *Eclog.* v. 3. *Cinthius aurem vellit, & admonuit.* Paulinus, *Epist.* 34. *Vellicatà blandè auriculà suscitavit.* Vide Valer. Maxim. *lib.* 1. *cap.* 5. & Muretum, *Variar.* lib. 12. cap. 5. Ita cùm Dominus Samuelem de adventu Saulis præveniisset; dicitur eius revelasse auriculam. Item nunciando Davidi genus cum regia dignitate conservandum, 2. Reg. 7. 27. subditur: *Revelasti aurem servi tui.* Etiam Ionathas ad illum, pro nuncio secreto, ait: *Revelabo aurem tuam.* Q. d. arcanè nunciabo, ut fugias tutò. Senec. *Vellere aurem, pro monitione.* Virgil.

52 Liquet ergo quale fuerit munus Banaiæ, quem *posuit David ad auriculam suam.* Exponitur, 2. Reg. 23. 23. *Fecit eum sibi David auricularium à secreto.* Vel qui moneret agenda, vel qui iuberet exequi secretò mandata: ideoque *auricularius* dicitur, quippequàm quando coram alijs esset, ad eius auriculam David, quæ volebat, referebat; ut quibus incumberet, diceret. Maluend. quia Hebr. legit, *Ad audientiam suam*; exponit vel *Consiliarium suum*, vel *præsidem stipatorum.* Hilp. *Consejero*, aut *Capitan de la guardia.* Haud longè abeunt ad hoc verba Serarij hìc: *Scilicèt regis custodibus arcanas tesseras dare solebat*: & à primo voces vernaculæ, queis Senatus vocatur *Audientia*, & Synedri appellantur *Auditores.* Olim etiam *Aures Regis dicebantur* (ait Iul. Pollux, *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 36.) *qui ea quæ dicta annuntiabant*; *à quibus & auscultare compositum est.* Brisson. de *Regn. Pers.* & Apuleius de *Mundo* inquiunt: *Stipatores regalium laterum tutelà pervigili*: *sed inter eos aures regiæ quidam homines vocabantur: per quæ officiorum genera Rex ab hominibus Deus esse credebatur, cùm omnia ubiquaque egererentur, ille Otacustarum relatione disceret.* Adi quoque Frider. Taubmann. in *Amphitr.* Plaut. prolog. v. 66. & in *Pœnul.* Act. 3. scen. 3. v. 80. Hi apud Romanos dicebantur Delatores, qui apud Persas Otacustæ, seu auricularij. Ab hac arte aures asininæ signatæ Midæ Regi, uti diximus, *num.* 47. *Sunt quibus placet hac allegoriâ significatum Midam, utpote tyrannum, coryceos & subauscultatores dimittere solitum, per quos quæcunque per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, agnosceret; nimirùm illis utens aurium vice. Proinde cùm vulgus admiraretur, ab illo resciri etiam ea quæ clam, ac procul fierent; occasionem fabulæ dederunt, ut Midas diceretur auriculas asini habere; vel quod nullum animal, excepto mure, acutiùs audiat, quàm asinus.* Hæc Natal. Comes in *Fab.* 4. lib. 11. *Metamorph.* Ovid. quod regerit, lib. 9. *Mitholog.* c. 15. 1. Paral. 11. 25. 52. *Quià, aliqui ad auriculam ponere?* Pollux. *Qui, aures Regis?* Apulei. Nat. Com. *Quid signent Midæ aures?*

53 Aptiùs hic loquendi modus usurpatur de sermone secreto iuxta negotia fidem & sigillum exigentia. Sumitur alluso, seu phrasis translatio ab illis, qui propriùs ad-

moti, quæque nolint ab alijs exaudiri, quasi stillando insusurrant in aurem. Homer. *Odyss.* 23. v. 401. *Admoto capite, reliqui ne audire valerent.* Eurip. in *Ion. v.* 1004. *Accede, in aurem ut quæ volo tibi eloquar.* Lucian. in *Gallo*, inquit: *Cum Syracusanis quibusdam ad aurem communicans.* Persius, *Satyr.* 2. *v.* 21. *Quo tu Iovis aurem impellere tentas.* Indicatur hoc carmine insania summa Caligulæ, de quo Suetonius in eo, *cap.* 23. *Inter diù verò eum Capitolino Iove secretò fabulabatur, modò insusurrans, ac præbens invicem aures; modó clariùs, nec sine iurgijs.* Quia res regni sortiuntur felicem exitum si sub arcano; & palàm, frustratur votum. Dum per se Reges immediatè nequeunt negotia exequi; necesse est eligere cui credi possint ardua regiminis & cum quo consilia communicanda: hinc assumitur à Davide Bannias seretarius, qui *Auricularius* dicitur, eò quòd cum illo graviora regni arcana secretò tractaret; quippe mos, loqui ad auriculam, quæ nolumus ab alijs audiri, caventes ne evanescat propositum, si in aures multorum manifestè delatum. Ita cavebant Iudæi, ne illorum nugæ vulgarentur, loquentes in auriculas muliercularum, de futura felici sorte; sicut modò faciunt homines ac fœminæ vagabundæ, quos vocamus Bohemos, Cingaros, Ægyptios, Vulgò, *Gitanos.* Unde Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 541.

Homer. — *Insania Caligulæ.* Sueton. — *Quid, loqui ad auriculam?* — Iuvenal.

——— Meditata murmura præstant,
Cùm dedit ille locum: cophino, fœnoque relicto,
Arcanum Iudæa tremens mendicat in aurem.

Vide hìc Isaäcum Grangæum. In aurem etenim susurrabant, quippe quæ loquebantur, clanculùm fieri oportebat, ne uti impostores, nugivenduli plecterentur. Quare liquet, loqui ad auriculam, idem esse, ac secretò loqui: quo intelligitur illud: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine & quod in aure auditis, prædicate super tecta.* Iterat servator N. phrasem, Luc. 12. 3. *Quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.* Idest, in solarijs, quibus amici conveniebant sermocinandi gratiâ. Græc. *Acroteria.* Hisp. *Galerias, Azoteas*: ad quæ forinsecùs patabat per gradus ascensus. Obitet elucet illud Christi: *Qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua.* Marc. 13. 15. *Super tectum*: quippe Iudæi tecta habebant pervia, plana & tabulata; quin nisi domino introrsùm concederetur aditus. Sat ergo pro Tautologia.

Matth. 10. 27. — *Et aure audire?* — Cap. 14. 17.

Versiones. 54 Modò in versiones. *In omnibus quæ audivimus auribus nostris.* Maluend. *Quod audivimus in auribus nostris.* Hebr. *Omninó prout audivimus auribus nostris.* Arabic. *In angustis suis.* Lyr. *In clausuris suis.* Pagn. *A clausuris suis.* Forer. *Auribus attendimus.* Alij, *Quæ nos audivimus.* Iuxta has versiones sensum Tautologiæ enucleavimus. Audiamus igitur à Deo aliquid, ut simus Dei: equidem nostra interest.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

1. *Audivimus auribus nostris.* Ex auditu aurium procedit rectum iudicium. Singulæ aures debentur partibus litigij singulis: diciturque à Principe meditanter, *Audire auribus*, ut constet audiendo auditus: equidem in causæ prudentem expeditionem non audit, sed obsurdescit; qui aure & non auribus audit.
2. *Audivimus auribus nostris.* Audire, & auribus, quorsùm? Sunt aures cordis & aures capitis. Aures capitis in vocum auditam: aures cordis in vocum obedientiam: & in audiendi ministerium & opus, additur auditui auditus; igitur in auditum perfectum non satis aures, ni in vocum perfectionem inclinentur aures cordis.
3. *Audivimus auribus.* Indicatur geminatione modus, quo doctrinæ audienti proveniat fructus. Aures etiam habet cor: aureque David in auditum multiplicat; ut constet, an audiens audiat: etenim nihil auditur ab aure, si quod auditum non retinetur à corde.
4. *Audivimus auribus.* Auditus ne vivacitas, vel signatur in geminatione surditas? Surditas planè, auribus tantùm audire. Debent audiri prædicatoris voces, ut in salutem tendant vulnera mentis: auditorque dicitur surdus, dum audit auribus, quippe voces non audiuntur, dum audiuntur ut audiantur.
5. *Non est Deus extra te in omnibus quæ audivimus auribus nostris.* Hæccine, antequàm unigenitum misisset in mundum. Quid si videret in Christo amoris excessum? Quid si audiret sic amantis canticum novum? Equi-

dem

dem haurientibus dulcedinem, proximioremque habentibus aurem, nobis videtur, nil poſſe conferri conſonantiæ modulaminis, in omnibus quæ audivimus auribus noſtris.

6. *In omnibus quæ audivimus auribus noſtris.* Auris auditu non impletur; exceſſuque amoris Salvatoris impletur auris; quippe nihil ultrà, flagrante pectoris flammà: additque ſingularem amori ſine modo modum, ut cognoſcamus charitatis exceſſum; cum nil plus in demonſtrationem charitatis, in omnibus quæ audivimus auribus noſtris: ſiquidem triumphus illi de hominibus plùs glorioſus; quia amore vicit, ab amore victus.

DIDASCALIA PRIMA.

Lethalis auditio aurium ſine ulla viſione vocum.

Verba volatica malignitatis inſignia.

VErba volatica, malignitatis ſigna, ex ore flammivomo ſuſurronis perpropriè dicuntur ignis, quo (Videſis Eccli. 28. à v. 15.)

Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt,
Everſa ab imo regna tot populos premunt.

Seneca.

Ita Seneca in *Hippol.* à v. 559. Mollita ſunt ſermones eius ut oleum, & ipſi ſunt iacula: loquitur enim quaſi audientis iram frangat; & in ultionem excitat, dum innocentem vulnerat. *Ideo claudendæ ſunt aures malis vocibus* (ait idem, *Epiſt.* 123.) *& quidem primis. Peſsimum genus hominum, qui verba geſtarent: ſunt quidam qui vitia geſtant. Horum ſermo multum nocet: nam etiam ſi non ſtatim officit; ſemina in animo relinquit, ſequiturque nos etiam cum ab illis diſceſſerimus, reſurrecturum poſteà malum.* Verùm quodnam? Aure bibiſſe venenum. *Videte quomodo audiatis*: dixit aſſeclis Aſſertor N. Apud Marcum: *Videte quid audiatis.* Quid audiendum nequit conſiderari ab auditore ſed à loquente: & audienti incumbit, quod ille loquitur, ubi aliquid denuntiatur; quoniam ſi conſiderat totum excipiendum ab aure, loquetur profectò ſine conſideratione.

Idem.

Luc. 8. 18.

Marc. 4. 24.

Animo dolenti nihil oportet credere:
Etiam innocentes cogit mentiri dolor.

Publ. Syr.

Ait Publius Syrus in *Mim.* v. 252. Hinc quid audiatur conſiderandum, ne emergat ex auditione periculum: equidem quod officioſè auditur quaſi à zelo flagrantis oriri ſolet quandoque à corde pravo dolente: & quod per aures concepit cor quaſi verum, clareſcit verè enormiſſimum mendacium. Videndum utique ab oculis mentis, quid hauſerit auris; ne ſit poteſtatis auctoratæ præcipitium, in vulnus falſum medicaminis propoſitum: igitur magis impellit, quod proditur à do-

Dolenti non detur fides.

2 *Videte quid audiatis. Videte quomodo audiatis. Quid* entitatem definit. *Quomodo* regulam, ſive formulam oſtendit: & ut diſcernatur vocum audita quidditas, in modo audiendi ſignatur moderamine qualitas; quandoquidem enunciabitur quicquid ſuggerit prolubium, ni qui auriculam præbet, habuerit modum. Modus eſt regula, qua videntur ad libramen audita, ut conſtet integra cuiuſcuius digna fama: & ad entitatem denuntiantis ſignatur modus audientis; ut videat quomodo audiat: ſiquidem prudenter perpendens denuntiationem; cognoſcet prorsùs, nullam habuiſſe entitatem. Quidam ductus dulcedine cantus luſciniæ, voluit ſcire, an ita grata Philomela palato, ſicut fuerat auditui modulamine conſono. Illecebrà gaudibundus comprehendit, ſed comprehenſam faſtidivit: quoniam ubi ſtomacho expectabatur ſuavitate ſatietas, ſine corpore invenit plumas & plumas: unde nauſeà (quia deglutire nequibat) bileque commotà dixit: *Totum vox, nihilque prætereà.* Vide Rufum Feſt. Avian. in *Fabul.* Siccine uſuvenit ſuſurronis garruli cantus; ubi in audiente vocis dulcedinem, reperitur & modus. Plures voces audiuntur, quæ animum abducunt quoniam voces ſuaves: ſed harmoniam non formant, dum harmonicè formantur, ſi à prudente cum modo audiendi excipiuntur: ſiquidem exploratur à cordato modo audiendi, voces eſſe ſine corpore. Sunt nonnulli voraces opinionis ſub vocibus veritatis, quæ minimè placent, quippe ſtomachum non implent (Vernaculè: *No hacen buen eſtomago.*) & audita ſuaviter moleſtiſsimè ferunt, quia deglutire non poſſunt: daturque in veritatem auditui modus, ne in aſſertionem vocum tinniat

Sit in auditione modus

Avian. *Suſurri voces ſine corpore.*

auditus: etenim in libra fideli examinis, inveniuntur duntaxàt voces & voces. Quid & quomodo audiendum ignotum stultis est; & commendatur modus, ut per illum constet quid: quandoquidem post mulcimina vocum, post mellodiam murmurum, deprehenditur substantia vocis sine corporis substantia; quia totum vox nihilque præterea. Vox est, & quia vox iurè despicitur, plumis tantùm quippe ornatur: siquidem corpus ad corpus vocis ita futile & exiguum; ut ad tantam crepitantem harmoniam, nullum insit fundamentum. Unde Ovidius de Echone, 3. Metam. fab. 5. accinit:

Cur similes luscinia?

——— *In aëra succus*
Corporis omnis abit, vox tantùm.
Vox manet.

Voces efformat pectoris malitia, ac ex vocibus auri conflatur harmonia, quæ cordi nocet, ni despiciat qui illam audit, cogitans esse posse, & posse non esse quicquid decantatur voce, opinione veritatis, ac veritate opinionis: veritate opinionis in remedium, opinione veritatis in derisum: etenim cùm veritas exprimatur, si vox atque vox auditur; in modo audiendi, qui modus non audiendi, fraudes clarebunt malitiæ: harmoniæ quippe qui sonus, totus vox, & nihil amplius. Non habet homo communiorem vocem ad notandam falsitatem, quàm *Vox est*. Ut evanescant vocum entitates, dicuntur voces: igitur cùm tantò distet vox à veritate, quantò veritas distat ab opinione; considerandæ, verùm entitates astruentes, minimè voces huc illuc undecunque vagantes. Hispanicè: *A razones, que confirmen, y no á las voces que corren.* Sunt voces falsæ & voces veræ; in calumniæque musica, nonnulli nimis placet vocula falsa. Sæpe difficile cognitu in melodia vocis est, an falsa vel vera vox: an à corde puro, an à pectore læso, an à visceribus putridis, an à proposito pacis: moduscue audiendi præfigitur; ut veritas à vocum falsitate discernatur: quippe non alius, ne tinniant aut bombilent aures; quàm prudenter, astutè videre voces.

Quid veritas opinionis, & opinio veritatis?

3 Audivit Ioannes vocem de cœlo, illicòque de se dicit, *Conversus sum, ut viderem vocem.* Exprimit animi promptitudinem homo, ubi ad primam vocem fit conversio. Sanè audit, qui promptè obedit: igitur minimè amabit crimen, quisquis convertitur, sequiturque vocantem. At hoc *Didasc. seq.* Vocem audivit, & conversus actutùm ut vocem clarè videret. Vox auditur, non videtur; & Ioannes auditam intendit videre vocem, ut vocis vagæ deprehendat per lumina veritatem: equidem cùm sint momenta regiminis, distinctio veritatis à falsitate vocis; haud muneri incumbit, ni videat voces quas audit: quippequàm auditu solo, qui fallitur, si incircunspectè pellicitur (accedente causà viduæ, & reclamante potente) vocem dicet veritatem, atque veritatem vocem. Visus est vocis examen ex suppositione vocis, an fundetur in aëre, an egrediatur à pectore. In pectore corpus habet, in aëre aëris motionem ostendit: videturque vox sedulò in vocis iudicium, ne sit in operationibus regiminis temerarium: igitur plerunque vocibus atque vocibus, rumoribus ac murmuribus, auditu designante commotionem; qui videt, videt nec corpus nec entitatem. Perpende *Conversus*. Vocem audivit & conversus est ad vocem: equidem cùm in modo audiendi sit in fallaciam curiositas; vel prudens solicitudo, ut clareat veritas; solicitè Ioannes convertitur, unde vox audita trahitur: imprudentiam quippe sonat, modò audiens nesciat, si quid vocibus spirat; unde veniant, aut quò vadant. En modus prudens audiendi. *Unde* est pectus denunciantis: *Quò* propositum obloquentis: converticturque audita voce; ut sciat quò progrediatur & unde: siquidem in felicem vocis exitum, debet examinare & pectus denuntiantis & propositum.

Quo modo audita videnda?

Apoc. 1. 12. *Unde vera conversio?*

Ioan. 3. 8. *Cur aurit difficilis debet esse?*

Habet suum venenum blanda oratio:
Difficilem oportet aurem habere ad crimina.

Publ. Syr.

Succinit Public. Syr. ubi supra. *v.* 171. Accedit adulator, quia principi voce blanditur; & promit vocem vel in vindictam absentis, vel in propositum muneris: sciendumque unde vox illa veniat, aut quò vadat, ut præclarè qui audiverit sese gerat, dum cognoscitur pectus, atque pectoris intuitus: igitur illicò ad vocem conversus, cognoscet ex artificio, vocem oriri à pectore in ultionem venenato, & simul à corde dignitatis ambitioso. Sciendum est, quis dixerit, ut constet *unde*: & simul *quò*, qua intentione; quippe sine conversione ad vocem, ut *quò* & *unde* libretur in examen; calumniam auditor credet, & innocentem vexabit: siquidem in voce videre noluit latens propositum ambitionis, & malignitatem pectoris. Aurem difficilem ad crimina habere congruit, dum oratio blanda accesserit, ne

Haud detur fides vocibus ultionis & ambitionis.

sepe-

ſepeliatur veritas, & ſuſcitetur auditoris facilitas: equidem quod auri videtur gratum, patet in corde venenum.

Ubi ſupr.

4 Audiendi modus videtur utilis & oſcitantia in regimine lethalis. *Videte quid, & quomodo audiatis.* Si auditus eſt potentia neceſſaria, quomodo in electione quæ audienda? Non eſt libertas in auditione, ſed in modo audiendi: moduſque indicatur, ut ſit voluntarium quod auditur: equidem ſi audita creditur vox, & per modum audiendi ignorat auditus quid: in corde ſedebit toxicum, quod aurem titillans, intromiſſum uti verbum. Ideo dicitur: *Videte*: videndum verbum, quia cæcè auditur, ni viſum. Audiuntur verba, ſed an verba ſint verba conſideranda: igitur cùm delator inferat virus, quando in verba aperit pectus; lues efficaciſsima impendit, ſi auditor verba non videt: patebit ſanè in patera futilis verbi, hauſiſſe infectionem deteſtabilis aconiti. De Lyſidia refert Plutarch. in *Lycurg.* nutritum fuiſſe veneno, crudeliſsimo intuitu: igitur quos interficiebat aëre pectoris ſtudiosè peſtilente, videbantur interire verborum ingenitâ maieſtate. Etiam ars in exterminium hominum eſt argumentum vanitatis magnatum; quaſi eſſet maieſtatis auctoritas, inexcogitabilis ab humano crudelitas: ſed parvi ducunt ſubditorum necem, modò hauriant ex actione aliqualem vanitatem. En ſuſurronis ſymbolum in cladem hominum. Accedebat Lyſidas quaſi aliquid ſecretò ingereret auribus, & erant verba præſentiſsimum virus; mortuo audiente, qualibet ab eo articulata voce: igitur in verbis haud efformabat eloquium, ſed conficiebat venenum, quoniam pectore putrido, & halitu venenato, idem erat verba in audientem proferre, ac peſtilentiam in mortem eiaculari. In huiuſmodi cladem miniſtratur antidotus, dum deſignatur in audiente audiendi modus: equidem ſi non viderit quid audit, in poculo ſplendenti fallacis labij, bibet auris audiendo totam potionem veneni.

Cæcè cur auditur, ni audita videantur?

Artificium crudelitatis Lyſidiæ.

Quod videtur verbum, eſt aconitum

5 Ferè cuncta animantia virulenta habent venenum in lingua. Lingua in homine eſt inſtrumentum ſermonis, conceptuum mentis interpretis: notaturque audiendi modus, ne loquentis noceat virus: igitur ſi modum negligit ratio, labili eloquio; in malum ſentiet aure non audiviſſe hominem, ſed purulentum ſerpentem. Quænam vulnera non intulit mundo primus cum ſerpente ſermo! Videbatur utique in mulcimen ſpecioſus, ſed ibi latebat diabolus. In oſtenſionem regiæ maieſtatis mos Mexicanis Monarchis fuit, alere vivaria ſerpentium, & iuxta illa collocare manſiones ſcurrarum & ludionum. Hiſpanice *Bufones*: neſcio an à bufonibus reptilibus, quorum tabificus halitus. Vide Solis, in *Hiſtor. novæ Hiſpan.* lib. 3. cap. 14. Infelices ſanè principes, queis oblectamenta & ludiones & ſerpentes: Inſaniam arbitror huiuſmodi voluptatem; ſed prudentiam, vicinam utrorumque coniunctionem; ut quiſque caveret à ſuſurronibus, quaſi à ſerpentibus: quandoquidem perinde virus in lingua ſerpentis, ac in verbis ſuſurronis. Ambiguum eſt, quis à quo fugit ſaniem in hominum ſtupidorum perniciem: verùm inconcuſſum, præſentius eſſe virus delatorum; quia effectum vafrè ſortiuntur inſidiæ, ſine veneni latitantis cautione: igitur dum cogitatur aure ab homine accipi verbum innoxium; ex commoto ſtomacho à prava vipera claret traxiſſe venenum.

Solis.

Suſurrones, ſerpentes.

Garrulitas odioſa datur, linguæque venenum,
Verba maligna novas muſſantis ſemper ad aures,
Crimina per populum populi fert ore bilingui.
Nulla fides.

Manil.

Uti canit Manilius, 4. *Aſtronom.* cap. 2. v. 73. Quænam ori bilingui fides inerit dum ludio ſycophanticè illi refert, quod placet; illi, quod diſplicet? Verba omninò maligna ſunt, quia hominis videtur vox: tuncque muſsitando virus gliſcit in corde graviſsimum; quia non ſerpentis, ſed hominis excogitabatur verbum.

Cur maligniores?

6 Contra dedicantes Domino, quos reſpuit palati libido; præcipitur *Levit.* 11. & *Deuteron.* 14. immunda nec ſacrare, nec comedere. Homines uſuvenit inhabiles ſæculo, ſub eccleſiaſtico, aut religioſo invitos ſubmitti iugo: ſimulque ſignantur & ſacranda & comedenda; quia fas non eſt templis ſacris deſtinare, quos ſæculum præ turpedine nequit nauſeà deglutire. Fœdè in altari ac congregatione apparent, quos patres horrent. Inter inhibita notatur Hebræis muſtela. Hæc ore parit, quæ aure concipit. Novatiano de *Cibis Iudaic.* cap. 3. Petr. Cunæo de *Republ. Hebr.* lib. 3. cap. ult. Abèn ezra, aliiſque Rabbinis placuit, in his animalibus, conditionis hominum ſymbolis, interdici hominum conditiones. Unde vel Ethnicus de *Iſide & Oſiride*, infit: *Muſtelam*

Quod & qui contemptibiles mundo, ſacrantur Deo.

Levit. 11. 29.

Muſtelæ conditio.

Plutarch.

ſtelam adhuc multi putant, & dicunt, quod aure ineatur & ore pariat; ſermonis ortum exprimere. Etiam Ovidius, lib. 9. *Metam.* fabul. 6. ſuccinit de Galanthide in muſtelam mutata:

Ovid. *Quæ quia mendaci parientem iuverat ore,*
Ore parit, noſtraſque domos velat ante frequentat.

Exiguæ cogitationes viderentur Deitatis, quaſi maieſtatis faſtidia, ni in hieroglyphicis ad hominis ſalutem intercederent momenta. Quod averſatur in ſymbolis, averſatur etiam in pectoribus humanis. Aure concipiunt, & conceptum ore proferunt. Clarent venena, igitur conceptus auris vagiunt in lingua. Quod eſt in cuſpide linguæ, ſtomachi facilitate, præcipiti labio; in digeſtionem debet prudenter collocari in ſtomacho; an conceptus operationibus gliſcat, vel temporis decurſu ſubventaneus evaneſcat: & qui muſtelæ in conceptu imitatores, ad regimen imprudentes; quippe notat auditoris imprudentiam, quicquid concipit aure, ducere in buccam. Ore proferre, eſt aſſerere ut factum, quod aure facili auditum: & ubi ſplendere debet veritas, cordis noſcitur facilitas; igitur facilè credit, qui credit quod aure concipit. Patet: ſi conceptus fit per aurem, lingua duntaxàt parturire poteſt vocem; & ortus ſolummodò vocis, non eſt ortus veritatis.

Imprudentia regentis, parere ore, quod concepit aure.

7 Muſtellæ occurſus olim ominoſus, uti tradunt Pier. Valer. *lib.* 13. *cap.* 28. Eraſm. 1. *Chiliad. Centur.* 2. *n.* 73. Alciat. *Embl.* 126. Unde illud:

Alciat. *Muſtella tibi ſi occurrat, omitte.*

Cauſam affert Plinius. *Fel contra aſpides dicitur efficax, cætero venenum*: lib. 29. cap. 4. Cap. 5. *Veneficijs ex muſtella*: & lib. 32. 2. *Tanta eſt aviditas ipſius veneni.* Cuncta ſanè prætereunda, quando occurrerit homo ſicut muſtella: ſi ipſa tota venenum, & præſtantiſsimum; occurrere huius conditionis hominem, erit meritò ominoſum: ſiquidem in aurem inſtillare non valet, niſi virus quod concepit. Fugere oportet vel occurſum muſtellæ, ne lues ingeratur auri, & tanta lues: equidem ſi efficax venenum aſpidum; inter venenum & venenum, ſatius occurrere aſpidem, quàm adinſtar muſtellæ ſuſurronem. Fel muſtellæ pernicioſum demonſtratur, & quod etiam veneficijs obſequitur: imago eſt malignantis delatoris, & ſtoliditſsimi principis, dum notitiam arbitratur oriri à corde, quæ procedit virulentiſsima à felle: equidem cùm non cognoſcat niſi curioſitatem, incuriosè curioſus bibit perniciem. Veneficium dicitur, quod philtrum cordis, amiſſa pretioſitate libertatis pro aviditate in optata, atque propenſione in nocua; ut contingit magnatibus cum huiuſmodi muſtellis: aulæ ludijs, quouſque dolore ſapiant, quàm noxie prava concipiant; etenim quod videbatur affectione cordis philtrum, eſt à fellis amarore in cor ingeſtum venenum. Quid mirum, ſi occurſus odioſus? Quilibet prudens averſatur virus: & in hominibus muſtellatis diligentius cavetur; quia potentiùs contagium exhauritur: igitur præſentiſsimum toxicum, quod efficacià ſuperat venenum aſpidum. Qui toxicata bibit, fit etiam virulentus. Haud ſecùs delatorem audientis lethalis halitus; quoniam peſtifera verba; dum venenata ſunt ora: muſtella arcetur à menſis, ut peſtiferi etiam arceantur homines: quandoquidem nemini placet comedere, quod nequit totis viribus concoquere, provocans in faſtidium, quicquid ut virus commovet ſtomachum. Vernaculo vigilenter æqivoco: *Prohibeſe el poderſe comer, porque un mal fin no ſe ha podido tragar.*

Quare muſtellæ ſimilis?

Quod auri placet uti philtrum, cordi diſplicet ut toxicum.

8 Quæ peſtes Reipublicæ & toxica ſunt tyranni dulciſsima oblectamenta. Nunquàm ſuſurri placent, cui crimina diſplicent: tyranniſque oppletis iniquitate, ex iniuſta ſubditorum vexatione, ſunt murmura grata; quippe ſæva præſumit perturbata conſcientia: ſummittitque ſolicitè delatores, an quæ latent, alios non lateant iniquitates; & ſcientes, cautè exauctorentur, vel impoſturis plectantur: quaſi nimirùm crimen eſſet, mala mala cognoſcere; laudabile, mala facere: quandoquidem impunia vagantur facta iniqui regiminis, atque dirè multantur tyrannidem cognoſcentes.

Cur ſuſurrones placeant tyrannis?

Sed quid violentius aure tyranni?

Iuvenal. Dixit Iuvenal. *Satyr.* 4. v. 86. Inſtar muſtellæ parit ore, quod concipit aure: quam quidem petulcam, verminantem, prurientemque geſtat, ut ore venena biliosus ſtatim proferat Ciphra O circulus, ſive orbiculus arithmeticus nihil ſignificat, quippe tantùm ſonat; & ſæpe multiplicato additum lemma: *Hoc per ſe nihil, ſed ſi minimum addideris, maximum fiet.* Ita Octav. Strad. *tom.* 2. Symb. 14. à quo ſumpſit Picinell. in *Mundo Symbolic.* lib. 19. cap. 10. *num.* 41. In innumera creſcet quod erat nihil, ſi aliquid eſtò minimum additum. Ecce ænigma ſuſurronis & tyran-

Octav. Strad.

ranni præsidis. Ex nihilo nihil coälescit, estò malignus plures circulos addiderit. O *nihil est* : accinit Achill. Bocchius, *Symbol.* 71. Unum numerus non est, sed cum multiplici ciphra innumerabile fit. Unde cùm tyrannus in sævitiam properet; si delator unum addit, quod unum in aure, innumera sunt in corde : queriturque de ciphra, quæ quidem nihilum, quasi calculus esset de summa rerum.

Achil. Bocch. *Ænigma de latorii, & maligni præsidis.*

9 Facit tyrannus, cui cordi sævitia, quod solummodò miramur in divina omnipotentia ; quæ omnia condidit in numero, pondere & mensura : at quia nihil violentius aure tyranni ; cuncta pro numero destruit sine mensura, vel pondere. De illo dicitur : *Qui fecit pondus ventis.* Idem facit furiosi præsidis auris. Vox susurri ventus est : à delatore sine pondere fit vox. Nihil interest sine pondere quod sit: & ex auditu facilis dat pondus ventis: quoniam æstimat uti pondus furenter iratus, quod in se non habet pondus. Ventus ponderaretur vox vaga, ut nihilitatis ciphra, quæ studiosè prætermittitur; quia nihil non observatur. Unum à delatore accipit auris ; & tunc datur pondus ventis, haudquaquàm ab entitate, sed à lacerato iniquitatibus corde ; quin consideret venti libramen indicare vel fatuum, vel furentem, excitatum à malevolo, in quo ultionis cogitatio : igitur dum nihilo studiosè in numerum addidit unum, addidit in pondus sine pondere ventum.

Iob. 28.25.

Dant pondus ventis.

Somnia pondus habent ? An habent & somnia pondus?

Habent profectò, ubi quasi crimen ulciscitur præsidis furor, quod somniavit calumniator: igitur pondus vocis librat dolosa statera auris, cùm voces nullius sint ponderis. Scit criminator pectus præsidis saucium, & cogitat vocem deferre in obsequium, quasi condolens vicem ancipitis gravitate regiminis, & amaritudinis immeritò saucij cordis; quia in animæ desiderijs peccator arte laudatur, & iniquus benedicitur. Suggeritur auri mendacium, quod movet in innocentes stomachum, arbitrante magni ponderis præside, quod sanè nihili, & insciâ subditorum prorsùm imaginatione; quoniam ut in illos fureret, malignus callidissimè somniavit : præsesque in præcipicium notitiâ fertur, & simul internum ulcus atque in prudentia cognoscitur : equidem cùm malignus quantumvis latret in aurem, non pondus mittat, sed vocem ; præses specie arreptitius tribuit non ponderi pondus.

Ovid. 9. *Metam.* fab. 11.

Et propriam tunc ostendunt iniquitatem.

10 Ulterius. Nemini grave, quod vox audiatur vagabunda sine pondere. Nemo dolet sine vulnere. Unde si saucius dolet, dum fator rumoris mulcet ; dolet quia vulnera vult habere, sed non cognosci. Pondus est in iniquitatis plaga, & non in plagæ notitia, de qua minimè doleret ni cor habuisset. Pondus est sceleris, nequaquàm vocis, quæ non habet pondus, quandiù non fuerit iniquitatis ulcus : & relicto à præside pondere iniquitatis, dat furenter pondus ventis: quippequàm cùm velit servari honorem, & simul fovere crimen ; haud irascitur quia vulnus in scandalum habetur, sed quia in dolorem, aut medicamen cognoscitur. Liquet. *Abominatio est pondus & pondus.* Quisquis malè agit insidiatur rectis, quippe contrarij operibus suis : cognoscit enim tacitè iudices, vel hostes; quos tabescens videt testes. Ignorat apud illos esse notitiam, ex qua dedecus emanat in famam. Susurro monet, & audiens faxò escandescit. Unde iracundia ? A nota plaga. An à vulnere, vel à voce? Ab utroque sanè; sed potiùs à pravitate affectus, quo persequitur uti vindices iustos : etenim quod in alijs vox iudicaretur & non amplius ; erga odiosus aversantes est sine pondere pondus.

Cur tyranni queruntur de murmure?

Prov. 20. 23

11 Affectio profectò depravat Principis aurem, quin cogitet vulnus exulcerari per susurronem : igitur degebat dedecoris ex ulcere ignarus, & per illum cognoscit, cognosci vulnus, quærensque curiositatis mulcimen, à blandiente lingua per aurem accipit acerbitatem. Nescio, quid habet apud Principes rumusculus, quo pruriunt aures & pectus ; cùm magis propendeant in notitias creperas, sæpeque fictas ad aurem garrientium, quàm in veraces & nudas consulentium Senatorum ; maximè cum hi loquantur in Principis quietem, & illi rumore confundant pacem.

Quare propendent in delatorum voces, & fugiunt amicorum veritates?

Virgil. in Culic.

——*Quos leniter afflans*
Aura susurrantis possit confundere venti.

Dissimulant sanè scabiem curiositatis auctoramine venerandæ celsitudinis. Hinc fastus Regum Persarum, quos alloqui nefas subditum, nisi per ducibulum ex calamo aut cannis factum ; uti observant Barnab. Brisson. de *Regn. Persar.* lib. 1. & Mendo, in *Princip. perfect.* Emblem. 61. n. 18. Haud potest cum Rege loqui, qui verbum dicit ; sed tantùm qui verborum infundibulum habet : quandoquidem nequibat sine arundine videre Regem, nec aulæ

Ridiculus ritus Regum Persarum.

aulæ tangere limen. Hæccine quæ videtur auguſta maieſtas, eſt inſania vel malignitas. Inſania, pervertentibus naturæ methodum, quæ dedit os ad eloquium, ſine commendatione maieſtatis ex ritibus rationalitati ridiculis, ex quibus riſus ſolutior, & non circumſpectus honor. Malignitas, applicato auditu calamo, quo nomine inſignitur ſuſurro: quandoquidem pluris ducebant, quàm à ſynedris audire verum, per ſuſurronis calamum flatum conductum. Neſcio, an ab huiuſmodi ritu Noſtrates dicant: *Soplo*, aut *Cañutazo*. Latinè, & Hebraicè, uti notavimus *Tom. 3. T. 10. D. 1. num. 13.* eſt vox æquivoca: etenim calamus ſignificat arundinem & ſagittam pervolantem. Appoſitè in noſtrum propoſitum: igitur verba ſuſurronis per ducibulum labij, non verba ſunt ſed ſagittæ: oſtendunt quippe effectus inſtrumenta, manantia ſanguine vulnera: ſiquidem honoris, atque cordis vulneratio procedit vafrè à calamo, quaſi à telo.

Verba ſuſurronis tela & ſagittæ.

12 Iccircò David, qui malè audiebat apud cor & aures Regis; dicit Domino: *Increpa feras arundinis.* Deſtrue in arundine feras; igitur ſævæ feræ raptis catulis non facerent, quod per ductum arundinis flatu verborum conficiunt malevoli ſuſurrones: impingitur namque in pectus altiſsimum vulnus, ſagittà arundine flatus. Volat rumuſculi verbum per cavum calami artificiosè conductum; quod quidem uti vox levis: at cùm excandeſcat per ducibulum audiens; flatus patet quanta peſtis: quippequàm quod non cautum videbatur levis ictus ab arundine; per vulnus conſtat moleſtè, quod à ſagitta volante. Nonnunquàm malignus verbum abſcondit, & ſimul abſconditur; quoniam ſagitta flatus haud habebitur efficax, ſi cognoſcatur: igitur veritatem os non aſpirat, ſed in veritatem reflat. Indicat notam, vel non notam ſine indice; unde arundinis ſunt feræ: quæ quidem clanculùm per calamum vibrant & flatum & telum; quin defenſioni rationali detur locus, cùm non videatur cauſa, ſed tantùm vulnus; igitur quod infligitur, meruiſſe creditur: quare, inflictà pœnà, ignotà causà, latente teſte; ſine crimine corde, & pravà affectione iudice, feras arundinis David perſecutus vocat; quoniam neſcit vulneratus, unde ſagitta conductu calami veniat. Hinc factus Princeps dicit innocuus: *Auribus noſtris audivimus.* Si audire profert, quorsùm *Auribus*? Ut perfectus in Principe ac iudice ſignetur auditus. Qui aure audit, audit accuſatorem, non accuſatum; ut reſpondeat ad objectum. Qui auribus audit in litigio cauſæ, audit utrumque. Sine affectu ab auditore conſideranda cauſa, ut ſplendat in tribunali iuſtitia: & auribus audire ſe dicit; quippe auditor ſurdeſcit, ſi aure & non auribus audit.

Pſal. 67. 31.

Cognoſcuntur per vulnera.

2. Reg. 7. 22.

Qui iudex audiendo ſurdus?

13 De ſtolido Claudio refert Sueto-nius in eo, *cap. 15. Abſentibus ſecundum præſentes facillimè dabat nullo delectu, culpàve ne quis an aliqua neceſsitate ceſſaſſet.* Taxat Seneca in *Ludo* de illius morte, & in *Medea*, v. 199. dicens:

Sueton.

Qui ſtatuit aliquid, parte inauditâ alterâ,
Æquum licèt ſtatuerit, haud æquus fuit.

Senec.

Apte Apuleius *Metamorph.* lib. 10. *Nec adinſtar barbaricæ feritatis, vel tyrannicæ impotentiæ, damnaretur aliquis inauditus, & in pace placida tam dirum ſæculo proderetur exemplum.* Gentilis Symmachus etiam ad Imperatores Catholicos, *lib. 10. Epiſt. 47.* infit: *Quæſo igitur, ne in contumeliam iudicij veſtri & iuri & innocentiæ fraus paretur. Quando enim abſentibus atque ignorantibus inter alios geſta nocuerunt? Quis unquàm ſententiam numinis veſtri inauditus excepit?* Hæc tyrannica impotentia, atque feritas barbarica fraude innocentiæ ac iuris, graſſatur ut peſtis ex ſecreta, clancula, falſaque notitia ſuſurronis: equidem perturbatà placidà pace, mediâ arundine auditur, & contra abſentes & neſcientes ſagitta ultionis è manu potentis fulminatur: aure profectò iudex & non auribus audivit, quando follis in aurem inſuflavit; quoniam modò audiret auribus ſine pravis affectionibus, ex auditu per conductum arundinis non condemnaret, antequam iure condemnandum audiret. Derogat Princeps iudicio, quicquid tribuit flexo futili calamo: igitur credit flatui, inſufflationi per ducibulum arundinis, quaſi loqueretur oraculum veritatis. Sciunt peſtiferi commoda haud poſſe acquiri dotibus, & ſatagunt ſibi conſulere flatibus; ut aucupentur Principis gratiam per arundinem, quantumvis dirigant ſagittas in innocentem, foveaturque invidia Principis per fidem omninò perfidam delatoris: equidem ſuſurroni emolumenta ex proximorum per calamum præmeditata diſcordia.

Symmach.

Iudicium ſine notitia ſingularum partium, non eſt iudicium.

14 Ideo nunciatis zizanijs in agro, cuius intererat, dixit: *Inimicus homo hoc fecit.* Infeſtum ſanè pectus. Si ſunt zizania, fecit profectò inimicus: igitur tanta diſcordia ſuperſeminata in agro cordis pacifici, duntaxàt ab inimici innata ma-

Matth. 13. 27.

li-

1. Ioan. 5. 19. *Delator & audiens inimici pacis.*

lignitate. *Totus mundus in maligno positus est*, quippe superseminatis zizanijs, in pacatis non est pax, ultrò citròque deferente audita vel non audita susurrone, & rumores circunflante; ut nanciscatur commoda ex naufragæ pacis commota procella, malignitate fluctus excitante, applicatà linguæ arundine, ut vellicet indicibus aurem, & mittat Princeps, quò miserit, fulmen. Quid non mali, si incuriosè crescerent; dum ita incommoda, quùm apparent? *Inimicus homo* ab aliquibus intelligitur dæmon. Unde Sapient. 2. 24. dicitur: *Invidia diaboli mors introivit*; quin sit discrimen inter discordiam & mortem: etenim vivere sine pace, appositè est vità mori. *Inimicus homo: dæmon.* Dæmon & homo? Profectò. In quæ non impellet cum invidia sticulosa ambitio? Seminabit & superseminabit discordias, modò micet vel à longè præsumpta utilitas: siquidem machinatur tricis ac tricis, irretitis cunctis, cordibus replicatis per arundinem embolium, quod non faceret, ni dæmon. Dæmonium est, quando per illum deturbatur & demùm exulat pax: quandoquidem susurris & susurris hostis apparet pacis & hostis humani generis. Audite inferni furiam ita clamantem in susurronem, apud Claudian. lib. 1. in *Rufin.* à v. 74.

Et humani dæmones.

Intuitus in fraudibus ambitionis.

Claudian.

Improba mox surgit tristi de sede Megæra,
Inclusam rabidis patefecit vocibus iram.
Me tradente dolos, gestus, artemque nocendi,
Edidicit simulare fidem, sensusque minaces
Protegere, & blando fraudem prætexere risu,
Plenus sævitiæ, lucrique cupidine fervens,
Ardebit maiore siti. Quàm fallere mentes,
Doctus, & unanimes odijs turbare sodales!
Talem progenies hominum si prisca tulisset;
Pirithoum fugeret Theseus: offensus Orestem
Desereret Pylades: Odisset Castora Pollux.
Ipsa quidem fateor vinci: rabidoque magistram
Prævenit ingenio. Nec plus sermone morabor:
Solus habet scelerum quicquid possedimus omnes.

Descriptio susurronis.

Nil mirum quòd diabolum dicat, zizania qui superseminat: igitur dæmonium & non homo, in exterminium progressus ex inferno, qui inferni pestes & omnes huc, illuc profert per conductum arundinis.

15 *Multa conficta in me* (infit Apuleius in *Apolog.* 1.) *mercenariâ loquacitate effutierunt: quæ etsi possunt ad his futiliter blatterata ob mercedem & auctoramenta impudentiæ deprehensa haberi; iam concesso quodam more rabulis id genus, quo ferinæ solent linguæ suæ virus alieno dolori locare; tamen vel meâ causâ paucis refellenda sunt: ne videar culpiam, si quid ex frivolis præteriero id agnovisse potiùs, quam contempsisse.* Sat refelluntur, dum ficta; sed ampliùs, quia ficta in auctoraminum commoda, dispositâ arundine, mercenariâ proiecti, contaminati, adoxi loquacitate, cum colluvie vitiorum, ac corde sentina scelerum: siquidem sine imposturis, per calami internodium effatis; spei & spei esset prorsùm ex aborsu suffocatio, quam rumusculi calore iam conceperat ambitio. En quo modo *mundus in maligno positus est*, & *mundus totus*: igitur quia malignus non homo, sed diabolus: modò formet embolium, minoris habet conturbari ac perverti totum mundum. Vernaculè: *Como dè el cañutazo, no repara en alborotar el mundo.* Graphicè describit vigiles curas malignantis susurronis, Ovid. lib. 12. *Metamorph.* fab. 1.

Apulei. *Eius ferina lingua.*

Et ambitiosa intentio.

Ubi sup.

——*Quod est usquàm, quanvis regionibus absit,*
Inspicitur, penetratque cavas vox omnis ad aures.
Fama tenet, summàque domum sibi legit in arce,
Innumerosque aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis includit lumina portis.
Tota fremit, vocesque refert, iteratque quod audit.
Nulla quies intùs, nullaque silentia parte;
Nec tamen est clamor, sed parva murmura vocis.
Illic Credulitas, illic temerarius Error,
Vanaque Lætitia, consternatique Timores;
Seditioque recens, dubioque auctore Susurri.

Ovid. *Hypotyposis vigilis susurronis.*

Quale non malum, feris his comitantibus susurrum, maximè cum audientis credulitate, & temerario incredibili errore; ita ut in vocis inarticulatæ murmura, vel in tectis mille fierent à curiositate foramina? Aptiùs, qui passus, solicitudinem, curamque malignam calumniatoris ostendit. *Adversum me susurrabant omnes inimici mei*; inquit David. Apud Principem quod

Psal. 40. 8.

par erat conciliare gratiam, conciliavit invidiam: falsisque delationibus inimici lenocinabantur infesto credulo cordi; ut calumnijs periret qui sine crimine. Sevum apponebatur mustelis, nucleique fractis nucibus simijs. Vide, si fugit verborum acumen, Erasm. Adag. *Chiliad.* 1. *Centur.* 4. *num.* 11. Sed quare adeas? Dicam dialecto vulgaris idiomatis. *Era su comidilla. Esso queria la Mona, piñoncitos mondados.* Quilibet machinabatur dicibulum, ut loqueretur ad Superioris palatum; abdicens gloriam Israël, lætitiam, honorificentiamque gentis omninò futilis, ac ad virtutem inhabilis, sine quo semper fuisset sub captivitate Goliath, quanvis rabido genio, citiùs eligerent esse sub tyranno, quàm sub illo, cui non adhæsit cor pravum, nec cognoscebat malignum, persequens iusto conato detrahentem secretò proximo suo; continuò dicens: *Quis consurget mihi adversus malignantes?*

Delationes obiectamina tyrannorum

Ps. 93. 16.

16 Modò in textus difficultatem. Ut effectus susurri constet, latere debet. Opportunitas sanè labitur, si aliquo murmur murmure auditur: etenim tanquàm è fistula tormentaria, priùs perfectus erit ictus; quàm videatur flamma, & audiatur strepitus. Nostrates: *No se hace tiro, si se conoce el chispazo.* Si inimici David ita in tendiculis cauti, ut nec scintilla micaret è pulvere, cùm totum versatile exostrum ad Principem conduceretur per calamum; quo prudens cognovit indice, adversus se inimicos susurrasse? Ex curiositate insidiantium, illorum malitiæ cognovit studium; & quòd mala cogitarent, dum ita solicitè ac acurate viderent. Contemplare methodum. *Si* (aliquis eorum, inquit)

Ubi curiositas, ibi susurri malignitas.

Ps. 40. v. 7.

ingrediebatur ut videret; vana loquebatur: cor eius congregavit iniquitatem sibi. Egrediebatur foràs & loquebatur. Ingrediebatur, egrediebatur: & ut videret, ac loqueretur quod viderat fictè vel verè; erat totum egredi & ingredi: *Ingrediebatur, egrediebatur.* Ingrediebatur ut videret: egrediebatur ut visa nunciaret, congregans iniquitatem sibi, ex his quæ viderant vel non viderant oculi: igitur loquebatur non quæ dicebat veritas; sed quæ sibi ex corde congregaverat iniquitas. *Ingrediebatur & egrediebatur.* Ingrediebatur species novas in arundinem quærens; egrediebatur illas in rumusculum confingens: unde loquebatur vana futilia, quia quæ egrediens loquebatur, erant à sola phantasia. Ingrediebatur, ut cuncta circumcircà conspiceret; egrediebatur ut non visa sed cogitata narraret, atque murmura euntibus vocibus in summa crescerent, cùm auditis aliquid novi auditores adijcerent: astruitque David, pro comperto habere, adversum se malignantes susurrare; quippe nequibat esse nisi à pravo delatore, atque susurrone iniquitas, tanta ingredientis curiositas, & egredientis loquacitas.

Exercitia susurronis.

17 Perpendamus intuitum ex ipso ore malignantium. *Dixerunt, quando morietur & peribit nomen eius?* Nomen? Utique. Haud æmuli rumpebantur eò quòd viveret; sed quod nomen iure haberet. Parvi videbatur futilium actor, ni ab illo callidè vulneraretur honor: cùmque in malignos pugnaret motum probitas, simulque vitalitas; quærentes vitam magis appetunt nomen, ut decapitent fucis auctoritatem: siquidem flocci erat in propositum extincta vita; ni rumusculo ac rumusculo dedecoraretur fama. *In morbo constitutum æmuli extinctum cupiebant* (ait Genebr. hìc in *Argument.* & in *Commentar.*) *Hypotyposis hypocritæ insidiantis suæ valetudini. Si me visebat veluti officij causà, vana loquebatur, ficta mendacia: dicebat quæ viderat in visitatione mea.* Unde haud visitabat; sed tantùm videre cogitabat, quod cupiebat; quippequàm mortuus à corde (meme valente in infirmitate) vana, ficta mendacia, videndo dicebat; quia cogitabat videre, quod cogitabat. Non in visitatione visit, sed *sibi* tunc *iniquitatem congregavit*; quoniam visitatio causa officij facienda proposito charitatis, ut videret & nunciaret, fiebat curiosè ex iniquitate cordis. Summum exhibebatur toxicum, ubi deaurabatur obsequium: & subdit David: *In hoc cognovi, quoniam voluisti me*; igitur si cœli invalido favent, nulla venena nocent. Verùm, qui decus erat illorum, quare cupiebant extinctum? In mediò domus suæ perambulabat in innocentia cordis, aversabatur prævaricationes facientes: superbus oculus cum cordis insatiabilitate omninò ingratus, ad nihilum deducebatur in conspectu eius malignus. Minimè regimen nisi fidelibus tradidit: peccator nequid direxit: & quantunvis illorum esset glorioſus, eximius honor, *quando*, dicunt, *morietur & peribit nomen eius*; ut viverent transgressores cunctarum legum ad lubitum, & illo mortuo, in corruptelis neque habent frænum.

Vers. 6. *Tendit in honoris maculam.*

Genebr.

Fictum obsequium in malum.

Vers. 7.

Vers. 12.

Ut vivas ad lubitum.

18 *Adversum me susurabant omnes inimici mei.* Nonne ex murmure timor?

Ubi sup.

Nul-

Nullus profectò. Erat infestus superior, cui lenocinium fingere de David mala, quæ credebat quanvis ficta : & cùm malignus quia impunior esset dicacior ; studebat extendere susurramen , ut ostenderet maximè valere apud Superiorem.

Claudian. *Per cunctas licuit fraudes impune vagari. Creditur , & nimijs turgent mendacia monstris.*
Nil timet à tergo.

Ita de Eutropio Claudianus , *lib.* 1. à v. 139. Inimici gratis erant, & susurrabant: at quis moveret calamum , erat secretum: equidem adinstar serpentium , postquàm venena deponunt, clanculùm fugiunt. Dicebat insignis delator , apud Iuvenal. *Satyr.*3. v.122.

Cur sine fronte?

Iuvenal. *—Nam cùm facilem stillavit in aurem Exiguum de naturæ, patriæque veneno; Limine summoveor.*

De dæmone sub figura Behemoth , dicit Dominus : *Sub umbra dormit in secreto calami.* O innocentia , quot circumscriptionibus petita ! Malum, quùm dæmon sedet in calamo ; sed peius , quando dormit in secreto : igitur tunc dormit quasi otiosus & quiescit ; ubi per secretum calami homines glosis verborum convertuntur in dæmones. Honori semper consulendum , quia opprobrium non debet accipi adversus proximum: cavendumque dum infligitur dedecus ; ne in calamo sedeat diabolus : tunc enim nuncium à dæmone, sedente potiùs in pectore hominis, quàm in secreto perforatæ arundinis. Vigilat diabolus in calamo , verùm dormit in calami secreto. Vigilat in calamo , ut scribatur infamia: dormit in secreto calami, quùm latescit infamantis notitia: tuncque diabolus potest securè stertere per calami spatium , totoque sufflare pectore somnum; quippe fiducià secreti malignus, & odio qui novitatis avidus , technis super technas , tricis super tricas , uterque faciet improbitate validus , quicquic nec infernus moliturus. Exemplum singulare habetur apud Henric. Gran. in *Specul.* distinct.9. cap.93. vaferrimæ vetulæ , quæ perfecit trium dierum spatio , quod nanciscì dæmon invaluit triginta annorum decursu : Hoc est secretum calami , quo crimen haud astruitur probatione; & tendit in vindictam, qui expectat è rumusculo notam: diabolusque sedet in calami secreto , quo delator scribit ; quippequàm in secreta noticia impostrarum, non videris hominem, sed dæmonium.

Isa.49. 16.

Technis astruit quicquid vel infernum fugit.

19 Hubertus Phalesius in *Concordant. Biblic.* legit : *In secreto calami, calami pro aromate.* Ita accipitur illud Ieremiæ, 6. 20. *Ut quid mihi affertis calamum suavè olentem de terra longinqua?* Idem *Ezech.* 27. 19. Describitur malitia audientis & denunciantis. Denunciantis, ut ex secreto , calamo sagittet innocentem in occulto : igitur si explorat aliquid in rimulam criminis ; lingua eius calamus scribæ velociter scribentis , quanvis per ducibulum haud introducat verbum , sed dicibulum. Audientis , ut ex susorrone oriatur viror calami & iunci: iunci, ut vibret in vindictam : calami, ut ozena transeat in ambrosiam : siquidem species ex secreto calami illi suaviter olet ; quod cunctis graviter ac teterrimè fœtet. Ita placet hara ex susurronis notitia , quam credit fatuus morologus, disponens secretò per arundinem conductus: etenim species haud aromatica halans pestilentiam, illi nasuto totam aspirat Arabiam. Susurrus nominè odorus sed pestis halitus, contagium civium , index præcordiorum; cuius studia , ni vel ipsis viderentur pernicioſa, haudquaquàm calami rimarentur secreta. Pudet quod placet , verùm non piget : siquidem volant susurri per conductum arundinis , quanvis Reipublicæ pestes. *Quid est iniquius* (exclamat Seneca , 2. de *Ira* , cap. 29.) *quàm secretò credere , palàm irasci ? Qui dicere tibi nisi clàm non vult , penè non dicit.* Imò comprobat innocentiam , dum vomit cordis nequitiam. Hac de causa dicitur : *Sub umbra dormit in secreto calami.* Si audiens in ius susurronem constringeret: minimè secreti fide dormiret , sed vigilaret , disponens custodiam oris , & ostia labijs : cæterùm tendit procaciter in audaciam; quippe in audiente per calamum habet umbram. O tempora! ò mores! *In tenebris ambulant. Movebuntur omnia fundamenta terræ.* Nihil inveniunt criminationi , & via illorum lubricum , & tenebræ : lubricum , quo ignominiosè labuntur , ut illidantur : tenebræ, queis impingunt, & sese mutuò non noscunt : cæterum cùm malitia eos stimulet in voluptatem ultionis , etsi nihil videant , utpotè in tenebris ; fingenda causa ; estò moveantur omnia terræ fundamenta. *In cæcitate, in iuris , iustique ignorancia versantur. Sunt* (inquit Genebrard. hìc) *indocti & imperiti. Sunt improbi & malitioſi.* Unde dæmones facti, nullius lapidis obliti, sequuntur pravè propositum, quantunvis conturbent mundum.

Phales.

Præsidi cupienti rumusculū, quicquid fœtet, gratum.

Senec.

Ubi supr.

Favet detrahenti.

Psal. 81. 5.

Etsi per nefas prævaleat iniquitas Genebr.

20 Præter vomicam cordis, urget malignos cuſpis acuta curioſitatis. Apud Plautum idem eſt. Ita in *Sticho*, Act. 2. ſcen.1.v.55. infit:

Plaut. *Curioſus nemo eſt, quin ſit malevolus.*

Sentiunt conſcientiæ interiora petimina; & ſatagunt ſcire, an alij cognoſcant ulcera, & in cute & foris ex gravibus operationum clitellis. De Abbate infit SS. Doctor Monachorum, *Regulæ Sanct.*cap.64. *Non ſit nimis ſuſpicioſus, quia nunquàm requieſcet.* Suſpicio eſt opinio mali ex levibus ſignis. Vide D. Thom. 2. 2. *q.* 60. *art.*3. ad 4. Debet eſſe ſuſpicioſus, ſed non nimis: debet eſſe ſuſpicioſus ex indicijs cognitis, ne ſit fatuus: at non nimis, quia debet ſuſpicari experientiâ, ſed non ex odio aut propria malitia: equidem ſicut nihil ſuſpicari probabilitate, arguit præſidem fatuum; ita violenter ac præſumptuosè, ſignat malevolum. Suſpicio & eſt de proprijs & de actibus alienis. Dum de proprijs, propriè de actibus non eſt; ſed ſuſpicionis ſuſpicio: tuncque ſurronibus utitur in ſecreto; ut nuncient aliorum verba, & per illa cognoſcat, an ſint patula petimina. De alienis ſi citra indicia ſuſpicio, ſemper eſt præſumptio ex odio: igitur minimè inquireret, quæ occulta ſunt; ni ex averſione eſſet depravatum cor: vitamque explorat hinc inde vigili curioſitate, haud quia ſuſpicatur aliquid, ſed quia cupit invenire. Alia eſt ſuſpicio ex malitia propria, quin in ſuſpicato ſit malitia: igitur cùm cogitatio ſit, qualis unuſquiſque eſt; cogitat pravus haud aliter fieri poſſe, niſi quod ille pravè & faceret & perficeret: curioſitatéque malevolentia, ac malignitate mittit conſortes in ſuſurramen, an effectus aptè cadant iuxta propriam ſuſpicionem. Hanc occupationem peſsimam dederunt filijs hominum dæmonia, ut occuparentur in ea. Morales audiat regulas ex Claudiano, quiſquis reâ linguâ abutitur in ſecreto. Ita ergo ſuccinit, de 4. *Conſul.Honor.*à v.278.

Curioſus eſt malevolus. S. Bened.

Cur præſes gaudet ſuſurronibus?

Quando fas & quando nefas ſuſpicio?

Neu: dubiè ſuſpectus agas: neu falſus amicis.

Claudian. *Rumorùmve avidus: qui talia curat, inanes*

Horrebit ſtrepitus, nullâ non anxius hora.



DIDASCALIA II.

Non audit verè, qui vera non audit.

1 QUiſquis quæſierit operosè ſalutem, debet gnaviter æmulari Samuelem, qui quidem ut vocem audivit, ſtatim evigilavit; imò exprimens animi promptitudinem, reſpondit ad primam vocem. Audit homo voces quotidie ut convertatur ad cor, & dormit quaſi ſtrepitus non ſit. Audit, ſed ſurdeſcit. Quid quòd audiat, modò auditis non reſurgat? Seſe offert inſenſibiliter ſtatuorum ſymbolum; aures utique habent, ſed non audiunt. 1.Reg.3. 3. 5.

Peccator audiens ſurdeſcit.

En ſtatuæ ſtatua & ductum de marmore marmor. Alciat. *Emblem.* 6. 7.

Audivimus auribus noſtris: dicit David de vocibus ac magnitudine Dei. Audire, & auribus, quorsùm? Sunt aures cordis & aures capitis: aures capitis in vocem auditam, aures cordis in vocum obedientiam: & in audiendi miniſterium & opus, additur auditui auditus; igitur in auditum perfectum non ſatis aures, ni in vocum perfectionem inclinentur aures cordis. Canit Crucius, in Pſalm.44. 2.Reg.7.22

Audi, rem pectore ſerva. Cruc.

Siquidem haud in opus fœcundabit verbi ſemen; ſi non cor, ſed tantum tetigit aurem. Hinc dicitur: *Audi & inclina aurem.* Volant voces, nec quadantenùs auditæ; quoniam audiuntur ſine inclinatione. Vide *Liter.* n.40.& 41. Pſal.44.11.

2 Ibid. *n.* 9. & 26. diximus, Nilum apud Catadupos tanto ſtrepitu ruere, ut auditus incolarum obſtupeſcat fragore: igitur cùm fortioribus ſenſibilibus corrumpantur & ſenſus; ita vehementiſsimo aquarum præcipitio turbatur auditus, ut nihil niſi ſtrepitum audiant, nihil ſine crepitu ſentiant: imò dum extrà ſitu pacifico ſeu ſilente collocantur, nec audiunt; quia ſonitum horribilem in auribus ſecum ferunt: ipſique quietem exoſi, ſine nativo ſtrepitu nequeunt vivere; quoniam quicquid non fuerit fragor, eſt illis horror. Unde cùm verba non intelligant, quia adhuc concitatio tenaciter hæret auri; idem eſt loqui ad illos, ac non loqui. Idem accidit in mundo, dum ſolicitatur peccatorum converſio. *Vana ſunt iſta, quæ nos movent* (inquit Stoicus, *Epiſt.* 110) *quæ attonitos habent. Nemo noſtrum quid ve-*

Effectus in Cataduſis ex Nili ſtrepitu.

Senec. *veri esset, excusit. Nemo ausus est, ad id quo perturbatur, accedere; & naturam ac bonum timoris sui nosse. Id agimus, ut longiùs revocandi simus: & cùm ignoremus quò feramur, velociter tamen, illò quò intendimus ire perseveramus.* Duntaxàt mundi strepitum audiunt, tumultum inconditum placidissimè sentiunt: cùm ad quietis regiones non exeant; quasi audirent, suis malis exultant, longiùs avocandi, si revocandi ab errore; quoniam præcipites corruunt, quò non audiant quod non audiunt. Clamat conscientia, ut egrediantur, ut audiant, è Catadupa: verùm loquitur ad surdos; quia illos vana quæ movent, ne moveantur ad bona, reddunt attonitos. Clamat punctim in aures interiores, ita ut raucæ fiant fauces; cæterùm cùm tumultus subsonans vanitatum corruperit tympana sensationum; quanvis vitæ æternæ audiant verba in odium criminum, crotalis mundi audientes verborum nec ullum verbum.

Fiunt peccatores surdi illecebrarum fragore.

3 Amor sanè Christi læditur, dum eius vox non auditur: quæriturque de repulsa cordium, plusquam aurium. *Tota die expandi manus meas ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. Populus qui ad iracundiam provocat me ante faciem meam semper: qui immolant in hortis, qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt*: dicit per Isaiam, Paulusque Rom. 10. 21. *Ad populum* (inquit) *non credentem & contradicentem.* Haye in Bibl. Maxim. *Ad populum desertorem, non audientem.* Totum de Christo, eiusque amore pro conversione animarum, intelligit hic Hieronym. Perpendamus estò in transcursu singula. Expandit manus. Vagabantur, quin invenirent requiem vel viventes ad libidinem, fallentibus illecebris cogitatis in cogitationem quietis: expanditque Christus manus, ut quiescat à tanto labore pectus; quandoquidem ibi invenient felicitates, qui in cogitatis abibant post vanas cogitationes. Expandit manus, sed fugiunt. Invitat in commoda, sed recedunt; quin excitet confusionem in ingratis tanta persistentia amoris: igitur ne corruant, extendit manum; quasi sua interesset, & non ipsorum. Expandit manus *& tota die*, idest, toto tempore. Haud recedit, quia contradicentem videt; ut aliquando resipiscat exosus crimen, contemplans ita flagrantem amorem: manibusque expansis contradicentem invitat, totoque tempore clamat; quoniam ostendit pectus in quo requiescere possit, quando peccator resipiscere velit. *Tota die.* Quando? *In cruce*, subdit Hieronym. Etiam si corda saxea, huiusmodi demonstratio frangeret corda: siquidem videbatur amans ab illis in cruce, quin deficeret amore. Hac de causa populus dicitur incredulus, dum Christus exponitur crucifixus; superante flammæ demonstratione fidem tot gratijs dignati: igitur ut nudè illum reciperet pectus; vel in cruce suspensus expandit manus. Christus diligit, peccator amorem odit. Eò magis muneribus crevit dilectio, quò intensiùs gliscebat ingratitudo. Membra amantis in crucem acta & suspensa: verùm amoris minimè suspensa dona. Incredulumque dicit eum, qui furiosus in cruce suspendit; quippe illi videbatur incredibile, in cruce pendente amante, quòd præ doloribus in stipite spirasset, & quod amor spirantis non deficeret. Incredibile visum ingratitudini, quod magis erat in articulo mirabile, provocans pectus in redamationem, eò quòd fides amoris ingrati excederet fidem: siquidem mirabile, quòd dum amans moriebatur, amor in cruce pendentis nullo modo moreretur.

Isai. 65. à v. 2.

Haye.

Nobilitas Christi charitatis in peccatores.

Admirabilis eius erga ingratos amor

4 *Ad populum non audientem, non credentem & contradicentem.* Videtur contradictio verborum ordo. Si auditis contradicit, profectò audit. Si non credit, & ex auditu fides vel non fides; aurium sine dubio inerant sensationes. Quo ergo pacto non audiebant, si verbis iam auditis repugnabant? Idola erant voluptatis in aurem clamantia, queis dedita corda. Unde cùm tumultus fluctuum pravarum adorationum cordis obturarent auditum; propter fallacem impellentem voluptatem, veritatis susurrantis nec ullam audiebant vocem: quandoquidem desertores summæ felicitatis, huius voces non credentes; pro transitoria voluptatis illecebra, idolis cordis immolabant corda. Audiebant vitiorum voces, ad quas claudere debebant aures, dum præ tyrannide insidiantis vanæ delectationis, viventes habitarent in sepulchris. Voces de cœlo intendebant illos educere in vitam, verùm voces non audiebant: equidem cùm voces mundi confunderent voces cœli; placebat magis habitare, quin resurgerent, in sepulchro voluptatum, quàm relinquere sepulchrum. *In sepulchris, ut dæmonem consulerent, & cum eo colloquerentur*: subdit Alapid. de quo egimus, in Ephe-

Cur cognito amoris excessu, nulla hominū redamatio?

Moriuntur viventes.

Hieronym.

Alapid.

Ephemer. 1. *Ian.* & latè agemus, *tom.* 7. *Tautolog.* 2. ad illud Psalm. 3. 6. *Ego dormivi & soporatus sum.* Patet, quam mortui in vita, atque sensum insipientia: igitur audientes & non audientes vociferantem Christum, malunt audire dæmonium. Audiunt & non audiunt. Clamat Christus & clamat mundus. Mundus dolis in mortem, Christus in animarum salutem. Clamat in tormenta illecebris vitiorum pravitas, clamat felicitate in pœnitudinem veritas. Illa clamat exponens cruciatu commoda: isthæc clamat ostendens commoda vera cruciamina. Sunt voces & voces, sed ad Christi voces persistunt surdi: igitur crepitaculis vocum mundi ita vagantur attoniti; ut vocis clamantis in pœnitudinem, & abditam veritatem, nec ullum audiant clamorem.

Nec audiunt voces amoris & veritatis.

Vers. 3. 5 Adhuc Christus persistit in quërimonia. *Populus* (ait) *qui ad iracundiam provocat me ante faciem meam semper.* Nec clementia movet, nec præsentia audaces reprimit. Non movet clementia audaces, sed magis student vitijs; cum mittere possim fulmina in ultionem, ut illos & malitiam simul destruerem. Allicere corda gratijs vel offensus satago: at procaces enixim adhærent vitio, quin considerent me extendere gratiam, dum magis ac magis provocant in iracundiam. Adhuc amor inclinat, an ad me illos indulgentia convertat; & ante faciem habeo, quos ius est habere à tergo: ostendoque faciem, cùm vibrare debeam fulmen, ut attrahat rebellium corda, ingenita mihi gratia: equidem persisto semper fovendo & favendo, cùm illi semper perseverent provocando. Frustra cuncta, quia corda malitia plena, ubi etiam mei proculcatur observantia: etenim sine fronte audenter committunt crimen, quin meam revereantur faciem. Aliqui intelligunt *Ante faciem meam* pro templo. Vide Cyrill. Altissimum documentum, ut observemus reverenter locum sacrum; & fugiamus hypocrisim, obtendentes religionis velamen: igitur nihil magis Deum provocat in iracundiam, ac vindictæ urentem flammam; quàm sub templi Dei titulo, servire vafrè voluptatum idolo. En facies Domini inhonorata, imò à transgressoribus despecta, addito inverecundè super crimina crimine, & super cordis pravitates pravitate: siquidem in summum crescit pravitatis malignitas, quùm in eius templo Dei proteritur maiestas. Hinc addit:

Nec movet Dei patientia.

Nec præsentia.

Hypocrisis Deum irritat, dum templa profanat.

Vers. 5. *Qui dicunt* (alijs) *non appropinques mihi, quia immundus es; isti fumus erunt in furore meo.* Non completur malitia, ni hypocrisi accedat philautia: etenim etsi peccatum vindictam excitat, illam iracundè provocat; iniquitatibus plenos & superplenos sese iudicare sanctos. Effectus est peccati & vocum obstrepentis mundi, clausa in veritatem aure. Fragoribus disitè, proculque abducuntur, ut longiùs in sensum revocentur, si revocantur: igitur ita tumultus in surditatem perturbant, ita sideratos attonant; ut iudicentur à phantasia immaculati ac perfecti, qui omninò oppleti & operti iniquitate. In circuitu ambulant capitis, quin discant compingentes ad parietes. Audiunt veritatem, ut contradicant: audiunt profectò ut non audiant: cùmque non audiant verè, qui vera non audiunt; audientes planè surdescunt: quandoquidem perinde illis cœlestium consideratio, ac velle curiosè narrare fabulam surdo.

Philautia soror hypocrisis.

6 Quicquid inclinatione additur vivacitatis auri in mundana, adimitur quoad cœlestia; sicut signat ampliorem perfectionem defæcatæ auris, modò ad mundi paulatim surdescat voces. Vidimus in *Liter. expos.* n. 25. ab aliquibus signari musicam orbium cœlestem, auribus dulcissimum modulamen, à nobis infantibus auditum; sed temporis decursu assuetudine abolitum, quia ab assuetis non fit passio quolibet in sensu. Unde dùm adolet ætas, evanescit musicæ suavitas, & propter voces infrà tumultuantes, tantæ dulcedinis haudquaquam audiuntur voces.

Musica orbium cœlestium.

Nec veris maiora putes. Stat.

Dicam ex Statio, 1. *Silvar.* cap. 1. Vera sunt in auribus cordium, quæ ficta de musica orbium cœlestium, ut per ingeniosam modulaminis fictionem, audiamus avidè minurizantem virtutem. Ab infantibus cordibus vox cœlestis auditur, quia suapte rationali conditione ad superiora homo rapitur: at decursu temporis & malitiâ ætatis, supervolat quippe longè, sonus musicæ cœlestis. *Nihil nisi de nobis quëri possumus. Addiximus animum voluptati; cui indulgere initium omnium malorum est. Tradidimus ambitioni & famæ, cæteriscque vanis & inanibus*: ait Seneca quo super. Et lib. 7. *Natur.* 11. cap. 31. *Adhuc in processu vitia nostra sunt. Invenit luxuria aliquid novi, in quod insaniat. Invenit impudicitia novam contumeliam sibi: invenit delitiarum dissolutio & tabes aliquid tenerius, molliusque, quo pe-*

Voces mundi tumultuosi confundunt musicã cœli.

Senec.

pereat: Huiusmodi & alia vitia lædunt auditum, ingerentia cordi strepitum. In eius docilitate movet cœlestis harmonia, ita ut stridor voluptatum non audiatur à terra. Auditur cœli musicè sonus, ni audiatur mundi in illecebris tumultus: equidem si semel vox in aurem cordis ingreditur, superioris concentus nihil auditur.

7 *Concentum cœli quis dormire faciet?* Dicit Dominus Iobo. *Dormire* accipitur pro *Cessare*. Unde Ioann. Mellius. Sousa metricè exponit:

——— *Faciet dormire choros, dulcesque silere.*

Sousa. *Concentus superum, assiduis qui laudibus instant?*

Haud facilè dormiet, qui semper super nos vigil. Haud cessabit, quippe in continuo motu cœlum impendit. Musicam cœli dormire aut cessare, est non audiri: quis ergo faciet, audiri non posse cœlestem, concentissimam harmoniam? Quisquis audierit fatuè huius mundi turbulentiam. Musica auditur, quando non aliò, sed in illam intenditur. Quando inclinatio cordis inclinat aurem ad cœli legem, simulque tenorem. Cœlicus concentus confunditur vanitatum tumultibus, voceseque suaves suffocantur vocibus; quippe etsi aliquid aliquomodo audiatur; unde veniat, non discernitur sicut est nulla distinctio vocum, præ confusione sonitus maris & fluctuum. Voces à cœlo formantur, ut exules in cœlestia revocentur: quæ voces ita efficacitate dulces, ut corda alliciant per aures; quippe ita sublimis suavitas; ut ferè in rationali non sit libertas. Inimici animæ solerter notant, & ut pelliciant corda confusè clamant; igitur frustratur inimicorum intentum, ni concinnetur arte confusio vocum, qua mundi vi delectationis sensibilis prævalent, & cœli voces quasi non auditæ silent: dormitque cœli suavissima harmonia, mundi astutè obstrepentis turbulentiâ, quippe cessant cœli modulantis voces, dum voces extollunt delectationes sensibiles. Non dormit musica audienti, cessat autem oscitanti, qui sensim aure decipitur, ubi oblectamine trahitur: igitur inclinat infatuatus aurem insidianti mundo, quam debet inclinare ut homo musico cœlo. Iuxta cordis desideria cœli vel non auditur, vel auditur musica: equidem nunquàm concordant voces vitiorum vocibus orbium cœlestium. Voces cœli harmonicè delectant animam, ducentes in gloriam; sed voces ita delicatæ ac suaves, ut nec sentiantur, ubi fuerint aliæ voces, unde quod audiebatur non auditur, illicò ac mundus auribus modulatur; quoniam quæ cœlum studiosè canit, perfidus, mundus insidiosè confundit.

Cur peccator non audit voces de cœlo?

8 De Sirenibus fictum, navigantium inter procellas fallacis æquoris, voce canorà detinere rates. *Sirenes* (inquit Natal. Comes lib. 7. *Mytholog.* cap. 13.) *periculosa hominum monstra propter cantus suavitatem; dictæ sunt ita cantinelis navigantes homines demulcere; ut in profundissimum somnum inducerent: quos posteà ita sopitos in mare deijciebant. Excogitabant enim ex omnibus cantinelis, quas pro cuiusque ingenio iucundiores fore putabant. Fabulantur unam voce, alteram tibijs, tertiam cum cithara & lyra canere solitam; ut variæ illecebræ pro singulorum ingenio adessent. Patet his carminibus:*

Quid Sirenes?

Nat. Com.

Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca quæruntur,
Quodque foraminibus tibia mille sonat;
Quodque leves calami, quod suavis cantat Aëdon,
Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor.

Musæ harum finguntur inimicæ, à quibus Sirenes in cantu superatæ, avulsis alis, ne hinc inde hominum volaret pernicies; sed tantùm periret, qui periculum quæreret: quapropter cùm Argonautæ venirent in illa loca, lyrà ab Orpheo tactà, Sirenum incipiente musica; cantus retudit; suavitate vocis superavit: equidem cùm caneret ægregia gesta Deorum, minimè auditæ cantinelæ Sirenum; sed se in mare dederunt præcipites, abiectis atque fractis mulciminis instrumentis. Ipse de se canit in *Argonautic.* à v. 1264.

Curillarum alæ avulsæ?

Fluctibus & gratæ veniunt à cantibus auræ.
Illic mellifluam residentes ore puellæ,
Dant vocem, redituque carent per carmina nautæ.
Cœperat hic cantus Minyas mulcere, nec ullus
Præteriturus erat Sirenum tristia fata.
Iam manibus remi exciderant, stetit uncta carina.
Ipse ego ni citharæ versis in carmina cordis,
Quos mater docuit, misissem pectore cantus,
Pangebamque modis suavem resonantibus hymnum.
Obstupuere novo cantu de colle nivoso.

Qua arte victæ ab Orpheo?

Orph.

Si-

Sirenes, victaque tacent, & carmine nostro
Et chelym & citharam, suspiria pectore ab imo
Ducentes, iecere manu, suprema que lethi
Tempora fatalis veniunt, & ab obice saxi
Præcipites sese in pelagus misere profundum.

9 Habet in verum fabula ficta locum. Sirenæ in pelago naufragantis fragilis vitæ siguant inimicos animæ, quam horum stropha revocat, dum cœlum in gloriam vocat. Unusquisque pro modulo suo decipere intendit: quùm corda versutè mulcet. Voces sunt avidè voluptates, aurium in vota titillationes, musicà persistente Sirenum in ferreum lethalem somnum; quò facilè homines trucidantur in mortem, haud videntes in interitum illicem, sed experientes acerbissima cruciamina, ad quæ tendebat mulcimine musica. Voces huiusmodi dira lues nautis, quin sapiant ex aliorum periculis: igitur quærendo per musicam ex navigacione portus delicias, occurrit blandè inimicorum crudelitas, qua amittitur vita, & quod infelicius, anima. Quantum ex appulsu tormentum, ubi optabile naufragium! Vox musarum ex cœlo est, nimirùm legis æternæ ex musica decachordi, inauditis deliciarum fucis, ac illecebris susque deque factis. Vox Sirenum est musica voluptatum, insidiæ veræ, sine entitate figuræ, vana mentis gaudia, atque in fraudem vocis strepitus turbulentia. Singulæ in expugnationem humani pectoris conformant voces. Musæ in paradisum, Sirenæ in barathrum. Illæ succinunt in aures cordis, hæ sensibiliter in aures; mulcentes sensus, ut trucidentur incauti: unde pro alexipharmaco resonat musica cœli; igitur navis illisio, atque mentis tenebrosa perturbatio, ni vox inter dulces voces illicò audiatur de cœlo.

Inimici animæ artificiosæ sirenæ.

Certamen vocum rationis & voluptatis.

10 Babylone *Respondebunt sirenes in delubris voluptatis*: dicit Dominus per Isaiam. Alij ex Ierem. 14. 6. & Ezech. 29. 3. & Thren. 4. 3. pro *Sirenes*, legunt; *Dæmones*, *Lamias*, *Dracones*. Frugi reddat homo, dum iacet in voluptatis delubro: equidem piget, per musicam expectare Sirenes, & invenire dracones. Longè à sensu ac voto voluptas reperitur in usu; quippe allicit ut decipiat, & post deceptionem proterat: fitque menti ex assensu contumelia ex vocum musica falsa; quippe pudet placuisse Sirenes, atque in perniciem amplecti horribiles aspides. Nullum gravius auctoritati rationis, quàm vulnus mentis, non tam quia voti frustratio, quàm quia cognitionis illusio; igitur ibi decipitur, hic ridetur & deridetur. Cogitat vocibus Sirenarum nactam felicitatem, quia eximiam contemplatur pulchritudinem; & tantùm vellicat cogitationis voluptas, dux experitur ex mulcimine illecebras: quandoquidem tædet, cogitasse Sirenes creditâ musicâ, & in horrorem occurrisse dæmonia. Lamia monstrum est, facie virgo, cuius summa diritas, quoniam ut securiùs ludificet ostendit mammas. Vide quæ diximus *Tom.* 4. *T.* 5. *num.* 66. & *T.* 13. à *num.* 2. Videtur fœmina pulchra, sed tantùm apparent pulchritudinis spectra: suffunditurque cogitatio rubore ex falsa rutila specie; quippe rationi vulneratæ vehemens fastidium, specie pulchra invenire dæmonium. Tam Sirenis, quàm Lamijs attributæ & alæ & ungulæ. Adi Isidorum, *Etymolog.* lib. 11. cap. 3. Apta voluptatis descriptio, ut accedat etsi serò pœnitudo: siquidem oblectamina (quæ Sirenes) harmoniâ vocis alis fugitiva volant, dum ungulis curvis usque in præcordia trucidant. Ergo in propositum Didascaliæ.

Isai. 13. 22.

Voluptas crudelis, pudor rationis.

Quid Lamia.

11 Musicâ pollent Sirenes, & Babylone respondent in delubris voluptatis. Musica à Sirenis cœli, & à Sirenis mundi; verùm hæc in Babylone. *Respondebunt ibi*: dicitur. Cur non alibi? Babylonia confusio est. Musica cœli si auditur, melodia mundi postponitur: ni suffocentur mundi fragoribus voces cœli, haud vellicant voces musicæ mundi: & in Babylone voto respondent Sirenes; quippe intendunt in vocibus confusionem: quandoquidem cœlestem haud audiet musicam, quisquis permistis audierit ex vocibus Babyloniam. *Babylonia pro fœda vitiorum omnium colluvie ponitur proverbiali formâ*: subdit hìc Sanctius, *num.* 28. Confusè clamant vitia, urgent in assensum illorum delectamenta. Audiendæ voces vel Sirenum vel Musarum. Homo voce legis non audit confusas voces. Hæ licèt irruant, despicienti non sonant: non mulcent, nisi cui placent. Non placet illecebrosum tibijs ac vocibus modulamen, musicam auscultanti cœlestem: igitur inter musicam & musicam, inter vitiorum atque virtutum harmoniam, certum est toto corde audire cœlum, qui voluntariè obsurdescit ad musicam Sirenarum. Vincit vox cœli maior, quia superior;

Ibid.

Mundi strepitus perturbat cordis auditus.

Sanct.

Qui voluptatem non audit, in cœlum intendit.

rio. Patet in Orpheo, ubi ab illo Sirenum cognita ex vocibus circumſcriptio. Canit Apollonius Rhod. 4. *Argonaut.* v. 905.

Dira lues cantus mortalibus extitit illis,
Qui mare ſulcantes iecere ad litora funes.
——Niſi mox & Thracius Orpheus
Apoll. *Biſtoniam manibus citharam ſumpſiſſet, & aures*
Sublimi cantu cantu revocaſſet ab illo,
Virgineumque Chelys vocem ſuperaſſet acuta.

Inſtabant voluptates in interitum ferentes, quæ auditui Orphei prorsùm ineffi caces: igitur in urgentia titilantium oblectaminum, in præſentia ſenſibilium cupiditatum Sirenum, deſpexit etſi fragilis expugnationem dulcem vocibus, vehementem; quippe intendit voces audiens, in vocem his vocibus ſuperiorem.

12 Vide præcipitem Paulum, & quomodò vocatus ut fugeret præcipitium. *Inſaniens* in Chriſticolas, perſequebatur uſque in civitates exteras. *Inſaniens.* Præ ſe fertur peccatoris index: igitur cupiditatum ſenſuum malum conſortium dum fucant in optatis delectamentum; quia ſignantes deliciarum voracem eſcam; perducunt uſque in inſaniam. Claret felicitatis infelicitas (quùm impellitur homo nequaquàm in delicias, ſed in illecebras) quæ appoſitè inſania dicitur: ſiquidem eò maior habetur, quò non cognoſcitur. Dicentibus, *bonum eſt nos hic eſſe*; bonum proponitur malè: igitur difficilè, inſanum revocari in melius, qui reliquos furens arbitratur inſanos. Inſaniens Paulus ruebat in ampliores inſanias, ſpirans fervidus minas; quia vocibus vetulæ legis, nullas audiebat veritatis voces. De cœlo eum & ſocios circundedit lux & vox; queis perculſus redijt menti, ſocijs perſeverantibus & protervè in pravitate. Cur ergo dum lux refulſit ab alto, atque facta vox de cœlo; reſipiſcit illicò Paulus, & ex ſocijs nec convertitur ullus? Dicit ipſe. *De cœlo audivi vocem: & qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt.* Dum currit in prava homo, ductus vocibus delectationis; occurrit cœlum lumine ac voce, ut fugiat cautè Sirenes. Hinc ratio trahit, illinc concupiſcentia pellicit. Cœlum vocat, ſenſibilitas clamat. Ni audiatur cœlum cuius vocibus voces mundi non audiuntur; à Sirenibus pectora fragilia inſidiosè vulnerantur, in vitijſque perſeverant, quin vel vulnere reſipiſcant; ſocijque

A&. 16. 11. *Inſanire facit voluptas.*

Cap. 22. à v. 7.

Audient cœli vocem intendit in pœnitudinem.

Pauli voce de cœlo factâ, minimè convertuntur; quia propter voces mundi voces cœli non audierunt: Pauluſque ſtatim cucurrit in pœnitudinem, quoniam audivit ſuperiorem vocem. Audierunt ſanè, ut dicitur, cap. 9. 7. *Stabant ſtupefacti, audientes quidem vocem.* Cœlum tinnit in aurem, ut corda obſurdeſcant ad Sirenarum clamorem: illique audierunt & non audierunt; quoniam cùm voces è cœlo in corda ſonarent; audierunt voces, quaſi non audirent. Demonſtratur profectò cordium obduratio, cùm nulla ex auditu auditio, eſtò illuminati è cœlo. *Stabant ſtupefacti audientes quidem vocem.* Excuſatio quadantenùs eſſet, ni vox audita in converſionis articulo: cæterùm auditâ excuſationem non habent de peccato: quandoquidem & audiebant, & ſtupefacti ſtabant. Cor, ut aliò dixit Ovid. 5. *Metam. fabul.* 8.

Cap. 9. 7.

——Ad auditas ſtupuit ſeu ſaxea voces,
Attonitæque diu ſimilis fuit. Ovid.

Voces movent. Ex motu conſtat audire. Non eſt motus, ſic ſtupidè ſtare: igitur haud faciles pœnitudo & converſio, ſine puncti cordis motu. Unde dum illi mortui iacent corde, Paulus ſurgit è cordis cæcitate, quia ſimulatque fuit vox delapſa & audita, motus illicò in cœleſtia.

Sine cordis motu non fit converſio.

13 De Ulyſſe & ſocijs dicitur, cantus Sirenarum eluſiſſe; dum ſe ligaſſet malo navis funibus, ſociorum navigantium obturatis auribus: Sireneſque vocibus muſicis illorum ſolicitantes periculum, proprium peperiſſe naufragium. Ita referunt Senec. *Epiſt.* 123. Alciat. *Emblem.* 115. & ibi Claud. Minos ſubdit:

Qua arte Ulyſſes eluſit Sirenes?

Illevit cerâ ſociorum callidus aures,
Atque ſuas vitalis præbuit ipſe manus.
Tranſiluit ſcopulos, & inhoſpita littora claſis:
Ille præcipites deſiluere freto. Claud. Min.
Sic blandas vociſque notas, & carmina vicit.
Sic tandem exitio monſtra canora dedit.

Non inſtant voluptates ut Sirenes, ni videant fragiles. Adinſtar crocodili fugiunt fugantes, fugantque fugientes, validis viribus in ignavos, ignaviſque viribus in robuſtos: igitur ne redeant, præcipites corruunt, ubi ſemel repelluntur. Qui fragiles ſunt, ne extorqueant mulcimenta. Sirenarum conſenſum, aures debent habere obturatas; quoniam non audit, quin vulneretur delectatione voluntas. Qui verò fortes, etſi muſicam auris audierit; ut

Voluptatis fortes infra gilles.

fauſtè naviget, alligari ſufficit: igitur ſonus in auribus, non muſica cordi; dum cor rationi alligatur & legi. Innuit Seneca, *Epiſt.* præf. *Hæ voces non aliter fugiendæ ſunt, quàm illæ quas Ulyſſes niſi alligatus prætervehi noluit.* Minimè præteriret, ni ſe alligaſſet: vel non audiendæ Sirenes, vel ligandi quiqui exceperint voces: igitur impoſsibile motum ſenſationum fugere, quandiù ſenſus extra legem non alligantur rationi. Muſicà interna retundenda cupiditatum muſica: igitur haud arrideret auribus vox inſidioſa Sirenum, ni conformis omnino muſicæ cordium. Vividè idem, *Epiſt.* 56. *Quanvis audiam* (inquit) *cuidam genti hanc unam fuiſſe cauſam, urbem ſuam transferendi; quia fragorem Nili cadentis ferre non potuit; magis mihi vox avocare videtur, quàm ſrepitus. Animum enim cogo ſibi intentum eſſe, neque avocari ad externa. Omnia licèt foris reſonent, dum intùs nihil tumultus ſit, dum inter ſe non rixentur cupiditas & timor, dum avaritia luxuriaque non diſſideant, nec altera alteram vexet. Nam quid prodeſt totius regionis ſilentium, ſi affectus fremunt?* Aurea prorsùm verba, atque Catholico digna: etenim externa vana vellicant, quia affectus interni fodicant; ac in medio cordis habemus monſtra Sirenes. Unde ſi quod placuit, diſplicet; haud aliundè niſi quia malitia placet.

Senec.

Voces illarum non ab aure, ſed à corde.

Idem.

14 Pluit Dominus multiſapore Manna in cibum ſuaviſsimè delicatum Iſraël; quod cùm guſtaſſent, ſtupentes dixerunt adinvicem: *Quid eſt hoc?* Præſtantiſsimus ſanè panis de cœlo, quem ſolummodò commendare valebat admiratio. Nihil ſuavius, nil iucundius, nil pretioſius: *quid eſt hoc?* Extra ſaporem ſapor excellentiſsimus, quem hucuſquè ignoravit liguritione palatus. Habet utique delectamen ultra humanam in dapes cogitationem; quoniam continet omnis ſaporis ſingularem ſuavitatem. Ita quùm primo Manna famelicis datum, poſt felicem ab Ægypto dura egreſſum. At quid temporis atque temporis ſucceſſu? *Anima noſtra* (clamant) *iam nauſeat ſuper cibo iſto leviſsimo.* Tædet quod ſupramodùm placuit? Quare ſtimulat in nauſeam, cuius pridem mirabantur excellentiam? *Cor autem eorum non erat rectum cum Deo.* Per affectum vel faſtidium, donum gratum vel ingratum. Unde cùm pretium vel deſpectus à corde pendeat, nihili aut maximi ducat; averſis diſplicuit, quod converſis placuit, dicentibus donum eſſe leviſsimum, quod illis ipſis videbatur pretioſum: igitur nunquàm vel dulce cadit ad voluptatem palati ſine cordis rectitudine. Manna eſt ſermo Dei in corda hominum deſcendens de cœlo, animæ cibus in hoc miſero mundo. Allicitur anima ſuavi dulcedine, modò rectitudo in corde. Ab huius affectu, non à cibo pendet acor vel dulcedo. Unde cùm affectus fremerent in pectore, dum guſtus eſſet in ſuavitate palati; iuxta cordis diſplicentiam cibus de cœlo provocabat in nauſeam.

Exod. 16. 15.

Excellentia Euchariſtiæ

Num. 21. 5.

Pſal. 77. 37.

Cur non ita animæ gratum, ſicut eſt ſuaviſsimũ alimentum?

15 In Monachis deſidibus videtur, proh dolor! huiuſmodi acedia. In exitu de Ægypto cibum cœleſtem deſiderat anima. Procedit in terram promiſsionis ſine pondere graviſsimo leviſsimæ vanitatis, & gaudet diſceſsiſſe & accedere: diſceſsiſſe à mundi ſtrepitu in ſolitudinem; accedere ad optatam in vita felicitatem, in qua ſummæ divitiæ, nullas habere, Sirenes nec audire, nec formidare; quippe in Dei commoratur protectione. Ne fatiſcat labore itineris, reficitur cibi ſuavitate cœleſtis; quo ita rapitur extra ſe, ut dicat mirabunda, *Quid eſt hoc?* Si ita in mundo, quid in cœlo? Micat beatitudo in quam progredimur, ubi in itinere tanta ſuavitate cibamur. Apage ſæculi illecebras, quibus nulla in voluptatem voluptas, cupienti & guſtanti dolus, ubi animæ philtrum é cœlo deſcendens cibus. *Quid eſt hoc?* Inviti manemus hic. Ubi nequeunt corpora, cordis aſcendant inflammati deſideria, atque pro voto ſuſpiria. *Nec intra hæc* (ſubdit Stoicus, *Epiſt.* cit. 110.) *humani ingenij ſagacitas ſiſtitur. Proſpicere & ultra mundum libet: quò feratur, unde ſurrexerit, in quem exitum tanta rerum velocitas properet.* Utilis profectò contemplatio, ut fiat ſecurior contemplatione profectio. A mundo in clauſtra appropiarunt, ſed ipſi appropinquaverunt & ſteterunt; querentes ad invicem de cibo leviſsimo, quem plaudebant iurè panem conditum de cœlo. Si in clauſtra mutatione dexteræ Excelſi, quomodò in clauſtris mutatio cum averſione cupiti? Affectus fremunt in corde. Quid ſilentium totius regionis proderit taciturnum, ſi affectionum in corde non eſt ſilentium? Non avocatur animus ad interiora, ſed ab his exterior egreditur turbulentia. Haud movet cor, quod excitavit aures; ſtrepitus quidem auris procedit ſanè ab ſtrepitu ex commotione cordis: quare cùm affectiones in contraria fremant,

Felicitas Monachi in clauſtro.

Quæ illius debet eſſe cõſideratio.

Senec.

Unde illius cognoſcatur corruptela?

mant, ac stimulantes præcordia pungant; incrassati, impinguati, dilatati, recedunt ita à cupita dulcedine, ut quod in initio profectionis impotenter concupierant, in processu perfectionis ad nauseam usque fastidiant.

16 Astipulatur Bernardus de *Convers. ad Cleric.* cap. 20. n. 35. *Curritur* (inquit) *passim ad sacros ordines, & reverenda ipsis quoque spiritibus Angelicis ministeria, homines apprehendunt sine reverentia, sine consideratione. Neque enim signum regni occupare cœlestis, aut illius timent gestare coronam imperij, in quibus avaritia regnat, ambitio imperat, dominatur superbia: sed & iniquitas, luxuria etiam principatur: in quibus & pessima fortè appareat intra parietes abominatio,* &c. Hæc intùs gaudent strepitu. Utinam periret memoria horum cum sonitu! Sed fistris crepitant aures, & in corde ut excantent, cantant Sirenes; ita seducentes iam allectos introrsùm, ut ad voces cœlestes nec habeant sensum. Patet uti lamentabile dato ac gustato Manna, simulatque in terram promissam venerunt filij Israël. In subsidium itineris collatus panis cœlestis; sed illicò ut pervenerunt, comederunt terræ fruges. *Defecitque Manna, postquàm comederunt de frugibus terræ.* Utrumque vellet homo, verùm futilis volitio: equidem in anima alita sapore terrestrium, fructus cœli haud faciunt fructum. Ingredientibus visus est delicatissimus panis: pervenientes verò caruerunt panis delicijs. Cur ergo deficiente cumulo deliciarum, nullum illorum exprimitur desiderium? In optata pervenerunt, & spreverunt optata. Claret in Monachis deformatis socordia: igitur frigida vocationis flammà; quod magnum, pretiosissimum in voto, vilescit omninò, aut evanescit in usu. *Vitam æternam omni concupiscentia spiritali desiderare*: ait commendans Monachis perfectionem vitæ, illorum antesignanus SS. Benedictus, *Regul. Sanct.* c. 4. Instrum. 46. Quia intenditur, concupiscitur. Quia non apparet illa, solicitant desideria: concupiscique iubet, quam quærere in initio conversationis placuit; quippequàm indicat corruptelam morum, cupitæ defectu gloriæ nullum esse desiderium. Pudeat oblivionis dulcedinis, cuius memoria cibus quotidianæ refectionis, quam concupivit anima: siquidem in perfectionis statu lamentabilis miseria; quòd ubi satiantur studiosè famelici, esurianr desidiosè negligentes saturati. Panis iste uti Manna, est sermo qui procedit de ore Dei. Ab infantia Monachi pasti haccine cœlesti doctrinà: nec dolet de cibi defectu, quo pasti sunt ab infantia? Quod pridem ex dulcedine cordium admirationem conciliavit, corda tædet? Corruperunt sanè lubidine gustum, quando nullum amissæ dulcedinis desiderium. Tendunt in desideria cordis, strepitu intra viscera bullientis, ita affectionum occursantium turbulentiâ; ut bonorum cœlestium cupitorum nec memoria. Oculos suos statuerunt declinare in terram, quin frugibus terræ erigant lumina in gloriam, quam iter incipientes expectabant. Oscitatione observantiæ expertæ deliciæ fugerant: nec mœrent absentia, nec desideratur dulcedo infeliciter amissa: igitur ita propendent in placidam obstrepentis cordis relaxationem; ut prisca Manna dulcedo nec veniat quidem in mentem.

17 Hæc cuncta sunt voces cordis; quo sine lege tripudiant pravæ affectiones Sirenes; quin voces corrupti in studijs audiant, quia nihil cœleste cogitant: siquidem nec vox veritatis in resipiscentiam movet, nec in pœnitentiam pertrahit, dum fit à crudelitate Sirenarum strepitus, quippe in corde fit tumultus. *Vos non auditis*: Assertor N. dixit Pharisæis. Audiunt utique, igitur audita perosi verba, congregaverunt compilantes saxa: minimèque habent aurem audientem, quiqui cogitant auditis lapidare veritatem. Veritas clamat: voluptas strepitu hunccine clamorem fugat. Hæc per aures ad interiora ingreditur, illa à limine abigitur: nequeuntque audientes audire, accedente veritate; quoniam ad ostium duntaxàt veritatis voces, dum voluptatibus patulæ præbentur aures. Audiunt, sed non audiunt vera, cordis in assensum clausà ianuà: manentque surdi & audientes, vitiorum ingressis vocibus; quoniam veritas ab illis expellitur & lapidibus. Audita cœli voce (ut ait Terentius in prolog. *Phormion.* v. 21.) cor utique

Audisset benè.

At audit male, & surdo protervo corde, quisquis aure verba insidiosa in perniciem percipit; quippe non audit verè, qui vera non capit aure. Veritatis & fallaciæ certamen efformatur veris ac falsis vocibus, auditis vel non auditis Sirenarum voluptatibus, quæ studeut voce vocem rationis confundere; ut homo illusus iaceat sine sensu, & sine motu, prædaque fiat

Bernard. *Unde Monasterij deformatio?*

Et cœlestiũ nec memoria?

Ioel. 5. 12.

Ioan. 8. 47

Quare socordia ex frigida vocationis flamma?

Pravo studio surdescunt, dum audiunt.

S. Benedict.

Terent.

Unde voluptas insidiosa?

fiat dæmonibus, trucidatus ab ipsis voluptatibus, summersâ vitæ navi, procellâ continuâ pelagi. Audiatur Ethnicus 4. *Astronom.* cap. 1. v. 402.

Manil. *Et quantæ mercedis erunt fallacia cordi?*
Quæremus lucrum navis, mortemque sequemur
In prædas. Pudeat tanto bona velle caduca.

DIDASCALIA III.

Non audit, qui tantùm audit.

1 FAllitur Manilius, quò dudùm, *cap.* 2. v. 8. dum frustrà, ineptèque cantat:

Idem. *Tantùm audire, iuvat.*

Nil iuvat, tantum audire cœlestia. Igitur vox sine effectu, nec vox. Cognoscitur vocis auditus, dum cordis sequitur motus. Ubi ex auditu non procedit in usum; vox lapidi, verbumque frustrà prolatum: lapis enim voce percutitur, sed non movetur. Ita hominis anima, sine sensu, ut accinit Ovidius, 13. *Metam.* fab. 2.

Ovid. ——*Torpet, duro simillima saxo.*

Miserum utique, loqui cum rationali, quasi cum lapide loqui: igitur hunc fugit sensus, & ille sensitivus deridetur insensatus. Verba dantur in fructum. Iuvat, tantum audire; verùm non audire tantùm. Causa exprimitur à Seneca. *Non hoc* (inquit, *Epist.* 38.) *agendum est, ut animus velit discere, sed ut discat. Ad hæc summissiora verba veniendum est: facilius intrant,*

Senec. *sed & hærent. Seminis modo spargenda sunt, quod quantvis sit exiguum, cùm occupavit idoneum locum, vires suas explicat, & ex minimo in maximos auctus diffunditur.* Quid enim grana seminantis utilitati, ni terræ hæreant, & simul radices mittant? Verbum salutis seminatur in aure, mittit radices in corde. Si cor, quod excepit auris, calore non fovet; illicò granum arescit: tuncque quod à loquente in fructum & opimum seminatur, non auditur, sed dispergitur. Fructus siquidem diligenter seminantes satagunt, sed corde

2. Reg. 7. 22 surdo in vanum laboraverunt. Hinc *Auribus ... dire*, dicit David. Aures, ut vidimus in *Liter.* n. 32. habet cor. Aurisque in auditu duplicat, seu multiplicat; ut constet, an audiens audiat: etenim nihil auditur ab aure, si quod auditum non retinetur à corde.

Quod à corde non auditur; spargitur, sed dispergitur.

2 Nonnulli audiunt, nonnulli non audiunt, nonnulli audire renuunt, nonnulli audire nolunt, alijque audire non possunt. Audiunt, & tantùm audiunt, quin verbum à diabolo tollatur; igitur in aures duntaxàt ingreditur & egreditur. Alij non audiunt, quia solicitudinum inanium voces in commodum occludunt aures, de quibus *Didasc. anteced.* Alij audire renuunt, quia veritatem cognoscunt; sed recusant converti, igitur sermo penetrabilior omni gladio ancipiti: fiuntque aspides voluntariè surdæ, præcognita vocis efficacitate, obturantes aures, ne exaudiunt incantantium voces: siquidem cordi inhæret intentionis cum voluptate pravitas, renuuntque converti, donec transeat à iuventute in senectam iniquitas. Alij nolunt audire, etsi verba percipiant; quippe nolunt intelligere, ut benè agant. Dum lætantur insaniunt, gaudentes furunt, in malis exultant; & tot & tanta mala pacem appellant. Denique alij audire nequeunt propter obdurationem cordium, & propositum in malum. Vident sibi falsa & stulta, quærunt placentia, estò cognoscant insaniam; quoniam nolentes reverti, obdurant faciem suam supra petram: igitur non solùm oculos clauserunt, ne viderent conscientiæ ulceros malum; imò obturarunt aures suas, ne Crucifixi audirent sanguinem, meliùs clamantem, quàm Abel. Plura alibi diximus, aliàsque dicemus de huiusmodi cordium surditate: modò in scopum instituti, pro illis qui non audiunt audientes, quippe audita non fovent in fructum cordis.

Diversitas audientium verbū Dei.

3 Astruitur hæccine veritas plurimis testimonijs sacris, in *Liter.* à n. 35. & 41. sed in propositum substituitur animo, quod à Vate profertur Evangelico. *Audite audientes*: dicit protervis idololatris Israëlitis. *Surdi audite*: iterùm exclamat. In divortio & in nexu huiusmodi testimonia sunt intellectu difficilia. Si surdi sunt, est inaudibilis vox: quo pacto poscit in eloquium attentionem, dum præmittit surditatem? Non audit, qui non audit; quippe nihil aure percipit. Percipiunt audientes sine voluntarietate. Quorsùm ergo audientibus dicit, *Audite*? Qua lege audientes & surdi? Ex nulla auditorum operatione. Auditur verbum, quoties auditur in fructum: qui quidem expectationi respondet, quùm cordi in fomentum hæret: & audientibus quasi surdis sacer exponitur sermo; quippe sermo sine fructu. Ut abominarentur idola; fulminabat in audientes Propheta verba flammantia, quæ sortirentur effectum, modò audientes

Isai. 6. 9. 55 2. Cap. 42. 18.

Auditur verbum, si auditur in fructum.

in

in corde collocarent auditum: at cùm expellerentur à corde, quæ excipiebantur ab aure; audientes audiebant ſurdi: quandoquidem verba volabant & verba, verùm in corde permanebant idola. Cùm ſimul eſſe non poſsint & veritas & mendacium; neceſſarium eſt, dum veritas in cor ingreditur, quòd mendacium expellatur. Utrumque non eſt in auditu, ſed in animo, qui diſtat ab aure; audienteſque veritatem, meritò dicuntur ſurdi; quippe non audiebant corde. In corde erant vanitatis atque voluptatis ſimulacra, quæ deſtruere duntaxàt quibant prolata verba: cæterùm ſimulacra in pectore perſiſtebant; quoniam verba illa amandare non poterant: equidem cùm tantùm poſſent, ſi veritas & mendacium convenirent; manentibus idolis in corde, & in aure veritate, erat prorsùm impoſsibile: igitur idolum à corde minimè excutitur, ſi veritas in cor, ut expellat, non ingreditur. Ratio ſub manum. Corde & aure eget veritas, ut è pectore excutiatur iniquitas. Aure in perceptionem, corde in efficacitatem; ut expellantur eius ingreſſu, quæ idola florebant cultu. Surdus eſt, qui auris portam habet occluſam: audiens, qui verbis ingredientibus portam auris habet perviam: Idolaque venerantes, dicuntur ſurdi & audientes; quoniam veritati promptum auris præbebant auditum, verùm cordis; ubi idola, arctè præcludebant oſtium.

Surdi, qui non audiũt corde.

4 Aliud eſt verbum excipere, aliud percipere. Percipitur animo, excipitur duntaxàt auditu. Nullus nequior ſurdus, quàm voluntarius: quo ſenſu, Terentius in *Heàutont.* Act. 2. ſcen. 3. v. 89. ſuccinit:

Terent.

Orando ſurdas iam aures reddidit.

Nullus nequior ſurdus, quàm voluntarius.

Audit, quaſi non audiret. Audit, ſed ex verbis nil cognoſcit, neque illecebrarum idolorum pœnitet. Pœniteret ſanè, ſi veritas in fructum ſervaretur à corde: verùm cùm cor non audiat, quod Vates in reſipiſcentiam nunciat; verbum excipitur ſed non percipitur, quippe in cordis ſalutem non ingreditur. Hiſpano æquivoco: *No les entraba.* Audiebant, quàm illis amarum, reliquiſſe Dominum; quàm grave cordi cupidinis ſimulacrum, quàm exulcerata anima, reſpiciens in voluptatum idola: quæ continuò vulnerabant. Hæccine continuò audiebant: & audientes Vates iubet audire; ut quod auditur aure poſsit prodeſſe: igitur audire & audire in vanum, eſt audire & eſſe ſurdum. Surdis & audientibus dicit Vates, *Audite*; quod profectò videtur ſuperfluum; quia illis impoſsibile, his audire neceſſarium. Non eſt, nec fruſtrà utriſque prolata vox: non enim audiunt, quibus audita non proſunt: & uti ſurditate laborantes notantur audientes, quippe ſi cordi non hæret, quod excipit auris, audientes ſanam doctrinam apparent peiores ſurdis.

5 Audiunt nonnulli, ut audiant, non ut diſcant, quo nulla acquiritur utilitas; ſed tantùm crepitat vana curioſitas. *Audi filia & inclina aurem tuam*: dicit animæ David. Si quæris optabilem felicitatem, & in æternam ſalutem; auſculta, & aurem inclina. Non ſat, loquentem audire? Non ſat: aurem debet in auſcultanda inclinare. Inclinare aurem loquenti, eſt velle auribus haurire quicquid procedit ab ore: audire, merè eſt diſtinguere veritatis voces, quin excipiant audientes veritates: commendatque Regius Pſaltes tam aurem, quàm auris inclinationem; quoniam ſumma infelicitas, aures audire veritatis verba, & iacere corda ſine utilitate ſurda. Auditus indicat ſine fructu animum curioſitate occupatum, ideſt, animum otioſum: auris inclinatio cor compunctum: & iubet, ſitientem beatitudinem, animam, non tam audire, quam inclinare auriculam; quoniam voces cœli in fructum audiuntur inclinatione, non verò cordis vagi externà curioſitate. *Audi & inclina aurem.* Ita in prolog. *Regul. Sanct.* exponit SS. Benedict. *Auſculta* (ideſt, ſuſpenſa aure audi) *& inclina aurem cordis.* Auſcultatio verbi in aure, inclinatio auris in corde: equidem in inclinatione demonſtratur voluntas, & in auris auſcultatione docilitas; ut explicet pectus inclinationem in opus: unde in perfectionis cacumen, non ſolùm commendat aurem, ſed etiam inclinationem; quoniam nil in perceptione verbi percipit auris, ſine inclinatione cordis. Verba aliquando cor tangunt, ſed intacta revertuntur. Debent tactu inferre vulnus, ut compungatur in pœnitudinem pectus: unde inclinatio eſt neceſſaria, ut vulneribus cordis ſanentur vulnera; quippe corde inſenſibili ulceribus, medicamen excipere ſummis auribus, non ſolùm animum in ſalutem non penetrat, ſed nec pulſat. Cauſam expreſsit Seneca, quo ſupr. *n.* 1. Verba uti ſemina ſparſa vires ſuas explicant, ut ex minimis maxima fiant, Seminantur in aure, germinant in pectore, creſcunt in corde. Si minima iacent, in aure profectò ſedent;

Pſal. 44. 11.

Doctrina nõ curioſitate, ſed inclinatione audienda.

S. Benedict.

Cognoſcitur verbi auditio, ubi reſultat compunctio.

dent; quippe per aures solummodò transeunt, & in corde duntaxàt radices mittunt: aridoque doctrina confertur semini dum non concipitur corde; quippe quod in fructum datum, iacet auditum verbum ut fuit auditum.

6 Adhuc urget cordis in aviditatem, igitur solicitudo per aurium ostenditur suspensionem; quasi vellet in quæstum aurium laxare conductus, ut ampliora sitienter ebibat animus: haud quidem, ut voluptati sit discere; sed ut voluntate discat ignotum illudusque disciplinæ momentum, quoniam sola desideria occidunt pigrum. *Omnium honestarum rerum* (infit idem, *Epist. 94.*) *semina animi gerunt, quæ admonitione excitantur, non aliter quàm scintilla flatu levi adiuta ignem suum explicat. Erigitur virtus cùm tacta est & impulsa. Præterea quædam sunt quidem in animo: sed parùm prompta: quæ incipiunt in expedito esse, cùm dicta sunt.* Est descriptio cordis soliciti optatæ beatitudinis, cuius vox ostia retigit auris, ut transiret in animum promptum, atque fomitem incenderet expeditum. Intenditur flamma à verbi efficacis scintilla. In aure extinguitur, ni transitus in animum concedatur: minimèque ignem in fructum concipiet, quisquis duntaxàt audierit; quoniam respuente corde scintillam, nequit concipere flammam. Percipitur sententia N. Assertoris in inflammationem audientium, cuius semper divinæ prædicationis propositum. *Ignem* (dixit) *veni mittere in terram: & quid volo nisi ut accendatur?* Si misit ignem, necessarium est incendium: cur ergo dicit intentione volitum? Aliud est mittere in terram, & aliud mittere in animam. Aliud in fomitem vastæ, siccæ telluris, & aliud in terram cordis, quò non sat ut accendatur, quòd ignis abundanter applicetur. Quare igitur in inflammationem non sufficit ignis, si ab igne solo procedit tota virtus flagrationis? Ignis effectus incendium est: fovet, vel non fovet cor: quicquid non fovet, extinguit: flammaque ex igne non nascitur, quippe à corde non concipitur. Verbum Christi uti ignis mittebatur in audientium aures: verùm non incendium ubi missio, sed ubi scintillæ conceptio. Suscipitur ab aure, flammescit in corde. Hinc incendium, quippe ibi fomite in operationes fotum: Christusque vult accendi, idest scintillam concipi; igitur frigebit, ni in pectore acceperit conceptionem, quantunvis in aurem miserit ignem & ignem. *Volo* (inquit) *ut accendatur.* Nihil interest, quòd mittatur, ubi sine effectu extinguitur. Quid quòd suscipiat scintillam verbi pectus, si non accenditur & inflammatur in opus? Opusque Christus quærit, dum intendit, verbum ab aure suscipi, & ab animo servari; quippe fotà, missà ab illo veritatis scintillà, accensa in pœnitudinem splendent flammantia corda.

7 Erravit David à lege & viâ veritatis rectâ, postquàm Uriæ locutus est falsa: Sermone Nathan convertitur Rex ad cor, orituque simul pectori compuncto lux. Sese respexit & horruit, illicòque pœnituit, redens in pristinam formam, qui fœdè per gratiæ deformatus absentiam; dicitque Deo, conceptà flammà ex iaculata à Nathan scintillà: *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Crucius exponit:

Cor tuus sermo perurit,
Quem medullis ardeo.

Ignitus prorsùm sermo Dei, dum ita scintillà incaluit cor: igitur calore liquefactum in lachrymas, obduratum inter Veneris pruinas, flexit pungens pœnitudo cùm esset frigidius gelu. Exitus aquarum deduxerunt oculi. Fulgura in pluviam fecit,

Et lachrymæ fecere fidem.

Expressus error & horror, simulque favillæ calor: quandoquidem induruit igne Veneris exardens, & igne suavis eloquij factum ut cera liquescens. Ignitum sanè & vehementer ignitum in nostrum commodum. Urit, sed purificat: mortificat, verùm vehementer inflammat: si flammam incendijs explicat, vehementiam ustione indicat; quippequàm non solùm corda redigit in gratiam ignem mittentis, sed etiam internas consumit imperfectiones.

8 Unde ergo si verbum à multis auribus haustum, duntaxàt videtur Davidi ignitum, & ex illo vorax cordis tanta flamma? Ex scintillæ custodia. *Servus tuus dilexit illud.* Ex dilectione vel odio oritur verbi incendium, vel pectoris obduratio. Aversus est sermo Dei, quoties recipitur aure, & repellitur à corde. Dilectus, dum in animo flammescit, quia in ignem favillam concipit: & dum reluctanti videtur frigidum verbum, in David claret ignitum; quippe qui percipit aure, friget; qui concipit corde ignescit. Fovet scintillam in pectoris flammam. Ignis vel error fovendus à corde ex auditione fulminati verbi: patetque Dei eloquium vehe-

Senec.

Si à corde nõ auditur, haud inflãmatur.

Luc. 12. 49.

Flamma pectoris indicat favillam auris.

Psal. 118. 140.

Cruc.

Et pluviã lachrymarũ fulgura vocum.

Ovid. 7. *Met.* Fab. 7.

Cur etiam ignem, & vehementẽ?

Unde innotescat, quòd à corde verba audita?

hementer ignitum, per inflammationis effectum: igitur cognoſcitur eloquij cœleſtis calor, modò à corde reperculſo quàmprimùm pellatur error. Ignitum eſt eloquium & non ignitum iuxta conditionem audientium. Alij indureſcunt in iras, alij liquefiunt in lachrymas. Hi accipiunt corde, illi autem duntaxàt aure: unde cùm non audiat, qui audit tantùm; non audienti nec ignitum, nec eloquium. Non ſolùm eloquij notatur flamma, ſed etiam flammæ vehementia. Flamma ſtat in cognitione, dilectione, & conceptione verbi: vehementia in flammæ ex favilla concepta retentione: & non ſolùm dicitur corde audiente, ignitum verbum, ſed vementer ignitum; quia non ſufficit concipere, ni contingat etiam parere: equidem quaſi nihil conceptum, dum quod conceptum explicatur per aborſum. Debet eſſe vehementia in concepta à corde flamma. Ex prolatione ab aure verbum cognoſcitur, ex cognitione à corde ſtatim diligitur, ex utraque conceptus efformatur: & in fœtus perfectionem ac formam, cum igne pectus debet habere vehementiam; quia dum in corde radices non habet, venit diabolus & tollit, conversà cognitione in lethen, charitate in averſionem: unde quicquid conceptum, in nihilum, & futurus partus in abortum; ſiquidem antequàm perfectè in lucem formetur, indiſpoſitione cordis evaneſcit, vel foras fœtus emititur. Ni fœtus debitè calore fotus; quiſquis concipit corde *paſcit* in mendacio *ventos*.

Perperè concipitur, quãdo fœtus aborſus.

Prov. 10.4.

9 Aliâ metaphorâ indicat Gregorius Magnus audientis infirmitatem, dum non audit in ſalutem. *Cibus mentis* (ait Homil. 15. in *Evangel.*) *eſt ſermo Dei*: *& quaſi acceptus cibus ſtomacho languente, reijcitur, quando auditus ſermo in ventre memoriæ non tenetur. Sed quiſquis alimenta non retinet, huius profectò vita deſperatur. Curate ergo ut acceptus ſermo in cordis aure remaneat. Multis enim libet quod audiunt, boni operis initia proponunt; ſed mox inchoãta derelinquunt. Terra humorem non habuit; quia hoc quod germinaverat ad fructum perſeverantiæ non perduxit.* Fit igitur in animabus Dei ſermone, quod in corporibus operantur cibi: igitur languida omninò, & afflicta ſanè morbo, quùm reijciunt nobiliſsima alimenta, quibus in valetudinem nutritur vita. *In morbo diuturno faſtidium cibi, & deiectiones ſynceræ (faciles) malum*: ait Hippocrates, lib. 7. *Aphor. 6.* Cibus animæ veritas eſt Evangelica: ſtomachus in cibi coctionem pro nutrimento memoria. Eſcæ in vitam faſtidium indicat morbum & diuturnum: at poſtquàm ſuſcipitur, deiectiones faciles prognoſticon inſunt moribundi cordis. Audire & repellere, eſt tædium cibi proficui. Audire & audire teneritudo malaciæ. Sumere cibum & movere, eſt effectus cacochymiæ. Eſt ingredi & egredi. Medicina ſanè in ſalutem ingreditur; ſed inutiliter, quippe in memoriæ ſtomacho non cuſtoditur: diciturque malum tam faſtidium, quàm doctrinæ vomitus, quoniam vel renuit, vel expellit pectus: etenim quoties non coquitur in operis nutritionem, cordis profectò indicat diuturnam infirmitatem.

Verbum Dei mentis cibus. Greg. Mag.

Hippocr.

Verbum audire, & non operari, eſt ingredi & egredi.

10 Poſtquàm corpus hominis Aſſertor N. vindicavit à tyrannide dæmonis; docuit audientes circunſtantes turbas, quo pacto poſſent liberare animas. Omnes mirabantur, ſed non omnes convertebantur. Mirabantur & iurè in verbis gratiæ quæ ab eius cœleſti procedebant ore: licèt inflati humanâ prudentiâ plebis ſeductores, & doctores (propter conſcientiæ ſtimulos redarguentes, ex criminum gravitate) rumperentur tabeſcentes plaudentium admiratione. Tunc mulier quædam illorum tundens perfidiam, atque frangens tumeſcentiam; extollens vocem, in matrem prædicantis retorſit laudem. *Beatus* (dixit) *venter, qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti.* Frequens elogium in placentis plauſum, quaſi tali vel ſimili voce aures ſemper deberent circunſonare; quandoquidem è fonte illuminatricis veritatis, aure ſuſpensâ mira bibebant audientes. Unde apud Euripid. in *Ion.* v. 308. legitur:

Luc. 11. 27.

Tuam matrem iudico beatam. Euripid.

Tunc Dominus plaudenti applaudens, quippe in gratiam & encomium genitricis, ſimulque intendens indicare, dum à Marcella ſignabatur honor, unde genitrix felicior; dixit *Quinimò beati, qui audiunt, verbum Dei & cuſtodiunt illud.* Non felix tantùm qui audit, ſed qui audiendo in corde audita cuſtodit; quippe felicitas occurrit non per curioſitatem, ſed duntaxàt per doctrinæ obſervationem. Auſcultare & cuſtodire. Cuſtoditur, dum doctrina, uti cibus cœleſtis, in memoriæ ſtomacho retinetur; nequaquàm dum aure in nutritionem excipitur: neceſſarius huiuſmodi cibus, ut lethalis à corde expellatur diuturnus morbus: unde cùm cibus detur ut valeant vires, & cadant irrita-

Verſ. 28.

Signum infirmitatis vel mortis, eius faſtidium, vel vomitus facilis.

ritamenta languoris ; profectò malis correpto malum , vomere semel ingestum: igitur vires nequit reddere moribundo, si cibus vitalis expellitur ab stomacho. Nil mirum , quòd desperetur vita , ubi sine effectu data in vires alimonia. Quid quòd accipiat , si vomat ? Nihil prorsùm accipit, si non nutrit: iacetque misere in mortem , estò suscipiat efficax medicamen; quia cùm in vires necessarius effectus nutritionis, sine alimento in vitam deficiunt vires.

11 Clariùs. Homines disponuntur in beatitudinem , veritati dantes aurem; verùm plenè haud gaudent felicitate, quoniam non inest aurium sensationi: etenim licèt audita placeant, avidèque suscipiant; derelinquunt quæ in cibum susceperunt aures , quia pravis humoribus obliti delitiosi saporis. Felices utique qui gaudio audiunt veritates , verùm non ideo felices. Restat micanti felicitati , quod illæ uti cibus serventur in corde ; ut chronicè languentis & valeant vires , expulsis affectionibus pravis ex cacochymis. Quare cùm summum vitæ sit spiritalis periculum, non custodire in opus divinum verbum; iubet Christus in felicitatem plenam ac audientium gloriam, vocem susceptam aure servari in pectore : etenim si doctrinam expulerit semel acceptam , vomet simul medicinam. Causa subest. Audiuntur voces Dei in animæ ægrotantis salutem , quoniam ipsius affectionum medicamen antidotum in vitiorum venenum, præsens lenimen in vulnera , pharmacum in symptomata , ut grave expellatur pus, quo in mala prurit atque stimulatur cor. Intuitus Christi est , homines languentes servare veritatis pharmaca , ut langueant languores , & maneant suscepta medicamenta. Dum audiuntur veritates , quæ cibus mentis , ut audiantur , vel si ut sumantur , sumuntur , quin cibus cœlestis in coctionem ac nutritionem in stomacho custodiatur , persistente ægritudinis humore; haud humor, sed medicamen egreditur. Remanet pravorum affectuum vitium , & expellitur remedium : custodirique in corde Salvator archiater monet, quicquid in salutem animæ auris susceperit ; quippe veritatis fotu , præsentaneà medicina , in vitam faustam valebunt sine languoribus corda.

Summum vitæ periculum , non servare auditum verbum.

Virtutes verbi Dei.

Cur custodiendum?

12 Descendenti illo de monte , occurrit maior multitudo infirmitatum, quàm hominum , *qui venerant ut audirent eum , & sanarentur á languoribus suis.* Appositiùs videretur : *Ut illum audirent , & illos sanaret* : etenim adversus infirmitates virtus de illo exibat , & sanabat omnes. Cur igitur non dicitur de medico , ut mederetur obvijs ægrotantibus, sed ut ipsi à suis liberarentur languoribus? Perinde videbitur, sed non est idem. Audire prædicantem , & ab illo in salutem restitui ; erat duplex actio in Salvatore. Unicam congruebat esse operationem audientium , ut liberarentur à gravitate languorum. Si ille prædicando curaret , audire tantùm in salutem sufficeret : & cùm prædicatio sola pravos non expellat affectus , ni in nutritionem concoquatur cibus ; in verbis estò medicis nulla datur medicina , quia non prodest audita , sed servata. Prædicatione , si à pectore custoditur, morbus ab animo expellitur. Si habentur verba in memoria; expellitur languor , quia ingreditur medicina : minimèque dicitur , quod homines languidi expectabant prædicantem, ut expelleret languorem ; sed quòd illi illum anxiè operiebantur , ut à proprijs languoribus sanarentur : etenim dum stomachus servat in nutritionem veritatis voces , non medicinam expellit , sed tantùm infirmitates. Aliquid ex se debebant facere , ut possent in salutem à prædicante restitui. Ille vitæ æternæ verba dabat, concioque per aures alimentum suscipiebat. Non à ministrante pendet effectus cibi, sed à suscipientis innato calore; quin prodesse possit ; dum auris frigidè sumit. A remedij observatione ac custodia , pendet quod cibus sit vel non sit medicina : ipsique audiunt, ut sanentur, non ut medicus curaret; quia ab ipsis solis pendebat, quod alimentum nutriret.

Non prodest medicina audita , sed parti læsæ applicata.

13 Liquet ergo causa , quare ex hominum grege animæ iaceant vel mortuæ, vel moribundæ. Vox prædicationis continuò perstat , veritas clamat , quæ datur in languorum medicamen , & nocuarum affectionum expulsionem. Qua igitur fronte in piscina mundi tanta *multitudo languentium , cæcorum , claudorum , aridorum*? Nullus ibi describitur surdus, igitur in morbi subsidium, expectabant aquæ motum; ut ex audita voce potirentur medicamine. Aptè nullus ibi surdus , siquidem nemo vivit , si non audit : longèque est à via salutis, quisquis surdus ad voces veritatis. Sit ergo , verùm si voces audiunt , unde multitudo voluntariè languentium , cæcorum , claudorum, aridorum? An quia pravis affectibus nec vident

Ioan. 5. 3.

Luc. 6. 18.

per

Quare qui verbum audiunt salutis, fovent languores?

per audita coruscam lucem, nec volunt, nec possunt in valetudinem movere manum, aut pedem? Unde chronica cordium infirmitas? Non est custodita per aurem suscepta veritas: equidem cùm habeant flagitiorum corruptelà pravum stomachum; venena sumunt, verùm vomunt alimentum. In expulsionem infectantis humoris, & retentionem virtutis datur cibus, quo obtinetur salus; igitur uti medicina removet à læso pectore vindictæ meditationem, à capite ventosam tumescentem vanitatem, à corde superbiam, ab hepate biliosam iracundiam, à stomacho repletionem, à lingua præcipitium, à gustu blandimentum, ab oculis curiositatem, ab auriculis lenocinij cerumen, à manibus gladium, à pedibus offendiculum, quæ omnia tendunt in animæ vitæ ruinam, atque conantur suffocare gratiam. Sumitur ergo cibus medicinalis ab stomacho, sed persistit ægritudo; quippe amplectitur nocuum, & cibum vomit amicum. Proponitur sanitas, & in aurem ad cor ingreditur veritas; tamenque salutem cum sanitate desiderat: equidem cùm illud quod auris audit non nutriat, ni calor nativus in substantiam convertat; promptè, proh dolor! expellitur, quod suscipitur; humores pravi quippe gravantes stomachum, in vomitum provocant iam susceptum alimentum. Malum vertitur in custodia languoris, quùm intenditur custodia medicæ veritatis, susceptæ à voce prædicatoris per aurem, in audientis nutritionem & salutem. Cibus & avidè capitur, sed fastidiosè statim expellitur. Sanè medicina prodesset, si cibum stomachus custodiret.

Ovven. 2. 168. *Verbum ritè auditum expellit à corde morbum.*

Sumptus prodest, ut medicina, cibus: Igitur etsi abundaret affectionum pravitate (queis appropinquaret morti) cibus medicinalis custoditus ita validus; ut totam languentis animæ, ac desperatæ ægritudinem, pro salute adipiscenda vomeret in confessionem. Vernaculè: *Aunque estuviera el alma con tantos accidentes, como excessos, desauciada; sin lanzar la medicina, todo el mal interior arrojára á la boca.*

14 Contemplemur verbi custoditi virtutem, ut non amittamus, vel quæramus sanitatem. *Siquis* (inquit Concionator de cœlo descendens) *sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.* De morte animæ loqui, perspicuum est; quia Abraham mortuus est, & Prophetæ mortui sunt. Perpende. Non dicit Christus, *Qui audierit*, sed *Qui servaverit*. Qui audit, doctrinam suscipit; sed in aure manet. Non sat in salutem quod audiatur, nisi servetur ut observetur: equidem cùm uti vox transeat, & ut cibus nutriat; nullam doctrina habebit utilitatem, ni transeat cocta semel in nutritionem. Auditur sermo Dei a multis, sed persistunt in peccatis. Audiunt profectò, ac in corde suscipiunt: iterantque peccata, atque crimina multiplicant; quia cibum captum non servant: igitur simulatque suscipiunt, è corde vomunt. Qui verò sermonem custodit, mortem animæ in æternum non videbit. Quo ergo pacto nequit homo interire, sermonis observatione? Facillimè. Qui non infirmatur, nequaquàm moritur: & veritatis exactà observatione nequit audiens infirmari; quia per sumptum ab animo medicamen expelit à se pravæ affectionis humorem. Mortem non videbit animæ, quisquis dissentit à crimine, per quod & malæ ingrediuntur affectiones, concordiam humorum harmonicam depravantes: equidem cùm cibum medicum præservativum habeat; nequit videre mortem, si medicinam observat: quippequàm dum accedit in symptomata malum, habet pugnacem præstantissimam antidotum.

Iuan. 8. 51.

Quare Dei servato verbo, nulla quit esse ægritudo?

15 Datur sermo Dei mortuis in vitam animæ; ac viventibus, ne unquàm obdormiant in morte, cum conditione in audientis utile commodum; ne sit deiectio, aut fastidium. Non fastidium, quoniam ægritudinem philautè fovet & refovet, quisquis medicinam in sanitatem studiosè fastidit. Non deiectio, quippe cum medicamine etiam prævalebit ægritudo: etenim præ humoris abundantia, stomachi depravati corruptelà, fovebit vitium in mortem, & regéret à corde veritatem. Unde ut mortuus gratiæ restituatur in vitam, debet sumptæ medicinæ intùs habere custodiam; quoniam dum illa diligenter servatur, quicquid veneni introrsùm foràs emittitur. De vivis etiam in medicamine micat solicitudo, ne in morbum ac mortem serpat letalis affectio. Ministratur sermo veritatis auri, ut servetur uti cibus, atque medicina à corde; ne blandimine voluptatis, calliditate dæmonis, ac pravitate affectus, ita vitietur stomachus, ut egrediatur probitatis propositum, quùm ingreditur malignitatis venenum. Quare quisquis servaverit, mortem in æternum non videbit; igitur cùm intùs habeat alexipharmacum, in quod-

Nec mors serpere?

libet nocens obvium; non potest obire mortem, quicunque contrahere non potest infirmitatem. Occurrit in asserti fulcra nobilis antilogia. *Mortui audient* (dixit Assertor) *vocem Filij Dei: & qui audierint, vivent.* Heus mortui gratiæ, cavete. Haud vivent, qui non audierint. Obtinetur vel amittitur æterna vita. Videte momenta quanta: hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Modò in nostrum propositum. Perinde est vivere, atque mortem non videre: quare igitur in vitam dicit, *Qui audierint*; & in libertatem a morte, *Siquis servaverit!* Nonnulli cum gaudio audiunt Dei verbum, & tollit diabolus de corde illorum, quæ voces seminant; ne credentes salvi fiant. Quo ergo pacto idem servare & audire; quùm aliud sit in corde, aliud in aure? Exprimit Christus diversis vocibus audiendi modum; ut audientes, ut decet, præstent auditum, in salutem ægrotantis animæ, vel moribundæ, vel mortuæ: signatque meditanter idem audire & servare; quia quiqui audiunt, & audita non custodiunt, minimè audiunt. Quicquid (ut canit Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 28. v. 8.) concionator protulit,

Cap. 5. 25.

Vera ac perfecta auditio est veritatis observatio.

Propert.

Ventus & unda rapit.

DIDASCALIA IV.

Vox prædicantis non auditur, ni videatur.

1 IMposibile videtur videri, quippequàm non vident aures, sed oculi: nanciscenturque quòd est mirabile in oculis nostris; si voci suæ dederit vocem virtutis: equidem verba prorsùm inutilia, quæ sine virtute verba. Movent enim vehementer vel obstinatum animum, dum videtur factum verbum. Facit Prædicator *pondus ventis*, ex virtute operationis, qua verba volantia sidunt, quippe iam patent ad oculum: minimeque fulgent verba grandia, sesquipedalia verba; sed utilia, effectui consona: igitur sine operationis virtute, erunt verba sine pondere.

Quod pondus verbis?

Iob. 28. 25.

Manil. 4. v. 439.

——*Dedit ipse sibimet*
Pondera: nec fas est, verbis suspendere mundum.

2 Astruit Ioannes, de se dicens: *Audivi vocem magnam tanquàm tubæ, & conversus sum, ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum.* Vox haud caret virtutis efficacitate; dum recogitat audiens secum loqui: de quo egimus, *Tautolog. 6. D.* 1. Modò, quò pacto vox videatur, scrutandum. Auditur vox communis, videtur vox prædicantis. Opere prædicatoris, quæ vox audita, visibilis: diciturque vox visa, quæ auditui apta; quippe quæ vox dicebat, dicebant opera. *Validior operis, quàm oris vox*: inquit Bernard. serm. 59. in *Cantic.* num. 3. igitur cùm prædicatoris exemplum sit virtus vocum; voces sine virtute ac exemplo prædicantis erunt voces sine voce. *Efficax*, & etiam *vivus* dicitur *sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem animæ.* Vivus dicitur, dum sermo in concionante videtur; siquidem eius voci ad amussim non aptà vità, vox quæ auditur, planè mortua. Vivus dicitur sermo, quùm ex auditione sequitur cordium commotio, ex commotione criminum pœnitudo; queis vocum ostenditur efficacitas, quippe expellitur à pectoribus malignitas. Non prædicante concionantis vita, in sermone evanescit efficacia; quoniam non pertingit animam, sed auriculam: inefficaxque patet sermo, ac mortuus; qui per se erat efficax & vivus; quippe audientes ex sola auditione vocis, obsurdescunt in peccatis. Est efficax, dum voce ac vità dividitur anima, eò quod contemplatur Deum offensum, & se dæmonis mancipium. Exemplo prædicator in voce haud vibrat vocem, sed fulmen: haud promit verbum, sed gladium: & vox quæ auditur, efficaciter videtur; quippe per auditam visam vocem, divisa est anima in criminum pœnitudinem.

Opere vocis vox visibilis.

Hebr. 4. 12.

Unde sermo vitalis vel mors sermonis?

3 Claret in articulo vocis auditæ à Ioanne. *Audivi vocem*, ait: sed conversus est, ut videret, postquàm clarè audita vox. Vox videtur ex exemplo, vox auditur in eloquio; sed à corde non auditur, ni vox audita videatur: Ioannesque intendit videre vocem, ut cordis præbeat auris promptitudinem; quippe ubi vox prædicatoris videtur, tunc prædicator auditur. Vide infrà. *num.* 21. Est in concionatore vocis entitas & etiam vocis prolatæ efficacitas: ideo dicit *Conversus sum*, igitur à voce in vocem commotum cor: diciturque conversio, illicò ac facta visibilis vocis auditio; quippe ubi vox opere concionatoris visibilis, actutùm in audiente conversio cordis. Vox designatur magna; quæ vox visa. *Audivi vocem magnam.* Vox in prædicatore, sed in illa

Conversio cordis, vox visibilis.

Apoc. 1. 10. 12.

la nil magnum, ni sit ex opere exemplum: igitur cùm sermo dirigatur in audientium conversionem, ac criminum pœnitudinem; si pœnitudo & conversio, erit in concionante summa vocis magnitudo: quandoquidem iurè donatur sublimitate, si vita respondit voci. *Vocem magnam*: idest, singularem, dum vox ab audientibus videtur in conversionem: siquidem cùm vox in dolorem peccatorum non audiatur, si virtus vocis in exemplo prædicantis non videtur; vox obtinuit totum pondus magnitudinis, visà vocis virtute in opere prædicantis. Demùm. Ioannes se audivisse asserit vocem, & vocem grandem. Ex magnitudine vocis pendet sæpe auditus auris. Magnitudo in concionatoris vita: vox in aplausu, encomio, aut fama. Magnitudo vocis in rebus: vox in vocibus. Magnitudo in vocis virtute, qua scinditur anima gladio doloris: vox in floribus eloquentiæ, queis voces delectant aures: & magnam vocem sese astruit Ioannes audivisse, facta ad vocem conversione; quippequàm dum in audientes vox à prædicatore fit; illa sanè non auditur, si tantùm auditur vox. Perperàm enim veritas à corde susciptur, quando non illa sed prædicator prædicatur.

Unde magnitudo & celsitas prædicantis?

4 Vox magna inerit famæ voci, si flos vocis studet audientium fructui: nec erit sanè sine fructu, ni concionatoris sit sensus egens, cura pungens, culpa mordens. Defectu sensus est infirmus, affectione solicitudinis moribundus, crimine mortuus. In primo stolidus, in secundo vanus, in tertio pessimus. Sensu eget, vbi probro data placent. Cura pungit, dum famæ satagit: culpa mordet, quando prædicata negligit: nullamque in auditorio audientem invenit aurem; quippe sibi fovet crimen, & stoliditatem & ambitionem.

Cur & unde sine fructu?

Propert. *Quid iuvat in nullo pondere verba dare?* Ait Ethnicus *lib. 2. Eleg. 22. v. 44.* Nihil iuvat, vt audiens dicentem credat: siquidem prædicator stultus, si verba non habent pondus. Levia planè sunt, quippe ille non habet cor, egens sensu, recedens à demonstrato consilio: igitur summa stoliditas in languentes atque languores invehi, & gloriari de languore. *Quidam Archiepiscopus* (legitur in *Mensa philosoph.* tract. 4. cap. 26.) *cùm multa de Christi humilitate, & asina, quam equitavit, prædicasset; post sermonem ascendit altum palefridum: cui vetula occurrens dixit: O Domine, fuit ne ista asina, quam equitavit Christus?* Hic egebat sensu: quandoquidem in se plaudebat adversus quæ prædicaverat.

Quis sensu eget? Mensa philosoph.

5 Mirè desipit Seneca, cognoscens à plerisque notari; aliter vivere, & aliter loqui. *Quare ergo tu* (sibi ex alijs objicit de *Vit. beat.* cap. 17.) *fortius loqueris, quàm vivis? Quare superiori verba summittis, & pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas, & respicis famam, & malignis sermonibus tangeris? ::. Cur non ad præscriptum tuum cœnas? Cur tibi nitidior supellex est?* Quid ergo respondet? *Non sum* (inquit) *sapiens: & ut malevolentiam tuam pascam, nec ero. Exigo itaque á me, non ut optimis par sim, sed ut malis melior::. Non perveni ad sanitatem, ne perveniam quidem: delinimenta magis, quàm remedia podagræ meæ compono, contentus si rariùs accidit, & si minus verminatur. Vestris quidem pedibus comparatus, debilis cursor sum. Hæc non pro me loquor: ego enim in alto vitiorum omnium sum; sed pro illo cui aliquid acti est. Aliter loqueris, aliter vivis. Hoc Platoni obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quemadmodùm ipsi viverent; sed quemadmodùm vivendum esset. De virtute non de me loquor: & cùm vitijs convitium facio, in primis meis facio. Cùm potuero, vivam quomodo oportet.* O barbare magister! Qua ergo fronte sæpe dicis: *Non est bonitas, pessimis esse meliorem.* Vide *Epist. 79.* Hic sensus expers & egens: siquidem in alijs solicitabat motum, cùm ad prolata & à se haud haberet ullum sensum.

Seneca

Excusatio eius à morum corruptela, & prædicationis præstantia.

Idem.

6 *Compedes in pedibus stulto doctrina*: inquit Siracides. Tigurin. & Syr. *Stulti, amentis.* Quænam ergo doctrina, dum ob illam habentis ostenditur insipientia? Si scientia in stultutiæ expulsionem, quando, qui doctus, reddet stultissimè nescientem? Quando ipse non senserit, quo audientes movere studet: igitur cùm doctrina sit in vitæ directionem, ut peccatores aversentur crimen; sese ostendit prædicator stultissimum, ubi verbis, & verbis audientes plaudunt ut doctum: siquidem stulti vanissima cogitatio, ac phantastica præsumptio; si verba experiri omninò emortua, & velle aliorum esse vivificativa. Vita esse nequit sine motu, à quo in rationalia directio: & cum doctrina est stultus, quem fugit propriæ directionis motus; ubi per disciplinam verbis prolatam, non sibi sed alijs cupit designare vitam; quan-

Eccli. 21. 22.

Unde stultus?

doquidem in ſermone inſipientiæ ſtultiſſimum acumen, cogitare mortuum, & eſſe poſſe vitalem.

Ovven. *Nuncius Auroræ priùs ut ſe ſuſcitet ipſum*
Quàm reliquos, alas explicat anté ſuas.
Gallorum ritu, verbi ſic præco feracis:
Ut moveas alios, tu moveare priùs.

Canit Ovvenus, *lib.* 3. *Epigram.* 47. Verba ut alios moveant proferuntur à prædicatore: priuſquàm moveant moventur à mente: & immotus (ad illa queis movere cupit, ac ſentiri ſatagit) dicitur inſanus & ſtultiſſimus futili cogitatione: quippe patet ſine mente, cùm ipſe non habeat ſenſum, in alijs quærere motum. Audientes in virtutis progreſſum impedit ignorantia, prædicatorem inſanum ipſa ſapientia, ſed fatua; quæ quidem, nihil agente, compedi iurè confertur, dum alios in virtutem amens alloquitur: igitur alios currere incumbit, vel volare contendit, dum ille præ compedibus vitiorum, nec valet moveri in greſſum. Movet audientes qui magis vitâ in delinquentes fulminat, quàm qui verbis eloquenter clamat, vel exclamat. Unde cùm inſipientia ſit, aliter docere, aliter vivere; claret ſiccine prædicator ſine mente: ſiquidem audientes vident in voce inſignem doctrinam, & in vita corrupta ſingularem inſipientiam.

Ut moveat, moveri debet.

7 *Compedes in pedibus ſtulti* dicuntur doctiſsima verba, atque cœleſtis *doctrina*. Nihil mirum, etſi latum ſit mandatum; quippe præceptis peccator quaſi compede comprimitur, conſtrictus ne procedat, unde corruat; ſiquidem ubi ſine lege libertas, moleſtior ſervitutis ſub tyranide gravitas. Compedibus doctrinæ concionator ſtultos prævaricatores cohibet, & à criminibus arcet; modò doceat, quomodo vivendum, ex quo vivat. Si aliter quàm docet vivit; etiam cœleſtis doctrina micat in illo inſania & inſipientia: igitur præ amore libertatis, atque ſemita lubidinis, qui imponebat audacter, proijcit compedes. Eſt doctrina in docto & in ſtulto. In docto, ubi ad amuſsim legis verba & opera. In ſtulto, quando ad invicem diſſona, ita ut vivat iuxta libertatem, & nequaquam iuxta obſervantiæ tenorem: & ubi compedibus vitiorum ſiſtit doctrina, contionatoris prædicatur amentia; quippequàm ni inſanus eſſet, doctrinam ſibi adverſantem nullatenùs prædicaret: indicat ſanè nullum habere ſenſum, nec veſtigium; dum nullum cognoſcit movens ex motione motum. Patet perſpicuè inſenſatus indicatione doctrinæ, & ut ait Iuvenal. *Satyr.* 8. v. 53.

Vacua doctrina, prædicatoris amentiâ.

——*Truncoque ſimillimus Hermæ.*
Nullo quippe alio vincis diſcrimine quàm quód Iuvenal.
Illi marmoreũ caput eſt, tua vivit imago.

8 Hermæ dicebantur olim Mercurij ſtatuæ (cui vis tribuebatur eloquentiæ) quadratæ, & cubiformes, velut ſymbola rationis ac inconcuſſæ veritatis; trivijſque erectæ ad viarum ambages, flexus, reflexus & diſcrimina indicanda, digito oſtendentes viam cum ſententia: *Hác itur*. Adi Iſaac. Grangæum, loc. cit. *Iuvenal.* Claud. Minoëm in *Emblem.* 8. Alciat. & Eraſm. *Chiliad.* 2. *Centur.* 1. n. 1. cum Adrian. Iun. *Centur.* 3. *Adag.* 70. Pierioque Valerian. *lib.* 39. *cap.* 32. En ſymbolum prædicatoris ſtulti ſcientiâ, dum ab illo per voces ſignatur via, aliamque terit, quaſi nihil indicaret; igitur manet uti ſimulachrum mentis impos, quin ponat in via greſſus ſuos. Via virtutis ſignatur per voces, ſed effigies informis non habet pedes, ut ſequatur inconcuſſam veritatem, quam indicat, & rationem quam oſtentat, ſignans quà eundum, ne peregrini in flexus devient errorum: quiqui vident venerantur indicem, cæterùm nunquàm experiuntur comitem. Ad iter carpendum illius vocibus impellitur animus, ſed uti ſtatua prædicans manet immotus: & uti ſimulachrum retrorsùm ab omnibus derelinquitur; quippe ſignans itinera alios movens, nec movetur. Diogenes Cynicus, qui de virtute loquebantur, & nihil agebant erga virtutem, dicebat ſimiles citharis, harmoniâ atque ſuavitate vocis; quippe *ſono alijs proſunt, cæterùm illæ non ſentiunt*. Vide Eraſm. in *Apophtheg.* lib. 3. *Centur.* 3. *n.* 79. Hinc concionator nil faciens, & multa etiam numero loquens, citharæ ſimilis: igitur aliorum aures pulſans, corda in ſuavitatem excitans (quoniam audientes ſonum eriguntur in cœlum, averſantes peccatum) ita infelix propriâ muſicâ; ut illi non ſit harmonia: igitur ita inſenſatus, atque peccatis attonitus; ut muſicæ ad propriam aurem, nec vox quidem. Qui non audit nihil ſentit, neque ſe movere valet. Nullo diſcrimine diſtat ab Herma, ſi ſtatua viva; ſine implicatione terminorum, dum habet vitam & nullatenùs ſenſum: quandoquidem ad verba, viva apparet imago, verùm ad ſe ſine motu.

Quid Hermæ?

Quomodò ſapientia ſtultæ?

Eraſm. *Cur citharæ confertur?*

Prædicator inſenſatus.

9 Huiuſmodi Hermarum planities ornata erat literis, ac caracteribus ſpecioſis,

ſis, queis noſcebatur in directum via, ſed demonſtrata à ſtatua, cuius caput marmoreum, & pectus literis plenum, ſed ſine pedibus ullis, ut irent in viam pacis. Viva claret concionatoris imago, ubi ſtatua viva ſine ullo ſenſu.

Alciat. *En ſtatuæ ſtatua, ſumptumque de marmore marmor.*

Equidem ubi in dictata non opus, concionator uti ſtatua literis illiteratus. Literis ſtatua fulgebat, ſed fulgebat uti ſtatua. Fulgerent literæ, atque vocum ſpecioſitas, ſi moveretur ad literas: & attenditur ſtatua, ſimulque deſpicitur; quia loquens nil loquebatur. Loquitur opere prædicator in opera, ne ſit ſtatua. Voce tacet, ſi ſe non movet: & uti ſtatua Mercurij, cui tribuitur eloquentia, habetur in verba vana; quia in ipſis vocibus literarum non ſunt voces, ubi abſunt in motum minimè voces, ſed pedes. Caput Herma habet marmoreum: hinc doctrina ſtulti ipſum oſtendit inſanum: equidem ſi inſanus impos mentis, quæ ſedet in ſolio capitis; dum ſine motu & ſenſu caput marmoreum, literis plenum, oſtendit; profectò capite caret. Literæ proſunt, dum audiuntur, nequaquam dum enunciantur. Clariùs: dum literarum audita propoſita, non ubi lecta; igitur haud in imagine viva movent operum ſignis, ſed exemplis: deſpiciturque iurè concionator qui vera nunciat, ſi ſe non moveat; quippequàm eſtò literis loquatur, uti ſtatua non auditur; imò dum literis intendit dirigere greſſum, occurrit ut offendiculum.

Statua vocalis ſed immobilis.

10 Nonnulli peſsimi iuxta iter ſcandalum ponunt, ut declinantes à ſemitis corruant. Prædicatores ſuperbià haud vitæ, ſed literarum phantaſticarum elati, lubriciora efficiunt; ut in via errantes miſerè præcipitentur. Viam mandatorum Pſaltes Regius gaudibundus cucurrit, ſed intimè de his inſidiatoribus dolet, exclamatque: *In via hac, quà ambulabam, abſconderunt laqueum mihi.* Quænam via tuta à malignitate peccatoris, ſi tendiculæ expanſæ in via virtutis? Quid in via qua homo ſeductus infeliciter errat; ſi ſeducitur in via, quà feliciter ambulat? Quinam hi malignantes? Qui alios inſtruere ſatagunt; cùm ſint ipſi peccatores. Inquiritur ſæpe à prædicatoribus iter in viam, ita ut ſtulti non errent per eam. Ambulant audientes, ſequentes directionem: maximè directorem, ſi viderint vel minantem vel ducentem; quippe per illum cognoſcunt ſemitam, quæ ducit ad vitam. Impediuntur, cùm moventur; dum aliam viam præter doctam, fatuè directores capiunt; igitur ſuſpicioſa dogmata, anfractuoſaque via, à qua qui docet, recedit: patetque laqueus in via lata, ubi docentis diverſa videtur via; igitur laqueus hominibus in via veritatis ambulantibus, invenire vitiorum excuſationem, cum cognoverint etiam prædicandum prædicantem. *Moribus debet eſſe conſpicuus, qui datur imitandus*: inquit Caſsiodorus, *lib.* 4. *Epiſt.* 3. & cùm deficit à moribus, in via ſalutis ambulantibus eſt laqueus; etenim à virtute, quos verbo ac doctrinà duxit, recedunt, quia ille receſsit. Sapit iam Stoicus, qui ſupra delirus. *Quo modo ergo ad rationem movendam, ratione opus eſt; ſic ut moveatur ratio perfecta, opus eſt ratione perfectâ. Prodeſſe autem eſt, animum ſecundum rationem movere virtute ſuâ, aut eius qui movebitur. Hoc non ſine ipſius quoque qui proderit bono fiet: neceſſe eſt enim alienam virtutem exercendo, exerceat & ſuam.* Ita Seneca, *Epiſt.* 109. Minimè in via virtutis exercetur virtus, ſi fuerit ducentis in itinere laqueus: igitur cùm laqueus pedem in greſſum detineat, quantunvis doctrina moveat; ab ipſa motione gradientium arcetur motio, ſine ullo impellentis & moventis exercitio. Iter enim moti, ſi moti, carpunt, non quà eundum, ſed quà directores eunt. Condiuntur profectò audientium inſulſæ mentes mirifico ſale doctrinæ prædicatoris: detinenturque in itinere laqueo, ſine ducentis exemplo; ſiquidem deſipit ſal, dum iter diſtinctis ſemitis ſit, quo magis audientibus laqueus abſconditur, dum in motum verbum audiunt: igitur etiam ipſi deſipiunt, à virtutis itinere trito revocantes greſſum; quia vident ſal infatuatum.

Suſpicioſa doctrina, à qua qui docet, recedit.

Caſsiod.

Senec.

Et qua ſal infatuatur.

Pſal. 141. 4.

11 Stulti ſanè, qui deſipiunt, quoniam alij fatuè inſaniunt; à viaque voluntariè declinant, quippe alij lubenter errant. Haudquaquàm vivendum ad exemplum, ſed ad iudicium; niſi in fatuorum iudicium, virtutis detur exemplum. *Duplici debet* (qui munus directoris ſuſcipit, ait Ductor N. Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 2.) *doctrinâ ſuis præeſſe diſcipulis: ideſt, omnia bona & ſancta factis ampliùs quàm verbis oſtendere.* Eadem doctrina à virtute ſignatur, ſed duplex exponitur, dum auditur & videtur: equidem quæ auditur verbo, videtur in virtutis exercitio. Innuit Ethnicus lib. 15. *Metam.* fab. 51.

S. Benedict.

Iu-

Ovid. *Iura, legesque feret iustissimus auctor,*
Exemploque suo mores reget.

Igitur audax magnoperè, ac improbus; alijs virtutem qui prædicat, cùm sit reprobus. Seneca. *Quid faciendum sit* (inſit Seneca, *Epist.* 98.) *à faciente discendum est. Hoc est philosophiam in opere discere, & ad verum exercęri*: etenim clarent oculis, quæque perceperunt aures; vivificanturque corda, quippe à verborum exercitio vita. Ioan. 6. 63. Dicit Assertor N. ac Salvator: *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Quorsùm vita signantur, si spiritus præmittuntur? Ut clareat quid vitalitatis à verbo, & quid à verbi exercitio: Christus quæ docuit, fecit. Plura verba in hominibus spiritus plenitudine, absque ulla vitalitate: asseritque Salvator à se prolata verba non solùm spiritum, sed vitam esse; quippequàm in verbis elucet vita, quandiù vixerint exempla. Vita sunt & spiritus sunt. Vers. 68. Dicit Petrus: *Verba vitæ æternæ habes*, ubi tot mira excellentia apparent oculis. Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, *& credimus, & cognovimus.* *Unde verba vitalia?* Fidem habemus ultra fidem, quia habemus ex exercitio verborum plenissimam cognitionem: vitæ igitur verborum fulget cognitio, quippequàm vitam verba acceperunt ab exemplo. Quid ni sit? Spiritus sint, si vitæ non sunt: etenim haud ideo non eundum, propter laqueum atque declinationem directorum. *Etiam si* S. Benedict. *ipse* (subdit SS. Benedictus ibid. cap. 4. *instrument.*) *aliter agat; memor illius Dominici præcepti: Quæ dicunt facite; quæ autem faciunt, facere nolite.* Graphicè Iacob. Bugnot. hìc.

Nõ enim ob mores perit in pastore potestas:
Nec vitio patris cassus honore gradus.
Bugnot. *Pravus enim retinet veri doctoris honorẽ,*
Quando suas sacro dogmate pascit oves.
Scriba licét vitijs sorderet, Christe, iubebas,
Quæ doceat hæc fieri, quæ facit, illa fugi.

Sub superiori Hermetis metaphorà docet Augustinus, refugi stoliditatem declinandi à virtute, corruptelà mali exempli; cùm debeant duci in virtutem à virtute. *Etiam si mortua, in vitam audienda.* Augustin. *Tam sunt isti absurdi & præposteri & miseri* (inquit *Homil.* 50. *cap.* 13. libell. 50. *Homiliar.*) *qui Præpositorum suorum malos mores imitari eligunt: quàm per eos Domini præcepta servare: quasi quisquam viator remeandum sibi esse existimet in itinere; cùm viderit milliaria lapidea, literis plena, viam docere, & non ambulare.* Minimè profectò relinquenda salus, quia iacet infirmà valetudine medicus.

12 Visus iam in concionatore sensus egens. Unde ergo constabit cura pungens? Ex pruritu vanitatis. Sese quærit, ita ut nihil sapiat; ubi inflatus sapientià buccinat. Assentior sententiæ Petronij, sumendæ cum grano salis. *Minimum in his exercitationibus doctores peccant* (inquit *Satyric.* fol. 2.) *qui necesse habent cum insanientibus furere: nam ni dixerint quæ adolescentuli probent, soli in scholis relinquentur. Sicut ficti adulatores, cùm cœnas divitum captant, nihil priùs meditantur, quàm quod putant gratissimum auditoribus fore* (*nec enim aliter impetrabunt quod potunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint*) *sic eloquentiæ magister nisi tanquàm piscator, eam posuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos; sine spe prædæ moratur in scopulo.* Petron. *Prædicator insidiari debet cordibus, ministris auribus.* Sanè quasi insidiæ meditandæ in venatione cordium, terrena tantùm sapientium; vt esca appositа in verbis hamatis concionatoris, corda expiscetur per curiosas aures. *Cœli enim enarrant gloriam Dei.* Psal. 18. 2. Fulgent, maximè quia vt alios moveant, moventur. Fulgent, & gloriam enarrant, quippe in narratione splendent. *Opera eius annuntiat firmamentum.* Linguæ iurè cœlestis auditur plausus, quippequàm lux ministratur in opus. Perfecti igitur cœli, dum sideribus ornati: igitur cùm ornatus cœlorum sint virtutes prædicantium; nec virtus eminet, nec veritas fulget, etsi in cœlo, sine narrantis, vel enunciantis ornatu. *Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti.* Dan. 12. 3. *Sine splendore non movet.* Hoc præ omnibus orbibus mirificè ornatum, multiugà luce fulgidum; vt annunciaret opera & cœlestia: & qui docti in enunciatione veritatis, atque narratione operis, fulgent sicut splendor firmamenti; quippe nuncianda in opus loquuntur cum splendore. Hisp. *Mueve poco, ni se oye con gusto, quando falta al que predica la gracia y el lucimiento.* Hoccine cum grano salis: siquidem sal optimum, si non cibus, sed cibi solummodò condimentum: æquè igitur horret gustus tam persalsum, quàm insulsum. Diffundi congruit gratiam in labijs, vt sententiæ sint gratiosæ, non festivæ: siquidem quia bene audiuntur, audiunt malè concionatoris facetiæ. *Eloquentiæ flores in condimentum, non in cibum.* Ita quippe ordinanda verba; vt non ammittat fructum eloquentiæ lepiditas, & flores haud carpat increpationis severitas.

Da-

13 Datur Aäron Moyſi quaſi lingua, ut Pharaönis ſimulque ſubditorum prodigijs convertat corda. Converti Ægyptus in meliora noluit, atque totam aquis ſuffocavit: malunt quidem improbi ſuffocari, & mori, quàm converti. Orta ergo eſt ab æmulis de principatu contentio; quia ab his nunquàm æmulatio de meritis, ſed de officio: ſæpeſæpiùſque magis excandeſcit ira, modò viderint miracula.

Ambitio irrequieta.

Deus contentionem dirimere ſtatuit, ut magis Aäron, quem elegerat, fulgeret: & quia dum intervenit pro dignitate ambitioſus, duntaxàt auſus valet reprimere Deus. Iubet ergo Moyſen virgas accipere duodecim à principibus tribuum, atque ducere in Sanctuarium, ſuperſcripto uniuſcuiuſque nomine in ſuperficie ſummitatis virgæ. *Quas cùm poſuiſſet Moyſes coram Domino in tabernaculo teſtimonij; ſequenti die regreſſus invenit germinaſſe virgam Aäron in domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amigdalas deformati ſunt.* Patuit electio cœleſti ſingulari miraculo: dixitque Dominus Moyſi: *Refer virgam Aäron in tabernaculum teſtimonij, ut ſervetur ibi in ſignum.* Cur igitur in ſanctuarium hanccine virgam iubetur induci, & alias virgas expelli? Virga ita florens & fructificans hieroglyphicum eſt doctrinæ ſingularis. Vide N. Lauretum, *Allegoriar.* verb. *Virga.* Iam non eſt contentio, ubi tanta de directoris officio: igitur ille debet eligi, & à cœlo miraculis comprobatus, cuius doctrina habet flores & fructus. In ſignum virga Aäronica collocatur in Sanctuario, indicans quid debet florere in templo, ut corda vigeant deteſtatione vitiorum, & dilectione virtutum: igitur concionator adipiſcitur votum, præſtans eloquentiæ floſculis, opimis fructibus legis. Turgentibus gemmis flores eruperunt, & qui flores fructuosè in ſanctuario germinarunt, viſo miraculo in arido ligno; quod inhærere debet in concionantis eloquio: ſiquidem ſermo ſingillatim optimus, in quo cum floribus fructus: flores verborum, demulcentes peccatorum aures; erumpentes in fructus per pœnitudinem cordis. Virga Aäronica in ſanctuarium refertur, dum turba aliarum virgarum reprobatur. Haud ſervit muneri, cuius virga ſine flore: equidem ſi virga indicatur prædicatoris correctio; qui adhærent vitio, ſæpeſæpiùs excutiunt haudquaquàm crimen, propter virgæ ariditatem: quomodoque loquendum deſignatur virgâ Aäronica; ut floreat, & fructificet prædicatoris doctrina: etenim rarò correctio, ubi virga ſine ſucco. Eligitur Aäronica virga, qua præferuntur concionantis verba; quippe mirabilis, ſi ſimul fructus & flores, miſcens utile dulci, doctrinà, gratiâ ac ſapore: ſiquidem cùm flores alliciant, & ſententiæ doctrinæ corda tranſadigant; tunc in illo plauditur divinum verbum, tanquàm miraculum.

Num. 17. 8.

Verſ. 10.

Concionator tantùm floret, ut fructificet.

Excellens utroque.

14 Natura aptat flores in fructus, quia fructus poſt florum tempus: gratia diſponit ſimul fructus & flores, propter cordium capturam ex illecebris auris. Si flores in fructum, ſubmittitur eloquentia, ut ingrediatur doctrina. Si flores in flores, profectò in concionatore cura pungens, qua ſeſe vult oſtentare floridum, negligens ex prædicatione fructum: equidem illius fructus, haudquaquàm quod prædicator audiatur, ſed quod auditus criminibus medicetur. *Auribus audivimus*, thema eſt Tautologiæ noſtræ. Non ſat, *Audivimus*, cum additur *Auribus*? Minimè ſignatur in geminatione perfectè auditus, ſed vocum æſtimatio, ac propoſiti contemptus. Audiuntur voces in conceptum mentis. Conceptus auditur à corde, vox ab aure: audituſque auribus dicitur, ut inauditum probetur: ſiquidem ubi nullus cordis motus, minimè auditur, cùm auditur tantùm auribus. Claret ſurdus auditor, ubi duntaxàt cum floribus eloquentiæ prædicator: ubi flores & flores ſine fructu, corde immoto: igitur voces eſtò tubæ non aundiuntur, dum audiuntur, ut audiantur. Auditus vocum concionatoris neceſſarius, ut internum audientis ſanetur vulnus: & ſine auditu datur auditus auris; quoniam vel voce auditâ remanent vulnera cordis. *Unde ergo ſapientia venit?* Interrogat Iobus. *Perditio & mors dixerunt: Auribus audivimus famam eius.* Hæc eſt auditio, vel ſurditas? Surditas in auditione, ſine ulla utilitatis notitia, unde veniat, aut quò vadat vera ſapientia: equidem ſignum perditionis & mortis audientis & concionantis; dum tantùm auditur fama, & non auditur doctrina. Aptè Seneca, *Epiſt.* 121. exponens philoſophantium quæſtiones, & quæſtiones; rabularum leges & leges (liceat ergo) *& clamabis: Hoc quid ad mores? Ego, inquit, volo diſcere. Tunc intelliges, quid faciendum tibi, quid vitandum ſit.* Quid ad mores flores? Ad nihilum valent, ni fructuum inſint parentes: referuntque in concionatore fructum, quan-

Peſſimus, ſi ille prædicatur.

2. Reg. 7. 22.

Et ab illo doctrina, ut audiatur, auditur.

Iob. 28. 20. 22.

Senec.

quando deſignant audienti quid vitandum, vel faciendum. Diſcemus ab ipſo Stoico, quando flores gaudeant fructu. Orat concionator, auditur: infructuosè, vel frugiferè? Loquitur roſas: malè loquitur. Virtus gemmis turgentibus erupit in flores: adhuc imperfectè loquitur. Flores in fructus ſunt deformati: ita loquitur perfectè, igitur per florum colores varios, ex fructibus eorum cognoſcetis eos. *Placet vim præceptorum ſequi* (ſubdit lib. de *Tranquill. animi*, cap. 1.) *recedo itaque non peior, ſed triſtior.* Dum ſibi auditor de ſermone placet, flores duntaxàt à concionatore legit: igitur vim proculdubiò ſequeretur præceptorum, ſi contra ſe ſeſe videret averſum. Si ſibi ex auditis diſplicet, ſe ſanè ægrotum agnoſcit. Exit triſtior, ſed non peior: quandoquidem fructuum ex floribus copia, ex quibus in medicamen interna cognovit vulnera. Accedunt ægri in concionem, quaſi in ſalutem: ne fugiant ſiccitatem virgarum, pellicit animos etiam in correctione dulcis amœnitas florum; & licèt languentium graviſsimus morgus, prædicatores floriloqui ferunt uberrimos fructus; quippe florent, non ut lactent, aut delectent mulcimine audientes, ſed ut curent artificio ex floribus ægrotantes.

Quando concionatur perfectè?

Idem.

15 *Nunquàm ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo*: dixerunt Phariſæis miniſtri, qui ad Salvatoris comprehenſionem miſsi fuerunt ab ipſis. Quid ergo miniſtri deteſtabiles audierunt à Chriſto, ut omninò abhorrerent à meditato propoſito? Miſsi ſunt, ut Salvatorem audirent, & poſt auditum comprehenderent. Econtrà accidit, vel dum malitia fulminantem audivit: igitur nulla ex verborum comprehenſione, prædicatoris comprehenſio; quia comprehenſi ſunt ab illo. Ex auditione verbi ſalus emanabat cordi: ni audirent verbum ſalutis medici ab ore cœleſtis, haudquaquam ſanarentur à languoribus ſuis. Sanati ſunt. Patuerunt illis concione vulnera vera, quæ videbantur mittentibus lenocinia. Ex auditione, cordium facta fuit actutùm perfecta converſio: dicuntque iurè, quòd nunquàm ſic locutus eſt homo; ſiquidem mirum, foventes curioſitatem, fulmine prædicatoris inveniſſe converſionem. Magnum in concionante vulneribus actis mederi, ubi languentes ſtudent medicamini: verùm maximi ducendum, ita Chriſtum in ſermone fuiſſe locutum; ut ſalutem cordibus conferret ægris, dum illa accedebant medico per modum curioſitatis. Efficax ſanè eius ſermo, ac penetrabilior ancipiti gladio: igitur ut animæ vulnera aptam atque efficacem obtinerent medicinam, gladio ſermonis vulneravit uſque in animam. Sic loquitur, qui verbis plagis internis & incognitis medetur. Sic loquitur, cùm alij haud loquantur ſic; ſiquidem ignorantes intentionem, haud valent, vulnera ſibi infligentibus apponere medicamen: aſſeruntque prædicatore Chriſto, quòd nunquàm ſic locutus eſt homo, ut conſtet doctrinæ concionantis efficacitas, dum magis illorum conabatur prævalere malignitas: igitur à Chriſto mirabiliter concionante ſunt converſi, in ipſa actuali intentione peccandi. Vide dicta, *Tom.* 1. *T.* 3. *D.* 7. *n.* 2. En fructus prædicationis efficacis, quippe in fructum tranſeunt eloquentiæ flores, ſine intuitu plauſus; quippe ambitioſus & inutilis intuitus; cùm debeat accendere prædicatoris zelum, honor duntaxat Dei, atque lucrum animarum.

Ioan. 7. 46.

Quo ârte audientes capiet hamis?

Excellentia prædicationis Chriſti, & eius miſericordiæ.

——*Omnes ſapientes*
Suum officium æquum eſt, colere & facere.
Etſi improbi aliter faciant, quàm æquum eſt;
Tamen, ne quid magis ſimus magnoperè obnoxij.
Noſtrum officium meminiſſe, decet.

Plaut.

Diſcant fumivenduli ex Plauto in *Stich.* Act. 1. ſcen. 1. v. 38. Ideo ibid. reſpondentes officio plauduntur *Sapientes*: quippe non flores in flores.

16 Hæc cura quem pungit, lacerat, illàque patet concionator inſipiens. At quid faciet culpa mordens? Canem mutum, non valentem latrare; igitur non medicus, qui mederi conatur, qua iacet peior ægro ſanando, miſerabili ægritudine. *Non poteſt ullam auctoritatem habere ſententia, ubi qui damnandus eſt, damnat*: infit Seneca de *Remed. fortun.* Nervosèque, lib. 1. de *Ira*, cap. 14. *Non enim æquus iudex aliam de ſua, aliam de aliena cauſa ſententiam fert. Nemo invenitur, qui ſe poſsit abſolvere, & innocentem quiſque ſe dicit, reſpiciens teſtem, non conſcientiam.* Unde Iuvenal. *Satyr.* 13. v. 1.

Seneca

Idem.

Exemplò quodcunque malo committitur, ipſi
Diſplicet auctori. Prima hæc eſt ultio, quòd ſe
Iudice, nemo nocens abſolvitur.

Iuvenal.

Prædicator mutus, ſi legum pœnis obnoxius.

Invehitur concionator tanquàm medicus in ulcera, deſignans medicamenta; verùm

rùm arcetur à reprehensione vitiorum, infirmitatum, si potest audire, *Medice, cura teipsum.* Fulminat sententias uti iudex in causas, ne prævaleat vaga, si impunis, iniquitas: cæterùm nulla pœna ab illo signabitur damnationis, si primò ruperit legem: igitur sententiæ haud ullam auctoritatem donat, quando qui iurè damnandus, damnat. Æqua lancibus statera iustitiæ; iudexque erit sine fronte; ubi aliam ferret sententiam erga eandem propriam & alienam causam. Haud quit placere simul & displicere peccatum, quippe proprium, vel alienum: etenim ne procedat toto rigore iustitiæ, quia culpa mordet ex vermiculo conscientiæ; manum apponit miserabilis ori: nemo nocens absolvitur, malum namque quod committitur (ut ultio pateat, & illicò fiat) sese iudice, ipsi displicet auctori: tacetque eandem in alijs considerans causam; ne contra se ferre videatur sententiam: igitur haud valet, nec audet crimen damnare, cùm sit in crimine.

17 Adduxerunt ad Christum fœminam fragilem, quæ maritalem deseruerat fidem. Pharisæi adduxerunt, & illam, ut iudici imponerent, criminabantur protecti lege, quæ iubebat huiusmodi lapidari. Christus verò introspiciens cordis pœnitudinem, atque criminantium in-
Ioann. 8. 6. tentionem; hoc in articulo *inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.* Tuncque legentes quæ digitus in terra signaverat, unus post unum abibat. Cur igitur siccine lege violata recedunt, dum properant in iudicium, & comprobantes peccatum? Quia videntes in scriptura propria, fœminæ cautè abdixerunt etiam
Alapid. publica delicta. *Zelo iustitiæ percussi, sese inspicientes, & reos similium scelerum invenientes, recesserunt*: ait hìc Alapid.
Augustin. ex Augustino, dicente in *Ioann.* tract. 33. *Unusquisque in se intendens, se peccatorem invenit.* Verbis, lege, auctoritate, damnabant fœminam turpitudine adulterij, ut pœnas lueret, quandiù conscientia criminantium criminosos non signavit. Cognoverunt se obnoxios etiam esse pœnæ criminis, & cessavit lingua à munere
Nec audet loqui. accusationis: equidem cùm viderent idem eisdem inferendum supplicium, erga legis fractricem nec ullum proferunt verbum. Turbati sunt & non sunt locuti, nec hiscere ausi: quandoquidem persistendo in accusationem peccatricis, in sese retorquerent iacula legis; quoniam in fragilis crimen exponentes legem, propriam ex peccato proprio præferebant confusionem: igitur cùm lex ad omnes sit æqua, nec ab illa accipiatur ulla persona; intendentes lege cæci fœminæ damnum, in accusantes fulminabatur iudicium. Ideo subdit Augustin. *Tela iustitiæ percussi* Idem.
etenim vel pœna legis in omnes, vel nequaquàm puniendum crimen mulieris: sine auctoritate supplicium sententia ful- *Qua de causa?*
minat; ubi qui damnandus est damnat. *Unus post unum exibant.* In Christi sen- Vers. 9.
tentia haud audiebant verbum, sed gladium: receduntque rubore pleni, qui ardenter pridem studebant accusationi; ut clareat ex simili timor atque tremor concionantis, modò in conscientia perlegatur culpa mordens: igitur cadens causà à criminum accusatione ac reprehensione recedit; si crimen in corde fovet. Iudicium utique concionatoris accusantis erit formidolosum, modò iustitia convertatur in in iudicium.

18 At qui iuxta illam? Omnes qui recto sunt corde: equidem nescit morsu punctus stimulantis conscientiæ,

Quò se circunagat, quæ prima, aut ultima ponat. Iuvenal.

Criminosus sanè cæspitat in his queis magis inflammat. Quis consurget adversus malignantes? Quis stabit adversus operantes iniquitatem, ubi si mordet introrsùs culpa, patet inanis prædicatio nostra? Dum viget cordis pravitas, quomodò peccator Dei enarrabit iustitias? Qua efficacitate incumbet in pœnitentiam, qui odit legis disciplinam? Qua fronte invehetur in peccatum, qui proijcit iuris sermones retrorsùm? Adulteros obiurgabit, qui cum illis audacter portionem ponit? Fures, qui cum illis currit? Os erit sacrum, abundans malitiâ in æquos, & lingua mendax perpetim concinnans dolos? Quo pacto increpabitur detractor, si qui loquitur, adversum fratrem suum loquitur? Quomodò mores eriget in ædificium, qui ponit scandalum? *Arguam te & statuam contra faciem* Psal. 49. 21.
tuam: dicit Dominus. Tunc sese prospiciet, & erubescet: igitur vel sententia *Inutiliter increpat increpandus.*
absque ulla auctoritate, defectu vitæ, vel in quo iudicio sententia in alios profertur, qui iudicat iudicabitur. Unde cùm renuat sese damnare, arte decernit silere; ne arguat malitia, vel actutum comprehendatur in superbia: etenim superbi vel malignantis audacia, reprehendere reprehendendus, & accusare accusandus. Videat, quid dicet, quùm alios redarguit,

coërcet, vel pœnam propter crimina imponit: igitur ſi nocens ac noxius quamcunque fulminat pœnam; profectò ſtatuit contra faciem ſuam.

19 Dignum namque reflexione, quod à Domino ſuis prædicatoribus præſcribitur inſtitutum ſingulare. Iſaiæ dicitur: *Clama, ne ceſſes*, Ezechieli: *Loqueris & non* Iſai. 48. 1. Ezech. 24. 27. *ſilebis.* Paulo denique: *Loquere, ne taceas.* Act. 18. 9. Ad dandam ſcientiam ſalutis, eliguntur profectò prædicatores: quis enim illorum loquitur, ita ut loquendo non taceat, & clamando ſileat? Qui gravatur crimine aliquo quùm audientibus dat vitio: tuncque tacet, dum ſupplicium flagitiorum exponit, vel quia quod facit nequit damnare, vel quia ſuper ſe nequit iudicium imponere: equidem ſi crimina damnat, ſeſe iudicio condemnat. Ut obiurgent ſermonibus à lege deviantes, conſtituuntur in munus prædicatores: illiſque imponitur loqui, & loquendo non tacere; quia qui vivit & prædicat iuxta legem, habet in voce virtutem: ſicut prædicans peccator, ne prædicatione condemnetur, etiam loquenda non loquitur. Ad rem Homerus Helleniſmo patrio, 4. *Odiſſ.* v. 777. inquit: *Concionatus eſt & fatus.* Qui ſine peccato eſt, mittit fidenter obiurgationis lapidem, ut in audientium corde moriatur crimen. Qui crimini obnoxium ſeſe videt, à vituperatione criminator, quia criminoſus, recedit: & dum de vitiorum turpitudine concionatur, nequaquàm loquitur; ſiquidem inuſtus eadem obiurgandà iniquitate, nec audet hiſcere. Hinc immaculatis concionatoribus dicitur, non ceſſare in clamore, in ſermone non tacere, atque concionando loqui: quippe non habent mordentem culpam, cuius agant pœnitentiam, atque ſuffocetur vox, ponendo in pulvere os ſuum. Conſcientia concionatoris confert audaciam, ut zelus in iniquos iuxta leges det ſententiam: cæterùm ſi culpa præcordia ſtimulo mordet, vox concionantis penitùs faucibus hæret.

Loquendo tacet.

Homer.

Eius in vitia audacia dicendi, à conſcientiæ puritate.

20 Perpendatur (eſtò breviter, igitur Didaſcalia in longius protrahitur) articulus Prophetæ, qui ſuper Sion à Domino fuit conſtitutus, prædicans præceptum eius. Ab hoc ergo cùm inique, atque pravè defeciſſet (quanta mala, ſi cohærent & poteſtas & iniquitas!) ſub ingenioſa metaphora, ut altiùs propriè infigeretur ſententiæ, ſub capite alieno crimen execrandum Nathan exponit: David audit, enormitateque perculſus excandens dicit: *Vivit Dominus, quoniam filius mortis eſt.* Iuſtiſsima prorsùm ſententia (ſubdit Nathan) & rectum iudicium tuum. *Tu es ille vir.* Audiens qui morſus expavit, conſcientia pupugit, excitavit dolorem, dolor cordis pœnitudinem, qua fractum contritum cor, igitur ut Deum fugeret, confugit ad Deum. At hoc aliàs: adi Auguſtin. quò ſupr. n. 11. *cap.* 14. & de *Verb. Domin.* ſerm. 10. Cur igitur qui ita excanduit indignabundus in auditum flagitium; ſe reum videns, nec loquitur verbum? Culpa momordit, & tacuit. Priùs non cognita culpa ut propria, ſed ut aliena: & ubi iudicium mortis protulit, obnoxius crimini ſilet; quoniam quodcunque proferret verbum, inferret ſibi iudicium. Nemo invenitur, qui ſe poſsit abſolvere, quùm damnatur: igitur ne inficietur eiuſdem cauſæ, eiuſdem pœnæ conſortem; non minorem quàm conſcientiam habet in pectore teſtem. En prædicatoris taciturnitas, ni abſiſtat pravitas; eius tacente linguà, qui ſuper Sion Dei prædicabat præcepta: equidem cùm conſcientiæ puritas eloquio miniſtret vires, & morſus culpæ gravis adimat à voce voces; qui audacter digladiabatur, confuſus nec verbum loquitur. 2. Reg. 12. 5. Verſ. 7. *Sicut ſilentium à conſcientia redit.*

21 Elucet modò concionatorum defectus, & quare caſſus prædicationis fructus: igitur ſi plus à moribus, quàm à vocibus oritur; voces minimè audiuntur, ſi in moribus non videntur. Intendite in præfatum prædicantem, præceptaque Dei auditorio expeditè proponentem. *Clamor meus* (inquit) *in conſpectu eius, introivit in aures eius.* Clamor conſpectus, vel auditus? Auditus utique; ideo introivit in aures: quo igitur pacto expoſitus coram oculis? Ut clareat, quando concionator auditur, vel non auditur. Vitâ prædicantis aperit vel obturat aures audientis. Claudit ſi deviat à iure: pandit, ſi reſpondit legi: clamorque exponitur introductus in aures, dum loquuntur vocibus prædicatores; quia quæ percepta ab auditu, moribus aptis oſtenduntur in conſpectu. Mores videntur, voces audiuntur: non audiuntur, modò aliter quàm prædicatæ videantur: clamorque David videtur, qui duntaxàt aure auditur; quippequàm per ea quæ fecit, in corda audientium per oculos introduxit. Difficilè videtur, poſſe à prædicatore cognoſci, an ſit, vel non ſit a populo auditus: aſſeritque Pſaltes, quòd *clamor introivit in aures eius*; igitur tunc perſpicaciter audit, ubi Pſal. 17. 7. *Quomodò eius clamor videtur?*

ubi felix audita in prædicatione videt. Dixiumus in *Liter. Expositi.* n. 10. Aures homini tantùm immobiles. Oculi, palpebræ, labia, & lingua possunt immoto moveri capite: at aures non solùm immotæ, sed immobiles sine motu capitis. Aliquid innuit huiusmodi collocatio, ut constet audita vel non audita ab auribus concio. Aures in illa audientes sunt: concionator caput est: aureisque moventur moto capite, & immoto non moventur; quoniam immoto capite prædicatoris in prædicatos mores, minimè in fidem doctrinæ moventur aures. Iccircò addit David: *Commota est, & contremuit terra.* Maluend. *Impetu concussa*: scilicèt, hominum lapidea corda: siquidem cùm verba in opus videant conversa; criminibus contremiscunt, ac in pœnitentiam commoventur. Ex concussione lapidum ignis egreditur: corque impetu vocis visæ prædicatoris concutitur; quippe pœnitet contremiscens, dolens de crimine, & commotus inardescit ex amore. Ita ergo prædicator clamat, nec cessat: aliter (ut ait Ethnicus, 5. *Metam.* fab. 1.)

Loquendo pugnat.

Plin. *Cur aures in homine immobiles.*

Vers. 8. Maluend.

Ovid.

DIDASCALIA V.

Omnia vincit amor.

1 AUdienda non aure, sed corde musica insignis ex meditata contentione odij sceleśti, & deliciośi amoris: summa enim harmonia oritur ex dissonantia.

Inter dissimiles voces concordia maior. Accinit Ovven. *lib.* 2. *Epig.* 195. Stoicusque. *Natur. qq.* lib. 7. cap. 27. inquit: *Tota huius mundi concordia ex discordibus constat.* Haud esset ita in amore vox dulcis, nisi ex oppośita amaritudine vocis. At unde vocis siccine novæ nova dulcedo, ut aures pertundat vocum priscarum amaritudo? Astruit Augustin. de *Tempor.* serm. 256. *Quod canticum novum, hoc Dominus dixit Mandatum novum. Quid enim habet canticum novum, nisi amorem novum? Cantare, amantis est. Vox huius cantoris, fervor est sancti amoris.* Appośitè quidem: etenim inaudità novitate Christus, cùm amaret quos dilexit, non solùm vocis demonstravit modulamen, sed ex amore vocis prolatæ fervorem; quippe vocis fervor ad suavitatem celeberrimæ musicæ, non ab ore, sed à pectore. Innuit compilator *Proverb. Euripid.* n. 6.

Ovven.

Senec.

Musicà dulcior ex dissimilitudine vocum.

Augusti.

Cantus in amante novus, amor novus.

Res mira dictu, ut cuncta consensu novo
Amanti & olori congruant divinitùs:
Pariter canorus uterque.

Euripid.

2 Contemplemur igitur proprietatem. *Hominibus cygnus præstat* (infit Alian. de *Histor. Animal. lib.* 2. *cap.* 32. & *lib.* 5. *cap.* 34.) *non modò enim novit, quando ipse appropinquat, ut moriatur; sed ut placidissimè ac lenissimè mortem ferat, à natura est præclarissimum donum consecutus. In morte enim nullum acerbi doloris sensum inesse se in optimam spem induxit: homines autem, quòd nesciunt, id & exhorrent. Olori tanta animi est tranquilitas in extremo vitæ spiritu, ut sibi quasi epicedium canat. Quod autem præ lætitia, potiùs quàm præ tristitia; patet, nullam avem in tristitia canere: non enim cùm dolet, & magnam animo versat molestiam, otium & inducias ad cantum sibi invenit.* Succinit Ioann. Iovian. Pontanus, lib. 1. *Eridan.*

Ælian.

Olor modulatur proximà morte.

Cantando moritur, sentit nec tædia mortis.
Quin cantu vitam ducit, & exequias.

Iovian. Pontan.

Addit Greg. Nazianz. *Epist.* 1, pectore, non ore melodiam edere. *Tanquàm à cygnis quisque musicam audiat, cùm Zephyro pennas nostras inflandas permittimus; ut suave quiddam & concinnum inspiret. Olorum.* (astruit Pier. Valerian. *lib.* 23. *cap.* 6.) *plumæ identidem afflatu eo surriguntur; quippe quæ repercussu venti commoventur.* Unde Ioächim Camer. *Centur. Emblem.* 23. & 24. inquit

Greg. Naz. *Succinit alis.* Pier. Val.

Dulcisonum mollis Zephyrus demulcet olorem:
Ipsa suam celebrat sibi mens benè conscia mortem.

Camerar.

Adit in ampliora, si desiderantur. Isidor. lib. 12. *Etymolog.* cap. 7. Petr. Berchor. in *Reductor.* lib. 7. cap. 24. Grannuyse, de *Propriet. rer.* lib. 12. cap. 11. Platon. in *Phædone.* Cicer. 1. *Tusculan. qq.* Conrad. Gesner. de *Avib.* lib. 3. fusèque Ulyssem Aldrovand. de *Avib.* tom. 3. *Ornitholog.* lib. 19. cap. 1. Hinc Plutarchus in *Sympos.* lib. 1. cap. 5. infit: *Amor musicen docet. Ab amore ad omnia, & novarum rerum studium mirè infundi. Hoc motu conciti solam vocem ad cantandum & ad modulandum convertunt: qui supra cætera divinitùs afflatur, tam corpus, quàm vocem de statu suo & gradu dimovet ac deflectit.*

Plutarch.

Quomodò musica ab amore?

3 Non silet, qui amore ardet, imò altiùs concinit. Hinc de cygno epigraphe à Berlingerio Gesio: *Emblem.* 11. *Extremam canit in horam.* Ovidiusque. 3.

Berlinger.

Trist. Eleg. 5. v. 7. ex Aristotele, lib. 9. *Histor. Animal.* cap. 12. canit:

Ovid. *Carmina iam moriens canit exequalia cygnus.*

Quid meditentur aves? Quorsùm miræ fictæ conditiones? *Fabula, seu verum canitur*? Ita claudianus, lib. 3. de *Laudib. Stilic.* v. 231. Respondet Tertullian. Carm. de *Sodom.* v. 117.

Claudian.

Tertullian. ——— *Habet in falso de vero fabula famam.*

Ioan. 13. 1. Intendite. *Sciens Iesus quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo*, adinstar cygni, *cùm dilexisset suos, qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos*: *In summum, supremumque*; uti observat D. Thom. Si adinstar cygni, *Cantavit*: *verùm Dilexit*? Sanè. Qui dicit amorem novum, novum, exprimit canticum. Cantare amantis est. Vox huius cantoris, fervor est sancti amoris. Dum redemptionem humani generis animo versat, tanta tranquillitas; ut sibi non amoris, sed ex amore epicedium suave canat: igitur præsentiens mortem, egressus est è cœnaculo; sed *hymno dicto*. Non novum in amore canticum: mirari oportet in cantico amorem novum: equidem ut sonaret quiddam super cætera modulamina suave, voces haudquaquàm ab ore, sed à flagrante in respiramina pectore. Non à lingua, sed ab alis oloris cantica. Hoc intuitu in cantico summi, supremique amoris Christi præ se fertur scientia. *Sciens dilexit*. Homo ignorat, quùm diligit; igitur eius amor à verbis, non uti in cygnis vox amoris ab alis. Audivit Ezechielus ex Cherubinis, uti scientia plenis, *vocem alarum, percutientium alteram ad alteram, & vocem commotionis magnæ*: quippe iurè commoventur corda, ab illis auditâ musicâ, scientiæ ita plenitudine ordinata; ut minimè sonus esset à modulis melòdis vocis, sed à cordis ardentis alis flammivomis. Extremam Christus canit in horam, ut novam audiamus musicam: canticum novum; mandatum novum, amorem novum. Cantare amantis est; sed noviter, singulariter cantare, nimio designat amore flagrare cor. Iam sunt à pectore voces, quippequàm amor in summum, atque supremum pervenit. Ascendit super Cherubim, & volavit. Hiccine modus non solùm est amor pectoris, sed fervor amoris: igitur ab alis cordis dulcisonus clamor, ut cognoscatur dilectionis fervor.

Matth. 26. 30.

Quid, amor novus in cãtico novo?

Ezech. 3. 13

Quid fervor amoris?

4 Scrutemur, ut audiamus amantis voces canentis. *Cùm dilexisset, dilexit.* Quid hoc, & siccine? Tempora distincta iungit in corde, qui in tempore dilexit sine tempore: equidem etsi horam habuit; tantùm habuit, ut transiret. *Cum dilexisset, dilexit.* Dilexisse diligit? Non illum amoris pœnitet, quamvis ingratos esse & fore sciebat & fuisse. Sciebat quisnam esset, qui tradiret, sed dilexit. *Cum dilexisset, dilexit.* Tempus præsens desideratur in flamma præ amantis præsentia; verùm ne absentia obrepat, describitur hora: diligereque diligit, cùm dilexit; quia nulla hora vel levissimum momentum, quo non amet: siquidem cœna facta; ut constet amoris & amantis præsentia. Videte an amor pervenerit usque in summum & supremum; ubi ultrà nec cogitabile aliud. Aliquid in dilectis, velint nolint, exprimitur, quo intensior apparet amoris fervor. Amplius utique percipitur cygni candor, ubi nigerrimus color.

Excellentia amoris Christi.

Certiùs ut feriat dubios color ater ocellos,
Posсit ab oppositо lumen, opemque suo.

Ovven.

Modulatur Ovven. quò supr. *Epigram.* 197. Dilexit Christus, cùm dilexisset, *in finem*. Alij, ut vidimus alibi, legunt: *In contentionem*. Contentio inest inter hominem à Christo dilectum, & inter Christum eximiè philanthropum. Hic, cum dilexisset, dilexit: ille haud nutrit amoris flammem, si invenit *Postquàm*: postquàm dilexit, non diligit; quia non præ amore, sed in amore languet. Cùm dilexisset Christus, dilexit: homo nec amat, etiam si dilexisset: etenim si ingratitudo aliquomodo, aliqualiter, aliquatenùs videtur, insuscitabilis prorsùm flamma pectoris extinguitur. Christus dilexit, cùm dilexisset. Homo præsens diligit, ac absens ab amore recedit: equidem cùm nec horam habeat, etsi vehementer diligat; frigidus patet ignis in pectore fervor, quippe in corde dum vivit, moritur amor. *Non est Deus extra te, in omnibus quæ audivimus auribus nostris*: dicit David ob magnalia facta pro Israële, igitur non fecit taliter omni nationi. Quid, si videret Christi in cœnaculo amoris extremum? Quid, si audiret amantis canticum novum? Divinam hauriret dulcedinem: equidem videtur nobis, habentibus proximiorem aurem, nihil conferri posse consonantiæ modulaminis, *in omnibus; quæ audivimus auribus nostris*.

Futilitates amoris humani.

2. Reg. 7. 22

5 Exploretur vox canentis in taciturna demonstratione amoris, simulque Christi erga homines, Patremque articulus; igitur constitutus rex ab eo super Sion,

Sion, montem ſanctum eius. In eius ergo cœnaculo, ut obſtupeſceret cœlum, depo-
Vers.5. nens veſtimenta ſua, *cæpit lavare pedes diſcipulorum.* En in pelvi amoris flam-
Summa Chriſti amoris demonſtratio in ablutione pedum. mam, quia tacitè elevaverunt flumina vocem ſuam: vocaleſque dilectio fecit undas, igitur vox Domini ſuper aquas; quandoquidem maior ſonus ab alis demonſtrationum, quàm à vocibus aquarum multarum. Ita ex diſcipulis fecit coronam & Altiſsimus dedit vocem ſuam. Pro ſcientia vocis amoris, conferens Salomonis ſcientiam, de ſe dixit ſciens
Matth. 12. 42. Ieſus: *Ecce plus quàm Salomon hìc.* Plus, & cum demonſtratione: *Ecce.* Ecce in fidei demonſtrationibus plura, quæ miretur & miratur ſubtilior intelligentia. Quid igitur ſciens Salomon ingeniosè meditatus eſt, ut ſciens N. Aſſertor ſapientius excogitaverit plus, & annunciemus inter gentes ſtudia eius? *Ferculum*
Cantic.3.9. *fecit ſibi Rex Salomon, columnas eius argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum, media charitate conſtravit.* Varia apud interpretes lectio. *In medio eius poſuit Amorem. Pavimentum ardebat amore. In medio erat ardor Amoris. Ignitum erat medium charitate.* Adi Maluend. & Alapid. hic, videque dicta *tom.* 2. *T.* 4. *D.* 5. à *num.*2. Alij per *ferculum.* Intelligunt lancem, diſcum, ſeu paropſidem miſsumve cibi, quia in illo cibus convivijs inferebatur; ut videri eſt apud Iul. Polluc. & Nonium, Commentatoreſque Iuvenal. in illud *Satyr.* 1. verſ.94.

Iuvenal. ——— *Qui fercula ſeptem*
Secretò cœnavit.

Unde ut hìc obſervat Iſaäc. Grangæus ex Fulgentio de *Priſc.ſerm.* Ferculum dicebatur *Miſſus carnis.* Hac ergo de cauſa tam Alapidè, quàm Ghisler. Ferculum Salomonis vocant Euchariſtiam, in qua Miſſus carnis verè cibi ſub accidentibus panis. Plus ergo fecit hìc Chriſtus: igitur ſibi ferculum duntaxàt inſtruxit Salomon, & Chriſtus ſe fecit ferculum omnibus. *Ecce plus.*

Pro cœnaculo. 6 Ergo in convivium nuptiale fecit Salomon ferculum, ſive cœnaculum: quod quidem triclinium ita erat ornatum; ut haberet columnas argenteas, reclinatorium aureum, aſſentum purpureum, ac in eius pretioſo pavimento erat perpulchra amoris imago. *Medius ipſe incenſus amore. Medium ferculi tenet ardens.* Ita
Hebr. Hebr. Iccircò ſub nomine charitatis, quæ ita depingitur à Chartario ſub titulo cœleſtis Veneris. *Dea ergo* (ait fol.343.) *in curru nuda, myrto capite cincta, ardentem facem pectore, dextrà mundi figuram, ſiniſtrà mala aurea tria ferebat: poſt etiam erant nudæ Gratiæ, nexis manibus poma geſtantes, averſis invicem vultibus dona conferentes: iugales quadrigæ aderant gemini cygni, totidemque columbæ.* Prætermitto applicationem & quia facilis; & quia alibi, etſi aliò, fusè deſcripſi. Appoſitiùs hic in *Liter. expoſit.* pingitur ab Alapide. *Virgo* (infit) *facie roſea, ſed ardenti cyclade coccineà amicta, alis inſtructa, in capite geſtat coronam auream, carbunculis diſtinctam & effulgurantem: digitus ornatur annulo, pyropis radiante: unà manu geſtat cor rubicundum, flammas vibrans, alterà arcum & ſagittas ignitas. Hæc eſt imago expicta in medio ferculi.* Unde videtur, Salomon cœnaculi (ubi ferculum) ornaſſe pavimentum præſtantiſsimum, imagine Amoris, cor in manibus, atque ſagittas geſtantis. Huc pervenit Salomonis ſcientia: Quid ſciens excogitavit in cœnaculo Ieſus? Ecce plus quàm Salomon hic. Plus & plus uti ſcivit, diligens uſque in ſummum excogitavit: igitur cùm ſe amanter cœnà facta ferculo in uno dediſſet cœleſti pane, omne delectamentum in ſe habente; plus quàm Salomon ſcientificus in cœnaculo apparuit, dum dilectionem, ſeu potiùs, extremæ fidei exhibitionem oſtendit: equidem ſi Salomon collocavit Amorem ſub pedibus convivarum, Amor Chriſtum conculcandum proiecit ad pedes diſcipulorum. Ecce plus quàm Salomon hic: etenim plus Amor ſcientificè operatur, quùm impellit, quàm dum impellitur. Ibi Salomon Amorem impellens expulit: hic Salvatorem Amor impulit: quandoquidem illum congenulavit procumbentem pedibus, cui Pater cœleſtis omnia dedit in manus. In novarum rerum ſtudium amor intendit: & amore novo in contentionem Ieſus ſcienter amavit; quippe in Chriſto fecit impulſus, quicquid Amor ſub ſcientifico Salomone paſſus. Qui ſub pedibus impulſus ſub Salomone corruit; Chriſtum defflexit, ut ſub pedibus diſcipulorum poſt cœnam caderet: igitur haud fuiſſet plus quàm Salomon hic, ni demonſtraret in amoris flamma plus.

Venus cœleſtis. Chartar.

Alapid. *Imago Charitatis.*

In quo ſumma amoris Chriſti in cœnaculo?

Eius humilitas quanta?

7 Plus ergo: inſtituit convivium, ut aſſeclæ vitam haberent in morte, metamorphoſi ſingulari ſingularis amoris; ita ut viverent convivæ vitâ in vitam invitantis. Ornatur triclinium, quippe oſten-

ſum

sum in munus cœnaculum magnum stratum. Quid ergo ibi? etsi aliò, cecinit Orpheus in *Argonaut.* à v.505.

At postquam Oceani latuit Sol mersus in undis,
Orph. *Lunaque nocturnum stellis induxit honorem,*
Fecerat insedens par illos gratia charos,
Appositisque suum est dapibus testatus amorem,
Et panis cumulos dono dat ferre per altum.

Etsi insignia in triclinio Salomon sapiens depinxit, plus & plus Iesus sciens in cœnaculo fecit: igitur ibi solummodò tanquàm in imagine species, hic verò entitas haud simulacrum amoris. Ibi cum Gratijs amoris effigies, estò procumbens eiaculabatur flammas, ostendens cor, flectens arcum & sagittas. Hìc amoris munera commutata; eiusque insignia divisa: equidem cùm Christus ad pedes illorum, quos diligebat ut suos, iaceret uti Amatius genuflexus; etiam Iudæ ostendebat cor & gratias, quanvis proditor retorqueret in diligentem, seu in amorem sagittas. *Fert tacitus, vivit, vincit divinus amator.* Ita succinit Achil. Bocchius *Symbol.*143. Vixit Christus in igne amoris, & vicit; quia tanta fastidia generosè pertulit. Cassæ sanè gratiæ, despectæ frigidè à perfidia ingrati cordis, dum non imaginem, sed ipsum amorem habebat ad pedes. Haud valuit Christi pectoris flamma, estò in perduellem vibrabat ardentia fulmina: quem tæduit gratiarum per innatæ, vilis pervicaciæ impulsum, etenim nunquàm impudens capito destitit, quousque amantem & amorem proculcaret. Quàm dulciter in gratiam vocabat, etsi traditorem sciebat! Quàm suaviter reducere conabatur in ovile ovium, errantem sicut ovis quæ perit in præcipitium! Quam fortiter intendit arcum, ut sagittaret in occultis corde pessimum! Sed invalidè, quippe proditor errabat corde, ita effrons in vocantem, ita ingratus in eximiè diligentem; ut quò maior cordis vehementissima flamma, eò perfidiùs in amantem retorqueret tela & tela. Medium ferculi tenet Amor. Proditoris pectus furor: fugit amantem, fugit Amorem. Hic quantumvis calcatus & proculcatus, stat. *Ecce plus quam Salomon hic.* Sciebat obstinationem, sciebat discipulum perduellem, sciebat protervum, sciebat perfidè ingratum; intensiùsque amavit, plusque fecit, plusque sciens sapientissimè docuit: igitur sine ulla redamatione *cùm dilexisset, dilexit.*

Quanta patientia!

Achil. Bocch.

Suavitas eius amoris, & repulsa.

8 Amor confertur plumæ horologij (vulgò: *Volante*) quippe ita stabilis, ut vel volando sit fixus: Ideo Seraphim stabant & volabant in throno, siquidem per illos amoris demonstratur plenitudo. Amor ita in horologij cacumine pictus, sedebat alatus cum trophæis & cithara, cuius lemma (ut observant Octav. Strad. tom. 3. *Symbol.* & Silvest. à Petra-Sanct. *lib. 6. cap.* 12. ex quibus Picinel. *Mund. Symbol.* lib.23. num.17.) *Hæc mihi tuba* Aliter ego: *Afficit & conficit.* Siccine elucet ingenium Amoris, dum sedet & volat & musicà triumphat, in horologio signata victoria & pugna, simulque triumphus; quia exivit vincens ut vinceret, ut venit hora eius. En theatrum amoris & triumphus Redemptoris: verùm de quibus hiccine triumphus? Dicit Evangelium. De firmitate in amore non est dubium. Canamus ex Ethnico, quippe ad rem, lib.4.*Trist.* Eleg.3.v.13.

Amor volando fixus. Strad.

Crede quod est, & vis: ac desine tuta vereri: Ovid.
Deque fide certa sit tibi certa fides.

Etenim quantumvis infidelitas dilectorum vulneravit; cùm suos dilexisset, usque in finem dilexit. Triumphus ergo fuit de Tempore, Absentia, & ingratitudine. De ingratitudine, *Sciebat, quisnam esset, qui traderet eum.* De tempore, dum signatur *Hora eius.* De absentia profectò, *Ut transeat ex hoc mundo.* Hi sunt hostiliter adversarij, quos in cœnaculo debellavit, expugnavit, subiugavit amor Christi. Accinit aliò intentus Claudianus, lib. 2. in *Rufin.* v.225.

Triumphus amoris Christi, & de quibus.

Et sibi quisque trahit. Magno certatur amore: Claudian.
Alternamque fidem non illaudata lacessit
Seditio: talique simul clamore moventur.

9 Cæterùm priusquàm musicam audiamus & melodiam, igitur citharam efformavit in tubam; disquiramus tantæ dilectionis causam. Quænam erit ergo ut sic diligatur homo? *Cùm dilexisset dilexit:* dilexit, quippe dilexit: dilexit, quoniam voluit: & tanto amore, quia voluit ita diligere; an in hominum cordibus scintilla excitaretur aliqua, quia in dilectione voluit diligere ita: unde dum quæritur causa, apparet nulla in amore, nisi diligere velle. Sese, quia ita placuit, movit; & cùm suos dilexisset, dilexit, quoniam dilexit. *Exivi à Patre, & veni in mundum, iterùm* (pro *Modò*) *relinquo mundum, & vado ad Patrem*: dixit discipulis Assertor N. ascensurus in cœlos. Quorsùm tendit

Ubi supr. *Excessus amoris.*

Ioan.16.28

Iterùm *pro* Modò.

dit Christus huiusmodi antistrophe, antimetabole; verborum scilicèt, retractione aut regressione? Sublimitatem (ni fallar) amoris Patris, suique in homines expressit: igitur *sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Insigne sanè donum, quia non Angelum, sed filium misit in mundum. At stimulat mentem, scire, cur dum filius mittitur incarnandus in terras, divina eius demonstratur nativitas, ut clareat amor pretiosà demonstratione; eò quòd mitteretur, qui exivit à Patre? Dicam, quid cogitem. Filius exivit à Patre, ut Patris ratio, velut paterna intellectio. Antequàm in mundum filius mitteretur, in mundo nulla ratio erga amorem inveniebatur: & cùm Pater mundum diligeret, actioneque filij misionis dilectionem comprobaret, dicit filius, quod à Patre exierit, ut ratio Patris, in summitatem expressionis amoris, igitur in mundum filium mittens summam dilectionem expressit, cùm nulla in mundo esset ratio, ob quam amorem exprimeret. Si filius esset in mundo, iam esset ratio, qua erga mundum Patris præstaret dilectio: in mundumque mittitur filius, ut constet quàm insignis erga mundum Patris effectus: igitur propter nimiam charitatem filium suum misit; cùm nec ullam rationem, ut mitteretur, haberet. Misio filij, qui ratio Patris, studium fuit & exercitium amoris. Si amor in dilectos ducitur ratione, non obsequium dilectionis singulare. Summum profectò est, dum sine ratione stat; quippe diligit quia vult, & placet diligere, quoniam diligere placet; ut sine meritis, meritis amor respondeat amoris: obsequium propter obsequium, studium propter studium; quantunvis homo mereretur odium: & ubi homo vehementissimè amatur, & propter illum in mundum à Patre mittitur, filius connotat originem; quia nullam ut mitteretur vidit in mundo rationem. De cœlo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum. Non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum: in hoc & ex hoc amplius, vehementius amoris obsequium: & ubi sic homines Pater dilexit, filium suum (Rationem) in mundum misit; quia ut micaret flamma per singularia æstuantis cordis obsequia, haud ulla ratio ut mitteret, hæsit amori; quàm nullam rationem, ut mitteretur, habere.

Antistrophe. Id. c. 3. 16.

Quantus Dei amor, filium mittens in mundum!

Quo cõstat?

10 Claret amor Patris, antequàm filius in mundum descenderit: igitur si filium in mundo incarnatum aspiceret, erga hominem ostenderet charitatem; sed non nimiam, quippe habebat rationem in dilectionem. Exivit ergo à Patre, & venit in mundum; modòque relinquit mundum, & vadit ad Patrem. Quo intuitu ad Patrem, relinquens mundum tot in præsuris; si propter amorem mundi ipse descendit de cœlis? Ut eius rutilaret excellentia amoris, sicut præstiterat Patris. Si Christus ratio Patris in mundo esset, iam esset causa, ob quam homines diligeret: abestque corpore à mundo, ut mira atque singularis pateret eius dilectio: igitur nulla maior causa in dilectionis vehementiam, quàm nullam habere causam. Gratis utique quælibet (quid summa?) dilectio, ubi à mundo in amorem aberat ratio. Elucet quid sit illud, *Dilexit, cùm dilexisset, & sciens Iesus dilexit.* Cum ratione, nullam rationem in mundi amorem cognovit, & siccine cum dilexisset, dilexit; quippe amoris eius pectoris insigne, non intendere in mundum, sed in amorem. Causa subest, nulla causa, præter amoris incendium. Ratio amantis est meritum dilectorum: ratio singulariter amantis, nullum in dilectis meritum: & Iesus sciens cùm dilexisset, dilexit; quia ultra meritum contrarietate causæ, dilexit diligere etiam indignos amore. *Sapientia rerum terminos novit* (inquit Seneca, *Epist.* 94.) *omnes tenet.* Si sapientia ut omnes teneat, terminos novit, Amor transit: equidem cùm sese propter se moveat, ut dilectionem ultra finem dirigat; sciens terminos amavit, quia terminos quos cognovit, in amore ex amore transilivit. Vigilanter Hispanicè: *No tiene terminos.* Sic dicitur de illo, qui honoribus acceptis non respondet: Christusque terminos sciens, cùm dilexisset dilexit; quippe intelligens demerita (queis compescitur flamma, amor sopitur, ardor suffocatur, ignis friget, furor ardet) transivit terminos, quos mundus habebat, & quos nisi summo amore, qui ita dilexit, præterire non poterat. Theatrum in cœnaculo apparet, omniaque Amor vincit: igitur Iesus amore dirigens in hostes aciem, ut clareret triumphus, *dilexit in contentionem.* Vide dicta, *Tom.* 1. *T.* 3. *D.* 8. *num.* 8.

Christus hominem dilexit gratis.

Ubi supr.

Quænam ratio amoris, & quænam amoris singularis?

Senec. *Amor terminos transit, quos scientia novit.*

Bibl. Max.

11 Musicæ in conflictu assumitur cithara. Hæc illi tuba, ut hostes & afficiat & conficiat: afficiat, si voluerint audire: conficiat, modò placuerit contendere. Vox namque erit tonitrui magni, vel citha-

tharædorum muſicæ : igitur in utrumque
Apoc.14.2. vox maieſtatis intonuit. Sapiens oſtenditur amor Chriſti. *Sciens.* Quam ergo facultatem flammà oſtendit charitatis?
Sapient.1.7 *Scientiam vocis*, Salomon ait, qua conſtat plus quàm Salomon hic. Sagittæ, fulgura & voces. An voces in & ad hominum pectus, ut fugiant à facie arcus ? An quia clamat ad corda, ne torquere cogatur triſulca fulmina? An in muſica tot & diverſæ voces, ut ſubijciamur amoris ſagittis ? Voces nubes ſurdis auribus dederunt, ſed ſagittæ retortæ tranſeunt & tranſeunt. Altiùs pulſat vox dilecti, quæ quidem vox dulcis, quia vox amoris cantantis: igitur ſcientia vocis, ſingularis ſoni, in ſcena cœnaculi, certamine miro, voceque harmonicà deſcendente de cœlo; Trinum ſuperavit dilectionis hoſtem, Tempus ſcilicèt, Abſentiam, Ingratitudi-
Qui ſint tres hoſtes amoris? nem. Hanc vocem nos audivimus de cœlo allatam, cùm eſſemus cum illo in monte ſancto. In cœnaculo cùm proximè videret crucis lectum & lethum, incepit ſublime adinſtar oloris delicioſiſsimè canticum. Proportio maior datur in muſica, quæ quidem mutua in dilectione relatio, reciprocaque in officiorum exhibitione contentio. Hæccine obſequia ſunt forma muſicæ amoris, melodiæ cordis & auris; & in ſcientia vocis Chriſti maior formatur proportio; quia nulla à cordibus dilectorum redamatio, cùm nec vocem quidem in gratias promeret ingratitudo.
Eius certamen & triumphus. Abſentia extra chorum canit (ſi pſallit, qui canit extra chorum) qui ab amore abſonè auditur, igitur amor abſentiâ in muſica deflectitur & delabitur. In qualibet eius voce charitas cordis humani perit, tonuſque cadit: Chriſti ſecùs, quia charitas nunquàm excidit: etenim in abſentia firmiorem oſtendit modulum, cùm eius vox nunquàm intonaret lapſum. Tempus uti inſtabile mutat continuò muſicæ claves, quoniam duntaxàt minurizat mutationes. Vulgò: *Mutanzas.* Neceſſarium eſt, illo canente, ſucceſsivè aſcendere in muſica, ac deſcendere; igitur ut tempus, ſine tenore. Si aliquis, ſtat in momento, vel inſtanti velociſsimo, qui nec tonus, neque tempus. Sequi tonum omni tempore, tempori prorsùm difficilè, amari verò blandimen, quippe ſemper in perſeverantiam modulamen: quandoquidem ubi vocis ſcientia, induſtriâ ſummâ, amor ſequitur punctum, etſi tempus mutet tonum. Summitas eſt in muſica eiuſdem vocis tenor & conſiſtentia, ut conſtet modulamis forma. Superiùs intonat vox charitatis in tempus ſcientiâ vocis: haud amor uti tempus: ſemper in muſica ac in vocibus phthongus: equidem voces ex ſcientia ad firmitatem æquales, dulcis tenoris; quantunvis mutentur ſignata tempora & claves. Tempus & amor in muſica vocum diſſonant: ſed temporis mutationes amorem canentem elevant: igitur in Chriſti pectore ignis perſeverat flamma, dum ab inconſtantia temporis duntaxàt canitur fuga.

12 De motu Mercurij in muſicam Planetarum, ait Plinius, *lib. 2. cap. 22. Mercurius movetur phthongo.* Egimus obiter in *Expoſit. Liter.* à *n.*25. & ex profeſſo dicemus, *Tom.7. T.*8. Motus phthongus ſui ſimilis in muſica eſt, eodem ſemper & æquabili ſoni tenore. Mercurius Symbolum olim obijciebatur ſcientiæ. Adi Natal. Comit. in *Mytholog.* lib.5. cap.5. Vincent. Chartar. in *Mercur. imagin.* fol. 224. & Achill. Bocch. *Symb.* 129. & 143. Ubi ſcientia, ſingularis muſica, & ſine harmonia vocum maior harmonia. Unde appoſitè Solorzanus, *Emblem.*48. ſubdit:

Plin. *Muſica Planetæ Mercurij cuiuſnam toni.*

——— *Concordia diſcors.*

Ex diſsimilibus tonus conſonus; & dulcior cantus. Quùm vocis auditur ſcientia, vehementior videtur amoris flamma, qua excitatur in muſicam cantor, & amoris, patet tenor; proponiturque in muſicam Mercurius, & motus melodiæ phthongus; quippe dum tempus ex motu tendit in mutationem, amor etiam in tempore manifeſtat firmitatem. O mi Ieſu! Ipſi mutabuntur: tu autem idem ipſe es. Semper enim gaudet mutationibus ingratitudo, in cuius ſinu nulla fovetur dilectio, ſolicitans voculas falſas, queis pruriunt aures; quoniam eiuſmodi placidiùs audiuntur voces. Vernaculè: *Falſetes.* Tota huius muſicæ ars ſtat in eo, quòd falſum audiatur uti ſubtilitas artis, & diſſonantia quaſi eſſet dulcedo vocis: at Chriſti muſicæ ſumma, in huiuſmodi acordi & abſona harmonia: igitur amor prævalebat ſtabili firmitate, quùm magis corda mutarentur inſtabili ingratitudine. Firmiter qui ſciens amavit; igitur ſciens *cùm dilexiſſet, dilexit.* En ſcientia vocis in muſæo cœnaculi, quo amor quin moveret cordium terram, altiſsimè dedit vocem ſuam, conſtruens in triumphum uti conformia, tria hoſtium puncta vel auribus diſſonantia. Ingratitudinis, nimiam exponendo dilectionem, vel ſciens ingrati-

Solorzan. *Unde in cœnaculo, Chriſti mirifica muſica?*

tu-

tudinem. Temporis, quia estò pernix per alas velocitatis, transivit mirè velocitatem temporis. Absentiæ, etsi amoris occurrat noverca innata; quippe in amore Christi non est absentia. Hoccine certamen eius qui amavit in contentionem canoræ musicæ, qua hostes disrupit & inflatos sine voce. Videbimus ergo. *Didasc. seq.* quomodò.

DIDASCALIA VI.

Triumphus Christi amantis ex triumpho Amoris.

1 CUm quidam arcum & coronam haberet, exivit vincens
Apoc. 6. 2. ut vinceret. Nova in triumpho Christi audiemus: equidem triumphus illi plus glorioſus; quia amore vicit, ab amore victus.
Cur citharа amoris arma? Act. 2. 2. Citharam habuit pro tuba, igitur amoris arma. Ubi amoris præmittitur in certamen apparatus, *factus est repentè de cœlo sonus*: & sonus spiritus advenientis, cui caracter summi amoris: igitur ut summam dilectionem exprimeret, qua rebellem naturam sibi amanti subiugaret; haud aliam habuit in certamine formam, quàm proferre amoris musicam tubam. Aversione mundus, ut canit Arator lib. 1. in *Act.* à v. 131. ad modulos amoris iacebat fastiditus, elinguis & auribus cordis surdus. Unde pravis desiderijs.

——— *Impia corda*
Arator. *Sermonum secuere modos, sociisque superbis*
Affectus cum voce perijt.

Factus ergo est amoris summi venientis de cœlo sonus; & qui aversus, post eum abijt totus mundus.

——— *Opulentaque verbi*
Materies cœleste datum, nova vocis origo,
Idem. *Quæ numerosa venit: totoque ex orbe disertis*
Sufficit una.

Musicâ mũdum amor ad se traxit, Domuit ergo orbem non gladio, sed musicæ amoris sono: equidem continuit omnia vocis scientiâ, qua suaviter ac fortiter traxit aversantia corda. Efficacia dulcioris vocis videtur, ubi sonus musicæ cœlestis à mundo protervo auditur: igitur repentè ad vocem conversus, ut factus repentè de cœlo sonus.

2 Certamina musica olim apud Græcos ac Romanos usitata, de quibus in *Ephemer.* Modò audiendum novum in musica Christi certamen, in mundi surdi ac rebellis conversionem; qui quidem à fide Conditoris nimis amantis defuit, & ad modulos formandos citharæ non erant fides. *Quæ antehàc audire cœpimus* (infit Chrysolog. *serm.* 147.) *plenius audiamus.* Chrysol. Cantat ergo fervor amoris in conflictu inauditi certaminis: unde vox prima quam audivit, minimè placuit; quia sonus sine suavitate dulcedinis, à voce inimici & tribulatione peccatoris, cùm sonus esset gratus, si à voce gemitus. Signemus hostem, nimirùm primò certantem, ingratitudinem. Si ut placeat auri, vox debet esse grata in ipso sono; displicebit sanè auri, quæ tantùm ingratitudo. Hæccine audet ingredi prima in certamen, quæ utpotè ingratitudo semper habet in modulos malam vocem. Audit malè, & auditur pessimè; siquidem nec canit, nec succinit, nec incinit, sed stridet. Dialecto nostrà: *Ni en tenor, ni en baxo, ni en tiple canta, sino rechina.* Nescit in musicam modum (vulgo, punctum) quanvis non ignoret manum; ut claves dirigat, quæ à clavibus debet dirigi, ut ascendat & descendat: ut ascendat eius improbitas, & descendat benefactoris nobilitas. Qualibet voce prolatà, semper dissona. Nostrates: *En todo se desentona, porque se entona.* Videte in Iuda proditore, non cantante, sed rudente. Quomodo movetur, quid movet, quin attendat audientem? Quid voce & corde agit, parvi ducens decertantem? Videte, qua pravitate sine rationis tenore ascendat & descendat, ingrediatur & egrediatur ingrato perfidiæ sono; quasi scientia non esset in excelso. Non intonat, sed tonat, quia tumebat. Quid tunc amor? *Cùm recubuisset*: ait Ioannes. Dum Iudas se & cuncta in proditionem dissonè movet, Iesus fervore amoris canens placidè sedet: igitur ubi magis cordi Iudæ in ingratitudinem motus, magis in amore fixus. Iudas conatur, quòd amor avolet; amorque tunc altiùs sedet, ac in perduellis mulcimen, officiorum in illum canore servat tenorem. Sequitur in musica modulos suaves, dulciores sanè dissonantiâ ingratitudinis, tenore inflexus, quin in puncto cancionis sit deflexus vel delapsus: igitur decor & auctoritas dignitatis amoris (Vernaculè: *Está firme el amor en su punto, por ser punto del amor*) firmum esse in officis, & erga ingratos obsequijs; dum ingratitudo avidè sese movet, & musica amoris aliquomodò dissonet. Idiomate Hispano in metaphora vividè: *A ver, si puede desentonarle.*

Certamen musicum Christi, & ingratitudinis hominis.

Ioan. 13. 12. *Amor firmior, ubi ingratitudo procacior.*

3 Cùm Dominus ſub Ægyptijs populum ſuum videret afflictum, ſuæ erga illum benevolentiæ in rubo oſtendit theatrum, in quo reſplendens collocavit thronum. *Apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Hebr. *De corde rubi.* Ardebat ergo, ſed nulla rubi combuſtio. Videbatur enim à Moyſe, *quòd rubus arderet, & non combureretur.* Hinc curioſitas acuit vigilem Moyſis intelligentiam, ut perſcrutaretur avidè hanccine *viſionem magnam.* Quid igitur tanta miracula ſignant? *Magna quidem ſunt, tanquàm involucra miſteriorum Dei*: infit Auguſtin. in *libell. Ego ſum, qui ſum*, in calce, *Tom.6.* Quare, ignis indicat amorem Chriſti, rubus incombuſtus duritiam cordis humani: *Nam ſi ſpinis non ſignificaretur, non ſpinis* (ſubdit) *Chriſtus coronaretur.* Ibi ergo eius rutilabat amor & in voce expreſſa cantoris fervor. *Propterea* (infit) *Chriſtus erat. Habitatoris, vox eſt: per quod appareat, profert vocem.* En amoris muſica in flamma. Exploremus myſteriorum involucra. Ignis amoris Chriſti ſummè amantis erat in rubo ſpinoſi cordis: videturque Moyſi theatrum non viſum, rubi frigidi cum igne ardenti theatrum; quippe mirum, quòd rubus igne erumperet in ſpinas, cùm deberet accenſus proferre flammas. Si amor ignem in corda mittere venit, rubus cordium in igne non combuſtus, ſed ſpinoſus apparuit: percelliturque hàccine viſione Moyſis, ex cordis duritia ac ardore ingratitudinis; igitur tædet, quòd in amoris tantà vehementiore flamma, redamationis, & ignis in corde nec ſcintilla.

Exod. 3. 2.

Verſ. 3.

Auguſtin.

Rutilat magis flamma, ubi nulla redamationis ſcintilla.

4 Ulteriùs. Cor nec ab amore (uti rubus) ſpinoſum tangitur, quin manus benefica laceretur. Amor in rubo, ut cor inflammaret, rutilabat igne. Cor adinſtar rubi mucrone: amorique in corde rubi conſtruitur lucidus thronus, etſi appareat ibi vulneribus ſaucius; quippe amoris fulgor, ubi non illius ſed ingratitudinis ardor, abdicere ingratitudinem propter eximium, flagrantem amorem: equidem tendit in gratias, quantunvis videat ſpinas: grata namque illi etiam graviſsima vulnera, modò dilectionis flamma introducatur in corda. Præterea floreſcere congruebat, non mucronari ſpiculis, ut aptum inveniret thronum amor deſcendens de cœlis. At cor vel è cœlo ambitum, igne amoris circũſeptum, ſtipavit ſe ſpinis, in ulcera eximiæ demonſtrationis; quippe in amantis obſequia, à corde ingrato præparata vulnera. Haud horret amor? Nullo modo. Eſt amor ſummus. Ut vincat, perfert: & flammas ac flammas profert, quippe placet in corda ingerere cœleſtis ignis incendium, quantumvis à corde ingrato plexa corona ſpinarum. Deinde. *In corde rubi.* Nonne vel amanti faſtidioſum, quòd cor humanum convertatur in rubum? Siccine grates ambiti pectoris? Siccine iniuria divini maximi amoris: igitur ſtudens ut ingratitudinem vincat; in collationem gratiarum, invenit vepres & vepres, ac mucrones loco cordium.

Tendit in gratias, etſi videat ſpinas.

5 Inſuper. Apparuit ſpinis coronandus Chriſtus. At ubi thronus? *Apparuit in flamma ignis de corde rubi.* Nil mirum, ſi in corde grato, quod ibi divinæ maieſtatis appareret celſitudo: etenim abſdubio, eſtò rubus fuiſſet, ſedet ibi ignifer amor cœleſtis, modò reſpondeat flamma, egrediens de medio cordis: ille quippe ignem propoſitò mittit, ut corda ad ignem inflammet. *In flamma ignis.* Si amor ſignatur igne, vehementiæ efficacitate; cur eiuſdem hieroglyphica non in igne, ſed in flamma? *Flamma*, ut videmus *ſtat & volat*: vide *num.14.* & Picinell. in *Mund. Symbol.* lib.2. n.71. Si ex qualitate amoris conſtat exceſſus; Chriſti ſanè in hoc articulo maximus, igitur volando fixus. Rationem rimemur. Amor nunquàm excidit. Flamma nonnunquàm ſe movet: & amor ſedet in flamma, ubi ex mutatione, ingratitudinem ſignat; quippe dum exhibet multiplicem cor humanum inſtar flammæ mutationem, ignis amoris demonſtrat clariſsimam ad ingratos firmitatem. *Apparuit de medio rubi*, & in flamma aſpicitur. Deus in medio eius non commovebitur. Intendat licèt cor ingratum ſpinis pungere; conetur aculeis, quaſi clavis figere; incumbat ſauciare, ac trucidare amantem, in ignem mittere ignem, non ut inflammet, nec amore reſpondeat, ſed protervitate ut urat; deſpiciat licèt mutatione, aut pravitate; quid amori? Ubi magis cor cervicoſum mutatur, ingratitudinem circumſpiciens nec movetur. Illa volat, cæterùm amor non evolat. Claret ex textu. Ut in ſuum ignem cor ſpinoſum converteret, amor quaſi rubum inflammavit. Haud ignem ſuſcipiens recepit in corde, imò reſtitit vehementiſsimæ flammæ: tuncque ignis amoris magis arſiſſe videtur; quippe cor adinſtar rubi nequaquàm comburebatur. Ardebat, & magis fulgurabat, quoniam rubus non ardebat: & apparuiſſe in illa flamma dicitur, dum ignis

Cur amor inſtar flammæ?

Picinell.

Firmatur, quo magis ingratitudo movetur.

Cor ingratum amore friget.

ignis ab effectu frustrabatur ; quippe ubi cor globos compescere studuit, amor magis in & ex ipsa ingratitudine apparuit. Firmabitur in illo, & non flectetur.

6 Denique. Ignis, amor, sedebat in corde ingrato, tanquàm in rubo. Ibi eius audita vox dulcis, quasi vox habitatoris; quippe in amoris certamen cantor fervore proferebat vocem. Punctus canit? Utique, dum ingratitudo silens vocem extollit, etsi non cesit: siquidem cùm conaretur pervertere amoris cantum, intimè videns usque in viscera punctum; dum silere canentem in modulamine studuit, turpis

Virgil. 2. Æneid. v. 774. *Vox faucibus hæsit.*

Uti rubus iaculabatur spicula, uti flamma mutabatur per momenta. Hispanismo paranomasicè : *Usaba puntas y puntos*: cæterùm amorem Christi, phthongum in musica acordi (vel vulneratum per ipsam ingratitudinem) nunquàm in alium valuit mutare tenorem. Astruit Ioannes. *Nunquàm amori prævaluit.*

Ioann. 13. 1 *Iesus* (inquit) *cum dilexisset suos, qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos.* Cur non dicit *suos*, qui erant in altero mundo, uti Elias & Henoch assistentes cœnaculo, & communicati instituto Eucharistiæ Sacramento? Ita refertur in *Civit. Dei mystic.* p. 2. lib. 6. cap. 11. n. 1198. Maria à Iesu. Non loquitur Evangelista de amore Christi utcunque, sed de amore eius excessivo ac singulari, quo suos in summum, supremumque dilexit ; ut vidimus ex D. Thoma, *n.* 3. *D. præced.* minimèque esset summa dilectio, ni videretur in suos, qui erant in misero mundo: hos enim cùm dilexisset, dilexit ; quippe amorem ingratitudo immutare non valuit. Elias & Henoch respondebant amori, quo quippe grati dilecti. Qui in hoc mundo, planè ingrati, igitur ut grates rependeret, mundus eum non cognovit. Illi placebant ; mundus displicebat, & tamen eximiè amabat : equidem summi amoris officium, per excessum amoris gratum esse ingratum prorsus amori. Allicit amorem quod placet, tædium quod displicet: & suos qui erant in hoc mundo, Christus dilexit, quo amore excessus constabat; quia diligens dilexit quod displicebat. Vicit fastidium, quo mundus aversione disolicuit, quoniam demonstratione summà diligere voluit, ut posset summè diligere : igitur amare quod displicebat amori placuit, ut quod ingratum propter amorem placeret. Vide dicta, *Tom.* 1. *T.* 2. *D.* 2. *à n.* 2.

Quare amori gratum ingratum?

7 De discipulis Domini loquitur Evangelista. *Suos* (ait) *qui erant in hoc mundo.* Ex suorum numero erat Iudas, cuius cor respuebat flammas. *Chalazias* (gemma, inquit Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.) *grandinum & colorem & figuram habet, adamantinæ duritiæ. Narrant etiam in ignem additæ manere suum frigus.* En cor Iudæ: friget in igne, nec mollescit adamas, nec grandinis excutitur innata frigiditas : & nihilominùs Christus dirigit in illud obsequia, quasi cor esset amanti gemma pretiosa. Gemma lapis pretiosus est : siccine, sed sine pretio Iudæ proditoris cor: sine momento debitæ gratitudinis, duritiem habebat lapidis. Sui erant utique qui diligebant, haud qui oderant uti erat Iudas, qui demerebatur amorem, & odium merebatur propter crimen. Odiosus erat Magistro defectu charitatis, quippe duntaxat diligit diligentes : & inter suos cùm dilexisset dilexit ; quippe officijs dilexit, quasi diligeret. Respondit Christus amori, & non amanti etiam respondit Iudæ. Summa summi amoris rutilat, dum tantis demonstrationibus instat: igitur Iudam diligens dilexit, quasi proditor diligeret. Quia in ingressu discipulus bonus, à Magistro arctè dilectus: modò pessimus, ingratus, simulque malignus : & modò gratijs amabat, ut priùs dilexerat; quippe obsequijs dilexit, quasi se non vendidisset, & dolum ac vafritiem ignorasset. Suos diligebat, & Iudas qui suus, nec sui erat, inter suos numerat. Extrà & intra est: extrà, cogitatione proditionis : intrà, excessu charitatis : siquidem claret amoris excessus; dum illum munerat, uti diligebat suos. Suus & non suus perstabat, quando magistrum prodebat. Non suus, pectoris malitià : suus utique amantis gratià : & non suum, ut suos amavit; ut inter alios suus esset. Hinc solutio primæ quæstionis: *Suos* Christus *qui erant in hoc mundo dilexit.* Iudam non diligebat, nec suum vocat ; dum tot officia dilectionis ostendebat. Quomodò verum, quòd suos qui erat in hoc mundo dilexit? Ingratitudo Iudæ quæstionem dirimit ; equidem proditor & perduellis tanto dolo, non erat in hoc mundo, sed in inferno. Dixit discipulis: *Ex vobis unus diabolus est.* Infernus diaboli locus, qui ad ignem infernum est destinatus.

Chalazia gemmæ conditio. Plin.

Quomodò diligit uti suos, quos scit alienos?

Quare ingratus non est in hoc mundo?

Cap. 6. 70.

8 Suos ergo Christus dilexit & in finem dilexit, cùm dilexisset : idest, tunc illis ampliorem dilectionem expresit. *Ampliorem* : nullam gratitudinem in illa

nocte, qua tradendus, expectabat ; & tradidit summo gaudio quicquid in manus habebat. Vigilantiùs vernaculè : *Sin la menor correspondencia , ni aguardarla, les daba à manos llenas todo quanto tenia.*

Amor hominis futilior, quò debet esse fidelior.

Omnes gloriabantur de fidei erga Magistrum constantia ; verùm qui essent enunciavit experientia : etenim invenit summoperè ingratos,quos præut foverat, arbitrabatur ut suos. Qui plus dignati beneficio dilectionis ? Petrus , Iacobus & Ioannes : qui quidem in urgenti angustia, atque sudore sanguinis , in utramque aurem dormientes. *Matth. 26.* 40. Ioannes erat & cognomento *Dilectus* , cui arcaniora secreta revelavit : cæterùm cùm in sinu recubuisset , oculos clausit. *Ioann.* 13. 24. Quid Petrus? Munera expavit, excessiva officia cognovit , & dixit suffusus rubore: *Tu mihi* ! v.6. Sese iudicavit dignationis tantæ indignum : at quid dum vidit ab inimicis apprehensum ? Fide respondere cupiebat promissæ glorianter fidei ; sed sequebatur , dum *sequebatur* , *à longe* & *ut videret finem* ; quippe fides tantùm penes occasionem. O *Emmanuel* ! dicam voce Evangelici Vatis: quanta passus sub amicis inimicis ! *Ut videret finem.* Haud fides iuxta amoris fidem , sed iuxta opportunitatem. Si valet amicus, constat: si cadit amicus , labat. Illi videbatur desciscere à fide promissa , & amore ; ni pro illo educeret gladium, defenderet, uti par erat , Magistrum ; sese opponens conventui malignantium , infernalium Præsidum ministrorum : cæterùm cùm inter hostes, etsi innocentem videret ; & fidem post breve tempus excusit , & ter infeliciter præ formidine, etiam cognovisse negavit. Magnus dolor Christo, discipulos fugisse; sed maximus ex defectione Petri. Nemo illorum in defensionem , præter Petrum extrinxit ensem : & cordi Christi vulnus siccine videre Petrum , qui pro illo acerrimè in illos eduxit gladium. Patientia Domini graviter vulnerata, ex huiusmodi angustia. Verùm etsi urgebat dolor , non infirmabatur amor : quandoquidem vel dum magistrum,quem filium Dei cognovit , metu perculsus negavit ; Petrum respexit. *Iam non dicam vos servos , sed amicos* : dixit cunctis. Ioann.15.15. Ecce unde Christo intensior labor, etsi urgebat tantis opprobrijs atque vulneribus dolor. Omnes discipulos gratijs honoraverat, principes constituerat , elargitus dignitates , ut qui meritis pauperes , excellerent quasi principes : & plus quàm ab hostibus patitur ab amicis;& quia fugerunt,& quia fugerunt omnes : equidem in doloris solamen , nec unus quidem. Dum vident glorioſum,sequuntur; dum largitorem,de fide gloriantur ; verùm inter hostes , fugiunt : hoccine amanti vulnus : siquidem intimè percutitur animus, haud quia amici abessent; sed quia in tribulatione, amico posito,fugerint.

Maximè in angustia positò.

Dubiam fidem fortuna ferebat. Lucan. *Pharsal.* 2. v.460.

9 Quæ beneficia in Iudam non contulit ? Sed hic operatus uti Iudas. Nil in hoc nisi flagitia, proditiones, insidiæ, doli, circumventiones, perfidia ; estò cognità amantis innocentià. Conformabat se sæculo , non magistro , captans à Præsulibus gratiam , etsi videret invidiam : proditioneque illi videbatur quasi necessarium uti ; quippe placere nequibat illis sine proditione (sequitur ambitiosus in huiusmodi studijs , Iudæ tractus) igitur haud in perfidia eius quieverunt cogitationes, quousque venderet & traderet inimicis. Iscariotes cognominabatur Iudas, quod sonat *virum exterminationis* , vel *mercedis*. Conveniunt rebus nomina sæpe suis. Quid futurus , suo nomine præferebat : infamia signabat potiùs inter homines dæmonem , quàm hominem : igitur vili mercede , fictà pace , notà ingratitudine , cùm præclarè de se meritum venderet,& hostibus impijs traderet; notior erat cunctis proditionis iniquitate , quàm ipso nomine. Perpende stylum Lucæ Apostolos nominantis: *& Iudam Iscariotem, qui fuit proditor.* Fuit ? Quomodò ? & dum eligitur ? Utique. Haud fuisset post acceptam dignitatem , ni fuisset ante electionem: equidem perfidè prodidit, à quo generosè dignitatem accepit. Fuit ergo proditor , antequàm cognosceretur. Futurus planè quod fuit : Erat perfidus, perduellis, refractarius, fuit quod est : igitur nunquàm abfuit ab infami corde intentio,sed occasio; quam vigil haudquaquàm prætermisit illicò nactam,post dignitatem acceptam. In tractu patuit quod fuit; sed Christi amor, cuius est.

Falsi amici mores.

Ambitiosi similes.

Cognoscitur plus iniquitate , quàm nomine.

Luc. 6. 16.

Quomodò Iudas ante proditionem proditor?

10 Novâ luce donetur illustre testimonium , quod non semel exposuimus, maximè *Tom.*2. *T.*5. *D.*3. *à num.* 12. & *Tom.*4.*T.*3.*D.*2. *num.*18. *T.*8.*D.*2. *n.*22. Qui essent Iudæi impugnatores , & quid ipse esset , Magister bonus dixit in quadam disceptatione : etenim ex iniuriarum illatione gratis, vel in patientia magnanimi pectoris (cordis radicis operationum indice utroque) quis sit cognoscitur unusquis-

Matth. 16. 43.

Isai. 8. 2.

Matth. 26. 58.

Amicorum defectio gravis amico.

Luc.22.61.

Ioann. 8. 28.44. quiſque. *Vos* (inquit) *ex patre diabolo eſtis. Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.* Cùm crucifixeritis, etiam vobis conſtabit; quis ego ſim, & qui vos. Vos omnino eſtis ſeducti, cæci potiùs obcæcati. Crux videtur vobis opprobrium, iccircò paratis lignum. Diabolus veſtram ut pater pervertit mentem, quæ cogitat ignominiam, & extruit exaltationem: exaltatio quippe bonis, etiam crucifigi à pravis. *Vos ex patre diabolo eſtis.* Fatemini, me multa in vos operatum beneficia, feciſſe inſignia miracula, mundum totum poſt me abire, cunctis etiam inimicis gratis faviſſe & favere: ex patre veſtro in vobis claret malignitas: equidem duntaxàt homines, queis dominatur Satanas, cogitare quibant in hominem crucis tormenta; à quo, eſtò nolint, fatentur accepiſſe tanta bona. Dominatorem, & actionum præſidem uti patrem, principem dæmoniorum habebant, cui placere cogitabant: quid non facerent pro patre, habentes præſidem dæmoniorum principem? Prodigia facta, & odioſa vobis, quia prodigia. Etiam calumniamini uti futile & vanum, quod duntaxàt patratum in veſtrum commodum. Vos eſtis vos, quorum conditio ex patre diabolo eſt: quippequàm paret genus diabolicum, crucifigentibus hominem, quem habetis ut miraculum. Noſtrates: *Poner en una Cruz à quien hizo milagros, ſolo lo podian diſcurrir unos Judios.*

Exaltatio bonis, etiam crucifigi à pravis.

Ingratus nō homo, ſed dæmonis filius.

11 Vos ita: ſed *cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.* Modò non cognoſcitis, poſt perſecutionem cognoſcetis, qui ſim & fuerim: enunciabunt clariùs & prudentiam & zelum operationes aliorum. *Ego veni in nomine patris mei, & non accipitis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.* Utique reciperetis, quippe ex patre diabolo tanquàm unus ex vobis. Me immeritò ſuſpendere in ligno vultis: regimen quia iuxta rationem diſplicet, igitur vivere iuxta legem vocis non placet; & ut poſsitis perficere iniquitatem, totis viribus conamini regiminis & rectoris ſuſpenſionem. Cùm feceritis, quis & quid ſim cognoſcetis. Quare tunc? Quia tunc ingratiores apparebunt: & tunc amor in dilectione immotus, vel crucifixus; quippe non ſolùm cruci affixerunt amantem ſed etiam crucifixerunt amorem: qui quidem flammà æſtuabat vehementiore, vel in cruce. Vide *Tom.* 3. *T.* 6. *D.* 2. *num.* 4.

Cap. 5.

Subditi dyſcoli cogitationes.

Tunc cognoſcetis. At quid? Quòd ego ſum ego. Ego, eſtò me crucifigat ingratitudo. Ego, qui in amoris muſica ſervo tenorem, etiam dum audio garrientem ingratitudinem, nec exaudire veneno vocem incantantem, aſpidem. Ex Theophraſto aſſerit Raviſ. Textor, *Officin.* lib. 7. cap. 40. *Viperarum morſibus tibicinem ſcitè, modulatèque adhibitum mederi.* Nihil profuit ſingularium vocum hymnica ſuavitas, quippe conditio audientium, aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas; etſi tenuit conſonum, dulciſsimum amor tonum, audiebant & non audiebant genimina viperarum.

Ingratitudine amor excellentior.

Raviſ. Tex. *Suavitas muſicæ in morſum viperæ.*

12 *Tunc* & ibi *cognoſcetis*, qui vos & ego; dum vel in cruce amoris rutilabit exaltatio. In cruce pectus nudum oſtendam, & tunc etiam amoris vehementis flammam: etenim duntaxàt ego præamore nimio poſſim ferre præparatum iaculum; quippe aperui hoſtibus, quaſi amicis pectus nudum. In cruce cùm exaltaveritis, tunc cognoſcetis. Pridem non? Non. Ibi mei inſignis amoris fides, vehementià amoris, vulnere futuro cauentis: igitur planities pectoris nuda, etſi diſpoſita in percuſionem lancea. *Tunc*: haud niſi exceſsibus gaudet inflammatum cor. Tunc elucebit, quid cordialis amor ſit, modò operetur in fide reſpiciens ſe: quandoquidem pectore nudo ſuſcipiam altiùs ingerentem lanceam, dum irà magis impellitur; ut in pectus ingrediatur. Lepidiùs ac ſubtiliùs phraſe vernaculà. *Aguardarè con el pecho deſnudo à quien mete mas el dardo, para meterle en mi pecho. Tunc*, quùm volante ingratitudine, atque in vulnera urgente; amor fixus micabit ſauciati cordis, clavis diriſsimæ crucis. *Tunc*, quando ferro diro lanceæ, oſtium magnum aperiant in pectore: igitur etiam vos eritis, quod non eſtis amoris indulgentià; quoniam declinaverunt in me mala. Æquivoco Hiſpano: *Con el hierro de la lanza quedareis perdonados, por eſtàr en mi pecho todos los hierros.* Iam cùm amore amneſtia, oblivio iniuriarum fixa. Sine alis olim apud aliquas nationes picta victoria. Adi Pauſan. cap. 20. & 97. Natal. Comit. lib. 3. *Mythol.* cap. 2. & Vinc. Chartar. in *Minerv.* fol. 270. Eſt planè victoria amoris & de ingratitudine triumphus; quoniam vel in conſortio ingrati pectoris (quo avolabat) fixus.

Unde amor eximius cognoſcitur?

Victoria ſine alis.

Varios incinit ore modos.

Propert.

Ut ſuccinit Propertius, *lib.* 2. *Eleg.* 22. v. 6.

Maior ingratitudo ex amoris excessu.

v. 6. Haud ingratitudo cantabat Domino, qui bona tribuit; sed voci suæ Amor eximius vocem virtutis dedit, ut vincere posset; siquidem victa musicà ingratitudo iacet; etsi, ut inquit Natal. Comes, *Venation.* lib.4.

——— *Non mulcent dulcia verba*
Nat. Com. *Silvestres animos, nullusque admittitur illis*
Cantor.

Certamen Christi amoris & temporis.

13 Iam causà cecidit ingratitudo in amoris musicæ causa. Audiendum prorsùs an melodiam mutabile pervertat tempus, vel per illud in tono diapsalma introducatur, & suspensione mutetur: vel an edax rerum, quod omnia consumit tandem tandem, consumatur amore. Amor verax, tempus fallax, quippe sæpe fallit volatilis ætas: & dum amor per musicam consumatur, tempus teritur, & omninò consumitur; quia dum elevat alas in mutationis concentum, amor volavit super pennas ventorum. Priùs tempus vicit amorem, quia vidit in cursu pernicem.

Oth. Væn. *Tempus edax rerum pennas decurtat amoris.*

Amor sine alis.

Ut fingit Otho Vænius, *Emblem.* 119. modo falx amoris pennas velocis resecat temporis.

Idem. *Sed vim, tela faces non domat ulla dies.*

Iam amor velocior annis.

Ovid. *Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu.*

Etiam tempus per amorem.

Equidem tempus ad momenta musicæ est numerus motus secundum prius & posterius: amor autem ultra prius & posterius est motus numeri, & modulamine & voce. Tempus aptum ad musicam; quoniam acordis, consona musica habet, ut sit dulcis, propria tempora: deindeque tempus pro concentu consistit mutabiliter in puncto, cuius harmoniæ voluptuosa momenta, quippe contra ingratitudinem semper servat in modulos intervalla. Dialecto nostrà: *No es como la ingratitud, que nunca guarda compàs.* Ingratitudo igitur continuò anomala, phthongum verò tempus per momenta successiva. Luculenter Ovidius, lib.15. *Metam.* fab.3.

——— *Labuntur tempora motu*
Non secùs ac flumen: neque enim consistere flumen,
Essentia temporis. *Nec levis aura potest: sed unda impellitur undà;*
Urgeturque prior veniente, urgetque priorem.
Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur,
Idem. *Et nova sunt semper: nam quod fuit antè relictum est,*
Fitque quod haud fuerat, momentaque cuncta novantur.

Quid amor, si summus? Christi enituit dum venit hora eius: equidem fixus mansit & immobilis in veloci motu temporis: habuit enim horam temporis ut immobilis transiret, & simul volando quiesceret.

Isai. 6. 2. 14 De Seraphinis diximus *D. præced.* n.8. quod *volabant & stabant.* Bernard. hic *serm.*4. n.1. subdit: *Duobus volabant* (qui stabant) *in quibus verbis videre mihi videor, quod de statione dictum, volatu manifestiùs explicari. Vide flammam quasi volantem & stantem simul; nec miraberis iam Seraphim stantes volare, stare volantes.* Facit Deus ministros suos flammam ignis. In alis volantibus significatur tempus: in stantibus non solùm amor, sed summus; equidem Seraphim designant amoris plenitudinem: statque dilectionis plenitudo quasi in throno, ubi in tempore velocissima fuga, nitet amoris constantia. Seraphim canebant conficientes deliciosè melos, amorque in ore eorum dulces fecit modos. In illa musicæ cœlestis harmonicæ pugna, tempus per alas inferre volebat ex momentis intervalla, ut saltem in puncto suspenderetur diapsalmate musica: volantque Seraphim duobus alis, etiam cùm haberent sex; quippe amoris maximi, pretiosi insigne, esse in throno constanter volante tempore. Stare & volare sunt contraria, & ex volatu temporis manifestiùs dilectionis explicatur permanentia, ac quanta in pectore flamma temporis velocitate; etenim magnum, amor in tempore sine ulla temporis conditione. Conditio temporis est in successione novitas: vehementioris amoris, stabilitas: tempusque & amor exponuntur unà, quùm amoris canentis auditur suavis harmonia; ut clareat honor, quando in temporis præsentia concinit amor: etenim mirùm, quod canat in tempore dulci tenore, verùm sine novitate. Aliter cogitarem, stante imagine amoris in throno quo ardentis dilectionis plenitudo. Sex ibi erant alæ. Quatuor arbitror temporis; duas verò plenitudinis amoris. Temporis velocis sine motu: amoris, præstantissimo volatu: equidem etsi temporis concipiamus pennas, respectu amoris

Bernard. *In temporis fuga amoris constantia.*

qua-

quasi non haberet alas; quippe dum cursus in volatu velocior, ut antecelleret, supervolavit amor.

15 Hinc Christus in expressione ardentioris, dixit discipulis: *Hic est sanguis meus novi testamenti.* Ab Ecclesia additur: *Æterni.* Novi, pro tempore, seu in tempore: æterni, contra tempus, quia *dilexit contra finem.* Novi, amoris demonstratione, ac novâ flammâ: æterni, finis carentiâ: etenim amoris pleni demonstratio in temporis motu & cursu quòd obsequium esset in tempore novum, & contra temporis conditionem æternum. Amor olim fictus inter numina iunior & senior. Vide Georg. Venet. *Problem.* 402. & Brixian. verb. *Amor*, n.26. Plura Ethnicismus finxit, sed quasi vera refert: igitur quod tempus, quia in tempore, mirabatur novitatem; amor constituit æternum, quia contra finem. In ipso contextu latet alia dilectionis insignis singularitas, ac sine redamatione venustas. *Dilexit Iesus in finem, cùm dilexisset suos, qui erant in hoc mundo.* Cur diligens non dicitur dilexisse Henoch & Eliam (de quibus, *num.* 6.) sed tantùm erga discipulos cordis expressisse flammam? Amabant enim illi in temporis cursu, sed sine temporis in amore motu: Amabant præter Iudam discipuli (quippe mundi) etiam in tempore, cùm temporis varietate. Illi stabiles in amore Salvatoris: discipuli instabiles. Illi firmi, hi vero infirmi, dum Christi summa rutilabat dilectio: quæ quidem tantùm signatur erga suos, qui erant in hoc misero mundo; igitur magna in dilectione vehementia, amare firmiter dilectorum inconstantiâ. Haud tempus prævalebat in firmitatem redamationis Eliæ & Henochi; quippe illorum constantia in tempore sine tempore. Discipuli amantes tunc, inconstantia dilectionis ex mensura instabilitatis temporis, profectò ab amore defecturi; dum illi nequibant vel in tempore deficere: & ubi Christi amantis insignis exponitur demonstratio, erga suos, dicitur, qui erant in hoccine mundo; quippe amoris stabilis in tempore magnus honos, suos diligere vehementer quos sciebat defecturos. Claret obsequium insigne, suos diligere, & defecturos amare. Denique. In discipulis tempus vicit amorem; siquidem *omnes, relicto eo, fugerunt.* In Christo amor uti validus, vicit instabile tempus. Venit hora eius, & consuluit amori: in tempore tribulationis venit hora illorum; & consuluerunt fugæ. Utrorumque amori tempus & tempus erat: verùm Christi uti summus coruscabat; quoniam in tempore amoris, sine mutatione temporis. Tempus est nexus præteriti & futuri in præsenti indivisibili puncto, successivo, continuo, instabili motu. Amor Christi in præsenti, ut cordis ostendat incendium, non respicit præteritum, nec futurum: igitur stat eius summitas cantantis amoris, contra punctum futuri atque præteriti temporis.

16 Non confunditur in tempore malo, adhuc dum hominum constat confusio: igitur ubi horum amor gestit ut magnus, minorantur dies temporis eius. Christique quando discipuli defecturi, advenit tempus faciendi. Duo luminaria magna constituta in temporis signa. *Luminaria in signa & tempora* (Hendiadys: pro *in signa temporum*) *in dies & annos.* Emblema clarent amoris Christi & assee clarum in cœlo cordium: illius permanet ut Sol, horum autem sicut Luna mutatur: quandoquidem qui gloriosè extendebatur in anni brevissimam durationem, instantiâ temporis neque durat in diem: futilis ergo dilectionis flamma, si facit Lunam in tempora.

——*Semperque hodierna sequenti,*
Si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem.

Dum Christus in amore ostendit incendium, Sol non cognovit occasum: equidem cùm à tempore occasus; ut suos diligeret, minin è respexit tempus. Super occasum ascendit; quoniam dilexit, cum dilexisset. Duplex tempus in Evangelio signatur & præsens & præteritum. Præteritum, *dilexisset*: præsens, *Hora eius* & *dilexit.* Cur ergo in tempore bino tempus amori, si dilexit omni tempore? Vidit enim Assertor N. tempus gloriæ, & tempus ignominiæ: tempus plausus, atque vituperij (etsi immeritò) tempus. Tempus triumphi in ingressu cum palmis, & exitus tempus in angore passionis: & cùm dilexisset dilexit & male habitus; igitur in tempore non dilexit iuxta tempus.

17 Ergo contemplemur tractus. Qui glorioſus, iam invisus: tolliturque ignominiosè uti odiosus in crucem, quùm pridem mutuò conculcarentur, ut possent videre eum. Unum opus fecit, ex quo cunctorum admiratio plena, cùm surgeret sanus quidam triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Quæ grates à fau-

Quomodò novus & æternus?

Ioan.13.1.

Ibid.

Non temporalis in tempore.

Firmus, ubi dilectorum motus.

Marc.14.24

Matth. 26. 56.

Gen. 1.14. *Hendiadys.*

Discrimen amoris Christi, & hominis.

Ovid. ubi supr.

Psal. 67.5. 103.19.

Quàm futilis affectus in dilectione hominis?

fauto histhoc conferuntur, dum alij illo viso mirabantur? Dedit alapam Iesu, ut diximus, *Tom.*4. *T.*3. *D.*3. *num.*7. Eum, qui è miseria tantà eduxit, magnoperè favit, ita deturpat insolenter improbus? Quid mirum? Ferebat tempus. Qui amplius discerpsit à benevolentia beneficium, acrius audacter impegit colaphum. O tempora! ò mores! Vide causam loc. cit. *T.*6. *D.*5. *num.*12. Regem cupierunt constituere ob alius patrationem miraculi, clamantes: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* O populum felicem, hominem miraculosum habentem, de cœlo delapsum in miseriarum, & ærumnarum subsidium! Hosannà! Macte, eugè. Videatur sanna, quam ferebant tempora. *Ecce Rex vester*: dicit illis Pilatus. At quid illi, qui dixerant Evax? Vah, apagè: *Tolle, tolle, crucifixe eum.* Iste eminebit iuxta merita in cruce. Ubi plausus? Non alia ferebat tempus. Iuxta tempus pectoris amor, iam furor. Quid facerent subditi, complacentes Præsidi? Quid Præses non faceret, etsi causam non cognosceret, ut subditis complaceret? Innocentia clamat, Præses recogitat; dimittatur, inquit, liber, si dimittendus est alter. Quem vultis? *Non hunc, sed Barabbam*: dicunt. Latronem? Homicidam & seditiosum? Illum. Ita convertitur animus? Perfert mutabile tempus. Quid faciendum de Iesu? Crucifigatur. Si facienda est electio, non eligitur? Nullo modo. *Non hunc.* Modo non sit hic, quem aversatur toto corde voluntas; eligatur à nobis quanvis sit Barabbas. Illi qui damnant, pridem eximiè plaudebant: sed amorem in odium prava voluntas convertit, præut tempus currit. Videte in tempore prius & posterius. Tempus canit, musicam suscipit usus, atque saltat iuxta tempus. Musica amoris Christi haud credit tempori. Fit dulcior modulus, suavior concentus, ex dissonantia temporalis usus: etenim in tenore immobilis modulaminis, contra intervalla & temporis mutationes.

Paralyticus piscinæ dedit alapam Iesu.

Matth. 21. 9

Ioann. 19. 14. 15.

Cap. 18. 40.

Qui videbatur amor, vagatur furor.

18 Quis enim arbitraretur, per arundinem levem posse indicari firmitatem? Unde Piccinel. in *Mund. Symbol.* lib. 9. num. 99. dicit: *Firma, licèt infirma.* Carduciusque ibid. numer. 103.

Piccinell.

Carduc.

In levitate sua constans agitatur arundo.

Etiam symbolum est amoris, quippe aliquando sumitur pro sagittis. Virgil. 4. *Æneid.* v. 73.

——— *Hæret lateri lethalis arundo.* Virgil.

Siccine signatum ex operatione ministrorum furentium, qui dum proprio incubuerunt sceleri, famulati sunt Redemptoris intentioni: etenim ponentes arundinem in dexteram eius, genuque flexo adorantes uti regem, eius vel in illos exprimebant amorem. Illudebant, sed regem amoris, vel amorem divini regis vel nescientes salutabant. Impriè amor eximius demonstrari in arundine videtur, quùm hæc, levis utpotè hinc inde vagatur: equidem quasi volatilis mutat situm iuxta currentem vel concurrentem ventum, torquendo & retorquendo inclinationes, & motus inclinationum iuxta cursum aut recursum ventorum flantium. Iccircò negat Ioannem Baptistam esse arundinem vento agitatam, qui cuius tenuit propositum, semper secutus est cursum. Vernaculè: *No mudò rumbo.* Quare ergo pro firmitate vehementis amoris, exponitur sceptrum vagæ, levissimæ arundinis? Perpende. Dum quiescunt ventorum flamina, arundo semper versus cœlum recta. Dum ventorum undis agitatur, inclinatur, movetur & commovetur; sed contra ventum flantem, minimè ad ventum moventem: amorque eximius comparatur arundini, ex levitate temporis magis constanti; quoniam amor claret in pectore eximius, dum cordis inclinatio adversus temporis motus. Amor in hominibus sequitur ventos. Iuxta aspirantem ventum, vel quiescentem, removent aut movent amorem; plaudentes, vel plodentes affectum, qui vertitur vel invertitur secundum temporis motum, per inæquale aphthongum tempus; quippe adversantur mutuò, continuò & posterius & prius. Excellentia veri amoris opponitur amori instabili temporis: amorque Christi arundini ritè confertur; quæ contra ventum à vento mota inclinatur; quippe firmiùs radicatur in pectore, ex temporis levitate. Nostrates: *El amor de Christo excessivamente firme; porque se inclina contra el tiempo que corre.* Parvi ducit plausus vel despectus: stat in hominum levitate constans animus: dilexit propter amorem, & dilexit propter se, qui semper stat.

Matth. 27. 29.

Matth. 11. 7.

Amor eximius adversus temporis motus.

——— *Certo nam tempore cuique*
Inspirat tacitè blandum per pectora amorem.

Nat. Com. ubi supr. lib. 1.

Sed descisit à fide, claudo & claudi-

can-

cante tempore. Christi stat : equidem quanvis sui duntaxàt diligebant iuxta tempus ; firmiter cùm dilexisset arctè, dilexit suos. Estò volarent in dilectorum corde, respectu amoris Christi (ut aliò canit Ovid. 5. *Trist.* Eleg. 2. v. 9.)

Ovid. *Procedunt tempora tardè.*

19 Tempora labuntur tacitè efficacitate musicæ, sufficiturque absentia pro dissono tempore ; igitur ad amorem tonus temporis & motus, non est cursus, sed incursus. Cœli enim iam portabunt vocem fidium ; quia modò nec loquelæ nec sermones quorum non audiantur voces & dulces. Absentiæ in amorem occurrit cantus, sed *in magna domo auctus est sonus, suavitatis plenus.* Eccli. 50. 20. equidem concinnavit Christus superioris musicam, ut expugnaret amoris novercam. Absentia satagit adversari, & iurgio consonantiam impedire. Æquivoco Hispano: *Contrapuntear.*

Certamen absentiæ & Christi amoris.

Nat. Com. *Non tenet imperium regis, nil audit, & unus*
Est cordi fragor, & strages & murmur & ira.

Uti succinit Natal. Comes, ubi supr. *lib.* 4. Pravus absentiæ animus, cui amor invisus : etenim etsi præsentià ignis musicæ crescit, in absentia voce cadit ; quoniam dum volat dilecti species, vox, quæ absentià dissona, intercidit flammam ignis: igitur invenitur in arte amoris sine arte, & continuis intervallis nullas cantus habet voces. Hic est recessus tenor & modus, ubi lumina infelix fugit dilectus. Quo ergo modulo Christi exponitur summa in absentia dilectio ; ubi dicitur transiturus ex hoc mundo ? In bivio detinetur amor? Nullo modo. Absentia clamabat, ne audiretur tot vocibus Christus, ac periret sine modo dilectus mundus ; sed raucæ factæ sunt præ clamore fauces eius : igitur illam ut prævaleret in dilectione tenor,

In illam ingeniosus Christi amor.

Ovid. *Epist.* 19. v. 30. *Adstrinxit verbis ingeniosus amor.*

Acutiorem tunc amor edidit vocem. Ingeniosus in studijs cogitavit artem, qua dilectorum oculos fugeret; & fugiens cum dilectis miro modo maneret. Hoccine prodigium dilectis indicatum est, cùm duo ex illis irent in castellum Emmaus : siquidem ex peregrina specie arbitrabantur illum longè ab oculis ; sed amor *ibat cum illis.*

Luc. 24. 15.

Matth. 28. 20. 20 Miremur ingenium. *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi* : dixit illis valedicens. Si discedit, & transit ex hoc mundo ad Patrem, quo ingenio cum illis usque in sæculi consummationem? Facta cœna & institutà Eucharistià. *Hac de causa Christus* (subdit Alapid.) *vocatur Emmanuel, idest, Nobiscum Deus.* Absentià friget amor, vel aboletur : veri amoris nonnunquàm manet tenor, cuius dilectio etiam amissà vità non moritur. Videbatur discessione quasi extincta dilectio, cùm transiret Christus in cœlestem ex hoc mundo : & ut vincat absentiam, amore nimio instituit Eucharistiam ; quia sacramentum amor singularis cogitavit, quo præsentia fugeret, atque præsentia maneret: igitur ibi videtur, à quibus non videbatur. Aliud est fugere ab oculis, & aliud oculos fugere cordis, scilicèt, excellentià charitatis ; cuius *ingenium*, ut dicitur à Gentium Doctore, complectitur impossibile : igitur si videtur, adesse & abesse ; vicit, dum esse in cœlo & in Eucharistia excogitavit : quandoquidem oculis cordis manet & oculos fugit ; quippe præsens patet oculis estò non videatur præsens.

Alapid. *Amor absentiâ alget.*

2. Cor. 88. *In quo Eucharistig mysterium.*

21 *Vado & venio ad vos* ob huiusmodi ingenium charitatis, in sermone post cœnam dixit illis. Haud facilis testimonij sensus, quippe in oppositа motus. Ego, ait, à mundo cogito exitum, sed ero vobiscum. *Vado & venio.* Si vadit, quo ingenio venit ? Si venit, quomodò vadit ? Impossibile prorsùm, adesse & fugere : præsentem esse & non esse. Impossibile haudquaquàm ingenioso, eximio amori, studium pulchritudinis habenti; equidem ut peregrinus, mirabilis, novus, excogitavit, ut diligeret suos ; ab oculis dilectorum longè abire, & cum illis, uti charis, esse sub aliena specie. Impossibile erat, haud institutà Eucharistià : possibile, estò mirabile, *cœna factà.* Hoccine augustum singulare Sacramentum rutilat miraculum complicatum ; quod, memoriam faciens mirabilium suorum, adinvenit gloriosè charitatis ingenium. Propter absentiam corporis necessariam, hanc eiusdem corporis excogitavit præsentiam. Præsentia & absentia eiusdem, est perspicua contradictio : quam superavit ingeniosa dilectio : quippe ingenium insignis amoris magni ; præsentem esse, & non esse. Ob digressum ab hoc mundo, Christus vadit : ob accessum sub specie peregrina, in mundum venit. Non vadit & venit hinc inde, quia inconstans amor. Venit eodem tempore, quo vadit. Morte exprimit distantiam : Sacramentoque præsentiam. Vadit, quippe transit

Ioan. 14. 28

Cap. 13. 2.

Eximij amoris insigne, esse præsentem & absentè corpore.

ex hoc mundo. Vadit veniens, quia manet in Sacramento: stante in quinque vocibus, amoris firmi inventione; adversus voces atque diapsalmata absentiæ: igitur nanciscitur propter hominis amorem, abire & esse presentem.

22 Sol Iustitiæ Christus Dominus dum emisit spiritum, cognovit & non cognovit occasum. Vide *num.16.* Cognovit occasum, quippe ab hoc mundo discessit; non cognovit, quoniam in hoc mundo mansit. Occasus vitæ erat crux, quem cognovit dilectione flagrans cor. Crux erat occasus vitalitatis, sed non vitalitatis amoris: equidem huius perseveravit flamma, vel vità extinctà; cùm ascenderet super occasum, instituens mirabile sacramentum, quo corpore esset absens, & corpus præsens. Occurrit illustre testimonium. *Non turbetur cor vestrum*, eodem in articulo dixit. *Si abiero iterùm venio. Iterùm venio* accipitur de iudicio futuro. Vide Maldonatum, & Caietan. hìc, qui subdit: *Venio pro venturus sum.* Non accipio, siquidem præsens deservit dilectionis sacramento. Quia abibat, cor illorum turbabatur; dicitque illis, *Non turbetur*: Abibo, veniam, & venio: igitur si abeuntis aliquando futura corporalis præsentia; habetis in Eucharistia. Non turbemini: amoris ingenio, charitatis artificio, *vado & venio.* Non turbemini. Præsentem utique habebitis, etsi per vitæ occasum abiero à vobis. *Quid est quòd vadis* (ait Augustinus hìc *tract.68.*) *quid est quòd venis? Si te benè intelligo, nec unde vadis, nec unde venis, discedis.* Subtilis cogitatio, sed alia in nostrum propositum cogito, ex ipso textu.

Ingenium amoris quæritum, & in quo?

V. 1. & 3.

Caietan. *Præsens pro futuro.*

Augustinus.

23 *Si abiero, iterùm venio.* Abit & venit: abijt & veniet in mundum. Sed quorsùm *Iterùm*? Iterùm veniet, dum in cœlum abijt. Quando primò, ut dicat *Iterùm* in adventu? Venit de cœlo in inferiores partes terræ, sed à terra non abiverat. In ascensione in cœlo recessit à terra, venturus in gloria. Quo pacto dicit *Iterùm*, dum unum, post abitum, credimus reditum? Non est unus, ubi amor in dilectos ingeniosus. Veniet sanè in mundum in fine mundi, cùm abijsset à mundo: huncque adventum dicit *Iterùm*, ut constet eius dilectio: equidem si veniens ostendet mundo præsentiam, pridem abiens venerat in Eucharistiam. Pridem, propter amorem, ut dilecti ita amantem habeant præsentem. Unde cùm eius advenientis præsentia permaneat in Eucharistia; primò venit in augustum Sacramentum, qui venturus est in mundum.

Miraculum magnum in Eucharistia indicat amoris Christi intensionem flammam.

24 Apud Ethnicos usuvenit, chariores suscipere ore ultimum halitum moribundi; quasi in illis animam deponeret, quorum manus eius lumina clauderet. Unde Ovid. *ad Liviam*, v.157.

Sospite te saltem moriar Nero: tu mea condas
Lumina, & excipias hanc animam ore pio. Ovid.

Abibat, & clausis oculis ultra impotens videre, quos diligebat eximiè: & ut aliquomodò expelleret in recessu amoris novercam, dilectis credebat animam, quæ abiens sedebat in pectore amico, quasi in deposito; quin absentis deficiente vità, intercederet absentia: igitur si anima fugiebat oculos, nequaquàm pectus. Fulgeat ergo Christi charitas, per quam correcta vetustas. *Qui manducat me, ipse vivet propter me*, inquit de huiusmodi sacramento Assertor noster. Nemo vivit alterius vità, quippe cuncti vivunt vità propria, quæ motus à se, quod vità alterius non fit. Quo ergo ingenio vità Christi vivens vivet, qui illum condignè susceperit? Hæc cuncta cogitamina eius amoris pro meditata præsentia, in absentia necessaria; qua dilectio friget, vel non fervet: à corde removetur, vel suffocatur. Amici visuri erant in cruce animam exhalantem, sed non absentem: dicitque per illum victuros viventes, ingenio miro delicati amoris: igitur dum videbant, estò mœsti, mori vitam; in pectore dilectorum amans deponebat animam. Datur absentia, ubi deficiens avolat vita: & in morte Christi, eius haud videtur absentia; quoniam perperàm, etiam in morte, cogitari potest defecisse halitum, cùm dilectus qui vivit, vivat per illum. Fugit ab oculis, sed sedet in throno pectoris.

Mos ethnicorum morientium.

Ioann.6.57.

Quo ingenio Christus moriens, non absens?

25 Quomodò possunt hæc fieri? Videte. Intendit Elias videre in spelunca gloriam, præaudiens mirabilem musicam. Unde pro *Sibilus auræ tenuis*, legit Chald. *Vox summissa subtilis. Vox Angelorum canentium in silentio.* Huiusmodi cantus eius elevavit mentem percutiens aurem. *Ecce vox ad eum. Quod cùm audisset Elias, operuit vultum suum palio.* Si videre gloriam cupit, lumina operit? Modo intendit singulari, si clausis oculis satagit videre. Utique, in signum amantis pro præ-

5. Reg. 19. 12.

Vers. 13.

præſentia rei abſentis. Subterfugit oculos, ubi præſentiæ non ſenſus : & dum cupit deſiderata videre; ut videat, oculos claudit : equidem invenit in clauſura pectoris, quòd per abſentiam evanuerat ab oculis. Quiſquis amat, à dilectis videtur præſens, nequaquàm abſens. Quiſquis diligit eximiè, ſemper præſens: equidem ſi per abſentiam non invenitur à facie ; qui amat vehementer invenietur in corde. Præſens eſt, & non videtur ; non viſus & invenitur : invenitur interiùs, qui non viſus : pallioque obnubitur facies, dum præſentia deſideratur amoris ; quippe animam illuſtrante preſentiâ, tranſit dilectus, ut videat, in animæ penetralia. Vox muſicæ ſingulariſsimæ fit ; & in ſilentio, quippe loquitur ad cor : hæc cineque muſica dicitur ſilentio gloria; igitur nulla maior, quam nulla abſentia in abſentia : ingenio namque amoris, ſuprema, excellenti fide ; qui abeſt, ut præſens invenitur in pectore. Iam abſentiæ & fauſtè contabuit muſicà cor : & ut canit aliò Ovid. *Epiſt.* 21. v. 198.

Claret in penetrali pectoris, dum fugit ab oculis.

Amoris gloria, quòd nulla abſentis abſentia.

Plectra dolore tacent : muta dolore lyra eſt. Ovid.

Siccine qui ab amore victus, vicit omnia, vocis mirificæ ſcientiâ. Per amoris ſingularis tenorem, ſuperavit abſentiam, tempus & ingratitudinem. Quis enim reſiſtet, dum efficaciùs, quàm fictus Amphion, ſaxa canendo movet? En divini meduli, cygni cœleſtis ſingulare modulamen.

Iuvat ante ſuum ſic cecinisse diem. Idē, *Epiſt.* 22. v. 72.

Cantabiles mihi ſint iuſtificationes tuæ. Sonet, ò Ieſu! vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis. Quid facies decora, ſi dulcis muſicà? Ex corde meo

Surgat ad æthera flamma. Herm. Hugo.



TAUTOLOGIA UNDECIMA.

LUX AURORÆ ORIENTE SOLE.

2. Reg. 23. v. 4.

EXPOSITIO LITERÆ.

ASstruſum profectò hyperbaton (ſi quod aliud in Sacra pagina) eſt totum Davidis canticum cuius ex parte præſens conficitur Tautologia: imò aridum, non ſolida, ſed florida tantùm in expoſitione quærentibus. Opportunè Terentius in *Heautont.* Act. 5. ſcen. 5. v. 14.

Terent. ——— *Hæc dum incipias; gravia ſunt;*
Dumque ignores: ubi cognoris, facilia.

Imò dulcia, quippe volupe intellectui, ut quieſcat, invenire veritatem; quæ quidem magis arcana, quo dulcore plena. Ita verba huius Cantici difficilis in-

Verſ. 1. telligentiæ, ut nec præambulum vacet quæſtione. *Hæc autem ſunt verba David noviſſima*: dicitur. Non ultima quæ locutus, ſed quæ locutus vatidicè. Nihilominus tamen

Pſal. 71. 20. occurrit, quod poſt finem Pſalmi, 71. additur, nimirùm: *Defecerunt laudes David, filij Ieſſe.* Ideſt, cantica David, quæ ordinavit in choros templi ad laudandum Do-

Hebr. minum coram fœderis Arca. Hinc Hebr. *Conſummatæ ſunt orationes David.* Perperàm verba præſentis hymni erunt noviſsima, dum Pſalmo cit. deſignantur conſummata. Alij aſſerunt, ultimum Davidis fuiſſe Pſalmum; ſed collocatum extra ordinem:

Hilar. equidem teſte Hilario in *Pſalm.* 2. *Omnes ſecundum Hebræos confuſi & habebantur & habentur.* Alij, pſalterium tunc dicunt conſtaſſe illis hymnis, quorum ſeptuageſimus

Cur ſi etiam Pſalmi alio rum, dictum pſalterium Davidicũ? primus pſalmus eſſet ultimus: quoniam qui ſequuntur per alios, temporibus varijs, collecti fuerunt: inter quos aliqui Adami (ut *Pſalm.* 92. iuxta Rabbin.) aliqui Moyſis (uti 89) Aſaph, Etan, & filiorum Core, demùmque Davidis, ut conſtat, poſt ipſius mortem collecti. Unde cùm maior numerus eſſet canticorum David; corpus cunctorum dictum eſt Davidicum Pſalterium. Vide hìc Maluend.

2 At arbitror hunccinePſalmum non fuiſſe ultimò à Davide compoſitum, iamiam morituro: tùm quia ex illo conſtat factum poſtquàm ædificare voluit templum Arcæ fœderis, hancque tranſtulit in arcem Sion è Obededonis domo: qua de cauſa illi Dominus promiſit filium eius Salomonem, excelſum præ regibus terræ, opus templi auguſti perfecturum. 1. *Paralip.* 17. & 2. *Reg.* 7. Tùm, quia hìc cap. 23. dicuntur *Verba noviſſima* David: & utraque noviſsima nequeunt eſſe. Poteſt meritò illum Pſalmum dici ultimum & finem hynorum, non præut connotat non amplius; ſed præut ſignat Davidis propoſitum: nimirùm, promiſsionem illi tunc factam Chriſti ex illo futuri. Quare cum literaliter de Salomonis, allegoricè de Chriſti regno tot inſignia præcineret; ſynecdochicè hic Pſalmus dicitur finis Pſalmorum, quippe in illo continetur quicquid optaverat & optabat, ſcilicèt; ſumma votorum, incarnatio Verbi Dei. *Completi ſunt, ſive finiti Pſalmi David* (ait hìc Genebrard.) *quoniam totam plenitudinem & finem iam enarraverat*: etenim homo votorum compos omninò quieſcit, dum quid ampliùs cupiat, non habet. Hic finis ſumitur pro re principali, ſeu voluntatis & animi plenitudine, gaudio pleno ac conſummato, deſiderij apice, & ſummo felicitatis faſtigio, quaſi nil ultra.

Finis rei pro cauſa finali, ſeu propoſito conatus.

Genebr.

3 Patet quam aptè, in Pſalmo ſecundo, qui ab Hilario dicitur primus. Quare hic

Act. 13. 33. in illud Act. Apoſtol. *Sicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te*; ſubdit: *Sicut in Pſalmo primo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ob hanc ergo Apoſtolicam auctoritatem, errore ſcribentium fieri creditur,*

ut

ut in ordine secundus Psalmus iste numeretur ; cum primus esse, ipso Doctore Gentium testante, noscatur. Cognoscenda itaque ea ratio est, cur & à nobis secundus esse intelligendus sit, & ab Apostolo esse primus, ostensus sit. Beatus ergo Apostolus Paulus secundum professionem suam Hebræus ex Hebræis, etiam secundum Hebraicam cognitionem & fidem Psalmum hunc primum esse dixit. Unde quia principalis, utpotè continens ampliora mysteria Verbi; filij Dei nimirùm incarnationem, nativitatem, passionem, resurrectionem,& sessionem in cœlestibus; primus dicitur Psalmus. Haud secus Psalmus 71. dicitur ultimus, seu finis; quoniam finis legis Christus, propter quem omnia: maximaque nostræ redemptionis mysteria in Psalmo illo septuagesimo primo vaticinata, uti notat Hieronym. Promiscuè in sacra pagina, quod præstantissimum in quolibet genere,demonstratur per finem & principium,quasi totum continens.Apocal. 1.8. *Ego sum A & O, principium & finis*: illustravimus ex profanis, *Tautolog.*3. n. 119. Accipe alia. Ovid.1. *Fastor.* v.717. *Primus & ultimus orbis.* Albinovan.ad *Liviam*, eodem sensu : *Tu solus & ultimus illi.* Propert. *lib.*2.*Eleg.*20.v.34.*Ultima, quæ prima.*Horat. 1.*Epist.*1.v.1. *Prima & summa.* Plato de *Legib.*lib.4. *Deus initium & finis.* & denique Plutarch. de *Educat.liber.* inquit: *Primum & postremum.*Quasi summa totius, animi propositum, reique momentum; ut alibi Horatius: *Meorum finis amorum.* Quapropter cùm quicquid continetur in *Psalm.* 2.& 71. sit summa mysteriorum, hæcque dicatur principium & finis rerum; ob præstantiam argumenti, ultra quod nihil, Psalmus secundus dicitur primus, & primus supra septuagesimum finis Psalmorum.

Quo intuitu Psalmus secũdus dicatur primus? Hilar.

Principium & finis pro rerum summa.

4 Haud displicebit,quòd lector accipiat uti verba novissima & præsens canticum & Psalmum septuagesimum primum;equidem utriusque haud discretum argumentum. In Psalmo scopus Christus est: non aliud in præsentiarum propositum. Claret. *Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob.* Quid expressius, atque signatius in hanc causam? Quid perspicuius in Verbi Divini incarnationem? igitur Christus factus Patri,ut ait Apostolus,Rom. 1.3.*ex semine David secundum carnem*:additque David meditanter*Dei Iacob*,in allusionem scalæ visæ ab hoc insigni Patriarcha.Unde Hebr.ut notat Hieronym. in *Traditionib.* legit: *Cui constituta est scala Christo Dei Iacob.* quippe huic revelatum, vertendam aliquando per generationum gradus, scalam; ita ut homines essent suprà; infràque, qui nitebatur ut Dominus gloriæ,summitati illius scalæ:nimirùm cùm descenderet in terram,& homo è iugo diabolicæ tyrannidis erigens caput, assumeretur in gloriam. Hoc arcanum, utpotè vaticinium,obscurè à Davide fuit prolatum; ita ut ambiguitate verborum (quoniam non omnibus datum est, nosse mysteria) posset intelligi ipsum constitutum Christum,seu in Christum Domini,scilicèt populi Dei principem (uti figurativè, 1.*Reg.*2.10.35-12.3.5. & alibi sæpè) vel constitutum pactum de futuro rege in Christum,quatenus filius David illi succederet etiam in regia dignitate:verumenimverò si attentè enucleantur verba,clarebunt potiùs de fœdere facto à Domino cum David (ex quo illi tantum gaudium, uti gaudium plenum) de incarnatione Verbi Dei,hominis futuri ex eius semine.Non enim dixit,sicut alibi:*Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius.*Psalm.2.6.sed inquit: *Cui constitutum est de Christo Dei Iacob.*Hinc ut demonstret decus,honoremque familiæ,ab illo tot gratijs dignatæ,duntaxàt quia ex accepto Dominus & non ex condigno voluit; humiliter subdit: *Nec tanta est domus mea apud Deum,ut pactum æternum iniret mecum, firmum in omnibus atque munitum*; ita ut familia mea fulgeret, *sicut lux Auroræ,oriente Sole,manè absque nubibus rutilat.*En Tautologiæ argumentum.

Verſ. 1.

Hieronym. Gen.28.12. *Scala Iacob, quando inversa?*

Quantum gaudium ex sola Verbi incarnationis imagine! Verſ.5.

5 Placita DD.prætermittenda, quia varia & summè abstrusa,plena subauditionibus, ad perspicuam delicationem difficultatum parùm pervijs. Unusquisque næ suo abundat sensu, præut concipit, & intelligit (haud præut contextus exposcit, attentis circunstantijs doni concessi, & optati) ductus alijs atque alijs versionibus, quæ magis (quippe sensu pendulo) materiam confundunt quàm exponunt. Nihil miretis. Etiam sine sensu Hispana Complutensis Versio. *Y como la luz de la mañana,quando sale el Sol de la mañana sin nubes,por resplandor,por lluvia,hierba de la tierra.*Vulgatus sic. *Sicut lux Auroræ, oriente Sole, manè absque nubibus rutilat ; & sicut pluvijs germinat herba de terra.* Dicam & brevi quid placet,& quò Davidis pectus collimet.Hic inconcussum est,agi de Christo, è domo David futuro,de quo Deus fidem suam oppignoravit, *Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*Psalm.131.11.Unde ne cogitaretur pactum de Salomone,cuius re-

Verſ. Hiſp.

Verſ. 4.

Davidi facta promissio de Christo ex eius semine.

regnum habuit finem; de Salvatore exponit Angelus Virgini-matri. *Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Luc. 1. 32. 33. Cognovit gratiæ magnitudinem, vel qui donum accepit: igitur cùm posset esse ex alia tribus Iuda familia, imò ex multiplici Iesse, patris etiam David; ex suppositione, quòd filius Dei veniret in carne, Davidi profectò maximi, quòd esset ex eius semine. Siccine grates rependit verbis præfatis: *Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum*: ideſt, *firmum in omnibus atque munitum.*

Et promissio absoluta.

6 Deinde etiam statuendum est, decretum incarnationis Verbi Dei ex semine David, profectò absolutum fuisse; & ita, ut per effectum paterent quæ dona cum Davide à Domino pacta absolutè, & quæ pacta duntaxat conditionatè: cuncta exponuntur *Psal.* 88. & 131. Multa utique irrita propter filiorum scelera. Verùm etsi ipsi defecerint, incarnationis decretum nullatenùs immutandum. *Firmum in omnibus atque munitum.* Iam enim statuerat. *Si autem dereliquerint filij eius legem meam, &c. visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Semel iuravi.* Licèt filij degeneres, propter David servum meum, non avertam faciem Christi tui. Illi sanè pœnas luent, dum familia singulari haccine dignitate, sicut Aurora fulget, oriente Sole. Iccircò subdit; *Prævaricatores quasi spinæ evellentur universi, quæ non tolluntur manibus.* V. 6. Plura dixi, *Tautolog. 6. à num. 22.* & *Tautolog. 9.* latè, à *n. 61.* ideo astruere renuo alijs testimonijs. In summa, domui David concessa, & per pactum, prærogativa Verbi Dei, carnem assumpturi ex eius semine, quàm iniquitates filiorum nunquàm poterant frustrare. *Thronus tuus erit firmus iugiter.* 2. Reg. 7. 16- 1. Paral. 17. 14. Nihil pacto, fœderique nocebit, igitur domum quam elegi semper rutilabit *sicut lux Auroræ, oriente Sole.*

Psal. 88. 31. Ps. 131. 10.

7 His suppositis, proclivis testimonij delicatio: verùm priùs verba notanda, ut ex modo constet, quàm præoccupata Davidis cogitatio, ex magnitudine gratiæ. Verba imperfecta esse alicuius cordolij, aut corsalij signa, diximus sæpe, *Tom. 3. T. 12. n. 17.* hìc *Tautolog. 3. n. 46.* & *T. 10. n. 2.* Hæc figura dicitur *Apostopesis*, qua emphaticè ferè nihil dicimus, & plura significamus, *Eclipsis*; quo schemate aliquid subaudiendum est in sensum perfectum conceptus mentis. Denique etiam dicitur *Ellipsis*, quia vox aliqua reticetur, quæ in captum loquentis exprimi desideratur. Isai. 33. 24. *Populus, qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.* cap. 66. 18. *Ego autem opera eorum & cogitationem eorum.* Supple, *novi.* Thren. 2. 9. *Regem eius & principes eius in gentibus.* Psalm. 10. 4. *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius.* Cicero lib. 1. de *Somnio Scipion.* ait: *Vix è domo discesserat, mœrere servi, lugere filij, coniux misera lamentari.* Supple, *cœpit.* Hor. 1. *Satyr. 9.* v. 75. *Quò tu turpissimè?* Virgil. 2. *Æneid.* v. 733. *Fuge nate, propinquant.* Ideſt Graij; sic alia. Haud aliter in nostro testimonio. V. 1. *Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob, egregius psaltes Israël.* Quid? V. 2. *Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam.* Verùm quid, silet. V. 3. *Dixit Deus Israël mihi, locutus est Fortis Israël, Dominator hominum.* Sed quid locutus? Profundè tacet. Sibi retinuit. Demùm, v. 5. *Cuncta salus mea, & omnis voluntas.* Quis qui cuncta, & voluntas & salus? Vox faucibus hæsit. Haud secùs in Tautologiæ testimonio. *Sicut lux Auroræ, oriente Sole, manè absque nubibus rutilat, & sicut pluvijs germinat herba de terra.* Ita quid? Gaudio apparet anima Davidis plena, quùm apparent verba trunca. Nihil dicit, & totum dicit: dicit, plus quàm dici potest. Emphaticè, quasi singultatim, eloquentissimè mentem expressit. Floridè hoc schemate usus est Ovidius, 2. *Fastor.* à v. 833.

Apostopesis, Eclipsis & Ellipsis.

Cicer. Horat. Virgil.

Incarnatio Verbi verba præcognoscentis arripuit.

Vers. 4.

Ovid.

Ter conata loqui, ter destitit: ausaque quartò.
Quodque potest, narrat: restabant ultima, flevit.

Modò verò quid David, quin dicat, dicit, dicendum à nobis.

8 In primis Sanctius hìc *num.* 13. cogitat ly *Sicut* conferri in totum Psalterium. *Nam totum* (inquit) *stillat cœlesti quodam nectare: totum splendet sicut Aurora, quam nulla nubium opacitas obscurat; & non aliter à sitientibus mortalium animis excipitur, quàm cœlestis imber ab agro sitienti.* Extra chorum saltat, quod in Doctissimo prorsùm miror: equidem eius doctrina singularis ac insignis musica, menti ex veritate ingeniosissimè consona. Alapide confert non rem revelatam, sed certitudinem revelationis cum splendore Auroræ diluculò rutilantis. Quæ sententia fuit etiam Lyræ dicentis: *Ad ostendendum*

Sanct.

Alapid.

dendam excellentiam Prophetiæ, quæ fuit ſine imaginibus, quæ ſunt quaſi quædam nubes contemperantes veritatem intelligibilem debilitati intellectus humani. Hoc eſt Abſque nubibus, *abſque imaginibus, viſione intellectuali.* Verùm frequenter, & iurè accipiuntur verba de ſtirpe David perpetuanda uſque ad Chriſtum, deindeque in Chriſto in æternum & ultrà. Liran.

9 Alij arbitrantur, poſteritatem David conferri cum pluvia à Sole oriente excitata, igitur ſubdit: *Neque eſt quicquam ex ea, quod non germinet.* Simulque dignitatem regiam cum Aurora, ſine nube rutilante: quod quidem non abs re. Sic Tigur. *Sicut lux Matutæ, cum Sol oritur, Matuta, quæ non habet nubes præfulgore ſuo: & propter pluviam, quæ herbam è terra elicit.* Arab. *Erit talis ſicut lux matutina, oriente Sole: matutina abſque nubibus; per quas à ſplendore & pluvia eſt germen de terra.* Hebr. legit haud in collationem, ſed in diſſimilitudinem. *Sicut lucem matutinam illuſtrabit Sol. Manè non nubes. Manè verò nubes ab illuſtratione Solis* (Quæ excitat pluviam) *à pluvia herba è terra. Non ſic domus mea.* Quod videtur contrarium, elucidat totum Davidis propoſitum, ac delicat germanam expoſitionem in noſtrum de Incarnatione argumentum. Luſtratio dicitur Solis, non in aurora, aut in oriente; ſed poſtquàm ut verbis Statij dicam lib. 1. *Achill.* v. 242. Verſ. 4. Tigurin. Arabic. Hebr. *Aliud ortus Solis, aliud luſtratio.*

Iam premit aſtra dies, humiliſque ex æquore Titan
Rorantes evolvit equos, & ab æthere magno
Sublatum curru pelagus cadit. Stat.

Noſtro in teſtimonio liquet, quid Sol operatur in Aurora, & quid poſt ortum luſtrans univerſa. Primò in aurora, vel ſummo in margine fulget, poſt nubibus haud ſplendet, imò pluit: igitur ex exhalationibus, eius calore elevatis denſantur nubes & nubes, ſplendoris Solis obices. Non ita domus mea in promiſsione mihi de Filij Dei incarnatione facta: equidem etſi nubes peccatorum ſurgant, quæ irritum facere ſolent pactum; minimè valebunt Solem ſepelire, nec dedecorare ſplendorem proſapiæ. *Non ſic domus mea apud Deum.* Firmiſsimum eſt pactum, atque munitum. Haud fœdus, quod Deus mecum pepigit, eſt conditionatum, ut Sol ſplendore modò fulgeat, decurſuque temporis criminum nubibus luce, qua exortus eſt, cadat. Non fruſtrabitur. Non ulla nubes obſtaculum, nec è terra exhalatio impedimentum: etenim haud fulgebit ſicut Sol in luſtratione orbis univerſi irradiat; ſed ſicut Aurora, oriente Sole, abſque nubibus rutilat. Ideo palilogicè per Epizeuxim iteratur *Manè, manè, Matutina, matutina.* Quæ lux in Aurora, proceſſu Solis mutabilis: mihi facta promiſsio firma vel decurſu temporis: quandoquidem ſplendor Solis iuſtitiæ futuri, perſeverabit ex pacto, ſicut erat in principio. *Tronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidelis.* Domus mea uti Sol rutilans tota die lucidus. Non erit, ſicut quam vidi, domus Saul. Illam utique Dominator in Iſraël primò honorando, in ſplendorem evexit; poſt propter dignatorum nequitiam miſit tenebras, & obſcuravit. *Non ſic domus mea apud Deum;* ſed *ſicut Sol in ortu ſuo ſplendet.* Iudic. 5. 31. Iuravit Dominus. *Miſericordiam meam non auferam, ſicut abſtuli à Saul, quem amovi à facie mea: & fidelis erit domus tua & regnum tuum uſque in æternum* (2. Reg. 7. 15. 16.) *& thronus tuus erit firmus iugiter.* Unde Pagnin. *Sicut lux matutina orietur Sol, manè abſque nubibus à ſplendore:* & Vatabl. *Sicut lumen temporis matutini*: igitur illo in tempore lucidiſsimum Solis in Aurora lumen. Hebr. *Epizeuxis.* Pſal. 88. 37 38. *Prima expoſitio.* Pagnin. Vatabl.

10 Lectio Maluendæ ſcopum animi Davidici tangit. *Sicut lux manè, exorietur Sol.* Nihil profectò diceret, ni in Solem iuſtitiæ, de quo pactum, Regius pſaltes intenderet: equidem ſi lux matutina à Sole; Solem exoriri ſicut lucem, idem eſſet, ac Solem exoriri ſicut Solem. Sol qui promittitur & expectatur naſciturus (de quo David loquitur) non eſt Sol iſte, qui ortu & occaſu peragit diem; ſed Filius Dei in carne viſitans nos Oriens ex alto. *Oriens*, ideſt, Sol, ut videbimus infrà *num.* 25. Cogitari quibat, Davidi ſub conditione promiſsio; & ita poſſet abolere filiorum ab eius virtute degeneratio: at decretum huius ſingularis honoris abſolutum; quapropter inviolabile, firmiſsimum pactum: in cuius ſignum meditanter dicit David, *Sicut lux manè*, profectò *exorietur Sol*; quippequàm ita infallibile Solem iuſtitiæ natum ire ex eius ſemine, ſicut lux oritur manè. Ex huius Solis ortu emanabit Davidicæ ſtirpis fulgor, ex quo ſtabilis ſplendor; quin pluvius dies in propudium, ſed clariſsimus ab ipſo Solis ortu uſque ad occaſum. Maluend. *Secunda expoſitio.* *Infallibilis promiſsio facta a Deo Davidi de Incarnatione.*

Auroram inter & Heſperum
Et qua Sol medium tenens,

Um-

Senec. *Umbras corporibus negat.*

Ut aliò ſuccinit Seneca, in *Hercul. furent.* v. 882. & Papin. Statius, 2. *Thebaid.* à v. 134.

Et iam Mygdonijs elata cubilibus alto
Expulerat cœlo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excuſſa comas, multùmque ſequenti
Sole rubens. Illi roſeus per nubila feras
Advertit flammas, alienumque æthera tardo
Stat. *Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem*
Impleat, atque ipſi radios vitet eſſe ſorori.

Ita igitur meritis orituri Solis & Auroræ (quia ex mea domo) rutilabit domus mea; quin nube ullà obſcuretur, nec fœdus unquam frangatur, *& non obſcuritatem inducet à luce.* Reg. legit: etenim *permanebit* ſplendor *cum Sole*, *& ante Lunam* (defectionum indicem) *in generatione & generationem.*

11 Dum Aurora rutilat, tunc Solis ſplendor purior: qua de cauſa Sophocles in *Electr.* v. 17. inquit: *Splendidus Solis ſplendor, matutinas voces movet avium.* A vaporibus Sol offuſcatur: primaque luce, quùm aër illuminatur ſub Solis adventum, nec ſunt vapores, vi luminaris, caloreque levandi. Unde ut clariſsimum lumen familiæ indicet David, non dicit, *Rutilabit ſicut Sol*; ſed ſolùm Solis adinſtar, antequàm naſcatur vel dum oritur: igitur illotunc cùm æthra vacua exhalationibus ſit, ſerenè ac tranquillè intendit & extendit per aëra lumen, quò plus rutilat, & magis nobis propinquat. Hoc eſt Aurora: ſpatium ſcilicèt illud à prima luce ante Solis ortum, quod ab ignis colore aureo, quaſi deaurat hemiſphærij aditum. Ita Varro lib. 6. de *Lingua Latin.* Vicent. Chartar. in *Phœbo*, fol. 67. canitque Senec. in *Oedip.* v. 119.

Bib. Reg. Pſal. 71. 5.

Sophocl.

Expoſitio tertia.

Litus intravit pelagi rubentis:
Promit hìc ortus, aperitque lucem
Phœbus, & flammâ propiore nudos
Senec. *Afficit Indos.*

Quid ſit Aurora?

Unde *Aurora* in textu, *oriente Sole*, abſdubiò accipi debet pro re lucidiſsima & coruſca, ſplendore rutilo, ac perfulgente luminis radio; cuius decore præſtabit domus David, ſicut in Aurora necdùm viſus, etſi micans, fulget Sol. *Lucis inſtar matutini, cùm Sol oritur*: ait Syrus, & alij apud Maluend. *Sicut lumen temporis matutini, orto iam Sole: temporis matutini non nubiloſi ex ſplendore.* Quo elucet, exprimi maximam, ſingularem claritudinem per Auroram rutilantem.

Per Auroram & Solem eximia perfulgens lux.

12 Aurora, Manè, & Diluculum pro eodem ſæpeſæpius uſurpantur, etſi propriè idem non ſint. *Diluculum* eſt prima lux, ſive oſcitatio lucis, lux dubia, lux crepera, quæ principium crepuſculi matutini. Sic intelligitur illud Pſalmi 45. 6. *Manè diluculo*: & Luc. 24. 1. *Valdè diluculo.* Marc. 16. 2. *Valde manè.* Cicero pro *Roſcio Amer.* eodem intuitu: *Primo diluculo.* & Plaut. in *Amphitr.* Act. 2. ſcen. 2. v. 171. *Diluculo primulo*: quaſi in principio lucis ſine luce. Unde Horatius, 1. *Epiſt.* 1. v. 35. *Poſces ante diem librum cum lumine.* Quod quidem ſignat Matth. 28. 1. dicens: *Veſpera quæ luceſcit*: & Ioann. 20. 1. *Manè, cùm adhuc tenebræ eſſent.* Manè propriè eſt, dum clarior, quæ cœpit claritas. *Matura iam luce dies.* Virgil. 10. *Æneid.* v. 257. Haud aliter intelligitur illud Geneſ. 19. 15. *Cùm eſſet manè*: & v. 27. *Conſurgens manè.* Vernaculè: *Era ya de dia.* Ibid. cap. 32. 22. de Iacobo dicitur: *Cùm maturè ſurrexiſſet.* Verſ. 24. *Vir luctabatur cum eo uſque manè*: & v. 26. *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora.* Patent interſtitia inter diluculum, manè, & auroram, præut lux intenſior. *Incipiunt*

Syr.

Quid ſit diluculum?

Quid Manè?

Sidera iam novo venturo cedere Soli,
Sidera iam luci concedunt.

Canit Iuvencus, lib. 4. de *Evangel. hiſtor.* v. 589. & 745. & Sedulius, lib. 5. *Carm.* v. 315.

Iuvenc. *Cœperat interea irradiare dies.* Perſius, Satyr. 3. 1. *Iam clarum manè feneſtras intrat*: & *Satyr.* 5. v. 132. *Manè piger ſtertis.* Hiſpanicè & Gallicè dicitur *Alba*, quippe tunc incipit albeſcere cœlum. Dracontius de *Oper. ſex dier.* v. 398.

Lucifero redeunte polo, moriuntur & aſtra,
Nuncius Auroræ ſubductus morte diurnâ.

Dracont. Virgil. Calab. Virgilius, lib. 4. *Æneid.* v. 584. & *lib.* 9. v. 459. quod ſumpſit ex Quint. Calabr. lib. 4. v. 3.

Et iam prima novo ſpargebat lumine terras.
Rapidum Solis iubar expectantes, ut Aurora ſurgeret.

13 Aurora eſt lux magis intenſa atque clarior, quia Sol noſtris faſtigijs proximior: di-

diciturque ab Isaia, 26.19. *Ros lucis*, quia tunc rorat; unde à rore, ut placet Berchorio, lib.5. *Reductor.*cap.53. & pluribus alijs apud Hippolyt. Marracc.in *Polyanth.Marian.* vocata *Aurora* quasi *Aura rorans.* & Catull. in *Pervirgil. Veneris*, v. 24. *Deque gemmis,deque flammis,deque Solis purpuris.* Ab alijs dicta *Aurora* ab Aura,idest,splendore, uti dicitur apud Virgilium, *6.Æneid.*v.204. *Quid Auroræ?* Catull.

Discolor unde auri per ramos aura refulsit.

Aura,hoc est,fulgor,auri rigor: vide Servium hìc & Ludovic.Carrion.*lib.2.cap.20.* Alij à colore aureo,ut vidimus,*n.*11.Iuvencus,quò nuper,v.590.& Virgil,*3.Æneid.v.*520.

Progreditur radijs terras crepitantibus implens.
Iamque rubescebat stellis Aurora fugatis. Iuvenc. Virgil.

Ovidius, 5. *Metam.* fab.1. *Lux radijs totùm patefecerat ignes.* Sil. Ital. lib.11. de *Bell. Punic.* v.371. *Curru splendente sub undis*: frequenterque plauditur ab Homero comà flavà & auratà. Alij aptius ab Oriente, qui Græcè dicitur *Eoös*, à quo Sol, & Apollo apud Ethnicos *Liceus*,& Aurora *Lyce*;quippe eius lux ab Oriente.Canit Orpheus in *Argonautic.* à v.358.

Sed cùm mane sacrum surgens aperiret Eoö
Oceano terras, iam iamque Aurora ruberet,
Dulce hominum generi lumen. Orph.

Plures vel ex latinis secuti sunt stylum & phrasem, studiosi imitationis.

Et vigil Eois lucifer exit aquis.

Accinit Ovid. *6. Fastor.* v. 466. Propert. *lib. 3. Eleg.*24. v. 7. *Color roseo collatus Eoö.* Idest,*Auroræ*, subdit Passerat. hìc: Serviusque in 1. *Georg.* Virgilij: *Te matutinus flentem conspexit Eous.* Eodem stylo Virgil. 2. *Æneid.* v.417-3. *v.*533-6. *vers.*83.& 11. *v.* 4. Ovid. *Unde dicta?*

14 Lux Auroræ metaphoricè accipitur pro summa felicitate. Unde Manè, idest, bonum, & clarum, ut inquit Macrobi. 1. *Saturn.* cap. 7. Lux enim cùm signet felicem sortem, ac nubes calamitatem;ut hæc persistat, simulque illa non appareat, dicit Iobus: *Obtenebrentur stellæ caligine eius: expectet lucem & non videat,nec ortum surgentis Auroræ.* Quare pro felicitate subita in desperatis malis,dicit idem, 24. 17. *Si subitò apparuerit Aurora*: illa igitur sanè risus, ac hilaritas cœli & terræ. *Aurora pro felicitate.* Iob.3.9.

Primum Aurora novo cùm spargit lumine terras,
Et variæ volucres, nemora avia pervolitantes,
Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent:
Quàm subitò soleat Sol ortus tempore tali
Convestire suâ perfundens omnia luce. Lucret.

Succinit Lucr. lib. 2. de *Rer. natur.* à v.143. Cicero in *Progn.* ait: *Matutinos exercet acredula cantus.* Ovid. 2. *Fastor.* v.767. *Dederat cantum lucis prænuncius ales.* Virgil. lib.8. *Æneid.* v.455. Cicer.

Evandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus. Virgil.

Mirificè plaudit Homerus in hymno de *Aurora*: & Orpheus sub eodem titulo, inquit versione Latinà, metricà Natal. Comit. lib.6. *Mytholog.* cap.2. *Hilaritas ex Aurora.*

Qua gaudet mortale genus, vitare nec ullus
Conspectum vult Diva tuum, cùm fluctibus exis.
Excutis & somnum cilijs: lætantur ubique
Serpentumque, hominumque genus, volucresque, feræque,
Quæque colunt altas spumosi marmoris undas. Orpheus.

Haud decor domus David adinstar diluculi, dubio splendore, qui summum mane, incipiente exiguâ luce. *Lux frigida,Solis imago*: uti canit Dracont. quò dudùm,*v.*497.nec ut manè clarum, quo *vix summos spargit lumine montes orta dies*: ut accinit Virgil.12. *Æneid.* v.113. sed ut oriente Sole, Aurora absque nubibus rutilat, & hemisphærium clarissima irradiat. Hìc summa splendoris, meæque hieroglyphicum optatæ felicitatis. Canit, signatque qui nuper, *lib.6. v.*255. Si quæritur decor, ac dignitatis color; *Quarta expositio.* Dracont. Virgil.

Ecce autem primi sub lumina Solis & ortus. Idem.

Cuncta illuminat, & fœcundans irrorat Aurora rutilans; *nec est quicquam ex ea, quod non germinet.* Sic Chald. *Sicut splendor Auroræ, & sicut Sol.* Vers.5.

15 Lux ergo est forma perspicui,quatenùs perspicuum est: idest,*actus perspicui interminati*,ut ait Aristotel. lib.2. de *Anima*,cap.7.Unde huiuscemodi corporis actus lu- *Quid sit lux* Aristotel.

men est: perspicuum enim ut perspicuum nequit habere aliam formam per quam reddatur visibile, nisi per lumen. Per hoc igitur redditur actu visibile, sicut corpus opacum per colorem. Lucem esse accidens negat nervosè Barthol. Anglic. 8. de *Propriet. rer.* cap. 40. sed communis sententia Philosophorum & Theologorum qualitatem esse asserit permanentem in quolibet à se lucente, in alijs diaphanis corporibus transeuntem; habentem esse ratum & firmum in natura, siquidem est qualitas activa ipsius Solis, & in alijs lucidis secundum maiorem cum Sole communicationem; quippe Sol luminis fons. Unde lux corpus non est, igitur penetratur cum alio corpore, quod quidem naturaliter nequit esse. Imò ad unius corporis corruptionem aliud corpus generatur: corrupto verò lumine absentia Solis, nihil existit. Ex quo sequitur lumen speciem non esse. Species enim sensibiles non sunt; lumen verò sensibile. Species subiectum haud alterant: lumen verò alterat subiectum. Denique species obiectum repræsentat: lumen verò est quo obiecta repræsentantur, non autem quod; nisi in quantum facit colores visibiles actu. Vide D. Thom. 1. *p. q. 67. art. 3.* Lux ergo est qualitas singularis, nullum habens contrarium; quippe est qualitas primi alterantis, nimirùm, cœli, quod peregrinam non admittit impressionem, ut sit universaliter movens. Sic ergo lux dicitur, etsi habeat, sine pondere, sine numero, & mensura; *quia virtus lucis ad omnia corporalia se extendit, in quantum est qualitas activa primi corporis alterantis, scilicèt, cœli*: ait D. Thom. loc. cit. *quæst. 5. art. 5.* ad 5. Aliter Ambrosius lib. 1. *Hexaëm.* cap. 9. *Lucis natura* (ait) *huiusmodi est, ut non in numero, non in mensura, non in pondere, ut alia; sed omnis eius in aspectu gratia sit.* Illà enim videtur quomodo alia sunt in pondere, mensura, & numero; *quoniam illa videndi usum subministrat.* Lumen enim est obiectum primarium visus, atque color secundarium. Omne corpus perspicuum, quod terminatur, necesse est corpore non perspicuo terminari, in quo color; quia corpus non perspicuum coloratum est. Corpus perspicuum dicitur, quod rarum: opacum verò, quod densum; transparentiam non habens, sicut diaphanum. Unde etsi crystallus, vitrum, glacies & alia id genus videantur maximè densa cum transparentia pellucida; densa non sunt, sed sine latitudine pororum magnoperè constipata. Adi Petr. Galtruch. *Physic. universæ.* disp. 4. cap. ult.

16 Idem in *Physic. particul.* p. 3. Tract. 3. disp. 3. cap. 2. inquit: *Observandum est, lumen & lucem differre inter se tantùm accidentaliter & ratione subiecti. Lux enim dicitur, ut corpori alicui connaturaliter inhæret: lumen autem quatenùs per medium diffunditur. At quatenùs repercutitur à corpore terso & polito vocatur Splendor.* Dixerat D. Thom. in 2. Sent. dist. 13. art. 3. *Lux enim dicitur secundum quod est in aliquo corpore lucido in actu, à quo alia illuminantur, ut in Sole. Lumen autem corpus dicitur, secundum quod est receptum in corpore diaphano illuminato. Radius autem dicitur illuminatio secundum directam lineam ad corpus lucidum: & ideo ubicunque est radius, est lumen; sed non convertitur. Splendor autem est ex reflexione radij ad aliquod corpus tersum, & politum, sicut ad aquam & argentum, vel ad aliquod huiusmodi, ex qua reflexione etiam radij proijciuntur.* Haud aliter acceptiones videntur in Sacr. pagin. *Lux Solis erit septempliciter sicut lux septem dierum.* Isai. 30. 26. *Lumen cœli non videbo.* Tob. 5. 12. *Quod ab igne non poterat exterminari, ab exiguo radio Solis calefactum tabescebat.* Sapient. 16. 27. *Refulsit Sol in clypeos aureos, & æreos, resplenduerunt montes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis.* 1. Macab. 6. 39. & Lucan. lib. 3. *Pharsal.* v. 521.

Ut matutinos spargens super æquora Phœbus.
Fregit aquis radios.

Aliter Barthol. Anglic. *cap.* 42. *Lumen* (inquit) *differt à luce, sicut species à genere: omne enim lumen lux est; sed non econversò, omnis lux est lumen: nam lumen est defluxus à substantia lucis.* Unde radius est lumen ipsum, quatenùs à corpore luminoso procedit, quo mediante lumen seu lux actionem suam perficit. Sicut enim lumen est rectum, reflexum, fractum & refractum; ita radius. Rectus dicitur, cùm sine obstaculo perpendicularis à corpore luminoso procedit. Reflexus dicitur, quando à corpore obiecto repellitur & repercutitur. Fractus verò, quùm à medio raro in densum progreditur, ut ab aëre in aquam: Refractus denique, ubi à medio denso in rarum diffunditur, ut ab aqua in aëra. Vide eundem *cap.* 43. Aristotel. 2. de *Anim.* latè, & Vitell. lib. 2. & 3. *Optic. theor.* 14. 15. & 59. Ut clariùs procedamus, hæc prælibare operæpretium duxi; quin mihi novum, cuncta, quæ in se discreta pro eodem sæpe ab AA. accipi: sæpeque uniri per epitasim, ad ampliorem claritatis seu nitoris expressionem. Gregor. Magn. lib. 2. *Dialog.*

cap.

An accidens, vel substantia?

Species non est.

Non habet contrarium.

D. Thom.

Ambros.

Cur dicatur sine mensura?

Est obiectum visus primarium.

Galtruch.

D. Thom.

Discrimen inter lucem, lumen, radium & splendorem.

Lucan.

Barth. Anglic.

Differentia radij lucis.

cap.35. *Splendore clarescere* (infit) *dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis infigeret.* Interl. in illud Ioann. 1. *Lux in tenebris lucet*; subdit: *Lucem lucentem.* Homer. 5. *Iliad. v. 6. Luce lucet.* Virgil. 2. *Æneid.* v. 470. *Luce coruscus*, & v. 590. *Luce refulsit.* Ovid. 5. *Metam.* Fab. 3. *Radij coruscι.* & Sil. Ital. lib. 13. de *Bell. Pun.* v. 780. *Nam luce refulget.* Greg. Mag. *Lux cum effectu formali, vel non comitate pro vehementia, aut copia lucis.*

17 Hinc fax accensa in reliquas Tautologias, potissimùm in illud Tobiæ de Ierusalem captiva: *Luce splendidà fulgebis.* Loquitur quæ ad pacem sunt Ierusalem, quam gemere videbat sub tyrannico Babylonico iugo; futuramque lucem prædicit, ne inconsolabiliter ploret. *Non credit, quòd reverti possit de tenebris ad lucem, circumpectans undiq ue gladium.* Iob. 15. 22. Surge igitur quæ in pulvere iaces; equidem non solum fulgebis, sed splendidà luce. Lux solet micare, sed non lucet: quia exigui radij: verùm tu splendidè lucebis cum fulgore, quia non tantùm divitijs, famà & gloria in lucem, ideſt, in prosperitatem reverteris; sed in lucem rutilantem: nimirùm sine fumo, procul umbra, absque ulla infortunij nube, vel obscuritate: in lucem micantem, coruscam, scilicèt plenam, omnigenam, cunctiformem. Vaticinatur etiam Isaias, 66. 10. *Gaudete cum ea gaudio magno universi, qui lugetis super eam, ut sugatis, & repleamini ab ubere consolationis eius: ut mulgeatis & delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius.* Omnimoda erit, quippe nihil in illa desiderabile; si egrediatur ut splendor iustus eius, & Salvator eius ut lampas accendatur. Hinc ab eodem Propheta dicitur: *Surge, illuminare Ierusalem* (Maluend. *lucesce, fias lucida, illuminata*) *quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est: quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos; super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.* Tunc luce splendidà fulgebis, quoniam in te erit abyssus splendoris intranabilis. Templum, quod fulgebat augustè in Ierusalem, erat thronus in quo Dei federat gratia, atque maiestatis gloria. *At magna erit gloria domus istius novissimæ, plus quàm primæ.* Unde gloria? *Veniet desideratus cunctis gentibus; & implebo domum istam glorià.* Perpropriè, *Implebo.* Priùs Ierusalem fulgebat glorià, sed non plenà: fulgebat luce, sed non splendida: splendida ergo luce fulgurabit, quando splendor Patris apparuerit: lux utique ab illo magna, etenim cum illo in terris completa gloria. Quoties forma exprimitur & eius formalis effectus, valet pro superlativo, de quo in *Prolog. galeat.* §. 5. *num.* 8. Ita Euripid. in *Helen.* v. 635. *Flamma lucifera*: ideſt, maxima flamma. Homer. ubi supr. *Splendidè lucet, maximè.* Plaut. in *Amphitr.* Act. 1. scen. 3. v. 50. *Ut illucescas luce clarà & candidà.* Alcim. Avit. lib. 5. *Genes.* v. 409. *Radijs fulgens, & lumine læto.* Mar. Victor, *lib.* 1. v. 58. & 64. *Lux immissa superné emicuit. Redita lux nituit*: & v. 100. *Lumine fulsit.* Denique Iuvenc. *lib.* 2. *v.* 531. *Fulgentis splendens gloria.* Hoc est, maxima & omnimoda: quo sensu patet qualis futura gloria Ierusalem, expressa fulgore splendentis lucis: equidem lux eximia, plena gloria, atque radians flamma maxima ex Salvatoris præsentia. Si splendor eius per vibrans signatur lumen; nunquàm ampliorem habuit, nisi ex illo & per illum claritatem. Iſai. 60. 1. Agg. 2. 8. 10 *Christus gloria Synagogæ, & gloria plena.* *Forma cum effectu formali pro superlativo.*

18 Extincta erat lucerna in Israël; ita ut desperaret posse restitui in splendorem; quippe tantis calamitatibus adducta in tenebras & non in lucem. Aliquando micabat aliquod lumen, sed extinguebatur per irruentem novam tribulationem. Unde Esth. 8. 16. dicitur: *Iudæis nova lux oriri visa est.* Cæterùm tantùm visa, siquidem lux, sed non plena: claritas, verùm obscura. *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Psalm. 138. 12. Lux tunc rutila, ubi nox sicut dies illuminabitur: aliter vel cum luce, ambulabit in tenebris, quia non est lumen ei. Ex levitate claritatis accensa flamma, ut Ierusalem fulgeret & luce splendidà; quippe Salvator *illuxit ad illuminationem scientiæ claritatis*, nec lucere quibat, nisi *per illuminationem Salvatoris*, ut ait Apostolus. Usus haccine phrase Euripides, in *Troäd.* v. 320. *Accendo* (inquit) *ignis flammam ad splendorem & fulgorem.* Ex quo patet huiusmodi lucis, luminis, splendoris adiectiva pro summo gradu fulgoris accipi, deficientibus vocibus, queis eximius nitor explicetur; maximè idiomate Hebræo superlativis vacuo. Apud Latinos Epizeuxi præstantia lucis profertur. Plaut. in *Casin.* Act. 2. scen. 3. v. 1. *Nitoribus nitidis.* Martial. *lib.* 8. Epigr. 21. *Nitidæ lucι.* Quo delicantur plures Pleonasmi. *Iustorum semita quasi lux splendens.* Hoc maxima. *Splendor eius ut lux erit.* Ideſt, *Solaris*: subdit Sanctius hìc, *num.* 56. Sic igitur dicitur, 4. Esd. 6. 40. *Lumen luminosum.* & 2. Cor. 4. 6. *Lucem splendescere.* Magnoperè, nimirùm, & latè & longè. Quo sensu Sophocl. in *Aiac.* v. 850. exclamat: *O splendidæ diei præsens splendor!* Lux pro felicitate. 2. Cor. 4. 6. 2. Tim. 1. 10. Euripid. *Epizeuxis lucis pro Superlativo.* Prov. 4. 18. Habac. 3. 4. *Idem Epitheta necessaria.* Sophocl.

19 Lucernæ acceptiones variæ. Usurpatur aliquando Lucerna pro sobole. 3. Reg.

15.4. *Dedit ei Dominus lucernam in Ierusalem, ut suscitaret filium eius post eum.* 4. Reg. 8. 19. *Ut daret illi lucernam.* Idem, 2. *Paralip.* 21. 7. Filij igitur quasi lumen de lumine: participatur à parentibus vita, quasi lux à luce. *Reddebant lampade vitam*: dicit Lambin. in 6. *Lucret.* v.1195.

Lucret. Pers.

Et quasi cursores vitai lampada trado.
Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?

Uti cannit Lucretius, lib.2. v.78. & Persius, *Satyr.6.* v.61. hacque metaphorâ utitur Plat. lib.6. de *Republ.* Expressè Theocrit. *Edyl.* 27. v.31.

Theocrit.

Si pepereris, novam lucem videbis filios.

Lucerna pro sobole.

Interdum dicitur *Scintilla.* 2. Reg.14.7. *Quærunt* (insit fœmina Thecuitis) *extinguere scintillam meam, quæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen.* Etiam dicuntur filij imagines patrum, quoniam in illis perseverant post mortem. *Mortuus est pater eius* (Eccli.30.4.) *& quasi non est mortuus: similem enim relinquit sibi post se.* Vide Aristotel. 1. de *Generat. animal.* cap. 19. & Plin. *lib.7. cap.* 12. *Miramur hanc legem* (ait in *Declamat.* Calpurn. Flaccus) *ut in sobolem transeant formæ, quas quasi descriptas species custodiunt.* Lucret. lib.4.v.1210. *Miscenteis volta parentum.* Virgil.5. *Æneid.* v.576: *Veterumque agnoscunt ora parentum.* & Catull. *Carm.*22.v.218. *Suo simillis patri.* Hac enim allusione lucis ad lucem (ut una Patris, & Filij designetur substantia, essentiæque entitas & identitas) dicitur, *Deus de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.* At hoc infrà.

Filij imagines parentum.

20 Interdùm *Lucernà* significatur dignitas in filijs ac auctoritas. 3. *Reg.*11.36. diviso regno Israël, dicit Dominus: *Dabo* Roboäm *tribum unam, ut remaneat lucerna David in Ierusalem.* Honor scilicet in David posteritate: poterat esse sine honore soboles David, quin luceret, lux lucernæ: unde Apocalip. 18. 23. dicitur: *Lux lucernæ non lucebit*; igitur essent filij lucernæ posteritatis Davidis, sed sine fulgore honoris, uti prædictum de Iechonia, qui filium non habuit regem. *Perdam lumen lucernæ*; putà, regiam dignitatem: qua de causa, cap. 22. 30. dicit Dominus: *Nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium David.* Hoc enim intuitu *Lucernà* etiam prosperitas indicatur. Prov. 24. 20. *Lucerna impiorum extinguetur.* Iob. 29. 3. *Quando splendebat lucerna eius super caput meum.* Aliquando usurpatur pro vita. Prov.20.27. *Lucerna Domini spiraculum hominis.* Aliquando accipitur pro mentis illuminatione ad dirigendos gressus in viam legis. *Tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.* Psalm. 17. 29. 118. 105. & Prov. 6. 23. *Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ.* Lucerna igitur, ut in plurimùm, non accipitur pro luminis instrumento, uno aut pluribus ellychnijs constante: hac enim acceptione, dum de lucernis dicitur lucere; idem est, ac non esse extinctas, sed adhibito igne, vibrare ex fomite accenso flammas: propterea Luc.12.35. *Sint lucernæ ardentes in manibus vestris.* & Exod. 27. 21. *Ut ardeat lucerna semper in tabernaculo.* Virgil. lib. 9. *Æneid.* v.535. *Ardentem coniecit lampada.* Lucret. lib.2. v.25.

Apocal. 18. 23. Ierem. 25. 10. *Lucerna pro dignitate, & prosperitate, vitàque.*

Pro illustratione.

Pro instrumẽto in quo flammæ fomes. Lucret.

Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis, ut suppeditentur.

Homerus, 24. *Iliad.* v.646. *Lumen in manibus habentes*: & 7. *Odyss.* v. 101. *Ardentes faces manibus gestantes.* Quo intelligitur illud, 1. Machab. *Accenderunt lucernas, quæ super candelabrum erant, & lucebant in templo.* Idest, accensa flamma est, quæ est lux in aëre, ex cuius illuminatione spatium claresci: igitur lucerna accenditur, ut qui ingrediuntur lumen videant. Hic est effectus connaturalis flammæ, lucere. Quapropter ubi effectus & causa unà exponuntur, vel simul proprietates; præ se fertur summum in illo genere, quo nil plus. Ita Ioan. 5. 35. *Ille erat lucerna ardens & lucens.* Eccli. 26. 22. *Lucerna splendens.* Hoc est, nimis. Homer. 5. *Iliad.* v. 222. quia nimis rutilabat flamma, ait: *Splendido in igne*: & 6. *Odyss.* v. 45. *Lucidus ignis circunfulget splendor.* Eurip. in *Helen.* v.1177. *Ignita Iovis flamma.* Vivax nimirùm, sine fumo, sine materia impediente splendorem: quare Iob.18.5. dicitur: *Non splendebit flamma.*

1. Machab. 4.50. Ioan. 5.35. *Adiectivum necessarium pro adverbio, aut superlativo.*

21 Hinc *Lucerna* sæpesæpiùs pro splendore ignis in lucerna usurpatur. Sophon. 1. 12. *Scrutabor Ierusalem in lucernis.* Apocal. 21. 23. *Lucerna eius est Agnus*: quod expressit Princeps Apostolorum, 2. Epist.1.19. *Quasi lucernæ lucenti.* Unde cùm dicitur: *Sicut lucerna fulgoris illuminabit te*, debet intelligi, Sicut lucerna accensa: vel per Hypallagen, Sicut fulgor lucernæ. Siccine apud Isaiam. 1. 3. *Cognovit asinus præsepe domini sui*: idest, dominum præsepis. Psalm. 30. 23. *Proiectus sum à facie oculorum*

Lucerna pro flammæ splendore. Luc.11.36. *Hypallage.*

tuo-

tuorum. 3.Reg.7.51-2. Paral. 5. 1. *Repoſuit in theſauris domus Dei.* 2. Theſſal. 2. 10. *Charitatem veritatis non receperunt* : v.13. *In ſanctificatione ſpiritus & fide veritatis.* Epheſ. 3. 19. *Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem* : nimirùm ; charitatis ſupereminentem ſcientiam. Haud ſecùs in præſenti teſtimonio: *ſicut lucerna fulgoris*, hoc eſt, fulgor lucernæ ; ut dicit Ierem. 25. 10. Vide alia, *Tautolog.* 2. *num.*23-4. *num.*3. & 4. 9. *num.*6.

22 In expoſitionem teſtimonij principalis intelligi debet particula exegetica, quæ frequenter in Hebræo omittitur ; ut fusè aſtruxi hìc, *Tautolog.* 3. *num.* 129-4. *n.*22. & 5. *n.* 26. Hoccine ſchema vocatur *Aſyntheton*, vel *Dyaliton*, quia orationes carent catena coniunctionum, vel abeſt cauſalis primæ periodi, qua quidem poſita illicò clareſcit. Eſth. 8. 16. *Nova lux oriri viſa eſt* (ideſt) *gaudium, honor & tripudium.* Ierem. 25. 10. *Vocem gaudij & vocem lætitiæ* (ſcilicèt) *vocem ſponſi & vocem ſponſæ.* Pariter *Lux Auroræ* (hoc eſt) *oriente Sole* : etenim Aurora haud aliud præter lucem illam, quæ conficit diluculum, vel manè, ut ſupr. diximus, & eſt a Sole. Magna ſtyli fruges apud Ethnicos non ſolùm in ſenſu, ſed etiam in verbis. Lucret. *lib.* 4. v. 540. *Auroræ ab exoriente nitore.*

Aſyntheton vel Dyaliton

Quinta exæ poſitio.

Lucret.

Poſtera Phœbeà luſtrabat lampade terras, Virgil.
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram.

Modulatur Virgilius, lib.4. *Æneid.* à v.6. Claudian. Epigram. de *Phœnic.* à v.5.

Unde rubet ventura dies, longèque coruſcis
Nox affiata rotis refugo palleſcit amictu. Clandian.

Aurora enim à Solis radijs efficitur, cùm primùm ij noſtrum hunc orbem manè illuſtrant; Chartar. ut infit Carthar. ubi ſupr. num. 11. Unde Theöcrit. *Edyl.* 18. v. 26. *Aurora exoriens decoram oſtendit faciem, cùm veneranda nos abit.* Metricè:

Quid & unde Aurora?

——— Nam ſicut nox alma receſſit, Theocrit.
Os croceum cœlo profert Aurora renaſcens.

Multoties igitur in ampliorem expreſsionem, duplici ſententiâ, ſeu eàdem (varijs ductâ modis & vocibus) elicitur conceptio mentis. Ovid. lib.2. *Metam.* fab.5.

Periphraſis, ſive Circumlocutio.

Iamque dies medius rerum contraxerat umbras, Ovid.
Et Sol ex æquo metà diſtabat utràque.

En meridies graphicè binà phraſe deſcripta. De crepuſculo noctis Virgil. 2. *Æneid.* v.250. & Ovid. lib.3. *Metam.* fabul.5.

Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox, Virgil.
Involvens umbrâ magnâ terramque, polumque,
——— Titan iam pronus in undas
Ibat, & igniferi tantum demerſerat orbis, Ovid.
Quantum deèſſe ſolet Lunæ.

De nocte iam concubia, ſive intempeſta, lib.4. *Æneid.* à v. 522. libroque 1. *Thebaid.* æmulatus eſt Papin. Statius, à v.335

Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras: ſilvæque & ſæva quierunt
Æquora: cùm medio volvuntur ſidera lapſu.
Cùm iacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres, Virgil.
Quæque lacus latè liquidos, quæque aſpera dumis
Rura tenent: ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
Iamque per emeriti ſurgens confinia Phœbi
Titanis, latè mundo ſubvecta ſilenti
Rorifica gelidum tenuaverat aëra biga. Stat.
Iam pecudes velucreſque tacent: iam ſomnus avaris
Inſerpit curis, pronuſque per aëra nutat
Grata laboratæ referens oblivia vitæ.

23 Illuſtri ergo periphraſi, ſeu potiùs pulcherrima hypotipoſi deſcribuntur diverſæ temporis ſtationes : hac etiam Poëtæ uſi licentiâ in deſcriptione Auroræ. *Hypotipoſis.*

Iam vaga cœlo ſidera fulgens
Aurora fugat : ſurgit Titan. Senec.
Radiante comâ, mundoque diem
Reddit clarum.

Inquit

Descriptio Auroræ. Inquit Seneca in *Octav.* à v. 1. & Lactantius Firmian. Epigram. de *Phœnic.* à vers. 35. accinit:

Lactant.
Lutea cùm primùm surgens Aurora rubescit,
Cùm primùm roseâ sidera luce fugat.
Atque ubi Sol pepulit fulgentis lumina portæ,
Et prima emicuit luminis aura levis.

Aurora apud Græcos, ut vidimus supr. *num.* 13. *Lyce* dicta, ut prima lux. *Radiorum enim* (ait Macrobius lib. 1. *Saturnal.* cap. 17.) *splendor propinquantem Solem longè, latèque præcedens, atque caliginem paulatim extenuans tenebrarum, parit lucem.*

Claudian.
Non dum luce gravem, nec pubescentibus altè.
Christatum radijs.

Uti canit Claudianus, lib. 2. de *Rapt. Proserp.* v. 48. Unde cum ex Sole oriatur illa prima lux, quæ prodroma Solis; ut clarescat articulus ille, per Auroram signatur & ortus Solis, ut diversis phrasibus manifestetur vividiùs propositum proferentis. Ita Hieronym. in Oseë 11. 1. subdit: *Sicut ortus Auroræ & diluculum & principium diei, inter noctis Solisque viciniam transit celeriter, ita ut finiatur nox & clarescat dies.* Eodem intuitu dicitur: *Fecisti Auroram & Solem*: de quo infrà, & in nostro testimonio: *Lux Auroræ oriente Sole.*

Sexta expositio.

Hieronym. Psal. 63. 16.

Imago Auroræ.

24 Sic apud Ethnicos pingebatur Aurora cum face accensa, comà flavà & auratà, cultu rutilo, curru aureo, & solio fulgido, prævio in cursum Pegaso; in manibus roseis claves, queis portas cœli pervias Soli orituro faciebat, de quo Chartar. loc. cit. De Auroræ imagine & sacris sub nomine *Matutæ* (quæ vox etiam invenitur in *Versionib.* nostri principalis Pleonasmi) egimus fusè in *Ephemerid.* die 10. *Iun.* Accinit Ovidius, lib. 2. *Metam.* fab. 1.

Ovid.
—— Ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores, & plena rosarum
Atria, diffugiunt stellæ, quarum agmina cogit
Lucifer, & cœli statione novissimus exit.

Quæ olim Dea Matuta?

Philosophatur estò perperàm Lucretius *lib.* 5. à v. 656. nihilominùs in nostrum argumentum ait:

Lucret.
Tempore item certo roseam Matuta per oras
Ætheris Auroram defert, & lumina pandit;
Aut quia Sol idem sub terras ire revertens,
Anticipat cœlum radijs accendere tentans.
Aut quia conveniunt ignes, & semina multa
Confluere ardoris consuerunt tempore certo,
Quæ faciunt Solis nova semper lumina gigni.

Lux non est corpus.

Hoc delirium fuit Empedoclis, ut ait D. Thom. lib. 2. de *Anima*, lect. 14. asserebat igitur lucem esse corpus, quod ipsamet substantia Solis, ex quo fluebant quædam corpora, quæ sunt lumen, vel radius. Refutationem & validam vide apud ipsum Angel. Doctor. in 2. *dist.* 13. *art.* 3. A Sole ergo lux Auroræ luminibus amœna, & color roseus, inter cunctos præstantissimus, quippe rutilus. Quam ob rem Ethnici ora imaginum Deorum suorum linebant minio. Vernaculè, *Vermellon.* O pulchra facies! *Nunc* (inquit Plinius, *lib.* 33. *cap.* 7.) *inter pigmenta magnæ auctoritatis, & quondàm apud Romanos non solùm maximæ, sed etiam sacræ. Enumerat auctores Verrius, quibus credere sit necesse, Iovis ipsius simulachri faciem diebus festis minio illini solitam, Triumphantumque corpora: sic Camillum triumphasse. Hac religione etiam nunc addi in unguenta cœnæ triumphalis, & à Censoribus in primis Iovem miniandum locari. Cuius rei quidem causam miror, quamquàm & hodie id expeti constat Æthiopum populis, totosque eo tingi proceres, huncque ibi Deorum simulachris colorem esse.* Hinc Panos facies, ut ait Virgil. *Eclog.* 10. v. 27. *Minio rubens.* Constat huiusmodi fucus, Sapient. 13. 14. Ubi de fictoribus Idolorum, dicit Salomon, ligua sculpere ac figurare in similitudinem hominis, aut animalis, *perliniens rubricà & rubicundum faciens fuco colorem illius.* Pausan. in *Corinth.* seu cap. 46. ait: *Dianæ & Liberi Patris duo signa lignea inaurata, præter ora tamen, quæ minio oblita sunt.* Mythologicè accipit Kircher in *Obelisc. Pamphil.* lib. 3. *Mystagog.* cap. 10. subdens: *Caloris Solis in mundo, radiorumque cœlestium facies rubicunda, hieroglyphica repræsentatio*: additque ex Orpheo.

Plin.
Facies Deorum & triumphantium obductæ minio.
Imago Panos.
Sapient.
Pausan.
Nam simul occubuit, rursùm extulit omnia lætos.

Cor-

Corde suo è sacro, consultor lumine rebus.

Aliam causam affert Plin. *lib.*35. *cap.*12. Effigiem Iovis Capitolini, quam fecit Tarquinus Priscus, fuisse fictilem; *& ideó miniari solitum Iovem*: haud quia *minio pro maiestate numinum simulachra sanctiora & augustiora sint arbitrati*; (uti inquit Alex. ab Alexand. *lib.*4. *cap.*12. Ob singularitatem quenvis colorem induci à multis Priscis, diximus, *Tautol. præced.* n.13.& 14. roseum arbitror tam in triumphantibus, quàm in Deorum imaginibus; ob coloris, præstantiam, ut æmularentur egredientem Auroram, quę rubra, purpurea, aurea, rosea, flava, rubicunda, rutilans & splendida plauditur à Poëtis, ut videris apud Ravis. Textor. in *Epithet.* Ad rem ergo.

Orph. *Imago Iovis fictilis.* Plin. *Quare Deorum imagines ita litæ?* *Auroræ epitheta.*

25 Dicam quid mihi occurrit pro sensu pendulo auctoritatis ac propositi Davidis, hucusquè sub latebris; sed, ni fallar, clarius erit luce Solis. Totus huius prophetiæ scopus est incarnatio Verbi Dei, quod etiam in carne dicitur Sol. Haud quidem hic materialis, qui luminare orbis, cunctis expositus, nec qui de Sole corpus traxit, & cùm rediret sessurus ad Patris dexteram, in Sole reliquit; ut deliravit Valentinus & cum illo Gnostici, de quo vide Ireneum, lib. 1. *Contra hæres.* cap. 5. & Augustin. *Hæres.* 11. sed Sol Iustitiæ, cuius in pennis, uti Salvatoris, sanitas. *Malach.* 4.2. qui prorsùs illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: de quo Zachar. 6. 12. *Ecce vir, Oriens nomen eius*: idest, Sol: igitur cùm ortus in carne, populus qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam. Hìc igitur Sol ab Evangelista dicitur *Lux vera*: de quo dubium difficillimum occurrit. Lux igitur propriè de spiritualibus dici nequit, ut asserunt Dionys. de *Divin. nomen.* cap.4. & Damascen. lib.1. *Fidei orthodox.* cap.14.& 15. Ambros. præfat. in lib.2. de *Fide ad Gratian.* subdit: *Imago, splendor & charater dicitur Dei Filius: hæc tria videmus ad similitudinem pertinere.* Quapropter D. Thom. 1. *p. q.*67. *art.*1. astruit, lucem tantùm metaphoricè, seu transumptivè posse prędicari de Deo. Ratio sub manum: etenim haud nisi metaphoricè quit dici de spiritalibus, quod convenit sensibilibus: claretque, lucem per se sensibilem esse. Unde si verùm opponitur metaphorico, quippe de re propria ad non propriam usurpata translatio est; quomodo de Christo dicetur & verè, quod *vera lux*? Iam non verè, modò metaphoricè sit. De illo etiam dicitur ab Isaia, 60.1. *Venit lumen tuum.* A Simeone, Luc.2.32. *Lumen ad revelationem.* 1. Ioann. 1. 5. *Deus lux est.* 1. Timoth. 6. 16. *Solus lucem inhabitat inaccessibilem.* Iacob. 1. 17. *Omne donum optimum desursùm est, descendens à Patre luminum*, Filius de se, Ioann. 8. 12. *Ego sum lux mundi.* De Baptista idem cap.1. v.8. *Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine*: scilicèt Verbo Dei, de quo Sapient. 7.26. *Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.* Paulusque Hebr. 1. 3. *Cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.* Hæc & alia ex Scriptura constant: quo modo igitur intelligenda, si meraphorica?

Christi Corpus non à Sole, sed à Virgine. Ioann. 1.9. Ambros. *Quomodò Verbum Dei lux vera, si verè nequit dici lux?*

26 Sciendum est, Scripturam sacram nobis exponere spiritualia sub similitudine corporalium. Legimus Assertorem N. discipulis dixisse: *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum; ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israël.* Attemperatur enim & nostro modo loquendi, & nos exprimimus supremam excellentiam per id quod excellentissimum cognoscimus. *Quia plura de Deo corporaliter in Sacra Scriptura symbolicè, mysticèque & significativè dicta comperimus* (ait Damascen. lib. 1. de *Fid. orthod.* cap.14.) *scire nos decet, cùm nos ipsi simus crasso carnis indumento circundati, nos minimè posse divinas & subtiles & immateriales Dei operationes aut intelligere, aut eloqui, nisi imaginibus & formis, & significativis nostro more utamur signis. Quæcunque igitur de Deo corporaliter dicuntur, symbolicè sunt dicta: habent autem altiorem intelligentiam: simplex enim divinitas & figuram nullam habens.* Quapropter cùm non inveniamus quid nobilius, luceque præstantius; ut explicemus quid concipimus de Deo, proferimus lucem esse: ipseque se lucem dicit, quia nobiscum loquitur: non enim apud nos est aliquid pretiosius, quo excellentiam, quam non intelligimus, intelligere atque signare possimus. *Nulla qualitas nobilior quam lux* (infit Lorin. in 1. Ioan. 1. v. 5.) *inter materiales: primatum obtinuit in creatione secundum ordinem temporis: omnia subit, ac in momento quidem, & sine sui diminutione. Nihil ea simul notius & ignotius: efficacissima est, aliasque proprietates habet, quibus divinitatis apud nos notio præclarè describitur.* Causam indicat Dionys. de *Divin. nominib.* cap.2. *Lucis nomine* (infit) *ipsum bonum celebratur, quasi in imagine primum exemplar expressum.*

Scriptura aptatur modo loquendi hominibus communi. Damasc. *Cur Deus dicatur lux?* Lorin.

27 Sic igitur sensibilia, quæ dicuntur de Deo, tantùm intelligenda sunt similitudi-

ne

ne proportionalitatis. Dicitur enim lux in spiritualibus, quod se habet ad manifestationem intellectivam sicut se habet lux ad sensitivam manifestationem. Hinc Deus lux, quia *summum & inaccessibile lumen est : hoc in intelligibilibus , quod Sol in sensibilibus* : ait Gregor. Nazianz. *Orat.* 40. Metaphoricè duntaxàt sumenda est ratio lucis. Deus est vera lux , si sumatur respectu veritatis lucis , à qua trahitur similitudo: non quoad veram naturam lucis , quippe propriè lux non est , qui lucem inhabitat inaccessibilem , ultra sensitivam lucem sensus splendidè illuminantem. *Nomen lucis* (infit Angel. Doctor , 1. *part. q.* 67. art. 1.) *primò quidem est institutum ad significandum id , quod facit manifestationem in sensu visus : postmodùm autem extensum est , ad significandum omne illud , quod facit manifestationem secundum quamcunque cognitionem. Si ergo accipiatur nomen luminis secundum suam primam impositionem , metaphoricé in spiritualibus dicitur. Si autem accipiatur secundum quod est in usu loquentium , ad omnem manifestationem extensum , sic proprié in spiritualibus dicitur.* Ita Paulus Hebr. 4. 13. *Non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius : omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius.* Ideſt, omnia intelligit, omnia cognoscit ; quia *lux est , & tenebræ in eo* imperfectionis intelligentiæ , intellectionis & rerum intelligendarum *non sunt ullæ.* Necessariò enim se cognoscendo comprehendit , comprehensionem cognoscit, & cognoscit se comprehendere: igitur est obiectum sumè intelligibile, cuius intelligere est esse , de quo infr. *Amictus* est profectò *lumine , sicut vestimento*, totusque lux est.

Greg. Naz.

Quomodo sit & non sit?

D. Thom.

1. Ioann. 1. 5.

Psal. 103. 2.

28 Unde quoad rationis manifestationem , ratio lucis potiùs invenitur in Deo & Christo , quàm in rebus sensibilibus. *Lux* enim hoc in sensu verè dicitur *mundi* : communicat sanè animæ rationali lucem , illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum : quo ratio lucis , seu illuminatio multò magis , quam ab ipsa in sensibilibus luce , exercetur secundum spiritalem modum. Communicat igitur naturæ intellectivæ non solùm mentem, naturale lumen super nos signatum ; sed etiam lumen gratiæ in lumen gloriæ, ut in lumine lumen videamus: tuncque, quia lux est, similes ei erimus. Non ambulat, qui eum sequitur in tenebris, sed habebit lumen vitæ, quod Deus est , utpotè vera intelligibilis lux sine ullis tenebris , totus purus atque simplex actus absque ulla obumbratione , ideſt , potentialitate nec in intellectu nec in naturâ ; sicut in creatis substantijs intellectualibus , quæ quidem estò lumina , habent tenebras , vel possunt habere , in quo est potentialitas : simulque mutari possunt potentiâ peccandi, quæ est umbra lucis veræ , de bono in malum : apud lucem veram , patrem scilicèt luminum , *non est* (actus secundus pro primo , uti diximus, *Tautolog.* præced. num. 4.) nimirùm, non potest esse, *transmutatio , neque vicissitudinis obumbratio.* Si intellectio est lux, profectò, ait Suarius *Tom.* 1. lib. 3. de *Divin. propriet.* cap. 1. n. 3. *In intellectu perfectio magna est , semper in actu esse.* Vide, quam longè ab increata luce tenebræ potentialitatis. Floridè in rem Angelicus Magister in 1. *Tim.* 6. 16. *Res* (inquit) *quæ actus quidem sunt , sed non purus ; lucent tantùm : non enim lux sunt. Divina autem essentia , cùm actus purus sit , lux est. Unde de hominum sanctissimo dicitur tamen : Non erat ille lux. De Dei autem Verbo : Erat lux vera , omnem hominem illuminans.*

Quia actus purus dicitur lux sine tenebris & vera lux.

Actus secundus pro primo. Suar.

D. Thom. Ioann. 1. 8.

Ioann. 8. 12

29 Verbum igitur Dei est lux hominum, quia illuminamur ab illo spiritaliter. Non enim est lux sensibilis , sed intelligibilis ordinis, in lumen scilicèt vitæ, mediâ fide, spe ac amore. Unde intelliges: *In ipso vita erat.* Vita ergo nostra ipsum Verbum est; quia in ipso & ab ipso illuminatio, ut perveniamus ad vitam. *Hæc est vita æterna* (nimirum, causa vitæ æternæ , metonymicè) *ut cognoscant te solùm Deum verum & quem misisti Iesum-Christum.* Ioann. 17. 3. Illuminatio qua Pater , filiusque Deus cognoscitur , à Verbo est , quod sane *lux vera* , omnem hominem illuminans, ut vita quæ verbum, esset lux hominum : ideſt , per Hypallagen , *lux erat vita hominum* , quoad ordinem superiorem; ut per Verbi illuminationem (quod caro factum) pervenirent in vitam , & cœlestem Ierusalem , quæ non eget Sole , neque Luna , ut luceant in ea : nam claritas Dei illuminabit eam & lucerna eius est Agnus. Constat ergo Verbum Patris lucem esse veram circa spirituales operationes , ad quas lux naturalis non vera lux , imò nec lux ; quippe in nullam illuminationem influit. Vel dicendum , Verbum dici veram lucem , pro verè lucem (Adiectivo videlicèt sumpto pro adverbio , uti latè probavimus hìc , *Tautolog.* 2. *num.* 7.) siquidem cùm hìc agatur de vita in gratiam & gloriam; verè Verbum lux est : lux ergo vera apud nos , quæ qualitas naturalis, respectu præsentis intuitus non est vera , imò nec potest esse , quippe nulla. Hoc in propositum dicit Chri-

Ioann. 1. 4.

Metonymia. Hypallage.

Quomodò Christus lux vera, & non lux? Adiectivum pro adverbio.

Cur vera verè?

stus;

ſius: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus veré eſt potus*: igitur tametſi potus & cibus materialis ſint cibus & potus; reſpectu cibi & potus Euchariſtiæ, nec cibus nec potus ſunt: equidem longè ab operatione gratiæ & vitæ æternæ: & de hoccine cibo & potu dicit, qui confert, v. 54. *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* Eodem ſenſu, cap. 15. 1. *Ego ſum vitis vera.* Vera videtur non eſſe, quando hæccine dicit per ſimilitudinem, non per proprietatem; ut obſervat Auguſt. hìc *Tract.* 80. Quare intelligendum eſt verè, quia, unde iſta ſimilitudo translata eſt, nimirùm vitis vera naturalis; non vera, nec vitis, ad effectum conferendi vinum gratiæ, virgines germinans. Haud ſecùs plauditur Lux vera in hominum illuminationem: igitur in hanc non lux vera, vera lux, unde lucis ſimilitudo translata eſt. Fide profectò primùm illuminamur: poſtmodùm transformamur à claritate in claritatem. Unde Gentium Doctor, Epheſ. 5. 8. infit: *Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Ut filij lucis ambulate: Fructus enim lucis eſt, in omni bonitate & iuſtitia & veritate* Liquet iam quo ſenſu *Deus* dicatur *lux*, Pater cœleſtis *pater luminum*, & filius *lumen Gentium* & *lux mundi.*

Ioan. 6. 55.

Cap. 15. 1. *Quo ſenſu Chriſtus vitis vera, ſi methaphora ſumpta à vera vita?*

1. Ioan. 1. 5. Iacob. 1. 17. Luc. 2. 32. Ioan. 8. 12. Sap. 7. 16.

30 Modo igitur exponendum, cur dicatur Candor lucis æternæ, ſplendor & imago Patris, eius character, ſive lumen de lumine, Deus verus de Deo vero. In hoc enim intellectualis natura, ac intellectualis origo deſcribitur: non ergo eſt gloria aut natura ſenſibilis; ſed gloria intelligibilis cuius Verbum eſt candor, ſeu ſplendor: Deus utique non eſt natura ſenſibilis, ſed intelligibilis. Quare Splendor propriè in divinis attribuitur Verbo, quia intellectio lucis rationem habet: ſplendor autem eſt lux de luce, qui propriè Verbum, cùm à Patre procedat per intellectionem. Vide D. Thom. 1. *p. q.* 34. *art.* 2. ad 3. & quæ diximus, *Tautol.* 3. n. 69. Quia refulgentia ſeu ſplendor à luce procedit, eſtque ipſe lux, eiuſdem cum luce rationis; dicimus, & intelligimus in divinis Verbum à Patre procedere, eſſeque eiuſdem naturæ cum Patre, verèque filium eſſe, cùm & eandem cum Patre naturam habeat, & modus procedendi tendat ad aſſimilandum Verbum cum principio, à quo procedit: igitur eodem modo à lumine ſplendor emanat. Hinc lumen de lumine, quia producitur per cognitionem. Candor lucis æternæ, ſpeculum puriſsimum & imago bonitatis. Per verbum fit omnis manifeſtatio, *quod enim manifeſtatur, lumen eſt.* Epheſ. 5. 13. *Imago quoque & ſplendor & character dicitur Dei Filius*, (ait Ambroſius, quò ſupr.) *quia hæc incomprehenſibilem & inveſtigabilem paternæ divinitatem maieſtatis in filio, & expreſſam ſimilitudinem revelarunt.* Splendor enim eſt Solis Patris, quippe refulget ex illo, filij ſplendoris origine: accepit igitur à Patre lumen, relucente in Verbo illà glorià, quam habuit per Patris generationem: ideoque dicitur Hebr. 1. 3. *Figura ſubſtantiæ eius.* Græcè: *Character hypoſtaſis eius.* Perpropriè. Patet conſubſtantialitas in natura, diſcretio perſonarum, & modus procedendi. Conſubſtantialitas in natura, dum filius Dei non dicitur *habens characterem*, ſicut creaturæ intellectivæ; ſed *eſt character*, uti imago ſubſtantialis, quia eadem individua ſubſtantia in Patre & Filio. Diſcretio perſonarum, eò quod Filius dicatur *character Patris*: qua metaphorà patet inter utrumque diſtintio realis, ſicut intercedit inter imprimentem ſigillum & characterem impreſſum; quia nemo ſui imago eſt. Denique modus procedendi, quia dicitur *character hypoſtaſis Patris.* Nulla creatura eſtò eximiæ conditionis, eſt character alicuius divinæ perſonæ, ſed tantum Dei. Filius eſt hypoſtaſis Patris character; quia à Patre ſolo procedit, eſtque ſpeculum lucidiſsimum, in quo refulget glorioſa Patris maieſtas. Spiritus-Sanctus eſt character hypoſtaſum Patris & Filij, qui ab illis procedit tanquàm ab uno principio: Filius autem eſt duntaxat character Patris; quia à ſolo Patre ſingulariter procedit. Hunc Pater ſignavit Deus, uti candorem æternæ lucis, ſigillum paternæ hypoſtaſis imaginem omnimodæ ſimilitudinis exemplaris, & ſplendorem perfectionum genitoris: etenim lux refulget de luce, radius emanat à Sole, lumen procedit de lumine. Haud intelligas eſſentiam Patris generare eſſentiam filij, neque filij eſſe characterem eſſentiæ Patris: perperàm convenire poſſunt, in quo mutuò relativè diſtinguntur: dum Filius dicitur *character hypoſtaſis Patris*, intelligendum eſt de ſubſiſtentia hypoſtaſis, ſimilis ſubſiſtentiæ hypoſtaſis Patris, cuius filius eſt imago. Vide quæ diximus *Tautolog.* 3. n. 82. & 119. Solus enim filius procedit ut verbum & verbum eſt intelligentis, intellectionis, reique intellectæ perfectiſsima imago. Quare cùm Filius eiuſdem cum Patre naturæ ſit, & ſplendor claritatis; iurè dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero.

Ambroſ. *Et character hypoſtaſis eius?* Hebr. 1. 3. Græc.

Unde Chriſtus lumen de lumine, Deus verus de Deo vero?

31 Audiendus Ambroſius, lib. 1. de *Fide*, cit. cap. 4. *Chriſtus eſt ſplendor gloriæ,*

& character substantiæ Patris. Imaginem (ait) *Apostolus dicit, & Arius dicit esse dissimilem. Cur imago, si similitudinem non habet? In picturis homines nolunt esse dissimiles, & Arius dissimilem Patrem contendit in filio, & vult ut Pater dissimilem generaverit sui, quasi impotens, qui generare similem non potuerit? Prophetæ dicunt: in lumine tuo videbimus lumen. Prophetæ dicunt: splendor est enim lucis æternæ & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Vide quanta dicantur. Splendor, quòd claritas paternæ lucis in Filio sit. Speculum sine macula, quòd Pater videatur in Filio. Imago bonitatis, quòd non corpus in corpore, sed virtus in Filio tota cernatur. Imago docet non esse dissimilem: character expressum esse significat: splendor signat æternum. Imago itaque non vultus est corporalis, non fucis composita, non ceris; sed simplex de Deo, egressa de Patre, expressa de fonte. Per hanc imaginem Philippo Patrem Dominus demonstravit, dicens: Philippe, qui me videt, videt & Patrem: & quomodò tu dicis: Obstende nobis Patrem? Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Videt enim in imagine Patrem, qui videt in Filio. Vides quam imaginem dicat. Imago ista veritas est, imago ista iustitia est, imago ista Dei virtus est: non muta, quia Verbum est non insensibilis, quia sapientia est: non inanis, quia virtus est: non vacua, quia vita est: non mortua, quia resurrectio est. Vides ergo, quia dum imago dicitur, Patrem significat esse, cuius imago sit Filius? Nemo potest ipse sibi imago sua esse.* Hactenùs luculenter Ambrosius.

Verbum speculũ, splendor & imago Patris. Ambros.

32 Haud dissimili sensu Verbum Dei Filius dicitur *Splendor*: est enim, ut inquit Augustin. lib. 4. de *Trinitat.* cap. 2. *Lux lucis æternæ*, quippe Pater pater luminum, & fons claritatis infinitæ, in qua nullæ tenebræ; quia utpotè infinita, claritas absque ulla limitatione, & obscuritate, sicut reperitur in his, qui etsi lux, lux haudquaquàm sunt, quoniam verè non sunt lux, uti dicemus, *n.* 36. hæccineque obscuritas simpliciter non censetur imperfectio; quia necessariò naturalem rei creatæ comitatur conditionem. Egimus suo loc. *Tom.* 3. *Tautol.* 6. *n.* 11. Dum autem dicitur *lux vera*, idem est ac divina lux, & lux summa, & lux ipsissima. Hoc sensu, quia (etsi vocati in admirabile lumen suum) cognitio nostra caligat ad flammam, & non potest, quin confortetur, ad eam; de illo dicitur, *qui lucem inhabitat inaccessibilem.* Psalm. 103. 2. *Amictus lumine, sicut vestimento.* 2. Reg. 22. 11. 12. *Ascendit super Cherubim, & volavit: posuit tenebras in circuitu suo latibulum.* Cogitatio est Dionisij Aeröpag. *Epist.* 5. *Caligo* (inquit) *divina lux est, tùm invisibilis propter eximiam & substantiæ supereminentem claritatem; tùm inaccessibilis pro inmensa supersubstantialis luminis, ex se manantis, copiá.* Siccine lux intelligenda non propriè, sed symbolicè, sumptà metaphorà à luce. *Spiritus Sanctus* (ait idem, de *Cœlest. hierarch.* cap. 2.) *nihil nobis loquitur nisi sub velaminibus, simulachrisque sensibilium.* Modus enim operationis, modum sequi debet naturæ, à qua emanat operatio: propterea ut percipiantur quæ superant sensum nostrum; delicantur per ea, quæ cadant duntaxat sub nostrum sensum. Cæterùm Deus estò lux dicatur, est infinitè ultra claritatem, atque lucis conditionem. Est igitur, ut infit Damascen. loc. cit. *cap.* 15. *Illuminatorum splendor, perfectorum perfectio, simplicium simplicitas, unitorum unitas, omnis incipij supersubstantiale & supernaturale principium, supersubstantialis substantia, super divina divinitas.* Vide etiam Dionis. de *Divin. nomin.* cap. 1. Quid hoc? Idem est, ac summus est: & quia summus, & nos corporei; nisi sensibilibus quod non sensibile & summum explicare non possumus. Ideo dicitur caligo & lux, qui nec lux propriè, nec caligo est. Caligo, non quia tenebra sit, sed quia lux propriè non est. Lux, quia eius nequimus insinuare præstantissimam excellentiam, nisi per lucis rutilantis præstantiam.

Verum pro summo.

1. Tim. 6. 16.

Cur Deus lux caligo? Dionys.

Idem.

Damasc. *Cur lux luminum, & splendor splendorũ?*

33 Sub metaphorà lucis, & attributo vitæ exponitur hominibus Dei Verbum, caro factum. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Dictum pridem Ps. 35. 10. *Apud te est fons vitæ & in lumine tuo videbimus lumen.* Inquirendum igitur, cur Christus qui est vita & lux, non dicitur *Vera vita*, sicut plauditur *Lux vera*? Caietan. hìc infit; *Cùm dixit, In ipso vita erat, non apposuit* Vera, *sed cùm dicit, Erat lux, apponit* Vera: *quia non ideo addidit* Vera, *ut excluderet suspicionem falsitatis, aut defectum aliquem* (*quoniam pari ratione dicendum fuisset* Vita vera) *sed ad explicandum apertiùs quod de summa luce intelligibili loquitur. Verum enim proprium est obiectum intellectus homogeneumque est intelligibili: perindeque dictum est, quòd lux à Ioanne testata, erat illa lux vera: ac si dictum fuisset, quòd erat summa lux, summè intelligibilis: & per hoc distinguit hanc lucem non solùm à luce sensibili, verùm etiam ab omni luce intelligibili citra supremam.* Futilissima (præut auguror) expositio. Eodem sensu de

Ioann. 1. 4.

Quare Christus non dicitur vera vita, sicut dicitur lux vera? Caietan.

Ioan 8. 12. 12. 25. 14. 6

de Christo,Dei Verbo, usurpanda lux ac vita. Ille dicit: *Ego sum vita. Ego sum lux.* Ut vidimus ex Ambrosio,*Filius est imago Patris non vacua,quia vita est*:& in præfat. in *lib.* 2. cit. *Si non est vita,nec veritas est.*Si quia summa lux, dicitur vera; etiam est summa vita,quo distinguitur non solùm à vita sensibili,verùm etiam ab omni vita intelligibili citra supremam. Dicendum ergo,hoc ipso quòd esset lux vera,esse & signari vitam veram.Dei esse est suum intelligere,cùm sit esse per essentiam.Sic vivere Dei est etiam eius intelligere;quia in illo idem est intellectus,& quod intelligitur,& ipsum intelligere eius,simulque species intelligibilis,ut inquit D.Thom.1.*p.q.*14.art.4. additque,*quæst.* 18. art.3. *Illud igitur, cuius sua natura est ipsum eius intelligere , & cui id quod naturaliter habet,non determinatur ab alio;hoc est quod obtinet summum gradum vitæ. Tale autem est Deus, unde in Deo maximè est vita. Philosophus in* 12. *Metaph. text.*51.*Ostenso, quòd Deus sit intelligens, concludit, quòd habeat vitam perfectissimam & sempiternam;quia intellectus eius est perfectissimus,& semper in actu.*Sic igitur intelligitur illud Ioannis:*Quod factum est,in ipso vita erat*:siquidem quicquid est in Verbo ut intellectum,est ipsa vita, seu ipsum vivere Verbi , & cùm omnia quæ facta sunt, sint in ipso ut intellecta;omnia profectò in ipso sunt ipsa vita divina.Verbum enim essentialiter est vita,& vita subsistens. *Sicut Pater habet vitam in semetipso , sic dedit & filio habere vitam in semetipso.*ibid.cap.5. 26. Hæc est vita essentialis & eximiè suprema,summa vitæ & vita summa:quare non solùm dicitur Deus vivus, Deus vivens ; sed ipsa vita(etsi Damasc.in addition.in *cap.*15.cit.reducat ad vitam idealem , seu causalem) subdit igitur:*Tanquàm enim causa omnium entium & omnis substantiæ,& ens & substantia dicitur:& tanquàm causa omnis rationis & sapientiæ , necnon rationalis & sapientis;dicitur & ratio & rationalis* (ideſt, intellectivus)*sapientia & sapiens. Similiter cùm intellectus , tùm intelligens, vita & vivens potentia & potens : atque de alijs similiter.*Quapropter in propositum nostrum, claret,quòd cùm Verbum & intelligere sit lux; si intelligere est vita, Verbum est vera vita, quoniam in esse lux vera.

Dei esse est eius intelligere.

D. Thom.

Cap.1.3.4.

Damasc.

Et summè vivere.

34 Alia rimor iuxta dicta *Tautolog.*3.à *num.*67. Verbum divinum cùm sit ab intellectu dicitur splendor,lux & claritas vera:cùm simul sit filius,est vita; quippe generatio est origo viventis à vivente:ideo *In ipso vita erat.*Intellectus non generat intellectum,sed verbum intellectionis:pater generat filium, in quo intellectus, sed non per intellectum.Nemo ut intelligens gignit,nec præut vivens intelligit,estò vitalitatem vel connotet,vel supponat.Pater æternus per intellectum generat filium,qui Verbum;quippe Verbum ita est Verbum,ut sit filius:siquidem in Verbi generatione invenitur intellectio,quæ non solùm est vitalis,sed ipsa vita.Unde si viventis est gignere,Patris Verbi intelligentis est gignere;quia illa intellectio, præut intellectio, est vitalis. Ebionitæ cum Cerintho negabant Christum ante Matrem virginem fuisse:Evangelista verò annuntiat quid erat,& quomodò erat ante incarnationem Verbum,quod filius Patris,dicens: *In ipso vita erat, & vita erat lux.* Verbum mentis, tametsi supponat intelligentis vitam,vita non est;quia vita est à generante, & non ab intelligente , præut intelligente. Unde ut constaret differentia Verbi Dei,quia filius & simul Verbum;dictum ab Evangelista *Vita & Lux*:etenim si filius,quia filius est vita;etiam ut Verbum est vita: sicut cùm Verbum lux vera,etiam quia filius,lux vera.Verbum non esset,quod filius,modò præut Verbum non esset à fonte vitalitatis:filius non esset,quod Verbum,modò præut filius non esset à lumine intellectionis. Quare cùm Verbum Patris sit idem, ac filius; idem ipse qui lux vera,est vera vita,lux vitalis,& ut ait Cretensis,homil.1.in *Assumpt.* Virg.*Lux viva.* Aliter & faciliùs possumus dicere,Verbum non dici veram vitam,sed lucem veram;quia lux in illo, ut vidimus, metaphoricè sumitur : vita verò propriè signatur,ut ait Angelic.Magist.*q.*18.cit. Quod est proprium,claret verum : additurque ubi non proprium; quia modo superiore ac in genere longè diverso, quod lux sensibilis, facit insensibiliter, illuminans omnem hominem.

Quomodò Verbum Patris , filius etiam præut est Verbum?

Andr.Cret.

An propriè sit lux, sicut est vita?

35 Inquires,cur Verbum, quod vita & in quo vita , non dicatur lux Angelorum, superiorum intelligentiarum; sed duntaxàt hominum? *In ipso* (ait Evangelista) *vita erat,& vita erat lux hominum.*Expresso iam quid erat Verbum Dei; signat Evangelista , quid fecit , & quid factum Verbum Dei:igitur in Incarnatione , vita manifestata est.Unde idem,1.Epist.1.2.inquit:*Annuntiamus vobis vitam æternam , quæ erat apud Patrem,& apparuit nobis*: siquidem in illo, essentiali vita, tanquàm in fonte erat nostra vera vita,ideſt,supernaturalis & gratiam & gloriam,sine qua non habemus vitam in nobis, quippe ille venit, ut homines vitam habeant. Hæc est verè vita viventium,

Vers. 4.

Cur Chriſtus dicitur lux hominũ, & non Angelorum? Alàpid.

gratia ſcilicèt & gloria; ut vel morientes ingrediantur ad vitam. *Vera noſtra vita gratiæ & gloriæ* (exponit hìc Alapid.) *in ipſo Verbo erat, velut in ſui origine & fonte. Unde ut ipſum hanc vitam & lucem hominibus communicaret, ad eos deſcendit & hominem ſe fecit; ut ſicut per Verbum Macrocoſmus, hoc eſt, magnus hic mundus, olìm creatus eſt, ita & per illudipſum Microcoſmus, puta, homo recrearetur, & á morte peccati ad vitam gratiæ & iuſtitiæ revocaretur.* Illuminat primò per fidem. *Ego lux in mundum veni* (ait Ioann. 12. 46.) *ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Unde non dicitur: *Erat vita, quæ vivificat omnem hominem*; ſed tantùm: *Erat lux, quæ illuminat*; igitur illuminando vivificat. *Vita* ſanè *erat lux hominum.* Hac luce, quia

Verſ. 9.

illuminat omnem hominem (qui illuminatur, ut ait Auguſtin. in *Enchirid.* cap. 102. equidem lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt) diſponitur homo ad gratiam, qua perveniet in gloriam. Quare cum Angeli iam eſſent in gloria, utpotè confirmati iam in gratia; Verbum dicitur lux non Angelorum, ſed hominum, quia duntaxàt illuminat venientem in hunc mundum, mundi civem, atque eius tenebrarum non expertem. Ni velis dicere Angelos illuminaſſe, ſed ſingulariter ab initio creaturæ. Vide Bernard. Serm. 1. de *Circunciſ.*

Cur non dicitur, quòd ut vita vivificet; ſed quod illuminet?

36 Tandem Verbum divinum adhuc ſub lucis metaphora deſignatur vera lux, quia eſt lux eſſentialis increata, prima & ſumma, tanquàm lumen de lumine. Aptè Græc. *Erat illa lux, illa vera*; quippe in hac acceptione nulla alia, niſi illa. Verbum enim ſolummodò eſt lux inter omnes ſubſtantias intellectualis ordinis: reliquæ intelligentiæ, dum lucent ſunt participes huius eſſentialis claritatis. Unde Græc. de Ioanne Baptiſta de quo Vulgatus: *Non erat ille lux*, cum articulo legit: *Non erat ille illa lux.* Quomodò illa lux eſſe quibat, ſi ille erat? *Confeſſus eſt, & non negavit: confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus.* Haud falſa lux ab illo illuminatorum, cùm ab hoc lumine lumen habeant; ſed non vera; quippequàm non illa, ſed ab illa. Lux Apoſtoli ſunt mundi. *Matth.* 5. 14. *Quantum diſtat inter lumen illuminans, & lumen quod illuminatur; tantùm differt inter te ſummam ſapientiam, quæ es creans, & iſtam quæ creata eſt.* Ita Auguſtin. *Meditat.* cap. 19. Illa lux eſt lux per eſſentiam. Unde homo non eſt lux vera, etſi communione luminis lumen fiat; quippe lux ab illa illà luce, & claritas ab illo illo ſummæ claritatis ſplendore. Non lux vera, quia non tota, nec ſimplex lux, ſed cum aliqua aliquomodò tenebrarum obumbratione, limitatione, vel potentialitate. Verbum divinum, quia actus purus, eſt & verè vera lux. Quare poſſumus dicere de luce, quòd *Tautolog.* 3. *n.* 66. diximus de filiatione: quatenus Chriſtus ſolus verè verus filius Dei, Angeli & homines verè, ſed non veri filij Dei; quoniam hi habent divinitatem per gratiam, & ille uti filius proprius per naturam. Ille eſt vera lux & verè, quia illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: homo, imò Angelus non illuminat, ſed illuminatur: nequit enim interne mentem hominis illuminare, & illuſtrare; cùm illapſum intimum in animam haud habeat, nec gratiam propriam illuminantem, ut poſſit hominum mentes illuminare per gratiam; qua tam ipſe, quàm homo illuminantur. Baptiſta, qui venit, ut teſtimonium perhiberet de lumine, *erat lucerna ardens & lucens*; ſed non erat ille illa lux perfectiſsima & ſumma, utpotè vera. Ioannes non proprià luce lucebat. Non erat ille lux, ſed particeps luminis, & ſplendor per gratiam æterni à Patre ſplendoris. Illius, qui vera lux, vidimus gloriam quaſi unigeniti à Patre, pleni gratiâ & veritate; quippe proprius filius Dei: etenim ſi Pater pater luminum, & filius non vera lux; haud crederetur filius Dei. Hoc ſtylo etiam Ethnicus, 8. *Æneid.* v. 301. inquit: *Salve vera Iovis proles.* Quare illi alij, qui ſine luce gloriabatur uti filius Solis, de ſplendore parentis; dictum, ut refert Ovidius, 1. *Metam.* fab. ultim.

Cur Angeli & homines non lux vera?

Græc.

Erat lux eſſentialis.

Verſ. 8.

Verſ. 20.

Matth. 5. 14

Auguſtin.

Quomodò homines, qui lux nec lux?

Ioan. 5. 35.

Virgil.

Ovid.

Es tumidus genitoris imagine falſi.

Verum pro puro & in genere præſtantiſsimo.

37 Denique veram lucem intelligere poſſumus, accepto vero pro ſummo, ac perfectiſsimo in unoquoque genere, uti libavimus hìc *Tautolog.* 9. *num.* 19. Sic dicimus doctrinam veram, religionem, ſemen, aurum, & alia id genus, pro præſtantiſsimo: haud quia alia eiuſdem argumenti ſint alterius generis; ſed quia in eodem genere non ſunt eiuſdem qualitatis, ſine qua dicuntur degeneria, & cum illa vera; quoniam illo in genere præſtantia iuxta naturæ legitimam conditionem, & æſtimationis pretioſitatem. Hac igitur acceptione *Vera lux* idem eſt, ac pura, ſive puriſsima lux, igitur in illa haud ullæ tenebræ. Habent enim homines aliquid lucis & aliquid tenebrarum adhuc in compoſitione phyſica, ſine reſpectu in ſplendorem operationum moralium, aut finis debiti ſupernaturalium operationum. Quapropter homo dicitur lux & non lux. *Eſt res*

an-

undique lucida,& eſt res undique obſcura:eſt media quoque (infit Cœl.Rhod.ex Priſcis Philoſophis *lib.2. cap.17.*) *tùm lucis compos,tùm caſſa. Mens ſiquidem eſt lumine plena,irrationalis anima prorſus vacua : in meditullio eſt rationalis natura , quæ partem habet luminis, parte caret. Id ænigmaticè prolatum, ſic fermè intelligendum : ſenſu hominem ſenſibilia metiri, intellectu intelligibilia , quæ ultra intelligibilia ſunt , exceſſu attingi.* Patet hominem non eſſe lucem veram,cùm partem habeat lucis,atque partem tenebrarum, ratione portionis rationalis , & portionis ſenſibilis. Verbum, eſtò caro factum, eſt totum intellectio & tota intellectio,utpote actus purus, excedens infinitè quamcunque præſtantem intelligentiam : qua de cauſa eſt vera lux uti præſtantiſsima perfectiſsima & ſumma, non habens partem tenebrarum : Verbum lucidum totum, & quia totum illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Cœl.Rhod. *Ænigma hominis.*

38 Diverſimodò accipienda lux & non lux , lux & tenebræ, lucidum & tenebroſum;quaſi corpus non purum(ſed ex una parte lucidum & ex altera opacum, uti dicit ex Chaldæis in *Deo Socratis*,Apuleius de globo Lunæ:*Quæ quidem parte luminis compos, parte alterâ caſſa fulgoris*) Vel quia totum umbroſum , quantunvis appareat , & renideat ſplendidum. *Vide* (ait Chriſtus) *ne lumen, quod in te eſt,tenebræ ſint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit , non habens aliquam partem tenebrarum ; erit lucidum totum , & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Ultimam ſententiam ſup. *n.* 21. per hypallagen,q.d. *Sicut fulgor lucernæ illuminabit te.*Pro reliquis ſciendum eſt,ſæpe apud AA.inveniri varias reflexiones diverſis caſibus,& eiſdem vocibus, ut elegantiores ſedeant altè ſententiæ,allectrices mentis, per mellodiam auris. Unde Iacob. Pontan.in illud Ovidij lib.4. *Triſt.* Eleg.3. v.14. *Deque fide certa ſit tibi certa fides*,ait ex Cornificio *lib.4. Traductio gemina , quæ facit , ut cùm idem verbum crebriùs ponatur non modò non offendat animum; ſed etiam concinniorem orationem reddat , hoc pacto: Qui nihil habet in vita iucundius vitâ , is cum virtute vitam non poteſt colere.* Hoc ſchema dicitur *Polyptòton.* Ut illud : *Nimis placet Nihil nimis.* Plura diximus , *Tom.* 3. *T.*11. *n.*11.& *Tom.* 4. *T.* 5. n. 19. Floruit plus alijs in huiuſmodi delicioſa vocum & ſententiarum variatione ingenioſus Plautus. In Bacchid.Act.4.ſcen.4.v.21.*Parum? imó verò nimio minus multo parum.* In Stich. Act.2.ſcen.3. v.15. *Nimio,multo, tanto plus. Nimia omnia nimium exhibent negotium.*In *Pœnul.*Act.1.Scen.2. v.6. *Neque ſatis ſatietas*: v.75. *Eò illud ſatius eſt ſatis, quod ſatis eſt, habitus plus quàm ſat eſt.* Hoc eſt, illud ſatis , quod ſatis eſt , ſatius eſt habitu , quàm illud quod plus eſt quàm ſatis ſit. Vid. Taubmann.hìc & Lambin.Virgil.lib.4. *Æneid.* v.628. & *lib.*10. *v.*361. *Polyptòton.* Plaut. Taubmann.

Littora littoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor , arma armis. Pede pes , denſuſque viro vir. Virgil.

In ſacris uſquequaquè, Rom.11.36. *Ex ipſo, & per ipſum,& in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſæcula.* Ioan. 1. 3. *Omnia per ipſum facta ſunt , & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt*: v.10. *In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt,& mundus eum non cognovit.* Sic igitur Chriſtus in præſenti diverſis antitheſibus & oppoſitionibus & contrapoſitionibus intendit in rectitudinem operationum, quæ videri poſſunt lucidæ, cùm non ſint lumen,ſed obſcuriſsimæ tenebræ. Unde ut homo caveat, dicit: *Vide , ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint.*

39 Ab oculo materiali ſumitur metaphora ad oculum internum,qui quidem mens eſt. Sicut enim oculus corporis, ſi purus, connaturalibus humore ac diſpoſitione , ſanus,agilis & validus in ſenſationes ſuas; eſt lucerna totius corporis,ſine cuius fulgore manibus cæcè attrectamus,cæſpitamus & offendimus;& licèt benè diſpoſitus,ſine luce, quaſi non eſſet;pariter mens eſt oculus hominis interioris,ſine cuius lumine totus homo tenebreſcit. Mens,animo peſsimo,eſt quaſi oculus corporis affectus lipitudine,aõraſiâ,aut feneſtratione;queis vel nihil videtur, vel videtur & non videtur, vel fingitur quod videtur. Quare cùm oculus corporis haud ritè obeat munus ſuum,aliquo noxio prævalente humore; ita deturpatur interna hominis operatio,modò mens oculus animæ ſit affectus aliquà pravà intentione.*Mentem humanam*(ait Plato de *Republ.*lib.7.) *velut oculum quendam eſſe: eumque, cùm converſus eſt ad res & negotia huius ſæculi, averſum neceſſariò eſſe á veris & æternis bonis,ac proinde non poſſe ea perſpicaciter intueri; ideoque neque videre niſi tenuiter , neque ab illis permoveri, ſed á rebus caducis trahi, utpotè quas videat exactiùs: eum verò cuius mens divinis rebus ſit intenta, circa humanas cæcutire non aliter ac qui luce ſplendidâ repentè ſe transfert ad tenebras.* Sic igitur *lucernæ ardentes in manibus* ſunt operationes mentis & voluntatis,quæ potentiæ ra- *Mens oculus homini interior.* Plato. Luc.12.35.

Quare intellectus & voluntas lucernæ ardentes & lucentes dicantur?

rationales; tunc accensæ, dum claritate fulgent scientiæ & dilectionis. Ritè ardere debent & lucere: tuncque non ritè, quia non rectè, quoties vel intellectus facultas est obcæcata, vel voluntas malè affecta: siquidem isthæ potentiæ vicissim suas sibi communicant affectiones, perperàm informata voluntate ab intellectu furioso, vel cæcutiente; & depravato intellectu à maligna vel pessimâ voluntate. Lux quæ videtur in scintillis lux non est, sed tenebrarum caligo; quippequàm lux illa est apparens in subiecto non dispositio, vel malè dispositio.

Iuvenc.

Corporis est lumen, quo publica lumina cernis,
Sed si pura acies oculis simplexque nitebit,
Clarè totius splendebunt corporis artus:
Sin verò nequam fuerit, pravumque videbit;
Obscuræ incumbent super omnia membra tenebræ.

Canit Iuvencus, lib. 1. *Evang. hist.* à v. 648. Quare ut valet oculus, valere dicitur totum corpus. Similiter præut valet animus, valet anima, & per eam totus homo, qui in textu signatur sub metaphora corporis.

40 Hoc intuitu, ne depraventur potentiæ, & palpent in meridie quasi in tenebris, sitque caligo noctis, quod refulget lucidissimus dies; lucernæ ad operationes verè debent ardere & lucere: lucere spectat ad mentem, ardere autem spectat ad voluntatem;

Eccl. 12. 2.

caverique debet pravitatis nubes, *antequàm tenebrescat Sol & lumen & Luna & stellæ.* In hominis interioris lucernis esse debet, ut ardeat voluntas, amor boni; & ut luceat intellectus, cognitio veri: nam oculus simplex nequit esse, si bonum diligit, & verum non eligit: vel econtrà si eligit bonum, & non diligit verum. *Nescio* (inst Bernard. de *Præcept. & dispensat.* cap. 14. n. 35.) *quemadmodum iudicio veritatis, vera esse possit*

Bernard.

cum falsitate simplicitas: aut vera possit dici simplicitas, quam simplex ignorat veritas. Unde sicut oculum simplicem duo ista conficiunt bona, amor scilicèt boni, & cognitio veri; haud secùs nequam faciunt oculum ista duo mala, cæcitas nimirùm, qua veritas

Matth. 6. 22 23.

non agnoscitur, & perversitas qua iniquitas corde diligitur. Dilectio & cognitio nec falli nec fallere intendunt: cæterùm cæcitas & perversitas & falli & fallere faciunt. Si tenebræ à perversitate, qua tenebrescit lumen voluntatis, & cæcitas qua obnubilatur

Unde oculus simplex & nequam?

splendor intellectionis; videndum, ne lumen, quod in his lucernis est, tenebræ & obscurissimæ sint: igitur lux tenebrosa, quoties in voluntate est amor boni & non veri: ac in intellectu electio veri & non boni. Non est corpus actionis lucidum totum, habens partem tenebrarum. Totum ergo lucidum erit, & præstantissimè animam illuminabit; modò voluntas non diligat bonum falsum, & intellectus non eligat verum perversum.

41 Aliter sumi potest, ex ipso contextu, lucerna; pro lucida, aut umbrosa intentione operationis: etenim sicut luce clarâ clarescit clarus oculus; ita mens clara (quæ oculus animæ) clarè illuminat clarâ intentione. Unde licèt mens ex se sit lucerna & fulgida, est

Lux lucis bonæ operationis est intentio.

alia qua splendet claritudo: etenim lux lucis huius lucernæ est intentio. *Unaquæque actio*

Greg. Mag.

intentionem suam quasi intuentem oculum sequitur: inquit Greg. Magn. lib. 38. in *Iob.* c. 6. *Si oculus nequam, totum corpus tenebrosum; quia cùm perversâ intentione quid vel rectum agitur, etsi splendere coram hominibus cernitur; apud examen tamen interni iudicis obscuratur. Unde & rectè subditur: Vide, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.* Eadem sine ambagibus & meandris flexis & reflexis inveniuntur apud *Matt.* 6. 22. ubi totum testimonium subijcitur pro epiphonemate, seu coronide narrationis Salvatoris in hypocritas, facientes eleëmosynam, orantes & ieiunantes. Quare dicit, v. 2. *Cùm facis eleëmosynam, noli tubâ canere ante te: sicut hypocritæ faciunt.* V. 5. *Cùm oratis, non eritis sicut hypocritæ.* V. 16. *Cùm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ.* Materiam virtu-

Senec.

Unde actio virtutis lucida omninò tenebrosa?

tis signat eleëmosynam, orationem & ieiunium: at cùm *materia virtutis virtus non sit*, ut astruit Senec. *Epist.* 90. postquàm Magister cœlestis docuerat, *cap.* 5. totam legem; in *cap.* 6. ob actionum meritum, dignatus est, etiam exponere modum, sine quo quod entitativè lucidum, erit totum tenebrosum: igitur splendidum in virtute obscuratur intentione. Quid enim prodest sublevatio pauperum, si illam duntaxàt movet ostentationis propositum? Bona est oratio cum ieiunio, modò utriusque recta intentio: & minimè recta & in propositum rectum, si intuitus in aspectantium intuitum. Hoc & siccine opus hypocritarum; haud virtutem profitentium. *Væ peccatori ingredienti terram duabus vijs.* Gregor. Magn. lib. 3. in *Reg.* 6. 12. Subdit: *Duabus quippe vijs peccator terram ingreditur; cùm Dei videtur esse quod agit, sed ex omni, quod religiosum foris exhibet, intùs sæculi intentionem tenet.* Opus bonum habet partem tenebrarum: quod

Eccli. 2. 14.

Greg. Mag. *Hypocrita fallax.*

qui-

quidem minimè lucidum,si non lucidum totum:etenim tenebrosum omninò ex qualibet defectus notà;lucidum autem constat ex integra causa *Limpidissimo lumine*,ut dicitur, Sapient. 17. 20. Sap.17. 20.

42 Gillebertus serm.22.in *Cantic.*quæ paralipomena aurea operis Melliflui Doctoris, n.2. inquit: *Aut totus enim tenebrosus est oculus, aut totus lucidus, aut habens aliquam partem tenebrarum.Totus tenebrosus est,cùm operi malo propter malum intendit. Totus lucidus,cùm operi bono non nisi propter bonum intendit. Cùm vero in opere bono non tantum in ipsum bonum,sed etiam in alium aliquem finem intentio dirigitur;aliqua ex parte caligat.* Quare quia ex parte caligat; quod quibat esse lumen (& à videntibus, intentionem non videntibus,sed actionem,iudicabatur lumen)tenebræ sunt:igitur omninò malum, quod non habet vel in bono finem rectum. Sic igitur lumen potest esse tenebræ,quod prorsùm videbatur impossibile. Lumen, hominibus intuentibus actionis moralis claritatem:tenebræ autem Deo,introspicienti intentionem.Sunt & tenebræ tenebræ,& est lumen tenebræ, seu tenebrosum. Tenebræ, ubi non virtutis claritas,sed species est virtutis, sicut cùm in Angelum lucis ad pravum propositum,se transfigurat princeps tenebrarum.Tenebræ tenebræ,quando delicta quis intelligit,& noluit intelligere,ut benè ageret. Hinc Christus in aversionem peccati,dixit illis: *Si lumen quod in te est, tenebræ sunt; ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Q. q. si quod bonum vobis videtur, non est bonum,quia non ut bonum à Deo (pravà intentione) videtur; quantum erit malum,quod vel vobis agentibus nec vobis videtur bonum? *Si lumen tenebrosum est, quantas necesse est* (ait hic Hilarius) *ipsarum tenebras esse tenebrarum?* Excæcat enim malitia,& ex tenebris tenebræ gliscunt: quandoquidem peccatum non solùm obnubilat intellectum; sed est causa peccati, & multoties effectus pœnaque peccati. Iccircò Sapient.17.12. *Solis superposita erat gravis nox, imago tenebrarum, quæ superventura illis erat.*

Gillebert.

Quid lucis tenebræ, & tenebræ tenebrarum?

Matth.6.23

Hilar.

43 In hac ergo metaphora, accepto corpore pro actione, & pro intentione etiam oculi luce, sub typo lucernæ;genuinus sensus auctoritatis est (quia *oculi ut valent, ita totum corpus*,ait Hippocrates,6. *Epid.*sect.4.& *lumen est medium in omni sensu, estó immediatè sit in visu*,uti astruunt August.lib.7.de *Gen.ad liter.*cap.14.& D.Thom.1. *p.q.67.* art.1. qua de causa Visus per enallagen pro omni sensu in sacris accipitur, ut probavimus, *Tom.2. T.9. n.13.* asseritque Damascen. lib.1. de *Fid.* cit.cap. 14.) *Si oculus tuus fuerit simplex*(sanus scilicèt) *totum corpus tuum lucidum erit*:lumine nempè illustratum in munia quæque obvia. *Si autem nequam* (æger, male affectus) *fuerit; totum corpus tuum tenebrosum erit*: nimirùm, quasi in tenebris esses, vel oculos non haberes. Unde *si corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum* (qua totum nequit esse lucidum; igitur pravà voluntate aut animo, lumen actionis non in lumine, sed in tenebris) *totum corpus* (seu moles operationis) *erit lucidum*, quia ex omni parte & undique corpus actionis factum & perfectum; ita *ut lucerna fulgoris* (splendida sine umbra) *illuminet te. Vide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint*: siquidem si actio per se & recto fine non tota lucida;sine dubio tenebrosa. *Propter puritatem, per temperaturam habeat Dei virtutem* (inquit Clemens Alexand.lib.7. *Stromat.* cap. 7.) *non ignis lucidus, sed vult totus esse lux.* Sumitur igitur analogia à luce oculi ad intentionis lucem:igitur aliquomodo depravatà luce oculi,nil oculus videt rectè. Haud hìc agitur de intellectu speculativo, iudicia formante circa veri cognitionem; sed de intellectu practico, quatenus quæ intelligit ad opus dirigit: de quo D.Thom. 1.*p.q.79.art.*11. & Pavonius p.2. *Natur. theòlog.* à n. 1940. Si dirigit bonum & rectum rectè, rectà intentione; luminis fulgorem nanciscitur. Sin autem, obliquà scilicèt intentione,rectum & bonum non rectè dirigit;apud homines florebit lumine,quod apud Dominum tenebræ.Apud illos erit accensa lucerna,apud Dominum extincta. Habebit, sanè in mundo gratiam, cùm opus lux sit; sed non apud Deum,qui novit abscondita cordis,& cogitationes hominum,quoniam vanæ sunt.Luce fulgebit opus extrinsecè,sed non splendidè. Accendit lucernam; & quia publicè,in abscondito ponit:equidem modò absconderet,rutilaret.Si esset sub modio,sub modio non esset. Via iustorum, quasi lux splendens: via impiorum tenebrosa. Nesciunt ubi corruant. *Prov.*4. 18. 19. Si lux opus bonum, & splendor recta intentio; dum operi mentis rectitudo inerit, *splendor eius ut lux erit.* Habach. 3. 4. Sin autem, lucernam accendit, sed non lucet.1.*Machab.*4.50. Obliquis oculis (quia, plus,quàm par est, lucent, uti canit Oth. Vænius, *Emblem. Amor.* 62.)

Hippocrat.

Augustin. *Enallage. Visus pro omni sensu.*

Clem. Alexand. *Opus hypocritæ lux sed non fulgida.*

Virtus publicà suspiciosa.

Haud

Oth. Væn. ——*Haud lucent lucida signa poli.*

Tenebræ hìc & lux voluntariæ signantur, qua de causa Christus dicit: *Vide*, ideſt, ne feceris, quod lumen, quod in te est, tenebræ sint: in proprio sedet arbitrio. *Vide*. In contrarium tenebræ mutentur munere lucis: alias, uti succinit Iuvenc. quò supr. v. 653.

Iuvenc. *In nigras lumen sed si convertitur umbras,*
Ipsis horror erit quantus sine luce tenebris?

44 Tandem tandem expediti obicibus, devenimus in præcipuam expositionem primæ Tautologiæ, quæ nobis tantum negotium facessit. Præmisimus *n.* 25. nucleum sub cortice verborum huius Davidicæ abstrusæ prophetiæ, esse Verbi divini incarnationem, sub metaphora symbolica lucis veræ, atque Solis Iustitiæ. Ex suppositione Verbi Dei caro futuri, Solis splendidi, veri hominis orituri; necesse erat in carne matrem habere: quæ Virgo felix, benedicta, quàm beatam dicent; & iurè dicere debent omnes generationes. Cùm Christus Sol sit, illa quæ Solem peperit, Aurora est: simulque David in solatium amplexus est Auroram & Solem, filium pariter & matrem; ut abundè exultaret, prospiciens ex semine suo excellentiorem puram creaturam, & Christum Deum hominem ex carne immaculata Virginis-matris. Sic ergo illa plauditur *quasi Aurora consurgens*, plena radijs futuri advenientis Solis. *Quando nata es, ò beata Virgo, tunc vera nobis Aurora surrexit. Aurora prænuncia diei sempiterni; quia sicut Aurora quotidiana finis præteritæ noctis est, & initium diei sequentis, sic nativitas tua clara ex stirpe David, finis dolorum, & consolationis fuit initium; finis tristitiæ, & lætitiæ nobis extitit principium.* Hæc Rupertus hìc lib. 6. *Commentar.* Petr. Cellens. lib. 6. Epist. ult. Innocent. III. serm. 2. in *Assumpt.* Richard. à S. Laurent. lib. 7. de *Laudib. Virgin.* cap. 1. Hugo à S. Victor. *Instit. Monastic.* serm. 34. Bonavent. in *Psalter. minor. Virgin.* quinquagen. 2. & Birgitta, lib. 4. *Revelat.* cap. 11. Petr. Berchor. in *Reduct.* lib. 5. cap. 53. infit: *Legis gratiæ fuit nobis origo & principium, & noctis legis antiquæ & caliginis peccatorum extitit finis & terminus. Ista enim dicitur Aurora, quasi aurea hora, pro eo, quod ista quasi aurum per sanctitatis gratiam rutilavit. Dicitur etiam quasi Aurora rorans, pro eo quòd rore misericordiæ totum sæculum irroravit, & peccatorum animas per devotionem & compunctionem spiritualem humectavit. Ista est ergo, quæ Solem Iustitiæ Christum, sicut mater filium præcessit, & tamen ab ipso claritatem & dignitatem habuit & recepit: & quamquám die ac claritate ipsius Christi fuerit inferior, tamen perfectione omnium aliorum, clarior extitit & permansit: nam sicut dicitur, 2. Reg. 23. Sicut lux Auroræ, oriente Sole, etiam absque nubibus rutilans, & pluvijs germinat herba de terra.* Sat quoad mysticum sensum: inquiramus literalem.

Christus Sol, mater Aurora. *Septim. expositio.* Cant. 6. 9. Rupert. *Maximè in nativitate.* Berchor. *Quàm propriè.*

45 Sed altiùs res contemplanda. *Sicut lux Auroræ* (dicitur) *oriente Sole, manè absque nubibus rutilat*: & nihil amplius ad sententiæ sensum. Sole ergo non oriente, non est Aurora. Quorsum ergo exprimitur Aurora, oriente Sole? Ut clareat: quod David sub hac metaphora loquatur de Virgine, Christi matre: etenim sicut non esset Aurora, ni Sol esset; Virgo-mater non esset, ni Sol Iustitiæ in hunc mundum veniret. *Non fuit seiuncta à filio in electione divina*: dixit Suarius, uti vidimus, *Tautolog.* 3. *n.* 131. Unde ordinem decretorum in huiusmodi negotium sæculorum, videris ibid. *num.* 118. quod quidem necessarium in præsens argumentum. Illa igitur sola propter Christum, & propter illam omnia tanquam finem omnium: quare ita prædestinata Aurora Solis mater, quòd ni esset illius mater, non esset ipsa. Siccine intelligitur quod Regius Psaltes etiam in ostensionem Dei magnalium, dixerat: *Tu fabricatus es Auroram & Solem.* Haud de Aurora materiali intelligi quit, quippe Aurora haud aliud est, nisi Solis orituri lux. Intelligitur igitur personaliter de duobus, quorum unus Iustitiæ Sol, & alter Aurora genitrix Solis huius: *Solis iustitiæ, qui ex ipsa genitus est, præventrix, & sidus antelucanum*: ait Hugo Victor. quò dudùm. Quare à Ruperto ut vidimus, dicitur *Aurora vera*: etenim quam vocamus, aurora tantùm ficta rhetoricè per prosopopœiam. Vera profectò Aurora Maria, & propriſsimè Aurora: etenim cùm Aurora non esset, ni Sol veniret; haud videretur in mundo Virginis matris adventus, ni venturus esset filius. Patet ex textu: *Lux Aroræ* (dicitur) *oriente Sole*. Dum Sol oritur, Aurora iam evanuit: signaturque simul oriens Sol, & huius Auroræ lux; quippe ni oriretur Christus, Patris luminum lux vera, haud oriretur Aurora Maria. Fabricatus est simul in decreto Deus ab æterno Auroram & Solem: equidem cùm in electione divina, nullo modo à filio mater remota; dum decrevit filium Solem hominem, unà decrevit Auroram Virginem-matrem.

Non veniret Maria, ni Christus veniret. Suar. Psal. 73. 16. Hug. Vict. *Prosopopœia, Aurora vera, Maria.* *Octava expositio.*

Hæc

46 Hæc coniunctio, seu simultas indicatur Sole oriente & luce Auroræ: igitur si Aurora prævia lucis, hìc simul objicitur ortus Solis: adesse quippe Solem Iustitiæ liquet si Aurora mater apparet. Si Virginem (perpende) quærimus, & eius originem, signat Evangelista ab illa Solem orientem. *De qua natus est Iesus.* Origo Auroræ innotescit, dum Solem parit. Non ex quibus nata, exprimitur; sed quis duntaxàt ex Aurora oritur: etenim existentia Virginis Auroræ matris, solùm astruitur existentia Solis. *Sicut splendor Auroræ, & sicut Sol*: legit Chald. Idem diversis personis sunt: verùm simul splendor Auroræ & Solis; quoniam simul decreti à Deo splendor Solis, & Auroræ matris. Apertiùs, Septuag. Rom. *Et in luce Dei matutina oriatur Sol & Aurora.* Matutina lux Dei fuit divina claritas ex qua tanquàm à diebus æternitatis egressum decretum de incarnatione filij, ut homo oriretur in mundo sicut Sol: simulque matris Dei-hominis, in luce Dei matutina datum decretum; quippequam non veniret Aurora, ni Sol veniret in mundum. *Ipsa enim ante sæcula* (ait Damascen. lib. 4. *de Fide Orthod.* cap. 15.) *præcognitivo Dei consilio prædefinita est, & in prædefinito tempore ex Davidica radice pullulavit.* Habuit igitur David gaudium plenum, uberi copia gratiarum: quandoquidem præcognovit non solùm perpetuam posteritatem, sed ex eius familia simul Auroram & Solem.

Matth. 1. 16

Origo Marię innotescit, dum Solem parit. Chald.

Septuag. *Nona exposit.*

Damascen.

47 Simul, dixi, Aurora & Sol. Plus miraculi & singularis indicat meditata societas. *Fabricatus es Auroram & Solem.* Maluenda hìc: *Si quis fortè* (inquit) *de luce accipi maluerit, quæ primo die emissa à Deo, in die quarto demùm aptata Soli.* At quid, quòd primæva lux, quàm quod alia, ut cognoscatur tam Sol, quàm Aurora? Multum profectò. Plures Expositores hìc asserunt, primam illam lucem fuisse corpus lucidum, ex quo postmodùm formatum corpus lucidum Solis. Sol est pater lucis, & hęc lux fuit mater Solis; & quidem corpus lucidum Solis, ut luceret super terram factum fuit ex rutilante corpore lucis. En Christus factus ex muliere, uti luminare maius ex luce: corpus quippe Christi Solis, duntaxàt è luce matris. *Veri Solis nuncia & productiva*: infit Birgitta, quò supr. & Damascen. loc. nuper cit. *Quemadmodum fœmina sine commistione ex Adam plasmata est; sic ista novum Adam lege partus in utero tulit, quem peperit super nativitatis naturam. Natus est enim filius ex muliere sine patre, & ex patre sine matre: & quoniam ex muliere, lege partus; quoniam sine patre. super naturam est nativitatis.* Unde Albertus Magn. super *Missus est*, cap. 53. *Aurora* (ait) *quæ de se sola Solem produxit, qui omnia illuminabilia illuminabit*: equidem Christus corpus à sola matre suscepit. Unde claret utriusque consortium, quia corpus Solis à corpore lucis. Siccine inter filium & matrem non unio, sed unitas, non consortium, sed identitas: igitur si Sol eximiùs ex fulgida luce sola, caro Virginis & Christi prorsùm elucebit una. Duo sunt namque in carne una. Unum scindi non potest: quare quoad huiusmodi splendorem; gloriam non tam communem dicere debemus, quàm eandem. Eadem dicit Arnold. Carnotens. de *Laudib. Virgin.* At August. de *Assumpt. Virgin.* libell. cap. 5. in Tom. 9. floridè & ad rem. *Si igitur natura matris est filius, conveniens est, ut ipsa sit & filij mater: non quantum pertinet ad æquam administrationem, sed quantum pertinet ad eandem reciprocam substantiam, ut homo de homine, caro de carne, mater á filio, filius á matre, non ad unitatem personæ; sed ad unitatem corporalis naturæ & substantiæ. Si enim unitatem potest facere gratia, sine proprietate specialis naturæ, quantó magis ubi gratiæ unitas, & corporis est specialis nativitas? Ipsa specialitas naturæ unum efficit matrem & filium, & filium ac matrem.* Elucescit lux Aurore, Sole oriente, & quo intuitu facta Aurora cum Sole. Sol planè non nisi ab illa, ut esset solus ut Sol. Tota felicitas generis & Davidicæ stirpis, respiciebat in miraculum non visum, verùm videndum. Nullus homo Sol ex luce sola, idest ex sola formatus fœmina: signatque David faustissimum signum, tanquàm umbram futurorum, Auroram & Solem, Christum & Virginem-matrem; quoniam felicitas summa in expectato miraculo, Deus homo in mundum veniens ut Sol: sed adhuc in lucem lux, miraculum in miraculum, donum maximum post donum: equidem corpus lucidum Solis, duntaxàt ex corpore primæ lucis. Cum corpore apparere decreverat Sol Iustitiæ, Dei Filius; ut homo esset eius splendore Deus. Si Solis corpus lux ex corpore lucido Auroræ; felicitatis micat avido pectori insigne, solummodò *lux Auroræ, oriente Sole*: siquidem inter nova & mirabilia; quòd corpus Solis Iustitiæ ab Aurora duntaxàt Virgine-matre.

Ubi supr.

Maluend. *Cur Virgo primæva lux?*

Birgit. *Unde miraculum Auroræ insigne?* Damascen. Alb. Magn.

Inter Christum & Virginem non unio, sed unitas.

Augustin.

Quare Aurora vera?

Decima expositio.

48 Vidimus miraculum insigne pro unitate Auroræ Virginis & Christi Solis: adhuc restat in insigni miraculo singularitas, qua nec similem visa est, nec habere sequentem,

Aristotel. Petr. Dam. ultra fœcundissimam virginitatem. *Filij* (ait Aristotel. 8. *Ethic.*) *sunt á parentibus velut alteri ipsi inseparati.* Excedit ordo Virginis: unde Damian. serm. 1. de *Nativitat.* inquit: *Habitat in Virgine & cum Virgine filius, cum qua unius naturæ habet identitatem.* Altiùs Aurora procedit. Reliqui filij hominum, cùm generatio ascendat nunquàm, semperque descendat; accipiunt esse à parentibus, sed non reciprocant: imò nequeunt reciprocare, quia iam in esse supponunt, dum parentes constituuntur. Secùs accidit in Maria respectu filij. *Genuisti qui te fecit. Tu quæ genuisti naturá mirante tuum Sanctum genitorem.*

Quodnã in miraculo in signi miraculum singulare; Virgine Christum pariente?

Qui te creavit providé,
Lactasti sacro ubere.

Ecclesia. P. Damian. Canit Ecclesia. Damian. ibid. *serm.* 2. *Creator oritur ex creatura, factor ex factura.* Damascen. cit. nuper: *Suppeditavit* (ait) *Creatori creari, & plasmatori plasmari.* Ipsa de se, Eccli. 24. *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo*: Ideſt, in utero. Ibi utique posuit & sanctificavit tabernaculum suum Altissimus; ut patris eius, qui eam fecerat, esset mater; illa reciprocante naturam, quam acceperat ab ipso, qui dedit, & ipsam quam dedit; ut per matrem esset in ipsa. Ipse fecit naturam humanam matris; & illa factorem fecit, ut similis nobis esset humanà naturà. Vide sacros Vates hìc *Taut. 3. Didasc. 3. num. 7.*

Eccli. 24. 12

49 Hoc est sanè singulare miraculum, & David indicat signum in symbolo Auroræ, oriente Sole, ac sine nubibus rutilante. A Sole utique lux Auroræ est, quia pater lucis. *Aurora mater dicitur Solis. Solem præcedit, eiusque nuncia habetur; tamen illa ab hoc ortum trahit.* Ita Chartar. ubi supr. *num.* 22. & 24. *Novum* facturus erat Dominus in terra: nimirùm, quòd fœmina circundaret virum: hoc est, quòd sola gigneret virum. Adhuc in novitate magis novum: quòd ille scilicèt gigneretur ut filius, ab ipsa fœmina cui dederat esse. Non est eiusdem mater & filia, nisi Aurora. Non est eiusdem pater & filius, nisi luminare maius. Quùm videretur huiusmodi miraculum singulare matris & filij, videnda simul felicitas totius generis humani: dicitque David in indicem faustæ sortis, ac in signum beatitudinis; *Lux Auroræ, oriente Sole*: lux Virginis, quæ filia, matris Solis; oriente Sole, qui filius, patre Virginis: igitur si ex Davidico semine. Sole oriente, lux Auroræ; exultaret lætissimè pectus, si videret vel in umbra, quòd fecisset Auroram per quam Sol factus. Indicavit, ubi supr. Berchor. *Ista est, quæ Solem iustitiæ Christum, sicut mater filium præcessit, & tamen ab ipso claritatem, ac dignitatem habuit*: equidem, uti canit Arator, lib. 1. in *Act. Apostol.* v. 57.

Chartar. Ier. 31. 22. *Singulare in Virgine, quòd esset filia filij.*

Ultima expositio.

Berchor.

——Maria, Dei genitrix intacta creantis,
A nato formata suo.

Arator. Hieronym. Modò percipitur, cur à Hieronym. serm. de *Assumpt.* sive *Epist.* ad Paul. & Eustoch. celebretur Virgo, *Aurora rutilans novi diluculi.* Quid novi habuit diluculum? Esse prorsùs verum, quod in Aurora fictum. Aurora quæ diluculò videtur, non est verè mater Solis, sed tantùm dicitur: novumque diluculum, Sole filio eius oriente, plauditur lux Auroræ Mariæ, quia cùm esset Solis filia per gratiæ ac naturæ lucem, eiusdem substantiæ Aurora peperit Solem. Hæc à longè tota aviditas David. Quæ progreditur Aurora, erit Luna & erit Sol. Quò itura, vel quò non itura, Solis præsentiá; dum *sicut lux Auroræ, oriente Sole, manè absque nubibus rutilat*? Dicit N. Venerab. Beda apud Ghisler. in Cantic. 6. 9. *Quæ est ista, quæ quasi Aurora lumen veritatis habere ostendit proficiens de virtute in virtutem, totumque orbem cœlesti occupans prædicatione? Pulchra ut Luna, quia Christi veri Solis gratiá illuminatur. Electa ut Sol in alia vita, ubi perpetuo resplendebit gaudio de visione Conditoris sui: atque etiam in vita præsenti, quia Christum verùm imitatur Solem.*

Cur Maria Aurora novi diluculi?

Cant. 6. 9. Beda. *Aurora, Luna & Sol.*

50 Versiones expositionibus deservierunt. *Sicut lux Auroræ, oriente Sole, manè absque nubibus rutilat*, &c. Hebr. *Et sicut lucem matutinam illustrabit Sol, manè verò nubes ab illustratione, á pluvia herba de terra: quia non sic domus mea cum El.* Aliter apud Maluend. *Et sicut lucem matutinam illustrabit Sol. Manè non nubes: ab illustratione, á pluvia herba è terra. Non sic domus mea cum Deo.* Chald. *Sicut splendor Auroræ & sicut Sol*, &c. Septuag. Roman. *Et in luce Dei matutina oriatur Sol, & Aurora rutilans absque nubilo.* Arabic. *Et erit talis, sicut lux matutina, oriente Sole: matutina absque nubibus, per quas á splendore & pluvia est germen de terra.* Tigur. *Sicut lux Matutæ, oriente Sole, cùm Sol oritur: Matuta, quæ non habet nubes præ fulgore suo: & propter pluviam, quæ herbam á terra elicit* Pagnin. *Sicut lux matutina orietur Sol: manè absque nu-*

Version.

nubibus, á splendore. Vatabl. *Sicut lumen temporis matutini, oriente Sole: matutinum sine nubibus fulgens.* Maluend. *Sicut lux manè, exorietur Sol. Manè non nubes: de splendore, de pluvia progerminatio de terra.* Alij apud illum : *Et sicut lumen temporis matutini, orto iam Sole: temporis matutini non nubiloſi, ex ſplendore & pluvia gramen è terra.* Reg. *Et non obſcuritatem inducet á luce.* Syr. *Lucis inſtar matutini cùm Sol oritur.* Contemplemur aliquid, ut illuminemur, ac in lucem patris luminum progrediamur.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurſ.

1. *Sicut lux Auroræ, oriente Sole.* Quorsùm oriente Sole, ſi Auroræ lux duntaxàt à Solis luce? Ut Virginis-matris immaculata clareret conceptio, & unde in tenebris humanæ conditionis prodiret illuminatio : igitur ex coruſco fulgore Solis orientis, innoteſcit ſplendor Virginis-matris.

2. *Lux Auroræ, oriente Sole.* Sed qua lege? Antequàm Sol oriatur, Auroræ ſplendor videtur : diciturque, *Oriente Sole*, Aurora Virgine oriente ; quippequàm ex præſentia Auroræ matris, aſtruebatur in terris præſentia Solis.

3. *Lux Auroræ, oriente Sole*, tanquàm ab Aurora matre. Ita mater Solis-Aurora cognoſcitur : verùm priuſquàm Sol oriatur? Utique, pro inſigni Virginis in die optatæ in templo præſentationis : igitur illius refulſit Auroræ matris perfectio, priuſquàm Sol filius videretur in mundo.

4. *Lux Auroræ, oriente Sole.* Perpropriè quidem in Præcurſoris iuſtificatione, Aurorà Virgine-matre, & Chriſto Sole Iuſtitiæ, miraculorum compendio meditanterque dicitur, *Oriente Sole*, & non orto; quia gratia facta præſentiâ Auroræ Mariæ, priuſquàm Sol filius videretur in orbe.

5. *Sicut Lux Auroræ, oriente Sole.* Ita in Virgine-Matre? Nequaquàm. Non *ſicut* : profectò lux Auroræ, Sole oriente. Aurora non videtur, ſi Sol oritur: Virginiſque matris lux non ſicut lux Auroræ, Sole oriente ; quippe perſiſtit adhuc matris influxus, etiam dum nobis evaneſcit aſpectus.

6. *Lux Auroræ, oriente Sole*; ut innoteſcat excuſsio diabolici iugi. Eſt lux Auroræ, dum Sol oritur; & lux Auroræ, priuſquàm Sol oriatur. Lux Auroræ, ante Solis ortum, erat duntaxàt redemptionis ſignum ; ſed non redemptio, quæ omnimodò pendebat à Solis ortu : diciturque ut libertas luceſcat à ſervitute, *lux Auroræ, oriente Sole* ; quippe redemptio & redemptionis novitas, ex eò quòd ſol ex Aurora naſceretur in terra, qui natus Sol, priuſquàm Sol naſceretur ex Aurora.

DIDASCALIA PRIMA.

In conceptione puriſsimà, Virgo veriſsima Aurora.

1. Reg. 23. 4. *Quare Virgo in conceptione adinſtar Auroræ plauditur?*

1 COncipitur Virgo ſingularis ſub titulo Auroræ, quia cœpit à luce. Verùm quorsùm additur, *Oriente Sole* ; ſi uti vidimus in litera, non alia ex luce eſt Aurora? Ut eius puriſsima rutilaret conceptio, & unde in tenebris humanæ conditionis prodiret illuminatio: ſiquidem ex fulgore coruſco Solis orientis, innoteſcit ſplendor Auroræ matris. Frequenter enim qui concipitur, per parentes, à queis eſſe recipit, cognoſcitur: Virgo Maria inter homines concipitur ſingularis : Auroraque meritò plauditur, ubi in eſſe humano per parentes conſtituitur; quippe Aurora etiam dum accipit lucem, noteſcit per prolem Solem. Dum in conceptione inquiritur, de quibus concepta eſt; dicitur ab Evangeliſta : *De qua natus eſt Ieſus.* Non diſcutitur quis ab illa naſcitur; ſed à queis naſcitur illa. Concipitur ut Aurora: exponiturque adæquatè, *de qua natus eſt Ieſus*, qui fulget iuſtitiæ Sol: quoniam Auroræ Virginis novit mundus conceptionem, per Ieſu Chriſti Solis nativitatem. Si dicerentur etiam in conceptione parentes; quia contraxerunt, macula notaretur originis, tranſgreſsioniſque tenebræ quibus iacuerunt præ humana ex Adamo conditione. In Sole nil niſi lux, quia totus in gratiam Sol : minimèque vel in conceptione dicitur de quibus Aurora nata, ſed quis fuit natus ab illa; quippe Aurora non cognoſcitur per tenebras, quas reliquit, ſed per Solem divinum, quem Virgo peperit. Matth. 6. 16

Venant. *Peccati iaculo defixa in stirpe cicatrix:*
Ulcera nulla gerit, nec sua signa patent.

Succinit Venant. Fortunat. de *Part. Virgin.* v. 127. Virgo mater Solis ulcera nulla gerit, vel dum natura ex infecta stirpe concipit, in cuius parentibus cicatrix adusta criminis, ex ulcere transgressionis. Modò in Virginis conceptione diceretur origo, cum cicatrice originis designaretur conceptio: Solisque filij fit memoria, & non parentum; quia cicatricis parentum in conceptione nec signum.

Cur dum concipitur, origo tacetur?

2 Oblita est in origine patrem, à quo (licèt non per quem) Virgo suscipit originem: igitur in naturæ conditione per filij gratiam, conditionem non suscepit, cum susciperet naturam. *Avertit iugum captivitatis antiquæ, delevit notam iniquitatis humanæ*: infit Bern. in *Sent.* Semper in illa lux gratiæ: sed maioris excellentiæ; quod nota esset ex conceptione in natura, sed sine naturæ nota: igitur haudquaquàm nota per originem parentis; sed per originem Solis.

Bernard.

O Regina tuos ne iam reminiscere patres:
Nam tibi felici nascetur origine proles,
Te celebrem faciam ventura in sæcula matrem.

Cruc.

Uti modulatur Ludovic. Crucius in *Psal.* 44. Quæ cunctis usuvenit cognitio in natura per parentes, fugit conceptionem Virginis. Cognoscitur ergo ex origine prolis singulari maiestate, quia eius origo ab origine. Patet. Nulla Aurora sine Sole. Quit concipi fœmina sine filio. Aliter Mariæ conceptio: tacenturque principia conceptionis in conceptione Virginis; quippe si concepit Solem, duntaxàt habuit originem ab origine.

Per filium cognoscitur, ubi concipitur.

Manil. ——*Ortus ad ortas*
——*Cœlum & cum Sole perennet.*

Dixit Manilius, 1. *Astron.* cap. 2. v. 77. Nescio, quo intuitu, sed conceptionis Virginis siccine describitur ordo. Illa uti *Aurora progreditur*; mundo ex parentibus nascitur: minimèque in ortus cognitionem ingeritur notitia parentum, sed duntaxàt signatur ortus ad ortum; quippequàm lux in cognitionem conceptionis Virginis, tantùm procedit à conceptione Solis.

Cant. 6. 9.

3 Alia occurrit causa, quam expressimus & illustravimus fusè *Tautol.* 3. *D.* 3. à *n.* 7. & hìc in *Liter. expos.* à *n.* 46. nimirùm, excellentiam singularem fuisse Virginis, esse matrem genitoris; sicut Aurora vera Solem producens, producta à Sole: qua metaphorà Apuleius, 11. *Metamorph.* subdit: *Nascentis, Dei Solis inchoantibus radijs.* & Ovid. 13. *Metamorph.* fab. 3.

Nunc status Auroræ, meritos ut poscat honores. Ovid.

Nobilitas nil aliud est, nisi Maiorum claritas: laus procedens de parentum meritis secundum honorem virtutis. Adi Aristotel. 2. *Rethor.* Boët. 3. de *Consol.* prof. 6. & Tiraquell. de *Nobilit.* cap. 2. Quùm homo producitur, non lux eius, patris honor; quia nobilitas filiorum à claritate parentum. Hinc Virgini provenit Auroræ claritas, & in conceptione singularis nobilitas: equidem si à maioribus nobilitas derivatur, & lux Auroræ oriente Sole cognoscitur; Virgo à filio nobilitatem habuit, quia productus à matre, matrem produxit. Novum sanè, quod ascenderet nobilitas, quàm semper ut infima intuetur posteritas; igitur honor cum esse non datur, à quo in conceptione accipitur. Clarificatur conceptio, à queis facta generatio: & in Virginis matris conceptionis decus signatur ad ortum ortus; quoniam vel primam accipiendo lucem, produxerat producentem. Signantur parentes in filiæ conceptione ad conditionis formam; quia non in matrem concipitur, sed in filiam. Hinc mutatur ordo conceptionis Virginis, tanquàm Auroræ in conceptionem Solis; equidem cùm Aurora nunquàm sit, quin futurus splendens notetur Sol; dum patres genuerunt Auroram Virginem, non genuerunt in filiam, sed in matrem.

Quid sit nobilitas?

Unde singularis nobilitas Virginis?

4 In huiusce propositi expressionem, per Evangelistam dicitur: *Iesse genuit David Regem.* Reges utique non gignuntur; homines gignuntur, qui futuri Reges: quare dum Iesse ut filium genuit Davidem, dicitur genuisse Regem? Filius præ se fert naturam profectò genitoris, Rex insigne dignitatis. Si uti de cæteris nunciaretur filium genuisse; dignitas proculdubiò posterior existeret conditione. Erat sanequàm in haccine generatione prius, quod in concepto præstantius: altissimoque intuitu dicitur Rex, dum concipitur David; quoniam in eius conceptione singularitas, quòd prior naturà considerarentur dignitas. In conceptione communi fuit specialis honor; ut geniti non esset communis splendor, ubi vel ab humanæ conditionis principio, acceptus summè præfigurabatur cœlo: igitur in acceptione nil plus, quam filius iuxta cor Dei: & quùm gignitur uti filius, Rex pro filio consultò signatur genitus

Matth. 1. 6.

tus; ut conceptionis splenderet præstantia geniti, in communi naturali conceptione: igitur, etiam ab illa, non cognoscendus David per esse acceptum à substantia genitoris; sed per honorem habendum ex præstantia dignitatis. Ulteriùs. Si filium ut filium genuisset Iesse; constaret in conceptione à quo David, non ad quid. Conceptionis finis excellentiam ostendebat conceptionis. Futurus profectò Rex: quod erat geniti quid, simulque ad quod genitus Iesse singularis filius: & dum Matthæus dicit filij conceptionem, astruit Iesse pro filio genuisse Regem; quia etsi à patre non per patrem conceptionis excellentia, sed cœli dono duntaxat à dignitate futura. Prætereà. Conceptio haud in humanæ conditionis tendit dignitatem, quia solùm intendit in humanam conditionem. Si concipitur præclarissimis dotibus insignis homo, propter finem ordinem mutat conceptio: & David qui Iesse filius, Rex, non filius à Iesse dicitur genitus; ut ab ipsa conceptione clareret, quid Iesse singulariter genuisset: quandoquidem si commune in conceptione videtur substantia patris; ob excellentiam Davidis, non humana conditio dicitur in conceptione, sed dignitas tantùm conditionis humanæ. Denique. Propositum Davidicæ demonstratur excellentiæ; ubi Iesse generasse dicitur, quod non potuit generare. A patre utique conditio humana, haudquaquàm futura dignitas regia: Rexque à patre dicitur genitus, dum conditione humanà gignitur filius; quia nequaquàm dignitas per humanam conditionem, sed conditio noscenda per dignitatem.

Dignitatis excellentiâ, excellens innotescit persona.

5 Delicata liquet silentij parentum causa, dum concipitur Maria. Esse in conceptione à parentibus accipit. Verum est. At Virgo non dicitur à quo, sed tantùm quæ vel ad quid. *De qua natus est Iesus.* Dignitas claresci Dei matris: conditio humana ab instanti conceptionis: materque Dei plauditur, vel dum concipitur; quia in eius conceptione præstantior claritas, quod prior naturâ, Dei cognosceretur maternitas. In communi conceptione, filiæ concipitur esse ex conditione communi; non qualitas, non dignitas, vel auctoritas, quæ extra conceptionis finem; cùm generatio solummodò intendat in esse similitudinem: materque Dei Virgo plauditur, dum gignitur, ut constet mira conceptionis excellentia, qua in filia genita non primùm genita filia: etenim quæ ut filia genita fuit, erat mater filij Dei. Si diceretur filia, quæ filia genita; per patrem cognosceretur: & quæ Regina hominum & Angelorum concepta, filia non dicitur; quippequàm non cognoscenda in natura pet naturam, sed per matris excellentiam. Mater Dei est, Regina est, cui non deorsùm regnum, sed cœlorum, sed Empyrium; genita à parentibus in decus generis, & in stuporem specialis conceptionis: igitur quam arbitrabantur filiam conceptam, genuerunt cœli mundique Reginam. Ex patre conditio provenit generis, sicut è cœlo maiestas singularis honoris. Hæc lucet maternitate. Illa genitoris filiatione, qua concepta accepit esse: paterque iure tacetur ubi Virgo mater Dei, hominis, filia concipitur; ut promineret nostra in genere felicitas, quùm conceptæ in nostram gloriam effulguraret maiestas: equidem si in conceptione videtur conditio humana, præstat in concepta Virgine conditionis, excellentia. Demùm. Matrem Dei, universi Reginam parentes genuerunt Virginem. Qua ergo lege, quod ultra naturæ conditionem? Hinc sub silentio parentes, etsi ab illis per originem præsentia Virginis. Modò, quæ mater Dei, diceretur in conceptione filia; clareret naturâ humanâ: & ipsa humana natura in conceptione tacetur, dum mater Dei à parentibus concipitur; quia nullo modò honor Virginis dignitate conditionis, sed conditio per honorem maternæ virginitatis.

Ubi supr.

Priùs quàm natura humana, maternitas cognoscitur in Maria.

6 Unde virginea inexcogitabilis illudusque maternitas, per quam conditionis humanæ effulget dignitas; operæpretium, estò brevi, erit singulariter exponere, ut constet, quàm longè Virgo extra peccatum Adami. Notandum primò, naturam humanam posse subsistere hypostasi Angelicâ, etsi inficientur aliqui Theologorum ratione limitationis ac finitatis, cum D. Th. 3. *p. q. 3. art.* 1. Alij sententiæ favent, videndi apud Eximium Suar. hìc *disp.* 13. sect. 4. Astipulatur Hyeron. in *Agg.* 1. 13. Subdens: *Nec mirum hoc de Angelis credi, cùm pro salute nostra etiam Filius Dei, humanum corpus assumpserit.* Ni fallor, constat perspicuò ex illo Ioan. 3. 16. ubi Christus Nicodemo dixit: *Sic Deus* (Pater, scilicet) *dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret*: iteratque 1. *Epist.* 4. 9. Paulus etiam ad *Rom.* 8. 32. *Sic* illud emphaticum est, quo exprimitur ineffabilis magnitudo amoris, & etiam ineffabilis modus amandi: equidem in amoris signum haud dedit homini hominem-Angelum, sed suum filium & unigenitum. Adi Iansen. Alapid.

Natura humana potest subsistere hypostasi Angelica.

Hieron.

Ioan. 3. 16.

&

Ex pretiositate muneris, vehementia claret amoris.

& Saä hìc. Si ex ampliore dono maior indicatur dilectio; minor esset, si relicto filio mitteret Angelum de cœlis, vel in salutem vel honorem hominis. Haud mireris in missionis proposito distinctionis discrimen. Descendit enim de cœlis filius Dei (quem Pater misit, quippe mundum sic dilexit) *Propter nos homines & propter nostram salutem*, ut Messias notaretur illustrator, vel redemptor. Siccine, etsi non tanto amore, Angelus mitti quibat vel propter nos homines in generis dignitatem; vel propter nostram salutem in redemptionem.

Unde lapsus diaboli?

7 Secundò, Inconcussum est tam apud sacros interpretes, quàm Scholasticos DD. casum diaboli fuisse, eò quòd cùm filium Dei assumpturũ humanam naturam Deus revelaret, iuberetque, ut Christo homini se subderet, sed renueret; invidens Christo, quòd homo sibi præstantioris naturæ præferretur in gloriam, assumptus in Verbi unionem hypostaticam; enixè ambivit, sed corruit: qua de causa ut eius & desertorum frangerentur inflationis ausus; *Cùm iterùm* (Pater) *introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: & adorent eum omnes Angeli eius.* Illos intimè pupugit, quod filius Dei non ipsos, sed semen Abrahæ apprehenderet. D. Thom. consule, d. *q.* 4. *art.* 1. Suar. hìc *disp.* 5. *sect.* 5. & *disp.* 25. *sect.* 1. & Anselm. fusè de *Casu diabol.* Cùm Christus constitutus esset caput, cuius genus hypostasi Verbi illustrandum; decreta etiam eiusdem naturæ fœmina, à quo sola accipienda humana natura, qua de causa Regina decreta hominum & Angelorum in insigne ministerium, singularibus gratijs, exoticis privilegijs, propter honorem singularem matris, decoratum prærogativâ virginis, habentis ex materno honore quandam infinitatem; respectu cuius nec primam similem visa est, nec habere sequentem, cunctis honorabilior; quia inter puras creaturas nulla perfectior. Vide quæ diximus *Tautol.* 3. à n. 118. & 131. Hinc dicitur à PP. *Forma Dei*: Hieronym. & August. de *Assumpt. Virg.* Ildephons. serm. 2. de eius *Nativit.* & Alb. Magn. in *Luc.* 11. *Speculum paterni splendoris.* Andr. Cret. de *Dormit.* serm. seu Orat. 11. *Speculum sine macula & filij imago.* Richard. à S. Laurent. de *Laud. Virg.* lib. 6. Damasc. Orat. 1. de *Nativ. V.* & Isidor. Thessalon. in *Præsent.* Unde Sedul. lib. 2. v. 23.

Hebr. 6. 1.

Post Christum Prædestinata Maria in matrem Dei.

Virginis encomia.

——*Deo similis vivens aspectabat imago.*

Digna igitur, cuius decorem concupisceret Rex, & ab æterno illo attraheretur accubitu, sinu Patris, usque in gremium genitricis. Hanc dignitatem exclusus à prima, concupivit Lucifer; nimirùm incarnari, sicque genitricem Dei fieri: dicens in corde suo:

Nobile corpus erit divæ genitricis in alvo
Formandum virtute Dei. Super omnia felix
Venter erit, felix animus, felicia matris
Ubera, quæ talem lactabunt candida natum.
Quæ te Christe decent, puram sine labe parentem
Excipies: pura sumes à Virgine carnem.
Denique Diva ferat nomen commune parentis
Cum Domino cœli, rerum qui flectit habenas.
Talis erit tua Christe parens dignissima cœlo,
Addere quam generi nostro, mundique tenebris
Ipse parat genitor claro fulgore lucernam:
Progenie veniente novâ, Superisque futurã
Condere Reginam, niteat quæ Solis amictu,
Lunaque sub pedibus Dominæ famuletur eburna.
(*Gratus honor Superis, sed adhuc ignotus Averno*)
Cætera quæ prudens secum decreverat alto
Consilio Dominus, nobis non ipse revelat.
Sed quæ divino mortalis idonea nato
Fœmina mater erit? Qualem decet esse parentem
Principis immensi summâ virtute decoram?

Ioan. Mellius Sous.

Lucifer ambit esse mater Christi.

Verè aurea camœna Ioann. Mellij Sousa, de *Concept. Mariæ* lib. 3. Ergo Excelsi Regis claram decet esse parentem, ad sublimioris dignitatis apicem. Ergo mihi::. Fallerìs. Honor huiusmodi præmium humilis. Hanc exaltabit, qui semen Abrahæ & non Angelos apprehendet.

Cuius apud Dominum fulgens idea corusco
Lumine, conspicuà præcessit origine mundum.

Humana erit, & non Angelica mater, ut conciliet ima summis. Haud tu es, quem Rex honorare vult. Quam ergo?

Idem.

Secum certus erat cœli dominator & orbis,
quæ sit sponsa sibi, quæ sit Regina futura,
Quæ pueri genitrix, ubi ventris conderet aulam
Insignem nato. Felicis præparat ergo
Conceptum Mariæ. Tunc boni lumine ducti
Numinis ætherei felicibus ora resolvunt
Laudibus, ac celebrant: alacri nova pignoris auget
Spes animum studio; colitur divina potestas.

Rum-

Deo restitit, quia non obtinuit.

Rumpitur livore Lucifer decidens à cogitationibus suis, alienato honore matris. Consilia cogitavit, quæ stabilire non potuit: unde blasphemus & audax concepit dolorem, & rabidus in illam peperit iniquitatem. Succinit. Alcim. Avit. lib. 2. v. 48.

——— *Rabido concepit corde furorem.*
Talia iactantem præcelsa potentia cœlo
Alc. Avit. *Iecit & eiectum prisco spoliavit honore:*
Quique Creaturæ præfulsit in ordine primus
Primus venturo pendet sub iudice pœnas.

8 Hinc enim eius exultatio ex primiparentum præcipitio: igitur iam illam sub iugo habendam stultè præsumebat, cuius etiam vel imago cervicem eius calcaverat. Nisi conditione Adami, suo pravo iudicio, nil procedere poterat ab Adamo. Insipiens cor eius mysterij obscuritate, evanuit cogitatione. Virgo, ut canit Prudent. in *Peristeph.* v. 3864.

Stans & draconis calce premens caput,
Terrena mundi qui ferus omnia
Prudent. *Spargit venenis, mergit & inferis;*
Nunc virginali perdomitus solo,
Cristas cerebri deprimit ignei,
Nec victus audet tollere verticem.

Totum articulum & impulsum describit graphicè Avitus quò dudùm à v. 81. & lib. 3. à v. 138.

Vidit ut iste novos homines in sede quieta
Ducere felicem nullo discrimine vitam;
Commovit subitum zeli scintilla vaporem,
Excrevitque calens in sæva incendia livor:
Vicinum tunc forté fuit cùm decidit alto
Tempus, & innexam traxit per prona catenam.
Alc. Avit. *Hoc recolens, casumque premens in corde recentem;*
Plus doluit perijsse sibi, quod possidet alter.
Continet hìc primùm sua gaudia callidus anguis.
Olim erit ut sexum muliebrem pronus adores.
Conteret una caput tandem tibi fœmina victrix,
Nascendumque etiam tali de stipite germen.

Et conatu vano, corruit. Nota *Una*, & germen huius unius, de quo infrà; ut constet quomodò cecidit Lucifer, quia Verbi incarnandi non constitutus est mater, patulà in matrem Dei arrogantià, ut comprehendatur in superbia sua: de execratione enim & mendatio annuntiabuntur in consummatione. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate & impietate sua.

9 Verùm quodnam (dices) fulcrum in huiusmodi novum ratiocinium? Textus Isaiæ, describentis cogitationes Luciferi, totam pulchritudinis suæ, primariæ excellentiæ, adinstar fatui pavonis, quasi esset à se mirantis.

——— *Tumidos exarsit in ausus,*
Se fecisse putans: mox tanquàm conditor Idem.
esset
Ipse sui, &c.

Alcimus *lib.* 2. v. 42. & *Ezech.* 29. 3. Sic- Isai. 14. 16.
cine præut textus iacet: *Dicebas in corde: Similis ero Altissimo.* His verbis cæteras cogitationes quasi epiphonemate comprehendit. Si assumeretur eius natura à Verbo (aliter nec à Lucifero superbo quibat cogitari præ entitate naturæ, quantunlibet præstantioris excellentiæ; quippe impossibile. Unde Anselm. loc. cit. *cap.* 4. infit: *Quomodó potuit diabolus velle, quod non potuit cogitare? Non enim ita obtusæ mentis erat.*) Si assumeretur, inquam, eius natura à Verbo, non esset similis Altissimo, sed Altissimus ratione hypostasis; sicut Christus, licèt homo, Altissimus & filius Altissimi vocatur. Non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, etsi semetipsum exinanivit in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Erat enim in forma Dei, etiam in forma hominis, quam susceperat. Anselm. *Cur Lucifer non dixit, Ero Altissimus, sed similis Altissimo?*

Par splendor, communis apex, sociale cacumen,
Æquus honor, virtus eadem, sine tempore regnum, Sedul.
Semper principium, sceptrum iuge, gloria consors.

Concinit Sedulius, lib. 1. *Carm.* v. 32. & Bernard. Homil. 3. super *Missus est*, n. 12. *Altissimus enim Deus Pater* (inquit) *quanvis omnipotens sit, non potuit tamen vel æqualem sibi condere creaturam; vel in-* Bernard.
æqualem gignere filium. Fecit itaque Angelum magnum, sed non quantus ipse. Solum autem Unigenitum, quem non fecit, sed genuit Omnipotens Omnipotentem, Altissimus Altissimum, Æternus coëternum, ipsum sibi per omnia comparari; nec rapinam existimat, nec iniuriam.

10 Diabolus haud præsumpsit cum Deo æqualitatem, licèt appetijsset unionem: à qua quidem repulsus propter concessam homini dignitatem; sitienter ambivit similitudinem: ita ut sicut homo Christus futurus subsistentià filij Dei, qua Altis- *Unde ruina Luciferi, visà Virgine Christi matre?*
simus & filius Altissimi; non aliter humanitas matris Dei hominis suà Angelicà hypostasi subsisteret, ut dignitate genitricis Dei gauderet: similisque esset Altissimo, as-

aſſumpturo naturam hominis, dum hypoſtaſi Luciferi conſtaret humana natura matris: ſic enim ſimilis Altiſsimo elevaretur ſuper cuncta, uti magnoperè efflagitabat eius ſuperba arrogantia; quin Mariam, puram fœminam, ſuperiorem haberet, quàm vellet, nollet, ratione dignitatis adoraret. Mentita eſt iniquitas ſibi: igitur utut matrem filij Dei in carne, puram fœminam cognovit, quam adorandam Deus ſuper Angelos conſtituit (etſi Chriſtum, quia Deus, adoraverit, non amore, ſed timore; & quia aliter facere, vel eius inſolentiæ videbatur impoſsibile: ita placet Venerab. Mariæ de Agreda, 1. *p. lib.* 1. *cap.* 7. n. 87.) furioſè contabuit, & à præcepto reſilijt, indignè ferens & quod dignitas matris Dei ſibi perijſſet, & quod alter poſsideret; maximè pura humana creatura, quam naturali ſuperabat excellentiâ. Corruit, & ut canit Prudent. *Hamartigen.* à v. 225.

——— *Caput caligine protulit atrâ.*
Maieſtate ferox, nimijs dum viribus auctus, Prudent.
Inflatur, dum grande tumens ſeſe altiùs effert,
Qui prius auguſtum radiabat ſidus, & ingens
Ex nihilo ſplendor nutrito ardebat honore.

11 Tunc Lucifer audivit, quod Deus Evâ peccante in paradiſo reperijt. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum.* Hìc enim iuxta Dracontium de *Oper, ſex dier.* v. 352. ſignatur Gen. 3. 15.

——— *Virtute Dei vir unus, & una.* Dracont.

Cur ergo ſi vir unus Chriſtus eſt, unaque Maria virgo, mater Chriſti, ut latè aſtruximus *Tautolog.* 3. contritio capitis Luciferi colubri tantùm tribuitur mulieri? In ſuperbiam draconis dirigitur ſententia triſulci fulminis. Nil mirum, ſi tereretur Deitatis potentiâ: mirabile profectò; ab inferiore deſpecta ab illo natura: & dum ſignatur conflictus, non viri ſed fœminæ exponitur triumphus; quippe magis ab una illa, illius proculcabatur arrogantia: quandoquidem coäctus duram cervicem pedi fœminæ ſubdere, quam & cuius dignitatem olim renuit adorare. Ulteriùs. Diabolus haud cogitavit, victa in paradiſo primâ fœminâ, à fœmina poſſe vinci; quippe quælibet eiuſdem infectæ crimine maſſæ, implicatque triumphus ex ipſo lapſu naturæ: ab unaque draconis caput dicitur conterendum; ut in Virgine videretur ſingulare miraculum: igitur maior glorioſiſsima victoria, quùm victrix una ex eodem ſemine ſata.

Senſit quare intimo corde, calcari à Virgine?

——— *Huius primâ gaudes quam fraude ſubactam?* Mar. Vict.
Inferior pedibus degens, & pectore pronus,
Ut capiti trepidans etiam veſtigia figat.

Uti modulatur Mar. Victor, lib. 1. *Geneſeos*, v. 493. *Ipſa.* Ipſa cui invidit, & quam felicem deſpexit, caput colubri contrivit. Ubi eſt livor in cruciamen ſufficit æmulator: quid ſi victor? In gloriam Virginis, ab illo diſpoſita tendicula primæ fraudis: igitur cùm, Evâ cadente, maternitatis dignitas, draconi videretur ultra fœminas; ei ceſsit Virgini-matri victoria, cuius invidiâ præcipitatus in tartara.

12 Denique. In originali iuſtitia conditum genus humanum, in quo mundus viſurus Dei matris honorem, cùm Verbum ſibi copularet carnem. Nonnunquàm Virginem ſiccine decoratam draco timuit; ſed à cordolio quiebit, quùm, ut canit Paulin. *Natal.* 5. v. 52.

——— *Inhorruit atris*
Crinibus, & rapidis inflavit colla venenis, Paulin.
Immiſitque ſuum puriora in pectora virus.

Quicquid prolis ex illo, & ſimul damnata, per quam peccaverat, coniunge naſceretur; neceſſe (iudicium draconis ſic) quòd contraheret originale peccatum, cui oppoſita Dei maternitas, & quo abolita humanæ naturæ æſtimabilis dignitas: quippe cum hoccine crimine Verbum carnem ex fœmina non aſſumeret, vel ille aliquando ſervam ex ipſa ſanctificatione notaret; indignum reputans & meritò, matrem Dei, Angelorum Reginam aliquando ſub eius captivitate miſerè ſervam; quin iam ex lapſu in lapſu timeret, ab illa illa, quæ ſibi Dei maternitatem abſtulit: at cùm eſſent eius cogitationes ſine intellectu, occulto concepcionis arcano; cognovit à Virgine contritum caput & collum, dum vidit reparatum non in illa, per illam genus humanum. Floridè quidem Arator, 1. in *Act. Apoſtol.* 9. v. 58.

Non in Virgine, ſed per Virginem reparatum genus humanum.

——— *Mala criminis Evæ*
Virgo ſecunda fugat. Nulla eſt iniuria ſexus.
Reſtituit quod prima tulit. Arator.

Dicam ergo cum Bernardo poſt Homil. 4. ſuper *Miſſus eſt*, in ſimile ratiocinium, devotioniſque inſtitutum; *Indicabor ſuperfluus, aut preſumptor? Sed ſi quid dictum eſt poſt Patres, quod non ſit contra Patres, nec Patribus arbitror, nec cuiquam diſplicere debere.* Fecit Virgini magna, Bernard.

gna, qui potens est, ut illam beatam dicerent omnes generationes. Patet ergo quomodo cecidit Lucifer, volens Verbi incarnati esse mater: clareat modò unde eius confossa cæca arrogantia, & Virginis celebrior per Adamum excellentia.

13 Per Adamum profectò venit in mundum, quæ Dei decreta mater ante Adamum: illaque de se dicit: *Creata sum: Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Haud creata, si ex Adamo præsuppositа materia. Improprie dicitur creatio, qua aliquid existit ex nihilo: Non *Nihil* quod aliquid, quia nihil non habet quid. Ita Aristotel. 4. *Metaph.* text. 4. quo ergo iure Virginis dicetur creatio; cuius uti in cæteris, ab Adami generatione processio? Pende. Si homo crearetur, peccatum Adami non contraheret, quia ab Adamo non procederet: ab illoque origo Virginis procedentis, meritò decoratur titulo creationis; quippe in Virgine innocentiæ mirabilis pulchritudo, quasi nequaquàm in esse procederet ab Adamo. Erat in hoc humana per originem participabilis natura, & conditio naturę participabilis generatione perfectà. Quiqui ab illo participant naturæ originem, participant ex lapsu cum natura conditionem, excludentem gratiam Dei, quoniam conceptio in peccato fit: & cum ex nihilo fit creatio, creatio dicitur Virginis ex Adamo conceptio; quippe quoad status innocentiam, quoad naturę gratiam, gratię felicem integritatem, Adamus nihil ad Virginem. Hac de causa dum concepta proponitur, in libro generationis nec verbum de Adamo dicitur: igitur cùm generatio conditionem & naturam ei communicet, qui ab Adamo procedit; Virgo mirè ab Adamo accepit carnem, sed nequaquàm conditionem. *Christi autem generatio sic erat.* Quid est *Sic*? Ut ex Adamo filius matrem haberet, quasi mater nullo modo ab Adamo processisset. Aliquid sublime latet. Dixi *Tom.4. T.13. D.2. n.5.* bifariam creationem posse sumi: nimirùm, ex nihilo, & aliquid materiæ indispositione facere: tunque generatio iurè creationis adinstar demonstrata; quia generatio non est nisi in materia dispositа. Elucet conceptionis virginalis insignis novitas, & Virginis singularitas, trahentis ab Adamo originem, & neutiquàm originis conditionem: meditanterque Virginis conceptio dicitur mira creatio; quia quoad Adami crimen, tanquàm ex indisposito subiecto.

Eccli.24.12 14.

Cur Virginis cōceptio dicitur creātio?

Matth.1.1.

Quomodò in illa Adami caro, verèm non carnis conditio?

Vers. 18.

14 Duo status fuerunt in natura humana, quorum umbra Moysis virga. Primus fuit rectitudinis, secundus curvitatis apparentiа draconis. Natura enim recta curva in humum versa est in colubrū. Reformanda quæ ceciderat, per gratiam, dum verteretur in virgam. Aliter in virga radicis Iesse, in qua gratiæ semper flos, quæ à virga curva descendit Adami, humani particeps esse; ut mirabilis Virgo videretur, vel dum ex carne peccati ex Adamo concipitur: igitur mirabile, quod curvæ virgæ esset germen, & haberet primi status in natura rectitudinem. Totum hoc quia mater Solis, & lumen Auroræ Matris. Non à radice Adami computatur origo, sed à filio nascitur. Est germen gloriæ, *& germen Domini in magnificentia*: equidem si filius Virginis germen; utique glorioſum atque magnificum, quod concepta esset à germine, quæ uti germen virgæ curvæ debebat esse à radice. Pro patribus tuis natus est tibi, Virgo benedicta, filius, & in conceptione plausus; ut dum dicitur conceptio, tanquàm Auroræ cognosceretur origo: igitur si virgæ rectitudo innotescit per germen, Auroræ splendor dignoscendus per Solem. Appositè Prosper. *Epigram.61.*

Exod.4.4.

Fuit Adami germen, habens ex curvitate generis rectitudinem.

Isai.4.2.

Nil hominis primi retinens, sed plena secundi,
Splendore in capitis glorificanda sui.
Sic nostrum assumens matris de corpore corpus,
Esset ut assumptæ carnis origo Deus.

Prosp. Aquit.

DIDASCALIA II.

Virgo-mater mundo prodiens est Aurora singularis.

1 PRonus nonnunquàm erga hominum genus Dei conditoris intensissimus amor, ex cuius dignatione vel divinitati decor: igitur etiam vulnerata iustitia, dum infelices vidit de cœlo in sublevamen prospexit. Veritas oppressionum, quæ de terra orta est, internè pupugit cor. Quid cœli gratia non faceret, ut homo contra Dei propositum non periret?

Virgo nascitur, ut orbis restauretur.

Expulerat primogenitum sævissimus anguis
Florigera de sede virum::. & prorsùs ab ipso
Humanum simul omne genus. Heu noxia coniux!

Noxia tu coniux, magis an draco perfidus ille?

Sedul. *Perfidus ille draco, sed tu quoque noxia coniux;*
Ni pius ille sator, culpas ignoscere promptus,
Reddere difficilis, sua ne factura periret,
Instauraret opus::.ut unde
Culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem.
Sic Evæ de stirpe sacrà veniente Mariâ
Virginis antiquæ facinus nova Virgo piavit.

Succinit Sedulius *lib.*2. à v.1. En præsentissimum post damnum, cœleste prorsùs remedium: equidem si natura malis præmitur, quousque Virgo nascatur; in nativitate Virginis, Auroræ Solis & matris, ortus est Sol, cuius sanitas in pennis. Aurora prodit, quia gratiarum luce fulget. Aurora sine nota roris, quia sine lachrymis. Aurora quæ pœnas, sicut sidera fugat, tenebras eliminat, cœlum illuminat. Aurora plena luce, brevis corpore, sed replens mundum. Pupa, sed mundi miraculum. Aurora totam lucem demonstrans vel in ortu: languentis generis Aurora remedio: igitur si ab una fœmina plaga, ab una etiam omnigena medicina.

Cur vocatur Aurora?

Benavid. *Eva genus perimit, Mariæ, quòd suscitat ortus:*
Attulit hæc terris Numen, ut illa Nefas.

Eius gratiæ & munera.

Nascitur ergo filij imago, mundi decus, gratiæ pignus: equidem ut in orbe de cœlo vidit, Numen quievit. Ad rem Theocritus, *Edyll.*11. v.28. Omnia sæcula certabant, quodnam de ortu Virginis gloriaretur.

Theocrit. *Quievi postquam te vidi, & nunc.*

Plausibile, sed non novum, cùm nascerétur Deitatis delicium.

2.Reg.23.4 2 *Sicut lux Auroræ, oriente Sole*, proponitur, quæ enixè expectabatur à Davide. Antequam Sol oriatur, Auroræ splendor videtur: diciturque *oriente Sole*, Aurorâ Virgine oriente; quippequàm ex præsentia Auroræ matris, astruebatur in terris

Psal.73.16. præsentia Solis. *Tu fabricatus es Auroram & Solem.* Ideſt, Christum Solem & Auroram Virginem; uti vidimus in *liter.* n.11. 23. & 44. Liquet, numen utrumque fabricasse, sed non simul utrumque constitisse. Cur igitur simul signatur Aurora & Sol, si ubi Aurora, Sol non est? Quia Virgo Aurora singularis in ortu, ex quo felicitas mundo: equidem si mundi plena fortuna ex Solis expectata præsentia; Sol est simul cum Aurora, quippequam præsentia Solis in nativitate Virginis.

Si tamen aspicias, quantum tibi fœmina præstem. Ovid.

Tum cum luce nova, noctis confinia servo.

Dicit Aurora apud Ovid. 13. *Metam.* fab. 3. In Virgine nascente haud summitas, quòd clara fugaret antiquæ noctis palpabiles tenebras; sed quod lucis afferret novitatem, edita in lucem. Novum non est, quòd rutilet Aurora, antequàm nascatur Sol: signatque Regius Psaltes insignem novitatem, dum contemplatur simul Auroram & Solem; igitur Solis iustitiæ Christi videbatur splendor, dum Virgo Aurora præcedens in hunc mundum nascebatur.

Quomodò Christus videtur dum illa nascitur?

Creavit Dominus novum super terram (dicit Ieremias) *fœmina circundabit virum.* Utique novum, quòd oculis esset prævium, si futurum. Arcanum delicabo seq. *Didasc.*n.2. Ierem. 31. 23.

3 Bernardus apud Hippolyt. Marraccium in *Marian. Polyanth.* lib. 9. aliter exiſtentiam Solis & Auroræ exponit. *Virgo nascitur speculum & imago expressissima Solis.* Inquiritur, unde plures Soles visi? de prodigio consule Senec. lib. 1. *Natur. qq.* cap.11. qui subdit: *Nubes rotunda & splendida, Solisque similis. Nunquis nostrùm miratur, si Solis effigiem in fonte vidit?* Plin. plures refert, *lib.* 2. *cap.*31. quo loc. Delecamp. infit: *Fiunt quando nubes ex latere Solis orientis collocata, velut speculum imaginem Solis recipit, aut exprimit.* Apparet quomodò oriente Aurorâ, in eius luce, Solis necdum orientis, orta præsentia. Ascendit Dominus super nubem levem, ut ingrederetur orbem. Fulgebat Aurora, nubes lucida Virgo, Solis speculum ac perfectissima imago: Solisque demonstratur præsentia, quæ futura profectò fulgente Aurorâ; quippe tanquàm in lævi perfectissima imagine, Sol oriturus videbatur in Virgine. Videretur mirum, ni in fidem etiam natura exhibuisset speculum: equidem cùm Sol Christus intenderet honorare matrem orientem, ut ex matris, eius etiam viderent nativitatem; cum Aurora apparuit Sol, Solisque ventura lux: quandoquidem Sol Christus nascente Virgine, videbatur in mundo tanquàm in gratiarum fonte. *Nunquàm noctu* visum huiusmodi portentum: ait Plin. ibid. Facile assertum in naturâ, non ingratia. Nascente Aurorâ Mariâ, nox vidit Solem: exortum est in tenebris lumen: equidem radijs directis in Auroram, veniente Sole, Sol visus Aurorâ oriente; quoniam Solis fulgentis lucida imago, in Aurora refulsit

Bernard. Senec. *Unde plures Soles?* Delecamp. *Imago Solis, gratiarum fons Virgo nascens.* Plin.

tan-

Speculum filij.

tanquàm in speculo, Retorqueatur Orpheus in *Argonaut.* v. 561.

Orph.

Tum croceàs Aurora faces, iam nocte fugatà,
Prætendens, rutilo spargebat lumine cœlum.

Matth. 1. 16

4 Haccine de causa dum Virgo nascitur, filij nativitas recolentibus exponitur: *Maria de qua natus est Iesus.* Nativitas filij ex matris nativitate? Sanè. Fulget Virgo uti Solis Aurora novà luce. Lux qua filius in natura cognitioni patet, est principij similitudo, à quo in natura procedit: ostenditurque meditanter Virginis filius, quùm fulgens præmonstratur Virginis ortus; ut lucis Auroræ novitas, esset Virginis nativitas: igitur per lucem perfectissimam Solis nascentis, perfectio Auroræ nota Virginis-matris. *Nemo novit filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi filius, & cui voluerit filius revelare.* Difficile occurrit argumentum, etsi in sensu literali *Tautolog.* 3. n. 62. expositum testimonium. Petrus mentis perspicacissimo obtutu Christum diffinivit sic: *Tu es Christus filius Dei vivi.* Tunc Assertor N. Petrum, eiusque iudicium utiverum astruxit, subdens: *Beatus est, quia caro & sanguis non revelavit tibi; sed Pater meus qui in cœlis est.* Deus vivus Pater est, à quo Christus filius Dei vivi. Si Patrem nemo novit nisi filius, & cui voluerit filius revelare (Petroque Pater revelavit quis esset filius; quin filius Petro revelaverit, quis esset Pater) quomodò Petrus cui Christus Patrem non revelavit, cognovit? Filius est Patris splendor, figura substantiæ, speculum sine macula, candor lucis æternæ, & imago perfectionis genitoris. Petrus Christum vidit, & vidit à quo processit: miratus est filij excellentiam, mensque surrexit in paternam gloriam: Patremque dicitur revelasse (ubi filij diffinitio) qualis & quanta filij perfectio, cùm filius Petro quisnam esset Pater revelaverit; quia per filij perfectionem Patrem cognovit. Pater erat Deus absconditus, quem non cognoverat mundus: Ni filius revelaret, cui voluerit, Patrem Petrus nequaquàm cognovisset. Quomodò igitur si facta à genito, de Patre dicitur huiusmodi revelatio? Unica cognitio necessaria in relativa. Ubi filius Dei veri atque vivi filius, Pater Deus vivus & verus. Unde in filij diffinitione, quod Pater revelat, pridem filius revelaverat; quippe Petrus Patris vidit omnimodam perfectionem, dum in filio præcognovit perfectissimam imaginem.

Per quod in notescit.

Ibid. c. 11. 27.

Ibid. c. 16. 16.

Vers. 17.

Petrus Patris cognovit perfectionem per filij imaginem.

5 Nesciunt enim etiam Angeli (quid humana myops natura?) *Quæ est ista quæ progreditur quasi Aurora?* Mirantur, sed non cognoscunt,

Cantic. 6. 9.

Quam Pater Omnipotens electam ex omnibus unam
Sumpsit in ætherei sacratam principis aulam.

Sous.

Quam nescit sublimior intelligentia, revelat Evangelista. Illa est, *de qua natus est Iesus.* Quomodò sic cognoscitur illa? Arbor hæc vitæ per fructus cognoscenda, plena benedictionis, quippe benedictus fructus ventris. Lucet filius gignentis imago, tanquàm perfectionis forma, speculum, & figura, communicatà substantià. Unde dum Virginis celebratur ortus, cognitioni objicitur Virginis filius; ut ex huius plenissimæ ubertate perfectionis, cognosceretur plenè quæ perfectio genitricis. Verùm quis quem revelat? Per quem quis mentem illuminat? Mater-virgo cognoscitur per filij nativitatem, vel filius per genitricem? Perfectionem revelat uterque, filius nimirùm & mater; ut ambiguum sit in cognitione excellentiæ, quænam à quo nota utriusque: equidem si Auroræ splendor per Solem; Solis innotescit lumen per Auroram rutilantem. Hæc forma Auroræ communis. Nova lux Auroræ Virginis-matris, ut emineat singularis excellentia sub alia forma: si Sol venturus; ut cognoscatur nunc Sol, Auroræ exponitur ortus: igitur præsens iam splendor divini Solis, in nube rorida Auroræ imagine genitricis. Hinc Virgo mundi decus, quippe illa fautus est mundus. *Non enim tibi soli: non enim tui causa progenita es:* Inquit Ioann. Damasc. Orat. 1. in eius *Nativ.* Astruxit exemplo, vel ab ortu: quandoquidem per collatas mundo gratias, Virginis in mundo demonstrabatur nativitas.

An cognitio perfectionis filij per matrem, vel econtrà?

Damasc.

6 *In lucem editur* (ait idem 4. de *Fide orthodox.* cap. 15.) *in domo Probaticæ Ioachim*: de quo vide Theophil. Raynaud. in *Dyptych. Marian.* p. 1. punct. 2. qui addit: *Non aliundè tunc primùm inditam esse illi piscinæ curandi ægros in illam dimissos, nisi ex vicinia domus, in qua Deipara lucem primùm vidit.* Durand. lib. 7. *Ration.* cap. 28. n. 2. asserit Virginem natam illucescente Aurorà. Unde tot gratiæ, nisi ab Aurora nascente? *Oportet* (ait Sapiens) *prævenire Solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.* Solem enim iustitiæ adorare oportet, quippe ab illo larga benedictio procedit, in remedium ægritudinum in

Idem.

Raynaud.

Sap. 16. 28.

Virgo mundo medicina universalis.

sublevamen cruciaminum, incessationem laborum, in abolitionem criminum, atque commoda gratiarum: signaturque quod ad ortum Solis, ad ortum lucis; quoniam si lucis ortus Aurora, qua præsignata Maria; benefica largè mundo exstitit Aurora ab ortu: quandoquidem à nativitate Virginis, ut in Piscina prævaluit medicina universalis. *Mundo mundum restituit, quæ pacem contulit mundo*: ait Novarin. in *Umbr. Virgin.* Excurs. 31. num. 329. Nec se mundus cognoscebat, qui tot crebris ærumnis laborabat: suique reparationem obtinuit in ipsis malis, ad ortum, profectò lucis; quoniam ante Solis ortum, habuit in Virgine Aurora ad cruciamina panchrestum. Hinc serm. de *Deipar.* Chrysipp. Ierosolym. infit. *Radix Virgo omnium bonorum.* Iurè plauditur felicitatis causa; quippe dona ab illa, quæ Solis prævenit ortum in auxilium laborantium; equidem si magnum, quod radix omnium bonorum; maius, quod radix in ipso lucis oriente, quia bona contulit mundo ab ipsa nativitate. Illucescente Aurorà nascitur Maria, in cuius signum virtutem medicam accipit Probaticæ aqua; ut clareat quanta commoda humani generis, ex nativitate Virginis, præveniendo Solem, à quo languorum levamen: equidem si felicitas plena ad ortum Solis; pignus datur gratiarum ad ortum lucis: pignus profectò, & insigne: igitur languentis medicamen nascente Virgine, à quacunque detineretur infirmitate. Ad ortum lucis adorare Deum oportet, qui adventum Solis lucis adventu prævenit: equidem si languens adhuc iacet in infirmitate, nescit profectò *ortum surgentis Auroræ.*

Novarin.

Chrysipp.

Et radix felicitatis hominis.

Iob. 3. 9.

7 In Civitate sancta Ierusalem nova præfigurata Maria, de qua dicta sunt gloriosa. Nascitur equidem, & cuius origo in mundo signatur tanquam è cœlo.

——— *Felicis præparat ergo*
Conceptum Mariæ: nec enim sine Numine cœli
Credimus in terris fulgens hoc sidus oriri.

Sous.

Succinit Sousa, *lib.* 3. v. 184. *Vidi* (inquit Ioannes) *Ierusalem novam descendentem de cœlo.* Malè homo tot pressuris distentus iaceret, ni de cœlo auxilium in Virgine descendisset. A *Deo paratam & ornatam.* Ornatam cœlestibus dotibus filio futuro: paratam gratijs atque donis mundo languido: equidem quandiù ortus elongaretur Solis, paratas gratias sumeret ad ortum lucis. Hæccine civitas habebat *duodecim portas.* Cœli Virgo iure plauditur porta, quippe per illam homini iam aditus in cœlestia: sed duodecim portæ quorsùm? In abundantiam gratiarum. Corruit cum Adamo mundus, & egressus est ab illo omnis decor eius: etenim dum Deus creavit, gloriam & magnum decorem super eum imposuit. Porta cœli dicitur gratia: decor est gratiarum copia. Sine copia gratiarum erat mundus: at cùm Virgo mundi decus; nascente Virgine multiplicantur portæ, quoniam multiplices tunc descendunt de cœlo gratiæ. In figura, Virgo *domus Dei & porta cœli.* Ubi mundo apparet decus mundi, signantur duodecim portæ; ut copia de cœlo descendentium gratiarum, constet nascente Virgine commodum: equidem ad occlusas olim homines gratias, non solùm habent portas, sed duodecim & apertas.

Apoc. 22. 2.

Vers. 12.

Nascente Virgine, ampliores descendunt de cœlo gratiæ.

Gen. 28. 17.

8 Hinc Idiota de *Virgin. partu*, p. 14. Contempl. 29. subdit: *Arca Santificationis mundo communicans thesaurum indeficientem, quo anima ditetur in æternum.* Divitiæ hominis cœlestes per gratiam profectò Virginis, in qua Deus deposuit inexhaustum beneficiorum thesaurum in necessitatem egestatis hominum. Arca testamenti tota rigebat auri pretiosi fulgore, verùm erat sine clavi. De clavi nunquam fit mentio, dum eius Moysi præscribitur constitutio; ut micaret in artificio imaginis nascentis mundo Mariæ, non tam gratiarum gaza, quàm modus gratiæ. Modus gratiam elevat, dum Arca testamenti Virginem nascentem signat: si gratiarum decor, ubi ad illas nullus labor; ex nativitate Virginis, in Arca nec signum clavis: quandoquidem homines non solùm thesaurorum arcam; sed ad quæque sumenda, arcam inveniunt apertam. In arca, dum supplicium luit natura, Deus clavem & sibi sustulit: arca verò fœderis nec clavem habet. Nativitate Virginis tempus fuit propitiationis: patetque homini pervium ostium ad gratias; quia Dei Aurora nascens compescuit iras. De Sagitta, constellatione cœlesti, ait de *Signis Cœl.* Vener. Beda: *Occidit Virginis ortu.* Describitur in cœlo, quod olim & modò usuvenit mundo: etenim sagittæ Domini transeunt in occasum, ad Virginis-matris ortum. Prævalebat è cœlo Sagitta criminum vindex, quia necdum Virginem viderat orbis. Ortu venustavit sphæram, cœlumque abscondit sagittam: absterfit Deus omnem lachrymam, iam non clamor, iam non dolor, nec ultrà mors atque luctus audiuntur; quippe prima quæ à Sagitta, nascen-

Idiot.

Cur dicitur Arca fœderis?

Exod. 25. 10.

A Virgine gratiæ, & obviæ.

Ven. Bed.

ſcente Virgine, abierunt. Inde Virgo pignus gratiæ, quouſque veniret Salvator mundi: quandoquidem pro ſole veniente fovit mundum lux Auroræ.

9 Maria naſcitur, *de qua natus eſt Ieſus.* Uſque in filij feliciſsimum ortum, quindecim annorum reſtat compendium. Cur ergo ſi ſalus homini, ex ſalvatoris generis nativitate; nativitas denotatur Virginis, in ſignum felicitatis? De Coriolano (inquit in eius *Vit.* Plutarch.) *ut alij gloriam virtutis ſibi finem ſtatuunt, ſic matris ille gaudium gloriâ ſua quærebat; nullum enim maiorem ſe honorem, nullam maiorem felicitatem adipiſci poſſe arbitrabatur.* Salvatoris gloriâ erat natura humana felicitati reſtituenda: daturque ſignum nativitatis Virginis, in votum tantæ pridem conceptæ felicitatis; quippe honoris matris ſplendor, eſt filio ampliſsimus honor. Ut pluvia deſcenſurus, quem hominis expectabat aſpectus. Antequàm appareret *nubecula quaſi veſtigium hominis*, dicebatur: *Non eſt quicquam.* Videtur, & actutùm ſonitus pluviæ cœleſtis auditur: igitur completur votum, dum apparet ultra ſpem felicitatis veſtigium. Nativitas Virginis pignus eſt adventus Salvatoris. Sine illius apparentia non eſt quicquam: equidem cum tota felicitas ab illa, cuius imago nubecula; ſpectabilium expectatorum bonorum, ſine Virgine in mundo nec veſtigium. *Oſtende mihi faciem tuam*: Domino dicebat Moyſes. Huic ille: *Inveniſti gratiam.* Eſt articulus humani generis in nativitate Virginis; cùm optaret faciem Salvatoris: igitur occurit in Virgine plenitudo gratiæ, tanquàm pignus pretioſum futuræ gloriæ. Avebat Moyſes mitti in populi libertatem, qui de cœlo mittendus in ſalutem; dicitque illi Dominus: *Quid eſt quod tenes in manu tua?* Virgam prorsùm & thaumaturgam, mirabilem, prodigiorum patratricem. Veniet, qui venturus eſt. Veniet de cœlo profectò, cùm ſignum habeas in manu. *Virga mirabilis Moyſis*, plauditur Virgo à N. Ruperto, in *Cantic.* lib. 1. Sub captivitate tyrannica mundus: veniet fanè eleutherium, qui mittendus: in virgaque imagine ſignum oſtenditur Virginis; quippe ſignum libertatis. Elucet ergo, quare obijcitur mater Chriſti, naſcens Virgo. Naſcitur in felicitatem hominis, manantem ex honore dignitatis: igitur quia naſcitur mater Chriſti, naſcitur etiam mater naturæ humanæ.

Matth. 1. 16

Plutarch.

Matris honor filij ſplendor.

3. Reg. 18. 43. 44.

Pignus gratiæ Virgo-mater.

Exod. 33. 12. 13.

Cap. 4. 2.

Rupert.

Et libertas generis.

10 Audiamus, eſtò neſciamus cuius ſit, votum. *Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat.* En deſiderium collium æternorum: at cuius eſt deſiderium, matris Mariæ, vel naturæ humanæ? Si naturæ, quare *Ubera matris meæ*; cum Virgo glorioſa ſit etiam naturæ filia? Si Virginis, curnam non *Ubera mea*, honore gaudentis matris? Natura ſolicitat Verbum, ex carne Virginis fratrem; ubera Mariæ mirabiliter ſugentem; equidem lactavit virgo, ubere de cœlo pleno: de illaque dicit humana natura, *Ubera matris meæ*, modò Verbum frater ſit; quippe filius etiam erit humanum genus, quando ex virgine-matre naſcatur filius. *Beatam* enim *dicent omnes generationes.* Generatio filij, & etiam generatio naturæ humanæ; ut vel in generationis diſcrimine, pulchra ſit generatio cum Virginis claritate, inſigni prodigio copioſæ benedictionis mundo atque cœlo completo generationibus ſuis: igitur mater Ieſu per naturalem originem, hominis verò ad gratiam per adoptionem. Ex uno filij plures, ut iurè felicem omnes prædicent generationes; dum ex filio, dignitatis honos tranſit ad filios. Lenocinium eſt Virginis extenſio generationis. Ex quo acceptus primus ac primarius honor, excogitavit adoptionem amor: ſiquidem Deus ampliorem contulit in matris honore honorem, matrem filiorum lætantem.

Cantic. 8. 1.

Simulque mater.

Luc. 1. 48.

Ex quo Virginis claritas.

11 Dicit textus. Frater noſter factum divinum Verbum, quia in Virgine & etiam ex Virgine caro factum. Lacte Virginis eius aſtruebatur humanitas, ex qua lapſæ naturæ felicitas: equidem tunc haberet genitricis patrocinium, quæ ad lamenta videbat vel cœlum clauſum. Angeli deſpicientes miſeram præteribant, dæmones vulneratam lancinabant; quouſque matrem mundi Salvator haberet, ut nemo iam ſauciam naturam deſpiceret: conſideratàque Virgine matre filij, & filio fratre, haud dicit *Sugentem ubera matris tuæ*, è quibus ſolummodò filio lac, ſed *Ubera matris meæ*; ut alia in illa ſubintelligeretur generatio, qua mater etiam generis humani Virgo: equidem quæ mater fratris humanæ naturæ, Chriſti; mater eſt naturæ humanæ. Sub umbra illius, quem deſideraverat, ſedit; ſimulac Virginem in mundo proſperè vidit.

Atque naturæ felicitas.

Orbi parabatur tanti concordia fati. Obtinuitque gaudibunda optatum, Virgine naſcente, votum; quæ pridem nullum habebat nec à cœlo patrocinium, ſed uſque

Claudian.

quequaque despectum. Mactè fortunà ò conditio vulnerata! Prævalet in te etiam fœcunda maternitas, ut sanet omnes infirmitates tuas. Trahatur Ethnicus in divinam Philomelam, *6.Metham.*fab.7.

Ovid. ——*Dissque ipsis grates egere: diemque*
Quoque data est claro Pandione nata tyranno:
Quoque erat hortus Itys, festum iussere vocari:
Usque adeo latet utilitas.

DIDASCALIA III.

Radij etiam fulgent maternitatis, in præsentatione Virginis.

1 TItulo Auroræ crebrò decoratur Virgo, quippe eius excellentiæ vividà prorsùm imago. *Processit igitur gloriosa Virgo* (infit Bernard. in

Bernard. *assumpt.* serm. 2. n. 9.) *cuius lampas ardentissima ipsis quoque Angelis lucis miraculo fuit, ut dicerent: Quæ est ista, quæ progreditur sicut Aurora?* Semper enim permansit

Ovid. *Fulgidus ille color, quo matutina rubescunt*
Tempora.

Nunquàm pallor, cui nonnunquàm affuit radiorum decor. Maternitas Dei totus Virgini plausus: verùm quomodò ubi matutinum tempus, *Lux Auroræ, oriente Sole?* Ita mater Solis Aurora cognoscitur; at Sol antequàm oriatur? Utique, pro insigni Virginis, in die optatæ in templo præsentationis: igitur illius videtur Auroræ matris perfectio, priusquàm Sol filius videretur in mundo. *Miraculorum omnium miraculum maximè novum*: inquit Damascen. Orat.1. *Nativit. Mar.* & Benavid. *Magnum cœli miraculum.* Ita Elog. 2. Non solùm in cœli & mundi prodigium cœli miraculorum miraculum, sed & miraculum novum? Iurè, quippe summa novitas, ante tempus ac in Virgine maternitas.

2.Reg.23.4 *Maria ad templū miraculum novum.*

Damasc.

Benavid.

2 *Creavit Dominus novum super terram: fœmina circundabit virum*: ait Ieremias. *Novum planè* (interprætatur Alapid. hìc) *quia novus homo, scilicèt homo Deus, ex sola virgine matre: novâ generatione, scilicèt, absque viri semine, solâ Spiritus-Sancti creatione.* Singularem Virginis exponit potentiam; dum circuit, cuius centrum est ubique, & circunferentia nusquàm: hocque Vates proponit ut novum, in insigne miraculorum miraculum: etenim omnem excedit novitas novitatem; quod mundus videat stupens fœminam matrem & virginem. Egimus. *Tautolog.*3.*D.*3. & alibi sæpe agemus. Hoccine utique singulare & magnum; sed est etiam aliud novum & summum, penes tempus. Pende. *Creavit Dominus novum.* Quid ergo? Mulier *Circundavit virum.* Difficile captu. Est ergo novum, quod creavit. Cur ergo obijcitur creatum ut novum, quod virgo concipiet? Si concipiet virgo, non est, quanvis erit novum. Quomodò igitur Deus uti novum creavit, quod ut futurum exponit? Tunc profectò novitas erit in tempore, quæ exponitur in virginis conceptione: quandoquidem impossibile videtur, quod modò sit, planè quod futurum est. Hoc intuitu Virgo dum sistitur templo, ut mater & etiam virgo, non solùm plauditur novum miraculum, sed miraculum etiam miraculorum. Futura Virgo mater Christi, adolescente successivà ætate: sanequàm videnda miraculi novitas, & in nexu contraditionis virginis-matris, & in fœdere præsentis futuri temporis: meditanterque dicit, *Dominus creavit* non quod factum, sed quod fiet; quia illotunc Virgo iam mater intacta, quæ Christi mater futura. *Dominus novum creavit*: Ideſt, creare ab initio decrevit. In fœmina virgine super terram videndum miraculum, & aliquid plus in miraculo novum: & quod futurum, exponitur ut præteritum; ut supra ætatem & tempus, pupulæ perfectionis clareret virtus: siquidem in Sanctuario virgunculæ mater rutilat, sicut Deus in novitatem ante sæcula decreverat.

Quia virgo & mater.

Miraculorū miraculum, quippe præsens, quod futurum.

2 Diximus plura, *Tom.*2. *T.*2. *D.*10. Aliquid singulare in idem propositum reservatum: igitur Maria Virgo, Maria semper; & quæ Maria, Dei-hominis semper mater. Nova luce donandum sæpe à nobis delicatum testimonium. Inter Dei opera eximia, signat David uti operum summitatem; *Tu fabricatus es Auroram & Solem.* Cur Solem & Auroram, & nequaquàm in plausum Solem & Lunam? Sæpe in sacra pagina sociantur uti præsides, vel uti fratres. *Laudate eum Sol & Luna*: idem ait Psalm.148.3. & horum luminarium signatur pulchritudo, *Deuter.*33.14. *Cant.6. 9. Daniel.*3. 6. & *Ioel.* 2. 10. Si summa pulchritudo & elegantia videtur in Sole & Luna; quo intuitu ut opus summum

Psal.73.16.

Cur plauditur modo nō Luna, sed quasi Aurora?

mum signatur Sol & Aurora? Aurora ut sæpe vidimus, cognoscitur mater Solis: Luna verò soror tantùm maioris in sphæra luminaris.

Mantuan. *Aurea Phœbi soror.*

Cantic.6.9. Idem miramur in allegoria. Maria confertur Lunæ & Auroræ præ radiorum perfectione & venustate. Soror Solis iustitiæ fulget, sed soror parva est: ubera non habet: in templo sistitur pupa, quasi in infantia; quousque virgo in matris munus, ornetur uberibus: & quæ soror Solis Luna, primò recolitur ut Aurora; quia si in Aurora maternitas, & in Luna pulchra claritas, uberior claritas Virginis, insigni maternitatis. Appositius. Ut Lunæ clareat pleniſsimè radius necessarium omninò tempus & tempus. In primo conditionis instanti, luminibus objicitur lux Auroræ, Solis genitricis, dum Luna duntaxàt gaudet titulo fororis: Virgoque, estò Luna radijs plena, splendida micans gratiâ, primò illustratur celsà dignitate Auroræ; quia à primo instanti Maria noscitur maternitate.

In præsentationis tẽpore, nascitur maternitate.

4 Floridè accinit in gloriam argumenti & honorem Matris Virginis Auroræ Ioann. Mellius Sousa, lib.4. de *Virgin.* à v.99. Huiusmodi gratiæ singulares

Sunt animi dotes: virtus miranda puellæ
Proxima cœlicolis. Cùm mox adoleverit ætas
Protinùs excelsum meritis penetravit Olympum.
Indolis intereà præstantia signa futuræ
Indicium virtutis erant in Virgine, qualem
Sousa. *Vix oculis admissa fides miratur: honestat*
Quo templum venerata modo? Quo Numinis aras
Præveniens teneros factis insignibus annos?
Quo te mens animusque vehunt? Ubi sistere curas
Instituis, sanctumque tuo de pectore nunquam
Numen abire finis: fixus tibi sensus in illo est.

Quomodò honor matris in contradictione temporis?

Si in illius pectore Numinis claritas, quorsùm *Cùm mox adoleverit ætas*? Quia Virgo vincit ætatem, fixoque sensui adest Numen, servans in pectore, quod futurum corpori.

Benavid. *Adit Numinis tectum*
Necdùm Numinis detecta mater:
Hìc antequàm Deipara
Deo parit.

Insit Benavid, *Elog.*4. Deo parit & Numen parit, ut cognosceretur vel à principio honoris matris perfectio. Unde David, ut ex operibus extollat summum artificem, fabricasse dicit Mariam Auroram, atque Salvatorem Solem; quippequàm vel dum Virgo templo sistitur; decretà Christi maternitate cognoscitur.

5 Bernardum audiamus in *Virginis panegyr.* n.4. *Te præcentor à longè intuitus est, cùm in admirationis voce ita prorupit: Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora. Talem Auroram talis dies, & talem diem talis Aurora decuit. Ipse enim Sol iustitiæ de te processurus, ortum suum quadam matutinâ irradiatione præveniens; in te lucis suæ radios copiosè transfudit.* Verùm si in templum ducitur, quæ futura mater, tuncque prima emisit virginitatis votum (de quo fusè Suarius in *3.p. D.Thom.* q.28. art.4. Disp.6. sect.2. & 3. Theöphilusque Raynaud. cum alijs pluribus, in *Diptych. Marian.* p.1. punct. 3.) quomodo floris virginalis votum oppositum confert fructum?

Bernard.

Iurè igitur virgo est, quæ semina nulla remittit,
Nec capit & comites virginitatis amat.

Ovid.

In illa filius inventus, priusquàm veniret.

Christus Sol Auroram matrem quadam matutinâ singulari irradiatione prævenit, ut in illa videretur, priusquàm veniret. Virginitatis voto huiusmodi maternitas non destruitur. Virginitate Maria ad ist-hanc maternitatem disponitur: equidem mater Solis iustitiæ fulgens Aurora, mater & Virgo futura. In templo ad huiusce honoris disponitur formam, ut adducantur Regi cœlesti virgines post eam. Succinit Mantuan.lib.1. *Parthen.*

Floribus intextis, & odoro gramine cinxit
Virginis ora parens: stellatæ lumina frontis
Hærebant cœlo, teneroque in pectore clausũ
Numen erat, niveo tunica talaris amictu.

Mantuan.

Cùm mox virgineo conceptum pectore Numen
Adfuit, debilibus plantis animoque vigorem
Addidit, & supra ætatem fiducia crevit.

In sublime volat Virgo: gressus notantur volatu. In claustra recedit. *Revertere, revertere Sunamitis.* Velis & remige fertur. *Revertere*: tecum, ò Aurora! tecum absconditur Sol. *Revertere, revertere, ut intueamur te.* Figamus fugaci in Virgine vultus. Ah! Recesit virgineæ secreta domus.

Cant.6.12. *Fugit in Sanctum ingrediens Sanctuarium.*

Trimo nata die proprijs iam viribus usa,

Ter-

Ter quinos superare gradus, ædemque dicatam.

Sousa. *Virginibus templo valuit. Sanctissima Virgo.*

Non tibi difficile est, altas ascendere sedes.

Et sublimiores: nulla fœminarum illud usque pervenit; quia hanc Mariæ Deus prærogativam servavit: equidem nacta est genitricis honorem, dum flore temporis obtulit floridam virginitatem.

Eccli.24.23 6 *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem honoris & flores mei fructus honoris & honestatis.* Quomodò fructus Virginis flores honoris, atque flores fructus honestatis; diximus, *Tautolog.3. D.3.n.5.* modò inquirendum, quare in singulari prorsùs fœcunditate Virgo virginum comparatur viti? Vitis sanè, in qua tot propagines, quot virtutes; sed eminentiore modo, ut constet in fructu virgo. *Fructus in flore videntur*: inquit Picinell. *Mund.Symbol.* lib.9. n.546. Arbores aliæ flores in fructus emittunt, verùm cum fructibus pereunt. Evanescit florum delicioſa pulchitudo, fructuum spectabili partu: Virgoque quasi vitis dicitur fructificasse, dum sistitur aræ templi; quia filium illo tunc habuit, quùm virginitatem obtulit.

Picinell. *Filium habuit, cum virginitatē abtulit.*

Plin. *Novellæ arbores carent fructu, quandiù crescunt*: ait Plin. *lib.16. cap.16.* præmittitque *cap.25. Nec statim fructus sequitur in aliquibus.* Si fructu carent novellæ arbores, & fructus est in præsentatione Virginis; per fructus maturitatem, in perfectionis profectò devenerat magnitudinem. Non statim in alijs fructus sequitur, quippe non fructus, quando flos concipitur: in Virgine statim fructus floret, quia sicut vitis in templo fructificavit: equidem cùm singularis esset conceptio, sicut fructus pulchritudo; obtinuit in filio fructus honorem, dum obtulit templo pupa florentem virginitatem.

Cur plauditur vitis, & arbor singularis?

Sous. *Tu vitis fœcunda velut, quæ palmite ditat*
Agricolas, fructuque beat matura colonos:
Sic fructus, moresque tui: sic candida virtus:
Tuque eris, ò felix! divini mater amoris.

Iam enim mater vel in flore ætatis & mater divini amoris? Ne: fructificat sicut vitis. Fructus non repellit, sed sociat florem: flori autem fructus statim, quin obstet tempus, ut singularis progrediatur virtus: igitur tulit vitis ducta in templum, in flore ætatis cum virginitate fructum.

7 Sub id tempus quo Virgo in templum ducitur, insigne opus ante fores templi ab Herode fabricatur (adi Torniell. *Ann. Mund.*4040. & 4041.) scilicèt, *vitis aurea dependentibus botryonibus, mirandum sanè opus* (inquit Ioseph.15. *Antiq.* cap.14.) *tam manus, quàm materiæ pretio.* Intùs enim formosior pretiosiorque vitis erat, quæ Sanctuarium lustrabat & illustrabat, & materiâ purissimi corporis, & manu divini artificis. *Vitis fructifera* (ait Marrac. in *Marian. Polyanth.* lib. 18.) *ex qua botrus ille incorruptibilis floruit.* Hinc ex auro tanquàm signo fabricatur; aurum enim non corrumpitur: pretiosiorque vitis latet in templo, Sanctissima nempè Virgo; quæ fructum virgo ferebat, quem nulla vitis illudusque tulerat. Vitis aurea præ se fertur templi portis, uti hieroglyphicum latentis introrsùm vitis: siquidem fructum uti mater tulit, & instar auri corruptionem non cognovit.

Ioseph. Hipp. Marrac. *Vitis fructifera, & aurea.*

Nata maris stella, Regina Maria novella,
In templo Domini nocte dieque fuit. Canis.
Dum Virgo teneris pulcherrima floruit annis, Masen.
Non vacuam fructus spem facit illa sui.

Ultra spem procedit Virgo, quæ sicut vitis fructifera degit in templo: igitur non solùm novella tulit fructum in flore ætatis, sed fructificavit florens.

8 Surgamus ergo ad vineas. Vidimus, quòd vinea cum fructu floruit. Modum inspiciamus, si flores fructus parturiunt. Ut Sponsa Maria virgo intra Sanctuarium abditur: quomodò mater dum Sponsa constituitur?

——Christi venientis in orbem
Signa docent. Olim partus mortalibus ægris
Virgineus feret alta Ducis vexilla superni. Sous.
Contemplabatur eum summæ virtutis alumnum,
Qui venturus erat cœli delapsus ab arce,
Ut leget insignem clara virtute parentem.

Subdit Sousa, *lib.*4. à v.382.

Si eligat ut matrem, qui venturus est, descendit Olympo; descendit utique, quippe videtur genitricis electio. Si Virgo intra templi septa, Christi venientis in orbem iam lucent signa. Verùm quomodò mater, si Virgo Sponsa? In arctiorem nodosam difficultatem, sed subtile ingenij aperiendo acumen, serm.146. respondet Chrysologus. *Quid sibi vult* (inquit) *sponsa mater? Si mater, non sponsa: si sponsa, non adhuc mater. Virginitate sponsa, fœcunditate mater. Mater viri nescia, partus conscia. Quomodò non ante conceptionem mater, quæ post partum virgo mater?* Facilis expositio: natura haud cognovit ullam matrem ante fœtus conceptionem. Quomo-

Sponsa simul & mater est. Chrysol.

modò ergo mater virgo, ſi non conceptio? Opus huiuſmodi conceptionis, *eſt muneris virginalis*: ſubdit. *Virginalis & Conceptionis*: floridè quidem: igitur ſi maternitas etiam poſt partum non excluſit virginem; ante conceptionem virgo fovebit maternitatem. Aſtruitur validè ante conceptionem conceptio, quoniam peperit quæ in partu & poſt partum virgo.

Ante filij conceptionẽ, quomodò cõcepit filium?

Iſai. 7. 14. 9 *Ecce virgo concipiet, & pariet*, ut erat virgo: nullum enim prodigium, quòd pareret, quæ amiſsà virginitate concepit. Non mirabile, quòd quæ non virgo concipiat, neque quæ concepit pariat. Pro ſigno novitatis ac miraculo, concipiet & pariet virgo. Nota hoccine in blaſphemum Eraſmum. Vates Evangelicus dum huiuſmodi munus ſignat in virgine, non dicit, quando concipiet, nec quò. Inventa eſt Maria in utero habens de Spiritu-Sancto, Matth. 1. 22 infitque Matthæus: *Hoc totum factum eſt, ut adimpleretur quód dictum eſt à Domino per Prophetam: Ecce Virgo in utero habebit & pariet filium.* Uterque partum Virginis dicit; ſed Propheta locum conceptionis tacet. Quare non ſignat conceptionem in utero, ſicut demonſtratur à Matthæo? Ut fœtus divini maternitas illa & aliter dicatur, antequam in utero filius conciperetur. Per Mariæ partum illibatè virginalem, aliam Vates oſtendit in Virgine conceptionem. Ante conceptionem alia eiuſdem fuit conceptio, præter perfectam in Virginis utero: igitur ſi Virgo gloriosè ex utero parturivit; mater priuſquàm in utero conciperet, iam concepit. Maternitas opponitur virginitati: virginitas conceptioni: unde ante conceptionem obtinet titulum matris, quæ in partu & etiam poſt partum honorem virginis; quia in corde filium concepit, priuſquàm in mundum exiret. *Quomodó non ante conceptionem mater, quæ poſt partum virgo mater?* Fuit igitur mater ante tempus in nobilem fœtum, quæ etiam virgo fuit poſt partum.

Mater ante uteri fœtum, quæ virgo poſt partum.

Verſ. 18. 10 *Chriſti autem generatio ſic erat*; præmittit loc. cit. Matthæus. Sic in generationis novam formam, atque genitricis excellentiam. *Sic* ut qui in generatione æterna habuit ſine genitrice patrem; in temporali, ſine patre haberet & genitricem: *Sic*, ut matrem ſingulari inſigniret privilegio, cuius ſingularis generatio; ſignantis matrem electam, quam virginem acceperat in ſponſam. Hunc virgo in pectore fovit, priuſquàm in utero haberet; quem mox virgo parturivit: ni ſic ordo generationis; nec modus eſſet, neque generatio ſingularis, queis & conceptio & partus fulſerat: & Chriſti generatio ſic erat; ut haberet matrem ante conceptionem, quam poſt partum oſtendit omninò virginem. *Ecce plus quàm Salomon hic.* Si Chriſti generatio, ut reliquorum, non plus. *Priùs quàm naſceretur* (ait Hieronym. 2. ſerm. in *Aſſumpt.*) *matrem creavit, ex qua naſceretur.* Plus erat in genitrice, & plus erat in infante. In Chriſti nativitate, quòd mater exiſteret virgo: in genitrice, quod eſſet ante conceptum conceptio. Salomon in omni gloria ſua nec fuit antequàm eſſet, nec mater virgo tunc in lucem protulit. Chriſti autem generatio non ſic: Chriſtuſque iurè plus quàm Salomon eſt; quoniam quem virgo intemerata humanum humano generi ediderat, priuſquam in utero conciperet, iam conceperat.

Specialis in Virgine conceptio, quia filij ſingularis generatio.

Luc. 11. 31.

Hieron.

11 Chriſtus Dei filius in utero matris *exivit vincens, ut vinceret.* Victoria prima per ſecundam innotuit. Impoſsibile erat, ante conceptionem concipere; ſicut impoſsibile, virginem parere. In partu impoſsibile vicit, quia virgo peperit: ignota erat matris gratia, quæ Chriſti prima victoria: & exivit luci vincens, qui iam vicerat; quia quem in utero concepit, virgo pridem iam conceperat. *Quomodó non ante conceptionem mater* fuit, *quæ poſt partum virgo mater eſt?* Chriſti autem generatio ſic erat; ut virgo in templo conciperet, antequàm eſſet conceptio; cùm filius virginis, eſſet antequàm eſſet in utero. In templum Virgo trima recedit, & quem conceptura, concipit. Fixus illi ſenſus in illo.

Apoc. 6. 2.

Unde illi cõceptio ante conceptionem.

Gratulor ò felix nimiúm; nimiumque beata.

Souſ.

Virgo, puerperio Chriſti donanda.

Donatur etiam in munere Sponſæ. *Umbra futurorum, corpus autem Chriſti.* Sanè in Sponſæ functione, ſi Chriſti corpus revelatur ante tempus: igitur adducitur Virgo in templum, tanquam umbra futurorum. *Corpus Chriſti* dicitur, & umbra ex corpore; ut prę̃viæ conceptionis illic videretur gratia, quandoquidem ſine corpore non umbra. Dicamus ex Gregor. Nazianz. in fine Tragœd. *Chriſt. patient.*

Coloſſ. 2. 17.

——*O puella gratiâ*
Æquanda nullis! Mater & virgo, ſupra
Omnes decora virgines, & maxima
Quæ vincis omnes ordines, Cœleſtium
Regina, Domina, generis humani bonum,

Greg. Naz.

DIDASCALIA IV.

Mira sanctificatio Ioannis, præsentiâ Virginis.

1 NEscit tarda molimina Spiritus-Sancti gratia. Hinc Auroræ alæ fictæ ab Ethnicis, pro velocitate cursus Solis. Adi Chartar. in *Appollin.* fol. 67. Quod Gentilitas studiosa finxit, Auroræ Mariæ gratiæ pernicitas astruit.

Aurora alata.

Auson. ——— *Gratia namque*
Quùm fieri properat, gratia grata magis.

Sole enim concepto, Virgo mater Aurora super Cherubim ascendit, & volavit.

Chrysol. *Quod Virgo concepit* (inquit Chrysolog. *serm.* 146.) *est honor spiritus, non onus est carnis* & Sousa lib. 3. de *Virgin.* v. 475.

Sous. *Venter ut intumuit, spes est non parva parenti,*
Quæ placidum præstabat onus, cui pondere vires
Augentur.

Luc. 1. 39. *Maria in gratiam festina.* Sic ergo Maria *exurgens abijt in montana cum festinatione.* Se exhibuit Solis Auroram, cùm festinaret in gratiam. Idem *lib.* 5. succinit à v. 383.

——— *Quam mox invisere Virgo*
Festinat, molita viam non segnis, & altam
Montis apud celsi fastigia tendit in urbem:
Seu potiùs præstantem animum divinus agebat

Sous. *Spiritus auxilio pueri, quem flammeus ales*
Insignem vero prædixerat ore futurum.

Iam in mundo erat lux vera, illuminans omnem hominem, in hunc mundum venientem: Mariaque festina surgit, ut Sol Præcursorem iacentem præsentiâ irradiet; etenim constat ex Auroræ motu, esse iam Solem in mundo.

Cant. 6. 9. 2 *Quæ est ista quæ progreditur quasi Aurora consurgens?* Sæpe quæsivimus de Virgine-Matre, uti obiecta admirationi.

Canis. *Quænam ista mulier, quæ se huc ceu luce serená*
Aurora lucens intulit?

Scimus verè Auroram, radijs Solis mirè ornatam: verùm quare non confertur absolutè pulchræ Auroræ; sed duntaxàt Auroræ surgenti? Non surgit Auroræ lux, quin quò surgit, adveniat Sol. Sol venit, si Aurora surgit: Auroræque cursui comparatur Maria, pergens festina in montana; quoniam egressio Solis patet à summo cœlo, ex Auroræ matris motu: siquidem ni portaret hominibus orbis panchrestum, Aurora haudquaquàm moveretur in cursum. Pridem Maria sola sine comite, sola sine teste: modò læta pro voto, religiosa pro officio, festina præ gaudio, montium ascendit cacumen; quippini? portabat Solem. Ex illo pendebat Baptistæ pueruli salus, qui in uteri ac criminis tenebris tenebatur inclusus: Solque profectò in auxilium venit, si Aurora surgit; etenim puerulus citò gavisus est libertate, Sole necdùm patente: præsentiâ Auroræ. Per illam infantis: mutè loquentis, nondùm nati liberras, & omnimoda felicitas. Siccine *lux Auroræ, oriente Sole.* Perpropriè quidem Aurora Virgine-matre, & Christo Sole iustitiæ, miraculorum compendio: meditanterque dicitur *oriente Sole*, & non orto; quia gratia facta præsentiâ Auroræ Mariæ, antequàm Sol videretur in orbe. Habet in nobis fabula ficta locum, sed in prodigium.

Gratia prompta Christi, Virgine intervenient.

2. Reg. 23. 4.

3 Diximus *Tautol.* 3. *n.* 43. Triptolemum (electum à Cerere, ut doceret orbem, unde & quomodò panis) iacere in domo paternâ mortalis pressum acerbitate languoris; quin quærere medicamina posset, ni in eius domum ad matrem Diva veniret. Ita articulus apud Ovid. 4. *Fastor.* à v. 529.

Ioannes similis Triptolemo.

Dux comiti narrat, quód sit sibi filius æger,
Nec capiat somnos, invigiletque malis.
Limen ut intravit, luctu videt omnia plena: Ovid.
Iam spes in puero nulla salutis erat.
Matre salutatâ (*mater Menalina vocatur*)
Iungere dignata est os puerile suo.
Pallor abit, subitaque vident in corpore vires:
Tantus cœlesti venit ab ore vigor,
Tota domus læta est.

Virginis, iam matris, gratia in Ioannem progreditur ultra ficta. Iacebat, qui electus ad dandam scientiam salutis, in utero matris, affectus languore originis. Qui venerat, ut testimonium perhiberet de lumine, decumbit infelix inter tenebras peccati. Haud valet solicitare auxilium, languens intra vulvæ ergastulum. Quid ergo in libertatem fiet? *Solem de virgine consule*: ait Ethnicus ibid. v. 581. Præsentius remedium est, ut erigatur à Sole, ante-

Maria portat Solem in Ioannis salutem.

ántequàm naſcatur Sol. Surgat in montana Aurora, ſole fœta: ſalutet pueri matrem, quæ uti virgo portat Solem. Erit in ſilentio clamor: cœleſti veniet ab ore vigor. Ubi præſens, & in Virgine, oriturus mundi lux; non deërit in eius indicem qui concipitur ut vox. Sonet vox Auroræ in aure vocis ſilentis, ut conſtet efficacia quanta vocis: equidem ſimulac catenatus audierit vocem, ſaltu præ gaudio demonſtrabit libertatem. Ad rem Venantius de Part. Virgin. à v. 55.

Trans uterum matris, quaſi per ſpecularia cernens,
Materna & puero membra, feneſtra fuit.
Quando exultavit, ventrem de ventre ſalutans,
Dum pede non potuit, motibus exit iter.

Venant.

Singulari enim infantis, ſaltu fantis, lætitiâ, criminis profectò patet excuſſa catena.

4 Pòſt ille articulum innuit. Salvatorem digito indicavit, & ſe non eſſe. Quod maius Ioanne, plus homine: vide Auguſtin. de *Sanct.* ſerm. 23. Non ſum Sponſus, dicit Præcurſor; ſed Sponſi amicus. *Amicus autem Sponſi qui ſtat, & audit eum; gaudio gaudet propter vocem Sponſi. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt.* In Iordane impletum, quod habuit in vulva genitricis principium: quandoquidem vel in matris carcere, eius præſentia erat amicus Sponſi. In templo Iovis (ait Pauſan. *cap.* 158.) *videbatur vinculis diſtrictus Prometheus, & eum intuens Hercules.* Haud ſecùs præſenti articulo, in illa fabula expreſſo: equidem Ieſus ad Ioannem venit, vidit, vicit; quippe illum catenatum *aſpexit, & diſſolvit.* Hinc Baptiſtæ gaudium, & ſingulare prodigium: igitur illo in ſtatu, mirum, quod lapſus ſtet. Vocem audit, & gratiam recipit: dono exultat, & qui mœrens in vinculis, gaudium demonſtrat; ut ex voce percepta cunctis clareret miraculum: ſiquidem inſigne illo in tractu prodigium; quod ille iacens, ad vocem ſtaret, & amicus ſtaret; ubi alius & alius ſine voce iaceret. *Gaudio gaudet.* Hæc geminatio, uti loco proprio videbimus, exprimit gaudij copiam & ſingularitatem, in inuſitatam pectoris exultationem. Verùm unde occaſio? Ex voce & ex vocis modo: equidem Sponſus dedit voci ſuæ in voce exultationis vocem virtutis. Intende. Ioannes dicit: *Propter vocem Sponſi.* Mater dicit, propter vocem Mariæ: *Ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis.* Ab utroque & per utrumque? *Organum Verbi Virgo ex ſe naſcituri*: ait Theodor. Ancyran. in *Chriſt. natal.* homil. 1. Uterque in Ioannem propenſus, ut ſurgeret vinculis conditionis diſtrictus: voxque Sponſi conceſſa Mariæ, ut gaudens ſurgeret ad utriuſque miram vocem; quia ad gratiam Verbum loquebatur per Virginem.

Ioan. 3. 29. *Baptiſta Sponſi amicus, antequàm natus.*

Pauſan.

Habac. 3. 6.

Quantum prodigium!

Luc. 1. 44.

Theodor.

Quomodò à Virgine, ſi à Chriſto factum miraculum?

——Vix illa ſalutat,
Vix ierant ea verba ſenis prægnantis ad aures;
En puer exultans utero lætatur anili,
Signaque certa dedit, tanto genitricis in alvo
Clauſus, adeſſe Deum.

Souſa.

Modulatur Melius Souſa, d. à v. 462. & Ambroſ. lib. 1. in *Luc.* infit: *Citò adventus Mariæ, & præſentiæ divinæ beneficia declarantur*: etenim expectans Solem, ut vinceret crimen; per Virginem-matrem Auroram, vidit iacens in tenebris lucem magnam.

Ambroſ.

5 Quicquid ut celebre Antiquis, raptum utique à noſtris ſacramentis. In Herculem ab ira Iunonis duo iaculati ſerpentes, cum adhuc eſſet in cunis. Tunc domus repleta eſt inuſitato fulgore, quia ut excuteret ſerpentes ab infante, deſcendit de cœlo Iupiter. Sic apud Theöcrit. *Edyl.* 24. v. 37. exclamat mater:

Victoria Præcurſoris prę victoria Herculis.

Nocte intempeſtâ parietes omnes hi luce
Conſpicui, cum nondum ſit clara Aurora,
Aliquid mihi novi eſt in domo.

Theocrit.

Viderunt Herculem parvulum, conſtrictim
Manibus dracones prementem;
Et comprehenſos porrigebat, altè exiliens
Gaudens pueriliter. Ita puer gaviſus eſt, &
Saltavit, & plauſum dedit, quia vicit.

Serpit in cunctos originale crimen, quod uti draco puerulum comprehendit Ioannem. Deſcendit, ut illum à ſerpente liberaret (cuius etiam præſentiâ domus fulſit) Sol de cœlo in Aurora matre-virgine, necdum Aurorâ clarâ, ſed Aurorâ; quæ tunc Solem habebat in utero, pro ſingulari certaminis ſpectaculo; Ioanneſque pueriliter ſaltu gaudet, vel in cunis maternis puerulus exilit; ad Solis quippe per Auroram, novam lucem, diſcerpſit manu virulentum ſerpentem. Plauſum dedit, quia vicit. *Ioannes* (ait Chryſolog. *ſerm.* 92.) *in generali habitaculo ſatis ſe miratus eſt eſſe peregrinum. Stupet ordo, deficit conſuetudo, miratur ipſa natura, & ex apparatu manſionis hoſpitis meritum, dignitaſque inno-*

Quan toin certamine miracula?

Chryſol.

Mich. 2. 5. *teſcit*. Unde tot miracula? *Ne loquamini loquentes*: dicitur à Michæa. Difficile videtur, at in Ioannis ſanctificatione aſtruitur; ut hoſpitis meritum & dignitas dignoſcatur. Loquuntur, ſed non loquentes, dum infantes fantur viciſsim per matres. Iſtæ gratiam loquuntur: illi intùs ſenſu matrum operantur; ſtupentium in ſenſum, dum matres prophetant ſpiritu parvulorum: equidem cunctis mirabile, quod Vox & Verbum loquerentur ſine verbo ac ſine voce.

Quodnam maximum?

6 Alia etiam interfuit novitas, unde effulſit etiam ſibi Præcurſoris peregrinitas. Alij nati ſunt, quaſi non nati, quippe fruſtrati ſanctificationis munere. Ioannes natus antequàm natus, quia vidit lucem ante nativitatem.

Manil. *Ulteriùs vadentibus ortus ad ortus*: Dicit Manil. uti vidimus, *Didaſc.* 1. *num.* 2. Senſus clarebit profectò diſtinctus, quem Iſai. 11. 1. exponet ſacer Textus. *Egredietur virga de radice Ieſsè* (vaticinatur Iſaias) *& flos de radice eius aſcendet*. Quicquid ex radice humani generis ſurgit, nequaquàm ſurgit ſed cadit: poſt lapſumque proponitur ut inſigne, de radice in ipſa radice aſcendere. Radix ad eſſe eſt uterus genitricis, virgam-fœtum in partu proferentis; in qua dato tempore, flos rutilat gratiæ, quæ nuſquàm & nunquam invenitur in radice: in radiceque floris pulchritudo collocatur, quæ in virga florente oſtenditur; ut ampliùs venuſtas clareat, quam ſitus mutatio ſignat: igitur nobiliorem adipiſcetur originem, ſi habuerit ortum ante nativitatem. Neſcio, an hoc intuitu dixerit N. Aſſertor: Matth. 11. 11. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior*. Maior eſt, ubi non plus: & non ſolùm cunctis maior, quia ſurrexit; ſed quia lapſus ſurrexit in radice: ſiquidem in ſingulare miraculum, obtinuit felix vadentem ortum ad ortum.

Ioannes natus priuſquàm ortus.

7 In radice erat Ioannes, dum radios ſuſcepit Solis, lucem videns antequàm videret, illuminatus priuſquàm in orbem exiret, orbis miraculum: conſultòque dicitur eius ortus in ortum; quoniam ortum primùm gratiæ, priuſquàm haberet naturæ. De radice flos egreditur, non de virga, ut magis floreret gratia. Virga in radice habet curvitatem, quia non habet gratiæ florem. Poſt ortum confertur flos, quo virga perfecta atque recta fit: & in radice rutilat ortus floris, ad ortum virgæ florentis, quoniam in ortu oſtendit Ioannes virgæ curvæ rectitudinem, eò quòd priuſquàm naſceretur habuit floris venuſtatem. Emi-

Priùs natus gratiæ, quàm naturæ.

net ex apparatu hoſpitis ſpecioſitas, prætioſaque dignitas, mirante naturâ, ex peregrina gratia; igitur ſtupet ordo, & deficit conſuetudo: daturque propoſito ſingulari ortus inſignis in ortum; ut Ioannes in utero ſe miretur peregrinum: quandoquidem in radice rutilabat floridè gratia, antequàm corpus plenè formaretur à natura. Souſa, quò dudùm, à v. 67.

Quem favor eterni luſtravit ad ima parentis
Viſcera: namque priùs cœleſtia dona videbit, Souſ.
Clauſus adhuc utero, matris quàm prodeat alvo.

8 Aliter ab Ambroſio exponitur ortus ad ortum, ut Mariæ, & præſentiæ divinæ declaretur beneficium. *Virgo* (inquit loc. cit.) *quæ propter officium venerat, inhærebat officio::.tandiù Maria manſit, quandiù Eliſabeth pariendi tempus impleret*. Illa *Stella* dicitur: genethliacum felix Prodromo Chriſti nuntiatur. *Meum eſt conſilium & æquitas*: dicit Virgo. Hebr. apud Vega, in *Theolog. Marian.* 1. p. n. 97. *Meum eſt conſilium & fortuna*. Ortui ſanè rutilabat fauſta, mirabilis ſtella, & ante ortum; officio inhærens, quæ venerat ad ortum propter officium, & ut fortunam conferret, cuius conſilium in domum Ioannis adduxit. Fortuna eſt Virginis præſentia, qua latet officij cauſa, expreſſa in ortu feliciore ante felicem ortum, ut voto potiretur Mariæ conſilium: equidem cùm Ioannes futurus filius Mariæ Virginis, & filius etiam Eliſabethæ matris; ortus & ortus demonſtratur ſignatè, ut clareret quando natus à matre, & quando natus à Virgine. Ambroſ. Prov. 8. 14. *Cur Maria dicitur in ortu Ioannis ſtella?*

9 Haud extra Evangelium eſt acumen & propoſitum. Filium Zacharias avidè optabat, & illi Gabriel exponit plus quàm conceperat.

——*Clauſum quem Spiritus ipſis*
Viſceribus matris complebit numine claro. Iuvenc.

Accinit Iuvencus, 1. *Hiſtor. Evangel.* v. 49. Emphaticè idem prænunciatur ab Angelo, pro complendo miniſterio: *Spiritu-Sancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ*. Superflua videntur *Suæ* & *Adhuc*: plenè, planèque intelligitur nuncium promiſsionis, in ly, *Spiritu-Sancto replebitur ex utero matris*. *Homo* (ait Alapid. hìc) *cenſetur natus, quando in utero conceptus*: patet Matth. 1. 20. ubi: *Quod in ea natum eſt, de Spiritu-Sancto eſt: pariet autem filium*: diciturque de Ioanne *Adhuc*, dum illuſtrat conceptus matris uterum; Luc. 1. 15. Natus *pro* Conceptus.

rum ; quippe habiturus ortum singularem ante ortum. Modò in nostrnm institutum. Gaudebit utique Spiritus Sancti illustratione adhuc ex utero matris suæ. Quorsùm *Suæ*, si dixerat *Matris* ? Quia puer aliam matrem habiturus in signum felicis sortis adhuc ex utero & in utero matris. Aliam quæ, eius non erat mater, & mater erat, quem gratiâ peperit ante partum, prævenientе ortu naturalem ortum. Ni alia esset mater, sufficeret *Ex utero matris*, ut veritas clarescеret genitricis : diciturque non *à matre*, *sed ex utero matris suæ* ; ut in utero matris Spiritus sanctificationem signaret per aliam matrem : quandoquidem in utero genitricis Præcursor accepit gratiam, per genitricem Mariam. Est duplex nativitas, sicut geminata maternitas. Alia in utero, alia ex utero : hæc naturæ, & illa gratiæ : gratiæ miraculum prævenit naturæ ortum ; diciturque meditanter. *Ex utero matris suæ*, ut prior pateret origo felicis gratiæ : igitur dum Ioannes obtinuit ex genitricis utero nativitatem ; in utero priùs iam natus fuerat per Virginem.

Quomodò Maria mater Baptistæ.

Sedul. *Quem matris dum ventre latet, nondumque creatus*
Senserat, obstruso iam tunc sermone prophetes.

Succinit Sedul. lib. 2. *Carmin.* à v. 147. Quæ mater, stella in nativitate Baptistæ, igitur vel mutus decoratur voce. Hoc fuit in visitatione officium Virginis (alibi plura dicemus de præsentia Salvatoris) hoc profectò matris munus, cùm Aurora lucida

Claudian. *Sidereum gestaret onus.*

DIDASCALIA V.

Mariæ nomen nomen vitale.

1 PLura inepta video effutiri, audacter sine rubore, ab his quibus sub titulo devotionis, nil placet, præter insulsas & ineptas fatuitates. Operari, dicunt, mira supra id quod exigit proferens nomen, quia ex opere operato ingenitam nomini confert efficaciter virtutem. Ita Poza in *Elucidar.* lib. 2. tract. 17. cap. 5. Morales in *Matth.* lib. 3. tract. 5. n. 33. Mendoz. in *Viridar.* lib. 2. Problem. 2. additque Vega, *Theolog. Marian.* p. 2. n. 1386. *Vel unica litera nominis Mariani telum est adversus dæmonem.* Unde Richard. à S. Laurent. de *Laud. Virgin.* lib. 1. *Ipse* (infit) *syllabarum sonus gratias aspirat, fausta pollicetus, ac fortunatissimos eventus operatur.* Furfur profectò, meræque nugæ. *Mariæ nomen singularem energiam, divinamque virtutem continet* (ait Canisius lib. 1. de *Deipar.* cap. 1.) *non quòd tanta vis sive ex nuda trium syllabarum compositione, sive ex nominis prolatione pendeat.* Ad vulgi plausum, in faciliorem salutis exitum, insomnia dirigunt; quasi salute cum Dei voluntate spretà, salvaretur qui dixerit *Domine, Domine* : aut *Domina, Domina.* Hæccine & alia cogitant, quasi inter bardos nil sapiant, ni apud Theologos desipiant. *Valdè honoranda est Mater Domini* (inquit Bernard. *Epist.* 174.) *sed honor Reginæ iudicium diligit. Virgo regia falso non gaudet honore, veris cumulata honorum titulis, infulis dignitatum.* Estò Deus interdùm ad testandum honorem debitum Matri, mirum aliquid faciat & perficiat, Virginis prolato nomine (etiam aliquando sine fide) non tamen, si interdùm, inquam, faciat, semper & ubique & idem præstat: quod quidem necessarium omninò, ut virtus esset nominis ex opere operato. Quod tribuendum est Virginis excellentiæ sine delectu adscribunt nominis prolationi: qua utique sola, absque ulla syllabarum efficacia,

Nihil Mariæ nomen, sine relatione ad Virginem. Canis. Bernard. *Nihil eius nomen efficit ex opere operato.*

Lucan. *Stat magni nominis umbra.*

2 Exprimit Bernardus, unde nominis virtus : scilicèt, ex Virgine & non ex Virginis nomine. Tam in *Panegyr.* n. 6. quàm serm. 2. de *Virgin. Deipar.* n. 7. in rem infit : *O multùm amabilis Maria ! Tu nec nominari quidem potes, quin accendas: nec cogitari, quin recreës affectus diligentium te : tu nunquàm sine dulcedine, divinitùs tibi insitâ, piæ memoriæ portas ingredieris. Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur. Hanc Mariam.* Quam propriè ! Hanc propter hanc: & propter hanc nomen, sed non propter nomen hanc. Perfectio Virginis trahat vel rapiat cordium affectum, haudquaquàm ex voce signum. Aliquo nomine signanda, quæ cunctis eminet charismatum excellentiâ. Nomen non habet ullam virtutem, aut dignitatem : virtus & dignitas indicant magnitudinem, cuius est nomen. Per nomen enim devenimus, in id quod plaudimus & iure diligimus. Sic & non aliter intelligenda DD. atque PP. testimonia. Compilabo, & volupe. Deus signavit in Maria per indicem nominis, quid per omnia & in omnibus providit miseris.

Bernard.

Nomen Mariæ colendũ per Virginem, non per nomen.

Dul-

Dulciter cor ingreditur, mœstum solatur, fidem excitat, spem roborat, charitatem inflammat, diffidentiam abigit, pusillos erigit, spiraculum est hominis, lucerna vitalitatis, armatura invincibilis, gladius & flagellum dæmonis, diaboli lethale vulnus, atque alexipharmacum in virus, theriaca in malum, scutum in venabula hostium, valum inexpugnabile, pretiosum cœli monile, vexillum clementiæ, thesaurus misericordiæ, munimen vitæ, triumphalis vox, nova lux, linguæ decus, adiutorium casus, exaltans animam, illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam & benedictionem; utpotè in peccata universalis præsens medicinà, & orbis cœlestis continens omnia. Nomen, quod super omnia SS. nomina, reficit lassos, sanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, recreat fessos, ungit agonistas, tollit ærumnas, levat molestias: per hoc enim nomen purgatur cor, mens refulget, animus inflammatur, liquescit pectus, dulcescit gustus, decoratur aspectus, franguntur vincula, solvuntur debita, vincuntur vitia, solidantur confracta, recuperantur perdita, renovantur antiqua, roborantur infirma, incepta promoventur, infecta perficiuntur, & perfecta conservantur. Hæc & alia Virginis delicant celsitudinem, significàtæ per nomen. Hinc dictum de illa, *& nomen Virginis Mariæ*: à Venantioque de eius *partu*, v. 229. & 346.

Elogia nominis Mariæ.

Et effectus cordialis invocationis.

Luc. 1.

Nomen honoratum benedicta Maria per ævum:

Venant.

Nam tibi quisque cupit, voce, favore sacræ.

3 Petrus Damiani, *Serm.* 11. infit: *De thesauro divinitatis Mariæ nomen evolvitur.* Causam astruxi, *Tautolog.* 3. num. 131. haud ex deliris Rabbinis, totum volventibus Sephiroth. Bernard. Serm. de *Aquæduct.* astipulatur acumini, dicens: *Fœcundæ Virginis amplectitur cœlum præsentiam: terra memoriam veneratur. Sic nimirum totius boni illic exhibitio, hìc tenuis quædam libatio primitiarum. Ibi res, hic nomen: cœlum præsentià gaudet virginali: at luti nostri glorià remanebit nomen eius, hoc est, vocabulum.* Denique Chrysolog. serm. 146. de sorore Moysis loquens, infit, *Maria: nomen hoc prophetiæ germanum est: hoc renascentibus salutare, hoc virginitatis insigne, hoc pudicitiæ decus, hoc indicium castitatis, hoc Dei sacrificium, hoc hospitalitatis virtus, hoc collegium Sanctitatis: meritò ergo matris Christi nomen est hoc maternum.* Nomen in Scriptura, ut dixi hìc, *Tautolog.* 2. n. 37. more Hebraico sumitur pro cuius est nomen. *Sit nomen Domini benedictum:* Psalm. 112. 2. Idest, *Benedictus Dominus:* Psalm. 65. 20-67. 20-71. 18. & Luc. 1. 68. Vel accipitur pro dignitate, honore, & maiestate. *Sanctificavi domum hanc, ut ponerem nomen meum ibi:* 3. Reg. 9. 3. nempè, maiestatem & gloriam meam. *Templum quod sanctificavi nomini meo:* ibid. v. 7. scilicèt, honori meo. *Donavit illi nomen, quòd est super omne nomen:* Philip. 2. 9. nimirùm, potestatem, honorem, & maiestatem excellentiorem; quia glorià & honore coronavit eum, & constituit super opera manuum suarum, sedentem ad dexteram maiestatis in excelsis: qui quidem tantò melior (sublimior) Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen (maiestatem) hæreditavit. Hic est Iesus, cuius excellentia explicatur per nomen; haud quia syllabæ nominis habeant aliquam virtutem, cùm memoriam tantùm excitent cuius est nomen: dicemus fusè *Tom. 6. T.* 1. *à n.* 23. Haud aliter in *Maria*, nomine Virginis, pleno dulcedinis, sine syllabarum ulla efficacia: dulce quidem nomen quia dulcis Virgo Maria. Hoc ergo insigni eius innuitur dignitas & honoris maiestas. Unde ipsa apud Birgittam, lib. 1. *Revelac.* cap. 9. dicit: *Hoc nomen cùm Angeli audiunt, gaudent in conscientia sua, & regratiantur Deo, qui per me & mecum talem gratiam fecit, & quod vident ipsi humanitatem filij mei in Deitate glorificatam.* Claret, Mariæ nomen, Mariæ indicare dignitatem. Nil mirum, quòd nomen eius sit philtrum cordis & mentis; si nihil est admirabile magis.

Damian.

Bernard.

In nomine Virginis habemus memoriam.

Chrysol.

Nomen prò cuius est nomen.

Pro gloria, excellentia, honore atque maiestate.

Birgitt.

4 Quorsùm ergo, dare vocibus quod debetur virtutibus? Quorsùm laborare in vanum, de vanitate in idipsum, ut decipiant ipsi tundendo cerebrum; & illudant ineptiæ & ineptiæ, devotionis addictissimæ colore? Quorsùm fictio institutionis divinæ, ut mira fiant nominis prolatione? Unde constat? Quid quòd ad invocationem Mariæ cœlum rideat, terra lætetur, Angeli gaudeant, & dæmones contremiscant? Plures vocantur *Maria*. At quid? Fœminam, cui nomen Maria, detestabilem leges apud Hegesipp. lib. 5. *Excidij.* cap. 40. & Iosephus, de *Bell.* lib. 7. cap. 8. cuius immanitatem signavimus hìc, *Tautolog.* 9. n. 45. Ergo nomen *Maria* solùmmodò virtutis est, quia connotat Virginem, non quia nomen. Vulgariter dicitur *Virgo*, *Domina*, *Domina nostra*, *Regina*

Nomen Mariæ cœli terræque gaudium.

An-

Angelorum, *Mater Dei*, & in Sacra pagina, *Mater Ieſu*; quod quidem de alijs nequit dici, Mariæque cognitio elucet antonomaſticè. Si expreſsâ dignitate (quæ iam nomen) nihil invenitur virtutis, quænam virtus inerit in prolatione nudi, puri nominis? Quid ergo novi his novitatibus dicunt Auctores? Dicunt alia quàm nos dicimus? Errant. Idem dicunt? Ergo nobiſcum dicant, ne ſua inſomnia exponant vulgo ut Eccleſiæ ſacramenta. Per nomen igitur quod inſigne virtutis, noſcitur quàm digna honoris. Cognoſcitur, quàm iurè beatam dicent omnes generationes, uti cæteri, nomine; verùm potiùs, uti nulla fœminarum, dignitate, cuius dignitas eſt nomen. *Notandum* (ait Richard. à S. Laurent. quò ſupr.) *quòd Angelus ſalutans Virginem, tacuit proprium nomen eius, ſcilicèt, Mariæ; ut hoc ipſo offenderet, ſe ei novum imponere nomen: ideſt, Gratiâ plena.* Nomen ſanè novum, quod os Domini nominavit: igitur Deus indidit, Angelus edidit; homoque vocavit. Sat dicta in ſpeciale delirium Chriſtophori Vega, qui 2. p. *Theolog. Marian.* Paleſtr. 33. certam. 10. n. 1850. aſſerit, *Nomen Mariæ eodem cultu ac veneratione ſuſcipiendum, ac ipſa Maria.* Apage prorsùs. Nomen facit Virginis imaginem; quaſi qui vocatur Petrus, ſi vocaretur Ioannes, eſſet alius: eſſetque profectò, ſi nomen perſonæ imago. Mariæ voci debemus reverentiam, quanvis vocemus ancillam? Cuius tunc illud nomen erit imago? Sinamus quieſcere, donec nectat, quod aſtruit, n. 1384. ſcilicèt, *Sanctiſsimum Mariæ nomen nihil operatur ex natura ſua, neque ex inſtitutione Eccleſiæ: nihil enim tale reperitur, quod ad id aſſerendum nos cogat.* Idem profectò dico.

Varia nomina antonomaſtica Virginis.

Ricard.

Unde illi nomen novum?

Vega.

5 A Virgine enim, *Maria* nomine, tota namque ſalus & felicitas naturæ humanæ: qua de cauſa eius nomen de theſauro divinitatis evolvitur, ubi uti ſæculorum negotium cunctis præficitur; de quo ſusè egimus, *Tautolog.* 3. a n. 131. Ita pro ſolamine, gratiæque pignore datum priſcis PP. & etiam Gentibus: erat enim Virgo prælineata formulis, prænuntiata literis, præcupita Angelis, perſonata vatibus, antedicta Gentibus, prædicata miſeris, expetita ſæculis. Anno 1374. in Valle Ioſaphat, invento tumulo, obiectum miræ magnitudinis cadaver; ad cuius caput tabella, in cuius plano (uti aſtruunt Adrian. Lyræus, *lib. 1. ſono*, 35. & Ioann. Gorbrand. lib. 31. *Chronolog.* cap. 26.) literis Hebræis erat ſcriptum: *Ego Seth tertiogenitus Adæ, credo in Ieſum-Chriſtum filium Dei, & in Mariam matrem eius, de lumbis meis venturos.* Alia priſca dicemus, *Tom. 6. T.* 1. à n. 55. Ab Argonautis (extructo in honorem Rheæ, matris Deorum, Cyzici magnifico templo) de dedicatione interrogantibus, reſpondit Apollo (ut refert Cedrenus in *Hiſtor.*) Mariæ Virgini dicandum; ut contigit imperante Zenone.

Nomen Virginis felicitas hominis.

Pro pignore libertatis creditum.

Lyræus.

Etiam Gentibus promiſſum.

——— Ante ſæcula Verbum
Neſcia virgo viri quodam partu tenera edet:
Huius, quam Mariæ nomen manet, alma
Agnoſcet templum proprium tibi ritè dicatum.

Apoll. Delph.

Athenis factum, inquit Metaphraſtres, apud Caniſium 1. de *Deipar.* cap. 1. Nil mirum, quod nomen daretur in gaudium etiam Gentium, ſi totum Virgo deſiderium ſæculorum.

6 Eodem die quo Virgo nata; Mariæ nomine inſignita. *Anna poſtquam puella prodijt, ſtatim eam Mariam nominavit:* ait Nicephor. Calixt. lib. 1. *Hiſtor. Eccleſiaſtic.* cap. 7. & Antonin. p. 4. cap. 13. *Sic die qua nata eſt, impoſitum eſt ei nomen, Maria.* Iurè Chryſologus, quo *n.* 3. infit: *Maria mater vocatur; & quando non Maria mater?* Hinc nomen celebratur, ut oritur: equidem vel fugienti noſtrum aſpectum, ſemper eſt nomen atque matris auxilium. Eſt ergo *ſicut lux Aurorę, oriente Sole?* Minimè. Quid? Lux Auroræ, Sole oriente. Auroræ, uti ſæpe vidimus, nomen matris, utpotè inſigne, convenit. Sole oriente, Aurora fugit. Non videtur, dum Sol oritur: Virginiſque matris lux non ſicut lux Auroræ, Sole oriente; quippequàm perſiſtit adhuc matris influxus, etiam dum nobis evaneſcit aſpectus. Mater vocatur Maria: mater vocatur Aurora. Matri Chriſti nomen eſt hoc maternum, propter innatum nomini patrocinium. Quis enim unquam cogitat matrem, quin etiam auſpicatricem? minimèque Aurora Virgo, matris ſplendore, eſt ſicut lux Auroræ, Sole oriente; igitur ſi oriente Sole, Aurora non mater; Virgo Aurora mater ſemper. Quando non mater Virgo? An ſicut Aurora in Solis ortu, quia lux eius non videtur? Fugit oculos, ſed in cœlo collocatur. Hoccine ſignum magnum apparet in cœlo, dum invocatur in auxilia Virgo. Ibi eius delectabilis præſentia: eius in terra memoria. Ibi res, hìc nomen: & nomen in hominum ſublevamen; ut eluceat quantum Virginis nomen: igitur ſi memoria contradicit præſentiæ; prorsùm in nobis mi-

Nicephor. Antonin. Chryſol.

Virgo, quo die nata nomine inſignita.

2. Reg. 23. 4

Virginis gratiæ eſt præſentia, ubi nominis memoria.

mirabile, quòd habeamus gratiæ auxiliantis præſentiam, ubi duntaxat Virginis nomine celebramus memoriam.

7 Navigantibus in mari Gottico, turbulento, æſtuoſo, proceloſiſsimo; datur effugium promptum, aptius refugium, verſus montem, ad cuius radicem continua fluctuum tranquillitas, quantunvis alibi urgeat furioſa tempeſtas. Unde qui in navibus, beneficij memores, iſthunc montem appellant nomine Virginis. Adi Olaum Magnum, *lib.2.cap.23.* Souſa *lib.4.v.429.* alludit ſuccinens:

Mons Virgo.

Souſ.

——*Moles invicta mari, non obruta vaſtis*
Vorticibus, magno ſpumant vada fervida motu,
Et ſparſim latices cani iaculantur in aſtra,
Donec cœruleo componant æquora ponto:
Talis erat virgo.

Gaffarel.

Addere poſſum, quod referunt Theödoretus in *Orb. coſmopraph.* & Gaffarell. *Curioſ. inaudit.* cap. 5. num. 3. nimirùm: *Inſulà archipelagi, in rupe abſciſſa, cernitur navigantibus imago Virginis Mariæ, filium ulnis geſtantis.* Quid præſentiùs in lætitiam navigantium, quàm imago Virginis portantis filium? Quid naufragantibus in levamen, niſi Virginis nomen? Aptè ſanctiſsimo nomine decorantur cacumina, ubi tranquillitas in furenti procella. Iurè ad montem gratiarum lumen levatur oculorum, unde venit & promptiſsimum auxilium. Ad rem Souſa, lib. 5. de *Incarnat.* v.163.

Imago Virginis matris naturaliter ex caute rupis.

Souſ.

Nomine dixerunt Mariam, cœleſtibus oris
Iam pridem famà celebrem, Superiſque verendam.

Cur nomen Virginis, Principiſſa facierum?

8 Hinc apud Hebræos nomen Matris Meſsiæ præcogitabatur *Mitatron*, Principiſſam facierum, ſcilicèt: quam arbitrabantur unicam unam, inter creaturas omnes longè perfectiſsimam; quæ ſemper ante Dei aſpectum debebat ſtare, ut ad illius præſentiam introduceret, quos vellet. Conſule Chartagen. lib.2. Homil. 6. in *Nativ.* Virgin. & Caniſ. quò ſupr. Sanè ut canit Venant. d. v.165.

Venant.

Ex alto nomen honoris.

Igitur cùm ex gratijs nomen habeat, omnibuſque, præut opus, & quantum opus, diſtribuat; dicitur iurè, uti inter omnes perfectiſsima, & ut una unicè Domino accepta, Principiſſa facierum, propter generoſitatem diſtributivam gratiarum. Celebre præſentià Mariæ theatrum Calvarij, & etiam neceſsitatum, multitudine pendentium, ac dependentium. Erat ibi filius, erat Ioannes, erat latro, & ſociæ Virginis fœminæ. Quid inter tantos Maria? Stabat mater iuxta lignum, ut Principiſſa facierum. *Nulla tan gravis anguſtia, quæ in Maria levamen non reciperet*: infit Novarin. in *Virgin. umbr.* Excurſ. 143.n.1356. Erat in filio facies morientis, erat in Ioanne mœroris, in latrone facies damnati, in fœminis denique, transfixarum dolore. Hæ in calvario facies? Præſens etiam ſolicitudo Virginis, uti Principiſſæ facierum, in ſolatium & auxilium: etenim aſtitit filio morienti, latronis pœnitudini, fœminarum ſolamini, atque Ioannis adoptioni. Hoc contulit nomen matris, vel iuxta ſtipitem crucis: igitur cùm ipſius nomen ſit afflitionum levamen; ſtabat egregiè reſpondens nomini, maiore in neceſsitate. Solatio egebant filius & mulieres: beneficio latro & Ioannes. Facies illorum proclamabant vota: Virgoque ſtabat facierum nomine Principiſſa, in collationem gratiarum, & expulſionem malorum. *Mater eius*: dicit Evangeliſta. Conſtabat, eſſe eius matrem, ſtando iuxta eius crucem. Nomen Matris eſt nomen Virginis. Iuxta Chryſologi eloquium, *Matris Chriſti nomen eſt hoc maternum*: extenditurque in alia Virginis ſolicitudo, reſpondens nomini ſplendido; ut luceret, quia Principiſſa facierum, quòd etiam mater aliorum. *Sanctiſsimum nomen tuum, Virgo Beatiſsima, in omni tempore, loco, & modo* (ait S. German. ſerm. de *Zona Virgin.*) *vitæ, lætitiæ & auxilij non ſolùm eſt ſignum; ſed ea etiam & procurat & conciliat.* Retorqueatur Profanus, *lib.2. Eleg.27. v.15.*

Ioan.19.

Novar.

Cunctorum neceſsitatibus ſimul occurrit.

Ubi ſupr.

Effectus nominis.

German.

Si modò clamantis revocaverit aura puellæ;
Conceſſum nullâ lege, redibit iter.

Propert.

9 Perpendamus in Lazari reſurrectione, quid virtutis lateat in nomine Virginis. Revocandus erat in vitalem halitum; qua de cauſa aſſertor N. procedit ubi ſepulchrum. Occurrit Martha ſoror, ut ſcivit adventum Chriſti, Maria autem & neſciens ſedebat domi: quam citiſsimè Martha quæſivit, illique ait: *Magiſter adeſt, & vocat te.* PP. aſſerunt, Martham iuſſam vocare ſororem abſentem, cùm fratris Chriſtus promitteret reſurrectionem. Cur ergo Maria vocanda, ut fratri miraculosè redderetur vita? Floridè Chryſologus in propoſitum. *Sine Maria nec fugari mors poterat* (inquit *ſerm. 64.*) *nec vita poterat reparari. Veniat Maria, veniat materni nominis baiula, ut videat homo ſecretum, quatenùs prodeant ab inferis mortui: mortui exeant de ſepulchris.* Proculdubio vita

Ioan.11.28

Chryſol.

mor-

mortui erat in Christi potestate; sed iubet vocari Mariam, materni nominis baiulam, ut exprimat matris Virginis gloriam; cuius in Magdalena nomen tonoram habebat similitudinem: equidem cum invocatio Virginis matris excitet in vitam vel iacentes in sepulchris; ita Virginis nomen adversus mortem vitale; ut etiam species nominis effulguret signum vitæ. Vita hominis fractis præscriptis legum, in hoc mundo profectò infernale barathrum; quo iacet vivendo moriens, qui morte vivens (sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum spiritus vitæ non est memor amplius) equidem arbitratur impossibile, illinc posse revocari: vocaturque Maria, materni nominis baiula; ut homo secretum videat, quo feliciter exeat: igitur ad nomen sanctissimum invocatum, prodibit homo vel ab inferno vitiorum. *Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso; cogita Mariam: & sic in temetipso experieris, quam meritò dictum sit: & nomen Virginis Maria. In periculis, in angustijs, Mariam cogita, Mariam invoca.* Hæc Bernardus, serm. 2. super *Missus est*, n. ult. Ethnicusque quo dudùm. v. 13.

Nomen Virginis forma vitalitatis.

Bernard.

Exitatio à sepulchro & ab inferno.

Propert. *Iam licèt & stygia sedeat sub arundine remex,*
Cernat & infernæ tristia vela ratis.

Lazarus prodivit luci, qui pedem in exitum miser nequibat movere. Propter Mysterium, alterius Mariæ sufficitur illustre vocabulum; ut etiam ex sono & baiulatione nominis cum potentia luceret dignitas Virginis: equidem honor expulit citissimè mortem, vel ad nominis speciem. Quid mirum, si color nominis etiam nota præclara glorioſæ vitæ, immortalis?

10 Primùm, ab illa quæsitus, sed non agnitus, Salvator N. iam glorioſus, cum Magdalena locutus. Perampliùs texit conversationem, illà plorante; & ad unicum verbum, illa conversa dixit: *Rabboni.* Dominum ergo actutùm cognoscens vidit: cæterùm, unde cognovit? *Non vultu, sed voce se notum facit* (subdit Chrysostom. hìc, *Homil.* 85.) *cùm enim dixit Maria, tunc cognovit.* Ubi vel species nominis matris Dei, citò invenitur Iesus: equidem efficax Mariæ vocabulum ad conversionem in filium. Læta quæ lachrymosa convertitur, simulac nomen auditur. Congenitum sanè gaudium ad nomen Iesu maternum: equidem ad nomen Mariæ, simul eva escunt lachrymæ. Semper enim Iesus Magdalenam mulierem vocavit: patet hìc v. 15. & *Luc.* 7. 44. cur ergo modò appellavit Mariam? Habebat tunc Christus immortalem gloriam: non tantùm mortem vicerat, sed è sepulchro gloriosè vivebat. Magdalena videre cupit, quod cupit; Christusque ultrò cupienti concedit: & tunc ad illam matris nomen exprimitur; ut vita Christi & immortalis credatur: etenim cùm nomen vitale sit, & vitæ glorioſæ vox; haud aliud vitalius signum Christus eligit in resurrectionis specimen, quàm Matris-virginis glorioſissimum nomen. *Ubi Maria audivit, Maria; præsensit in nomine quandam singularis vocationis dulcedinem*: ait Origen. *Homil.* 10. inter divers. sive ultim. Quid nisi in dulcedinem, matris glorisissimæ glorioſum nomen? Mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. O virgo! O mater! O mater & virgo! Dic vale ei, toties qui tibi dixit: Ave. Aptius, quàm Ethnicus 3. *Trist. Eleg.* 3. v. 16. medullitùs dicam:

Vitale præ-nuncium.

Orig.

Te loquor absentem: te vox mea nominat unam: Ovid.
Et plus in nostro pectore chara tenes.

11 Vidimus nomen Virginis nomen gratiæ, nomen vitæ: perscrutemur etiam nomen custodiæ. Nascitur, & illi statim *Maria* nomen imponitur. Maria? & nostræ custodiæ gloria: sed quid Maria? *Bellatrix egregia: castra Dei sunt hæc*: infit Bernard. in *Panegyr.* n. 5.

Nomen custodiæ.

In medias dat sese acies. Virgil.

Nomen est virtutis, & ipsa acerrimis armis. *Non sic timent hostes visibiles castrorum aciem copiosam, sicut aëreæ potestates Mariæ vocabulum, & patrocinium*: ita Bonavent. in *Specul. Virgin.* cap. 3. & 9. In utrosque venabula Virginis, quæ potens est, & sanctum nomen eius. Unde Geömetr. *Hymn.* 4. succinuit:

Bonavent.

Salve quæ facis, ut belli victoria detur
Fortibus armigeris, munere virgineo.
Salve præsidium urbanum: tu mœnibus arces Ioann. Geom.
Hostes, & moles concutis horrisonas.

De Iphicrate, in *Apophthem. Græc.* refert Plutarchus, cavisse, cùm in procinctu adversus Barbaros esset, ne ignorarent nomen, quo solo alij victi, pavore perterriti. Nomen non ignorant hostes hominum, quorum Virgo, ex quo nata, patrocinium: *Hoc est, Maria* (inquit Damascen. Orat. in *Nativit.*) *nomine quoque ipso magnoperè veneranda.* Si bellatrix est; ex quo nata accepit nomen, igitur in inimicos sese exhibuit bellatricem.

Plutarch.

Damasc.

12 *Quæ est ista quæ progreditur?* di- Cant. 6. 9.

Cap. 20. 16.

Chrysost.

Quantæ virtutis vel species nominis!

Angelis dulcedo.

cunt Angeli, nascente Deipara Virgine. Si sciunt, quid vel admiratione quærunt? Artificiosa est interrogatio in voluptatis blandimen: inquirunt, quam cognoscunt; ut audiant nomen. Semel audisse non sufficit, quod tantoperè placet: quid de Virgine interrogationis studium, ubi vel nomen plenum gaudium Angelorum? Sequamur textum: *Quæ est ista* (inquiunt) *quæ progreditur quasi Aurora consurgens, terribilis ut castrorum acies ordinata.* Ita omissis alijs encomijs, metricè legit Mariana:

Marian. *Quæ est ista, Auroræ quæ par consurgit?*
In armis
Ut castra Regis inclyti.

Vix in lucem edita, & iam acies castrorum ordinata? Respondet muneri, quippe nascitur homini: iunguntur que arma, & simul lucis usura; ut constet auxilium generi, ab ipsa nativitate. Aurora in nativitate est, Luna plena gratiæ in vitæ progressu, Sol splendidus consummato cursu: & quando Aurora, terribilis ut castrorum acies ordinata; quoniam hominis protectio, ab ipsomet nativitatis exordio. Bellatricis nomen habet, in quod dignandus Christianismus respicit; ut omni tempore, loco & modo sit clamantibus auxilio. Insultat Luna Turcica, furenter ostentando potentiam: est Luna in Lunam. Obscuritas nominis ab inimicis intenditur, verùm vincuntur: vt splendens Sol apparet clara & conspicua pro victoria; igitur radij Solis lucida tela. Etiam progreditur Aurora, cui nomen Bellatricis imponitur: acies que ordinata castrorum meritò dicitur; quoniam orbis Christianus Auroræ Virginis nomen Turcis opponit, ut castrorum aciem. Virgo, dum mundus plaudit, mensuram nominis implet. Illam nomen insigne decorat: semper enim.

Virgo hominis protectio ab ipso exordio.

Eius nomen in Turcas propugnaculum.

Virgil. *——— Magnum Reginæ nomen obumbrat.*

Ut impetremus invocationis suffragium, haud deseramus conversationis exemplum. *Nunc ò stella maris nostri, nos aspice præsens:*

Hier. Veda. *Nunc lucem, luciſque tuæ iubar exere, & orbi*
Exorere, ac radijs nigrantem discute nubem.

DIDASCALIA VI.

Libertas humani generis, dum filius Dei filius hominis.

1 VIdimus Auroræ Virginis iubar & lucem: adhuc ampliorem mirabimur splendorem.

Sibyll. *Brevis egressus Mariæ de virginis alvo.*
Exorta est nova lux.

Cecinit Sibylla Erythræa, & Venant. de *Partu Virgin.* à v. 349. succinit:

Pulchra super gemmas splendorem Solis obumbrans. Venant.
Suavior, & roseo nimirùm rubicundior ostro.

Quippini? Vel insensibile sentit quale & quantum lumen affert; dum filius facit nova omnia, ut cognoscatur Aurora Maria.

——— Matris Regina ferebat
Obsequium, gravibus subnectens flumea gemmis.
Tunc & Solis equos, tunc exultasse choreis Claudian.
Astra ferunt, melliſque lacus, & flumina lactis
Erupisse solo, cum floribus, æquora vernis
Bosphorus indueret.

Inquit alio Claudian. 1. de *Laud. Stilicon* à v. 82. Exultat terra, lætantur cœli, commovetur mare, gaudent campi vestitu florum, simulque exultant omnia ligna silvarum a facie Domini, quoniam venit. Huic argumento invenies pulchra, etiam apud Ethnicos: adi Virgil. *Eclog.* 5. v. 28. & 58. 6. *Æneid.* v. 256. Petron. in *Satyric.* Carm. 19. & Stat. 1. *Achill.* v. 101. qui (quàm propriè, videbimus in *Ephemer.* die 25. Decembr.) lib. *Silvar.* carm. ult. à v. 7. modulatur:

Natum Dominum cuncta elementa testatur.

——— Refero diem beatam.
Vix Aurora novos movebat ortus;
Iam bellaria adorea pluebant.
I nunc sæcula compara vetustas
Antiqui Iovis, aureumque tempus,
Non sic libera vina tunc fluebant,
Nec tardum seges occupabat annum: Stat.
Unà vescitur omnis ordo mensà.
Hìc agnoscitur omne, quod theatris
Aut forma placet, aut probatur arte.

Aptiùs & brevis Catholica Ecclesia: *Illuxit nobis* (ait) *dies redemptionis novæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ.* Pendamus singula.

2 *Lux Auroræ* visa, *oriente Sole.* Quomodò Sole oriente, visa fuit & nitidior lux Aurora? Filius Auroræ Sol est. Ni profecto oriretur Sol, maternitas non constabat, quanvis Auroræ virginitas prælucebat: lucique Auroræ Virgo-mater confertur, sed Sole oriente; ut clareret genitricis singularis splendor, dum singularis rutilabat honor: igitur virgo Aurora Solem peperit, & mater virgo permansit. De huiusmodi splendore plura diximus, *Tautolog.* 3. *D.* 3. Alia exponenda. *Virgo parit Deum cœli* (inquit Chrysolog. serm. 146.) *Regem terræ, orbis Dominum, reparatorem mundi, mortificatorem mortis, redditorem vitæ,* Chrysol. *Quid nobis contulis in partu?* per-

2. Reg. 23. 4.

Lux Virginis, virginitas & maternitas.

perpetuitatis auctorem. Quid ergo ad mortis mortem, vitæ restitutionem : felicitatisque perpetuitatem, lux Auroræ, Sole oriente? Insigne redemptionis & cum pretio novitatis. Redemptio homini promittitur, si filius Dei filius hominis nascatur: ideſt, si in sæculo nasceretur, qui ante sæcula natus; ut excuteretur tyrannica servitus. Oriturus uti Sol ex Virgine quasi Aurora, qui iam ortus ante tempora. Est lux Auroræ, dum Sol oritur; & lux Auroræ, priusquàm Sol oriatur. Lux Auroræ ante Solis ortum, erat duntaxàt redemptionis signum; sed non redemptio, quæ pendebat omnimodò à Solis ortu; diciturque, ut libertas lucescat à servitute, *Lux Auroræ, oriente Sole*; quippe redemptio & redemptionis novitas, ex eo quod Sol ex Aurora nasceretur in terra, qui natus Sol, priusquàm Sol nasceretur ex Aurora. Astipulatur acumini Leo Papa, serm. 2. in *Nativit. Domin. cap. 2. Advenientibus ergo temporibus* (inquit) *quæ redemptioni hominum fuerant præstitata; ingreditur hæc infima Iesus-Christus, de cœlesti sede descendens, & á paterna gloria non recedens, novo ordine, nova nativitate generatus. Novo ordine, quia invisibilis in suis, visibilis factus est in nostris* (&c. de quibus forsitàn alibi.) *Nova autem nativitate genitus est, conceptus á Virgine, natus est Virgine, sine paternæ carnis concupiscentia, sine maternæ integritatis injuria.* Nova nativitas supponit nativitatem, in qua collocaverat cœlum redemptionem. Prima ex Patre solo: ex matre sola secunda generatio. Adinstar geneälogiæ Melchisedech, sine matre, ac sine patre. A Patre solo uti Deus: à matre sola uti homo. Hominem ostendit veneranda maternitas: Deum fœminæ parturientis virginitas.

Leo Pap.

Christus natus ex Patre, nascitur ex Virgine.

Sous.

Concepisse Deo Mariam, cœlique favore,
Ostendit manifesta fides infantis in ortu:
Virginitas illæsa docet.

Accinit Sousa. *lib. 6.* à v. 5. ut fiat hominis redemptio & novo modo; oportet Dei filium pro hominibus nasci denuò: etenim tunc homo dæmonis excutiet iugum, dum Virgo genuerit genitum.

3 Audijt Ioannes vocem de Cœlo dicentem: *Nunc facta est salus & virtus & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius.* Facta salus & nunc? Utiquè: *Proiectus est accusator*: proiectus est draco ille magnus, & antiquus serpens, *qui vocatur diabolus & Satanas.* Iam ergo facta redemptio & novo modo, sicut patet ex triumpho: verùm unde tanti plausus origo? Videtur ex visione, tanquàm in speculo. Intendite. *Signum magnum* (alij, *miraculum magnum*) *apparuit in cœlo: Mulier amicta Sole.* Bernard. de *Deipar.* serm. 1. Christum intelligit per Solem, & Matrem-virginem per mulierem. *Hæc in utero habens clamabat:. & peperit filium*: hoc est, ut Aurora Solem, cuius ante conceptionem portabat lucem. Mirabile prorsùs signum! Antequàm Virgo haberet in thalamo uteri, iam erat amicta Sole. Quomodò ergo Virgo Aurora Solem Christum peperit; si Sol iam erat, antequàm hominem in utero concepisset? Apparuit optatum signum, in redemptionem hominum. Sub iugo diaboli retinenda humana captivitas, quousque Deus homo ferreas frangeret catenas; quarum extrema tracta à diabolo, ne possint arte quatiendo proijci à collo: fitque Virgo Solis puerpera, quæ Solis splendore fuerat amicta; ut pateret Deus verus homo in orbe, qui erat Deus verus à Patre: ex miraculo unionis, libertas pendebat humani generis; patetque serpens protritus, draco proiectus, facta generis salus, & redemptio nova micat; quia Virgo concepit Solem, & peperit qui iam erat. Verbum in Virgine caro factum, erat pridem apud Deum. Deus erat Verbum, quod ut Sol ante carnem, matris amiculum: futurum ex Virgine & in matre quod non erat; ut redimeret, cuius assumere conditionem cogitaverat: & dum Virgo Solem uti Aurora peperit, cœlum salutem generis humani plaudit; igitur (si nova redemptio, dum filius Dei, Deus videretur & homo) Virgo mater in lucem protulit Solem, qui iam erat ante Virginem. Salus profectò hominis, si esset homo in genitrice, qui erat Sol, Patris splendor, in Patre: dum Sol oriturus, qui iam Sol ut in hominis salutem niteſceret nova lux.

Apoc. 12. 9. 10.

Vers. 1.

Vers. & 5.

Ex utraquè nativitate fuit salus humano generi.

Cum Christo nata lux & salus.

Iam nata lux est, & salus:
Deum Maria protulit.

Venant.

Ait Venant. Hymn. in *Christ. nativit.* v. 29. Profectò salus ex Virginis partu, & servitutis excusio: igitur iam Sol divinà gavisus nativitate, antequàm oriretur ex Aurora Virgine. Si facta est salus, Salvator apparuit: utique, Virgo peperit: & excutienda servitus; si ex Virgine nasceretur, qui iam natus.

4 *Natus est vobis hodie Salvator* (dixit Angelus pastoribus) *& hoc vobis signum. Invenietis infantem pannis involutum & positum in præsepio.* Clarum videtur signum: igitur Maria *peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio.* Sit ergo: cæterum unde ex signis, etiam inventis, constat, quod natus Salvator mundi; dum signa nunciari possunt de quolibet nato infante? Nullo modo: signum est infallibile de nativitate Salvatoris, & salute humani generis. Pende verborum emphasim; & fige penitiùs cogi-

Luc. 2. 11. 12.

Vers. 7.

tationem. *Maria* (dicitur) *peperit filium suum.* Singularis namque modus loquendi haud nisi in partu Virginis, signatus alibi. Frequenter enim in Scriptura stylus: *Pariet tibi* (uti diximus, *Tom.* 2. T. 2. D. 9. n. 5. & observat Salmeron, *Prolegom.* 15. Regul. 13.) qui quidem usus etiam apud Ethnicos obvius. Homer. 5. *Iliad.* v. 904. *Mihi autem te genuit mater.* Virgil. 1. *Æneid.* v. 621. *Dardanio Anchisæ alma Venus genuit*: & Pausan. *cap.* 37. *Alope cùm Neptuno Hippothoöntem peperisset.* De Elisabeth dicit Luc. 1. 57. *Impletum est tempus pariendi, & peperit filium.* Si quod in lucem edit gravis fœmina, eius profectò filius est; cur uti singulare dicitur de Virgine, quòd *peperit filium suum*? Illi fœmina parit, de quo concepit: suumque solùm filium peperit Virgo, quia non ab alio: invenitur enim habens in utero de Spiritu-Sancto, non de viro; quia filium in se & ex se concepit illius virtute, nequaquàm ex viri semine. *Suum*, quia sicut Pater sine matre filium habuit, ita Virgo sine patre filium peperit. Filius enim est Patris, & est etiam filius Virginis: sine Virgine à Patre, sine patre ortus à Virgine: & utriusque proprius, & non utrique communis dicitur filius; quoniam qui non ab alio, non est alterius. A Patre æternus per æternam generationem, priusquàm à Virgine susciperet in tempore humanitatem; quia apud Patrem filius Virginis erat, priusquàm esset filius Virginis. Hoc est Mariæ privilegium præ splendoribus sanctorum. *Ex utero ante luciferum.* Maluend. & Ar. Montan. ex Hebr. *De matrice Auroræ ros generationis tuæ.* Generatio Christi singularis & præclara: ros duntaxàt ab Aurora. Unde hìc Bochius:

Illi fœmina parit, de quo concipit.

Cur Virgo Deipara dicitur Aurora?

Psal. 109 3. Maluend.

Christus ros.

Boch.

——*Matrisque beatus*
Ex utero es, ceu ros cœlo descendit ab udo:

Habiturus homo redemptionem; ubi ex matre esset filius, qui ante matrem: tunc enim novitatis insolitæ decor, quo in terra natus Salvator; quippe tantùm filius Virginis, qui duntaxàt filius Patris: & ut demonstraret Angelus hominum Salvatorem; *Filium suum* asserit periisse Virginem, quoniam nullum aliud expressius signum in redemptionem hominum, quàm habere in terra virginem genitricem, qui erat sine genitrice & ab æterno apud Patrem. Virginitas matris Deum natum astruebat; quia filius virginis nequibat esse, ni ante Virginem fuisset: tuncque signatur ab Angelo nativitas Salvatoris; igitur signum humanæ salutis, qui in cœlis habebat Patrem, in terris habere ut hominem genitricem. *Hodie* proculdubiò *natus est Salvator* mundi: equidem hodie videtur uti mirabile, eundem nasci è sinu illibato Virginis, qui erat glorià decorus in sinu Patris. Hinc fons humanæ felicitatis: nativitas scilicèt Salvatoris & partus Virginis: equidem antiqui lapsus fulsit reparatio, ubi qui Deus, in Virgine natus homo.

Deus-homo, hominis redemptio.

5 Exules exierunt è paradiso protoparentes, dotem supportantes transgressionis, simulque ex mali degustati acerbitate, infelices & exules filij Evæ.

Cœpit origo, perijt, clademque á semine sumpsit. Sedul.

Deus, qui propriè promptus ignoscere; simulque difficilis, pœnas vel obnoxijs reddere; dicit per Ieremiam, videns captivam conditionem humanam: *Revertentur de terra inimici, & est spes novissimis tuis.* Haud datur signum in tantum naturæ quassatæ commodum? Utique & signum magnum: Salvatoris nativitas, & in nativitate singularis novitas. *Creavit Dominus* (ideſt, *Creare decrevit*, ut alibi dixi, sumptis verbis realibus, pro mentalibus) *novum super terram: Fœmina circundabit virum.* Hoc est, Virgo pariet, uti Vates Evangelicus prædixit. Cur igitur dicitur, *Circundabit virum* & non infantem, vel puerum? Infans à fœmina circundatur, dum ab illa concipitur. Nullus concipitur vir facultate naturæ. Nunquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci? Quomodò possunt hæc fieri? Aurora mater est, cuius Sol filius: *Vir, Oriens nomen eius.* Si diceret infantem, nequaquàm esset ante genitricem: dicens in Virgine virum, ante nativitatem signabat natum; equidem in signo mirabili ad restaurationem novitas, quòd eiusdem esset ante infantis nativitatem nativitas.

Ier. 31-16. 17.

Verba realia pro mentalibus. Vers. 22.

Zach. 6. 12. *Christi singularitas, ante nativitatem nativitas.*

Hæc est illa dies, primæ post crimina culpæ,
Expectata diù, superæ festiva cohorti,
Et patribus sperata pijs: quæ prima salutis
Attulit æternæ cœlestia munera mundo. Sous.

Reversioque signatur in patriam, in antiquam conditionis gloriam, in voluptatis hortum, dum Virgo pepererit simul infantem & virum; quippe reparatio sempiterna humani generis, ubi qui filius coæternus æterni Patris, videretur filius fœminæ virginis. Quid sumus? Quid fuimus? Indicat Venant. Fortun. d. v. 329. & 339.

Hominis reparatio Deus homo.

Tartara disrumpens, patriæ captiva reducens,
Et libertati post iuga pressa refers:
Ecce tuus florens uterus, quæ præstiti orbi?
Te pariente fide, nos paradisus habet. Venant.

6 Periere vires Monarchiæ adverso Marte, & triumpharunt inimici. Gemebant cives hostium importabile iugum; sed in libertatem eis incidit consilium bonum. Adi Mendum

dum in *Princip. perfect.* Document. 48. n. 17. Eduxerunt in aciem, pro conflictu, Marte pridem adversario, Principem infantem, quem habebant in cunis; eiusque aspectu viceruntdudùm victores. En theatrum generis humani, in paradiso victi calliditate atque livore colubri: qui fretus & insolentià & malitià hominum calcabat colla, gaudens eò quòd cœlum clausum sibi, clausum etiam illo in certamine homini. Deus huius ambiebat restaurationem, ut in patriam posset redire cœlestem, proijciendo dæmonum iugum, simul dirumpens vincula eorum. Quid ergo cogitavit pro homine? *Iterùm introducit primogenitum in orbem terræ*: & in secundo conflictu victores victi; quippe non sustinuerunt faciem infantis, quem in certamen Virgo habebat in cunis.

In cunis Christus vicit hominis hostes.

Hebr. 1. 6.

Crucius.

——*Vagos fuga dissipat hostes,*
Formidoque tui pavidos agit æmula vultus.

Nascitur Sol.

Nascitur Sol splendidus: fugat serpentes, radijs ludens severus in hostes. Retorquatur Seneca in *Hercul. furent.* v. 454.

Senec.

Quàm gravia parvus tulerit, ignoras?
Primus sagittas imbuit Phœbi Draco.

Statua Memnonis.

7 De statua Memnonis diximus, *Tautolog.* 4. *D.* 2. *num.* 9. fusiusque in *Ephemer.* die 6. Mart. Finxere in illa loquelam, & oriente Sole, erumpere in musicam; cuius evanuit embolium, simulatque filius Dei venit in mundum. *Cuius statua usque ad adventum Christi, Sole dicebatur oriente, vocem dare*: ait Bernard. Autumnus in *Satyr.* 15. *Iuvenal.* v. 5. Favet Lorin. in *Sapient.* 11. 16. Terremotu facto corruit, ut ait Strabo, *lib.* 17. & fracta est statua; qua de causa Iuvenal. loc. cit. inquit:

Autumn.

Corruit, & veniente Christo, tacuit.

Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ.

Iuvenal.

Sed qui oriente Sole loquebatur dæmonis arte, Iustitiæ Sole oriente, cessavit loqui. Ipse fatetur: nam (ut ait Goltz. in *Vit. August.* & Reyes Franco in *Elysio camp.* quæst. 30. n. 9. Ex Eusebio de *Prepar. Evang.* lib. 5. cap. 8.) cur tacuerat interroganti Octaviano, respondit:

Etiam dæmonum oracula.

Me puer Hebræus iubet hinc (Rex ille Deorum)
Tartareäs remeare domos, hac æde relictâ:
Dehinc ora tenens, altaria nostra relinquas.

Qui ita insolenter dominabatur in orbe, nec audet hiscere. Facta proculdubiò reparatio oriente Christo, post primævum lasum; dum dæmon catenatus & ictus redit in orcum. Ortum Solis Ægyptij signarunt per infantem super lotum gaudibundè sedentem. Adi Kircher. in *Obelisc. Pamphil.* Hierogram. 19. & Pier. Valer. *lib.* 52. cap. 35. Lotus est arbor aspera, spinosa; sed fructus eius in malorum oblivionem, ob voluptatis dulcedinem

Lotus cuius nam conditionis?

Polybium consule lib. 12. *Histor.* Dion. Chrysost. *Orat.* 35. Erasm. 2. *Chil.* centur. 7. Adag. 62. & Claudian. Minoën in *Emblem.* 114. Alciat. Deiecta natura humana eiecta est ex horto voluptatis, ut vitæ miseræ pungeretur spinis, tracta gemitibus, quousque Solis rutilaret adventus; equidem nullo modo antiqui status perficienda reparatio, donec infans Deus videretur in loto. Benignis optatis radijs, homo

Surgit & ætherei spectans orientia Solis. Virgil.

Felicitas conditionis humanæ pendebat à status reparatione, quæ quidem futura Sole adveniente; ut expelleret urgentia mala, restituens amissa bona: apparetque Christus infans in loto, fractis laborum spinis; ut pateret reparatio antiquæ felicitatis: igitur per loti carnis assumptis dulcedinem, malorum intulit in perpetuum oblivionem. Non sat Soli orienti felicitatis gratia, ni esset ex nativitate & felicitas æterna.

Christus nascens expulit mala, & intulit bona.

8 Nullum animal noxium nasci, nec posset vivere in Creta, ex Ælian. *Histor. Animal.* lib. 5. cap. 2. diximus, *Tom.* 3. *T.* 10. *D.* 2. n. 3. qui addit: *Concessum hoc munus á Iove, nempe in ea & nutrito & occultato.* Lucian. in *Sacrific.* & Natal Com. 2. *Mythol.* cap. 1. *Cretenses non solùm natum esse apud se Iovem memorant, verùm etiam sepulchrum eius ostendunt.* A serpentis antiqui veneno etiam post exilium laborabat homo. Dum Dominus cœli videretur in terra, expellenda draconis virosa toxica. Felicitas erat à veneno liberari; sed summa, non posse percuti, ut tanquàm in Creta nativitate Iovis, natura humana veneni viveret expers: completaque est hominis felicitas, ubi in Dei filio nascente apparuit humanitas; quippequàm draconis Averni cessavit virus, ex quo Christus in terris ex matre virgine natus. Repleta est terra scientiâ Domini, Sapientia Patris descendente ab olympo; & non nocebunt, nec hominem occident in universo. Proposito; & si aliò intentus Stoicus, in *Hercul. fur.* v. 249.

Ælian.

Nat. Com.

Cur in Creta nullum virulentum animal?

Isai. 11. 9.

Senfere terræ pacis auctorem suæ:
Abesse terris prosperum ac felix scelus:
Virtus vocatur. Ferax Deorum terra.

Quæ bona ex nativitate Christi? Senec.

9 Quid dicit Mercurius Trismegistus? *Deus ergo sempiternus, Deus æternus* (ait ad *Asclep.*) *nec nasci potest, nec potuit.* Fallitur: non cognovit filium Patris, qui ab æterno natus, sicque natus potuit nasci: igitur Iesus-Christus æternus Deus æternique Patris filius, cuius æterna generatio, nascitur ex Maria Virgine, factus homo. Strenuè Plato apud Cœl. Rhodigin. *lib.* 16. cap. 17. dicentem: *Ante hunc quem videmus Solem, Plato alterum in mundo cogitavit invisibili, ima-*

Trismeg.

Nativitas eius præsignata à Philosophis. Plato.

imaginem Dei Patris primam, verumque filium. Ad rem aptissimè (& ut ait Rhodigin. *lib. 9. cap. 19. Divinissimè*) lib. 4. *Legum*, subdit: *Deus omnium nobis est mensura; multóque magis, si quis, ut ferunt, homo est: ideòst, si quando fiat homo; ut ferunt oracula.* Subobscurè Aristoteles: *Non esse immortalibus Dijs indecorum dixit; hominis induere naturam, quo ab erroribus sevocentur mortales*: addit Rhodigin. *lib.* 17. *cap.* 34. *Qua in re Christi præsensisse adventum, augurantur nonnulli.* Alijs parco, ex professo dicturus *Tom. seq. Tautolog.* 1. Qui sempiternus in nostram felicitatem æternam suscepit naturam nostram. Qui natus nascitur, quippe natus à Patre, natus ex intacta virgine.

Idem. Aristotel. Cœl. Rhod. Virgil.

Attulit & nobis aliquando optantibus ætas Auxilium, adventumque Dei.

Igitur ex illa, qui sine tempore genitus, tempore homo in similitudinem hominum factus.

10 Hinc Paulus: *Invisibilia enim ipsius, á creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Iam nota, quæ priùs occulta. Erat Dei filius splendor Patris, & Sol, antequàm Solis viderentur, vel cognosceretur lux: & per ea quæ facta, Dei invisibilia, à creatura conspiciuntur intellecta; quippe in carne apparuit oculis, qui erat naturà invisibilis. Qui iam natus, nasci potuit, & nasci potuisse apparuit; quin indecorum esset, ut homines sevocarentur ab erroribus in statum feliciorem; Verbum Dei terminare humanitatem: imò mira, in uno simul forma Dei & servi forma: claretque intellectum, quod pridem obscurum; igitur visibilis Sol in Virgine, qui omninò lucens præ copia invisibilis à Patre. *Vidimus* enim *gloriam eius*, dum in uterum Virginis descendit è sinu Patris, prævià nativitate in nativitatem novam, ad illustrandam deviam errantem naturam: quandoquidem in forma Dei permanens, humanà carne subsistens, visus est homo ex substantia matris in sæculo natus, qui invisibiliter ex substantia Patris ante sæcula genitus. Appositè in textus expositionem Plutarchus, quippe refulget ab amore modus. *Quomodo* (inquit, in *Disput. amator.*) *geometræ pueris, qui nondùm suo Marte possunt intellectibiles arripere essentiæ incorporeæ & impatibilis figuras, formant & offerunt simulachra, quæ tactu & visu percipiuntur, spherarum; sic nobis Cupido Cœlestis specula pulchrorum pulchra, mortalia tamen, Deorum & patibilia intellectibilium machinans, in formis, coloribus & figuris decore relucentia demonstrat, movetque memoriam.* Claret, cur Christus in Virgine *de Spiritu-Sancto* conceptus: etenim cúm essentiæ incorporeæ & impatibilis, uti purè spiritalis, non esset species; ut invisibile videretur ab Amore essentiali pulchrum pulchriorum speculum, mortale tamen, formatur: tuncque intellectibilis, non illudusque intellecti, subijt perspicua intellectio; quia filius Dei *habitu inventus ut homo.* Totus conatus erat salus hominis, in acquisitionem æternæ felicitatis: homoque in Virgine consecutus est salutem; quia filius Dei invisibilis ostendit faciem.

Rom. 1. 20. *Apparuit oculis, qui conditione invisibilis.* Ioan. 1. 14. *Per matrem invisibilis visus.* Plutarch. *Qua amoris arte?* Matth. 1. 20. Philip. 2. 7.

——*Tanto splendoris honore*
Fulget, ut æterno qui temperat ordine mundum,
Gestarit gremio, lactaverit ubere dulci,
Strinxerit amplexu, summoque vocarit Olympo:

Mantuan.

Ergo cor illi addictum collocet, unde filium traxit; ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat; etenim illius eloquium:

Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Amen.

Eccli. 24. 31.

FINIS TOMI QUINTI.

TE-

TESTIMONIA EXCERPTA E REGULA S. P. N. BENEDICTI.

PRolog. *Auſcultа, ò fili præcepta magiſtri, & inclina aurem cordis tui: & admonitionem pij patris libenter excipe, & efficaciter comple: ut ad eum per obedientiæ laborem redeas, à quo per inobedientiæ deſidiam receſſeras.* T.10.E.n.40. 43. & D.3. n.5. *Per ducatum Evangelij pergamus itinera eius.* T.2.E.n.26. *Dominus expectat nos quotidiè his ſuis ſanctis monitis, factis nos reſpondere debere.* T. 1.D.4.n.9. *Ideo nobis propter emendationem malorum, huius dies vitæ ad inducias relaxantur.* T.6.D.4.n.7.D.6.n.10. T.7. D.4.n.1.

Cap.1. *Adhuc operibus ſervantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur.* T.2. D.1. n.3.6. *Pro lege eis eſt deſideriorum voluptas: cùm quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt ſanctum: & quod noluerint, putant non licere:* T.6. D.3. n. 11. T. 7. D. 3. n. 14. *De quorum omnium miſerrima conditione, melius eſt ſilere, quàm loqui.* T.4. D.4. n.1. *Cœnobitarum fortiſsimum genus.* T.6.D.2.n.15.

Cap.2. *Abbas qui præeſſe dignus eſt.* T.1.D. 3.n.13. *Chriſti enim agere vices in Monaſterio creditur.* D.1.n.19. *In quo clamamus, Abba Pater.* n. 20. *Ideoque Abbas nihil extra præceptum Domini debet aut docere, aut conſtituere, vel iubere,* n.19. & D.2. n.10. *Utrarumque rerum in tremendo Dei iudicio facienda erit diſcuſsio.* T. 1. D. 1. n.20. *Sciatque Abbas culpæ paſtoris incumbere, quicquid in ovibus paterfamilias utilitatis minus potuerit invenire. Tantùm iterùm liber erit, ſi inquieto, vel inobedienti gregi paſtoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbis earum actibus univerſa fuerit cura exhibita.* T.1. D. 1. n. 13. *Cùm aliquis ſuſcipit nomen Abbatis, duplici debet doctrinà ſuis præeſſe diſcipulis: ideſt, omnia bona & ſancta factis, amplius quàm verbis oſtendere.* T.10. D.4.n.11. *Omnia, quæ diſcipulis docuerit eſſe contraria, in ſuis factis indicet non agenda.* T.1. D.1.n.19. *Miſcens temporibus tempora, terroribus blandimenta; dirum magiſtri pium patris oſtendat affectum: ideſt, indiſciplinatos & inquietos debet duriùs arguere: obedientes autem & mites & patientes, ut in melius proficiant, obſecrare: negligentes autem & contemnentes, ut increpet & corripiat, admonemus.* T.9.E.n.32. *Neque enim diſſimulet peccata delinquentium: ſed mox, ut cœperint oriri, radicitùs ea, ut prævalet, amputet, memor periculi Heli.* T.7. E. n.7. T.8. D.1. n.12. D.4. n.13. *Secundum uniuſcuiuſque qualitatem, vel intelligentiam, ita ſe omnibus conformet & aptet; ut non ſolùm detrimenta gregis, ſibi comiſsi, non patiatur, verum etiam in augmentatione boni gregis gaudeat.* T.9. D.1.n.14.

Cap.3. *Dicat ipſe unde agitur.* T.7.D.5.n.3.

Cap.4. *A ſæculi actibus ſe facere alienum.* T. 2.D.1.n.14. *Iracundiæ tempus non reſervare. Dolum in corde non tenere. Pacem falſam non dare.* D.3.n.17. *Perſecutiones pro iuſtitia ſuſtinere.* T.4.D.3.n.16. *Non eſſe ſuperbum.* T.2.D.4.n.18. *Non detractorem.* Ibid. & T.6.D.2. n.19. *Diem iudicij timere* T.1. D.4. n.9. *Vitam æternam omni concupiſcentiâ ſpirituali deſiderare.* T.10.D.2.n.16. *Mortem quotidiè ante oculos ſuſpectam habere.* T.6.D.5.n. 16-T.9. D.3. n. 5. *Actus vitæ ſuæ omni horà cuſtodire.* T.4.D.4.n.14-T.9.D.3. n. 5. *Lectiones ſanctas libenter audire.* T. 6. D. 1. n. 13. *Præcepta Abbatis in omnibus obedire, etiam ſi ipſe aliter agat; memor illius Dominici præcepti: Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite.* T.10.D.4.n.11. *Cum diſcordantibus ante Solis occaſum in pacem redire* T. 2. D.3.n.17.

Cap.5. *Moram pati neſciunt in faciendo, de quibus Dominus dicit: In auditu auris obedivit mihi.* T.10.E. n.42. *Qui vos audit, me audit.* n.41. *Mox exocupatis manibus, & quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientiæ pede iubentis vocem factis ſequuntur: & velut uno momento prædicta magiſtri iuſsio, & perfecta diſcipuli opera.* Ibid.

Cap.6. *Scurrilitates verò, vel verba otioſa, & riſum moventia æternà clauſurà in omnibus locis damnamus.* T.9.E.n.57.

Cap.7. Grad.1. *Primus humilitatis gradus eſt, ſi timorem Dei ſibi ante oculos ſemper ponens, oblivionem omninò fugiat; & ſemper ſit memor omnium quæ præcepit Deus, & qualiter contemnentes Deum, in gehennam pro peccatis incidunt: & vi-*

tam

tam æternam, quæ timentibus Deum præparata est, animo suo semper revolvat. T. 8. D. 2. n. 12. & 15. *Mors secus introitum delectationis posita est.* T. 6. D. 5. n. 18. *Post concupiscentias tuas non eas.* n. 9. Grad. 2. *Necessitas parit coronam.* T. 9. D. 5. n. 12. Grad. 3. *Ut quis pro Dei amore omni obedientia se subdat maiori.* T. 9. D. 6. n. 3. Grad. 5. *Iniustitias meas non operui.* T. 7. D. 2. n. 2.

Cap. 19. *Consideremus, qualiter oportet nos, in conspectu Divinitatis & Angelorum eius esse.* T. 5. D. 2. n. 9. *Sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostræ.* n. 4.

Cap. 27. *Omni modo ut sapiens medicus.* T. 1. D. 2. n. 10. *Noverit enim se infirmarum curam suscepisse animarum: non super sanas tyrannidem.* Ibid. & T. 5. E. n. 25.

Cap. 50. *Qui omninò longè sunt in labore, & non possunt occurrere horà competenti ad Oratorium, & Abbas hoc perpendit, quia ita est, agant ibidem opus Dei, cum tremore divino flectentes genua.* T. 5. D. 2. n. 11.

Cap. 58. *Senior ei talis deputetur, qui aptus sit aducrandas animas.* T. 4. D. 4. n. 2.

Cap. 63. *Non conturbet gregem, sibi commissum, ne quasi liberà utens potestate, iniustè disponat aliquid.* T. 8. D. 3. 10. *Foris autem, vel ubiubi, custodiam habeant; & disciplinam, usque dum ad intelligibilem ætatem perveniant.* T. 4. D. 4. n. 3.

Cap. 64. *Oderit vitia, diligat, fratres.* T. 1. D. 2. n. 8. *In ipsa autem correctione prudenter agat, nequid nimis.* T. 8. D. 4. n. 13. *Ne dum nimis cupit eradere ærugi-nem, frangatur vas.* D. 5. n. 11. *Non dicimus, ut permittat nutriri vitia; sed prudenter & cum charitate ea amputet, præut viderit cuique expedire.* T. 8. D. 4. n. 13. *Studeat plus amari, quàm timeri.* T. 1. D. 2. n. 10. T. 6. D. 3. n. 14. *Non sit nimis suspiciosus, quia nunquàm requiescet.* Ibid. & T. 10. D. 1. n. 20. *Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti una die. Hæc ergo, aliaque testimonia discretionis, matris virtutum, sumens, sic omnia temperet; ut & sit, quod fortes cupiant, & infirmi non refugiant.* T. 5. E. n. 25.



INDEX

INDEX

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ, ET QUÆSTIONUM literalium, quæ excitantur hoc Tomo Quinto.

T. *indicat Tautologiam* : E. *Literæ expositionem* : D. *Didascaliam*: N. *Numerum marginalem.*

Genesis.

Cap. 1. v. 2. *Spiritus Domini ferebatur.* Quomodò si Spiritus corda trahit, modò fertur? T. 5. D. 1. n. 2.

V. 11. *Faciens, fructum iuxta genus suum.* Quorsùm fructus nominatur, & iuxta genus? T. 9. D. 5. n. 1.

V. 12. *Lignum faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundum speciem suam.* Unde habeat pretiositatem ultra propriam speciem? T. 3. D. 2. n. 10. 11.

V. 14. *Luminaria, & sint in signa & tempora, & dies & annos.* Cuius temporis signa? T. 6. D. 6. n. 10. T. 10. D. 6. n. 16. Quomodò signa temporum? Ibid.

Cap. 2. v. 9. *Lignumque scientiæ boni & mali.* Quomodò contrariorum? T. 3. D. 1. n. 6.

V. 17. *Morte morieris.* Quorsùm *Morte*? T. 5. D. 4. n. 16. Quid est mori morte? à n. 17. & T. 7. D. 2. n. 11.

Cap. 3. v. 5. *Aperientur oculi vestri, scientes bonum & malum.* Si hæc vera, quo pacto mera mendacia? T. 6. E. n. 40.

V. 15. *Inimicitias ponam inter te & mulierem : semen tuum & semen illius : ipsa conteret caput tuum.* Cur contritio capitis colubri tribuitur mulieri? T. 11. D. 1. n. 11.

V. 19. *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Cur non dicitur Evæ? T. 9. D. 4 à n. 3.

V. 23. *Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis.* An obsequium, vel supplicium? T. 2. D. 2. n. 7.

Cap. 4. v. 6. *Quare iratus es, & concidit facies tua?* Unde Caini pervicacia, facie coram Domino torvà. T. 7. D. 1. n. 15.

V. 14. *A facie tua abscondar.* Quomodò possibile? T. 5. E. n. 29.

Cap. 5. v. 22. *Ambulavit Henoch cum Deo.* Quid sit, Ambulare cum Deo? T. 5. E. n. 23.

Cap. 6. v. 6. *Pœnituit eum, quòd hominem fecisset.* Quomodò in Deo pœnitentia, si nulla? T. 6. E. n. 36.

Cap. 7. v. 16. *Inclusit eum Dominus de foris.* Cur hæc arca clavem habuit, & non Arca testamenti? T. 11. D. 2. n. 8.

Cap. 8. v. 8. *Emisit columbam post eum.* Albam, vel nigram? T. 7. D. 6. n. 17.

Cap. 10. v. 9. *Erat robustus venator coram Domino.* Quid sit, & coram Domino, homo venator? T. 5. E. n. 26.

Cap. 14. v. 22. *Levo manum meam ad Dominum, &c.* Quid est, ad Dominum manum levare? T. 6. E. n. 29.

Cap. 17. v. 1. *Ambula coram me.* Quid haccine phrase intendatur? T. 5. E. n. 23

V. 5. *Nec ultrà vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham.* Cur litera *H.* additur cæteris nominis literis? T. 9. E. n. 20.

Cap. 18. v. 27. *Cum sim pulvis & cinis.* Cur cinis, & non duntaxàt pulvis, sicut signatur conditio futilis hominis? T. 9. D. 4. n. 8.

Cap. 19. v. 26. *Versa est in statuam salis.* An verum sal? T. 9. E. n. 62. Cur dicitur versa in salis statuam? n. 61. 63.

Cap. 22. v. 16. *Quia fecisti hanc rem.* Quare non nominat? T. 10. E. n. 2.

Cap. 24. v. 30. *Inaures & armillas in manibus.* Quo intuitu manibus inaures? ibid. n. 43.

Cap. 28. v. 12. *Scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum, &c.* Quando scala inversa, ut quod sursùm infrà? T. 11. E. n. 4.

V. 17. *Domus Dei, & porta cœli.* Quare tunc in domo Dei unica porta ad cœlum, & modò duodecim portæ in introitum? D. 2. n. 7.

V. 20. *In via per quam ego ambulo.* Utquid, si dixerat *via*? T. 2. E. n. 25.

Cap. 32. v. 26. *Iam enim ascendit Aurora.* Quodnam discrimen inter diluculum, mane, & auroram? T. 11. E. n. 12.

Cap. 33. v. 4. *Stringens collum eius, & osculans flevit.* Cur si gratiam fratris conciliat, cum illo habitare recusat? T. 2. D. 3. n. 10.

Cap. 38. v. 27. *Unus protulit manum.* Cur retraxit, si manum protulit? T. 3. D. 6. n. 6.

Ibid. *In qua obstetrix ligavit coccinum.* Quo proposito? n. 5.

V. 28. *Iste egredietur prior.* Unde cogitatio, & an prudens vel imprudens? à n. 4.

V. 29. *Egressus est alter.* Qua ratione alter egressus, & alter signatus? n. 5.

Ibid. *Quare divisa est propter te maceria?* Quid huiusmodi phrase intenditur? n. 7.

Cap. 49. v. 1. *Ventura in diebus novissimis.* Quorsùm *In diebus novissimis*, si dixerat *ventura*? T. 7. E. n. 40.

Cap. 50. v. 5. *Quod fodi mihi.* Quomodò ille, si fodit Abraham? T. 6. E. n. 7.

Exodi.

Cap. 3. v. 2. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis.* Cur non in igne, sed in flamma? & quare dicitur, apparuisse? T. 10. D. 6. à n. 4.

Ibid. *De medio rubi.* Cur in rubo, & rubi medio? n. 5.

V. 3. *Vadam & videbo visionem hanc magnam.* Cur magna, & hæc? à n. 3.

V. 5. *Ne appropies huc.* Quare prohibetur accedere? T. 8. D. 4. n. 11.

Ibid. *Solve calceamenta.* Cur si accedat, processurus nudo pede? n. 12.

Cap. 4. v. 2. *Quid est, quod habes in manu tua?* Cur pro filij Dei mittendi gratiâ, signatur virga? T. 11. D. 2. n. 9.

V. 4. *Versa est in virgam.* Unde ex colubro virgæ rectitudo? T. 11. D. 1. n. 14.

Cap. 7. v. 10. *Versa est in colubrum.* Quare in draconem versa, dracones si voratura? T. 6. D. 4. n. 14.

V. 12. *Proiecerunt singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dra-*

Index locor. Sacr. Script.

draconet. An verè in dracones converſæ ? n. 13.

Ibid. *Devoravit virga Aaron virgas eorum.* Cur devoravit, & quare non dicitur, dracones devoraſſe, ſed virgas ? n. 12. 14.

Cap. 10. v. 2. *Narres in auribus filij tui.* Quidnam inter narrare in auribus, & revelare auriculam alicuius? T. 10. E. n. 51.

Cap. 14. v. 15. *Quid clamas ad me ?* Unde clamor, ſi Moyſes tacet? T. 7. D. 6. n. 10.

V. 23. *Perſequentes Ægyptij ingreſſi ſunt poſt eos.* Cur perierunt ſequentes, & ſalvi fuere præeuntes? T. 8. D. 2. n. 13.

V. 25. *Fugiamus.* Quomodò ſi in fuga ſalus, periere in fuga? n. 14.

V. 28. *Nec unus quidē ſuperfuit ex eis.* Cur nec unus? n. 9.

V. 31. *Viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris, timuitque populus Dominum.* Cur inimicis victis, in ipſa exultatione pavent Iſraelitæ? T. 8. D. 2. n. 13.

Cap. 15. v. 1. *Cantemus Domino : gloriosè magnificatus eſt.* Cur tunc apparuit Dominus gloriosè magnificus? T. 4. D. 2. n 13.

V. 9. *Dividam ſpolia, &c.* Unde huiuſmodi vanæ cogitationes? T. 6. D. 6. à n. 7.

Cap. 17. v. 6. *Percuties petram, & exibit ex ea aqua.* Cur aqua exivit ex petræ vulnere? T. 5. D. 4. n. 2.

Cap. 20. v. 18. *Cunctus populus videbat voces.* Quomodò voces videntur? T. 5. D. 3. n. 12.

Cap. 22. v. 31. *Carnem, quæ à beſtijs fuerit præguſtata, non comedetis, ſed proijcietis canibus.* Cur non guſtanda prægustata à beſtia? T. 8. D. 6. n. 16.

Cap. 25. v. 10. *Arcam de lignis Setim compingite.* Cur in illius fabrica, de ſera aut Arcæ clave nulla memoria? T. 11. D. 2. n. 8.

Cap. 28. v. 33. *Ad pedes eiuſdem tunicæ per circuitum quaſi mala punica, miſtis in medio tintinnabulis.* Cur ad pedes? T. 9. D. 5. n. 18.

V. 34. *Ita ut tintinnabulum ſit aureum, & malum punicum: rurſuſque tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum.* Cur tintinnabulum aureum, & non argenteum? ibid.

Cap. 30. v. 32. *Caro hominis non ungetur ex eo.* Quo ſenſu, ſi David Oleo ſancto unctus? T. 1. E. n. 21.

Cap. 32. v. 19. *Proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis.* Cur & ibi confregit? T. 9. D. 2. n. 3.

V. 20. *Arripiens vitulum, combuſſit & contrivit uſque ad pulverem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael.* Cur & quomodò dedit in potum? T. 7. D. 3. n. 8 D. 5. n. 5. T. 9 D. 4. n. 11.

V. 28. *Ceciderunt in die illa quaſi viginti tria millia.* Quare cæſi? T. 7. D. 5. n. 6.

Cap. 33. v. 17. *Inveniſti gratiam coram me.* Cur Deus oſtendit inveniſſe gratiam petenti gloriam ? T. 4. D. 3. n. 14. T. 11. D. 2. n. 9.

V. 19. *Ego oſtendam omne bonum tibi.* Cur gratia dicitur pleniſsima gloria? T. 4. D. 3. n. 14.

Levitici.

Cap. 6. v. 12. *Ignis in altari ſemper ardebit.* Cur ſemper? T. 4. D. 4. n. 11.

C. 11. v. 29. *Inter polluta muſtela.* Quare? T. 10. D. 1. à n. 7.

Cap. 12. v. 7. *Iſta eſt lex parientis.* Cur poſtquàm legis deſcripſit tenorem, addit, illam eſſe legem? T. 9. D. 6. n. 7.

Cap. 14. v. 6. *Tinget in ſanguine paſſeris immolati.*

V. 7. *Dimittet paſſerem vivum.* Cur non uter immolatus? T. 4. D. 1. n. 12.

Cap. 16. v. 16. *Expiet Sanctuarium ab immunditijs.* Sanctuarium an dicendum ab Arca, vel à Tabernaculo & Altari? T. 6. E. n. 12.

V. 20. *Poſtquàm emundaverit ſanctuarium & tabernaculum & altare.* Quomodò ſi aliquando ſingula locis diſitis, munus perficiendum purificationis? ibid.

V. 32. *Expiabit ſacerdos.* Uter, cùm duo eſſent ſummi ſacerdotes? n. 17.

Cap. 25. v. 33. *Domus urbium Levitarum pro poſſeſsionibus ſunt inter filios Iſrael.* Cur non *Poſſeſsiones*, ſed *Pro poſſeſsionibus*? n. 19.

V. 34. *Suburbana non veneant, quia poſſeſsio ſempiterna eſt.* Cur vendi ſuburbana à Levitis nequibant? ibid.

Numer.

Cap. 1. v. 4. *Eruntque vobiſcum Principes Tribuum?* Quinam? T. 1. E. n. 9.

Cap. 4. v. 3. *A trigeſimo anno & ſuprà, ut ſtent & miniſtrent in Tabernaculo fœderis.* Quomodò, ſi præſcribitur cap. 8. 24. à vigeſimo quinto? T. 4. E. n. 27.

Cap. 16. v. 31. *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum.* Cur ſolùm devorati Core & complices ; & non complices etiam ducenti quinquaginta? T. 8 D. 1. n. 8.

V. 34. *Omnis Iſrael fugit ad clamorem pereuntium.* Cur non fugerunt criminis conſortes? n. 9.

V. 35. *Ignis egreſſus à Domino interfecit ducentos quinquaginta.* Cur igne plectit, quos ab igne primo eripuit? ibid.

Cap. 17. v. 7. *Cùm poſuiſſet in tabernaculo.* Cur in Sanctuario & non extrà floruit virga Aaron? T. 2. D. 1. n. 2. Cur illius & non aliorum ? n. 3.

V. 8. *Invenit germinaſſe virgam Aaron.* Quorsùm floruit, ſi iam electus erat in dignitatem? T. 3. D. 6. n. 13. Unde floruit, ſi arida virga? T. 2. D. 1. n. 2.

Ibid. *Et turgentibus gemmis, eruperant flores.* An venuſtas virgæ ex fructus vel ex florum venuſtate? T. 10. D. 4. n. 13. Vel ex utroque? T. 4. D. 1. n. 3. Cur eligitur, cuius virga floret & fructificat. T. 10. D. 4. n. 12.

V. 9. *Protulit omnes virgas de conſpectu Domini ad cunctos filios Iſrael: viderunt que, & receperūt ſinguli virgas ſuas.* Cur Aaroni non redditur virga, quæ floruerat; dū ſinguli acceperunt virgas ſuas? T. 2. D. 1. n. 5.

V. 10. *Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij, ut ſervetur ibi in ſignum.* Cur ſervanda ibi, & non alibi? ibid. In quod ſignum? T. 4. D. 1. n. 3. T. 10. D. 4. n. 12. Cur in ſignum rebellium? T. 2. D. 1. n. 6. T. 3. D. 6. n. 13.

Cap. 18. v. 19. *Pactum ſalis eſt ſempiternum.* Quid ſit pactum ſalis? T. 9. E. n. 60. 64. Cur per huiuſmodi pactum felicitas, & proſperitas? n. 74. Cur cum hominibus iuſtis facit Deus pactum ſalis? n. 69. Quid addit in ſalis pacto, *In pactum ſalis?* à n. 61. & 74.

V. 20. *In terra eorum nihil poſſidebitis.* Quomodò ſi poſſidebant urbes & agros? T. 5. E. n. 10. T. 6. E. n. 19.

V. 26. *Cùm acceperitis decimas, primitias earū offerte Domino.* Quomodo primitiæ, ſi ex decimis? T. 3. E. n. 52.

Cap. 21. v. 5. *Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo.* Quare provocat in nauſeam, cuius pridem mirabātur excellentiam? T. 9. D. 1. n. 1. T. 10. D. 2. n. 14.

V. 8. *Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno, &c.* Cur ſerpens æneus & non ligneus? & cur ex viſu ſalus, cuiuſque ſalutis ſignum? T. 3. D. 1. n. 4.

Cap. 23. v. 10. *Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant noviſsima mea horum ſimilia.* An furor, vel delirium huiuſmodi votum ? T. 8. D. 2. n. 10.

V. 19. *Non eſt Deus quaſi homo, ut mentiatur: neque ut filius hominis ut mutetur.* Quomodò Deus ſine pœnitentia pœniteat? T. 6. E. à n. 30.

Cap. 25. v. 13. *Erit tam ipſi, quàm ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum.* Quomodo ſi translatum in familiam Ithamar? T. 6. E. à n. 22.

Cap.

Cap. 34. v. 4. *Per ascensum Scorpionis.* Quinam scorpionis ascensus? T. 6. D. 2. n. 2.

Cap. 35. v. 25. *Manebitque ibi, donec sacerdos magnus moriatur.* Cuiusnam magni sacerdotis morte, si aliquando duo in munere summi? T. 6. E. n. 18.

Deuteronom.

Cap. 12. v. 8. *Non facietis ibi singuli, quod sibi rectum videtur.* Quo pacto, si legem habebant? T. 1. E. n. 6.

V. 13. *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris; sed in eo quem elegerit Dominus.* Quomodò David vel in via obtulit holocausta? n. 15.

Cap. 15. v. 21. *Sin autem habuerit maculam, vel claudum fuerit, vel cæcum, aut in aliqua parte deforme, vel debile, non immolabitur Domino.* Quænam hæc in victima rationali? T. 5. D. 2. à n. 7.

Cap. 17. v. 9. *Ad sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore.* Ad quem illorum, quando sacerdotium penes duos? T. 6. E. n. 18.

Cap. 31. v. 6. *Non dimittet, nec derelinquet.* An inter derelictionem & dimissionem discrimen? T. 9. D. 5. n. 16.

Cap 32. v. 6. *Stulte & insipiens.* An differentia insipientiæ & stultitiæ? T. 8. E. à n. 10. & 13.

V. 10. *In terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis.* Cur tot eiusdem sententiæ geminationes? T. 2. E. n. 23.

V. 18. *Deum, qui te genuit, derelinquisti.* Quo sensu Israël penitus à Deo? T. 3. E. n. 70.

Cap. 33. v. 13. *De pomis cœli.*

V. 14. *De pomis fructuum Solis & Lunæ.* Quinam fructus Lunæ & Solis, pomaque cœli? T. 3. D. 3. n. 5.

Iosue.

Cap. 2. v. 16. *Sic ibitis per viam vestram.* Quid sit ire propriam viam? T. 2. E. n. 25.

Cap. 5. v. 12. *Defecit manna postquàm comederunt de frugibus terræ.* Cur gustatis terræ frugibus, manna suspensum; nec à defraudatis pane deliciarum auditur votum? T. 10. D. 2. n. 16.

Cap. 10. v. 12. *Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna, &c.* Quorsùm in victoriam invocatur Luna? T. 7. D. 6. n. 14.

Iudicum.

Cap. 3. v. 9. *Suscitavit eis salvatorem, & liberavit eos.* Cur Israel iudices dicti fuere salvatores? T. 1. E. à n. 16.

Cap. 5. v. 6. *Ambulaverunt per calles devios.* Quomodò devia semita itineris si in iter signatur callis? T. 2. E. n. 36.

V. 31. *Sic pereant omnes inimici tui Domine.* Quid sit perire sic? T. 6. D. 6. n. 8.

Cap. 7. v. 5. *Qui curvatis genibus biberint, in altera parte erunt.* Cur reprobantur? T. 6. D. 5. n. 1. & qui rectè biberunt, eliguntur? T. 9. D. 2. n. 8.

V. 22. *Mutuà se cæde truncabant.* Quare, & qua specie in seipsos converterunt gladios? T. 1. D. 2. n. 16.

Cap. 9. v. 22. *Regnavit super Israel tribus annis.* Quomodò si Saul Rex primus Israel? T. 1. E. n. 13.

V. 45. *Ita ut sal in ea dispergeret.* Quo intuitu? T. 9. E. n. 68.

Cap. 11. v. 5. *Perrexerunt maiores natu.* Cur illi ad Iephte, & non Iephte venit ad illos? T. 7. D. 1. n. 8.

V. 6. *Esto princeps noster.* Cur constituerunt principem, quem neluerunt fratrem? ibid.

V. 7. *Nonne vos estis, qui odistis me?* Quare admittit principatum, ex his quorum novit odium? n. 9.

V. 8. *Ob hanc causam nunc ad te venimus.* Quare exponunt spem protectionis, ex eo quòd affecerint iniurijs? n. 10. Quare dicunt: *Nunc?* n. 11.

Cap. 12. v. 6. *Dic ergo Schibboleth, &c.* Cur iugulantur, qui nequibant proferre vocem? T. 8. D. 6. n. 13.

Cap. 15. v. 8. *Plaga magnà, ita ut stupentes suram femori imponerent.* Quid hoc in plagam magnam? T. 8. E. n. 53.

Cap 16. v. 21. *Statim eruerunt oculos eius, & duxerunt vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.* An prius in mente, quàm in corpore? T. 2. D. 2. à n. 2.

Cap. 17. v. 1. *Fuit eo tempore vir.* Quorum, vel cuius in tempore? T. 1. E. n. 6.

V. 6. *Non erat Rex in Israel; sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.* An Anarchia aliquando in Israel? ibid.

Ruth.

Cap. 1. v. 1. *In diebus unius iudicis, quando iudices præerant.* Cur dicitur iudicium, si exprimitur ministerium? T. 1. D. 2. n. 2. D. 3. n. 5. D. 4. n. 2. Quidni quando præsides præerant, vel iudices iudicabant? D. 1. n. 2.

V. 12. *Revertimini filiæ mi, & abite.* Quippini *Meæ*, si dixit, *Filiæ*? T. 2. E. à n. 3. Quam ob rem ad *Revertimini*, addit: *Abite*? à n. 5. Quomodò potest esse reversio, & non abitus. D. 1. n. 7. D. 2. n. 8. Quare abitus & non recessus? D. 3. n. 1. D. 4. n. 2.

V. 16. *Relinquam te & abeam.* An utrumque sine utroque? T. 2. E. à n. 20.

V. 17. *Hæc mihi faciat Deus & hæc addat, &c.* Quid sub intelligitur in huiusmodi iuramenti formula? n. 17.

Cap. 2. v. 14. *Intinge buccellam tuam in aceto.* Quid sit panis in aceto tinctura? T. 9. E. n. 39.

Cap. 4. v. 17. *Natus est filius Noemi.* Cur si Ruth peperit? T. 4. E. n. 16.

I. *Regum.*

Cap. 1. v. 1. *Fuit vir unus.* Quare vir & unus dicitur? T. 3. E. à n. 3. D. 1. n. 1. D. 3. n. 1. D. 4. n. 1. D. 5. n. 1. D. 6. n. 1. & 11.

Ibid. *Ephrateus.* Quomodò, si ex tribu Levi? T. 3. E. n. 2.

V. 2. *Nomen uni Anna, & nomen secundæ Phenenna.* Cur secundæ, & non alterius? n. 7.

V. 5. *Annæ dedit partem unam.* Quænam in convivio dicatur pars una? ibid.

V. 9. *Heli sacerdote sedente super sellam.* Unde & quomodò Heli summus sacerdos, si ex familia Ithamar? T. 6. E. n. 2. 3.

V. 11. *Dabo eum omnibus diebus vitæ eius.* Quid de Levita huiusmodi votum, si ex genere obstrictus in ministerium? T. 4. E. n. 30. 33.

V. 22. *Maneat ibi iugiter.* Quid sit iugiter in Sanctuario manere? ibid. Quomodò iugiter, si ad libitum commodatur? à n. 33.

V. 23. *Lactavit filium.* Quare? T. 4. E. n. 6. & à n. 16.

Ibid. *Donec amoveret eum à lacte.* Quorsùm explicitum, quod necessarium? à n. 20 D. 1. n. 2 D. 2. n. 1. D. 3. n. 1. Cur ab ubere removet, quem tantò diligit? T. 4. n. 3. Qui remoti ab ubere, ab ubere non remoti? n. 2.

V. 24. *Et adduxit eum secum.* Cur secum puerum dicandum adduxit? T. 4. E. n. 23. Cur tunc dicatus? n. 24.

V. 28. *Ego commodavi eum.* Quo anno vitæ Heli? T. 5. E. n. 8. Quid sit, commodari Domino? T. 4. E. à n. 33. An votum absolutum, vel conditionatum? n. 34. Quo sensu si filium abdicat, tunc commodat? n. 34.

Index locor. Sacr. Script.

Ibid. *Cunctis diebus, quibus fuerit commodatus.* Quomodò commodatus cunctis diebus; si duntaxàt, quibus fuerit commodatus? T. 4. E. n. 32. D. 4. n. 4. Quomodò oblatio opponitur facto voto? T. 4. E. à n. 31. Utquid si filium commodat, perpetuò abdicat? n. 33. Cur iteratur *Dominus*, cui mancipatur? n. 35.

Cap. 2. v. 11. *Puer erat minister.* Quomodò si puer? T. 4. E. à n. 25.

Ibid. *In conspectu Domini, ante faciem Heli.* Quid sit ministrare ad Dei & hominis faciem? T. 5. E. à n. 14. An aliquod inter utrumque discrimen? à n. 32. Quid sit, ante faciem ministrare? D. 2. n. 1. D. 4. n. 1. Quomodò ante Dei faciem, vel ministratio in Dei conspectu, si tunc rara Dei visio? D. 3 n. 1.

V. 18. *Puer accinctus ephod lineo.* Quid Ephod? T. 4. E. n. 26. Cur puerum Heli ornavit Ephod? à n. 27. An Samueli tunc Ephod sacrum? n. 28. 29. An Ephod extra Sanctuarium ferri quibat? n. 26.

V. 30. *Loquens locutus sum.* Quid hac phrase? latè T. 6. E. à n. 25. An in locutione sit alia & ad alios locutio? D. 1. n. 9. Quisnam non loquatur, vel dum loquitur? D 3. n. 5. D. 4. n. 9. D. 5. n. 1. D. 6. n 6.

Ibid. *Ut domus tua, & domus patris tui.* Cur Heli domui additur domus patris sui? T. 6. E. n. 2.

Ibid. *Ministraret in conspectu meo usque in sempiternum.* Quo pacto in sempiternum promissio; dum additur: *Absit hoc à me?* à n. 22. Quomodò Deus immutabilis mutatur? n. 31. An mutet sententiam, vel consilium? n. 32. & 37.

Cap. 3. v. 1. *Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis.* Quid *pretiosus?* T. 7. E. n. 4.

V. 4. & 5. *Ecce ego: & cucurrit ad Heli.* Quomodò respondit, & surrexit, si dormiebat? T. 10. D. 2. n. 1.

V. 10. *Vocavit, sicut vocaverat secundò: Samuel, Samuel.* Quomodò secundò, si pridem ter vocaverat? T. 7. E. à n. 2. Cur geminatur in vocatione nomen? n. 3.

V. 13. *Eò quòd noverat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos.* Quo pacto, si constat increpatio? à n. 6.

V. 15. *Samuel timebat indicare visionem Heli.* Quare pòst audet? T. 7. D. 5. n. 12.

V. 17. *Hæc faciat tibi Deus, & hæc addat.* Quid hoc? T. 7. E. à n. 9.

V. 18. *Indicavit ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo.* Quid haccine dialecto signetur? à n. 12. Quorsùm, *Non abscondit*, dum universa indicavit? T. 7. D. 1. n. 6 D. 2. n. 1. Qua arte absconditur, quod palàm indicatur? D. 3. n. 2. D. 4. n. 5. D. 6. n. 7.

Ibid. *Quod bonum est in oculis suis faciat.* Unde vel in pœnam, dum audita divina voluntas, tanta in patiente conformitas? T. 7. D. 5. n. 12.

V. 20. *Cognovit universus Israël, quod fidelis Samuel propheta, &c.* In quo cognovit? T. 7. E. n 5. 26.

V. 21. *Revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxta verbum Domini.* Quid indicetur haccine periodo? n. 5.

Cap. 4. v. 16. *Ego sum, qui de acie fugi hodie.* Quomodò infamiam fugæ fassus miles strenuus? T. 2. v. 2. n. 6. Cur dicit *Hodie?* ibid.

Cap. 7. v. 4. *Abstulerunt filij Israel Baalim & Astarot.* Cur proculcata, quæ colebant uti Numina? T. 7. D. 3. n. 6.

V. 6. *Hauserunt aquam, & effuderunt in conspectu Domini.* Unde hauserunt, & qualis hæc aqua? n. 7. & 8. Cuius erat effectus? n. 9. & T. 9. D. 4. n. 11. Cur dicitur, quòd Dominus aspexerit? T. 7. D. 3. n. 6.

Ibid. *Ieiunaverunt in die illa.* Quidni, ex die illa? n. 7.

Ibid. *Atque dixerunt ibi: Peccavimus Domino.* Cur *ibi?* n 7. An vera confessio? n. 6.

V. 9. *Clamavit Samuel ad Dominum.* Qua atte clamavit, qui nec verbum dixit? T. 7. D. 6. n. 10.

V. 10. *Intonuit Dominus fragore magno.* Quare dum Samuel clamavit, Dominus de cœlo tonuit? ibid.

Cap. 8. v. 9. *Ius regis qui regnaturus.* Quomodò ius Regis, quod claret tyranni ius? T. 1. E. n. 32.

Cap. 9. v. 15. *Dominus revelaverat auriculam Samuelis.* Quid sit, alicuius auriculam revelare? T. 10. E. n. 51.

Cap. 14. v. 26. *Apparuit fluens mel.* Cur si erat in superficie agri, dicitur apparuisse? T. 6. D. 5. n. 13. Quare non manens, sed fluens? n. 14.

V. 27. *Illuminati sunt oculi eius.* Quidnam in famelicis, illuminatio oculorum? n. 16.

V. 42. *Gustans gustavi in summitate virgæ paululum mellis.* Quidni parum, sed paululum? n. 14. Cur non dicit, comedi; sed *gustans gustavi?* n 15. Quare si mel, non dicitur dulce? n. 14. Cur gustavit in summitate, & summitate lanceæ? n. 15.

Ibid. *Ecce ego morior?* Cur moritur, si non comedit; & moritur, quia comedit? n. 16. Cur dicit Morior, si dicit? à n. 17.

Cap. 15 v. 11. *Pœnitet me, quòd constituerim Saul Regem.* Quomodò si Deus pœnitudine non flectitur? T. 6. E. à n. 30.

V. 29. *Neque enim homo est, ut agat pœnitentiam.* Idem, ibid. à n. 36.

Cap. 18. v. 13. *Fecit eum tribunum.* An in odium, vel in præmium? T. 2. D. 3. n. 2.

Cap. 19. v. 16. *Inventum est simulacrum super lectum.* Quare huiusmodi strophà in innocentiam figuratur causa? T. 8. D. 5. n. 3.

Cap. 22. v. 20. *Unus filius Achimelech, cuius nomen Abiathar.* Quomodò hìc filius, & 2. *Reg.* 8. 17. pater? T. 6. E. à n. 7. & 10.

Cap. 23. v. 6. *Abiathar Ephod secum habens.* An usus sacræ vestis extra Sanctuarij functiones? T. 4. E. n 26.

Cap. 24. v. 23. *Abijt Saul in domum suam, & David ad tutiora loca.* Cur igitur David non sequitur Saulem iam amicum? T. 2. D. 3. à n. 10. Quare reconciliatione factà eligit tutiora loca? à n. 3.

Cap. 25. v. 3. *Mulier prudentissima.* Qua arte, dum virum accusat? T. 8. E. n. 9.

Ibid. *Vir eius durus & pessimus & malitiosus.* Unde constet? à n. 7.

Ibid. *Erat de genere Caleb.* Quare eius præmittitur nobilitas? n. 33.

V. 25. *Ne ponat Rex cor suum super virum istum.* Cur dicit *istum* & non *Meum?* n. 9. & 15.

Ibid. *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Quo intuitu additur: *Stultitia?* Latè T. 8. E. à n. 10. Quidni, cum stultitia est ille, sed econtrà? n. 15. & 24. Ad quid si stultus, geminatur: *& stultitia cum eo?* D. 1. n. 1. D. 2. n. 6. D. 3. n. 1. D. 4. n. 1. D. 5. n. 1.

Cap. 26. v. 25. *Potens poteris.* Quid sit potentiâ posse? T. 1. E. n. 3.

Cap. 28. v. 2. *Sciens nunc scito.* Quid scientiâ scire? T. 9. E. à n. 8. Cur Rex iterat notitiam? D. 1. n. 4. D. 3. n. 2. D. 5. n. 8. Quæ sit scientia scientiæ? D. 2. n. 1. D. 6. n. 4. Cur dicit: *Nunc?* D. 4. n. 1.

V. 13. *Deos vidi ascendentes de terra.* Quare, de terra ascendere, & tanquàm Numina, quæ ex sepultura cognoscebat cadaverà? T. 3. D. 6. n. 8. Unde ex hu-

huiusmodi excitatione ruina regni? ibid.

V. 14. *Inclinavit se in terra & adoravit.* An ignominia, vel reverentia? ibid.

V. 20. *Statim cecidit, & robur non erat in eo.* Cur ita expavit & corruit? ibid. & n. 9.

Cap. 29. v. 4. *Revertatur, ne fiat nobis adversarius.* Quare Satrapæ intendentes remotionem, confingunt vel in Davide turpem infidelitatem? T. 9. D. 1. n. 6.

V. 6. *Rectus es tu, & bonus in conspectu meo; sed satrapis non places.* Cur Satrapis non placet, qui cognoscitur rectus? à n. 5.

2. *Regum.*

Cap. 3. v. 16. *Vade, & revertere.* Quorsùm si reversio, notatur abitus? T. 2. E. n. 1. 20.

V. 23. *Nuntiatum est Ioab à narrantibus.* Quidnam, & quinam huiusmodi narratores? T. 6. E. n. 45.

V. 24. *Abijt & recessit.* Quorsùm *recessit*, si abijt? T. 2. E. à n. 7.

Cap. 6. v. 14. *David erat accinctus Ephod lineo.* Quomodò, si laicus? T. 4. E. à n. 28.

Cap. 7. v. 14. *Ego ero ei in patrem: & ipse erit mihi in filium.* Ad quid expressio mutuæ relationis? T. 6. E. n. 23.

V. 16. *Regnum tuum usque in æternum ante faciem meam.* Quid, si amissum in Roboam? ibid.

V. 18. *Adduxisti me hucusque.* Quò igitur? T. 10. E. n. 2.

V. 19. *Ista est enim lex Adam.* Quæ Adami dicatur lex? n. 2.

V. 22. *Magnificatus es Domine Deus.* Quomodò magnificatus Dominus, qui in se maximus? n. 3.

Ibid. *Non est similis tui.* Utquid, si non est alius? n. 4. 5.

Ibid. *Neque est Deus extra te.* Quorsùm, si nec alius intra? ibid.

Ibid. *In omnibus quæ audivimus auribus nostris.* Quid sit proprijs auribus audire? T. 10. E. à n. 48. Quid auribus audire? D. 1. n. 12. D. 2. n. 1. D. 3. n. 1. D. 4. n. 14. D. 5. n. 4. D. 6. n. 2.

V. 28. *Locutus es ad servum tuum bona hæc.* Quænam? T. 10. E. n. 2.

Cap. 8. v. 18. *Carethi & Phelethi.* Quinam hi? T. 1. E. n. 10.

Ibid. *Filij David sacerdotes erant.* Quo sensu? T. 4. E. n. 29.

Cap. 11. v. 10. *Nunciatum est David à dicentibus.* Cur Aurici appellantur dicentes? T. 6. E. à n. 45.

Cap. 12. v. 5. *Vivit Dominus, quoniam filius mortis est.* Quare nil dicit, dum se reum audit? T. 10. D. 4. n. 20.

V. 13. *Peccavi.* Unde huiusmodi repentinus contritionis motus? T. 7. D. 5. à n. 12.

Cap. 13. v. 30. *Cùm adhuc pergerent in itinere.* Quid sit in itinere pergere? T. 2. E. n. 24.

Cap. 23. v. 1. *Hæc verba David novissima.* Quomodò novissima verba, si post illa dixit plurima? T. 11. E. n. 1.

Ibid. *Cui constitutum est de Christo Dei Iacob.* Cur non Abraham, vel Isaac? n. 4.

V. 4. *Sicut lux Auroræ, oriente Sole.* Quid signetur hac cine phrase? fusè, T. 11. à n. 9. Quippini sicut Sol, sed oriente Sole, Auroræ lux? n. 11. Quidni Diluculi, sed Auroræ? n. 14. Cur oriente Sole, si non oriente, Aurora non est? n. 45. Quomodò lux Auroræ, oriente Sole; si Sole oriente, non est Aurora? ibid. & D. 2. n. 3. Quare dicitur, oriente Sole, & non orto? D. 4. n. 2. D. 6. n. 2. Unde in Aurora lux maior, si non ut Auroræ lux? D. 5. n. 6. Cur lux Auroræ, à Sole oriente? D. 1. n. 1.

V. 5. *Nec tanta est domus mea apud Deum.* Quomodò non sic sicut Aurora, & quomodò sic? T. 11. E. n. 9.

Ibid. *Ut pactum æternum iniret mecum, firmum in omnibus, atque munitum.* An pactum Dei de filio incarnando erga Davidem, conditionatum, vel absolutum? ibid. & n. 6.

V. 10. *Donec deficeret manus eius*, &c. Unde, & quomodò in pugnante huiusmodi manus stupor? T. 1. E. n. 17.

3. *Regum.*

Cap. 1. v. 39. *Sumpsit Sadoc Sacerdos cornu olei de Tabernaculo, & unxit Salomonem.* Quodnam huiusmodi oleum, & cuius effectus? T. 1. E. n. 21.

Cap. 2. v. 4. *Si custodierint filij tui vias suas, & ambulaverint coram me, &c. non auferetur tibi vir de solio Israel.* Quomodò si conditionatum, fastigium dignitatis promittitur in æternum? T. 6. E. n. 23.

V. 26. *Vade in Anathoth, in agrum tuum.* Unde si Sacerdos, agrum habere quibat? n. 19. 20.

V. 28. *Venit nuncius ad Ioab, quod Ioab declinasset.* Quo pacto sibi nuncius de se? n. 49.

Cap. 3. v. 4. *Abijt in Gabaon, ubi excelsum maximum.* Cur peccavit Salomon, immolando in excelso Gabaon, & nullo modo David? T. 6. E. à n. 14.

V. 7. *Ego sum puer parvulus, & ignorans.* Cuius ætatis tunc Salomon? T. 8. E. n. 49.

Cap. 4. v. 1. *Erat Rex Salomon regnans.* Quo intuitu rex regnans ostenditur? T. 1. E. à n. 21.

Cap. 8. v. 3. *Portaverunt Arcam Domini, & tabernaculum fœderis.* An Moysis vel Davidis? T. 6. E. n. 12.

V. 15. *Locutus est ore suo ad David, & in manibus eius perfecit.* Quid sit ore loqui, & in manibus perficere? n. 28.

Cap. 11. v. 37. *Regnabis, erisque Rex super Israel.* Quo pacto aliter quibat regnare? T. 1. E. n. 31.

Cap. 12. v. 31. *Fecit Sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs Levi.* Quomodò Deus queritur de Levitis in huiusmodi sacrilegio? T. 5. E. n. 11.

Cap. 13. v. 1. *Altare, altare.* Cur dirigitur sermo in altare, & non in Regem? T. 7. D. 5. n. 15.

V. 9. *Nec reverteris per viam, qua venisti.* Quare? T. 2. E. n. 13. 34.

Cap. 17. v. 12. *Ut comedamus, & moriamur.* Quomodò cibus, & lethus? T. 9. D. 3. à n. 7.

Cap. 18. v. 41. *Sonus multæ pluviæ est.* Unde cognovit pluviam futuram, & magnam? T. 7. D. 6. n. 13. T. 11. D. 2. n. 9.

V. 45. *Ecce cœli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluvia grandis.* Quid signat *Ecce*? T. 7. D. 6. n. 13.

Cap. 19. v. 4. *Petivit animæ suæ, ut moreretur.* Cur si mortem fugit, mortem optat? T. 9. D. 3. n. 4.

V. 5. *Proiecit se, & obdormivit.* Quare antequam dormiret, se proiecit? n. 5.

Ibid. *Ecce Angelus Domini tetigit eum.* Cur tunc excitatur ab Angelo? ibid.

V. 6. *Ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ.* Cur apponitur vas aquæ, panis, & panis subcineritius? à n. 3.

V. 13. *Operuit vultum suum pallio.* Quorsùm, si in gloriæ visionem tendit? T. 10. D. 6. n. 24.

V. 18. *Omne os, quod non adoravit eum, osculans manus.* Quisnam in adoratione ritus? T. 3. E. n. 41.

Cap.

Cap. 21. v. 9. *Prædicate ieiunium.* Cur in homicidium perpetrandum? T.1.D.1.n.17. T.8. D.5. n. 8.

4. *Regum.*

Cap. 4.v.27. *Dominus celavit à me, & non indicavit mihi.* Quo proposito in eundem sensum affirmatio & negatio? T. 7. E. n. 16.

V. 30. *Non dimittam te.* Cur si Eliseus iam discipulum misit, illa non quiescit? T. 3. E. n.29.

Cap. 6. v. 23. *Et ultrà non venerunt latrones Syriæ.* Quomodò si illorum illicò notatur adventus?

Cap.16.v.18. *Musach Sabbati.* Quid hoc? T. 4 E.n.29.

Cap.17.v.15. *Pactum quod pepigit.* Quare Dei promissio Israëlitis, dicitur pactum? T. 6. E. à n. 33.

Ibid. *Testificationes, quibus contestatus est eos.* Ad quid verbum & nomen simul? ibid. & n. 27.

Cap. 19. 32. *Nec circundabit eam munitio.* Quomodò si obsessa civitas fuit? T. 9. E.n.52.

V. 33. *Per viam, qua venit revertetur.* Quid hac phrase designetur? T. 2. E. à n. 12. & 34.

Cap.20.v.13. *In thesauris suis non fuit quod non monstraret eis in domo sua, & in potestate sua.* Quid intelligendum pro thesauris illius potestatis? T. 7. E. n. 15.

V.15. *Omnia quæ sunt in domo mea viderunt: nihil est, quod non monstraverim eis in Thesauris meis.* Quorsùm affirmatio cum negatione contrarij? n. 13. Quid signatur per *Omnia*? n. 14.

Cap.23.v.22. *A diebus iudicum, qui iudicaverunt Israël.* Quo intuitu actio exprimitur cum officio? T. 1. E. n. 15.

Cap.25. v.15. *Quæ aurea, aurea.* Quomodò secus? T. 7. D.5. n.6.

1. *Paralipom.*

Cap. 4. v. 22. *Qui stare fecit Solem.* An Sol steterit sub Elimelech? T.2. E. n.1.

Cap.9.v.20. *Phinees filius Eleazari erat dux eorum coram Domino.* Quomodò si ille tot retrò sæculis fato functus? T. 5. E. n.6.

Cap.11.v.25. *Posuit eum David ad auriculam suam.* Quid sit aliquem ad auriculam ponere? T.10.E. n.52.

Cap.14. v.1. *Artifices parietum, lignorumque.* Quando & Quomodò Consiliarij artifices? T.7. D.5. n.6.

Cap. 16. v.8. *Adinventiones eius.* Vid. Isai. 12. 4.

V. 39. *Sacerdotes coram tabernaculo Domini, in Excelso quod erat in Gabaon.* Quomodò si excelsa prohibita, signat David Sacerdotes in excelsa? T. 6. E. n. 14.

Cap.17. v.6. *Locutus uni iudicum.* Cur Hebr. *Ad unam virgam: ad unum baculum*? T.1. D.2. n.13.

V. 16. *Quis ego, ut præstares mihi talia*? Qualia? T.10. E. n. 2.

V.20. *Non est alius Deus absque te.* Quorsùm *Absque te*, si non est alius? n.5.

Ibid. *Ex omnibus quos audivimus auribus nostris.* Cur modò, *Quos*; & alibi *Quæ*? n.6.

Cap. 21. v. 29. & 30. *In Excelso Gabaon & non prævaluit David ire.* Quomodò volebat ire in Excelsum Gabaon, si prohibita sacrificia in Excelsis? T. 6. E.n. 14. 15.

Cap. 22. v. 14. *Ego in paupertate mea.* Cur signat voce inopiæ, ubi tot sine numero divitiæ? T.9. D.5. n.7. T.10. E.n.2.

Ibid. *Vincitur numerus magnitudine.* Cur ergo numerum præterit, quasi nesciret? T.9. D. 5. n.5.

Cap.24. v.2. *Sacerdotio functus est Eleazar, & Ithamar.* Quomodò, si fato functi? T.6. E. n.21.

V.3. *Et divisit eos David.* Quo iure, si lege prohibitum? T.6. E. n. 17. In quæ loca & ministeria, n. 13. & 15.

Ibid. *Secundum vices suas, & ministerium.* Si duo sacerdotes summi, apud quem vestis sacra? n. 18. Quis expiationem facturus? n. 12. & 17. Quid sit ministerium per vices? ibid.

Cap. 26. v. 10. *Non enim habuerat primogenitum.* Quomodò, qui tot filios? T. 3. E. n. 53.

2. *Paralipom.*

Cap.1. v.3. *In Excelsum Gabaon, ubi erat Tabernaculum fœderis Domini.* Quomodò poterat fieri in uno eodemque die expiatio Sanctuarij; si fita disitè tabernaculum & Arca? T.6. E. n.12.

Cap.11. v. 13. *Sacerdotes & Levitæ venerunt de universo Israel, &c.* Quomodò fugientes Regem idolatram, Deus illos interminatur? T.5. E. n.11.

Cap. 13. v. 5. *Num ignoratis, quod Dominus dederit regnum David in sempiternum, in pactum salis?* Quid sit pactum salis in Davidicum regnum? Quomodò sempiternum, si in salis pactum, & quomodò huiusmodi gratia in sale nota? T. 6. E. n. 23. T. 9. E. à n.61.66.& 74.

V. 7. *Roboam erat rudis & corde pavido.* An pavor cordis ex intemperie cerebri? T. 8. E. n. 53. Cur rudis, ex Salomone, & ingeniosus Ezechias ex Achaz? à n. 45. & 55.

Cap.16. v. 14. *Plenum aromatibus combusserunt ambitione nimia.* Quid & quomodò nimia ambitio? T. 2. D.4. n.16.

Cap. 23. v. 13. *Regem stantem super gradum in introitu.* Quid sit huiusmodi sedes? T. 4. E.n.29.

Cap. 28. v. 27. *Regnavit Ezechias filius eius pro eo.* Cur Ezechias ex patre decenni sapiens, & Roboam ex patre decenni stultus? T.8. E.n.45. & 55.

Cap.29. v.6. *Fecerunt malum in conspectu Domini.* Quid in Dei conspectu? T.5. E. n.26.

Ibid. *Averterunt facies suas, & præbuerunt dorsum.* Quorsùm expressum suppositum necessarium? n.18.

1. *Esdræ.*

Cap.4. v.3. *Non est nobis & vobis, ut ædificemus domum Deo nostro.* Cur non admittunt consortium iuvantium in ædificium? T.8. D. 6. n.14.

V. 14. *Memores salis.* Quid signetur per sal gustatum? T.9. E. n.38.

Cap.7.v.21. *Regnum Regis.* Cuius-nam? T.1. E. n. 26.

2. *Esdræ.*

Cap.1. v.4. *Ante faciem Dei Cœli.* Quorsùm huiusmodi stylus? T.5. E. n.27.

Cap.4. v.17. *Unà manu suà faciebat opus, & alterà tenebat gladium.* Cur gladius arripitur, dum sacrum ædificatur? T.8. D.6. n. 14.

Cap.8. v.3. *Aures erectæ ad librum.* Quo pacto, si homo immobiles habet aures? T.10. E. n. 35.

Cap.9. v. 27. *Salvatores qui salvarent.* Qui fuerint, & qua-

quare signetur ministerij actio cum ministerio? T.1. E. à n. 16.

4. Esdræ.

Cap. 6. v.40. *Lumen luminosum.* Utquid *luminosum* additur ad lumen? T.11. E. n.18.

Tobiæ.

Cap.12. v.11. *Manifesto vobis veritatem, & non abscondam à vobis occultum sermonem.* Quid ex affirmatione, & negationis negatione? T. 7. E. à n. 12. & 40.

Cap. 13. v. 13. *Luce splendidâ fulgebit.* Quo proposito *splendida*? T.9. D.2. n.13. D. 6. à n. 5. T. 11. E. à n. 17. & 43.

Iudith.

Cap.16.v.8. *Nec filij Titan percusserunt eum.* An Titanes? T.5. E. n.5.

Esther.

Cap.2.v.7. *Pulchra nimis & decora facie.* Quodnam discrimen inter pulchritudinem & decorem? T. 3. E. n.16.

V.9. *Et traderet ei partes suas.* Quænam hæc? n.7.

Cap.4.v.16. *Ingrediar ad regem, contra legem non vocata.* Quo pacto si pro alijs, non pro illa lex constituta? T.9. D.6.à n.6.

Ibid. *Tradens me morti & periculo.* Quidni, periculo & morti? T. 5. D. 4. à n. 7. Quodnam & quantum post mortem periculum? n.9. Unde in periculo post mortem charitatis culmen? à n. 11.

Cap.10.v.6. *In lucem, Solemque conversus est.* Unde fulgor lucis conversus in lucem Solis? T.9. D.6. n. 7.

Iob.

Cap.3.v.12. *Quare lactatus uberibus?* Quorsùm *uberibus?* T.4. E. n.5.

V. 21. *Expectat mortem & non venit.* Quando mors solatium, & vita tormentum? T.5. D.4.n.3.

V.24. *Antequàm comedam, suspiro.* Quare? T. 9. E. à n. 44.

Cap. 6. v. 6. *Poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum?* Cur addit sine sale, si dicit insulsum? T.9. E à n.48. Cur appetit, quod nequit comedi? n. 43. Unde videtur insulsum, etiam quod conditum sale? n.44.

Ibid. *Quod gustatum affert mortem.* Quare uti mortem reputat cibum sine sale? n.42.& 45.

V. 25. *Quare detraxistis sermonibus veritatis?* Cur non dicit, *Unde*, sed *Quare*? T.6. D.2. n.16.

Cap. 14. v. 22. *Dum vivet, dolebit.* Quid ultra vitam in vita? T.5.D.4.n.21.

Cap. 16. v. 15. *Conscidit me vulnere super vulnus.* Unde vulnus, ut super vulnus caderet? T.4. D.1.n.10. T.6. D.2. n. 16.

V.21. *Ad Deum stillat oculus meus.* Quomodò ad Cœlum, si stillat in sinum? T.7. D.6. n.14.

Cap. 17. v. 13. *Infernus domus mea est.* Quo molimine regimen privatæ domus, erit infernus? T. 1. D. 1. n. 14.

Cap.19. v.25. *Scio quod Redemptor meus vivit, &c.* Unde fides propriæ resurrectionis? T.7. D.2.n.6.

Cap. 23. v. 2. *Nunc in amaritudine sermo meus.* Cur & nunc in amaritudinem, quod instructum in dulcedinem? T.6. D.2. n. 16.

Ibid. *Manus plagæ meæ aggravata super gemitum meum.* Unde? n. 17.

Cap.27. v. 19. *Dives cùm dormierit, nihil secum auferet.* Quare si tanta, iam nulla? T. 6. D.5. n.5.

Ibid. *Aperiet oculos suos, & nihil inveniet.* Quomodò si in morte lumina clausa, signantur aperta? n. 4.

Cap.28.v.17. *Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum.* Cur materia ita distincta distare dicitur à vera sapientia? T.8.D.6. à n. 3.

V.22. *Auribus nostris audivimus.* In quo discrimen ab *Audire Aure?* T.10.E à n.41. & 46. An aure audire, sit surditas, vel auditio? T.10. D.4. n.14.

V. 25. *Qui fecit pondus ventis.* Quando & quomodò ventus ab homine libratur ut pondus? T. 10. D. 1. n.9. Qui verè pondus dat ventis? D.4. n. 1.

Cap. 29. v. 11. *Auris audiens.* Quæ non, & quæ aliter? T.10 E. n.41.

V.18. *In nidulo meo moriar, &c.* Cur tumulum vocat nidulum? T.7. D.2. n.7. Quare semel iudicat mortem? à n.11.

Cap.30.v.19. *Comparatus sum luto, & assimilatus sum favillæ & cineri.* Cur tantùm vir, & non fœmina confertur luto? T.9. D.4. n. 8.

V.29. *Frater fui draconum, & socius struthionum.* Unde, & quare dracones & struthiones nectit? T.6. D.2. à n. 14.

Cap.31. v. 27. *Osculatus sum manum meam ore meo.* Ad quid *ore*? & quisnam osculi ritus? T. 3. E. num. 33. & 41.

Cap.33. v.14. *Semel loquitur Deus.* Quid sit, loqui semel? T.6. E.à n.33.

Ibid. *Et secundò idipsum non repetit.* Ad quid si semel? n. 32. Si semel, quomodò etiam secundò. D. 1. n. 1.

Cap. 38. v.1. *Respondit Dominus de turbine.* Cur in turbine Dominus T.7. D. 6. n. 9.

V. 33. *Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra?* Quis posuit, & non novit? T. 3. E. n. 68.

Cap.40. v.16. *Sub umbra dormit in secreto calami.* Quis dormit, & quodnam calami secretum? T. 10. D. 1. n. 18. Quænam calami umbra? n. 20.

Cap.41.v.5. *In auditu auris.* Quidni in aure, sed in auris auditu? T.10. E. à n.41.

Psalmor.

Psalm.1.v.1. *Non abijt in consilio impiorum.* Quale consilium? T.9. D.3. n. 11.

Ibid. *In cathedra pestilentiæ non sedit.* Cur pestilentiæ Cathedra sedes dignitatis amplissima? T. 2. D. 4. n. 7.

Psalm.4. v.3. *Utquid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Quare vel cognitum mendacium quæritur, atque vanitas diligitur? T. 8. D.6. n. 8.

Psalm.9.divis.1. v.12. *Annunciate inter gentes studia eius.* Quæ studia? T.9. D.5. n. 1.

Divis. 2. v.7. & 8. *Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo: sub lingua eius labor & dolor.*

Se-

Index locor. Sacr. Script.

Sedet in insidijs, &c. Unde insidiæ? Quomodò amaritudo, linguæ dulcedo? An labor, cui dolor? T.6. D.4. n.4.

Psalm.11.v.9. *In circuitu impij ambulant.* Quid sit, ambulare sic? An sic ambulare, sit ambulare? T.2. D.2. n.12. T.5. E. n. 24.

Psalm.13 v.1. *Abominabiles facti sunt in studijs suis.* Quænam studia? T.6. D. 4. n. 5.

V.2. *Si est intelligens, aut requirens Deum.* Quare intellectus sine umbra intelligentiæ, procul Dei inquisitione? T. 9 D. 2. n. 1.

V. 3. *Venenum aspidum sub labijs eorum.* Cur aspidum & non serpentium? T.2. D.3. n.6. T. 6. D. 4. n. 2. Unde lingua cognoscatur dolosa, per aspidum labia? n.3.

Psalm. 16. v. 13. *Eripe frameam tuam ab inimicis manus tuæ.* Cur in manibus Dei inimicorum, eius acerbius præcogitatur telum? T.2. D.3.n.16.

Psalm.17. v.7. *Clamor meus in conspectu eius.* Quomodò conspectus clamor? T.10. D.4. n.21. Unde ex conturbatione elementorum constet clamor auditus? T.7. D.6. n. 9.

V.8. *Commota est & contremuit terra.* Cur ex clamore viso, terror, & commotio? T.10 D.4 n.21.

Ibid. *Fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.* Quid quod saxa mota, ut in hominem magis exardescat ira? T. 1. D. 4. n. 4.

V. 9. *Ascendit fumus in ira eius.* Quomodò in fumo ira, si ex fumo iræ intelligitur clementia? n. 3.

Ibid. *Et ignis à facie eius exarsit.* Quo pacto signum clementiæ transit in iram vindictæ? n. 4. & 5.

V. 16. *Apparuerunt fontes aquarum.* Quid fontium apparitio, ut Dominus tonet de cœlo? T. 7. D. 6. n. 9.

V.45. *In auditu auris obedivit.* Quid sit in auris auditu obedire præcipienti? T.10. E. n.42.

Psalm.20. v.3. *Et voluntate labiorum, &c.* Quænam labiorum voluntas? T.5. D.2. n. 12.

Psalm.21. v.21. *Erue à framea Deus animam meam.* Cur refugit ictum, si nullum in illum habiturus sensum? T. 2. D. 3. n. 12. Quomodò saucius animus, si in corpore insensibili vulnus? n.13.

V.29. *Domini est regnum, &c.* Cur si regnum est, non dicit: *Dominatur, sed dominabitur?* T.3.E.n 97.

Psalm.25. v. 7. *Ut audiam vocem laudis, & enarrem universa mirabilia.* Quomodò in voce sola universa mirabilia? T.4. D.2. n. 2. Quidni proferam, sed ut audiam? ibid.

Psalm. 26. v. 5. *Abscondit & protexit me in abscondito tabernaculi sui.* Qui non in abscondito tabernaculi, quamvis absconditi? T. 4. D. 4. n. 14.

Psalm.29. v.10. *Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annunciabit veritatem tuam?* Quæ veritas in confessione anunciatur è pulvere? T.7. D.2. n.2.

Psalm. 31. v. 2. *Beatus, cui non imputavit Dominus peccatum.* Quomodò non imputatum, si commissum T.7. D.4. n.8.

Psalm.34.v.15. *Congregata sunt super me flagella & ignoravi.* Quæ ignoravit, flagella, vel flagellationes? T. 7. D. 1. n. 3. Cur voluptatum fruitio dicitur flagellatio? T. 8. D. 1. n.2. An maior dolor, flagellorum ignorantia, vel flagella? ibid.

Psalm. 37. v. 12. *Amici mei & proximi mei adversum me appropinquaverunt & steterunt.* Quid sit procedere & stare, quando adversantur inimici? T. 2. D. 3. n.9. Quomodò steterunt, si appropinquarunt? T.5. D.2. n.8.

V. 14. *Tanquàm surdus non audiebam.* Cur si non surdus? T.10. E. n. 37.

Psalm.38.v.5. *Locutus sum in lingua mea.* Ad quid *lingua*, si supponitur loquela? T.6. D.8. n. 10.

V.7. *Universa vanitas omnis homo vivens.* Quorsùm *vivens*, si dicitur homo? Et non solum vanitas, sed universa? T. 8. D. 3. n. 8.

Ibid. *In imagine pertranssit homo, sed & frustrà conturbatur.* Quomodò homo ad hominis imaginem? T. 9. D. 4. n. 1. Unde & ad quid conturbarur? n. 14.

Psalm.39. v.5. *In vanitates & insanias falsas.* Quæ in vanitatem insaniæ falsæ? T.8. D. 6. n. 8.

V. 7. *Aures perfecisti mihi.* In quo & ex quo perfectio aurium? T.10. E. n. 41.

V 13. *Et non potui ut viderem.* Quomodò videre non poterat qui videbat. T.5. D. 2. n. 9.

Psalm. 40.v.6. *Quando morietur & peribit nomen eius.* Cur inimici non tam soliciti de vita extinguenda, quàm de fama? T. 10.D.1. n.17.

V.7. *Si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur.* Quid quod malè affectus visitationis colore, in infirmitate ingrederetur, & egrederetur? à n. 16.

Ibid. *Congregavit iniquitatem sibi.* Quid est sibi congregare iniquitatem? n.17.

V. 8. *In idipsum adversum me susurrabant.* Si susurratio secretò, unde cognita inimicorum susurratio? T.10. D. 1. à n. 15.

V.13. *Me autem propter innocentiam suscepisti.* Quo pacto si susceptus per pœnitentiam? T.7. D.4.n.7.

Psalm. 44. v.4. *Specie tuâ, & pulchritudine tua.* Quodnam discrimen venustatis & pulchritudinis? T.3.E. n. 16.

V.7. *Virga directionis, virga.* Cur duæ virgæ necessariæ in directionem? T.1. D. 2. n. 3.

V.11. *Audi filia, & vide, & inclina aurem.* An ullus auris auditus sine inclinatione auris? T. 10. E.n.35. 40. Quid sit inclinatio in auris auditu? à n. 40. D.2. n. 1. Cur non solùm petit aurem, sed auris inclinationem? T. 10. D. 3.n.5. Cur si in aure memoria indicitur, oblivio in memoria commendatur? T. 9. D. 5. n. 7.

V. 14. *Omnis gloria eius filiæ Regis.* Quid sit omnis gloria, & *Eius*, ut non alterius? T. 3. D. 3. n.3.

Psalm. 45. v.6. *Deus manè diluculo.* Quid hoc? T. 11. E. n. 12.

Psalm.48.v.2. *Audite, auribus percipite.* An idem? T. 10. E. n. 43.

V. 3. *Simul in unum dives & pauper.* Quomodò simul? T. 9. D. 5. n. 10.

V. 11. *Simul insipiens & stultus.* Quale & quantum discrimen? T. 8. E. à n. 11. Quando stultitia sine insipientia? D. 4. n. 1.

V. 12. *Sepulchra eorum domus illorum in æternum.* Quare corporis domum vocat sepulchrum? T. 9. D. 4. n. 10.

Psalm. 49. v. 1. *Deus Deorum Dominus.* Quinam Dij, cuius Dominus supremus Deus? T. 10. E. n. 5. 8.

V. 21. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Quando qui criminatur, contra faciem propriam statuitur? T. 10. D. 4. n. 18.

Psalm. 50. v. 6. *Malum coram te feci.* Ad quid, si Deus ubique, additur, *Coram te?* T. 5. E. n. 26.

V. 8. *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti:* Cur si infallibilia dicuntur *Incerta?* Quomodò si manifestata, occulta? T. 7. E. n. 39.

Psalm. 53. v. 9. *Super inimicos meos despexit oculus meus.* Quare despicit, quos fortes cognoscit? T.6.D.2.n.15.

Psalm.

Psalm. 54. v. 7. *Volabo & requiescam.* Quare non quievit, vel dum volavit? T. 2. D. 4. n. 10.

V. 8. *Elongavi fugiens.* Cur designat absentiam, describens fugam? n. 11.

V. 16. *Veniat mors super illos.* Quippini illi veniant ad mortem? T. 9. D. 3. n. 10.

Psalm. 57. v. 11. *Manus suas lavabit in sanguine peccatoris.* Quomodò sanguine lotæ? T. 4. E. n. 12.

Psalm. 61. v. 12. *Semel locutus est Deus: duo audivi.* Quo pacto duo audita, ubi unum tantùm prolatum? T. 6. E. n. 34. D. 1. n. 1.

Ibid. *Potestas Dei est, & tibi Domine misericordia.* Quomodò simul misericordia & iustitia? T. 6. E. n. 35.

Psalm. 63. v. 6. *Subitò sagittabunt eum, & non timebunt.* Quomodò tot peccatis, nihil formidinis? T. 1. D. 3. n. 6.

Ibid. *Firmaverunt, sibi sermonem nequam.* Quare ab illis firmatum, quod ab illis arte fictum? à n. 7.

Ibid. *Narraverunt, ut absconderent laqueos.* Cur ficta narrarunt, atque laqueos absconderunt? n. 8.

Psalm. 64. v. 2. *Te decet hymnus Deus.* Cur Hebr. pro hymno legit *silentium*? T. 5. E. n. 28. Quare ex laudis hymno acceptior vox in silentio? T. 4. D. 2. n. 4. Quomodò & quando gratius silentium, ubi simul laudis sacrificium? T. 4. D. 2. n. 6.

Psalm. 67. v. 5. *Ascendit super occasum.* Quo pacto Solis & occasus & ascensus? T. 10. D. 6. n. 16. 22.

V. 31. *Increpa feras arundinis.* Quænam in arundine feræ? T. 10. D. 1. n. 12.

V. 34. *Dabit voci suæ vocem virtutis.* Quæ virtus vocis à voce? T. 3. D. 6. n. 11. T. 6. D. 1. n. 1.

V. 36. *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Quorsùm *Suis*, & in quo mirabilis? T. 8. D. 6. n. 9.

Psalm. 71. v. 20. *Defecerunt laudes David.* Quomodò iam nulla, si deinceps perfecit plura cantica? T. 11. E. à n. 1.

Psalm. 72. v. 6. *Operti sunt iniquitate.* Unde cognoscitur? T. 6. D. 3. n. 10.

V. 7. *Transierunt in affectum cordis.* An ex huiusmodi affectione operti iniquitate & impietate? n. 11.

V. 8. *Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam.* Cur loquuntur de alijs figmenta propriæ deliræ cogitationis? T. 6. D. 3. à n. 9.

V. 21. *Inflammatum est cor meum.* Quomodò ostendit inflammatum, intra pectus occlusum? T. 5. D. 3. n. 12.

V. 26. *Defecit cor meum Deus cordis mei.* Unde cor habet, quod omninò defecit? ibid.

Psalm. 73. v. 16. *Tu fabricatus es Auroram & Solem.* Cur simul? T. 11. E. à n. 11. 23. & à 44. D. 2. à n. 2. Quare non Sol plauditur & Aurora, sed utriusque fabrica? T. 3. D. 3. à n. 9. Cur dicitur & Auroram, & non Solem & Lunam? T. 11. D. 3. à n. 3.

Psalm. 74. v. 9. *Inclinavit ex hoc in hoc.* Quidni ex hoc in illud? T. 3. D. 2. n. 13.

Psalm. 76. v. 11. *Hæc mutatio dexteræ Excelsi.* Quænam? T. 4. D. 4. n. 10.

Psalm. 77. v. 27. *Sicut pulverem carnes.* Cur carnes conferuntur pulveri? T. 9. D. 3. n. 8.

Psalm. 80. v. 13. *Demisit eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus suis.* Quæ & in quo cordis desideria? T. 6. D. 3. à n. 4. Quæ in adinventionibus molimina? n. 8. Cur dicantur cordis picturæ huiusmodi molimina & desideria? à n. 6.

Psalm. 81. v. 1. *Deus stetit in synagoga Deorum.* An alij dicantur Dij, & qui & quomodò? T. 10. E. n. 5. 8.

V. 5. *In tenebris ambulant, movebuntur omnia fundamenta terræ.* Quare omnia movenda, dum ambulant in tenebris sine sui notitia? T. 10. D. 1. n. 19.

Psalm. 84. v. 11. *Iustitia & pax osculatæ sunt.* Quando utriusque osculum? T. 1. D. 1. n. 15.

Psalm. 85. v. 13. *Eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Quando hic inferior infernus? T. 6. D. 4. n. 9.

Psalm. 87. v. 5. *Æstimatus sum cum descendentibus in lacum.* Quisnam lacus in introitum & non in exitum? T. 5. D. 4. n. 14. V. 6. *Inter mortuos liber.* Quænam libertas in morte? ibid.

Psalm. 88. v. 7. *Quis similis Deo in filijs Dei?* Quo sensu dæmones filij Dei dicantur? T. 10. E. n. 48.

V. 20. *Exaltavi electum de plebe mea.* Quomodò iam electus ante electionem à plebe? T. 3. D. 6. n. 10. Quo exaltatur electus? n. 14. & 15. Cur dicitur electum exaltasse, si exaltavit electione? à n. 16.

V. 21. *Oleo sancto meo unxi eum.* Qua lege si caro hominis hoc oleo nequibat ungi? T. 1. E. numer. 21.

V. 31. *Si dereliquerint filij eius legem, &c.* Quomodò si conditionatè, erit perpetuitas throni? T. 6. E. n. 23.

Psalm. 93. v. 3. *Usquequò peccatores gloriabuntur?* Cur queritur ita Propheta de peccatorum gloria? T. 1. D. 3. à n. 6.

V. 16. *Quis consurget mihi adversus malignantes.* Quare conturbationem non timet, dum exterminium intendit? T. 6. D. 4. n. 15. Quo intuitu si bellum contra malignum, desiderat adiutorium? ibid.

V. 20. *Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis?* Quæ sedes iniquitatis, si sceleri nulla sedes? T. 1. D. 3. num. 9. Cur pro sede iudicis, dicitur iniquitatis? n. 11.

Ibid. *Qui fingis laborem in præcepto.* Quid quòd laborem in præcepto fingat, ad hoc quod illi sedes iniquitatis non adhæreat? à n. 10. Quodnam discrimen inter præceptum laboris, & laborem præcepti? n. 11.

Psalm. 94. v. 3. *Deus magnus super omnes Deos.* Quosnam dicit, si non est alius? T. 10. E. à n. 5.

Psalm. 95. v. 5. *Dij gentium dæmonia.* Quo sensu Dij? n. 48.

Psalm. 97. v. 1. *Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.* Quæ mirabilia, & quæ novitas in cantica? T. 4. D. 2. n. 14.

Psalm. 103. v. 2. *Amictus lumine, sicut vestimento.* Quomodò si lux sensibilis, amictus ornatu lucis? T. 11. E. à n. 27. Unde luce tanquàm vestimento occulitur, si veste manifestatur? n. 32.

V. 19. *Sol cognovit occasum suum.* Ubi fine occasu Sol? T. 10. D. 6. n. 16. Quomodò cognovit & non cognovit? n. 22.

Psalm. 105. v. 12. *Laudaverunt laudem eius.* Quæ laus laudatur? T. 4. D. 2. n. 14.

V. 35. *Commisti sunt inter gentes: citò, &c.* Cur gentes eorum non didicerunt religionem, & hi ex illis didicerunt impietatem? T. 2. D. 1. n. 12.

V. 36. *Servierunt sculptilibus eorum.* Quomodò idolis servilis proiectio, si pridem abominatio? ibid.

Psalm. 106. v. 34. *Terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium.* Cur per inhabitantium iniquitatem, terra ferax in salsuginem? T. 9. E. n. 67.

V. 40. *Errare fecit eos in invio, & non in via.* Quid hoc? T. 2. E. à n. 21.

Psalm. 109. v. 3. *Tecum principium in die virtutis tuæ in splen-*

Index locor. Sacr. Script.

ſplendoribus ſanctorum. Quomodò in ſplendoribus ſanctorum filius Dei deſignatur principium ? T. 3. E. n. 118.

Ibid. *Ex utero ante luciferum genui te.* Unde ſi Pater cœleſtis, ex utero genuit ? T. 3. E. n. 124. Quomodò ſi ex utero Patris, ex utero genitricis ? T. 11. D. 6. n. 4.

Pſalm. 110. v. 7. *Veritas & iudicium.* Quare in iudicium neceſſaria veritas ? T. 8. D. 5. n. 6.

V. 8. *Fidelia omnia mandata eius : facta in veritate & æquitate.* Cur ita & non aliter mandata fidelia? ibid.

V. 10. *Intellectus bonus.* Quiſnam? T. 9. E. n. 31. D. 2. n. 1.

Pſalm. 113. diviſ. 2. v. 16. *Cœlum cœli Domino.* Cur thronus Domini non tam cœlum, quàm cœlum cœli? T. 5. E. n. 28.

Pſalm. 115. v. 15. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum.* Si mors ſanctorum Deo gratior, quando pretioſior ? T. 3. D. 4. n. 15.

Pſalm. 117. v. 11. *Circundantes circundederunt me.* Quorſùm in circuitione circuitus? T. 8. D. 1. n. 10.

V. 12. *Circundederunt me ſicut apes.* Cur obtrectatores apibus ſimiles ? T. 6. D. 4. à n. 10.

Ibid. *Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.* Quare non in alia materia, ſed igni inter ſpinas? n. 11.

Pſalm. 118. v. 66. *Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam.* Cur ut ſcientia ſit vera, cum bonitate & diſciplina? T. 9. D. 2. n. 10.

V. 96. *Omnis conſummationis vidi finem.* Quomodò ſine fine conſummatio? T. 6. D. 6. n. 4. Quomodò finis ſine conſummatione? n. 5. Qualis finis conſummationis, & conſummatio finis? n. 6.

V. 140. *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Unde quomodò & quando cognoſcatur ignitum? T. 10. D. 3. n. 7. Cur non ſolùm neceſſaria flamma, ſed flammæ vehementia? n. 8.

Pſalm. 125. v. 6. *Euntes ibant.* Quid ire eundo? T. 2. E. à n. 29.

Pſalm. 131. v. 11. *Iuravit Dominus David veritatem, & non fruſtrabitur.* Ad quid *non fruſtrabitur*, ſi veritas & à Domino iuratur? T. 6. E. n. 32.

Pſalm. 134. v. 7. *Educens nubes ad extremo terræ: fulgura in pluviam fecit.* Quid eſt hoc? T. 7. D. 6. n. 15.

Pſalm. 138. v. 11. *Nox illuminatio mea in delicijs meis.* Si tenebræ & noctis, quomodò nox in delicijs; & unde illuminatio, ſi nox? T. 9. D. 4. n. 5.

Pſalm. 139. v. 4. *Venenum aſpidum ſub labijs eorum.* Cur venenum aſpidum, dum ſignat linguas ſerpentium? T. 6. D. 4. à n. 2.

Pſalm. 140. v. 3. *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis.* Cur oris officium ex circunſtantia labiorum? T. 7. D. 5. n. 9. T. 9. E. n. 30. Cur aliquando oſtia ori, & aliquando neceſſariæ valvæ? T. 7. D. 5. n. 11.

Pſalm. 141. v. 4. *In via hac, quà ambulabam, abſconderunt laqueum mihi.* Quando, à quo, & quomodò laqueus in obicem pedis, in itinere virtutis ? T. 10. D. 4. n. 10.

V. 6. *Tu es ſpes mea, portio mea in terra viventium.* Unde ſi ex ſpe gaudium, cordi tormentum ? T. 3. D. 4. n. 13. Cur ſpei bonis vacuæ magnitudo, bonorum viventium in terra dicitur portio? T. 9. D. 5. n. 14.

V. 8. *Educ de cuſtodia animam meam.* Cur anima optat, cui repugnat? T. 3. D. 4. n. 9. 13.

Pſalm. 143. v. 13. *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.* Quid eſt hoc, & quid eſt illud, ut conſtet promptuarium plenum? T. 3. D. 2. n. 13.

Pſalm. 148. v. 3. *Laudate eum Sol, & Luna.* Cur in cœlorum harmonia, Lunæ & Solis magis grata? T. 4. D. 2. n. 3.

Proverbior.

Cap. 1. v. 22. *Stulti ea, quæ ſibi ſunt noxia, cupient;* Unde quæ cupiunt, cupientes lædunt ? T. 8. D. 3. n. 6.

Cap. 2. v. 25. *Stultorum exaltatio ignominia.* Quomodò ignominia, quæ gloria & ſumma? Ibid.

Cap. 4. v. 3. *Unigenitus coram matre mea.* Quomodò ſi ex illa tres fratres habuit ? T. 3. E. n. 51.

V. 18. *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens.* Cur additur ſplendens, ſi lux ? T. 9. D. 5. n. 3. T. 11. E. n. 18. 43.

Cap. 6. v. 16. *Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius.* Cur non dicit, *Septem odit Deus?* T. 3. E. n. 125.

Cap. 8. v. 14. *Meum eſt conſilium & æquitas.* Cur Hebr. legit: *Fortuna?* T. 11. D. 4. n. 8.

V. 15. *Per me reges regnant.* Quomodò per illam regnum, ſi iam Reges? T. 1. E. n. 23. 25. & 31.

Cap. 10. v. 4. *Ipſe ſequitur aves volantes.* Quandò, & quo? T. 6. D. 5. n. 3.

Cap. 11. v. 22. *Mulier pulchra & fatua.* Sub titulo fœminæ doctrina, cur fatua, ſi pulchra ? T. 6. D. 6. n. 5.

Cap. 13. v. 7. *Eſt quaſi dives, cùm nihil habeat : & eſt quaſi pauper, cùm in multis divitijs ſit.* Quiſnam pauper quaſi dives, & quis dives quaſi pauper. T. 9. D. 5. n. 9.

Cap. 14. v. 5. *Teſtis fidelis non mentitur : profert autem mendacium doloſus teſtis.* Cur mendax dicitur doloſus, & verax teſtis fidelis? T. 6. E. à n. 39.

V. 29. *Exaltat ſtultiam ſuam.* Quo pacto ſtultitia exaltatur, dum ſtultus in dignitatem extollitur? T. 8. D. 3. n. 4.

Cap. 15. v. 21. *Stultitia gaudium ſtulto.* Quare gaudium, unde mœror? T. 8. E. n. 26.

Cap. 19. v. 2. *Ubi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum.* Quænam animæ ſcientia ? T. 9. E. à num. 10. Cur ſcientia animæ dicatur conſcientia? n. 15. Cur corporis mortificatio? n. 16. Cur ſcientia animæ dicitur vera? à n. 17. An hæc ſcientia quærat verum vel bonum? n. 20. & 28. Cur dicitur ſcientia vera, & verè ſcientia? n. 27. Cur hæccine ſcientia dicatur prudentia? n. 29.

Cap. 20. v. 12. *Aurem audientem.* Quæ auris audiens? T. 10. E. à n. 28.

V. 23. *Pondus & pondus.* Quando pondus ſine pondere? D. 1. n. 10.

V. 30. *Livor vulneris abſterget mala.* Quomodò ſi malum, vulnus? T. 7. D. 4. n. 9.

Cap. 21. v. 4. *Lucerna impiorum peccatum.* Quomodò peccatum peccatores illuminat? T. 8. D. 2. n. 3.

Cap. 26. v. 20. *Suſurrone ſubtracto, iurgia ceſſabunt.* Unde vel in lite pax intererit ſine ſuſurrone? T. 6. E. n. 48.

V. 28. *Lingua fallax non amat veritatem.* Cur exprimitur ſuppoſitum? n. 40.

Cap. 30. v. 15. *Tria ſunt inſaturabilia; & quartum, quod nunquàm dicit: Sufficit. Cur non ſignat quatuor inſaturabilia?* T. 3. E. n. 125.

V. 32. *Eſt qui ſtultus apparuit, poſtquàm elevatus eſt*

in sublime. Quomodò, vel sapiens apparet stultus? T.8. D.3. n. 7. Quare dicitur *In sublime*, si elevatus? n. 9. Quis in sublimi stultus stultè? T. 8. D. 4. n. 1.

Ibid. *Si intellexisset, ori suo imposuisset manum.* Cur taceret, si intellexisset? T.8. D.3. n. 7. Quare errat tacens & loquens? n. 8.

Cap.31. v.30. *Vana est pulchritudo.* Unde etiam vera pulchritudo vana? T.9. D. 4. à n. 6.

Ecclesiastæ.

Cap.1. v. 9. *Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est.* Quomodò? T. 7. E. à n.23.

V.12. *Fui rex Israel.* Cur quasi tunc non esset, qui ex quo cœpit semper regnavit? T.3. D.6. n.15.

V. 17. *Erroresque & stultitiam.* Quando simul? T. 4. D.3. n.7. T.8. E.n.24. D. 3. n.1.

Cap.2.v.14. *Sapientis oculi in capite.* Quare in capite, qui in facie relucent oculi? T.9. D.3. n.1.

Cap.4. v.10. *Væ soli.* Cur & quando soli væ? T. 1. D. 2. n. 2.

Cap.7. v. 24. *Dixi: Sapiens efficiar; & ipsa longiùs recessit à me.* Cur sapientia fugit, dum in illam propendet? T.8. D.3.n.3. Quare dum magis discit, magis stulteseit? T. 9. E. n. 12.

V.29. *Virum de mille unum reperi: mulierem ex omnibus non inveni.* Quando inventus unus & una? T.5. D. 3. n. 1.

Cap.10. v.3. *In via stultus ambulans.* Quid sit, stultum ambulare in via? T.2. E.à n.38.

Cap.12. v.4. *Filiæ carminis.* Quænam dicantur carminis filiæ? T.10. E. n.20.

V. 11. *Verba sapientum sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi.* Cur verba veritatis conferuntur clavis & stimulis? T.7. D.5. n. 13.

Canticor.

Cap.1. v.1. *Osculetur me osculo oris sui.* Quid osculum, os & osculans? T. 3. E. n. 29. Cur osculo additur *osculetur*, & *osculo oris*? n. 30. & 41. Cur *Oris sui*? n. 42. Quomodò *sui*, si cuius non dixerat? n. 44. Cur dicit *Me*? n. 43. De quo, aut de qua? n. 27. & 44. Cur *osculetur osculo*, si osculum non osculabile? n. 40. Cur ita, & non *Osculer illum Osculo oris mei*? n. 30. Cur non petit osculari ore, sed osculo? ibid.

Ibid. *Meliora sunt ubera tua vino.* Quid ubera sponsi? n.38. Quid cum vino ubera, ut sint meliora? n.47.

V. 4. *Trahe me.* Cur non exprimit diligere, sed diligi & attractione? T.5. D.1. n.12.

Ibid. *Recti diligunt te.* An ex huiusmodi commendatione constet prudentia in regimine? T. 6. D. 3. n. 13.

V. 5. *Nigra sum, sed formosa.* Quomodò si nigra? T. 3. E. n. 18-T.7. D.6.n.4.

V. 6. *Decoloravit me Sol.* Quid Sponsa à Sole decolorata? ibid.

Ibid. *Filij matris meæ pugnaverunt contra me.* Unde odium & fraternum? T.1. D.1. n. 9.

Ibid. *Posuerunt me custodem in vineis.* Quare non custodita vinea, eius custodæ iterùm credita? Ibid.

V. 8. *Pulcherrima inter mulieres.* Qua inter fœminas gratiâ non solùm pulchra, sed & pulcherrima? T. 3. D. 3. n. 2.

V.10. *Collum tuum sicut monilia.* Quæ monilia, si colli catena? T.9. D. 6. n.13.

V.11. *Murenulas aureas, &c.* Quæ murenulæ aureæ & colli monile? n. 8.

V.16. *Pulcher est dilecte mi & decorus.* Quid inter pulchritudinis decorem & pulchritudinem? T. 3. E. n. 16.

Cap.2. v.4. *Ordinavit in me charitatem.* Cur non dedit, sed ordinavit? n. 47. An ordo charitatis, excedere ordinem? T.3. D.5.n.5.

V.5. *Stipate me malis, quia amore langueo.* Cur propter deliquium Sponsa duntaxàt exoptat mala? T. 3. D. 1. n. 8.

V.10. *En dilectus meus loquitur mihi.* Unde si Sponsus alias alloquebatur? T. 6. D. 1. n. 7. Quare *Dilectus meus* quasi à cæteris non esset dilectus? ibid.

V.11. *Imber abijt & recessit.* Ad quid *Recessit*, si abijt? T.2. E. n.7. & 20.

V. 12. *Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit.* Quænam terra, ubi simulac flores videntur, falce putantur? T.4. D.1. n.4.

V. 13. *Surge amica mea, speciosa mea, & veni.* Cur surge & veni dicitur speciosæ amicæ? T. 7. D. 6. n. 17.

V. 14. *Columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ.* Cur vel in caverna maceriæ plauditur uti columba? n. 18.

Cap.3. v.4. *In Domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* An mater & genitrix distinguantur? T.2. E. n. 3.

V. 9. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon.* Quid dicatur *Ferculum*? T. 10. D. 5. num. 5. Cur sibi tantùm? ibid.

Ibid. *Media charitate constravit.* Quomodò dispositæ in medio charitatis imago? à n. 6.

Ibid. *Propter filias Ierusalem.* Cur summa ex ferculo charitas, quippe extructum propter filias? T.3. D.4. n. 14.

Cap.4. v.7. *Tota pulchra.* Quid pulchritudo tota? T.3. E. à n. 15.

Ibid. *Et macula non est in te.* Ad quid maculæ carentia, si tota pulchra? à n. 21. & 128.

V. 8. *Veni, coronaberis.* Quid corona in commendationem pulchritudinis? n. 25.

V.9. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.* Cur sponsæ redamatio signatur ut cordis vulnus? T.3. D.5. n.7. Cur dicitur excordatio? n.9.

Cap. 6. v. 8. *Una est columba mea.* Quid signetur per ly *Una*? T. 3. E. à n. 12. & 24. Cur Una, si numerantur aliæ? D. 5. n. 14.

Ibid. *Perfecta mea.* In quo perfectio? T. 3. E. n.24. An perfecta quia una, vel econtra? D.3. n.2.

Ibid. *Electa genitrici suæ.* Quomodò electa, si una? T. 3. E. n. 12. D. 6. n. 9.

V. 9. *Quæ est ista?* Quare de illa inquirunt, quàm planè cognoscunt? T. 11. D. 5. n. 12.

Ibid. *Quæ progreditur, quasi Aurora consurgens?* Quid ni similis Auroræ, sed Auroræ surgenti? T. 11. D. 4. n. 2. Cur Maria prima sponsa vocatur Aurora? T.3. D. 2. à n. 8-T. 11. E. à n. 11. & 44. D. 1. à n. 2. D. 2. n. 1. & 5.

Ibid. *Pulchra ut Luna, electa ut Sol.* Quo iure Virgo totum T. 11. E. n. 49. In quo Lunæ similis? T. 7. D. 6. à n. 2. Cur priusquàm Soli, Lunæ & Auroræ confertur? T. 3. D. 6. n. 2. & 9. Si Aurora est pulchra & Luna plena, cur primùm dicitur Aurora? T. 11. D. 3. à n. 3.

Ibid. *Ut castrorum acies ordinata.* Cur etiam dum

Index locor. Sacr. Script.

primò progreditur, acies terribilis castrorum dicitur. D.5. n. 12.

Cap. 7. v. 12. *Videamus si floruit vinea: si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica.* Quid malum punicum ad vitem florentem? T.3. D. 2. n. 11.

Cap.8. v.1. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ?* An votum Virginis-Matris, vel humanæ conditionis? T.11. D.2. n.10.

Ibid. *Et iam me nemo despiciat.* Cur si in virgine filius, exulat naturæ humanæ despectus? n.11.

V. 5. *Sub arbore malo suscitavi te.* Quare suscitavit sub ipsa arbore, qua corruit? T.3. D.1.à n.6.

V. 6. *Fortis est ut mors dilectio.* Cur fortis dilectio ut mors? T. 3. D. 4. n. 12.

V.13. *Quę habitas in hortis, fac me audire vocem tuam.* Quare vocis auditus non pendet ab aure, sed à canente? T. 4. D. 2. n. 7.

Sapientiæ.

Cap.1. v. 7. *Scientiam habet vocis.* Quænam vocis scientia? Et quare continet omnia? T.4.D.2.n.8-T.6.D.1. n.1. Quando & ubi Christus scientiam ostendit vocis? T.10.D.5.à n.11-D.6.à n.1.

Cap.4.v.13. *Consummatus in brevi explevit tempora multa.* Quo pacto ad virtutem perfectio senectutis in brevitate temporis? T. 2. D. 4. n. 6.

Cap.5.v.3. *In similitudinem improperij.* Cur non in veritatem, sed in similitudinem? T. 4. D. 3. n. 6.

V.13. *Sic & nos nati continuò desivimus esse.* Unde vitæ extremum, vitæ initium? T.6. D.6. n.2.

Cap.6. v.24. *Ponam in lucem scientiam.* Quænam isthæc scientia est, & quomodò in lucem ponitur lux? T.9. D. 2. n. 11.

Cap. 7. v. 7. *Optavi & datus est mihi sensus.* Quodnam discrimen inter sensum sapientię, & sapientiam sensus? T.8. D.4. à n. 6.

V. 12. *Antecedebat me ista sapientia & ignorabam.* An ignorantia sapientia? ibid. Cur dicit *Ista?* n.7.

V. 17. *Dedit mihi horum scientiam veram.* Quamnam? T.9. E. n. 17. Cur sibi datam asserit? n. 18.

V. 26. *Candor est lucis æternæ.* Quomodò his verbis notetur processio filij à Patre & eadem natura & distincta persona? T.11. E.n.30.

Cap.8. v. 19. *Puer eram ingeniosus.* Quid sit ingenium, & quibus constet? T. 8. E. n. 41.

Ibid. *Et sortitus sum bonam animam.* Quid est sortiri, quod casu non datur? à n.42. Quid sit bona anima? n. 43.

V. 20. *Veni ad corpus incoinquinatum.* Coinquinatio corporis quid ad animæ sensum, & quid hic dicatur corpus? ibid.

V.21. *Aliter non possem esse continens, &c.* Quid sit continens? ibid.

Cap.10. v.7. *Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, &c.* Cur testimonium nequitiæ fructus evanidi? T.9.E. n.67.

Ibid. *Incredibilis animæ memoria stans figmentum salis.* An verè sal? n. 62. Quò in salem conversa, & quare non in aliud? n. 63. & 67.

V.12. *Sciret, quoniam potentior est sapientia.* Cur non dicitur, Innocentia? T.9. D.2.n.12.

V.13. *Hæc venditum iustum non dereliquit.* Unde gloriosus, qui supponitur venditus? T.6. D.3. n.19.

V. 20. *Victricem manum tuam laudaverunt pariter.* Quo intuitu & pariter laudaverunt? T. 4. D. 2. n. 14.

V.21. *Quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.* Quid inter huiusmodi triumphum, & voces infantium? n. 13.

Cap. 11. v. 21. *Omnia in mensura & numero & pondere.* Quomodò si lux sine pondere, numero, & mensura? T. 11. E. n. 15.

Cap.12. v.23. *Illis qui in vita sua insensatè & iniustè vixerunt, per hæc quæ coluerunt, dedisti summa tormenta.* Cur quæ culta siccine noxia? T. 6. D. 5. à n. 7. Cur voluptates duntaxàt voluptatum effigies? n. 10. Quare dicuntur cum sensibus insensati? n. 7. Cur à voluptatibus non solùm tormenta, sed summa? n.9. & 12.

Cap.13. v.14. *Perliniens rubricà, & rubicundum faciens fuco colorem illius.* Cur rubricà & non alio ad speciem colore? T.10. E. n.24.

Cap. 16. v.28. *Oportet prævenire Solem, & ad ortum lucis te adorare.* Si commoda ad ortum Solis, quænam ad exortum lucis? T. 11. D. 2. n. 6.

Cap.17. v.20. *Limpido illuminabatur lumine.* Quodnam lumen hoc? T. 11. E. n. 4.

Cap.18.v.14 & 15. *Cùm quietum silentium contineret omnia, omnipotens sermo tuus.* Unde silentium cum voce? T. 7. D. 6. n. 6.

Ecclesiastici.

Cap.1.v.1. *Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante ævum.* Quomodò ante, si v.4. dicitur *Ab ævo?* T.3 E. n. 90.

V.4. *Prior omnium creata est sapientia.* Quæ sapientia? n. 119.

V. 9. *Ipse creavit illam in Spiritu sancto.* Quomodò sapientia divina in Spiritu-Sancto creata? n.87.& 122. Quid sit tò *In?* n. 107.

Cap.2. v.14. *Væ peccatori, terram ingredienti duabus vijs* Quomodò simul & semel duabus vijs iter conficitur? T.11. E. n. 41.

Cap. 7. v. 14. *Noli velle mentiri omne mendacium.* Quid sit, omne mendacium mentiri? T.6. E. n.39.

Cap.12. v. 10. *Non credas inimico tuo in æternum.* Quo sensu? T.2. D.3.n.5.

V.16. *In oculis suis lachrymatur inimicus, & si invenerit tempus, non satiabitur sanguine.* Quando cavendæ, vel credendæ inimicorum lachrymæ? ibid.

Cap.18. v.1. *Creavit omnia simul.* Quomodò, si sex diebus? T.3. E. n. 111.

V. 30. *Post concupiscentias tuas non eas.* Quidni dicit? cum concupiscentijs? T. 5. E. n. 24. Unde periculum, si occurrit oblectamentum? T. 6. D. 5. n. 9.

V. 31. *Faciet te in gaudium inimicis tuis.* Cur si voluptuosus, inimicorum risus? ibid.

Cap.21. v. 22. *Compedes in pedibus stulto doctrina.* Quomodò ubi doctrina, insipientia; & quæ solvit liget? T.6. D.4. n. 6. & 9.

Cap.22. v. 13. *Luctus mortui septem dies: fatui autem & impij, omnes dies vitæ illorum.* Quare dicit, illorum, si unus & impius & fatuus? T. 8. E. n. 25.

Cap. 24. v. 5. *Primogenita ante omnem creaturam.* Cur non dicitur primo creata, sed primogenita? T. 3. E.n.71. Si primogenita, ut quid *Ante omnem creaturam?* n.119.126.& 127. Qua lege propriè de Virgine matre? n. 132.

V.12. *Creator omnium, & qui creavit me.* Quomodò sapientia increata creata dicitur? à n. 69. Cur *Me*, si si dixerat *Creator omnium?* n.70.

V. 14. *Ab initio & ante sæcula creata sum.* Latè ibid. Quomodò dicitur creatio, ubi sermo de Verbo,

sapientiâ Patris? n. 122. Cur Maria dicitur creata, si ex Adamo progenita? T. 11. D. 1. n. 13.

V. 23. *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris.* Cur suavitas odoris solummodò fructus vitis? T. 3. D. 2. n. 5. Cur Christus dicitur vitis, & qualis? ibid. Cur Virgo mater in fructu confertur viti? T. 11. D. 3. n. 6.

Ibid. *Flores mei fructus honoris & honestatis.* Cur honor dicitur fructus vitis? T. 3. D. 2. n. 5. Quid sit vitis honestas, & quomodò flores fructus honoris & honestatis? ibid.

Cap. 25. v. 4. *Senem fatuum & insensatum.* Quodnam discrimen inter fatuitatem & insensationem? T. 8. E. n. 10. 13. & 25.

Cap. 27. v. 12. *Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol: stultus sicut Luna mutatur.* Si dicit *Sanctus*, ad contrapositionem, cur non dicit peccator, sed stultus? T. 9. D. 2. n. 2. Cur stultus Lunæ confertur? D. 1. n. 3.

Cap. 28. v. 28. *Sepi aures tuas spinis: linguam nequam noli audire.* Quare ad linguam nequam detractoris, aures obturandæ spinis? T. 7. D. 5. n. 10.

Ibid. *Ori tuo facito hostia & feras.* Cur utrumque? n. 9.

V. 29. *Aurum tuum & argentum tutum confla, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos.* Cur verbis necessaria simul aurum statera, & frenum? n. 10.

Cap. 31. v. 14. *Malus est oculus nequam.* Cur dicitur nequam oculus, cuius in pectore situs? T. 8. D. 5. n. 11.

Cap. 34. v. 4. *A mendace quid verum?* Quippini? T. 6. E. n. 4. D. 5. n. 1.

V. 28. *Unus ædificans, & unus destruens, quid prodest illis nisi labor?* Quando destruitur quod ædificatur? T. 8. D. 6. n. 14.

Cap. 36. v. 23. *Et filia melior filiâ.* Quænam? T. 3. D. 5. n. 1.

Cap. 38. v. 30. *Vox mallei innovat aurem?* Quare? T. 10. E. n. 17.

Cap. 41. v. 1. *O mors, quàm amara est memoria tua!* Cur morte acerbior memoria mortis? T. 9. D. 3. n. 10.

Cap. 42. v. 9. *Filia patris.* Ad quid *Patris?* T. 3. D. 3. n. 9.

Cap. 44. v. 3. *Dominantes in potestatibus suis.* Quid sit in dominio dominari? T. 1. E. n. 25. & 28.

V. 5. *In peritia sua requirentes modos musicos.* Cur alij: *In pueritia?* Et an maior peritia in musicæ scientia, pueritiæ inhabilis imperitia? T. 4. D. 2. n. 14.

Cap. 47. v. 27. *De semine suo gentis stultitiam.* Cur Roboam non dicitur stultus, sed ipsa stultitia? T. 8. E. n. 14. Cur stultissimus ex patre Salomone? n. 34. & 44. Unde eius stultitia? n. 47. & à 55.

V. 28. *Imminutum à prudentia.* Quare non dicitur prudentiâ vacuus, sed imminutus? à n. 53.

Cap. 48. v. 1. *Quasi facula ardebat.* Quomodò ex illo aqua elicita, qui flagrabat quasi facula? T. 7. D. 6. n. 15.

V. 28. *Ostendit futura & abscondita antequàm evenirent.* Quare non prædixit, sed ostendit quæ futura? T. 7. E. n. 38. Cur futura, si ostenta, dicuntur abscondita? à n. 39. Quare dicitur, *Antequàm evenirent*, si futura? n. 38. & 41.

Cap. 49. v. 5. *Præter David & Ezechiam & Iosiam, omnes peccatum commiserunt.* Quodnam peccatum, cuius immunes hi Principes? T. 6. E. à n. 14.

V. 18. *Ossa ipsius post mortem prophetaverunt.* Quomodò locuta? T. 9. D. 3. n. 11.

Cap. 51. v. 9. *In inferno deorsùm.* Quorsùm *Deorsùm?* T. 8. D. 1. n. 10.

Isaiæ.

Cap. 1. v. 1. *Visio Isaiæ.* Quomodò vidit, si erat verbum, quod prolatum? T. 10. E. n. 49.

V. 18. *Si fuerint peccata vestra ut coccinum*, &c. Qua arte mutatur peccatorum color? T. 7. D. 4. n. 9.

Cap. 2. v. 1. *Verbum quod vidit.* Quodnam verbum visum? T. 10. E. n. 49.

Cap. 4. v. 2. *Germen Domini in magnificentia.* In quo magnificum huiusmodi germen? T. 11. D. 1. n. 14.

Cap. 5. v. 2. *Lapides elegit ex illa.* Cur in ædificium, non eliguntur lapides ad illam, sed ex illa? T. 8. D. 3. n. 13.

V. 21. & 22. *Væ, qui sapientes estis in oculis vestris: væ, qui potentes estis ad bibendum vinum.* Quænam sapientia cum ebrietate coniuncta? T. 9. E. n. 13.

Cap. 6. v. 2. *Sex alæ uni & sex alæ alteri*, &c. Quare duabus, sex habentes pervolabant? T. 10. D. 5. n. 8. D. 6. n. 14. Quomodò stabant, & volabant? ibid.

V. 9. *Audite audientes.* Quid petit, si audiunt? T. 6. D. 1. n. 15. T. 10. E. n. 32. & 36. D. 3. à n. 4. Quorsùm actio ad suppositam actionem? T. 10. E. n. 35. 37. & 45.

Ibid. *Videte visionem.* Quid videndum, si visio videri nequit? n. 49.

Cap. 7. v. 14. *Ecce virgo concipiet & pariet filium.* Cur non signat ubi filius concipiendus? T. 11. D. 3. n. 9.

V. 15. *Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Quid ad cognitionem boni & mali mel cum butyro? T. 4. E. n. 21.

Cap. 9. v. 4. *Iugum enim oneris eius.* Cur *Eius?* Cur non onus iugi, sed iugum oneris? T. 1. D. 2. n. 14.

Ibid. *Et virgam humeri eius.* Quare virga in humero, & non in manu? n. 15.

Ibid. *Et sceptrum exactoris eius, sicut in die Madian.* Cur exactoris sceptrum virga? ibid. Cur non alterius victoriæ allusio pro veritatis theatro? n. 16.

Cap. 11. v. 1. *Flos de radice eius ascendet.* Cur nam, si de radice non iuxta radicem? T. 3. D. 2. n. 11. Quomodò in radice cognoscitur flos, ubi ibi non specie, sed virtute? T. 7. D. 6. n. 5. Cur si flos in virgæ tramite, lucet in radice virgæ? T. 11. D. 4. n. 6.

Cap. 12. v. 4. *Notas facite in populis adinventiones eius.* Quæ inventio post adinventiones cogitata, ut fieret nota? T. 3. D. 2. n. 10.

Cap. 13. v. 22. *Respondebunt ibi sirenes in delubris voluptatis.* Quid sirenes, & cur ibi respondebunt? T. 10. D. 2. à n. 10.

Cap. 14. v. 12. *Quomodò cecidisti de cœlo lucifer?* An cecidit, quia sibi ambivit Christi honorem, vel matris-virginis dignitatem? T. 11. D. 1. à n. 7.

V. 14. *Similis ero Altissimo.* Cur tantùm optat similitudinem? à n. 9.

Cap. 16. v. 1. *De Petra-deserti.* Quare Ruth ita vocatur? T. 1. E. n. 2.

V. 11. *Venter quasi cithara sonavit.* Quid cithara cum ventre? T. 3. D. 3. n. 4.

Cap. 18. v. 2. *Mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas.* Cur persecutio dicitur legatio, & cor in persecutione cymba papyri? T. 7. D. 1. n. 7.

Cap. 19. v. 14. *Spiritum vertiginis.* Quisnam huiusmodi spiritus? T. 1. E. n. 4. T. 2. E. n. 28.

Cap.

Index locor. Sacr. Script.

Cap. 26. v. 19. *Ros lucis.* Quid sit? T. 11. E. n. 12.

Cap. 28. v. 9. *Ablactatos à lacte, avulsos ab uberibus.* Quorsùm huiusmodi suppositæ geminatæ? T. 4. E. n. 5.

V. 21. *Ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.* Quo iure opus suum, & peregrinum opus: T. 3. E. n. 117.

Cap. 29. v. 14. *Peribit sapientia à sapientibus, & intellectus prudentium eius.* Cur *Eius*, & non illorum? T. 9. E. n. 31.

Cap. 30. v. 21. *Aures tuæ audient.* Quænam audientes sine auditu? T. 10. E. à n. 39.

Cap. 31. v. 9. *Dominus cuius ignis est in Sion.* Quid habuit singulare, ut hic signetur & igne? T. 5. D. 1. n. 6.

Cap. 32. v. 6. *Stultus fatua loquetur.* Quid novum? T. 8. E. n. 25.

Cap. 34. v. 14. *Occurrent Onocentauris.* Qui sint? T. 5. E. n. 5.

Cap. 38. v. 17. *In pace amaritudo amarissima.* Unde amaritudinis amaror, si in pace nec ullus dolor? D. 4. n. 21.

Cap. 40. v. 2. *Loquimini ad cor Ierusalem.* Quid sit, ad cor loqui? T. 6. E. à n. 26. & 39.

V. 5. *Os Domini locutum est.* Quid signetur verbo, ore Domini prolato? n. 28.

Cap. 41. v. 4. *Primus & novissimus ego sum.* Quo sensu? T. 3. E. n. 118.

V. 19. *Ponam in deserto abietem.* Quo intuitu? T. 4. D. 4. n. 14.

V. 22. *Accedant & nuncient quæcunque ventura sunt,* &c. An ex futurorum prædictione inferatur divinitas? T. 7. E. n. 26. & 37. Quare Deus disceptat cum idolis? n. 26. & 37.

Ibid. *Priora, quæ fuerunt ante nos.* Quid indicetur per *Priora*? n. 26. Quare addit *ante nos*? à n. 40.

Cap. 42. v. 1. *Ecce servus meus electus.* Quomodò electus eligitur? T. 3. D. 6. n. 11.

V. 8. *Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.* Quæ laus & gloria Dei respectu sculptilium? T. 7. E. n. 37.

V. 18. *Surdi audite.* Unde surdi, quos signat audientes? T. 10. D. 3. à n. 3.

Cap. 43. v. 19. *Ponam in deserto viam.* Quænam via deserti? T. 2. E. n. 36.

Cap. 44. v. 25. *Scientiam illorum stultam faciens.* Quomodò in contrarium permutanda? T. 9. E. n. 16.

Cap. 46. v. 1. *Facta sunt simulacra eorum bestijs & iumentis, gravi pondere usque ad lassitudinem.* Quomodò vel iumentis onera, quæ colebantur uti oracula? T. 1. D. 2. n. 14.

V. 2. *Contrita sunt simul.* Quid, quòd contrita, ut sint, vel non sint onera? ibid.

V. 8. *Redite prævaricatores ad cor.* An sine corde? T. 9. E. n. 15. & 52.

Cap. 50. v. 4. *Dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus est verbo.* Quænam ad verbum lingua erudita? T. 7. D. 5. n. 11.

V. 5. *Deus aperuit mihi aurem.* Quid sit, aures apertas aperire? T. 10. E. à n. 51.

Cap. 53. v. 8. *Generationem eius quis enarrabit?* Quis inenarrabile nobis exposuit? T. 3. E. n. 68.

Cap. 55. v. 2. *Audite audientes.* Cur exigit, quod supponit? T. 10. E. n. 32. 26. D. 3. n. 3.

Cap. 58. v. 1. *Clama, ne cesses.* Quid signetur in continuatione clamoris? T. 6. E. n. 44.

V. 2. *Me de die in diem quærunt.* Quare ita quærentes non inquirunt? D. 6. n. 13.

Cap. 59. v. 4. *Non est, qui iudicet verè, sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates.* Quid nihil & vanitas, ut iudicij notetur perversitas? T. 8. D. 2. n. 12.

V. 6. *Opera illorum inutilia.* Cur si opera? T. 5. D. 2. à n. 2.

Cap. 60. v. 14. *Adorabunt vestigia pedum tuorum.* Quo intuitu? T. 3. E. n. 34.

Cap. 63. v. 1. *Quis est iste, qui venit?* Cur non cognoscunt? T. 7. D. 4. n. 10.

V. 2. *Quare rubrum est indumentum tuum?* Si rubrum, qua causa dicitur album? n. 9.

Cap. 65. v. 2. *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum.* Quid sit *Tota die*? & quare populus vocatur incredulus, dum Christus in cruce ad illum extendebat manus? T. 10. D. 2. n. 3.

V. 3. *Qui ad iracundiam provocat me, ante faciem meam semper.* Cur provocatur, & ante faciem habet, quem exterminare debet? n. 5.

V. 4. *Qui habitant in sepulchris.* Quo pacto, viventes? n. 4.

Ibid. *Et in delubris idolorum dormiunt.* Quo intuitu? ibid.

V. 5. *Qui dicunt: Recede à me, &c. isti fumus erunt in furore meo.* Cur Deus ita modò in vindictam fertur, dum illorum alia peccata dissimulantur? n. 5.

V. 20. *Puer centum annorum.* Quomodò centum annorum, si infans dicrum? T. 4. D. 2. n. 6.

Ieremiæ.

Cap. 1. v. 2. *Factum est Verbum Domini ad eum.* Quomodò factum, si verbum? T. 10. E. n. 49.

V. 10. *Constitui te, ut evellas, & destruas, & dissipes, & ædifices & plantes.* Cur quatuor munia in exterminium, & in erectionem duo tantùm? T. 7. D. 3. n. 15.

Cap. 2. v. 27. *Verterunt ad me tergum, & non faciem.* Quid haccine phrase intendatur? T. 5. E. à n. 18.

Cap. 4. v. 4. *Auferte præputia cordium.* Quæ cordium præputia? T. 10. E. n. 38.

Cap. 5. v. 23. *Recesserunt & abierunt.* An abitus sine recessu, & econtra? T. 2. E. n. 21.

Cap. 7. v. 24. *Facti sunt retrorsùm, & non in ante.* Quid hoccine stylo signetur? T. 5. E. à n. 18.

Cap. 8. v. 8. *Mendacium operatus est stylus mendax scribarum.* Quisnam & quomodò scribentis mendax stylus? T. 6. E. n. 40.

V. 22. *Quare igitur non est obducta cicatrix filiæ.* Quidni, plaga non est obducta cicatrice, sed cicatrix non obducta infictæ plagæ? T. 7. D. 4. n. 4.

Cap. 9. v. 3. *Quasi arcum mendacij & non veritatis.* Cur lingua fallax arcus mendax? T. 6. E. n. 41.

Cap. 11. v. 7. *Contestans contestatus sum.* Cur testimonium cum testificationis actione? n. 27. & 33.

Cap. 13. v. 15. *Audite, & auribus percipite.* Quo modo secùs? T. 10. E. n. 35. Quodnam discrimen utriusque? n. 44.

Cap. 15. v. 6. *Laboravi rogans.* Quomodò preces Dei ad homines usque ad laborem? T. 5. E. n. 20.

Cap. 17. v. 17. *Non sis tu mihi formidini: spes mea tu in die afflictionis.* Unde ille formidini in quo collocaverat spem? T. 2. D. 3. n. 15.

Cap. 18. v. 8. *Si pœnitentiam egerit gens, agam & ego pœnitentiam.* Quomodò Deum pœniteat, vel non pœniteat iuxta hominis pœnitentiam vel impœnitentiam? T. 6. E. n. 35.

V. 17. *Dorsum & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.* Cur ita Deus respondet? T. 5. E. n. 19. Quando ille dies? n. 20.

Cap. 23. v. 5. *Regnabit Rex.* Quorsùm Rex? T. 1. E. n. 23.

Cap.

Cap.30.v.12. *Insanabilis fractura tua : pessima plaga tua.* Unde cum præstanti medicina? T.8. D.2. n.3.

V.17. *A vulneribus tuis sanabo te.* Quo medicamine, si insanabilis plaga? n. 4.

V.24. *In novissimo dierum intelliges ea.* Quippini priùs? n. 10.

Cap.31. v.3. *Longè Dominus apparuit mihi.* Cur dicitur apparitio de longe, Dei præsentia in veteri lege? T.5. D. 1. n. 9.

Ibid. *In charitate perpetua dilexi te : ideo attraxi te.* Quomodò amore traxit, si amore trahitur? n.8.

V.16 & 17. *Revertentur de terra inimici, & est spes novissimis tuis.* Quo signo restaurationis excussum iugum tyrannicæ captivitatis? T.11. D.6. n. 5.

V.20. *Ex quo locutus sum de eo.* Quid sit, de aliquo loqui? T.6. E. n. 26.

V.22. *Creavit Dominus novum super terram. Fœmina circundabit virum.* Quodnam novum ultra novitatem Virginis-matris, & conceptionem ex se sola? T.11. E. n.49. Quare exponitur præteritum, quod futurum? D.2. n.2. D.3.n.2. Cur non infantem, aut puerum, sed virum? D.6. n. 5.

Cap. 32. v. 9. *Emi agrum.* Qua lege, si ex tribu Levi, agrum nequibat habere? T.6. E. à n. 19.

Cap.33. v. 1. *Factum est verbum Domini ad Ieremiam secundò.* Quomodò solùm secundò, quod factum sæpe & continuò? T.7. E. n.2.

V.6. *Obducam cicatricem & sanitatem, & curabo eos.* Cur cicatrici addit curationem? D. 4. num. 2. Cur etiam curationem post sanitatem? à n. 3.

Cap.37. v.8. *Euntes abibunt, & recedent à nobis.* Quare geminata suppositа? T. 2. E.n. 7.13 20. & 34.

Cap.42. v.4. *Omne verbum indicabo vobis, nec celabo vos quicquam.* Quorsùm negatio cum affirmatione negationis? T.7.E. à n.12.

V.19. *Scientes scietis.* Cur ita cognitio? T. 9. E. à n. 8.

Cap.44.v.22. *Propter malitiam studiorum.* In quo studiorum malitia? T.8. D.6. à n.10.

Cap.48. v. 10. *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter.* Unde fraudatio,& quomodò? T.5. D.2.n.6.

V.36. *Plus fecit, quàm potuit.* Quomodò plus, si fecit? T. 1. D. 1. n. 19.

Threnor.

Cap.1. v.5. *Dominus locutus est super eam.* Quid sit super aliquem loqui? T.6. E. n.26.

V. 6. *Ante faciem subsequentis.* Quid suppositо indicetur? T.5.E.n.25.

Cap.3. v. 1. *Ego vir videns paupertatem meam, in virga indignationis eius.* Quænam hæc sine ullo ordine. T.8. D.3.n.11. Quorsùm *Eius* sine ullius relatione? n. 12.

V.2. *Me minavit, & adduxit in tenebras.* Cur cæsit in obscuritate, & non in luce? n. 13.

Cap.4.v.3. *Lamiæ nudaverunt mammam.* Cur mammam tantùm? T.8. D. 6. n.7.

Baruch.

Cap.2. v. 1. *Ad iudices nostros, qui iudicaverunt.* Quare simul functio muneris & munus? T.1. E. n. 1.

Cap.4. v.2. *Ambula per viam.* Quid sit, per viam ambulare? T.2.à n.26. D.1. n.13.

Ibid. *Splendorem eius contra lumen eius.* Contra quem splendorem splendor viæ? ibid.

Ezechielis.

Cap.1. v.1. *Et factum est.* Quorsùm sine extremo particula coniunctionis? T.3.E. n 44.

V.9. *Non revertebantur cum incederent.* Quomodò, si revertebantur in similitudinem fulguris? T. 2. E. à n. 31.

Ibid. *Unumquodque ante faciem suam gradiebatur.* Quid sit, ambulare coram facie? n.30. Quo pacto ante faciem ambulabant, si revertebantur? n. 32. Quid sit, ante faciem ambulare? T.5. D.2. n. 8.

V.12. *Nec revertebantur, cum ambularent.* Si ambulabant, quid ly *Nec revertebantur*? ibid. Quomodò contraria, v.14. signantur? T.2.E.n.31. Cur non dicitur absolutè, non revertebantur, sed non revertebantur cùm ambularent? n.33.

V.14. *Ibant & revertebantur in similitudinem fulguris.* Quare fulguri conferuntur? à n. 34.

V.17. *Euntes ibant.* Quid est, ire eundo? n. 29.

Cap.2. v.6. *Neque sermones eorum metuas.* Cur sermones, dum despiciuntur serpentes? T.6. D.2. n.7.

Ibid. *Increduli & subversores sunt tecum.* Cur cum Ezechiele, & non cum alijs? Ibid. Qui dicantur subversores? à n. 8. & 18. Unde subversiores creduli & increduli? n. 12.

Ibid. *Cum scorpionibus habitas.* Quomodò, si cum hominibus? T.6. D.2. à n.2.D.4. à n. 11. Cum quibus scorpionibus? D. 2. à n. 6. T.7. D.3.n.16.

V.7. *Irritatores sunt.* Qua arte? n. 11.

Cap.3. v.3. *Sicut mel dulce.* Quidum dulce? T. 6. D.5. n. 14.

V. 10. *Auribus audi.* Quo ergo, nisi auribus? T. 10. E. n.35. Quis suis auribus non audit? T. 8. D. 2. n. 6.

Cap.10. v. 12. *Plena oculis in circuitu quatuor rotarum.* Utquid in rota oculi? T.6.D.5. n.6.

V. 13. *Rotas istas vocavit volubiles.* Quorsùm volubiles, si rotæ? ibid.

Cap.15. v.3. *Nunquid tolletur de ea lignum, ut fiat opus?* An possit ex ligno vitis opus confici? T.3. D.2. n.1. 9. & 13.

Cap.16. v.4. *Non est præcisus umbilicus tuus.* Quid signet umbilici præcisio? T.9. E. n. 50. 55.

Ibid. *Et aquâ non lota in salutem.* Quænam aqua salutaris in die ortus? à n. 54.

Ibid. *Nec sale salita.* Quid hoc? latè, à n. 49. Quid aqua salita sale? n. 54. Quid hìc dicatur sal? n. 56. Cur quando nata Synagoga, estò salsa, lege non fuit sale salita? à n. 51.

V. 40. *Lapidabunt te lapidibus.* Cur lapidanda & lapidibus Synagoga? T.9. E. n.71.

Cap.17. v. 24. *Siccavi lignum viride, & frondere feci lignum aridum.* Quare ex ariditate & viriditate ligni miraculum singulare? T.3. D.2. n. 10.

Cap.18. v.20. *Iustitia iusti super eum erit: & impietas impij erit super eum.* Quid hoc stylo notetur? T. 6. E. à n. 35.

Cap.24. v. 27. *Loqueris & non silebis.* Quisnam tacet loquens? n.44. T.10. D.4. n.19.

Cap. 44. v. 1. *Levitæ qui recesserunt à me in errore filiorum Israel*, &c.

V.13. *Non accedent ad omne sanctuarium meum iuxta Sancta-sanctorum.* Quare Deus minatur Levitis defunctionem officiorum sacerdotum; si sacerdotum nequibant perfungi officijs? T.5. E. n.11.

Quare Levitas repellit, si nullum Ieroboam in minis-

ſterium Vitulorum aſſumpſit, & ex univerſo Iſrael Levitæ fugerint Ieroſolymam? ibid.

Cap.27.v.12. *Per ſingulos menſes afferet primitiva.* Quomodò primitiva, ſi quolibet menſe? T.3. E.n.53.

Danielis.

Cap.2. v.5. *Sermo receſsit à me.* An dignitatis auctoritas, vel phantaſiæ ſtoliditas? T.7. D.3.n.11.

V.21. *Dat ſapientiam ſapientibus.* Si iam ſapientes, quomodò Sapientia data? T.9. E.à n.19.& 31.

Cap.4. v.11. *Succidite arborem.* Quare? T.8. D.5. à n.5.

Cap.5.v.6. *Tunc facies Regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum.* Cur ad ſcripta in pariete pavet, qui exercitum urbem expugnantem non timet? T.9. D.2. n.7.

Cap.7. v.5. *Ecce beſtia alia.* Ubi prima? T.1. D.3. n. 15. Cur eadem dicitur alia? ibid.

Ibid. *Similis urſo.* Cur dicitur urſus, in faſtigium dignitatis elevatus? ibid.

Ibid. *Tres ordines erant in ore eius.* Cur ordines in dentibus, qui debebant eſſe in ſubditorum auribus? ibid.

Ibid. *Et in dentibus eius.* Cur dentes vocantur Principes, & quare illorum dentes dicuntur Alæ? ibid.

Cap.8. v.5. *Super faciem totius terræ, & non tangebat terram.* Quomodò non tangebat, ſi ſuper illam ambulabat? T.2. E. n.35.

Cap.12. v. 3 *Docti fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti.* Quare ad inſtar firmamenti, qui fuerint docti? T.10. D. 4. n. 12.

V.10. *Impiè agent impij, porrò docti intelligent.* Quare docti in pravitate, dicuntur non intelligere? T.9. D. 2. n. 4.

Oſee.

Cap.7. v.11. *Columba ſeducta, non habens cor.* Cur ita, ad ſpeculum fœmina? T.9. D. 4. n. 5.

Cap.8.v.4. *Ipſi regnaverunt, & non ex me.* Quare ſi ipſe elegit? T.1. E. n.34.

Ibid. *Principes extiterunt, & non cognovi.* Quomodò non cognoſcit, quos eligi videt? T.3. D.6. n. 11.

Cap. 9. v. 2. *Vinum mentietur eis.* Quo pacto ex vini inopia, ſumma vitis excellentia? T.3. D.2.n.17.

V.12. *Væ eis, cùm receſſero ab eis.* Cur Dei abſentia calamitatum ultima? T.1.D.4. n.7.9. Unde non proprior, dum præſentior? n. 8.

V.15. *De domo mea eijciam eos.* Cur expulit, quos conabatur trahere? n. 6.

Ibid. *Non addam ut diligam eos.* Quare illum tædet amoris exhibiti? ibid.

Cap. 13. v. 14. *Ero mors tua, ò mors!* Quomodò mors Chriſti mors mortis? T.7. D.2.n.10.

Ioel.

Cap.1. v.2. *Audite hoc, & auribus percipite.* An differentia? T. 10. E. n. 43.

Amos.

Cap.1. v.3. *Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor.* Quid ſignet huiuſmodi dialectus? T.3.E.n.125.

Cap.9.v.1. *Non erit fuga eis: fugient.* Quomodò in fuga non fuga? T. 2. D. 4. n. 9.

Ibid. *Non ſalvabitur ex eis qui fugerit.* Quidni ſine fuga ſalus? n. 11.

Ionæ.

Cap.1. v.3. *Surrexit, ut fugeret in Tharſis à facie Domini.* Quomodò credebat faciem Domini fugere? T.5. E. n. 30.

V.12. *Tollite me, & mittite in mare, &c. propter me tempeſtas hæc grandis ſuper vos.* Quare mare exæſtuans non ceſſavit, quouſque navis in illud Ionam evomuit? T.2. D.2. à n. 13.

Cap.3. v. 10. *Miſertus eſt ſuper malitia, &c.* Quomodò ſine mutatione ſententiæ, mutatur divina ſententia? T. 6. E. à n. 35.

Cap.4. v.11. *Neſciunt quid ſit inter dextram & ſiniſtram.* Quid hoc? T.4. E. n. 5.

Micheæ.

Cap. 2. v. 5. *Ne loquamini loquentes.* Quid ſit loquendo loqui? T. 6. E. n. 37. Quid loqui, ſed non loquendo? T.11. D.4. n.5.

Cap.4.v.5. *Ambulavimus in nomine Domini.* Quid ſit in Dei nomine ambulare? T.5. E n.23.

Cap.5. v. 2. *Egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis.* Qui dies æternitatis, ut habeat initium? T.3. E. n. 127. 129.

Cap.7. v.1. *Væ mihi, quia factus ſum, ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ.* Unde ita lamentabilis conditio? T.1. D. 1. à n. 4.

V.2. *Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt.* Cur homo rectus & bonus, inter homines nec homo nec rectus? n. 6.

Ibid. *Omnes in ſanguine inſidiantur.* Cur omnes, cur inſidiæ & cur in ſanguine? n. 7.

Ibid. *Vir fratrem ſuum ad mortem venatur.* Quiſnam hic vir? n.8. Cur ſi frater? n. 9. Cur in venationem? n. 10. Quæ dicatur hominum venatio? n. 11.

V.3. *Malum manuum ſuarum dicunt bonum.* Quare, & quo artificio, ſi malum? n.17. & 22.

Ibid. *Princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt.* Quid & cur poſtulat, ut inde iudex ſine iure reddat? fusè à n.4. Cur dicit, poſtulat, & non Supplicat? n.5.

Ibid. *Magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, & conturbaverunt eam.* Quodnam in Principe dicatur animæ deſiderium? n.13. Cur in animæ conturbatione non dicitur cuius anima? n. 14.

V.4. *Qui optimus in eis, eſt quaſi paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe.* Cur confertur ſpino, qui ad ſpeciem bonus, & cur in rectitudine ſpinæ de ſepe? à n. 23.

Ibid. *Viſitatio venit: nunc erit vaſtitas eorum.* Quare non vaſtatur pravus iudex, vel in die viſitationis? à n. 21.

V. 5. *Nolite credere amico, & nolite confidere in duce.* Quando, & cur nec Prælato, nec amico credendum? à n. 14.

V.6. *Filius contumeliam facit patri.* Quippini iniuriam, ſed contumeliam. n. 6.

Habacuc.

Cap.1.v.13. *Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum.* Cui cui clara lumina, non videt mala? T.7. D.1. n.6.

Cap.3.v.4. *Splendor eius ut lux erit.* Quid lux cum ſplendore vel ſine illo? T.11. E.n.18. & 43.

V. 6. *Aſpexit & diſſolvit gentes.* Unde ſolutio catenarum ex aſpectu oculorum? D.4. n.4.

V. 17. *Non erit germen in vineis.* An calamitas, vel felicitas? T. 3. D. 2. n. 16.

V. 18. *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.* Quid quòd in vineis non sit germen, & videat Iesum, & cognoscat Salvatorem? num. 17.

Aggæi.

Cap. 2. v. 8. *Implebo domum istam glorià.* Unde in illo templo gloria plena? T. 11. E. n. 17.

V. 10. *Magna erit gloria domus istius novissimæ, plusquam primæ.* Quomodò si qui viderant plorabant præ exiguitate? ibid.

Zachariæ.

Cap. 6. v. 12. *Ecce vir, oriens nomen eius.* Si oriens, cur vir dicitur, & non infans? T. 11. D. 6. n. 5.

Cap. 7. v. 13. *Factum est, sicut locutus est.* Quorsùm *Sicut*? T. 6. E. n. 28.

Cap. 13. v. 3. *Non vives, quia mendacium locutus es in nomine Domini.* Quid sit, in nomine Domini mentiri? T. 7. D. 3. n. 13.

V. 6. *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Cur non abolita vulnerum hostium vestigia, reconciliatione facta? T. 2. D. 3. n. 14. Cur non respondet ad quid? T. 7. D. 3. n. 11

Ibid. *His plagatus sum.* Quomodò plagatus à plagis? T. 7. D. 2. n. 12.

Ibid. *In domo eorum qui diligebant me.* Cur plagatus queritur de diligentibus? n. 14.

Malachiæ.

Cap. 3. v. 6. *Ego Dominus & non mutor.* Quomodò si lata sæpe revocatur sententia? T. 6. E. à n. 31.

Cap. 4. v. 2. *Orietur Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.* Cur Sol alatus? T. 4. D. 1. n. 2.

1. Machabæor.

Cap. 4. v. 50. *Accenderunt lucernas, & lucebant in templo.* Ad quid si lucebant, accenderunt? T. 11. E. n. 20. & 43.

Cap. 5. v. 40. *Potens poterit adversus nos.* Quid est, potenter posse? T. 1. E. n. 30.

Cap. 10. v. 15. *Narraverunt prælia & virtutes & labores, quos laboraverunt.* Cur simul narrantur labores, prælia & virtutes? T. 5. D. 2. n. 3.

2. Machabæor.

Cap. 1. v. 25. *Qui feciſti patres electos.* Quomodò, ut eligerentur, electi? T. 3. D. 6. n. 11.

Cap. 9. v. 5. *Insanabili & invisibili plagâ.* Cur insanabilis plaga invisibilis? T. 7. D. 3. n. 4.

V. 13. *Orabat hic sceleſtus Dominum, a quo non esset misericordiam consecuturus.* Cur si dolentibus semper misericors adest? n. 3. Cur dicitur sceleſtus? n. 4.

Novum testamentum.

Matthæi.

Cap. 1. v. 1. *Liber generationis Iesu Christi.* Cur in illa nulla Adami memoria? T. 11. D. 1. n. 13.

V. 6. *Iesse genuit David Regem.* Quid si non rex, sed homo gignitur? T. 3. D. 6. n. 15 T. 11. D. 1. n. 4.

Ibid. *David autem rex genuit Salomon in.* Cur qui non rex regem genuit, & rex regem non produxit? T. 3. D. 6. n. 15.

V. 16 *De qua natus est Iesus.* Cur in origine Virginis, filius exponitur, & non parentes? T. 11. E. n. 46. D. 1. à n. 1. Unde Virginis ortus, ex eo quòd nascatur filius? D. 2. à n. 4. & 9.

V. 18 *Christi autem generatio sic erat.* Quid est sic? T. 3. D. 3. n. 12. T. 11. D. 1 n. 13. D. 3. n. 10.

V. 20. *Quod in ea natum est, de Spiritu-Sancto est.* Cur non *In* Spiritu Sancto? T. 3 E. num. 87. Quomodò de Spiritu-Sancto? num. 122. 140. T. 11. D. 6. n 10.

V. 22. *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium.* Quare dicitur in utero, si conceptio? T. 11. D. 3. n. 9.

V. 25. *Non cognoscebat eam, donec peperit.* Quid ly *Donec*? T. 3. D. 1. à n. 123.

Cap. 2. v. 1. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Cur notantur voce Sapientum, & non Principum? T. 9. D. 2. n. 12.

V. 12. *Per aliam viam reverſi sunt* Quid sit, per aliam reverti viam? T. 2. E. n. 14.

V. 17. *Dictum est per Ieremiam prophetam, dicentem.* Quo proposito additur *dicentem*? T. 6. E. à n. 27.

Cap. 3 v. 2. *Appropinquavit regnum cœlorum.* Quid significatur per regnum cœlorum, vel regnum Dei? T. 1. E. n. 27.

Cap. 4. v. 18. *Mittentes rete in mare.* Cur Christus non vocavit antequàm mitterent? T. 9. D. 5. n. 15.

V. 20. *Continuò relictis retibus secuti sunt eum.* Si rete unum, unde modò pluralitas retium, & quare continuò reliquerunt rete? ibid.

Cap. 5. v. 1 *Ascendit in montem.* Quemnam? T. 4 D. 3. n. 3. Cur ascensus dicitur, quod à Luca descensus n. 7.

V. 3. *Beati pauperes* &c. Quare beatitudines specie infelicitatis? n. 6. Cur in Thabor ascendit, ut indiceret beatitudines? n. 4.

V. 10. *Beati, qui persecutionem patiuntur, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Quare non erit, sed est in persecutione, cùm in persecutione non sit? T. 4. D. 3. n. 4.

V. 14. *Vos estis lux mundi.* Quomodò, si inter homines maior, non erat ille lux? T. 11. E. n. 28. & à n. 36.

V. 16. *Ut videant opera vestra.* Utquid luce iunguntur opera? T. 9. D. 2. à n. 10.

V. 40. *Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere; dimite ei & pallium.* Quare removet vexatum à lite, si iudex est in litis diremptionem? T. 9. D. 2. n. 7.

Cap. 6. v. 22. *Si oculus tuus fuerit simplex*, &c. Quid & unde oculus nequam & simplex? T. 11. E. à n. 39.

V. 23 *Ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Quænam tenebræ tenebrarum? n. 42.

Cap. 8. v. 3. *Confestim mundata est lepra eius.* Cur mundatus & confestim? T. 7. D. 3. n. 10.

V. 8. *Dic verbo.* Quorsùm *Verbo*? T. 6. E. n. 30.

Cap. 10 v. 10. *Neque duas tunicas.* Cur modò unam permittit, & pòst vel unicam prohibet? T. 8. D. 5. n. 12.

Ibid. *Neque virgam.* Quare si orbis rectores mittuntur? T. 1. D. 2. n. 13.

V. 16. *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* Quorsùm huiusmodi consilium? T. 8. D. 4. à num. 4.

Index locor. Sacr. Script.

Ibid. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* An sub columbina simplicitate, amplior calliditas in serpente? T.6. D.4. n.1.

V.27. *Quod in aure auditis prædicate super tecta.* Quid sit in aure audire? T.10. E.n.53.

V. 31. *Multis passeribus meliores estis vos.* Quibusnam ex multis? T.7. D 2. n.5. & 9.

V. 35. *Nurum adversus socrum suam.* Quare inter illas mittit ensem, inter quas necessarium mittere pacem? T.2. E.à n. 18.

Cap.11.v.7. *Quid existis in desertum videre?* Si vox, quidni dicit audire? T.5. D.3. n. 12.

Ibid. *Arundinem vento agitatam?* Quo pacto constantia amoris ex agitatione arundinis? T. 10. D. 6. n. 18.

V. 9. *Plusquàm Prophetam.* In quo plus? T. 5. D. 3. à n. 3.

V.11. *Non surrexit inter natos mulierum maior.* In quo maior? T.11. D. 4. n. 6.

V.14. *Ipse est Elias.* Quomodò? T.5. E.à n. 5.

V. 15. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Quid in auditum, aures audiendi? T. 10. E. à num. 28. Qui habet aures audiendi, & non audit? num. 32. T. 6. D.1 num.15.& 17. Cur in fine laudum Ioannis, optat auditoribus aures audiendi? T. 5. D. 3. n. 12.

V. 27. *Nemo novit filium, nisi Pater.* Quid, si uterque se perfectè cognoscit? T. 3. E. n. 62. Quomodò si Petrus filium adequatè cognovit? ibid. & T. 11. D. 2. n. 4.

Cap.12. v.18. *Puer meus, quem elegi.* Quorsùm additur electio? T 5. D.3. n. 11.

V. 40. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti, sic erit filius hominis in corde terræ.* Unde sic, Iona vivo, & Christo mortuo? T.7. D.2. n. 2. 8.

V. 42. *Ecce plus quàm Salomon hic.* In quo plus? T.10. D.5.à n.5-T.11. D. 3. n. 1.

Cap.13. v.13. *Videntes non vident.* Cur abnuitur, quod supponitur? T.5. D. 2. n 9.

Ibid. *Audientes non audiunt.* An implicatorium? T. 6. D.1. n 15-T 10. E.à n. 32.

V.14. *Auditu audietis.* An sic auditio? n. 43.

Ibid. *Videntes videbitis & non videbitis.* Unde in visione cæcitas? T. 5. D. 2. n. 9.

V. 15. *Auribus graviter audierunt.* Quid sit graviter audire? T.10. E. n. 39.

Ibid. *Auribus audiant.* Quo ergo? n. 35.

V. 25. *Cum dormirent homines.* Cur quietem expectavit, ut superseminaret zizania? T. 2. D. 1. num.15. Quare zizania, & non aliud malum semen? n. 19.

Ibid. *Venit inimicus.* Unde inimicus constat? ibid. Cur non seminavit, sed superseminavit? num. 17. Quare abivit, postquàm superseminavit? n. 16.

V. 26. *Cùm crevisset herba, &c.* Cur non illicò suffocata zizania? T.8.D.4. n.9.

V.27. *Unde ergo habet zizania?* Cur non ita solicitudo de zizanijs, quàm unde venerint? T. 1. D. 3. n. 6-T 2. D.1. n.15. Cur agricola non interrogat unde, sed servi? T.8. D. 4. n.10.

V. 28. *Inimicus homo hoc fecit.* Cur inimicus dicitur fecisse? T. 10. D. 1. num. 14. Quis hic homo? T. 2. D. 1. à n. 15. Cur si diabolus, dicitur homo? n. 17.

Ibid. *Vis, imus, & colligimus ea?* Quare renuit exterminare zizania? n.18. T.8. D.4. n.10.

Cap. 16. v. 13. *Quem dicunt homines, esse filium hominis?* Si de filio hominis quæritur, unde aptè Petrus respondet: *Tu es Christus filius Dei?* T. 3. D.3. à n.10.

V. 16. *Tu es Christus filius Dei vivi.* Cur Petrus addit *Vivi*, si in Deo nequit non esse vita? T.3. E. à n.67. Cur dicit *filius*, si verbum est? n. 68.

V.17. *Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater, &c.* Quomodò si à filio, de Patre dicitur huiusmodi revelatio? T.11. D.2. n.4.

Cap.18.v.10. *Angeli eorum.* Cur mali Angeli non dicuntur nostri? T. 2. D. 1. n. 9.

Cap.19. v.27. *Reliquimus omnia.* Quomodò omnia reliquit, qui penè nihil habuit? T.9. D.5. n.9. 13. Cur dicit *Ecce?* à n. 14.

Cap.20. v. 25. *Scitis, quia principes gentium dominantur eorum.* Cur dicit, *Scitis?* & an interrogatio vel affirmatio? T.1. D.2. n. 12.

Ibid. *Potestatem exercent in eos.* Cur usus potestatis vocatur exercitium? n. 6.

Cap. 21. v. 12. *Cathedras vendentium columbas evertit.* Cur expellitur simplicitas columbina? T. 6. D. 3. n. 2.

Cap.22. v. 20. *Cuius est imago hæc & superscriptio?* Cur nam superscriptio, & non scriptio? T. 3. D. 6. n. 13.

Cap. 24. v. 17. *Qui in tecto, non descendat.* Quomodò si fugit, qui in tecto erat, non descendet? T. 10. E. n. 53.

V. 36. *De die autem illa & hora nemo scit, nisi solus pater.* Quomodò filius potest nescire? T. 3. E. à n. 63.

Cap.25. v.1. *Exierunt obviam sponso & sponsæ.* Si una sponsa & unus sponsus, cur non dicitur unus & una? T.3. D.5. n. 1.

V.6. *Media nocte clamor factus est.* Unde clamor? T.7. D. 6. num. 7. An insignis, quia in medio noctis? n. 6.

Ibid. *Exite obviam.* An virginum perfectio, vel imperfectio? n.16.

Cap.26. v.22. *Cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum?* Cur de se singuli cogitant, quod dictum illis, sed non de illis? T.6. D.1. n. 3.

V.25. *Nunquid ego sum Rabbi?* Quare perfidus inquirit, quod cognoscit? n.4.

Ibid. *Tu dixisti.* Cur singillatim Christus notat? Et quare illi respondet, & non alijs? ibid.

V. 27. *Bibite ex hoc omnes.* Cur Iudæ calicem tradidit, qui corpus minimè sumpsit? T. 7. D. 1. n. 14.

V. 38. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Quare usque, & non propter? T.3. D.4. à n.11-T.4. D.1. à n.13.

V. 43. *Invenit eos dormientes.* Cur Christi amplior angustia ex sociorum oscitantia? T. 10. D. 6. n. 8.

V. 56. *Discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.* Cur amorem Christi percusit præ omnibus fuga Petri? An maior dolor vulneris, quod essent omnes? An quòd fugerent, vel quòd tunc fugerent? ibid.

V. 60. *Venerunt duo falsi testes.* Quomodò falsi? T.6.E. n. 40.

Cap. 27. v. 28. & 29. *Chlamydem coccineam circumdederunt ei: & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem, &c.* Quomodò rex expressus in amore subditorum fixus, cum arundine quam rapit leviter ventus? T. 10. D.6. n. 18.

Ibid.

Ibid. *Genu flexo ante eum, illudebant ei.* Quomodò illudebant, si adorabant? T. 5. D. 2. n. 11-T. 8. D. 6. n. 16.

V. 54. *Verè filius Dei erat iste.* Unde cognovit? T. 7. D. 1. n. 13.

Cap. 28. v. 20. *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Quo ingenio, si transit ad Patrem ex hoc mundo? T. 10. D 6. n. 20.

Marci.

Cap. 1. v. 10. *Spiritum tanquàm columbam descendentem, & manentem in ipso.* Cur super illum mansit instar columbæ descendens? T. 7. D. 6. n. 19.

Cap. 2. v. 3. *Venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.* Cur introducere intenditur, si paralyticus introducendus cognoscitur? T. 2. D. 4. n. 3. Quare à quatuor portabatur? n. 4.

V. 4. *Et cùm non possent offerre.* Quidni, inferre? n. 3.

Ibid. *Nudaverunt tectum, ubi erat: & patefacientes summiserunt.* Cur tantus labor in evectionem, si poterant expectare egredientem? n. 4. & 5. An pejus, tectum nudari, vel patefieri? n. 7. & 11.

V. 26. *Sub Abiathar principe sacerdotum.* Quomodò si sub Achimelech? T. 6. E. à n. 7.

Cap. 3. v. 17. *Boanerges, quod est, filij tonitrui.* Cur fulmini conferuntur? T. 2. E. n. 35.

Cap. 4. v. 12. *Audientes audiant.* An aliter? T. 10. E. n. 35.

V. 24. *Videte quid audiatis.* Quare hìc entitas & alibi commendatur audiendi modus? D. 1. à n. 1. Cur videte, de audiendis? n. 4.

Cap. 6. v. 25. *Cùm introisset statim cum festinatione.* Quorsùm instantia tanta? T. 8. D. 5. n. 7.

Cap. 8. v. 34. *Si quis vult me sequi, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Quid, qui vult sequi, sequatur? T. 5. D. 2. à n. 4. Cur necessaria sui abnegatio in sequelam, & etiam tollere crucem? n. 5.

Cap. 9. v. 48. *Omnis victima sale salietur.* Quid sit sale saliri? T. 9. E. à n. 49.

V. 49. *Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.* Quid sal ad pacem? & cur sal & non sales? n. 59.

Cap. 10. v. 42. *Scitis, quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis.* Cur dicit, *Scitis*? T. 1. D. 2. n. 12. Cur non dicit, principantur, sed videntur principari? T. 1. E. n. 34. D. 2. n. 11. Quomodo & à quo dominandi, ut dominentur? n. 3.

Ibid. *Principes eorum potestatem habent ipsorum.* Quomodò in potestate honoris, potestas tantùm à subditis? à n. 4. Cur dicit potestatem, & non ipsorum subiectionem? n. 5.

V. 43. *Non ita est autem in vobis.* Cur non ita dominaturi, si destinantur dominationi? à n. 12.

V. 50. *Proiecto vestimento exiliens venit ad eum.* Cur hic cœcus ut visum recipiat, vestimentum amandat? T. 8. D. 5. n. 13.

Cap. 13. v. 7. *Cum audieritis bella, & opiniones bellorum.* Cur inter bella refert opiniones? T. 9. D. 2. n. 5.

V. 32. *Nemo scit, neque filius, nisi Pater.* Cur si filius non ignorat? T. 3. E. à n. 63.

V. 37. *Quod vobis dico, omnibus dico.* Quomodò. T. 6. D. 1. n. 12. Cur dicit hoc in articulo, *Vigilate*? ibid.

Cap. 14. v. 24. *Hic est sanguis meus novi testamenti.* Cur ab Ecclesia additur, *Æterni*? T. 10. D. 6. n. 15.

V. 34. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Cur non morte tristatur, sed tempore? T. 3. D. 4. à n. 11. T. 4. D. 1. à n. 13.

V. 65. *Cœperunt conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere.* Cur ut percuterent percussi faciem velarunt? T. 7. D. 1. à n. 2. Quorsùm velata facies, si noverat percutientes? n. 4.

Cap. 15. v. 19. *Percutiebant, & ponentes genua, adorabant eum.* Qua arte adorantes percutiebant? T. 8. D. 6. n. 16.

Cap. 16. v. 19. *Sedet à dextris Dei.* Quid sit, ad Dei dexteram sedere? T. 3. E. n. 121.

Lucæ.

Cap. 1. v. 15. *Erit magnus coram Domino.* Quomodò si puer? T. 5. D. 3. n. 8. & 14.

Ibid. *Spiritu-Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.* Utquid *Suæ*, si dixerat, matris? T. 11. D. 4. n. 9.

V. 20. *Ecce eris tacens & non poteris loqui usque in diem, quo hæc fiant.* Cur si hæc pro Ioannis nativitate facta, in nativitate non solvitur lingua? T. 5. D. 3. n. 14.

V. 27. *Nomen Virginis Maria.* Cur nominatur Virgo in incarnatione Verbi, & nequaquàm à partu purgatione? T. 9. D. 6. n. 14. Quæ & quanta in Virginis nomine bona. T. 11. D. 5. n. 2.

V. 28. *Dominus tecum.* Quidni, tu cum Domino? T. 5. E. n. 23.

V. 34. *Quomodò fiet istud?* Quomodò factum? T. 3. D. 3. n. 4.

V. 35. *Spiritus-Sanctus superveniet in te.* Quorsùm, si iam gratia plena? T. 3. E. n. 24.

V. 39. *Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione.* Quare festinè? T. 11. D. 4. n. 1. Cur dicitur, exurgens? n. 2.

V. 44. *Ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo.* Cur ex voce Virginis lætitia infantis? T. 4. D. 2. n. 9. Quare si gaudium ex voce Sponsi, tribuitur matri? T. 11. D. 4. n. 4. Quomodò audijt Ioannes per aures genitricis? T. 8. D. 2. n. 5.

V. 48. *Beatam me dicent omnes generationes.* Quænam hæ? T. 11. D. 2. n. 10.

V. 57. *Elisabeth impletum est tempus pariendi & peperit filium.* Cur quæ necessaria, sunt expressa? T. 5. D. 3. n. 11.

V. 58. *Audierunt vicini.* Quid audierunt, illa parturiente? n. 3.

Ibid. *Magnificavit Dominus misericordiam cum illa.* Cur Ioannis nativitas non solùm gratia, sed gratia magnifica? n. 8.

V. 63. *Mirati sunt universi.* Unde fomes admirationis, si ortus Præcursoris naturalis? n. 11.

V. 65. *Divulgabantur omnia verba hæc.* Quæ verba? n. 5.

V. 66. *Posuerunt omnes quia audierant in corde suo.* Si verba, cur non in aure, sed in corde? n. 7. & 13.

Ibid. *Quis putas puer iste erit?* Quippini, est? n. 2. Quare Quis, & non qualis, vel quid? n. 14.

V. 76. *Præibis ante faciem Domini.* Quid sit, ante Domini faciem? T. 5. E. n. 32.

Cap. 2. v. 7. *Peperit filium suum.* Cur dicit *Suum*, si non alium, nisi suum potest fœmina parere? T. 11. D. 6. n. 4.

V. 11. *Natus est vobis hodie Salvator.*

Index locor. Sacr. Script.

V. 12. *Et invenietis infantem pannis involutum, &c.* An illud infallibile signum, ad iudicandum salvatorem natum? ibid.

V. 15. *Videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.* Quomodò fit & ostenditur verbum? T. 10. E. n. 50.

V. 21. *Postquam consummati sunt dies octo.* Quomodò postquàm, si in tempore opportuno? T. 4. D. 1. à n. 5. Quo pacto consummati, si ante dierum consummationem? n. 10.

Ibid. *Ut circumcideretur puer.* Cur non accepisse, exprimitur? T. 3. D. 4. n. 10. Cur vulnus circuncisionis amoris vulnus? & quare non vulnus designatur, sed mors? ibid.

V. 22. *Postquàm impleti sunt dies purgationis eius.* Cuius? T. 9. D. 6. n. 14. Cur non nominatur Virgo in purificatione, & puer signatur nomine, dum circunciditur? n. 18.

V. 24. *Par turturum, aut duos pullos columbarum.* Cur duos? n 17.

V. 32. *Lumen ad revelationem gentium.* Unde & quomodò Christus lux? T. 11. E. à n. 28.

V. 35. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Quandò? T. 5. D. 4. n. 13.

Cap. 3. v. 2. *Factum est verbum Domini super Ioannem.* Quomodò verbum fit? T. 5. D. 3. n. 13-T. 10. E. n. 50.

V. 38. *Adam, qui fuit Dei.* Unde Adam ex Deo? T. 3. E. n. 122.

Cap. 5. v. 17. *Virtus Domini erat ad sanandum eos.* Quare non sanantur, si valebat virtus? T. 6. D. 1. n. 16.

V. 19. *Ascenderunt supra tectum, & per tegulas summiserunt.* Cur erigi paralyticum desperant, ni supra tectum attollant? T. 2. D. 4. n. 4. Cur introducunt per tegulas, & non per ostium? n. 5.

Cap. 6. v. 16. *Et Iudam Iscariotem, qui fuit proditor.* Quomodò fuit, qui futurus? T. 10. D. 6. n. 9.

V. 17. *Descendens cum illis.* Quomodò si ascendens in montem exposuit beatitudines? T. 4. D. 3. n. 7.

V. 18. *Ut audirent eum, & sanarentur.* Cur ut sanarentur; & non, ut sanaret audientes? T. 10 D. 3. n. 12. A quo sanandi? ibid.

Cap. 7. v. 37. *Ut cognovit, quòd accubuisset in domo Pharisæi.*

V. 38. *Lachrymis cepit rigare, &c.* Cur flevit, dum vbi Christus esset, cognovit? T. 7. D. 6. n. 15.

V. 47. *Dilexit multùm.* An lachrymis constet? ibid.

V. 50. *Vade in pace.* Cur addit, *in pace*? T. 7. D. 4. n. 12.

Cap. 8. v. 18. *Videte quomodò audiatis.* Unde modus in necessarijs sensationibus? T. 10. D. 1. à n. 1.

Cap. 9. v. 62. *Nemo mittens manum suam ad aratrum, &c.* Cur reversio in sæculum, aratrum vocatur? T. 2. D. 1. n. 1.

Cap. 11. v. 15. *In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* Quare hoccine de Christo cogitant? T. 9. E. n. 24.

V. 28. *Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt.* Unde felix qui custodit, & non qui audit? T. 10. D. 3. à n. 10.

V. 31. *Ecce plus quam Salomon hic.* In quo plus? T. 10. D. 5. à n. 5-T. 11. D. 3. n. 1.

V. 35. *Vide, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.* Cur dicit, *Vide*? T. 11. E. à n. 38. Unde tenebræ, quòd lumen? n. 39.

V. 36. *Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, &c.* Quid sit totum lucidum? à n. 42. Quomodò lucidum habens partem tenebrarum? n. 41.

Ibid. *Sicut lucerna fulgoris.* Quid sit? n. 21. & 33.

Cap. 12. v. 35. *Lucernæ ardentes in manibus vestris.* Quæ in homine interiore lucernæ ardentes? n. 39. Quomodò ardent & lucent? ibid.

V. 49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?* Cur exprimitur effectus necessarius, dum ignis missus? T. 10. D. 3. n. 6. Unde pendet, quòd accendatur, vel extinguatur? ibid.

V. 50. *Coarctor, usque dum perficiatur.* Cur Christus in redemptionem urgetur? T. 4. D. 1. n. 7.

Cap. 13. v. 11. *Annis decem & octo: & erat inclinata, nec omninò poterat sursùm respicere.* Quid maius in huiusmodi infirmitate, præter tempus? T. 4. D. 4. n. 11.

V. 12. *Vocavit eam ad se.* Quare? & cur non dicitur venisse vocata? n. 8.

V. 13. *Imposuit illi manus.* Quorsùm manuum, & non manus impositio, ut exigeretur? à n. 9.

Ibid. *Confestim erecta est, & glorificabat Deum.* Cur simul vocatio proponitur & erectio? n. 8. Unde Dei gloria ex fœmina erecta? à n. 10.

Cap. 14. v. 3. *Dixit dicens.* Quare participium verbi coniungitur verbo? T. 6. E. à n. 27.

Cap. 15. v. 17. *In se reversus.* An pridem extra se, & cur? T. 8. E. n. 52.

V. 18. *Pater peccavi in cœlum, & coram te.* Quidni in te, & coram cœlo? T. 5. E. n. 26.

Cap. 16. v. 24. *Crucior in hac flamma.* Quare Hæc? T. 6. D. 4. n. 8.

V. 28. *Habeo quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* An charitas, vel malignitas? T. 4. D. 8. n. 9.

Cap. 17. v. 32. *Memores estote uxoris Lot.* Cur non alterius? T. 9. E. n. 63.

Cap. 18. v. 14. *Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* Quare, & nequaquàm Pharisæus? T. 7. D. 3. n. 10.

V. 34. *Ipsi nihil horum intellexerunt, &c.* Cur toties ignorantiam exprimit? T. 8. E. à n. 27. Unde maior sine intellectione intellectio? D 5. n. 13.

Cap. 21. v. 9. *Cùm audieritis prælia & seditiones.* Cur alibi, opiniones? T 9. D 2. n. 5.

Cap. 22. v. 25. *Qui potestatem habent super eos, benefici vocantur.* Quomodò benefici, studentes subditorum punitioni? T. 1. T. 2. n. 6.

V. 36. *Sed nunc, qui habet saccum, &c.* Cur dicit, *Nunc*? T. 8. D. 5. n. 12.

Ibid. *Qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium.* Quorsùm cum tanto dispendio gladius, si prohibetur usus? T. 4. D. 4. à n. 6. Cur gladius portandus, sed sine tunica? T. 8. D. 5. à n. 12.

V. 44. *Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Unde sudor, & sudor sanguinis? T. 4. D. 1. n. 7. An sudor sanguinis ex angore, vel angor ex guttis sanguinis? n. 13.

V. 61. *Conversus Dominus respexit Petrum.* Unde erga Petrum amor eximius huiusmodi Christi respectus? T. 10. D. 6. n. 8.

Cap. 23. v. 33. *Ibi crucifixerunt eum.* Quo corporis situ & quare? T. 5. E. n 20.

V. 43. *Hodie mecum eris in paradiso.* Cur auditus ita citò, qui fuerat insignis latro? T. 7 D. 3. n. 2.

Cap. 24. v. 15. *Ipse Iesus appropinquans ibat in illis:* An signum amoris singularis peregrina species? T. 10. D. 6. n. 19. Cur species mutatur? T. 7. D. 5. n. 16.

V. 19. *Quibus ille dixit: Quæ?* Cur inquirit quæ cognoscit? T. 7. D. 1. n. 5. Cur non inquirit, à quibus? ibid.

V. 25. *O stulti & tardi corde!* An ullum discrimen?

T. 8. E. à n. 29. Cur tardi corde, & non mente? T. 7. D. 5. n. 16.

V. 31. *Cognoverunt eum, & ipse evanuit.* Quare disparuit cognitus? ibid.

V. 34. *Surrexit Dominus verè.* Quid est, verè resurgere? T. 7. D. 2. n. 13.

V. 35. *Cognoverunt eum in fractione panis.* Unde ex Eucharistia cognita corporis gloria? n. 14.

V. 45. *Tunc aperuit illis sensum.* Quid sit rationalium sensum aperire? T. 8. E. n. 43.

Ioannis.

Cap. 1. v. 1. *In principio erat Verbum.* Cur non dicit, erat filius? T. 3. E. n. 68. Cur non plura verba in Patre, sed unicum Verbum? ibid.

V. 3. *Omnia per ipsum facta sunt.* Quid significat tò *Per*? n. 112. & 119.

Ibid. & v. 4. *Quod factum est, in ipso vita erat.* Quomodò nostra vita in Verbo Dei? T. 11. E. n. 29. & 33.

Ibid. *Et vita erat lux hominum.* Cur Christus non dicitur vera vita, sicut dicitur vera lux? à n. 33. Quomodò dicitur lux & vita simul? 34. An sit propriè lux, sicut est vita? ibid. Quare non plauditur lux Angelorum, sed hominum? n. 35.

V. 8. *Non erat ille lux.* Quomodò si lucerna lucens? T. 11. E. n. 28. & 36.

V. 9. *Erat lux vera.* Quo intuitu vera, si non est, quæ falsa? T. 8. D. 6. n. 2. Quomodò si Deus nequit esse verè lux, Verbum dicitur lux vera? T. 11. E. à n. 25. & 32.

Ibid. *Quæ illuminat.* Si vita & lux, quare non dicitur vita vivificans, sicut lux illuminans? n. 35. Quomodò illuminat, si non est lux? n. 29.

Ibid. *Omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quidni Angelum? n. 35. Cur dicitur *Venientem*, & non, *Qui venit.* T. 4. D. 2. n. 9. Cur in mundum venientem, & non ex matris utero? n. 12.

V. 14. *Vidimus gloriam eius.* Unde, si invisibilis? T. 11. D. 6. n. 10.

Ibid. *Quasi unigeniti à Patre.* Cur dicitur Unigenitus? T. 3. E. n. 68.

V. 15. *Hic erat, quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est.* Quid ly *factus*? n. 70. Quid factus? n. 120. Quomodò? n. 122. Cur *Hic erat*, & non *est*? n. 70. & 120.

Ibid. *Quia prior me erat.* Quare non dicit, *Prius*? ibid.

V. 18. *Unigenitus, qui est in sinu Patris.* Cur pater non potest alium habere filium? n. 66-68. & 71.

V. 20. *Confessus est, & non negavit: & confessus est.* Quænam & ad quid huius locutionis formula? T. 6. E. à n. 43. An veritas possit dici, & simul affirmatione negari? T. 7. D. 4. n. 6.

V. 23. *Ego vox.* Quomodò? T. 5. D. 3. à n. 6. Cur dicitur vox, & non vocalis, sicut cæteri? n. 14.

V. 30. *Hic est, de quo dixi.* Cur primò Ioannes dixit, *Hic erat*, & modò, *Hic est*? T. 3. E. n. 70.

V. 31. *Ut manifestetur in Israel.* Si Christus patebat oculis, quid manifestandum? T. 7. D. 6. n. 19.

Cap. 2. v. 23. *Multi crediderunt in nomine eius.* Cur Iesus credentibus non credebat? T. 3. E. n. 27.

Cap. 3. v. 3. *Nisi quis renatus fuerit denuò.* Quid cum virtute crucis mysterium baptismatis? D. 2. n. 12.

V. 8. *Vocem eius audis, sed nescis unde veniat, aut quò vadat.* Quandò in voce necessarium scire, quò vadat, aut unde veniat? T. 10. D. 1. n. 3.

V. 14. *Sicut Moyses exaltavit, serpentem in deserto, ità exaltari oportet filium hominis.* Cur si dæmon serpentis figuram assumpsit, ut hominem falleret; Christus serpenti confertur, ut hominem redimeret? T. 3. D. 1. n. 5. Quomodò sicut? n. 4.

V. 16. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Quid est *Sic*, in dilectione? T. 5. D. 1. n. 4. T. 10. D. 5. n. 9. T. 11. D. 1. n. 6. Unde ex huiusmodi amoris exhibitione clareat dilectio Spiritus-Sancti? T. 5. D. 1. n. 5.

V. 29. *Amicus Sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem Sponsi.* Cur dicit, Stat, & gaudet, & propter vocem Sponsi; dum Ioannes amicus exultavit ad vocem Mariæ? T. 11. D. 4. n. 4. Quare non solùm gaudet, sed gaudio? ibid.

Cap. 4. v. 6. *Sedebat sic supra fontem.* Quid sic sedere? T. 5. D. 1. n. 4.

Cap. 5. v. 2. *Quinque porticus habens.* Quænam in ægros & quænam in sanos? T. 2. D. 4. à n. 6.

V. 3. *Iacebat multitudo magna languentium, &c.* Cur tanta multitudo iacebat? T. 8. D. 2. num. 7. Quænam porticus in quibus iacebat? T. 2. D. 4. num. 7. Cur nullus inter languentes describitur surdus? T. 10. D. 3. à n. 13.

V. 4. *Qui prior descendisset.* Unde tantæ multitudinis ambitus, si duntaxàt sanabatur unus? T. 2. D. 4. n. 7. An à sanitate unius penderet tanta multitudo languentium? T. 8. D. 2. n. 8.

V. 17. *Pater meus usquemodò operatur, & ego operor.* Quomodò ille operatur usquemodò, sicut Pater? T. 3. E. n. 61.

V. 19. *Non potest filius à se facere quicquam.* Quomodò si operatur usquemodò sicut Pater? ibid.

V. 25. *Mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, vivent.* Quidni, qui servaverint? T. 10. D. 3. n. 15.

V. 35. *Erat lucerna ardens & lucens.* Cur utrumque? T. 11. E. n. 20.

V. 43. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis.* Cur non receperunt Christum, recepturi scelera-tum? T. 10. D. 6. n. 11.

Cap. 6. v. 5. *Unde ememus panes?* Cur dicit Unde? T. 7. D. 5. n. 3.

V. 6. *Dicebat tentans eum: ipse enim sciebat, quid esset facturus.* Cur interrogat, si quid faciendum præcognoverat? n. 3. Unde ministro tentatio? n. 4.

V. 55. *Caro mea verè est cibus, &c.* Quomodò verè, si verus cibus non est? T. 11. E. n. 29.

V. 57. *Qui manducat me, ipse vivet propter me.* Quomodò si unusquisque per se vivit? T. 3. E. n. 28-T. 10. D. 6. n. 23.

V. 63. *Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Quare vita signantur, si spiritus præferuntur? D. 4. n. 11.

V. 68. *Verba vitæ æternæ habes.* Quando verba vitalia? ibid.

V. 70. *Ex vobis unus diabolus est.* Unde si etiam ut cæteri, homo? T. 10. D. 6. n. 7.

Cap. 7. v. 16. *Mea doctrina non est mea.* Quomodò eius & non eius? T. 3. E. n. 61.

V. 34. *Quæretis me, & non invenietis.* Quid, ubi quî quærit, invenit? T. 6. D. 6. n. 12.

V. 39. *Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.* Unde, si pridem Spiritus dicitur elargita plenitudo? T. 5. D. 1. n. 9.

V. 46. *Nunquàm sic locutus est homo.* Quid locutus, ut nullus locutus sic? T. 10. D. 4. n. 15.

Index locor. Sacr. Script.

Cap. 8. v. 4. *Magister.* Dum accusare intendunt, utquid vocant Magistrum? T. 6. D. 2. n.4.

V. 6. *Hoc dicebant tentantes eum.* In quo ex hoc iudicio meditata tentatio? n. 5.

V. 8. *Scribebat in terra.* Quid scribebat? T. 6. D. 1. n. 10. Quomodò si scribebat in lapide? n. 11.

V. 9. *Audientes unus post unum exibant.* Quid audiebant, & quænam vox in scriptis? ibid. & T. 10. D 4. n. 17. An maius peccatum accusantium fuga, quàm accusationis audacia? T. 6. D. 1. n. 12. Cur taciti recesserunt? T. 10. D. 4. n.17.

V. 11. *Nec ego te condemnabo. Vade.* Cur non dicit, *Vade in pace*, sicut dixit Magdalenæ? T. 7. D. 4. n. 12. Cur dimissa à Christo, iterum non comprehenditur? T. 6. D. 2. n.6. Quare Christus impunem dimittit? D. 1. n. 12.

V. 12. *Ego sum lux mundi.* Quomodò? T. 11. E. à n. 28.

V. 15. *Ego non iudico quemquam.* Quid, si omne iudicium filio datum? T. 3. E. n 57.

V. 21. *Quæretis me, & in peccato vestro moriemini.* Unde in peccato, & Christum quærentes? T. 6. D. 2. n. 13.

V. 25. *Tu quis es? Principium, &c.* Quomodò principium, si à Patre procedit? T. 3. E. n 60.

V. 26. *Quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo.* Quidni quæ vidi? n. 63.

V. 28. *Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum.* Quare crucem dicit exaltationem? T. 10. D. 6. n. 10. Unde cognoscendus tunc quis esset? à n. 11. & T. 7. D. 1. n. 13.

V. 43. *Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.* Unde vox non cognoscitur loquentis, & quare audientes non possunt audire voces? T. 2. D. 1. n. 10.

V. 44. *Vos ex patre diabolo estis.* Unde si homines? T. 10. D. 6. n. 10.

V. 47. *Vos non auditis.* Quomodò si propter audita arripiebant lapides? T. 10. D. 2. n. 17.

V. 51. *Siquis sermonem meum servaverit, mortem non videbit, &c.* Quo pacto vel mortalis non morietur? D. 3. à n. 14.

Cap. 9. v. 3. *Ut manifestentur opera Dei in illo.* Quare cæci illuminatio plauditur ut opus insigne Dei? T. 8. D. 1. n. 6.

V. 8. *Alij dicebant, quia hic est.*

V. 9. *Alij autem, Nequaquàm.* Cur ergo videntes non cognoscebant? n. 5.

V. 18. *Non crediderunt, quia cæcus fuisset, & vidisset.* Quare detrectatur fides, cum evidenti ostentatione videntis? n. 3.

V. 19. *Cæcus natus est? Quomodò ergo nunc videt?* Quo proposito modi videndi in cæco nato, fit tam exacta inquisitio? n. 4. Cur dicunt: *Nunc?* n. 5.

V. 32. *A sæculo non est auditum, &c.* Cur cæci huius illuminatio miraculum plauditur singulare? n. 6.

V. 40. *Nunquid & nos cæci sumus?* An ignorantia cæcitatis cæcitas maior? T. 6. D. 1. n. 16.

Cap. 10. v. 30. *Ego & Pater unum sumus.* Unde si Pater maior? T. 3. E. n. 56.

V. 41. *Ioannes signum fecit nullum.* Quare? T. 5. D. 3. n. 12.

Cap. 11. v. 28. *Vocavit Mariam silentio.* Quomodò silentio, si vocavit? T. 2. D. 1. n. 10. & 10. E. n. 51.

Ibid. *Magister adest, & vocat te.* Cur Christus in resurrectionem Lazari, desiderat præsentiam Magdalenæ? T. 5. D. 5. n. 9.

V. 29. *Illa ut audivit, surgit citò, & venit ad eum.* Cur citò, & unde vox audita, ubi silentio vocata? T. 2. D. 1. n. 11.

Cap. 12. v. 32. *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahem ad meipsum.* Unde cordium contritio & conversio ex exaltatione in ligno? T. 3. D. 2. n. 19.

Cap. 13 v. 1. *Sciens Iesus.* Cur modò vocatur sciens? T. 10. D. 5. à n. 10. Cur in huiusmodi demonstratione amoris? n. 3. T. 5. D. 3. n. 8.

Ibid. *Venit hora eius, ut transeat, &c.* Quo pacto ex absentia dilectio summa? T. 10. D. 6. n. 19. Cur hora, ut transeat? D. 5. n. 3.

Ibid. *Cùm dilexisset suos, qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos.* Quid ex dilexisse diligere? T. 10. D. 5. à num. 4. & 9. D. 6. n. 7. & 16. Cur suos qui erant in hoc mundo, & non in altero? n. 6. & 15. Quomodò suos, si inter illos Iudas? n. 7. An hic erat in mundo? ibid. Quid sit, diligere in finem? D. 5. n. 3. An finis contra finem diligere? D. 6. n. 15.

V. 2. *Cœna facta.* Cur præponitur in amoris demonstrationem cœna? à n. 20.

V. 12. *Cùm recubuisset.* Utquid tunc resedit? n. 12.

V. 26. *Cùm intinxisset dedit Iudæ.* Cur se tradidit, quem inimicum cognoscit? T. 7. D. 1. n. 14.

V. 27. *Post buccellam tunc introivit in eum Satanas.* Quippini pridem? T. 6. D. 1. n. 5. Quinam occupabat pectus, priusquàm introiret diabolus? ibid. Unde claruit, Satan possidere cor? T. 7. D. 1. n. 15.

Ibid. *Quod facis, fac citiùs.* Cur citò perficienda illa perfidia? T. 4. D. 1. n. 9.

Cap. 14. v. 1. *Non turbetur cor vestrum.* Quidni magistri absentiâ turbandi, si illo præsenti ab omni perturbatione securi? T. 10. D. 6. n. 22.

V. 3. *Si abiero, iterùm venio.* Quo ingenio præsens abiens? Et venit iterùm? n. 23.

V. 18. *Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.* Si venit Spiritus Sanctus, quandò Christi designatur adventus? T. 5. D. 1. n. 7.

V. 28. *Vado & venio ad vos.* Quomodò & quando? ibid. Quomodò simul? T. 10. D. 6. n. 21.

Ibid. *Gauderetis utique, quia vado ad Patrem.* Quò pacto si vadit ad crucem? T. 4. D. 3. n. 8.

V. 31. *Ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, &c.* Quomodò simul mandatum, & liberum amoris obsequium? T. 9. D. 6. n. 10.

Cap. 15. v. 1. *Ego sum vitis vera.* Quo sensu vera, si à vera vite similitudo translata? T. 11. E. n. 29. Quando Christus vitis vera? T. 3. D. 2. n. 15. Quando vera verè & quomodò? T. 11. E. n. 29.

V. 13. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam, &c.* Cur dicit animam & non vitam? T. 5. D. 4. à n. 9.

V. 15. *Omnia quæcunque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Quomodò si adhuc multa habet dicere illis? Et cur non quæ vidit, sed quæ audivit, nota eius? T. 3. E. n. 63. T. 7. D. 2. n. 1.

Cap. 16. v. 9. 10. 11. *De peccato, quia non crediderunt in me. De iustitia, quia ad Patrem vado. De iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Quid ascensio Domini in cœlum, ut arguantur peccati & iniustitiæ; etiam diaboli damnatio, ut arguantur de iudicio? T. 1. E. n. 12.

V. 28. *Exivi à Patre & veni in mundum: iterùm relinquo mundum & vado ad Patrem.* Cur mundum dilectum ita reliquit? T. 10. D. 5. num. 10. Cur dum venit in inferiores partes terræ, dicit exivisse à Patre? n. 9.

Et Quæstionum literalium.

Cap. 17. v. 3. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum-Christum.* Quo sensu Dei cognitio vita æterna dicatur? T. 11. E. n. 29. Quomodò Deus verus Iesus Christus, si ab illo solus Pater dicitur Deus verus? T. 3. E. n. 62.

V. 5. *Clarifica me tu Pater, &c.* Quæ claritas habita à Christo apud Patrem, priusquàm veniret ad hominem? n. 121.

V. 24. *Quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum.* Si illi cum illo, quid vult, ut cum illo sint? T. 4. D. 3. n. 9. T. 5. D. 2. n. 10. Cur non dicit, *Ubi ero*, sed *ubi sum.* ibid.

Ibid. *Ut videant claritatem meam, quàm dedisti mihi.* Quamnam claritatem, si procedebat in crucem? T. 4. D. 3. à n. 9.

Cap. 18. v. 4. *Iesus sciens omnia, quæ ventura erant super se, processit.* Cur persecutoribus se offert? T. 4. D. 1. à n. 8.

V. 40. *Non hunc, sed Barabbam.* Cur ab illis eligitur, qui seditiosus cognoscitur? T. 10. D. 6. n 17.

Cap. 19. v. 15. *Tolle, tolle.* Quare nec videre volunt; quem ut viderent, mutuò conculcabantur? ibid.

V. 22. *Quod scripsi, scripsi.* Quid hoc, & quorsùm? T. 6. E. n. 37 T. 8. D. 5. n. 8.

V. 23. *Milites cùm crucifixissent eum.* An tribus, vel quatuor clavis? T. 3. D. 2. n 2.

Ibid. *Acceperunt vestimenta eius.* An in cruce suspensus omninò nudus? ibid.

V. 25. *Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, &c.* Quid sit *Stabat*, & cur dicitur mater eius, iuxta crucem filij Virgo? T. 11. D. 5. num. 8. Quare adstantibus crux in corde, non esse in cruce? T. 5. D. 4. à n. 3.

V. 33. 34. *Ut viderunt eum iam mortuum, unus militum lancea latus eius aperuit.* Cur sensibilior insensibilis ictus? T. 2. D. 3. à n. 12.

Ibid. *Exivit sanguis & aqua.* Cur simul? T. 5. D. 4. n. 2.

Cap. 20. v. 13. *Mulier, quid ploras?* Absente Domino, ut quid prohibetur à fletu? T. 7. D. 2. n. 2.

V. 15. *Si tu sustulisti eum.* Quem? T. 3. E. n. 44.

V. 16. *Dicit ei Iesus, Maria: conversa illa dicit ei, Rabboni.* Unde Iesum glorioſum Magdalena cognovit? T. 11. D. 5. n 10. Quare tunc vocavit illam Dominus proprio nomine, qui semper vocavit nomine generali? ibid.

V. 28. *Dominus meus & Deus meus.* Quid vulnera Christi resurgentis, in cognitionem Deitatis? T. 3. D. 2. n. 17.

Cap. 21. v. 17. *Amas me? & dixit ei: Domine, tu omnia nosti: tu scis, quia amo te.* Cur non dicit, Amo & scio; sicut dicit, Amo? & cur si supponit, Iesum scire omnia; addit etiam scire amorem? T. 3. D. 5. n. 2.

Actorum.

Cap. 2. v. 2. *Factum est repente de cœlo sonus, &c.* Cur cum sono Spiritus-Sanctus descendit de cœlo? T. 10. D. 6. n. 1.

Ibid. *Domum, ubi erant sedentes.* An sederent in cœnaculo, vel in cœlo? T. 5. D. 1. n. 10.

V. 3. *Apparuerunt dispertitæ linguæ tanquàm ignis, seditque supra singulos.* Cur adinstar ignis? n. 3. Cur igneæ linguæ non in ore, sed in capite? n. 10. Quomodò supra singulos descendit, si secum & sursùm tulit? ibid.

V. 19. *In cœlo sursùm, & in terra deorsùm.* Quorsùm cœli & terræ signantur situs? T. 5. D. 2. n. 7.

Cap. 4. v. 36. & 37. *Levites, cyprius, cùm haberet agrum, vendidit.* Quo iure agrum habebat, si erat Levita? T. 5. E. n. 10. T. 6. E. à n. 19.

Cap. 5. v. 4. *Nonne manens tibi manebat?* Quid sit manere manendo? T. 4. E. n 38.

Ibid. *Et venundatum in tua erat potestate.* Qua concordantiâ, Ager & venundatum? num. 36. Si sub venditione, quomodò iam in sua potestate? numer. 37.

Cap. 7. v. 51. *Incircumcisis cordibus & auribus.* Quæ aures incircumcisæ? T. 10. E. à n. 37. An aurium incircumcisio sit peccatum in Spiritum-sanctum? numer. 38.

V. 57. *Continuerunt aures suas.* Quid sit aures continere? n. 39.

Cap. 9. v. 7. *Viri stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.* Quomodò contraria *cap.* 22. 9. referuntur? ibid. num. 29. & D. 2. n. 10. Quid sit ad vocem cœli stupere, & stare? T. 6. D. 1. à num. 6 T. 10. D. 2. n. 12. Cur non conversi, & Paulus conversus? ibid. n. 12. Quare non dicitur, quòd audierint vocem, sed quòd stabant audientes? T. 6. D. 1. n. 8.

V. 17. *In via, quà veniebas.* Quorsùm motus exprimitur? T. 2. E. n. 24.

Cap. 13. v. 21. *Postulaverunt Regem, & dedit illis Saul.* Quomodò si priùs regnavit Abimelech? T. 1. E. n. 13.

V. 33. *In Psalmo secundo scriptum est.* Cur hic Psalmus vocatur primus? T. 11. E. n. 3.

Cap. 14. v. 11. *Paulum verò Mercurium.* Quare non Iovem, aut Martem? T. 9. D. 1. n. 11.

V. 14. *Nos mortales sumus, similes vobis.* An hoc extulerit supra homines? T. 6. E. n. 44.

V. 18. *Persuasis turbis, lapidantes Paulum.* Quare lapidibus infectantur, quem uti Numen plauserunt? T. 9. D. 1. n. 12.

Cap. 15. v. 38. *Qui discessisset ab eis, & non isset cum eis.* Quo pacto aliter? T. 2. E. n. 20.

Cap. 16. v. 19. & 20. *Apprehendentes Paulum, & Silam, perduxerunt in forum ad Principes. Hi homines conturbant civitatem nostram.* Unde accusant ut flagitium stupendum miraculum? T. 9. D. 1. à num. 7. Quid expulsio dæmonis cum magistratibus? n. 8. Cur liberatio à potestate dæmonis, dicitur conturbatio civitatis? à n. 9.

Cap. 18. v. 9. *Loquere, ne taceas.* An simul tacere & loqui? T. 6 E. n. 44 - T. 10. D. 4. n. 19.

Cap. 19. v. 19. *Multi, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros.* Quinam hi libri in curiositatem? T. 9. E. n. 24.

Cap. 22. v. 7. *Audivi vocem.* Quare, qui Pauli comites, non audierunt? T. 10. D. 2. n. 12.

V. 9. *Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt.* Quomodò verum, *Audientes quidem vocem, neminem autem videntes?* T. 10. E. n. 29. D. 2. n. 12. Quo pacto nec audierunt, nec viderunt? T. 6. D. 1. n. 8.

Cap. 23. v. 14. *Devotione devovimus.* Ut quid verbum & nomen idem significantia? T. 6 E. n. 28.

Cap. 26. v. 11. *insaniens in eos.* Quare Paulus se dicit insanum? T. 10. D. 2. n. 12.

Cap. 28. v. 3. *Vipera a calore cum processisset, invasit manum eius.* Cur vipera ictum direxit in manum? T. 6. D. 3. n. 15.

V. 5. *Ille excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est.*

ſt. Quare & quomodò mortua, quæ in mortem incumbebat? T.3.D.1. num 11. Cur & quando expulſa, & in ignem? num. 10. Cur ſimul venenata lingua & ignis flamma? ibid.& T. 6. D.3. num. 16. Cur vel morſus Paulus nihil mali paſſus? T. 7. D.3. num. 4.

V.6. *Illi exiſtimabant eum in tumorem convertendum,& ſubito caſurum & mori.* Cur ſimul expectant tumorem, calum & lethum? & qua arte in vita Pauli iudicantur mores pravi ex morſu viperæ, & percuſſi tumore? T.2.D.4.n 15.

Ibid. *Diù expectantibus & videntibus nihil mali in eo fieri; convertentes ſe, dicebant eum eſſe Deum.* Cur ex tumeſcentia mortalem,& ex non tumore immortale arbitrantur? T. 6. D. 3. n. 18. Quare Deum plaudunt, quem ſceleſtum cogitabant dudùm? à n. 16.

V.9. *Qui habebant infirmitates, accedebant,& curabantur.* Cur ab illo ſolicitant medicamen, quem iudicarant nocentem? n. 17.

Epiſt. ad Rom.

Cap.1.v.20. *Inviſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt,intellecta,conſpiciuntur.* Quomodò conſpecta,quæ inviſibilia? T.11. D.6. n. 10.

V. 21. *Evanuerunt in cogitationibus ſuis, &c.* Quæ cogitationes in cogitationes vanitatis? T. 8. D.6. n.8.

Cap.5.v.17. *Per unum Ieſum-Chriſtum.* Ad quid unus, ſi non eſt alius? T.3.E.n.8.

Cap.6. v. 4. *Quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis, ita & nos in novitate vitæ ambulemus?* Quo modò nos ita? T.7. D.2. n. 3. Quæ vitæ novitas? num.4. Cur non dicit in novam vitam, ſed in vitæ novitatem? D. 4. n. 11.

Cap.7. v.5. *Paſſiones peccatorum.* Quæ & quare peccatis deſtinantur paſsiones? T.8. D.5. n. 13.

V. 24. *Infelix ego homo! Quis me liberavit de corpore mortis huius?* Quodnam corpus mortis ſine corporis morte? T.3.D.4.n.7. Cur in felicitate infelix dicitur? ibid.

Cap.8 v.15. *Clamamus Abba Pater.* Quare non dicimus, ſed clamamus? T.1. D.1. n. 20.

Cap.9. v.1. *Veritatem dico non mentior.* Ad quid aſſertio, & cum negatione negationis? T.6.E.à n.42.

Cap.11.v.29. *Sine pœnitentia ſunt dona Dei.* Quomodò, ſi revocata aliquando? n.37.

Cap.12.v.7. *Miniſterium in miniſtrando.*Cur additur miniſtratio in miniſterio? T.5.D.2. n. 12.

Cap.14. v.13. *Ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum.* An quid diverſum? T.1.D.1. n.10.

V.22.*Beatus qui non iudicat ſemetipſum,in eo quod probat.* Quo pacto in eo quod probat, ſe damnat? n. 22.

1. *ad Corinth.*

Cap.1.v.20. *Ubi conquiſitor ſæculi.* Qui dicantur ſeculi conquiſitores? T.9. E. n.18.

Cap.3. v.18. *Nemo ſe ſeducat: ſi quis videtur inter vos,ſapiens eſſe in hoc ſæculo,ſtultus fiat,ut ſit ſapiens.*Quomodò in ſtultitiæ ſapientis miniſterio poſsit eſſe ſeductio? T.8. D.4. n. 2. Qua arte ſtultitia ſapientia? T 9.E.n.16. & 23. Cur ſapiens ſtultus, ut ſit ſapientior? T.8. D.4.n.2.

Cap.6. v.4. *Sæcularia iudicia ſi habueritis.* Quidni, ſi haberis? T.1 D.3 n.2.

Ibid. *Contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtitui te ad iudicandum.* Quinam dicantur contemptibiles, & cur deſtinandi in deciſionem cauſarum? n. 1. & 3.

V.5. *Ad verecundiam veſtram dico.*Quare iudicij debet iudices pudere? n. 4.

V. 7. *Quare non magis iniuriam accipitis? quare, &c.* Cur commodior amiſsio bonorum, quàm litigium? Et quare ſi creſcit dyſcolorum audacia ex ſilentioſa patientia? ibid.

V.12. *Omnia mihi licent ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.* Quomodo legis poteſtas, non eſſe ſub poteſtate legis? T.9. D. 6. n.12.

Cap.8.v.5. *Etſi ſunt qui dicantur Dij, ſive in cœlo, ſive in terra.* Quinam hi Dij? T.10.E. n.7.

Cap.9. v. 15. *Ego nullo horum uſus ſum.* Quare in exemptione legis non utitur exemptione? T. 9. D. 6.numer. 16.

Ibid.*Bonum eſt mihi magis mori,quàm ut gloriam meam quis evacuet.*Cur Pauli gloria exemptionis carentia? ibid.

Cap. 11. v. 7. *Vir imago & gloria Dei eſt: mulier autem gloria viri.* Quo ſenſu fœmina viri, & vir Dei? T.3. E.n. 126.

Cap. 13. v. 12. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate.* Unde & ſpeculi claritas, & ænigmatis obſcuritas? T.4. D.3. n. 2.

Cap.14. v.20. *Nolite pueri effici ſenſibus.* Unde in hominibus ſenſus puerilis? T.6. D.5. n.2.

Ibid. *Senſibus autem perfecti eſtote.* Quibus in ſenſibus? T. 6. E. n. 41.

Cap.15 v.31. *Quotidie morior per veſtram gloriam.*Quo pacto mors quotidiana? T.3. D. 4.à n.4. T. 5. D.4. n.20. Cur hæccine mors pretioſior in facie Dei?T.3. D.1. n.15. Quomodò per alienam gloriam moritur, ubi propriam adipiſcitur? n. 16.

V. 33. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Quare ex malo colloquio morum ſeductio ? T. 2. D. 1. n. 11.

V. 47. *Secundus homo de cœlo cœleſtis.* Quomodò ſi ex utero matris? T.3. E. n.122.

V. 51. *Omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.*

V. 52. *Nos immutabimur.* Unde Paulus immutabitur & non immutabitur? T 4. D.3. n.12.

2. *ad Corinth.*

Cap.4. v.11. *Semper nos qui vivimus in mortem tradimur propter Ieſum.* Quomodò in mortem traditur, ſi vitâ fungitur? T 3.D.4.n.7. Quare per Ieſum mors continuata, ſi ab illo vita? n. 9.

V.12. *Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.* Unde ex Pauli morte quotidiana, diſcipulorum vita?n.16.

Cap.6. v.9. *Quaſi morientes, & ecce vivimus.* Cur ſignatur ſumma amaritudo vitæ, mortis modificatione? T.5. D.4. n. 20.

V. 10. *Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.* Quomodò omnia poſsident, quaſi nihil habuiſſent? T.9.D.5.à n.11.

Cap.8. v.8. *Charitatis ingenium.* In quid & quale? T. 3. D.5. à n.5.T.10.D.6. n.20.

Cap.11. v.23. *In mortibus frequenter.* Quotæ ſunt? T. 3. D.4. n.7.

V.26. *Periculis in falſis fratribus.* An & unde acerbius vulnus? T.6. D.2. n.15.

Et Quæstionum literalium.

Epist. ad Galat.

Cap. 3. v. 13. *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Quare? T. 3. D. 1. n. 1.

Cap. 4. v. 4. *Factum ex muliere, factum sub lege.* Quare quia sub lege, non dicitur factus ex virgine; sed ex muliere? T. 9. D. 6. n. 15.

Cap. 5. v. 26. *Non efficiamini inanis gloriæ cupidi.* Quænam cupiditatis gloria inanis? T. 2. D. 4. n. 9.

Ibid. *Invicem provocantes, invicem invidentes.* Quomodò indigni indignitate indignorum invicem provocantur? n. 11. Unde visà indignitate prurigo invidentiæ? n. 10. Cur dicit, *Invicem*? n. 8.

Epist. ad Ephes.

Cap. 3. v. 19. *Scire supereminentem scientiæ charitatem.* Quænam in charitate scientia supereminens? T. 5. D. 3. n. 8.

Ibid. *Ut impleamini in omnem plenitudinem.* Ut quid in plenitudinem, & in omnem? T. 3. E. n. 24.

Cap. 4. v. 8. *Captivam duxit captivitatem.* Quomodò in voluntate & ratione captivatur captivitas? D. 5. num. 5.

V. 25. *Deponentes omne mendacium, loquimini veritatem.* Quid est *Omne*, & quomodò aliter veritas? T. 6. E. n. 41.

Cap. 5. v. 15. *Non quasi insipientes, sed ut sapientes.* Unde in sapientia insipientia? T. 8. D. 4. n. 8.

V. 17. *Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes.* Cur intelligentiam imprudentiæ opponit? ibid. & T. 9. E. n. 31.

Cap. 6. v. 4. *Vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros sed educate illos in disciplina & correptione Domini.* Quæ à patribus Domini dicatur correptio, & quo iure filij possunt in patres irasci? T. 1. D. 2. n. 7.

Epist. ad Philipp.

Cap. 1. v. 23. *Desiderium habens dissolvi.* Quomodò si moritur quotidiè? T. 3. D. 4. à n. 4.

Cap. 2. v. 7. *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens in similitudinem hominum.* Cur non dicit substantiam, sed formam? & quare si lege non tenetur, legi subijcitur? T. 9. D. 6. n. 3.

Ibid. *Habitu inventus ut homo.* Quorsùm si homo, dicitur habitu? T. 11. D. 6. n. 10.

Cap. 3. v. 8. *Eminentem scientiam Iesu-Christi.* Quænam? T. 9. E. n. 22.

Epist. ad Colossens.

Cap. 1. v. 9. *In omni sapientia & intellectu spiritali:* Cur exponitur spiritus, ut clarescat intellectus? T. 9. D. 2. num. 12.

V. 11. *In omni patientia cum gaudio.* Quomodò ad gaudia non solùm patientia, sed omnis patientia necessaria? T. 6. D. 5. n. 12.

V. 13. *Filij dilectionis suæ.* Quomodò si Christus filius naturalis? T. 3. E. n. 59.

V. 15. *Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ.* Cur non dicitur imago Patris, sed Dei? n. 59. & 82. Quomodò imago, & quomodò primogenitus? n. 119. & 126.

V. 16. *Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt.* Quodnam discrimen inter *Per* & *In*? n. 119.

Cap. 2. v. 2. *Instructi in charitate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus.* Quare charitas exponit & plenas intellectus divitias? T. 9. D. 2. n. 12.

V. 8. *Secundum elementa mundi.* Quænam in scientiam mundi elementa? T. 9. E. n. 23.

V. 17. *Umbra futurorum, corpus autem Christi.* Quomodò corpus & umbra? T. 11. D. 3. n. 11.

V. 18. *Nemo vos seducat religione Angelorum.* Quænam hæc? T. 3. E. n. 109.

Cap. 3. v. 1. *Si consurrexistis cum Christo, &c.* Quomodò si necdum surreximus? & quare Christi resurrectione facta, quærenda cœlestia? T. 4. D. 3. n. 12.

V. 3. *Vita vestra abscondita cum Christo in Deo.* Quomodò nota vita, si vita abscondita? D. 2. n. 14.

Cap. 4. v. 6. *Sermo semper in gratia sale sit conditus.* Quid & cur sale? Et quare cum sale verba? T. 9. E. n. 32. & 56.

1. *ad Timoth.*

Cap. 1. v. 8. *Bona est lex, siquis eâ legitimè utatur.* Undè bonitas legis pendeat ab usu iudicis? T. 1. D. 2. num. 1.

V. 9. *Lex iusto non est posita.* Quomodò si vivit iuxta legem? ibid.

Cap. 3. v. 6. *Non Neophytum.* Quare? T. 3. D. 6. n. 2. T. 8. D. 3. n. 2.

V. 7. *Oportet illum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.* Quodnam assumpti in dignitatis fastigium, testimonium bonum? Quare fine illo incidit in diaboli laqueum & dignitatis opprobrium? ibid. n. 5.

Cap. 4. v. 2. *Cauteriatam habentium suam conscientiam.* Quodnam conscientiæ cauterium? T. 9. E. n. 15.

Cap. 6. v. 16. *Lucem inhabitat inaccessibilem.* Quomodò si cognoscimus lucem? T. 11. E. n. 32.

V. 20. *Devitans profanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ.* Quænam voces novæ & profanæ? Unde falsa, si scientia? Et cur oppositiones in scientia falsa? T. 3. E. n. 76. T. 9. E. n. 27.

2. *ad Timoth.*

Cap. 3. v. 7. *Semper discentes, & nunquàm ad scientiam veritatis pervenientes.* Cur nunquàm perveniunt, in id quod discunt? n. 21.

Cap. 4. v. 5. *Ministerium tuum imple.* Quænam plenitudo ministerij? T. 5. D. 2. n. 12.

V. 8. *Reposita est mihi corona iustitiæ.* An & quomodò corona gratiæ? T. 4. D. 3. n. 13.

Ad Hebræos.

Cap. 1. v. 3. *Figura substantiæ eius.* Cur dicitur figura, si imago substantiæ Patris? T. 3. E. n. 82. & 119. T. 11. E. n. 30.

V. 6. *Cùm iterùm introducit primogenitum in orbem terræ.* Quando, & quo intuitu? D. 1. n. 7. D. 6. n. 6.

Cap. 4. v. 12. *Vivus est sermo Dei & efficax.* Unde constet? T. 10. D. 4. n. 2.

Cap. 7. v. 19. *Nihil ad perfectum adduxit lex.* Quare? T. 9. E. n. 51.

Cap. 9. v. 27. *Statutum est hominibus semel mori.* Quotæ mortes, ut unà tantùm mori, sit statutum? T. 7. D. 2. n. 10.

Cap. 10. v. 5. *Corpus autem aptasti mihi.* Cur Paulus dicit corpus, & David aures? T. 10. E. n. 41.

Index locor. Sacr. Script.

V. 36. *Patientia necessaria, &c. ut reportetis promissionem.* Cur ad promissa necessaria patientia? T. 6. D. 5. à n. 11.

Cap. 11. v. 29. *Quod experti Ægyptij devorati sunt.* Cur devorati, dum alij transierunt liberi? T. 8. D. 2. n. 9. & à n. 13.

Epist. Iacobi.

Cap. 1. v. 4. *Opus perfectum habet.* Qualiter perfectum opus? T. 5. D. 2 n. 1.

Ibid. *Sitis perfecti, & integri, in nullo deficientes.* Quorsùm verba affirmationis, & contrarij negationis, in perfectionem integritatis? T. 3. E. n. 22. 24. & 128.

V. 9. *Glorietur frater humilis in exaltatione sua.* Unde exaltatus, si humilitate proiectus? T. 5. D. 1. n. 12.

V. 17. *A Patre luminum.* Quo modò luminum fons, si lux non est? T. 11. E. à n. 28.

Cap. 3. v. 14. *Mendaces adversus veritatem.* Adversus quid ergo? T. 6. E. n. 41.

1. *Petri.*

Cap. 1. v. 11. *Posteriores glorias.* Quænam prior? T. 4. D. 3. n. 5.

Cap. 4. v. 13. *Communicantes Christi passionibus, gaudete ut & in revelatione gloriæ.* Quomodò revelatur gaudij beatitudo, ubi ingruit corporis passio? ibid.

Cap. 5. v. 14. *Salutate invicem in osculo sancto.* Quid sanctum osculum? T. 3. E. n. 37.

2. *Petri.*

Cap. 1. v. 8. *Non vacuos, nec sine fructu.* Qui sine fructu, nec vacuus? Quis vacuus & infructuosus? Quis nec sine fructu, nec vacuus? T. 9. E. n. 52.

1. *Ioannis.*

Cap. 1. v. 5. *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.* Quid significetur hoc modo loquendi? T. 11. E. à n. 27. Quo sensu Deus dicatur lux? à n. 32.

V. 6. *Mentimur & veritatem non facimus.* An in veritate possit esse emendacium? T. 6. E. à n. 41.

Cap. 2. v. 4. *Mendax est, & in hoc veritas non est.* Quid si contradictoria veritas & mendacium? ibid.

V. 21. *Omne mendacium ex veritate non est.* Quid hìc dicatur mendacium & veritas? à n. 40.

V. 27. *Verum est, & non est mendacium.* Quo proposito additur negatio positivi asserti? à n. 44.

Cap. 4. v. 16. *Deus charitas est.* Quo sensu verum? T. 3. E. n. 96. & n. 107.

V. 17. *Sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo.* Quomodò sic, si ille in cœlo? T. 4. D. 3. n. 11.

Cap. 5. v. 19. *Mundus totus in maligno positus est.* Quomodò, & quis sit malignus? T. 10. D. 1. à numer. 14.

V. 20. *Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, &c.* Cur Christum dicit verum Deum, & verum filium; si non Deus Deus falsus, cui filius fictus? T. 3. E. n. 66. Quid est esse verus filius Dei? à n. 67.

2. *Ioannis.*

V. 9. *Omnis qui recedit, & non permanet.* An permanentia in recessu? T. 2. E. à n. 20.

3. *Ioannis.*

V. 9. *Is qui amat primatum gerere in eis non recipit nos.* Cur non recipit Ioannem patronum, quærens primatum? T. 6. D. 2. à n. 19.

V. 10. *Si venero, commonebo eius opera, quæ facit.* Quare publicare, dicit commonere? n. 21.

Ibid. *Verbis malignis garriens in nos.* Quæ in Ioannem verba maligna? n. 19. & 21. Cur illi detrahebat, si immaculatum noverat? n. 20.

Epist. Iudæ.

V. 4. *Solum dominatorem & dominum nostrum.* Quodnam discrimen inter utramque vocem? T. 3. E. n. 99.

Apocalyp.

Cap. 1. v. 8. *Ego sum Alpha & Omega, principium & finis.* Quomodò? T. 3. E. n. 119 T. 11. E. n. 3.

V. 9. *Particeps in tribulatione & regno & patientia.* Unde in tribulatione doloris acerbitas, & simul regni gloriosi & maiestatis auctoritas? T. 4. D. 3. num. 5.

V. 10. *Audivi post me vocem magnam.* Si vox facta, quid novi, si audiret? Et unde vox illa magna? T. 10. D. 4. n. 3.

V. 12. *Conversus sum, ut viderem vocem.* Quorsùm, si vox non videtur? T. 10. D. 1. n. 3. D. 4. à n. 2. Cur dicitur conversus, unde vox emissa? ibid. Quid vox visa? T. 5. D. 3. n. 12.

Ibid. *Quæ loquebatur mecum.* Unde cognovit? T. 6. D. 1. n. 13.

Ibid. *Conversus vidi septem candelabra.* Si quærebat vocem, quomodò vidit lucem? ibid.

V. 17. *Ego sum primus & novissimus.* Quid & quomodò? T. 3. E. n. 118.

Cap. 2. v. 7. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Quis ita, nec audit? T. 6. D. 1. n. 15. & 17. T. 10. E. à n. 32.

V. 10. *Missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem.* Quomodò si misit Iudex? T. 1. D. 3. n. 12. Cur dicitur diabolus & non dæmon? ibid.

V. 24. *Qui non cognoverunt altitudinem Satanæ.* Quæ Satanæ dicantur altitudines? T. 8. D. 1. n. 11.

Ibid. *Non mittam super vos aliud pondus.* Quodnam pondus ponderi, ut sit aliud? ibid.

Cap. 4. v. 4. *In circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes.* Cur sessio tribuitur senioribus, & nequaquàm animalibus? T. 2. D. 4. n. 17.

V. 5. *De throno procedebant fulgura, & voces & tonitrua.* Cur simul? T. 1. D. 4. n. 2. Unde huiusmodi tempestas? T. 7. D. 6. n. 8.

V. 6. *Tanquàm mare vitreum simile crystallo.* Cur mare crystallo, atque vitro simile? T. 7. D. 1. numer. 7.

Ibid. *In medio sedis & in circuitu sedis quatuor animalia.* Quomodò in sedis circuitu, & in sedis medio? T. 2. D. 4. n. 17.

Cap. 5. v. 4. *Ego flebam multùm.* Quo proposito? T. 7. D. 6. num. 8.

V. 10. *Fecisti nos Deo nostro regnum.*

Quid

Quid sit homines Deo regnum constituere? T. 1. E. n. 26.

Cap. 6. v. 2. *Data est ei corona.* Cur post & ante victoriam? T. 9. D. 3. à n. 12.

Ibid. *Exivit vincens ut vinceret.* Quid pridem vicerat ante victoriam? T. 4. D. 1. n. 9-T. 9. D. 3. num. 12-T. 11. D. 3. n. 11.

V. 4. *Datus est ei gladius magnus.* Unde datus? T. 9. D. 3. n. 13.

V. 5. *Habebat stateram in manu sua.* Si in statera iudicium, quomodò mors sequebatur? n. 14.

V. 12. *Sol factus est niger.* Unde Solis decor splendori non concolor? T. 7. D. 6. n. 4.

Cap. 9. v. 5 *Cruciatus eorum ut cruciatus scorpij.* Cur sicut scorpionis, morsus detrahentis? T. 6. D. 3. n. 12.

V. 10. *Habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum.* Quid novum aculei in caudis, si scorpionibus similes? D. 4. n. 5.

Cap. 10. v. 10. *Mel dulce, & amaricatus est venter meus.* Unde in stomacho amaritudo, quæ in ore mellis dulcedo? T. 4. D. 4. n. 18-T. 6. D. 5. n. 14.

Cap. 12. v. 1. *Signum magnum apparuit in cœlo: mulier amicta Sole.* Quomodò Sole radiata, Solem paritura? T. 11. D. 6. n. 3.

V. 10. *Nunc facta est salus & virtus.* Cur ex signo mulieris, amictæ Sole? ibid.

Cap. 14. v. 2. *Vocem tonitrui magni, sicut citharœdorum, &c.* Unde vox musicæ resonantis, & simul fragoris. T. 7. D. 6. n. 8-T. 10. D. 5. n. 11.

V. 3. *Cantabant quasi canticum novum.* In quo cantionis novitas? T. 7. D. 6. n. 8.

Cap. 17. v. 5. *In fronte eius nomen scriptum, Mysterium.* Quid mysterij in fronte fœminæ ornatæ? T. 9. D. 4. n. 12.

V. 12. *Reges sunt, qui regnum nondùm acceperunt.* Quomodò Reges? T. 1. E. n. 22.

Cap. 18. v. 23. *Lux lucernæ non lucebit in te amplius.* Quomodò lux sine luce? T. 11. E. n. 20.

Cap. 21. v. 2. *Ierusalem novam descendentem de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Cur ornata & præparata? T. 11. D. 2. num. 7. Cur si in mundo, dicitur descendisse de cœlo? ibid.

V. 8. *Quod est mors secunda.* Quæ mors post mortem in summa charitate? T. 5. D. 4. à n. 9.

V. 12. *Habentem portas duodecim.* Quorsùm portæ multiplicantur? T. 11. D. 2. n. 7.

V. 15. *Habebat mensuram arundineam auream.* Cur arundo efformatur in mensuram? T. 8. D. 6. n. 10. T. 9. D. 2. n. 6. Cur dicitur aurea, & cur arundo sagitta? T. 8. D. 6. 11.

SILVA EVANGELICA
PRO CONCIONIBUS.

AD PERIPHRASIM EVANGELIORUM, scrutare Scripturæ Indicem. T. signat Tautologiam: D. Didascaliam: N. Numerum marginalem. Ubi marginalis non additur, innuit argumentum per totam Didascaliam.

Dominica I. Adventus.

I. *Erunt signa.* Quæ videntur rigoris, sunt pietatis. Signis iudex tonat, excitat, illuminat; quia homines in crimine dormiunt, ad voces surdescunt, ad lumen cæcutiunt. T. 1. D. 4. T. 7. D. 1. n. 8. T. 8. D. 1. n. 8.

II. *Videbunt filium hominis.* Malus periculum, unde totum gaudium. Causam efformant crimina: & mala causa, quùm ab amore fulminatur sententia. T. 1. D. 4. T. 7. E. n. 6. D. 1. n. 10. T. 8. E. 7.

III. *Videbunt filium hominis*: at iratum. Priùs vocabat, sed peccator non audiebat: minabatur, sed non formidabat: promittebat, sed contemnebat, patientiâ iudicis abusus, nec promissis illectus, nec terrore vulneratus. T. 2. E. 2. 4. T. 5. E. 24. T. 6. D. 1. T. 8. D. 1. à n. 8. D. 2. T. 10. D. 2. Plorabit tunc peccator, quia gratiam amisit, quia amissam non quæsivit, quia Dei patientiam & neglexit & despexit: ex Bernardo, serm. 40. de *Divers.* n. 4. ibid.

IV. *Videbunt* iudicem, quem sprevere patrem: sine misericordia, misericordiæ fiducia: sine vita, vitæ confidentiâ: sine felicitate, qui felicem expectabat mortem; & salute amissâ, qui collocabat in vulneribus salutem. T. 6. D. 1. à num. 6. T. 7. D. 3. num. 1. T. 8. D. 2.

V. *Videbunt* arescentes præ timore. Malè vivere velle, & benè velle mori; vitæ labor, mortis dolor, ad temeritatis furor. ibid. & T. 1. D. 1. n. 14.

Dominica II. Adventus.

I. *Ioannes in vinculis.* In vinculis vel in cœlis? Iustus iacens in vinculis exaltatur: dum deprimitur, extollitur. T. 4. D. 3.

II. *Ioannes in vinculis.* Herodes, vel Ioannes? Ioannes. Qui non arridet malis, publicus hostis. T. 9. D. 1. Qui in iustitiam propendet, iacet in vinculis. T. 8. D. 5. Malum, quòd virtus pereat: peius, quòd sub larva virtutis crimen prævaleat. ibid. à n. 1.

III. *Ioannes in vinculis.* Ioannes præ se fert statum conscientiæ Herodis; igitur si vincula criminum vulnus ingerunt in mentem; consuetudo cæcitatem. T. 8. D. 1. D. 2. Insanabilis plaga: plaga, quia furorem excitavit. Insanabilis, quia furorem in lethargum convertit; quo nec sensus, nec mordet dolore vulnus. Non gravior ulla phrenesis, quàm cordis pravitas, & pravitatis obstinata voluntas. ibid. à n. 3.

IV. *Ioannes in vinculis.* En symbolum Præsidis subditis improbis: tenetur enim in vinculis, an faciat, an non faciat; an tardet, an properet; an corrigat, an indulgeat? T. 6. D. 2. n. 4. D. 3. D. 4. T. 9. D. 1.

V. *Ioannes in vinculis.* Religiosi in choro vagantis, exhibetur species. Ludicrum vinculis gravari, quò debet solvi. Hoc non est orare, sed Deum offendere; supplicitèr imploratum vulnerare, coràm Maiestatem despicere, profanare locum, Dei proculcare conspectum. T. 5. D. 2.

Dominica III. Adventus.

I. *Miserunt Iudæi, &c.* Quo intuitu? Sub honestatis velamine vafra perfidia, sub specie decoris maligna corda. T. 2. D. 3. à n. 6. & 6. E à n. 40. Ad dignitatem cuius maiestatis indignus, invitatur à verspellibus Ioannes. Renuit: sapit. In indigno auctorata stultitia est ludibrium electi, electoris & decoris dignitatis. Stans cadit, fulgens corruit, sublimis iacet; quia sine honore in honoris munere, sine dignitate in dignitate. T. 8. D. 3. Vid. *Indignus.*

II. *Miserunt Iudæi.* In odium, non in obsequium; ut caderet è proprio culmine sub larva amicitiæ & fictæ benevolentiæ. Pupugit eos vocari ab illo *genimina viperarum*, & tanquàm amici concinnarunt dolum. Amicus reconciliatus, non amicus, sed hostis infensus, os suave, cor infidele, risus in facie, dolus in corde. T. 2. D. 3.

III. *Tu quis es?* Nihil ingeretur arrogantiæ, exacto examine in puritatem conscientiæ. Quid scilicèt dixit, quid facit, quid timuit, & quid optavit. T. 5. D. 2. 8. T. 6. D. 4. n. 4. D. 6. n. 9. Vide. *Conscientia.*

IV. *Tu quis es?* Homo floridus. Papæ! Spes vana. Vita siccine tanquam lanugo à vento tollitur: tanquàm spuma à vento dispergitur: tanquam fumus à flatu diffunditur. Est umbra mortis, ubi nec signum micat virtutis. T. 6. D. 6. à n. 2. Laboras in vanum, ni proposito labores, ac in materia formam sequaris virtutis. T. 5. D. 2.

V. *Tu quis es?* Monachus. Grande nomen, si perficis claritatem. Officium est, non sequi virtutis opinionem; sed virtutem: non habitus gloriam, sed habitus observantiam: non magna prædicare, sed perficere: non tam vitia accusare, quàm deponere: intentione mutari, non solùm veste: non de cœlo magna loqui, sed virtutibus illuc ascendere. T. 4. D. 4.

VI. *Confessus est, & non negavit.* Innuitur geminatione recta confessio. In re pro accusatione, in modo pro veritate, in voto pro pœnitudine; ne augeantur crimina criminibus, & vulnera vulnerentur vulneribus, inventà acerbitate ægritudinis, ubi medicina infirmitatis. T. 7. D. 3.

Dominica IV. Adventus.

I. *Sub principibus Sacerdotum.* Unde ita pravi sacerdotes, & Sacerdotum principes? *Alius de honoribus, alius de pecuniis, alius de prædiorum ambitu cogitat: quando mens talibus implicatur, ab statu suis rectitudine flectitur.* Ex Greg. Magn. T. 2. D. 1. à n. 11. T. 4. D. 4. à n. 8. T. 5. D. 2. n. 3. T. 10. D. 2. n. 16.

II. *Sub principibus sacerdotum.* Hi? Profectò, urgentes subditos in amaritudinem animæ, iustos afficientes dolore, in fastigium extollentes iniquos, & malignitatis socios, iustorum exercitium, sentum improborum, vulnus innocentiæ, patrocinium noxæ; quia in vitio decor, atque de virtute pudor. T. 1. D. 1. D. 2. Dignitas non sanctificat hominem, sed homo creditam dignitatem. T. 4. D. 4. Vid. *Præses* à VIII.

III. *Sub principibus sacerdotum*, qui condemnarunt Christum. *Curritur passim ad sacros ordines: neque enim signum regni occupare cœlestis, aut illius timent gestare coronam: in quibus avaritia regnat, ambitio imperat: iniquitas & luxuria principatur.* Ex Bernard. T. 10. D. 2. num. 16.

IV. *Factum est verbum Domini.* Hoc in prædicatore & confessario, non est peccata mulcere, sed corrigere: non deaurare, sed ostendere: non fovere, sed curare. T. 7. D. 3.

V. *Verbum Domini.* Sed auditum non auditur. Auditur, dum quisque sibi sumit: non auditur, quando transit. Auditur ex cordis pœnitudine, non solùm voce vel aure. T. 6. D. 1. T. 10. E. à n. 32. D. 3.

VI. *Baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum*, ut sensus subdatur rationi, ratio legi, creatura creatori, cupiditas virtuti, & homo sibi ipsi. T. 7. D. 3. à 3. D. 4. T. 10. D. 1. n. 3. D. 2. n. 12.

In Septuagesima.

I. *Exijt* Deus in revocationem peccatorum *primò mane*, quoniam homines sunt eius deliciæ. T. 5. D. 1. n. 1. T. 10. E. 3. Ut respondeant vocationi. T. 7. E. 3. Ut removeantur à crimine. D. 1. à n. 14. T. 8. D. 2. n. 11. Ut sint participes gratiæ. T. 6. D. 1. n. 11. T. 10. D. 5. n. 9.

II. *Exijt primo mane.* Mirificè exit, inspirando in corda, ut removeantur à culpa. In voce Dei plures sunt voces. T. 6. D. 1. Quando vox eius auditur? T. 10. D. 3. num. 7. Quando proteritur? T. 8. D. 6. num. 11. Vid. *Peccator.* l. II.

III. *Ite & vos in vineam meam* in laborem & mercedem. Non sat in laborem ire sine labore; quia non sat virtutis materia, sine virtutis forma. T. 5. D. 2. nec sat pro magna gloria, si non perferuntur magna. T. 4. D. 3.

IV. *Quid hìc statis tota die otiosi?* Loqui, detrahere, fingere. Hæc otiosorum studia: cordis picturæ, maculæ falsæ, embolia pravitatis, inventiones & inventiones. T. 6. D. 3. D. 4. Cuncta rodunt, universa corrumpunt, omnes fuliginant, illibata maculant, dominationem spernunt, & maiestatem blasphemant. ibid. & D. 3. num. 10.

V. *Tota die otiosi.* O monachi! Donec pertranseat tempus in horam signatam? Pertransit tempus, quod miseratio Dei elargitur ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad impetrandam gratiam, ad promerendam gloriam. Ex Bern. ibid. n. 7.

VI. *Oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Superior qui arridet malis, vel ab illis risibilis: qui non arridet, communis dicitur hostis. T. 9. D. 1. Vid. *Præses.* IV.

In Sexagesima.

I. *Exijt qui seminat, seminare, &c.* Verbum Dei seminatur in aure, germinat pectore, fructificat corde. Seminatur auditu, germinat fotu, fructificat partu. T. 10. D. 3.

II. *Semen suum.* Flamma verbi Dei fulget cognitione, receptione & dilectione. ibid. à n. 8. Vid. *Verbum Dei.*

III. *Dum seminat.* Non seminat, qui verbum Dei seminat, si sensus egens, cura pungens, culpa mordens. T. 10. D. 4.

IV. Non seminat, seminans verbum Dei, qui loquitur mutus, qui ambulat immotus, qui valet infirmus, qui sal infatuatus. ibid. & alia consona n. 4. Vid. *Prædicator, Concionator.*

V. *Aliud cecidit, & natum aruit.* Aruit, quia cecidit;

dit ; germinaret in fructum , ni semen caderet. Cadens dispergitur , in conceptum non auditur , ingreditur & egreditur ibid. & T. 10. D. 3.

VI. *Aliud cecidit in terram bonam* cordium: nec sine fructu, ni seminantis sit sensus egens, cura pungens, culpa mordens. Defectu sensus est infirmus, affectione solicitudinis moribundus , crimine mortuus. In primo stolidus , in secundo vanus , in tertio pessimus. Sensu egens , ubi illicita placent. Cura pungit , dum famæ satagit. Culpa mordet , quando prædicata negligit. T. 10. D. 4. à n. 4.

VII. *A solicitudinibus, &c.* Nonnulli audiunt, nonnulli non audiunt , alij audire renuunt , alij nolunt, alij nequeunt. D. 3. à n. 2.

VIII. *Fructum afferunt.* Verbum seminatur in aure , germinat in pectore, crescit in corde ; fructu uberrimo ex cognitione , conceptione & dilectione. ibid. à n. 5. & 8.

In Quinquagesima.

I. *Filius hominis tradetur, &c.* Hoc in tempore hominum flagitia crucifigunt Dominum , flagellantium & illudentium. T. 9. D. 3. n. 8. Tres Sirenes hostes animæ: exponiturque passio Christi , ut arceantur crimina , vel ut curentur vulnera. T. 2. D. 2. n. 1. T. 3. D. 4. n. 7. T. 7. D. 3. n. 12. T. 10. D. 2. n. 9.

II. *Filius hominis, &c.* Cæcè vagatur per vitia peccator, & Christus iterùm illuditur, flagellatur & crucifigitur ; quia passionis oblivione perditissima vita. T. 1. D. 4. n. 1. quia rabie percellitur in peccata. T. 8. D. 2. n. 9. & 12. quia obdurescit gratijs. T. 6. D. 1. n. 11. quia irritatur obsequijs. T. 7. D. 1. n. 8.

III. Cæcus *clamabat, &c.* Nemo in lucem, in mentem , in salutem nec in se redit , qui cæcitate quiescit, languens languorem non cognoscit , & cæcè languens sic sedet. T. 8. D. 2. n. 3.

IV. *Iussit illum adduci.* Vox medici audienda, ut illuminentur lumina , & concedatur gratia: surgere satagit, qui ad quanlibet vocem surgit. ibid.

V. *Cùm appropinquaret*, Cæcum Christus illuminat: priùs cæcus cæcè sedebat. Malà & tranquillà conscientià, nil peius, nec infelicius. ibid. à n. 1.

In festo 40. *Horarum.*

I. Filius hominis *tradetur Gentibus* pro filijs hominum , ut *illudatur* , *&c.* Filij hominum utquid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Insurgunt vitia carnis in virtutes cordis, sicut in Musas insurgunt sirenes: at fugient vocem mundi, qui audierint cœli : videbunturque illecebræ in nocumentum , quæ videbantur deliciæ in delubris voluptatum. T. 10. D. 2. à n. 7. Hæccine planè ludibria, queis ad voces rationis obsurdescunt corda: igitur si arderet affectu pectus , hoc convivio nihil suavius, nil iucundius, nil pretiosius. ibid. à n. 14.

Feria 4. *Cinerum.*

I. *Memento, quia pulvis es.* Felix ad pulverem mors, si viva; ficta siccine, quæ vera; quia consuetudo moriendi, est in morte vera vita. T. 9. D. 3. Vid. *Mors.*

II. *Pulvis es.* Nox nocti indicat scientiam : mors mortis sequentis instantiam ; ut sciatur in morte , quod scitur , & simul cognoscatur quod cognoscitur. Debet enim homo in se considerare futurum, quod in alijs contemplatur ut præteritum. ibid. num. 2.

III. *Nolite fieri sicut hypocritæ.* Hypocritæ facies fœminarum. Earum pulchritudo fallax , fucata favilla, sepulchrum animatum , cadaver sensitivum. T. 9. D. 4. Pulvis exponitur , dum hypocrisis ostenditur. Scit fœmina , se reversuram in pulverem , sed post mortem: ignorat esse nunc pulverem: igitur conditio, in qua species in morte non mutatur, sed exponitur. ibid. num. 2. Hinc fronte cinis & non in illarum capite. Ignorant venustatem esse hypocrisim , & verè pulverem ; quia credunt insidiatoribus speculo , diabolo & amori proprio. ibid. n. 4. & 10.

IV. *Nolite fieri sicut hypocritæ.* Hypocrita vita mortalis est , quippe mors viva , fiducia vana , vanitas incognita, securitas perfida; qua homines arbitrantur esse in mundo, quando iacent in inferno. T. 6. D. 6.

V. *Sicut hypocritæ*: Qui exercicijs sequuntur virtutis speciem, sed non virtutem, & specie virtutis virtutis totum laborem. T. 5. D. 2. T. 9. E. 28. D. 2. n. 2. T. 11. E. 43.

Feria 6. Cinerum.

I. *Diligite inimicos vestros.* Vulnerum iniuriarum medicina oblivio , patientia , aut gratia. Oblivio creditur memoriæ , patientia rationi , gratia voluntati. T. 7. D. 1. Vid. *Amicitia.*

II. *Diligite inimicos.* Difficilis oblivio cogitati vulneris , cum memoria potestatis ultionis. ibid. n. 11. & T. 2. D. 3. Vid. *Perfidia.*

III. *Benefacite his qui oderunt vos.* In perfectionem charitatis, non sat, perpeciisse, nec benè velle, restat benefacere. T. 7. D. 1. n. 13. Vid. In *Cœna Domini.* n. VI.

IV. *Benefacite, &c.* Quid si ex beneficentia, penetrabilior sagitta ? inimicus fovendus gratià , sed cavendus prudentià. Ostendenda larga manus , sed credendum nunquàm pectus T. 2. D. 3. n. 11.

V. *Ut sitis filij Patris vestri.* Si filij non Dei, filij diaboli, sine iniuriæ oblivione, cum animi pravitate. Tantùm satanæ mancipatus, quit in amicitiam quæri, & reconciliationem proculcare: in gratiam admitti, & amorem proterere. T. 7. D. 1. à n. 14.

VI. *Ut sitis filij Patris vestri.* Aptè Chrysolog. Serm. 145. *Quoties res turbat , fallit species , facit color negotij interna nescire; declinemus iudicium , subtrahamus vindictam, fugiamus sententiam.* T. 6. D. 4. n. 5. Vid. *Inimicus, Vindicta.* & in *Cœna Domini.* num. VI.

Dominica I. Quadragesimæ.

I. *Dic ut lapides isti panes fiant.* Hæc diabolica suggestio , in vanitatis concilio ; dum quia dicunt potentes , assumuntur in honores , qui cognoscuntur insensibiles lapides : unde cunctorum ignominia , electorum arrogantia , & indignorum insolentia. T. 2. D. 4. n. 8. T. 3. D. 6 n. 8. T. 8. D. 5. n. 13. Vid. *Affectio, Indignus,* & Præses XII.

II. *Supra pinnaculum templi.* Assumptus à dæmone, quod in homine claret ex ipsa assumptione. T. 1. D. 1. n. 6. T 2. D. 4. n. 2. In pinnaculo tumet superbus. n. 18. Perfidus. T. 10. D. 6. n. 9. Insanus. T. 3 D. 6. n. 6. Maledicus T. 6 D. 2. n. 21.

III. *Supra pinnaculum.* Post lapsum cognoscuntur ambitionis insidiæ. Optantur facta infecta , dicta non dicta, desideria inimicorum vota. D. 4. n. 3. Vid. *Ambitio. Inaignus.*

IV. *Ostendit ei, &c.* Gloriam mundi gaudio ficto, falla-

ci dolo, fucato blandimine, vera fraude. T. 6. D. 5. Vid. *Felicitas.*

V. *Gloriam.* Quò tantùm color & color: error & error: in quorum ſplendore & coloribus, nec colores, nec in ſpecie fulgurante levis ſpecies. ibid. à n. 3.

VI. *Gloriam.* Quam gloriam? In qua felicitas infeliciſsima, gaudia amaritudine plena, plauſus dolus, fallax cultus, infidioſa bona, quia verè cruciamina. ibid. Vide *Mundus.*

Feria IV. Dominic. 1. Quadrag.

I. *Magiſter volumus*, & volumus etiam habere magiſtrum; ſi fecerit, quod voluerint: ſin autem ab illis carpetur honor, quos videbat diſcipulos, inveniet ſcorpios; non ſolùm in halitum vitalem, ſed in honorem: non ſolùm in vitam, ſed in famam. T. 6. D. 3. à n. 4. & n. 12. T. 9. D. 1.

II. *Volumus à te ſignum videre*: & ille ab illis vult videre, ut poſsit benefacere. Ut evaneſcant peccata & cordis ſanentur vulnera, à crimine debet eſſe compunctio, à pœnitentia afflictio, à conſcientia confeſsio. T. 7. D. 3.

III. *Volumus.* Hæc eſt ſumma amoris proprij, & ſcopus propriæ voluntatis, qua homo cæcus & ſtultus & errorem neſcit, & eſſe in errore placet. T. 1. D. 1. n. 6. T. 5. D. 2. n. 4. T. 8. D. 3. D. 5. n. 10. Vide *Philautia.*

IV. *Volumus ſignum à te.* Nullum ab illo in ſalutem ſine ſignis illorum: quia ut faveat, debent moveri in pœnitentiam, diſponi in gratiam. T. 7. D. 3. T. 8. D. 2.

V. *Generatio mala & adultera.* Nec patientiâ, nec præſentiâ Dei movetur. T. 10. D. 2. n. 5. ſed protervè inflatur. T. 6. D. 1. n. 6. doloribus non compungitur. T. 8. D. 1 n. 8. D. 2. n. 3. ſed obſequijs obduratur. T. 6. D. 1. n. 16. nec miraculis convertitur. n. 4. nec gehenna coram oculis concutitur. T. 8. D. 1. n. 9.

Feria VI. Dominic. 1. Quadrag.

I. *Quinque porticus habens.* Quænam quinque porticus meriti & demeriti? T. 2. D. 4. n. 6.

II. *Iacebat multitudo, &c.* ſe nec movebat, & ſalutem expectabat. Proh miſeri! Radicatur vulnus, deſperatur morbus, proteritur tempus, & amittitur ſalus. T. 8. D. 2. à n. 7.

III. *Iacebat multitudo.* Cur tanta multitudo iacebat? Erigi cupiunt, ſed diligunt morbum. Exempla indignorum indignos impellunt, & infirmi introitum ambiunt: ſed languentium iacet multitudo & multitudo, regnatque morbus & morbus; quippe aliquando ſanabatur unus. T. 2. D. 4. à n. 7.

IV. *Movebatur aqua & ſanabatur unus.* Primùm erat motio, pòſt ablutio, demùm ab infirmitate liberatio. T. 8. D. 2. n. 8.

V. *Sanabatur* à quacunque detineretur infirmitate. Grave venenum cordibus infertur à colubro per peccatum. Malum percuti: peius, percuſsionis oblivíſci: periculum non videre: in rabiem trahi, demùmque perire. ibid. à n. 1.

VI. *Vis ſanus fieri?* Pende quid per peccati languorem perdideris, & quid meruerit. Signum in ſalutem, conſiderare, unde anima cecidit, quò corruit, quid habuit, & quid habet. T. 7. D. 4. *Vis?* Ægrum ſe ſciebat, ſed ſcire ſimulabat, fovens ſpe ſalutis infirmitatem, & fiduciâ vitæ latentem mortem. T. 6. D. 1. n. 16. D. 6. à n. 7. Vide *Peccator* II. *Vis?* Vulnera ſunt inſanabilia, ſi ignota: at ſanantur, dum ex illis dolor in cordis pœnitudinem, & nequaquàm in phreneſim. T. 6. D. 1. n. 4. T. 8. D. 2. n. 4.

VII. *Tolle grabatum tuum & ambula.* Haud rectè ambulaveris, ni grabatum ſuſtuleris. Salutem recuperando perdit, qui occaſionem infirmitatis non tollit. Siccine valet animus, arcetur morbus, & viget virtus. T. 2. D. 2.

VIII. *Ne deterius tibi aliquid.* Primum videtur iam portabile, quod priùs importabile: iam leve, quod grave: de verberibus non dolet, vulnera nec ſentit: iam amarum, dulce; & cuius tæduit, placet & maximè. ita cauterium conſcientiæ. T. 8. D. 2. à n. 4. T. 7. D. 1. n. 9.

Dominica II. Quadrageſ.

I. *In montem excelſum, &c.* Chriſtum in montem perfectionis ſequi, eſt crucem portare. In animo, non in labore ſtat præmium. Lamentabile quidem quod qui portant, portent ad onus onus laboris, & nequaquàm præmium crucis. T. 5. D. 2. n. 5.

II. *Seorsùm.* Hinc ex labore ſurrexit gloria, quia virtus occulta, & virtus plena. T. 3. E. 24. T. 4. D. 4 n. 14. T. 9. D. 5. n. 12. T. 11. E. 43.

III. *Tranſiguratus eſt, &c.* Per laborum pœnam pervenitur in gloriam, ubi latentia gaudia, & felicitas occulta. T. 4. D. 3.

IV. *Ipſum audite.* Qui de cœlo deſcendit ad dandam ſcientiam ſalutis: non damnationis ſub ſpecie rectitudinis, & malitiâ ſtudiorum; quæ quidem ſtatuit, nemini in doctrina diſplicere, ad lubitum pro commodo metiri, atque moribus etiam pravis aptare. T. 8. D. 6. num. 10.

V. *Ipſum audite* uti veritatis verbum, non ut cauſidicum, qui cauſas replicat, fraudes glomerat, tricas implicat, veritatem obnubilat, &c. T. 1. D. 3. n. 2. Quia hic qui filius meus, ſemper idem, ubique par ſibi, non-nunquàm ipſe. T. 3. E. 10.

VI. *Ipſum audite*, ut in viſam perveniatis gloriam: ipſe enim docet, quantum malum amiſsio gratiæ, quanta deformitas culpæ, & quàm gravis ſervitus poteſtatis diabolicæ: ex D. 1 hom. *Opuſc.* 58. cap. 2. T. 1. D. 1. n. 14. T. 7. D. 1. n. 15. T. 8. D. 1. n. 1. D. 2. n. 4. T. 10. D. 2. n. 4. T. 11. E. 42.

Feria IV. Dominic. 2. Quadrageſ.

I. *Adorans, & petens.* Ambitionis molimina, embolia & exercitia. T. 1. D. 1. n. 6. T. 2. D. 2. n. 2. T. 10. D. 1. à n. 14.

II. *Dic.* Iam dicit *Non eſt meum*, ut elevem per matris interventionem indignos in dignitatem; ſed tantùm per meritorum honorem. T. 2. D. 4. T. 3. D. 6. n 8. T. 8. D. 5. n. 10. T. 9. E. 13. Vide *Electio.* Non eſt meum interventu matris, atque ſuffragio affectionis, cuius ratio in iudicijs fallitur, voluntas perturbatione iactatur, atque memoria confunditur, ex Bernard. T. 3. D. 6. num. 3.

III. *Neſcitis, quid petatis.* In ambitione neſcitur, an impudentior, an petulantior, an ſtolidior dignitatum avida ſolicitudo. T. 2. D. 4. à n. 4.

IV. *Neſcitis, quid petatis.* Ambitioſus ſemper in continuo motu. T. 10. D. 4. bello. T. 8. E. 31. impetu malignitatis. T. 6. D. 2. à n. 19. & perfidia cordis. T. 10. D. 6. num. 9.

V. *Neſcitis.* Illis reſpondet, non matri, ut medeatur ulceri: equidem pro tempore aliqua diſsimulare, quaſi incognita præterire, imò indulgere; eſt inſigne

ſyn-

ſyndereſis, ſublimitas diſcretionis. T. 8. D. 4.

VI. *Non eſt meum.* Ex indignis patent incommoda, & electionis pericula: in ratione ſolet eſſe præ affectu fallacia, in voluntate cæcitatis turbulentia, utriuſque error in memoria. T. 3. D. 6.

Feria VI. Dominic. 2. Quadrageſ.

I. *Locavit eam agricolis.* Peiores ſunt gratijs, qui non flectuntur obſequijs. T. 6. D. 1. n. 16. T. 7. D. 1. n. 8. Ubi corruptio morum nota, perperàm collocantur credita munera, etenim ſervato in diſtributione ordine, & tenore iuſtitiæ, dignitates florebunt, virtutes ac merita germinabunt, digni honoribus pollent, & indigni nequaquàm inſoleſcent. T. 2. D. 4. Vid. *Indignus, Merita, Electio.*

II. *Locavit Agricolis*, ſed peſſimis & ingratis, cuius pervicacia ex accepto beneficio, irritatio bilis ex amoris exceſſu; ubi ingratitudinis excuſatio, vehementior ingratitudo. T. 1. D. 4. à n. 6. T. 6. D. 2. n. 15. T. 7. D. 1. n. 8. T. 8. E. 7. T. 10. D. 6. n. 12.

III. *Alium cæciderunt, alium, &c.* Haud facile, pravos regere, ni rectores etiam pravi. Averſantur rectum præſidem, impellunt in diſcrimen, derogant famam, & inſurgunt in vitam. T. 9. D. 1. T. 10. D. 1. n. 17.

IV. *Verebuntur filium meum.* Non convertuntur Dei patientiâ, nec præſentia. T. 5. D. 2. à n. 9. T. 10. D. 2. n. 5. Cervicoſus illis furor, & anxius labor. T. 9. D. 1. Vid. *Subditi.*

V. *Hic eſt hæres venite occidamus eum.* Qui optimus, peſsimis malus, minimè rectus, ſi rectus viventibus ſine iure, ſine mente, pravo corde. ibid. n. 6.

VI. *Occidamus eum.* Nec hæres ſervatur, ubi ſervi malè habentur. Quando errori accedit impœnitentia, ex peccatis præcipitium in peccata, & uſque in barathrum catenata crimina. T. 8. D. 1. D. 2.

VII. *Malos malè perdet.* Longè aberit priſcus amor, propè fulminis terror, ut pereant, ut ardeant; quia ſpreverunt beneficium, & adiuverunt in malum. T. 1. D. 4. T. 5. E. 19. T. 8. D. 2. n. 15. Furioſi, Lunatici, corrupti, inſolentes, procaces. T. 8. D. 4. n. 5. T. 9. D. 1.

Dominica III. Quadrageſ.

I. *Erat Ieſus eijciens dæmonium*, cæcum & mutum, quæ omnia in conſuetudine peccati. T. 8. D. 1. Quænam ſpes ſalutis, in eo qui æger nec audit, nec videt, nec ſentit? D. 2. T. 6. D. 1. à n. 6.

II. *Dæmonium*: ita dicitur homo, quippe iacens in peccato. T. 7. D. 1. n. 15. Nec eſt illi timor, nec dolor, nec motus, nec ſenſus. T. 6. D. 1. T. 7. D. 1. n. 9. D. 3. n. 1. T. 8. D. 2. n. 14. Deſipit, furit, in rabie iacet, & inopinatò perit. T. 8. D. 2. Vid. *Peccator.* I. II.

III. *Mutum.* Detractor ac delator dum hiſcit, verbis muteſcit multitudine, varietate, & falſitate ſpecierum. T. 6. D. 3. Semper in malum verbum peſsimum, multicolor, diſcolor, verſicolor. ibid. *Detractor, Delator.*

IV. *Dæmonium*, quia ſub dæmone ſervitium, ubi nec peccatum confitetur, de illo nec afligitur, nec compungitur. T. 7. D. 3. De bonitate Confeſsionis 3. *Dominic. Advent.* VI.

VI. *Dæmonium mutum* hominem vel in ipſa confeſsione peccati quia multoties ludicra, futilis, ruſtica, & fatua. ibid. à n. 11. Manet, ſi abſconditur morſus, culpæ venenum; & maius periculum, ſi vulnus incognitum. ibid. à num. 1. D. 4. num. 5. Vid. *Confeſsio.*

VII. *Cùm eieciſſet dæmonium.* Cur multoties ab expulſore dæmonium non eijcitur, ſed fovetur? Vid. *Fer.* 4. ſeq. n. III.

Feria IV. Dominic. 3. Quadrag.

I. *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur?* Pleni peccatis intendunt in vanitatis, non perfectionis ſpecies, quorum fulgor ſine luce vel in apparentia, & lumina tenebroſa, ſine forma vel in virtutis materia. T. 4. D. 4. T. 10. D. 2. n. 5. T. 11. E. 40. & 43.

II. *Quare tranſgrediuntur.* Accuſant miracula, liturant glorioſa, caſtigant prodigia. T. 1. D. 3. n. 7. T. 6. D. 1. à n. 10. T. 9. D. 1. n. 7.

III. *Quare & vos docentes doctrinas hominum.* Ita confeſſarij aulici. Deaurant illicita, indulgent voluptuoſa, excuſant pravitatem, fovent peſtem, mulcent crimen. T. 7. D. 3. à n. 14. Alta vulnera eorum documenta, quia intendunt in vulneratos & non in vulnera. ibid. & T. 8. D. 6. n. 10.

IV. *Quare & vos, docentes doctrinas hominum*, peſſundatà Dei doctrinà? Sæpe in doctrina falſa, arrogantia, inverecundia, & inſolentia. ibid. à n. 7.

V. *Docentes doctrinas hominum.* Nulla virtus doctrinæ doctoris, ſine doctrina virtutis. T. 9. D. 2. Hæc doctrina inſipientia, & clarior ſine prudentia, cæca & claudа. T. 9. E. à 20. Vid. *Scientia.*

Feria VI. Dominic. 3. Quadrageſ.

I. *Sedebat ſic ſupra fontem.* Quid eſt *Sic*? Vehementia amoris. Quærit illam, quæ quæſitura: fatigatur, per illam quæ fatiganda; ut inveniret, quod illam oportebat, quaſi oporteret illum. T. 5. D. 1. n. 4. T. 6. D. 1. n. 3. T. 7. D. 1. n. 14. Vid. *Chriſtus.* IV.

II. *Oportebat illum.* Ut errantem reduceret in viam, & animam foveret ingratam. T. 10. D. 2. n. 3. D. 5. n. 4. D. 6. n. 2. & 5.

III. *Quinque viros habuiſti.* Ut frugi reducat, non lenocinatur peccatrici, dicens bonum malum & malum bonum, uti in doctrinis deſpumantes ſuas confuſiones, ſeductores, vaniloqui, hoſtes animæ. T. 7. D. 3. à 14. T. 2. D. 1. n. 11.

IV. *Video, quia Propheta es tu.* Studio tacitæ correptionis, venit fœmina in cognitionem criminis. Ubi priùs gaudia, acuta videntur tela: quò iucunditas, acerbitas: voluptates, dolores; cuncta contraria à laſcivia promiſsis. T. 6. D. 5. à n. 7. T. 4. E. 14.

V. *Reliquit hydriam.* Nacta ſalutem, relinquens criminis occaſionem: quippe quæſitâ, occurrit cæcitas mentis, obcæcatio voluntatis, & ſervitus dura cordis. T. 2. D. 2. T. 7. D. 4. n. 2.

VI. *Reliquit hydriam.* Evanuit ſine occaſione cogitatio legi pugnax & memoria mulciminis tenax. ibid. Vid. *Luxuria, Venus, occaſio.*

Dominica IV. Quadrageſ.

I. *Trans mare.* Trans ſæculum, ut ſequamur Chriſtum. Extra ſæculum homo vivit puriùs, cadit rariùs, ſurgit velociùs, incedit cautiùs, illuminatur frequentiùs, quieſcit ſecuriùs, moritur confidentiùs, purgatur citiùs, premiatur copioſiùs. T. 2. D. 1.

II. *Trans mare.* Ultra ſæculum nequam. Patet in hu-

huiusmodi Christi sequela, quanta divina misericordia: igitur considerat homo non solùm unde exutus; sed ubi constitutus: non solùm quid evaserit, sed quid acceperit: non tantùm unde revocatus, sed quò vocatus. ibid. à n.4. Vid. *Monachus.* III.

III. *Videbant signa super bis, qui infirmabantur.* Quomodò permanet ægritudo, vel calcato sæculo? Quia extincta vocatio. Iterùm extra sæculum in illud conversio: quod quidem devotionem extinguit, spiritum tepefacit, mentem habetat, voluntatem refrigerat, &c. ibid. num. 11. Pende à quo, ad quem, & ad quid venisti. ibid.

IV. *Signa super bis, &c.* Quomodò à vulneribus sanitas, si insanabilis infirmitas? Si vulnus excitat ex dolore dolorem, & corda dolent in criminum pœnitudinem. T.8. D.2.n.4. Vid. *Contritio, Conversio.*

V. *Ipse sciebat, quid esset facturus.* Et ministros interrogat, dum Principem in regimen informat. Sæpe ministri in consilijs proprio ducuntur sensu, in suffragio utuntur artificio. T.7. D. 5.

Feria IV. Dominic. 4. Quadrag.

I. *Vidit hominem cæcum*: peccatoris typum; qui cæcus, stupidus & protervus. T.6. D.1.à n.6. T.7.D.1. n. 15. Furiosus, phreneticus, & rabidus. T. 8. D. 2. à num. 9.

II. *A nativitate.* Id est, criminis consuetudine. Cæcitas summa, ubi crimina inolita, errorum catena, cui in deterius medicina, & insensibilis conscientia, cum stultitia stultissima, & insanabili plaga. T.8. D.1.

III. *Alij dicebant: Hic est. Alij, nequaquàm.* En effectus per iteratam culpam. Si videt, videtur alius, qui diutinè cæcus. Alius videns, & alius lumine carens. Alius, qui aperuit errori oculos, ab illo, qui semper cæcus. Alius, qui sequitur rationis lucem, ab eo qui semper cæcus secutus errorem. T. 8. D. 1.

IV. *Quid fecit tibi?* Despiciunt miraculum & inquirunt miraculi modum; ut detrahant, & miraculum confundant. Specie veritatis vomunt mendacium: specie claritatis fingunt embolium: nulla actio estò mirabilis sine nota, speciosa virulenta, insignia monstra, præclara pessima, miracula crimina. T.6. D. 2. à n.9. D.3. n.3. T.9. D.1. n. 7.

V. *Nunquid & nos cæci sumus?* Haud intra se discutiebant mores suos: pessundabant dicta dicta propter eos. Sese cæcos nesciebant, vel scire simulabant. T. 6. D.1. n.16. T.8. D.5.n.10. T.9. E. 13. D. 3. n. 1. T. 1. D.1.n.14. D. 3. 1.

VI. *Si cæci essetis, &c.* Grave, periculum in conscientia non videre, in mortem trahi, ac sine cognitione perire. T.5. E.23. T. 8. D. 2. n. 1. T. 9. E. à n. 13. T.10. E.38.

Feria VI. Dominic. 4. Quadrages.

I. *Erat languens.* Incidit in phrenesim, post in lethargum. Quodnam peius? T.8. D.2. n.2. Nemo saluti surgit, qui a lethali morbo quiescit, & languens securè dormit. ibid.

II. *Languens*, in phrenesim. Nec nociuor animæ ulla, quàm impœnitentia cordis, & in crimine obstinatio voluntatis. ibid. à n.4.

III. *Mansit in eodem loco duobus diebus.* Mundus corruptelæ illecebra, mansio hominum fragilium, intimè vulneratorum; qui ita complacent sibi, ut plagati insicientur vulnera habere: gliscit pestis si cognoscunt cognosci: medicusque fit quasi ignarus, ne augeatur morbus. T. 8. D. 4. n. 2. affectata ignorantia est vulnerum medicina, in qua etiam dissimulatio dissimulanda. ibid. Vid. *Dissimulatio. Prudentia.*

IV. *Veni & vide.* Venit quærere peccatorem, deducendo ut surgeret in pœnitudinem; quia ut Lazarus iacet, & iacet clausus, ligatus, atque corruptus. Ex Bernard. Serm.4. in *Assumpt. Virgin.* n.2. T.6. D.1.T.7.D. 1.T.8. D.1.D.2.

V. *Quatriduanus est.* Fœtet in conscentia propria, ubi pudor, ubi timor, ubi labor, ubi dolor. Ex eodem, n.3. T.5. D.4.n.5. T.6. D.6.à n.5. T.7. D.3. n.1.D.4. T.10 E. 21. D. 3. à 5.

VI. *Statim prodijt*: prodijt, quia prodijt statim; quin tempus expectaret in exitum, & non exiret, vel spe vana veniæ, vel spe vana vitæ; quoniam pedes & manus ligatus, & in errorem coopertus velamine vultus. T. 6. D.6. D.6. T.7. D.3.à n.3.

VII. *Statim prodijt*: vocantem vel in sepulchro audit, malum sentit, morbum cognoscit, vulnus videt de ægritudine sibi non placet, & pro salute non quiescit. T.8. D. 2.

Dominica V. Quadrages.

I. *Si veritatem dico, quare non creditis?* Longè distant veritas opinionis & opinio veritatis. T. 10. D. 1. n.2. Vid. *Verum.*

II. *Si veritatem, &c.* Acceptabilis, dum illam comitantur modus & tempus. T.6. E.à n.40. T.7.D.5.

III. *Quare non creditis?* Cauteriata illis conscientia: ex illa vulnerari & non cognoscere: percuti, nec sentire; trucidari, nec dolere. T.6. D.1.à n.4.

IV. *Quare non creditis?* Duritia est aurium, claudere auditum, dum verba aurum habent, & stateram & frænum. T.7. D. 5. n. 10.

V. *Quare non creditis?* Sensus est egens, conscientia pungens, culpa mordens. T. 10. D.4. num.4. Vide *Veritas.*

VI. *Quare non creditis?* Ut audiatur placidè veritas, quid, quando, & quomodò loquendum? ex Ambrosio, T.7. D. 5. n. 9.

VII. *Nonne benè dicimus nos?* En obcæcatio. Non obcæcantur à veritate, sed à propria cognitione, conscientia pungente; qua veritas cognoscitur, & impugnatur. T.1.D.3.n.1.T.10.E.38. Hi sunt, qui docuerunt linguas suas loqui mendacium, diserti adversus iustitiam, eruditi pro falsitate, sapientes ut faciant malum, eloquentes ut impugnent verum, &c. T.9.D.2.n.6.

Feria IV. Dominic. 5. Quadrages.

I. *Facta sunt encænia.* Ita in anima, sed novis victimis, in oratione cordis, quæ quidem ne habeat maculam, minimè sit cæca, nec clauda, nec debilis, nec deformis. T.5. D.2.à n.6.

II. *In templo*, quò ad Deum oratio, sed ibi Iudæorum præces sine oratione. Deformis ubi levitas cordis. & vagatio mentis. n.3. Qui ita petit, non gratiam accipit; qui quærit, non invenit. n.10.

III. *Quousque animam nostram tolis?* O perfidi! Scorpiones sunt, quorum tot venena, quot ingenia: tot pernicies, quot species: tot dolores, quot colores. T.6. D. 2.

IV. *Dic nobis palàm.* Cordis punctio spes in amico

sal-

falso; & summus dolor, inauratus amor. T. 2. D. 3. Vid. *Perfidia.* Sunt spicula ferrea, apes, aspides, viperæ & scorpij. T. 6. D. 2. D. 4.

V. *Dic nobis palàm.* In facie lenocinium, in corde venenum: cunctorum subversores, mutato sensu, mutato verbo, mutato modo. T. 6. D. 3. à n. 8.

Feria VI. Dominic. 5. Quadrag.

I. *Quid facimus?* Illicò in eum conficiatur & perficiatur causa. Durante strophâ, infertur pœna corumpitur fama; ne deficiat potestas, quandiù consummetur iniquitas; ita ut post facinus, pœnitentiæ non sit locus. T. 8. D. 5. à n. 9. T. 1. D. 1. n. 13.

II. *Quid facimus?* Præproperè iudicant: sequetur error. Haud furerent, modò in concilio cogitarent, quid liceret, deceret & expediret. T. 9. D. 6. num. 12. In concilio Principi blandimen in status destructionem, & deauratæ species sunt errores & errores. T. 7. D. 5. à 4.

III. *Caifas Pontifex.* Qui malitiâ stolidus, indignitate stultissimus. T. 8. D. 3. Damnat miracula & prodigia, uti flagitia & peccata. T. 6. D. 2. à n. 9. T. 9. D. 1. num. 7.

IV. *Expedit, ut moriatur.* Quis? innocens. O nobile concilium, cuius caput Caiphas! Semper à læso corde & phantasia, prava iudicia. T. 1. D. 1. n. 12. D. 3. T. 8. D. 5. n. 5.

V. *Expedit*, quia improbo Principi placet. Obcæcat affectio. T. 1. D. 3. n. 5. Iniuria larvatur iuris præscripto. D. 1. à 15. & sub iustitiæ forma, iustitiæ maior offensa. T. 8. D. 5. Vid. *Præses* IX.

In Transfixione Virginis.

I. *Stabat.* Dolor Virginis ex cruce, Crux ex dolore. T. 5. D. 4.

II. *Stabat.* Iuxta crucem filij matris statio, ex qua doloris cognoscitur magnitudo. Ultrà non est, dum filium conficit crux; patientem ita videre, & matris vitam stare. n. 3.

III. *Stabat.* Ut multiplici morte pati posset, quæ in vita non possunt pati. Erat anima præsens, ut moriendo sentiret: stabat summis ictibus, ut sentiendo doleret. Vita ligata cordi, ne cruciamina fugeret: & stabat, ne summo dolore sensus è sensu supervolaret. n. 3. Pro Virgine iuxta crucem sola, vid. infrà, & *Maria.* XI.

Dominica Palmarum.

I. *Dominus bit opus habet*, in exemplum patientiæ, & triumphum obedientiæ summæ. Ducitur ab asinis: & tunc in obedientia fulget summa perfectionis; quia placidè fertur infatuatio, stoliditas, arrogantia & insolentia ductoris. T. 1. D. 1. n. 13. D. 2. n. 3. T. 2. E. 38. T. 8. E. 4. & D. 3.

II. *Rex tuus venit tibi*, ut condonetur iniuria, licèt nulla gratiæ causa: quærit in amicitiam Synagogam, quamvis cognoscat perfidiam. T. 7. D. 1. à n. 14. Vid. *Christus* IV.

III. *Venit* & *tibi* venit. Ex eius adventu mundo bona, sed tibi ruina. T. 3. E. 29. Modò mansuetus, & despicis, ut tibi sit iratus & aversus. T. 1. D. 4. T. 7. E. 6. D. 1.

IV. *Venit tibi*, cùm ad illum ire nolles, ut reducaris per pœnitentiam; & tempus propitiationis non abdicas in gratiam. T. 6. D. 5. num. 4. D. 6. T. 7. D. 3. à num. 3.

V. *Hosanna filio David.* O mundi gloria! O pessima corda humana! Plauduntur miracula, sed plectentur ut flagitia. T. 6. D. 2. à n. 9. D. 3. n. 3. T. 9. D. 1. n. 7. Non ita clamabant Pharisæi, quorum malignitas, in malignitate non nosci, cuncta dolo perficere, atque per nefas defendere. T. 1. D. 1. n. 25. T. 10. D. 1. n. 19.

VI. *Hosanna.* Non ab illis, quorum invidia urebat abdita cordis. Salvatoris despicitur præsentia sub adorationis specie, & maior perfidia in ludicra adoratione. T. 5. D. 2. n. 11. T. 8. D. 6. n. 16.

Pro Lachrymis Petri.

Flevit amarè, cogitans unde excidit, quò corruit, quid amisit, & quid habet. T. 7. D. 4. Vid. fest. seq.

Pro lachrymis Magdalenæ.

I. *Cognovit.* Bernard. serm. 40. de Diverf. *Cognitio sui stat in tribus: ut cognoscat quid fecit, quid meruit, quid amisit.* T. 7. D. 4.

II. *Cognovit.* Se cognoscit, quia pœnitet; & pœnitet, quia cognoscit. Intimè vulneratur; quia innocentiam amisit, quia amissam priùs non recuperavit, & patientiam Dei neglexit. ibid. & T. 6. D. 5. n. 4. D. 6.

III. *Remittuntur peccata.* Unde constat? Dicunt dolor summus, amor vehemens, tesses lachrymæ. T. 7. D. 3. n. 7. D. 4. à 11. Vid. *Lachrymæ.* & in eius. *Festo.*

Pro conversione Latronis.

I. *Hodie mecum, &c. O quàm sublimis confessio! de patibulo ad regnum, de terra ad cœlum, de cruce ad paradisum ascendit.* Bernard. de *Diverf.* serm. 40. T. 7. D. 3. n. 2.

II. *In paradiso.* Idem ibid. n. 2. *Multiplici criminum inundatione mundavit, & in antiquæ gloriam dignitatis reduxit.* T. 7. D. 4.

Pro Disciplina.

Sanguine dealbantur peccata, dolore mundantur in sanitatem corda. T. 7. D. 4. n. 6.

Feria V. in Cœna Domini.

I. *Sciens Iesus, quia venit hora eius.* Habuit scientiam vocis, & tres hostes musica vicit in conflictu certaminis: ingratitudinem, absentiam, & tempus. Quo modo, & arte ingratitudinem? T. 10. D. 6. à n. 2. Tempus? à n. 13. Absentiam? à n. 19. Vid. *Christus.* V.

II. *Cùm dilexisset dilexit.* De maximis in maiora procedit. T. 3. D. 2. n. 1. Dilexit, quoniam voluit; & tanto amore, quia voluit ita diligere. T. 10. D. 5. n. 9. D. 6. *Fert, tacitus vivit, vincit divinus amator.* Fert ingratitudinem tacitus, ut trahat. Vivit, quia sine redamatione præstantissimus eminet: vincit, quia traxit & ingratos demonstrationibus in se convertit. T. 10. D. 5. num. 7.

III. *Cùm dilexisset dilexit.* Summa amoris. Dilexit ut suos, quos sciebat alienos, & terminos amor transivit, quos scientia uti terminos cognovit. ibid. & D. 6. Dilexit despectus, vulneratus & vulnerandus. ibid. Vid. *Christus.* IV.

IV. *Cùm diabolus iam misisset in cor, &c.* Sanè Iudas & diabolus idem. Ubi non solùm amor (sed amoris in summis obsequijs decor, & generosa dilectio (respondere odio, suavitati ac dulcedini fastidio; in amicitiam ingra-

tum quæri, & reconciliationem proculcare; læsum supplicem videre, & humilem amandare; solummodò quibat facere perduellis, proditor, perfidus, & satanæ mancipatus. ibid.

V. *Sciebat quisnam, &c.* Gratijs fovet, sed perfidus gratiam nescit: allicit blandè, sed proditor induratur mulcimine. T.7. D. 1. à 15. Pridem erat in corde malignitas, pòst Satanas. Malignitas, ut magistrum proderet; Satanas, ut sibi dicta, quasi in alios, præteriret. T. 6. D. 1. à 4.

VI. *Sciebat, quisnam esset.* Summum charitatis fastigium; proditorem cognoscere, cum illo discumbere, & sese tradere proditori. n. 3. Magna injuriæ remissionis excellentia, quòd ad illam nulla causa: posse ulcisci, verùm nolle: amari & indignum esse. T.7. D.1.n.11. Magnum, parcere, benè velle, benefacere; sed eximium sanguinem & vitam fundere. n. 13.

Pro Virgine sola iuxta Crucem.

I. *Iuxta crucem* corpus, in cruce animus: patitur impossibilia, ubi in vita, mortua. Orbitas & vitam tollit, & simul vitam suspendit. Orbitas communis est mors post auram vitalem: hæc verò, vitæ periculum, atque discrimen post mortem. T.5. D. 4. n.7. & 12.

II. *Stabat* Iuxta crucem præ dolore solitudinis, nexus designatur vitæ & mortis: vitæ mortuæ, mortis vivæ. Vitæ mortuæ præ vehementia doloris: quippe non magnus, si in Virgine sola aliquid staret vitalitatis: mortis vivæ, ut gladius percuteret usque in animam, cùm aliquid mortua pateretur ultra vitam. n. 14. Vid. *Maria* XI.

In Resurrectione Domini.

I. *Surrexit Dominus verè.* Cur additur *vere*? T. 7. D.2. n. 13. Hæc nobis festivitatum festivitas, celebritatum celebritas; quia homo mortuus immortalis resurgit, atque sepultus gloriosam vitam obtinet & retinet. T.7. D.2.

II. *Surrexit.* Ex iniuria data gloria: immortalitas per mortalitatem: vita & gloriosa per mortem. n.4. *Surrexit* & in vitam & in vitæ novitatem: quippe vel in ipsa vita novum ex infelicitate felicitas, ex mortalitate vitalitas. ibid. Vid. *Christus.* X.

In Ascensione Domini.

I. *Sedet à dextris Dei*, ut videretur gratiæ restitutio, hominis reparatio, & glorificatio in cœlo. T.11.D.6. à num. 3.

II. *Sedet à dextris Dei.* Ex adventu in terras humano generi gratia, ex ascensu in cœlos gloria. T.3.E.à n.29. T.4. D.3. n. 14.

In Pentecoste.

I. *Spiritus Sanctus vos docebit omnia.* Quid docebit? Novam scientiam amoris: equidem eius amor trahit, quia summus, quia singularis, quia eximius. T.3. D.5. T. 5. D. 1.

II. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium, &c.* Quorsùm adventus Unigeniti cum descensu Spiritus Sancti? Alter & alter amor. Amor essentialis, summus constituitur sic, ut quasi intellectus corda flammantia rapiat ad se n. 5.

III. *Sic dilexit.* Modus est, ut constet amor sine modo & ultra modum. ibid. & n. 10. Modus, virtus & tenor amoris. 5.

IV. *Sic statera amoris est.* Lanx una in illa dum deprimitur, altera elevatur. Non ascenderet homo in gloriam, ni Spiritus Sanctus descendisset in terram. n.12. Novo igne apparuit, quia amore novo. Hinc homines in cœlestibus assumptione collocavit, dum tanquàm ignis supra singulos sedit; quia novitas trahi & trahere, erigere atque descendere. num. 10. Vid. *Spiritus Sanctus.*

In festo SS. Trinitatis.

I. *In nomine patris, &c.* Summum mysterium, unâ Deitatis essentia in trinitate personarum. 10. E. n.5. Series processionum. T.3. E.60.& 74.

II. *Filij.* Generatio, ordo & modus generationis. n. 68.

III. *Et Spiritus Sancti.* In trinitate est amor essentialis, & notionalis. ibid.75. Vid. *Spiritus Sanctus.*

In festo Corporis Christi.

I. *Caro mea verè, &c.* Quomodò verè potus, verè cibus, dum sumitur ad modum cibi & potus? T. 11. E. 29. Est in pectore fugiens ab oculis & in absentia non absens. T.10. D.6. à n.23.

II. *In me manet, &c.* Per Eucharistiam non solùm coniunctio, sed in Corpus Christi hominum singularis conversio. T.3. E. à 27.

III. *Cœnam magnam:* Quia nihil suavius, nihil iucundius, nihil pretiosius. T.10. D.2. n. 14.

IV. *Magnam.* In quo cœnæ excellentia? ibid. Summa gratia? D.6.n.20. Amoris vehementia? n. 22. Christi gloria? T.7. D.2. n. 13.

V. *Debiles & claudos, &c.* In Sole Christus Eucharistiæ posuit tabernaculum. Sol velocissimè cursum peragit, in quo illuminat & inflammat. Illuminat cæcos, inflammat debiles, movet claudos. Nemo est qui se abscondat à calore eius. Vid. *Eucharistia.*

FESTA IANUARIJ.

In Circunctisione Domini.

I. *Postquam, &c.* Priùs est pòst vulnus. Priùs vulnus, quia vulneratus amore; & pòst, ex vulneris vulnere. T. 4. D.1. num.5. Flores humanitatis Christi apparuerunt; & post dies octo etiam tempus putationis. Sanè in terra nostra, terra impatientis amoris & amoris infantis. num.4. Unde impatiens? Ante vulnus, quia non vulnera: post vulnus, quia non maiora. n. 11.

II. *Postquàm, &c.* In quo amor Christi vicit tempus, ab amore victus? ibid. à n.5. T.3. D.4. n.10. Vid. *Christus.* IX.

In Epiphania Domini.

I. *Ecce Magi ab Oriente, &c.* Et in eis venit Gentilitas, facta ex nigra formosa, ex languente valida, atque ex odiosa dilecta. T.3. E.43.

II. Pro reprobatione Synagogæ, *Ecce Magi ab Oriente.* Eliguntur qui amaturi, reprobantur qui dignati. ibid. 28. T. 5. E. 20. T. 9. E. 51. Grata ingrata, ingrata grata. ibid. Vid. *Gentilitas, Synagoga, Gratitudo, & Christus.* VIII.

In festo S. Sebastiani.

Stetit tanquàm in palæstra *in loco campestri*, quo Sebastianus inventus, qui tormenta tulit, & pertulit, & obviavit. T.3. D.4.à n.10. T.4.D.1.à n.6.

In

In festo S. Agnetis.

Sponsæ, ex multis electæ exit obviam totum cœlum; quia in pectore eximiæ virtutis legebat testimonium: per tormenta vel in puella virtutem: per passionem singulare certamen. T.4.D.2. n.1.& 14. D.3. à n. 3. T. 5. D. 3. n. 6.

In Conversione D. Pauli.

Reliquimus omnia. Utique dum se in alium conversus, omninò reliquit. Atricus lapsu, stupefactus à cœlo, cæcus à luce, contritus corde, sese offert facere, quicquid possibile fieri. T.6.D.1.n.6. T.10. D.2. n.12. Hæc mutatio dexteræ excelsi, & eius summitas gratiæ, & quia conversus voce, & quia in actuali intentione peccandi. ibid.& D.4. n.15. T.7. D.4. n.1.

II. *Quid ergo erit nobis?* Spectaculum factus & Angelis & hominibus. Singulare,quòd esset Saulus & Paulus,& quòd vulnere expelleret vulnus. T. 7. D. 4. Vid. *Pœnitentia*, II.

In festo S. Petri Nolasci.

Maiorem hac dilectionem. Petrus Christi imitatus exemplum, ut fieret etiam in charitate miraculum: liber tendit in acerbitatem servitutis, & pro alijs. T.9.D. 6. Ex pretiositate muneris, vehementia fulget amoris. T.11. D.1. n. 6. Amore captus sub eius servitute renuit libertatem. T.3.D.5.n.6.Quò magis prodigus,sibi videtur parcus. T.10. E.n.2. Educit sospites, unde alij pergunt catenis. T.8. D.2.à 9. T.10.D.6. n.7.

FESTA FEBRUARIJ.

In Purificatione Virginis.

I. *Dies purgationis secundùm legem.* Tria insignia in Virginis amore, obedientia humilitate; quibus fecit suum, quod secundum legem videbatur non sic. Subiecit enim legi rationem, memoriam & voluntatem. Rationem, quia talem se obtulit, qualem esse nescivit. Voluntatem, quia lex amorem, & eius leges nescivit. Memoriam, quia illam artificio captivavit. T. 9. D. 6.

II. Attulit in templum nova dona puerpera Virgo. Quænam dona nova? Ut videretur peregrina à lege captivitas, subiecit legi tres naturales potentias. In ratione, quasi nescientiam, necessariam cognitionem: in voluntate, amoris libertatem, quasi necessariam servitutem: in memoria memoriæ insigne,quasi oblivionem ibid. Vid. *Maria.* X.

In festo S. Scholasticæ.

I. *Sponso & sponsæ.* Benedictus Sol, Soror Luna, quæ in diebus suis fulsit, cuius mirabilis ortus, cursus & occasus. Mirabilis,nascens, currens, morien:. Quo constat, quid agit, quid possit, quid velit: & in velocitate cursus, in suavitate cantus, in promptitudine influxus. T. 7. D. 6. Astruitur, ad eius de Benedicto victoriam, excessus dilectionis ex flamma cordis, ex igne pectoris, & etiam ex fletu ab igne. ibid. n.15.

II. *Exite obviam. Occurrite in aera.* Interl. Quæ est ista quæ ascendit sicut columba desuper rivos aquarum? Scholastica, quæ post excitatam ab illa procellam, in specie columbæ volat in cœlum. Est columba speciosa, perfecta, sponsi amica, amore saucia, amore mortua, atque columba nigredine pulchra. ibid. à n. 16. De eius musica in utero, quàm Deo grata, gratiosa, mirifica; vid. *Scholastica*, & *Benedictus* II.

In festo S. Mathiæ.

Revelasti ea parvulis. Quid revelavit? Hæc. Quænam? Quæ visa in electione Mathiæ, & proditoris iustà reprobatione: igitur sine munere Iudas, quo fungebatur; habito à Mathia, antequàm eligeretur. T. 3. D. 6. Electus ante electionem & è cœlo, illo florente in dignitate, & cum illo dignitate florente. ibid. & T.2.D.1.n.2.T.8.D.3.n.5. Vid. *Dignitas*, *Electio.* & T. 6. E.2.

FESTA MARTIJ.

In festo S. Gregor. Magni.

Hic magnus vocabitur: iure. In dignitatem quæritur cogendus, rogatus recedit, invitatus fugit. T. 3. E. 4. Patet vel in summum electio optima, quia prius dotes suffragantur quàm suffragia. D. 6. In munus quæritur. T.8. D.4.n.1. Ante electionem, & è cœlo eligitur. T.3. D.6.n.10.& 15. & dum sic eligitur, verè exaltatur. 16. Vid. *Electio*, *Dignitas*.

In festo S. Benedicti.

I. *Ecce nos reliquimus omnia.* Virtutis perfectio,summitatis consummatio. Sic sapit,qui relinquit,& nescit qui relicta non cognoscit.Benedicti pectoris in schola est singularis sapientia: recedit, dum ab illo relinquitur mundus, scienter nescius, & sapienter indoctus. T. 9. D.5. Scienter, quia cognovit reliquisse omnia: nescius, quia relicta ignoravit præ opulentia. n. 4.

II. *Reliquimus omnia.* Verè qui reliquit se, & vitâ extra mundum fuit. Tandiù manfit in sæculo, quandiù cœlo nutriri posit. T.4.D.4.à n.3.Pòst in terris positus, in cœlestibus habitavit.T.5. D.1.à n.11. Vid. *Benedictus.* I.

III. *Quid ergo erit nobis?* Deo acceptus, antequàm natus. Ante pervenit ad cœlum,quàm terram tangeret. Ante suscepit divina, quàm corporis membra. Antè accepit Spiritum divinum,quàm haberet humanum. Ante cœpit vivere Deo, quàm sibi. Mira virtus ante tempus. Si sic in matris utero, quid aliquando? T. 4. D. 2.

IV. *Quid ergo erit nobis* post, si modo sic? Ille & soror in utero matris formarunt templum & chorum, in cuius vocibus memoria omnium mirabilium, nota vitæ cœlestis, & pronosticon futuræ sanctitatis. ibid.

V. Calcato mundo,studet novo renunciationis modo. *Quid ergo?* Totus mundus nihil illi videtur, obsequium necessitas dicitur, mundus floridus tanquàm aridus signatur,& in amore ut obsequatur,obsequitur.T.9. D.5. Vid. *Benedictus.*& T.4. D.3. n.13.

In Anunciatione Virginis.

I. *Missus est Angelus ad Virginem*,ut novum Dominus super terram ostenderet: nimirùm hominem, virginem & generationem. Hominem,Deum: Virginem,matrem,sine generatione generationem. T.3. E. à n. 87. à 117.122.140. D.3.n.12.T.11.D.1.n.13. D.3.n.10.

II. *Ad Virginem.*Quo proposito?Ut Deus homo videretur novo ordine & novâ nativitate. Novo ordine, quia prius plures personæ in individua natura; & modò plures naturæ in una persona. Novâ nativitate,quia sine patre filius,priusque filius sine matre. ibid.Vid.*Christus*, I.II. *Incarnatio.Maria.*VI.Hinc Virginis honor singulari modo atque prodigio. Filius Virginis sine patre, qui filius Patris sine genitrice.Hæc enim dignata excellentiore maiestate;cùm filius Virginis esset,qui erat,priusquàm esset filius Virginis. ibid.& T.11.E.à 47. D.3.n.11.D.6. num. 2.

III. *Ad Virginem*,ut per illam ad nos veniret cœlestis gra-

gratia, cœlestia dona, divini amoris insignia. T.3.E.29. & 43. T.10. D.5. n.9.

IV. *Ecce ancilla, &c.* Ecce hominis redemptio, reparatio & beatitudo. T.11. D.6.à n. 3.

FESTA APRILIS.

In festo S. Francisci.

Complacuit Patri. Ob humilitatem summam, & miram amoris flammam. Quàm subditus Franciscus! Quàm elevatus! In statera pectoris, quod deprimebat humilitas, elevabat charitas. T.5. D.1.n.12. Vid. *Humilitas, & amor.* l. II. Totus flamescit, totus ardet. T.3. D.5. n.10. T.4.D.1.n.1. T.10. D.6.n.5. Nil illi satis festinantur. T.4 D.1.à 1, Spe nutritur & torquetur. T.3. D. 4. 13. Volat fixus, & in cœlestia tendit immotus. T.10. D.5. n.8. D.6. n. 13.

In festo S. Marci.

Designavit Dominus. Signanter enim elegit, ut propter virtutem illum coronà donaret. T.4. D 3. n. 5. & quia se propter alios reliquit, cùm Christum coram haberet. n.4. & T. 5. D. 4. à n. 8.

FESTA MAIJ.

In Crucis inventione.

I. *Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis.* Tunc Christus Nicodemo crucem exponit; igitur si mira à Christo signa, in Crucis inventione mirabiliora, & opere & modo & causà. T.3 D.1.à n 4. In crucis inventione refloret cum ligno Christi triumphus, mundi salus, mortis virulentiæ antidotus. à n.12.

II. *Hæc signa.* In Cruce sanè alia: igitur per crucis inventum Christus ianuam cœli aperuit, in patriam exulem naturam restituit, domum cœlestem redonavit. Ex Augustino, ibid. num.7. Vid. in *Triumpho & Exaltatione Crucis.*

In festo mirabilis Imaginis Crucifixi in vite.

Hæc signa, quippe duplicia ex vite crucis & ex cruce vitis; cuius mirabilis fructus, igitur in illa amor Christi impressus & expressus. T.3. D.2. Vid. *Vitis.*

FESTA IUNIJ.

In Nativitate Baptistæ.

I. *Audierunt vicini.* Natus auditur? Est vox, & vox mirabilis & cœlestis; quæ ab ipsa nativitate non solùm auditur, sed & videtur. T. 5. D.3. Quid vicini audierunt? *Quia magnificavit Dominus, &c.* Gratia profectò quod Ioannes natus audiretur: cuius vocem audientes vicini & videntes gratiam; non solùm dicunt gratiam, sed magnificam; quia non tantùm peperit senex fantem infantem, sed Verbi Dei cœlestem insignem vocem. n.8. Peregrinum prorsùs, quòd alius moveatur sensus, ex quo auditus. In Ioannis nativitate peregrina narrantur verba & miracula; quia inauditum, quod auditum portentum, in infante audiri vocem, & vocem esse visibilem. n. 10.

II. *Audierunt*, & quæ audierunt *posuerunt in corde.* Vox erat illuminans, & ab ipso ortu lucerna loquax. Vox & lux. Lux mentis, vox cordis. Lux in cognitionem, vox in veritatis indicem. à n.7. Plura alia ex Chrysolog. & Augustin. n.1.9. Vid. *Ioann. Baptista.*

III. *Magnificavit Dominus.* Visa in nativitate miracula insignia, prodigia magna: vox scilicèt sine corpore, loquela in infante, ætas sine infantia, & denique in muto lingua. ibid. n. 14.

In festo S. Petri Apostoli.

I. Quis novit ordinem cœli & enarravit in terra? Petrus dicens Christo: *Tu es Christus filius Dei vivi.* Indicat filium Dei etiam Verbum Patris, ob singularitatem productionis. In generatione communi, intelligens, quia intelligens non gignit, nec vivens præut vivens intelligit. In generatione divina filius est etiam Verbum. Verbum intelligentis est, filius viventis: Christusque dicitur filius Dei vivi; quia Verbum filius est Patris. Latè T.3.E.à n.67. T.11. E.34.

II. *Tu es Petrus.* Quid quòd Petrus sit? Orbis constituitur miraculum, discipulorum decus, theologorum pulchritudo. ibid. & T.11. D.2.4.

FESTA IULIJ.

In Visitatione Virginis.

I. *Exurgens Maria abijt, &c* Læta pro voto, religiosa pro officio, festina præ gaudio. Ex Ambros. T.11. D.4. n.5.

II. *Ut audivit, &c.* Infans gaudet. Verbum ad illum in virgine venit, iacentem vidit, & hostem iam victorem superavit. ibid. Mota est Dea nomine Matris, puerque languenti contulit salutem & sanitatem. T. 3. E. 43. T.11. D.4.à n.1.D.5. n.12.

III. *Exultabit infans, &c.* Hoc officium Virginis & præsentiæ Salvatoris. Præsentia Salvatoris, ut gratiam communicaret: officium Virginis, ut in utero conferret. ibid. & T.4. D. 2. n. 9.

IV. *Exultavit infans.* Stupet ordo, deficit consuetudo, miratur ipsa, & ex apparatu mansionis, hospitis meritum & dignitas innotescit. Ex Chrysolog. T. 11. D. 4. à 5.

In triumpho Crucis, vid. in *Exaltatione.*

In festo Mariæ Magdalenæ.

I. *Vides hanc mulierem?* Hæc non illa, quam cogitas. Illa peccatrix, hæc innocens. Per fletum, conditionis, antiquæ nec vestigium. T.7. D. 4.

II. *Remittuntur ei, &c.* Fletus coram medico sanavit vulnus expellens crimen, obduxit cicatricem, & sanavit sanitatem; quippe cicatrice abolita, vulnerum inflictorum neque signa. n.3. Vid. *Pœnitentia*, & post Dominic. Palmar. Pro *Lachrymis Magdalenæ.*

In festo S. Ignatij de Loyola.

I. *Misit illes ante faciem suam.* Ut per illos cognoscatur advenisse regnum Dei, & per Ignatium alijs patere cœleste regnum. Quærit gratiam, renuit sibi regni gloriam; quia vult gloriam ad maiorem gloriam Dei. Gloria quæritur in fruitionem: gratia in dilecti charitatem. Gloria in felicitatem videntis: gratia pro fide in pignus amoris: Ignatius intendit ostendere amorem, quin aliam nisi amoris intendat felicitatem. T.4. D.3. à 13. T.5. D. 4.à n.9.

II. *Designavit Dominus.* Ignatium, in singularis Charitatis exemplum. Singulare quidem in viram aliorum vitam amittere, & pro illorum salute salutem animæ exponere: expulsos ducere in viam æternæ felicitatis, &

pro-

propriæ obliviſci ſalvationis. T.5. D. 1. n.4. D.4.à n.9. Vid. *Ignatius.*

FESTA AUGUSTI.

In feſto S. Dominici.

Vos eſtis lux mundi. Appoſitè, quippe ſapientiam hæreticorum ſtultitiam oſtendit, atque radices hæreſeon validè evulſit. T.8. D. 6. Vid. *Dominicus.*

In Transfiguratione Domini.

Transfiguratus eſt ante eos, ut ex gloria eius corporis, in hominibus etiam gloria videretur carnis, qua corruptio corrupta, atque mortalitas mortua. T.7. D.2.

Pro S. Laurentio, vid. *Martyres.*

In Aſſumptione Virginis.

Optimam partem elegit, quæ pulchra per naturam, pulchrior per gratiam, pulcherrima per gloriam. T. 3. E. 20. Forma eſt Dei, & miraculum mundi. D. 3. n.3. & 11. Imago filij & ſpeculum paterni ſplendoris. T. 11. D.1. n.7. D.2. n. 3. Omnium charismatum idea, quies & delicium Deitatis. T. 3. E. à num. 131. T. 11. D. 2. n. 1. Eius vitalis in cœlum tranſitus: & dum eius corporalis evaneſcit aſpectus, perſiſtit matris influxus. D. 5. n. 6.

In feſto S. Auguſtini.

Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi. Lucis cum ſale ſplendor diuturnior & lucidior. T. 9. E. 57. Eſt lucidiſſimè flos ſalis. n. 64. igitur non ſolùm hæreſes compeſcuit, ſed iugulavit. T.8. D.6.n.13.Vid.*Sal*,*Hæreticus*, *Sapientia*, *ſcientia.* Pro Auguſtini Converſione, vid. *Amor*, *Cor*, *Contritio.*

FESTA SEPTEMBRIS.

In Nativitate Virginis.

I. *De qua natus eſt Ieſus*, qui Sol: Virgo progreditur quaſi Aurora, tenebras fugans, pœnas eliminans, cœlum illuminans. T. 11. D. 2. Cur Aurora naſcitur, & cur Aurora vera atque ſingularis dicitur? n. 1. & E. à 44.

II. *De qua natus eſt Ieſus.* Claret nativitas matris ex nativitate Salvatoris; quia eſt filij imago, mundi decus, gratiæ pignus. T.11. D.2.à n.1. Gloria humani generis. T.3. D. 3. n. 3. Eiuſque miniſtra ſalutis. E. n. 131. Vid. *Maria.* I. III.

In feſto nominis Mariæ.

I. *Nomen Virginis Mariæ.* Nomen vitæ, nomen gratiæ, nomen cuſtodiæ. T.11. D. 5. Vel per ſpeciem nominis cordis habetur converſio, Redemptoris cognitio, & lachrymarum ceſſatio. ibid. à n. 10.

II. *Nomen Virginis* cœli terræque gaudium num. 4. Angelorum. 12. Hominum. 5. Innumera ibid. invenies. Vid. *Maria.* IV.

In Exaltatione Crucis.

I. *Oportet exaltari.* Quomodò? Speciali amore & artificio mirabili exaltatus Chriſtus in cruce erexit ſeductum hominem, & ſuperavit ſeductorem dæmonem. T.3. D.1.à n.6. Eſt crux cauſa noſtræ felicitatis, & beatitudinis, ſingulari modo, quem cogitavit charitatis magnitudo: igitur inde hominis gloria, unde ignominia; & libertas unde maior infelicitas. ibid. à n. 1.

II. *Ita exaltare oportet*, &c. Ibi lytrum libertatis, unde pondus ſervitutis: ibi medicina plagæ, ubi virus hauſtum cordi: ibi Salus, ubi vulnus: ibi vita, ubi perempta. ibid. n.6. Servitutis fuit redemptio, pharmacum morbo, cadaveri ſuſcitatio. ibid.

III. Crux ubi exaltatus ſedentes in tenebris illuminavit, Deo reconciliavit, à diabolo eripuit, in paradiſum reduxit, &c. ex Auguſt. ibid. n. 7. Lethum fuit lethi, expulſio toxici, ſerpenſque ſerpenti. num. 7. Vid. *Crux Chriſtus.* VII.

IV. *Ita exaltari*, &c. Quo pacto ſiccine Chriſtus exaltatur? Mortalis ita videtur, tuncque immortalis cognoſcitur. T.3. D.2. n.19. T.7. D.2.n.8. De morte per mortem gloria ſingularis, facto curru ex ligno Crucis. n.1. T.3. D.1. n.5. & 12.

In feſto S. Matthæi.

I. *Vidit hominem ſedentem in telonio*: Et vocavit. Charitas Chriſti in peccatores ſumma, & ſingulari excellentia. T.6.D.1.n.3. T.7.D.1.n.14. T.10. D.5.à n.4. Vid. *Chriſtus* IV. Malum, quia in peccato; peius, quia ſedebat in vitio. T.8. D.2.

II. *Sequere me.* Vocem verè audivit, qui exemplò vocantis ſecutus eſt vocem. T.10. E. à n.32. procedens in pœnitudinem & ſimul converſationem cœleſtem. T.7. D.4.n.1. T.10.D.1.n 3.D.2. n.12. D.3. n.5. D.4. n.3. Vid. *Auris*, *Vox*, *Verbum.*

FESTA OCTOBRIS.

In feſto Roſarij Virginis.

I. *Beatus venter.* Elogia ſunt virginis, ad quæ neceſſaria forma devotionis; quia materia virtutis non eſt virtus, nec ullus ex folijs fructus. T. 5. D. 2. Laboratur in vanum, & eſt opus ſine opere, prætioſitas ſine utilitate. num.2. T.11. D.5. num. 2. Vid. *Maria.* XIV. Præſentia Virginem laudantis ex præſentia cordis, & plenitudine laudis; ne oratio ſit polluta, clauda, cæca vel debilis, vel deformis. T. 5. D. 2. à num. 6. Vid. *Oratio.*

II. *Beatus venter.* Placet Virgini devotionis obſequium, exule cogitatione rerum inanium, fixis in opus ſtudij attentione & intentione: tunc Roſarium orantis ſubſidium, Deo ſacrificium, atque dæmoni flagellum. T.5. D. 2. n. 2.

In feſto S. Franciſci.

I. *Revelaſti ea parvulis.* Quæ? Intuitivit in potentias Domini, defectu mundanæ literaturæ: ineptit præ amore, deſipit eius dulcedine, extra ſe abſentiâ, atque cognitione boni ſummi. T. 3. D. 4. à n. 2. Sui impos amans vehementer. E. 45.

II. *Parvulis.* Spiritu pauperibus, quia paupertas & filia & mater amoris. T.10. D.5.n.11. Sapit, quia deſipit. Ignorantia Franciſci vera ſapientia, & doctiſsima ſtultitia: ſcientia cœleſtis mentis, ex ſchola ardentis cordis, quo charitas amplectitur literas, ſapientiæ plenas, & intellectus divitias. T.9. D.4. n.12.

In feſto S. Thereſiæ.

I. Huius filiæ *exierunt obviam Sponſo* Chriſto, *& ſponſæ* Thereſiæ. Quando ergo ſponſalitium? In ultima vitæ hora. Thereſiæ in vita. Ingenio amoris, mors illi

vita-

vitalis : igitur in vita mors, in dilectum morte tendere, sic stare & velle mori. T.3. D. 4. num. 3. & 5. Clariùs. Mors in amante, æstuante corde ; sed vitalis flammato sursùm pectore; mori & non mori ; sic esse in vita, & non esse; mori velle, sed non posse; tenere, sed non potiri. ibid.

II. *Sponsæ.* O dilectio ! Patitur, moram faciente Sponso, qui cruciatur desiderio. Si mors ventura, citò in dilecti fruitionem veniat : egrè enim fert pectus flagrans amore, tempus & tempus in vulnera tolerare, & mortem venientem ab amore suspendi. T. 4. D. 1. à n. 9.

III. *Moram faciente Sponso,* Theresia vivit & moritur desiderio. Amoris est, dilecti vivere vità : maximi verò, videre vitam dilecti : morsque Theresiæ flammà flagrantis cordis signatur ut mors vitalis; quia vita dilecti etsi habeatur, non videtur. T.3. D.4.n.6.

IV. *Exite obviam* Christo in aëra: ideo ascendit in cœlum sicut columba, amore mortua, cœlesti vità, atque virtute perfecta. T.7.D.6.à 16. Vide plura. T. 3. D. 4. & verb. *Theresia.*

V. Quomodò studet gratiæ, avida gloriæ? T.4.D.3. n. 13.

FESTA NOVEMBRIS.

In Patrocinio Virginis.

I. *Beatus venter.* Mater dicitur Christi, & mater hominum, ex quo peperit Primogenitum suum. Quando non mater, quæ cunctorum necessitatibus simul accurrit? T.11. D.5.n 8. cuius gratia prompta, & in gratias manus velocissimè festina. D.4.à n.1. T .11. D.2. à n.6. D.5. n.6.

II. *Beatus, &c.* Nos etiam felices, dum habemus in illa officia gratuita matris. Est generis scutum & auxilium. T. 11. D. 5. n. 12. Medicina & radix omnium bonorum. D.2.à n.6. Vid. *Maria.* III. IV.

In festo omnium Sanctorum.

I. *Beati, &c.* quia illis gloria vel in misera vita, ut ænigma bonorum & malorum videatur, & labores coronentur. Ænigma utique, mundi bona missa facere & habere, ridere & plorare, possessio & spes, persecutiones, & pax, dolor & gaudium, mundus & cœlum. T.4. D.3.

II. *Beati* modò per gratiam, postque per gloriam: gratia in pignus æternæ felicitatis, gloria in demonstrationem amoris : quarum bona sempiterna sunt, secura sunt, plena sunt. n. 14. & 16. Sic enim ornatur ecclesia militans & Ecclesia triumphans. n. 3. Est enim gloria sursùm, & gloria deorsùm. Gloria sursùm frui : deorsùm pati. n. 12.

III. *Beati*, & modò? Vera maiestas in abiectione, honor in humilitate, exaltatio in dedecore, gloria in pœna, felicitas in ærumna. n. 8.

IV. *Merces in cœlis.* Laborarunt in mundo potentiæ hominis : at in cœlis à Ratione removetur error, à Voluntate dolor, à Memoria timor ; ubi mira serenitas, plena suavitas, æterna securitas : ex Bernard. serm. 11. in *Cantic.*n.6. *Pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna.* Ex Beda. n. 16. Magni refert, ferre magna, quoniam vulnera virtutis sunt testimonia. ibid. à n. 1.

In festo S. Martini.

Ut qui ingrediuntur lumen videant. Quid in Martino videndum ? Amoris divini singulare studium. Non sibi sed alijs quærit commodum : igitur illi gloriæ, propter gloriam aliorum gloriam relinquere. T.3. D.4. à n. 14. T.5.D.1.n. 4. D.4.à n. 9.In cœlum trahitur, à discipulis distrahitur. Singularis charitatis officium, mori & non mori ; velle mori, nec valere. T.3. D.4.n.5. exilium propter mortem tolerare, mortemque suspendi. T. 4. D. 1. n.9. Studet merito, dum summo invitatur bono. D. 3. n. 13.

In festo S. Gertrudis.

I. *Exierunt obviam Sponso & Sponsæ* virgines. Sponsus exit obviam Gertrudi Sponsæ, & millibus electæ. O dulcis & suavis affectio! Sic affici, deificari est: manet quidem humana substantia, sed in alia formà, alià glorià, alià potentià: ex Bernardo, T. 3. D. 5. n. 3. Amor eius ingeniosus, summus, vehementissimus, novus. ibid. à n.1. T.10. D.6. n. 24.

II. *Sponso & Sponsæ.* Unum sunt. Amore in Sponsum ducta, in pectus traxit Sponsum, in cuius amore didicit artificium. T.3. D.5. n.12. Mutuò vivunt, corda permutantur, & alia amoris insignia videsis, verb. *Gertrudis.*

In Præsentatione Virginis.

Beatus venter, &c. Matris honor, dum virginitatis decor : filius in illa inventus, antequàm veniret; quem genuit, dum virginitatem obtulit. T.11. D. 3. Alia verb. *Maria.* V.

In festo S. Catharinæ.

Accepit *oleum cum lampadibus.* Lampades admoventur uberibus virginis; & accepit oleum, præparationem certaminis, in quo igne lampadis fulgebat oleum fortitudinis, martyrijque claritas & felicitas. Claritas in mundo, radiante felicitate ventura è cœlo. Tota claritas gloriæ, in conflictu martyrij. Surgit è certamine victoria, & de morte immortalis oritur vita. Illius gloria ex persecutionis pœna, & in summa pœna summa gloria, cuius virtutem attestantur vulnera. T.4. D.3.

In festo S. Andreæ.

Secuti sunt eum. Ambo per crucem, à qua Andreas susceptit singularem glorificationem : igitur honor futurus in maiestate sedis, occultus latebat in passione crucis. T. 4. D.3.à n.8. Vid. *Crux. Christus.* VII.

FESTA DECEMBRIS.

In Conceptione Virginis.

I. *De qua, &c.* Magnum, quod vel ab ipsa conceptione pulchra; maius, quòd tota; maximum, quòd tota pulchra; & maximum quod sit, ut esset sola. T.3.E.11.& 22.D.3.n.1.

II. Mater plauditur, dum concipitur. Prius in Virgine esse gratiæ, quàm naturæ : minimèque dicitur, à quibus in natura procedit ; ut cognoscatur quem in natura produxit: cognita dignitate prius, quàm esse; & matris gloriâ, antequàm existentia. T.11. D.1. Priùs in illa dignitas, quàm entitas ; matris gratia, quàm humana natura, licèt ex natura humana. ibid. & T. 3. E. 132.

III. *Liber generationis Iesu-Christi,* non Adami. Siccine pro excellentia conceptionis Virginis. Respicit germen, non radicem ; quia accepit à radice originem, & nequaquàm conditionem. T.11. n.1. Vid. *Maria.* I. II.

In festo S. Luciæ.

Vid. in festo S. *Catharinæ.*

In Expectatione Virginis.

I. *Paries filium.* Non videre dilectum, maximè filium, mors in vita, præsentia & absentia, mœrores & gaudia, possessio & vota. T. 3. D. 4. à n. 4. Quod habetur, è manibus labitur: quod illuminat, obcæcat: quod ducit, removet; & quod venit, fugit. n. 6. T. 4. D. 3. num. 13.

II. *Paries filium*, ut videatur quod nunquàm visum, scilicet fœcunda virginitas, & virginalis maternitas. Pulchra fœmina virgo: pulchra fœmina partu: at pulcherrima quæ in partu integerrima virgo. T. 3. E. 124. D. 3. à n. 2.

III. Virgo est singularis & varijs & miris modis: quia mater virgo, quia peperit genitorem, & ex se filius quem genuit non habuit patrem. ibid. Vid. *Maria.* VIII. IX.

In Nativitate Domini.

Vidimus gloriam eius, & per eum etiam gloriam humanam: illuxit enim nobis dies redemptionis novæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ. T. 11. D. 6. Alia verb. *Christus.* VIII.

INDEX GENERALIS RERUM ET VERBORUM.

Prior numerus paginam, posterior & etiam Unicus numerum marginalem designat.

A

AARON: V. *Sacerdos.*

Virgæ eius florentis imago in sicilis percussa. fol. 207. num. 13.

ABDICATIO.

Quæ verba ad abdicationem olim in usu? 228. 34.

ABIATHAR.

Apud Hebræos nomen, cognomen & agnomen. 304. 9. Tempore David erat Summus Pontifex primarius. 13.

ABSENTIA.

Noverca amoris 657. à num. 19. Quomodò vita à Christi amore? 20. Quando absentia in ipsa comitum societate? 286. 10. Cur fomes amicitiæ reconciliatæ? 88. 10. V. *Perfidia.*

ACUS NAUTICA.

Inter duplicem cynosuram trahitur & retrahitur. 280. 11.

ADOPTIO.

Quid sit? 133. 65.

ADULATIO.

Eius & veritatis certamen. 425. 6. Idem adulatio & proditio. 338. 4. V. *Consilium, Ministri.*

ADVOCATI.

Descriptio pravorum. 549. 6. Ex legibus exleges: in leges iacula, eorum opiniones. 5. Cur illorum sententiæ semper ænigmaticæ, vel terrores? 7. Strophæ & embolia, quia lex illorum quæstus & quæstus. à. n. 6.

ÆGYPTUS.

Officina superstitionum. 394. 33. Sal non comedunt, & in sale sepeliuntur. 535. 65.

ÆTERNITAS.

Pro ævo. 147. 90. Quid sit ævum & æternitas? 91. Ævum pro æternitate. 90. Cur non æternum aliquid, etsi fuisset ab æterno? 99. Implicat creatum & æternum. 98. Quid æternum & sempiternum? 99. Æternitatis descriptio. 127.

ÆVUM.

Nulla coævitas rei creatæ cum Numine 153. 101. V. *Æternitas.*

AFFECTIO.

Quàm cæca! 92. 3. Præ affectionibus, connexiones ad dignitates faciliores meritis. 8. Digni essent indigni, modò scirent affectiones repelli. 11. Cruciant, quæ affectiones lactant. 496. 13. V. *Iudex, Præses.* XII. *Ambitio.*

AGRIPPA.

Eius catena ferrea & aurea. 248. 16.

ALEXANDER MAGNUS.

Occurrit illi laddo. 224. 26. Arrogantia eius & infatuatio. 394. 32. Allata ei puella pulcherrima virulenta. 216. 14.

AMBITIO: AMBITIOSUS.

Hebetat mentem, & torquet sequens per fas & nefas utilitatem. 454. 31. Irrequieta semper. 639. 13. Aversatur pacem, nihil æternum intelligit. 454. 31. Embolia, artes & exercitia. 24. 6 92. 2. Simulatio & dissimulatio. 12. Origo. 14. Susurrationis artes ab ambitione. 612. 3. 14. & 15. Quid sit ambitum ambire? 91. 1. Ambitio socia insipientiæ. 38. 12. In benefactorem audax ambitiosus. 400. 2. Conditio, ac ingenium malignum. 344. à 19. Voto frustrato maledicus. 21. Insanus. 205. 6. Detractor & supervus. 98. 18. Insolentia, præsumptio & arrogantia. 13. Criminatur vel virtutes. 26. 11. Turpidine floret, & gradus in vota instruit. 13. Habitus candidati. 96. 12. Per alios ingredi & egredi satagit. 204. à 4. Pro suo commodo cuncta proterit aliorum commoda. 7. Ante perfidiam perfidus, falsus semper amicus, cognitus potiùs iniquitate, quàm nomine. 652. 9. Ostio à iustitia in dignitatem clauso, aliunde intenditur ascensio. 92. 2. Cur ex dignitarum siti, demerita constant ambitiosi? 15. Indignorum ambitio est fortunæ venatio. 1. V. *Indignus.*

AMICITIA: AMICUS.

Cur per sal signetur? 524. 39. Vulnera intimiora ex falsa amicitia. 341. 14. Perfidia deauratur fide, & amicitiæ candore. 354. 1. Cautè cum amicis agendum, ne

fiant perfidi. 342.14. Verba ex amicorum perfidia, eſtò dulcia ; virulenta. 16. Sæpe amicus futilior , qui debet eſſe fidelior. 652. 8. falſi amici mores. 9. Gravis defectio, dum pervalet perſecutio. 8. Amicitia reconciliata. Vid. *Perfidia*. Symbola væræ & fictæ. 87. 6. V. *Gratiæ*. III.

AMOR.

Dei, V. *Deus* VI. Chriſti, V. *Chriſtus* IV. V. Amor laſcivus, V. *Venus*.

I. Cur amor inſtar flammæ? 650. 5. Verba pendula amoris indicia. 124. 46. Cur ſpeculum amoris ſymbolum? 278. 6. Amor cum fulmine. 47. 2. Quando in eius manu ſagittæ mortis? 87. 8. Amor non amanti ſtultitia. 190. 2. Solicitudo amantis compatientis. 294. 6. Illi nihil ſatis feſtinatur. 231. 1. Spe nutritur & torquetur. 195. 13. Cur in igne ſignetur? 200. 10. Cur per pomum? 175. 8. Mulcimina amoris verba blanda. 105. 14. Mater amoris paupertas, & filia amoris. 569. 10. Amor mundum ad ſe muſicà traxit. 649. 1. Quomodò muſica ab amore? 643. 2. Amor vehemens ſui impos. 123. 45. Quodnam diſcrimen inter diligere & amare? 197. 2. Omnia vincit. 643. 1.

II. Abſentià , tempus & ingratitudo tres hoſtes amoris. 648. 11. Triumphus amoris de illis. 12-654. 13. & 19. Amans vivit in dilecto. 120. 39-197. à 2. Nihil præter dilectum cogitat. 122. 44. Non videre, mors in vita. 191. à 6. Veram præſentiam optat. 59. 15-657. à 19. Eius gloria in abſentia ſine abſentia. 24. Qua arte in amantis ſubſtantia ſit dilecti cor & forma? 198. 3. Unde nota fides, & in fide perſiſtentia? 59. à 16. Volando fixus. 646. 8. Amor velox ſine alis. 654. 13. Quando ſine alis? 232. 5. Abſentià alget: cuius non? 657. 19.

III. Tempus inimicus amanti , & tyrannus. 194. à 11. Nihil timet , victo tempore. 234. 9. Impatiens eſt. 231. 1. In temporis fuga amoris conſtantia. 654. 14. Eximius adverſus temporis motus. 18. Tunc firmior. 15. Cur ſiccine ex arundinis emblemate? 18.

IV. Amor carnifex, ſi ingratorum iudex. 50. 9. Deſpectus excandet. 47. 2-266. 20. Quorsùm amoris pondus? 277. 3. 7. & 10 Quò magis prodigus , ſibi videtur parcus. 582. 2. Eius perfectio , obſequorum diminutio. 570. 11. Obſequium propter obſequium. 10. & quòd pateat præceptum , quod voluntarium. 577. 10. Non fugit, etiam dum cor ab amore recedit. 49. 6. Amor humanus futilior, quò debet eſſe fidelior. 644. 4-652. 8. Qui videtur amor, ex faſtidio claret furor. 17. Ex pretioſitate muneneris vehementia nitet amoris. 686. 6. Cur amor cum perpendiculo? 486. 3. V. *Ingratitudo*.

V. Amor pro vehementia ingenioſior. 199. 7. Quænam ratio amoris , & quænam amoris ſingularis? 647. 10. Unde cognoſcitur eximius? 197. 2. Diſcrimen amoris & ſummi amoris. 280. 10. Quàm feraxterra amoris! 232. 4. Unde ſummitas conſurgit amantis? 653. 12. 21. Cur cithara amoris arma? 646. 8 649. 1. Quomodò amor novus ex muſica amantis , & ſimul fervor amoris. 644. 3. Amor captus ſub ſervitute , renuit libertatem. 199. 6. Gloria, non eſt frui, ſed pro dilecto pati. 578. 13. Summus dolor mori velle, ſed non poſſe. 194. 10. Mors amanti, vulnus ſine morte. ibid Mors mori, nec mori. 13. Amoris in legem egregia claritas , ſi potentis in legem nulla poteſtas. 578 12.

AMOR SUI , vid. *Philautia*.

ANARCHIA.

Nunquàm in populo Iſraël. 3. à 5.

ANGELI.

Eorum natura media inter Deum & homines. 142. 82. Non fuerunt creati ante temporis principium. 116. Quænam dicatur Angelorum religio? 109. Deliria hæreticorum circa Angelorum exiſtentiam. ib. Cur Angeli non lux vera? 676. 36. Hypoſtaſi Angelicà poteſt ſubſiſtere natura humana. 685. 6.

ANIMA RATIONALIS.

Pro cuius eſt anima. 69. 37. Tranſmigratio animarum Pythagorica credita à Phariſæis. 258. 7. Non favet S. Petrus Damianus , etſi utatur ſententiâ. 5. & 6. Deliria Ethnicorum circa metenpſychoſim. 3. Anima, corporis forma, eſt in toto corpore. 505. 3. Eius in corpore facultates. 2. Munia , nomina, quin ſit dunaxàt in glandula cerebri. 4. Quæ infelicitas animæ? 80. 2. Quę ſcientia? 512. 15. Quænam animæ ſcientia vera? à n. 20. Quomodò animæ habeatur ſcientia , vel ignorantia? 2. Eius cognitio quàm utilis ! 11. Quæ patiatur anima corpori inmerſa? 192. 7. Cur Sirenes ſymbolum inimicorum animæ? 624. 9. Appetitus hoſtes animæ. 79. 1. Ab animæ vulneribus corporis ſæpè ægritudo. 415. 12. Anima ſpeculum ſtatus Reipublicæ. 5. 8.

APES.

In ore Ambroſij & Platonis favos confecerunt. 238. 5.

APPETITUS.

V. *Venus* , *Voluptates* , *Anima*. Certamen cum ratione 79. 1.

AQUA.

Quæ aqua Idoli ? 413. 8. Conditio lacunæ Lucanæ. 547. 14. Quæ aqua dicebatur infantibus ſalutaris recens natis ? 530. 54.

ARBORES.

Abies cuiuſnam conditionis , & cuius ſymbolum? 253. 14. Prunus ex cuius eſſu ſingulares maniæ. 511. 13.

ARCA FOEDERIS.

Migrationes eius 304. 8. Sine Tabernaculo. 12. Cultus ordinarius ſub Davide, ubi erat Arca. 13. Quomodò tunc fiebat expiatio? 8. V. *Tabernaculum*.

ARGONAUTÆ.

Templum ab illis erectum exponit Oraculum , Virgini dedicandum. 703. 5.

ARIANI.

Fundamenta hæreſis illorum confutata. 129. 58.

ARISTIDES.

Votum erga inimicos, dum per illos exul. 403. 12.

ARROGANTIA.

Alexandri Magni 394. 32. Caligulæ. ib. Regum Perſarum. 103. 8. Hæreticorum, V. *Hæreticus*. Eraſmi. 138. 73.

ARUNDO.

Subditi Reges perſarum loquebantur per arundinem. 615. 11. Cur amoris firmi emblema? 656. 18. Arundo pro ſagitta. 616. 11. Symbolum ſcientiæ hæreticorum. 500. 10.

ASPIS.

Quo pacto cicur ? 217. 15. Eius venenum non cognoſcitur morſu , ſed effectu. 355. 2. Conditio morſus. 345. 20. Protervi cur aſpidi ſimiles ? 603. 39. Aſpides ſculptæ quare in coronis? 353. 19.

ASTROLOGIA.

Iudiciaria ludicra. 518. 25.

ATREUS.

Eius in fratrem execrabilis crudelitas. 87. 7.

AVES.

Habeant ne proprium idioma? 396. 36. 605. 43.

AULA : AULICI.

Tota embolia , & rumor ſine auctore. 325. 45. Cur aulici dicuntur Dicentes & Narrantes? 49. Deſcriptio aulicorum. 47. Fœminarum. 46. Loquaces gloriantur omniſcij & præomniſcij. 45. Verba inflata & gravida, geſta & geſtus 47. Dicunt quæ cogitant ſuſurrones & maligni , & ratiocinijs phantaſiæ. 48. Sales illorum

pestes : & nocuæ illorum in contraria reflexiones. 49.

AURIS AUDITUS.

I. Quid auris & auricula? 586. 9. Datæ in ornatum capitis & faciei 11. Ministerium illarum. 9. Hominibus immobiles,& aliter singulare. 10. Quare immobiles,immoto capite? 643. 21. Auricula dextra dicata Nemesi. 598. 31. Quid olim signabatur per auriculam tactam? ib. Superstitio Hebræorum de auricula dextra & sinistra. 33. Animus animalium, præter leonem, indicatur per auricularum motus. 10. Mutilatio auricularum infamiæ nota. 11. Quid signet in hominibus auricularum magnitudo? 47. Homines magnis auriculis. 37. Auris fabrica. 17. Eius tympanum & meatus. 18. An tympanum auditus sedes? 19. Diversi ficti soni in aure,unde? 21. Quomodò fiat auditio? 19. Quomodò sonus fictus ex imaginatione affecta,vel conscientia vulnerata? 21. Ex timore & terrore. ib. Quid sit auris purgata? 35. Superstitio de auris tinnitu. 33. Quid norent asininæ aures? 47. & 52. Auris,pro cuius est auris. 28. Symbola auditus vivacis. 35. & 52. Quid dicatur aures Regis? 52.

II. Obiectum auditus,sonus. 593. 22. Fragor lædit. 9. & 17. Quid necessarium in perfectam auditionem? 20. Unde debilitas auris in auditum? ib. Quid est,aure audire? 53. Quid,aures erigere? 35. Quid,vellere aurem alicuius? 51. Quid revelare auriculam? ib. Quid,ad auriculam loqui? 53. Inauditum dicitur,quod non auditur perfectè. 29. Auditus pro obedientia, & promptissima. à 41. Pro corde docili & mente. 32. Cor habet aures. 33. Quæ aures audiendi,& auris inclinatio in auditum? 35. Quæ auris Bœotica. & quæ incircumcisa? 37. & 38. Cur auris dicata Memoriæ? 31. 36. & 41. Quomodò auditus cum auditu & sine auditu? à. 32. Audire pro exaudire & credere. 44. Nihil iuvat,tantùm audire cœlestia. 6. 8. 1. Diversitas audientium Verbum Dei. 2. Nihil prodest medicina audita, ni parti læsæ applicata. 12. Vera auditio, veritatis observatio. 15. Ritè verbum auditum expellit à corde morbum. 13. Vid. *Verbum Dei.* Quando & quomodò auditur, quod legitur. 334. 13.

AURORA.

Quid sit,& unde dicta? 664. à n. 11. 22. & 44. Descriptio, imago & epitheta à n. 23. Discrimen Auroræ à diluculo & mane. à 12. Hilaritas universi ex Aurora. 14. Aurora pro felicitate. ib.

B

BALSAMUM.

Enervat animalia virulenta. 217. 15.

BASILIDES.

Eius hæreticæ ineptiæ. 156. 109.

S. BENEDICTUS.

I. Forma vitæ & Monachorum propositum. 566. 1. Cur dicitur lux splendens? 3. Encomia varia. 1. Omnium ornatus virtutibus. ib. Regula eius lumen est orbi. 2. Illuminat omnem hominem in perfectionem venientem. 3. Eius vita in utero illuminata de cœlo. 204. 9. Et vita abscondita. 14. Virtus perfecta in infantia. 6. Prius in illo apparuit gratiæ gemma, quàm vita. 12. Eius musica in utero à gratia. à n. 7. Victoriam cecinit de originali crimine. 14. De cœlo illuminatus,antequàm ortus. 12.

II. Canens cum sorore mirabilem edidit musicam. 236. 1. Similes tunc Lunæ & Soli. 431. 3. Ex vulva formarunt templum. 237. 2. Et chorum. 10. Cur in hac musica universa miracula? 3. & 4. Insigne, vocis corpus sine corpore. ib. Unde nova musica,& canticum novum? 6. & 14. Habuerunt scientiam vocis. 8. Cur dicitur cœlestis? 11. An eius excellentia, quia musica abscondita? 7. Cur usus vocis ante tempus? 13. Laus fuit laudata. 14. Prognosticon futuræ sanctitatis. 5.

III. Quomodò Benedictus reliquit mundum scienter nescius? 567. 4. & sapienter indoctus? 13. Unde eius renuntiatio insignis? 6. & 17. Nihil illi visus totus orbis. 7. Præ opulentia nescivit; quæ ut relinqueret, cognovit. 5. & 7. Amore obsequitur, ut obsequatur. 8. Cur huiusmodi obsequium præclari amoris studium? à 9. Crevit flamma pectoris deaurata diminutione à magnitudine amoris. 11. Perfectissimam virtutem edixit necessitatem. 12. Unde in rerum despectu magnanimitas? à 13. Despexit mundum,& floridum cum flore mundi 16. Quid despexit,dum mundi florem reliquit? 19. Calcavit coronas. 18. An maius calcare,vel calcandas non vidisse? ib.

BENEFICIUM.

V. *Gratiæ.* Cur Beneficium & Pœna duntaxàt Numina apud Ethnicos? 585. 7.

BLEMMYÆ.

Illorum conditio, & quorum symbolum? 495. 10.

BOMBARDA.

Cur symbolum peccati absconditi? 412. 5.

BONA.

Temporalia obcæcant. 363. 4. Sunt illecebrosæ insidiæ. 11. V. *Mundus.* II.

C

CABALA.

Ars Cabalistica plausus stultorum. 519. 27.

CALIGULA.

Hostis generis humani, cuius insignis crudelitas & vesania. 214. 11. Superbia. 394. 32-449. 21-610. 53. Fatuitas. 449. 20.

CAMBYSES.

Cur asinus dictus? 46. 15.

CANDIDATUS.

Habitus candidatorum. 96. 12.

CANIS.

Quo gentium electus Rex? 360. 13.

CANTICA. V. *Musica.*

Trinus scopus in sacris Canticis-Canticorum. 112. à 26.

CARO.

Excessus hominum in carnisprivio. 556. 8. V. *Anima.*

CAUDA.

Quid est, Caudam trahere. 445. 12.

CELERITAS.

Celeritatis descriptiones. 68. 35.

CENEZ.

Gesta eius insignia. 10. 17.

CERASTA.

Conditio eius morsus. 489. 9.

CEREBRUM.

Eius fabrica mirifica & qualitates. 457. 37. Facultas ratiocinationis iuxta eius organa aptiora vel ineptiora. 41. Imaginationis & memoriæ sedes. 45. Pavor cordis à cerebri frigiditate. 53. E cerebro perperàm formato stoliditas. 46. Unde eius frigiditas, à qua stultitia? 47. Semen à cerebro, arescente Veneris intemperantiâ. 52. Desipientia ex imminuto cerebro. 53. In illo est mens. 507. 5. Non autem anima ut rectrix, tantùm in glandula cerebri. 4.

CERTAMEN.

Ad Olympicum nemo admittebatur sine examine examinis. 558. 11.

CERUMA.

Cerumen quid, & eius proprietas? 424. 4.

CESTUS.

Quis cestus amoris? 50. 9. Veneris? 107. 17.

Index Generalis.

CHALAZIA.

Gemma insignis, mirabilis conditionis. 651. 7.

CHOREA.

Quæ pœna puellis saltatricibus in Franconia? 555. 6.

CHORUS.

Maior illic irreverentia sub adorationis larva. 286. à 11. V. *Oratio*: *Templum*: *Monachus*, II. *Deus*. IV.

CHRISTUS.

I. Cur dicatur Vir & unus? 101. 4. Ecclesiæ Sponsus. 27. Quando eius matrimonium sponsum, ratum & consummatum? ib. Primogenitus & unigenitus Patris. 54. Cur unigenitus? 68. Non est creatura. 54. Eius hypostasis Verbi Dei. 55. Quomodò Patri æqualis, & minor Patre? 56. Quo pacto contraria verificantur de illo? 57. Deus verus & homo verus. 72. Non est imago filij Dei, sed filius Dei naturalis, non adoptivus. 65. & plena imago Dei. 82. Non est in Deitate persona extranea. 66. Claret Deus ex Scripturis. 72. Omnia in illo & per illum. 112. Et propter illum. 119. Caput universorum, principium & finis. 120. Quo sensu verum, *Christus est creatura*. 56. Est lux vera vere. 672. 29.

II. *Adventus.* Quanta in eius adventu gratia! 115. 29. Dona. 43. Revixit natura humana. ib. Non solùm conceptus à Virgine, sed etiam genitus. n 87. 122. & 140. Vid. *Incarnatio*. Cur non dicitur, quod ut vita Christus vivificat, sed quod illuminat? 676. 35. Quomodò Deus verus de Deo vero, & lumen de lumine? à n. 30-143. 82. Cur non dicitur vera vita, sicut plauditur vera lux? 674. 33. Quare hominum lux, & non Angelorum? 35. Quomodò vitis vera, si metaphora à vera vite desumpta? 29. Ineptiæ Iudæorum de regno Christi. 453. 28. Non intelligunt carnales. 27.

III. *Obedientia & humilitas* quanta! 581. 18-645. 6. Cur summa in ablutione pedum discipulorum? 645. 5. Ostendit ut præceptum, quòd tantùm erat amoris officium. 577. à 10. Unde in Christo maxima obedientia? 575. 3.

IV. *Amor & charitas.* Erga peccatores summa. 330. 3. 404. 14. Nobilitas. 621. 3. Admirabilis erga ingratos. ib. Excellentia. 644. 4. In quo summa amoris Christi in cœnaculo? 6. Excessus. 9. Terminos transivit, quos scientiâ novit. 10. Dilexit uti suos, quos sciebat alienos. 651. 7. Suavitas eius amoris & repulsa. 646. 7. Firmior, ubi ingratitudo procacior. 649. 2. Tendit in gratias, etsi videat spinas. 4. Rutilat flamma, ubi nulla redamationis scintilla. 3. Firmatur, quo magis ingratitudo movetur. 5. Quomodò illi gratum, quod prorsùs ingratum? 6. Exaltatur ingratitudine. à 10. Diligit despectus, vulneratus & vulnerandus. 12. Quanta in illo solicitudo de reconciliatione peccatorum! 404. 14. Maior hominum ingratitudo ex amoris excessu. 654. 12. Discrimen amoris Christi & hominis. 16. Huius quàm futilis! 17. Illius, quàm nobilis! 18. Eximius. 277. 4. Amor Christi, gratiæ & obsequia, magna ingrato pectori onera. 49. à 6. An Paralyticus piscinę dederit lesu alapam? 556. 17. V. *Ingratitudo*.

V. *Amor in cœnaculo.* De maioribus in maiora procedit. 177. 1. Triumphus eius, & de quibus. 646. à 8-649. 2. 13. & 19. In cœnaculo amoris mirabilis & mirifica musica. 648. 12. Quomodò ibi vicit absentiam, tempus & ingratitudinem? 10. Certamen musicæ amoris cum ingratitudine. 649. 2. Celsitas amoris, in aliorum vitam vitam amittere. 277. 4. Cur Christus morti occurrit? 233. 8. Cur impatientior eius amor, dum mors vicinior? 7. Fugientes sequitur. 49. 6. In cordis demonstrationem volat. 231. 2. Vid. n. IV. Certamen cum tempore. 654. 13. Cur confertur musicæ cycni? 643. 2. In temporis fuga dilectionis constantia. 653. 14. Quo pacto amor eius æternus & novus? 15. Certamen cum absentia. 19. Quo ingenio vicit? 20. Christi amoris insigne, esse præsentem, & absentem corpore à 21. Vel moriens non absens. 23. Absentia nulla in absentia. 24. Mors fuit halitus vitalis, non durationis amoris. 22. Pro excessu amoris, V. *Inimicus*.

VI. *Passio.* Quanta in passione patientia! 646. 7. Maxima, dum vidit discipulos deficientes. 652. 8. Et Iudam perfidum. 9. Sustinuit eius despectum & continuam iniuriam, quærens proditorem in gratiam. 404. à 14. An ex guttis sanguinis passio Christi? 235. 13. Cur dicitur Christi passio, quòd Virgo mater non cognosceretur virgo. 579. 15. Eius respondent passioni sanguinis lachrymæ, 292. 2. Speculum Christus patientiæ & gloriæ. 243. 2.

VII. *Mors & crux.* Christus amore & præ amore mortuus. 438. 19. V. n. X. Quanta in eius cruce bona! 175. 7. Quomodò Verbum lignum in paradiso notavit? 5. Mira facta à Christo in cruce & opere & modo & causa. 4. Virtute & sanguine eius, felix crucis infelicitas. 2. In illa mortalis videtur, & immortalis cognoscitur. 184. 19. Christi in cruce triumphus. 177. 12. An omninò nudus suspensus, & tribus clavis vel quatuor affixus? 178. 2. Vehementia amoris, ex vite crucis transtulit in crucem vitis. 1. V. *Crux*.

VIII. *Nativitas.* Orto Christo evanuerunt oracula dæmonum. 397. 37. Christi corpus non à Sole, sed à Virgine. 671. 25. Quomodò Christus tunc lux vera, & nulla lux? 29. Christus quo sensu Sol? 44. Natum Deum cuncta elementa testantur. 706. 1. Nascitur ex Virgine, qui natus à Patre. 2. Ex utraque nativitate fit salus humano generi. 3. Cur nascens Christus confertur rori? 4. Deus-homo hominis redemptio & reparatio. 5. In cunis vicit hominis hostes. 6. Expulit mala, & intulit bona. 7. Quæ bona? 8. Cur nascens confertur Soli? 6. Loto? 7. Qua arte amoris apparuit oculis, qui conditione invisibilis? 10. Christo singularitas, ante nativitatem nativitas. 5. Nativitas Christi per enthusiasmum præsignata ab Ethnicis. 9. Tunc siluit statua Memnonis. 7. V. *Maria*. IX.

IX. *Circumcisio.* Cur vix natus, circumcisus? 232. 4. Quomodò priùs vulneratus amore, & pòst ex vulneris vulnere? 5. Unde? 7. Cur vulnus circumcisionis dicatur amoris vulnus? 194. 10. An illo vulnere magis amor fulserit? 236. 14. Visi flores temporis, & fructus amoris. 4. Vulnus patitur dilationem vulneris. à 6. Illi vulnus vulneri refrigerium. 8. Vulnus sine morte Christo tunc mors, & non vulnus. 194. 10. Cur tunc Christi gratia gratior & acceptior? 233. 6. Quare tunc Christus dicitur vernula temporis? 5. Cur maior dolor ex vulnere temporis, quàm ex vulneribus mortis? à 9. Quare maiora vulnera, quia vulnera non maiora? 11. & 13. Cur non de vulnere, sed de non vulnere in vulnere dolet? 12. Cur præterit circumcisionem, quasi levis amoris specimen? 14. V. *Circumcisio*.

X. *Resurrectio.* Nostræ naturæ reparatio, qua surgit & vivit homo. 405. 1. De morte singularis victoria. 2. Symbolum agonis & triumphi. 1. Morte eius homo liberatur à morte. 2. Et resurrectione resurgit. 5. Quo sensu Christus in ipsa morte non mortuus? 8. Eius morte iam non mors. 10. Cur Christus adinstar Phœnicis & etiam homines? 4. Vita nostra est Christi vita. 9. Et mors vitalis? 5. Unde? 11. Vita in novitate vitæ. 6. Sepulchrum vitæ principium. 7. Quomodò cognoscitur gloria resurgentis per sacramentum altaris? 13.

CHIMIA.

Libri de illa combusti. 517. 25.

CINIS.

Aræ Iunonis. 555. 6 Cinis quare contra vanitatem? ib.

CIRCINUS.

Quare regiminis perfecti Symbolum? 34. 2.

Rerum & verborum.

CIRCUNCISIO.

Quare instituta? 528. 50. Etiam inter fœminas apud Barbaras nationes. ib. V. *Christus.* IX.

CLAUSURA.

Ex illà Monachis quanta bona! 72. 2. Non reverta-tur Monachus in sæculum, unde egressus. 4. Periculo-sus à Monasterio exitus. à 5. Quomodò & quando intrà sint Monachi, & extra? 7. V. *Monachus*, II. *Mona-sterium.*

CLEMENTIA.

Illà abutuntur improbi. 378. 6. In illos quoque cru-delis. 542. 4. Succensèt pietas, ubi ex clementia effor-matur iniquitas. 47. 1. Spretæ flamma vindex. 4. Gladius clementiæ in supplices sine acie. 403. 10. Remissionis iniurię magna excellentia, ubi ad condonationem cle-mentiæ nulla inest causa. 11. Convertit in frugem ani-mum inimicorum. 10 Vid. Gratiæ, III. *Iniuria, Inimi-cus, Amor* IV. *Deus*, VI.

CLEOPATRA.

Eius Margarita. 587. 11. Lascivia. 54. 5.

COELUM.

Pro re sublimi, & superlativo sublimitatis. 271. 27. An in orbibus cœlestibus ex motu musica? 595. 25. Vid. *Musica.* Terra sancta cur dicitur cœlum Dei? 271. 28. Quando verum, terram genuisse cœlum? 187. 6. V. *Glo-ria. Pena, Persecutio, Martyres.*

COGNITIO SUI.

Utilis & pretiosa. 325. 44. Ignorantia sui fomes ac-cusationis proximi. 333. 10. Ad sanitatem non perve-nit, qui se infirmum non cognoscit. 16. Vid. *Conscientia, Philautia.*

COLUMBA.

Proprietates. 438. à 18. Connubij symbolum. 104. 11. Vitæ cœlestis 16. Eximiæ charitatis 19. Fatuitatis insignis & vanægloriæ. 561. 5.

COMMODARE.

Pro coniungere 228. 34. Commodatus pro habilis. 35

CONCILIUM.

Quæ concilia apud Hebræos? 6. 9. Penes concilium Sanhedrim electio summi sacerdotis 302. 4. Usus mega-rensium in concilio ad consilium. 557. 11. Vid. *Consi-lium, & Sanhedrim.*

CONCIONATOR.

Unde illi magnitudo & eminentia? 635. 3. Moven-tur corda concionantis vita. 291. 12. Immotus cur di-catur loquax statua? à 9. Nil prodest, cui sensus egens. 635. 4. Cura pungens. 12. Culpa mordens. 16. Unde stultitia ex excusatione observandi prædicata. 5. & 6. Etiam si eius verba corruptelà sint mortua, in vitam au-dienda. 11. Unde concionatoris scientia? à 7. Pessimus si pro doctrina prædicatur ille. 14. Quando loquendo tacet? 19. Quo pacto eius vox videtur? 21. Sine splendo-re non movet. 12. Eloquentiæ flores in condimentum, non in cibum. ib. Insignis qui floribus fructiferis. 13. Vid. *Prædicator, & Verbum Dei.*

CONFESSIO.

I. Ludicra, futilis, fatua & rustica. 414. 11. Gratia condonationis ex confessione criminis. 10. Officina sa-nitatis. 1. Si nota confessione plaga, apponitur medici-na. 2. & 4. Manet peccati virus, si absconditur morsus. ib. Maius periculum, ubi vulnus ignotum? 1. Cum oc-casione peccati mala confessio. 6. Mors, peccata in confessione tacere. 9. Evanescunt & statim peccata con-fessa. 10. Unde vulnera peccatorum, & vulnera vul-nerum? 12. Cur summa infelicitatis, ægritudo ex officina salutis? 15. Peccatori durissima peccati confessio. 8. Confessionis virtute peccata redduntur invisibilia. 419. 3. Unde in cruce insignis confessio suspensi Latronis? 411. 2. Vid. *Cor* & *Contritio.* Ubi occasio, quid confessio? V. *Occasio, Peccatum* III.

II. *Confessarij.* Quid & ad quid aulici? 415. 14. Eo-rum medicina atque documenta, vulnera. ib. Viri in-tegri eligantur in iudicio ad peccatorum iudicium. 16. Ut fugent morbos, non videant vulneratos, sed vulnus. 16. Plus optimis laboris in extirpatione vitiorum, quàm in satione virtutum. 15. V. *Peccatum*, III. Quando & quomodò illorum studia abominabilia? 500. 10.

CONNUBIUM.

Hominum & Dearum. 447. 17. Numæ & Egeriæ. 18. Vino inita sponsalia. 124. 47.

CONSCIENTIA.

Examen utile. 268. 23. Cur bona aut mala conscien-tia dicitur scientia animæ? 512. 15. Quæ cæca conscien-tia? Quàm periculosa & quare? ibid. Cognitio conscien-tiæ quantum prosit! 11. Conscientia vulnerata audit inaudita 593. 21. Detrahentium insensibilis conscientia. 355. 3. Gaudium non nisi ex bona conscientia. 362. 1. Necessarium scrutinium conscientiæ in correctionem vi-tæ. 372. 9. Processus & effectus criminum in conscientia. 474. 4. Vid. *Peccatum.* II.

CONSILIUM.

In consilijs Principi blandimen, in status destructio-nem. 424. 4. Deaurantur in peius vel crimina vel erro-res. 5. Ægrè aliquando fertur, quòd veritas dicatur, & etiam si tacetur. 9. Vid. *Veritas, Ministri, Princeps.* Mi-noris ab audacibus ministris æstimatur vita, quàm im-pudentia. 8.

CONSUETUDO. V. *Peccatum.* II.

CONTRITIO.

Cor audiens cœli vocem, procedit in pœnitudinem. 625. 12. Si cor conteritur, ritè verbum Dei auditur. 629. 5. Non sat vox pœnitentiæ sine cordis contritione. 411. 3. Unde dolor verus, vel falsus? 7. Ex quibus fomes pœ-nitudinis in cordis contritionem? 417. 1. In contritione ex peccato pœnitentia perfectissima, si Dei ploratur of-fensa. 2. Vid. *Cor, Conversio, Pœnitentia.* II.

CONVERSIO.

Unde vera? 612. 3. Nulla sine cordis motu. 625. 12. Quæ fallax? 418. 3. Cur conversio cordis, dum vox visi-bilis? 634. 3. Vid. *Cor, Peccator.* II.

CONVIVIUM.

Quæ dictæ partes convivij? Et quæ pars una? 102. 7. In convivijs Ægyptiorum simulachrum ostendebatur mortis. 556. 6.

COR.

An cor sedes animæ? 505. 2. Pro mente & volunta-te. 5. Pravitas cordis irritatur obsequijs 402. 8. Quò per-venit protervitas? 15. Effectus & morsus ex rabie pecca-ti. 476. 9. & 12. Longè cor à salute, ubi amor morbi. 410. 1. Stupor & pavor cordis à cerebro. 464. 53. Cur sepul-chrum cordis symbolum? 299. 21-408. 9. Quid cor inter cœlestia & temporalia? 280. 11. Quomodò cognoscitur nimius amor ex cordis situ? 197. 2. Quare cor scopus amoris Dei? 275. 1. Certamen utriusque. 2. Cor habet au-res. 599. 32. Cur eius auris in auditum necessaria? 40. Quid sit cordis præputium! 38. Superstitio de corde sa-liente. 33. Quomodò voces voluptatum non in aure, sed in corde? 626. 13. Flamma cordis indicat favillam auris. 630. 6. Unde cordis desperata conversio? 331. à 4. Cur in peccato vulneratum persistat? 8. Fovet crimen, dum re-spuit medicamen. 12. Quando cor lapideum & stupi-dum? à 6. Non audit, quicquid displicet. 13. Obtinetur conversio, quando in corde fit auditio. ibid. Nullum ei beneficium salutis, sine applicatione medicaminis. 15. Audit, si audit ut sibi proprium, quodcunque in salutem verbum. 17. V. *Conversio, Verbum Dei, Vox.*

Index Generalis.

CORONA.

Quid victimæ coronatæ? 112. 25. Cuius symbolum? ib. Quid sit, sub corona venire? 353. 19. Cur non aurea corona Civica? 583 3.

CORPUS.

Corpora fœminarum & virorum coloribus, & punctim scripta. 588. 13. Apud Britannos & Scythas quo intuitu? 14. Corpus subsidium, sed grave. 79. 1.

CORRECTIO.

Quæ correptio in improborum correctionem? 379. 7. Aptiùs corriguntur vulnera, si medicina secreta. 416. 16. In protervos medicina lenis, futilis. 379. 7. Vid. *Præses.* VI.

CREATIO.

Quid sit? 148. 93. Quando metaphoricè? 70. In Deo per creationem patent operationes ad extra. 75. Operatur absque ulla materia. 85. Creat ut Deus, non ut fove. 96. Quo pacto creatio actus liber & necessarius? 97. Implicat creatum & æternum. 98. Creatio totius Trinitatis opus. 111. Quo sensu singularum personarum? ibid. Natura Angelica & humana creata propter Christum & Mariam. 118. V. *Deus.*

CRUDELITAS.

Caligulæ. 215. 11. Commodi. 12. Gladiatorum. 11. Chaldæorum. 269. 25. Lysidiæ. 613. 4. Mezentij. 298. 19.

CRUX.

Quid signum Tau, & Crux ansata? 172. 3. Formam crucis osculabantur in adoratione ethnici, quin mysterium cognoscerent. 117. 33. Imago crucis qualis & quorsùm figura? 172. 3. Crux arma nostra. 9. Quæ mira in illa per Christum facta? 4. Ibi nostra libertas & felicitas. 3. & 11. Libertas è servitute. 2. Felicitas ex infelicitate. 3. Lethum fuit lethi, expulsio toxici, serpensque serpenti. 5. In eius exaltatione iugum excussum generis humani. 3. Vel à principio lapsus. 5. Ibi à morte resurrectio, ubi in mortem ægritudo. 6. Fuit nota arboris, in qua deliquit Adam. 8. Ibi dæmon corruit, unde vicit. 9. & 10. Unde eius rabies? 11. Quare crux dicitur fulgur & lignum? 184 18. Cur iter in gloriam, & gloria in vita? 245. à 8. Unde lignum vitale? 172. à 1. Quanta in cruce bona. 7. Cur Iudæis scandalum? 178. 1. Imago agni cum cruce in gemma. 8. Vid. *Christus.* VII. *Vitis, Lignum.*

CURIOSITAS.

V. *Præses,* XI. Curiosus semper malignus. 618. 16. & 20. Quanta mala ex curiositate! 543. 8. V. *Aula.*

CYGNUS.

Succinit alis, & modulatur dulciùs morti proximus. 643. 2.

CYNOSPASTUS.

Herba, cuiusnam naturæ? 502. 15.

CYRUS.

Cur dictus Mulus? 391. 29.

D

DÆMON.

Pœna dæmonum ex igne non est per unionem hypostaticam. 159. 115. Quo sensu dæmones filij Dei? 607. 48. Unde Luciferi lapsus? 686. 7. Ambivit esse Christi mater. à 6. Deo restitit, quia non obtinuit, & conatu vano corruit. 7. & 8. Cur non dixit: *Ero Altissimus,* sed *similis* tantùm? 9. Unde ruina visâ Virgine, Dei-hominis matre? 10.

DAMIANUS.

Non favet errori Pythagoræ. 257. à 5.

DAVID.

Eius gratitudo insignis. 582. 1. Unde constet? 2. Facta illi promissio de Christo ex eius semine. 662. 5. Absoluta. 6. & infallibilis. 10. Cur tunc David loquens sine verbis? 7. Quare si Psalmi etiam aliorum, psalterium titulatur Davidicum? 1.

DECRETUM.

Dei nunquàm conditionatum. 317. 31. Duplex respectus decreti absoluti Dei in contractu conditionato. ib. Quo ordine & modò? 32. Non implicat circa futura contingentia absolutum Dei decretum. 34. Quomodò in uno Dei decreto exprimuntur contraria? 35. Vid. *Deus.* II.

DELATOR.

Pœna. 328. 47. Narrat callidè ut verum, quod à se fictum. 43. 8. Cur dicitur speculum concavum? 347. 1. Semper delatores oblectamen tyrannorum. 361. 15. Quare? 8. & 20. Cum patrocinio prævalent, quibus venena placent. 361. 15. Ænigma delatoris & audientis. 615. 8. Uterque inimici pacis & humani generis. 14. Cur confertur scorpio? 337 2. Ingenium subtile ex subtili malignitate. 3. Quare ex eius pictura imagines virorum insignium apparent monstra? 348. à 5. Colorem, species iuxta affectum cordis. 7. A maligno dicitur, quod ab illo cogitatur. 10. Vid. *Susurro, Detractor.*

DETRACTOR.

I. Cur similis scorpionibus? 337. à 1-356. 5. Cur spinæ & spiculo ferreo? 339. 6. Cur serræ? 11. & 12. Viperæ? 13. Draconi? 15. Aspidi? 355. 2. *Api?* 10. Illius virus magis ab ornatu, quàm à veneno. 342. 13. Nulla actio expers morsus. 5. Neutrum per detractores facere licet. 4. Cautè cum illis agendum. 6. Sub specie veritatis suggerunt amplius mendacium. 9. Per illos quæ præclara apparent pessima. 10. Ars pro se & in alios. 11. Cur studeant plures esse? 18. Cur congregantur? 20.

II. *Conditio* illorum. 343. 16. Insensibilis cauterizata conscientia. 355. 3. Caterva diversitate colorum. 347. 3. Venena spirant. 12. Eorum cogitationes sine intellectu. 341. 11. Malignitate creduli & increduli. 12. Falsi amici, & falsi fratres. à 14. A verbis detrahitur sensus, ut liqueat sensus malignus. à 17. Infernus illorum lingua. 358. 9. Nec suis parcunt, nec se? 10. Ardent, ni urant. 11. Mutuò sese lacessunt, & devorant. 12. Semper in lingua dolosa. 3. Embolia & calliditas. 4. Malitia & vaniloquentia. 6. Conversationis otiositas. 7. Loquacitas. 10. Candore nociuores. 1-346. 1. Malignitas fucata dilectionis colore. 2. Imò charitate, in quo summa malignitatis. 8. & 9. Conciliabula detrahentium. 6. Qua arte detractores simul & subversores? 340. 8. & 18. Cur improbi ferè detractores? 7. Evomunt virus in speciosiora. 347. 3. Pingit loquela, quod vult phantasia, à qua picturæ & imagines illustrium horribile monstrum. à n. 4. Fictio illorum in fictiones, & imaginationes fallaces. 8. & 11. Ut floreant boni, suffocentur detractores, & pereant pereuntes. 15. Quàm pravus sacerdos mordax, maximè si Prælatus. 360. 13. Crudelis flamma detractionis. 8. Detractiones detracti laudes. 352. 16. Coronant probos. 19. Magnum, malè audire & ferre. ib. Quare? 359. 10.

DEUS.

I. Quid sit ambulare cum Deo, coram Deo, post Deum, & in nomine Dei? 268. 23. Dei descriptio & eius æternitatis. 165. 127-387. 22. Quo sensu Deus vel re anima mundi? 150. 95. Dei esse est eius intelligere, & summè vivere. 675. 33. Vid. n. VII.

II. *Decreta* Dei quomodò absoluta & non absolutè. 318. 32. Non mutat nec consiliuum, nec sententiam; ib. & 37. Quid unum & simul duo in Dei decretis? 34.

Rerum & verborum.

Dona Dei revocata, quo sensu irrevòcabilia ? 37. Vid. *Decretum.* Ostensio mutationis status rerum cur in Deo dicitur pœnitentia? 320. 36. Quomodo de illo dicatur, & negetur pœnitentia? 30. Voluntas Dei non est creatura. 150. 96. Quomodò Deus vel sine creaturis semper Dominus? 97.

III. *Amor.* Quantus, filium suum mittens in mundum! 647. 9. Cor hominis scopus amoris Dei. 275. 1. Certamen utriusque. 2. Nihil eius amori magis delectabile, quàm quòd homo respondeat vocationi. 377. 3.

IV. *Præsentia.* Eius consideratio. 268. 23. Conspectu Dei sunt digna quæ grata. 15. Sæpe despicitur sub adorationis specie. 286. 11. Deum præsentem non videt, qui non attendit. 9. Peccatorum non convertit corda Dei præsentia, nec patientia. 622. 5. Absentia Dei summum malum. 50. 7.

V. *Iustitia.* Sententia Dei fulminata in iniquum, condemnat alium. 333. 11. Transformat in fulmen gratiarum fontem. 47. 2. Cur rigor iustitiæ in fulmine & pietas signatur in igne? 5. Ex despecta gratia gignitur in ultionem iustitia. 8. Timor Dei semper fovendus. 479. 15. Vox Dei ad unum est, virtus vocis ad omnes. 333. 9. & 17.

VI. *Clementia.* Quanta in peccatores! 334. 11. Quo intuitu. 477. 11. In ingratos. 646. 9. V. *Christus*, IV. Mirum in Dei pietate supplicium. 47. 2. Quomodò rigoris, quæ signa pietatis? 5. Ex opposita causa firmat causam in clementiam. 402. à 9. Dissimulat culpam propter pœnitentiam. 417. 1. Magna est Dei clementia, exire sospitem, unde aliorum discrimen. 476. à 9. & 13. Unde magis irritatur Clementia? 443. 7. V. *Ingratitudo.*

VII. Cur Deus dicitur lux? 671. 26. Quomodò lux & non lux? à 28. Cur lux luminum, splendor splendorum, & lux quæ calligo? 32. Deus insultat peccatoribus. 266. 19.

DIACONISSA.

Quodnam munus in primitiva Ecclesia? 119. 37.

DICERE.

Discrimen inter dicere & loqui. 313. 25.

DIGNITAS.

Dignorum est, non habentium. 100. 3. Fulgent dignitates, si fulgent dotes. 202. 1. & 13. Unde in illas electus clareat dignus, vel indignus? 97. 15. Sine experientia in culmine cerebrum rotat. 203. 3. Unde in dignitatem commendatio? 481. 5. Pessimum, dum non cogitatur dignitas, sed dignitatis commoditas. 203. 3. Dignitas ex dignitate fusca, præclara è contrà. 12. Quando ex electione floret? 13. Quando excellens persona dignitatis excellentiâ? 685. 4. Reipublicæ lapsus indignorum ingressus. 91. 1. Vilis in dignitate quis, & quid? 441. 4. Quodnam onus dignitati indignorum electione? 92. 3. Effectus collatæ indignis dignitatis per connexiones. 8. Indigni muneris ambitiosi. 15. Thronus illis cur fallax? 34. 3. Pessimus, in dignitate improbus. 337. 2. & in illa attonitus. 203. 2. Superbus arrogantiâ & insolentiâ. 96. 13. & 16. Est opprobrium dignitatis, cuius gloria illi ignominia. 484. à 5. V. *Indignus, Merita, Ambitio, Electio.*

DISCIPLINA.

Quæ & quid propriè? 507. 6. & 9.

DISCORDIA.

Mori in vita. 617. 14. V. *Pax, Præses.*

DISSIMULATIO.

Symbola artis in dissimulatione. 488. 8. Nocet dissimulatio, si causa absconditur in iudicio. 9. V. *Regimen, Prudentia, Præses.* II. *Inimicus.* Dissimulatio iniuriarum. V. *Iniuria.*

DIVITIÆ.

Mediocritas in bonis fortunæ potius bonum. 441. 3. Magna opulentia, quæ nescitur cognita. 567. 5. Barbarus dives qualis in munere? 441. 4. Conditio avari immisericordia. 5. Pecuniâ corrupta omnia. 4. V. *Plutus.*

DOLOR.

Anima patientis mortua, si pœna viva. 194. 5. Vid. *Cor, Contritio, Peccator* II. *Pœnitentia.* I.

DOLUS.

Non dolus, qui cognitus. 323. 40.

S. DOMINICUS.

Cur dicitur Canis? 502. 15.

DORSUM.

Pro aversione & odio. 266. 18.

DUTROA.

Cuiusnam conditionis herba? 55. 5.

E

ECCLESIA.

Militans cur speculum triumphantis? 243. 2. Cur eius opera dicuntur ænigma? 2. Symbolum. 3. Eius felicitas cur non in felicitatibus, sed in laboribus? 6.

ECHO.

Quid sit, & quomodò fiat? 594. 22.

EDUCATIO.

Nunquàm puer bonus, cui nihil negatur. 262. 13. Mala indoles vel optimâ educatione immutabilis. 457. 35.

ELECTIO.

I. Non scripti eligendi, sed digni. 207. 13. Digne eligitur, qui in munus quæritur. 490. 11. Eligi debet, qui dotibus in munere fulget & floret. 72. 2. Quando electio ante electionem? 202. 1. & 10. Ducenda quare maximi? 11. Cur eligendus dicitur electus, modò dignus? ib. Dignus si eligitur, antequàm eligatur. 15. An electio magis plausibilis sine libertate electoris? 1. & 9. Insignis si è cœlo, & perfecta ante suffragia. 10. Si à cœlo electio, electio electi exaltatio. 16. Unde constet dignus, vel indignus electus? 481. 5. Electus non dignus, quia electus. 207. 14.

II. Integer elector, qui obsequijs non corrumpitur. 345. 21. Quare electio exposita errori & quandò? 203. 3. Admiratio ex electione è duplici titulo. 2. Quæ regiminis destructio? 8. Fomites infelicitatis indignorum electiones. 9. Qualis electio ex voluntatis prolubio? 204. 4. Ex potenti interventionis brachio? 5. Quantum electores premit! 6. Pessimum, quod clausum, aperire indignis ostium. 94. 7. Error electionum, affectionum interventus. 3. Electus ab electore ligatus, plerunque indignus. 204. 6. Affectiones in electionibus errores plures. 11. Suspitiosa electio, si subita electi assumptio ex imis in summa 2. Stulta sine experientia. 3. V. *Indignus,*

ELISEUS.

Virtutis præsagia ab ipsa nativitate. 209. 1.

EPHESUS.

Ephesiæ literæ quæ? 517. 24. Cur de desipiente dicitur, loqui ad Ephesios? ibid.

EPHOD.

Quid & quotuplex? 223. 26. Laicum. 28. Ephod in templo etiam vestis Regum & Principum. 29.

EPISCOPUS.

Totum studium non sit pro tuendo dignitatis honore,

re, ſed pro ſanctitate. 546. 13. Modeſtia principibus Eccleſiæ neceſſaria. 38. 12.

ERASMUS.

Roterodamus, quàm audax, & circa ſacra! 137. 72. Arrogans. 73. Liber de *Moria*, eius ſpeculum vitæ. 440. 1.

EUCHARISTIA.

Quo conſtet eius excellentia? 626. 14. Cur dotes corporis glorioſi ab Euchariſtia? 113. 28. Cur in illa Eccleſiæ & Chriſti coniugium? 27. Per illam in corpus Chriſti convertimur. 28. Quomodò in illa Chriſtus verè cibus & potus, ſi ſumitur per modum cibi & potus? 673. 29. Cur non ita ut eſt ſuavis ſapit panis cœleſtis. 626. 14. In quo myſterium? 657. 20. Miraculo ſingulari explicat amoris Chriſti vehementiam. 22. Illa Chriſtus moriens non abſens. 23. In penetrali eſt pectoris, fugiens ab oculis. 24. Chriſti reſurgentis cognoſcitur gloria ex illa. 409. 13. Ad Euchariſtiæ acceſſum etiam incogitata cogitanda. 330. 3.

EXCELSA.

Quæ fuerint, & an Hebræis prohibita? 306. 14. David nunquàm ſacrificavit in Excelſis. 15. Salomon in illa propenſus. ib.

EXEMPLUM.

Illo videntur verba. 634. 1. Ab exemplo ſunt vitalia. 2. 11. & 19. V. *Verbum Dei, Concionator.* Pravum exemplum Superioris, ſubditorum corruptela. 548. 3.

EXPERIENTIA.

Sine illa in dignitatis faſtigio cerebrum rotat. 203. 3. Per acta priùs, aut non acta librare condecet merita. 5.

EZECHIAS.

Ditiſsimus. 383. 14. Vana oſtentatione ductus incautè. 15.

F

FACIES.

Pro cuius eſt facies. 69. 37. 262. 14. Pro favore. 17. Pro amore. 18. Pro maieſtate. 14. Pro vultu. 15. Pro præſentia. 21. Quid ſit in facie vultus? 15. *Ad faciem* pro familiaritate, ſeu aſsiſtentia. 32. Vel inter Ethnicos facies ſimulachrorum averſæ. 16. *Facies Dei* pro ſanctuario, aut templo. 21. Pro vita immaculata. 22. Pro auxilijs eius & gratia. 30. Quid eſt, *Coram facie* ambulare? 66. 30.

FAMA.

Quid ſit? 606. 46. Ex malis & inter malos fama infamia eſt. 351. 13.

FAMES.

Famis urgentiâ mater filium iugulavit. 52. 1-526. 46. Quotuplex fames ficta à Rabbinis? 52. 1. Fames celebres & edulia in earum anguſtijs. 527. 46. Cibi inſulſi indices famis. 43. Fames urens & ciborum faſtidium, extremum malum. 45. & 47. Dira fames, paſci horribilibus abominandis. 46. Quid bulimia, orexis, univerſa, & vaccina fames? ib.

FATUITAS.

Quid ſit? 444. 11. Quotuplex? 44. Acco vetula fatuiſsima, in quo? 20. Alij fatui. à 19. V. *Stultitia.*

FAVOR.

Homo homini favens, Deus eſt. 583. 3. V. *Fortuna, Felicitas.*

FELICITAS.

Quę infelix? 47. 1. Cur felicitas cum morte, atque felices in rota? 364. 6. Quare felicitates dicuntur idola? 7. V. *Fortuna.* Cur felicitatis emblema ignis fatuus? 447. 16.

FENELA.

Eius pomum quale, & quid ſignet? 365. 8. 498. 5.

FERCULUM.

Pro diſco. 645. 5. Pro cœnaculo. 6.

FESTINUS.

Piſcis, cuiuſnam conditionis? 502. 15.

FIDES.

Divina, ſine operibus mortua. 529. 52. Humana firmatur perfidiâ, & ficto candore. 354. 1. V. *Amicitia, Perfidia.* Cur in ſymbolum fidei manus & oculus? 88. 9.

FILIUS.

Quomodò homines verè filij Dei, & non filij veri? 133. 66. Cur filij ſapientum plerunque ſtultiſsimi? 456. à 34. Inſigniores, qui à parentibus degenerarunt. ib. Soliditas filiorum à frigiditate ſeminis. 56. Ex æquali parentum ætate alius cordatus, & alius ſtultus. 55. Aliquando ex bonis improbi, ex improbis peſsimi. 33. Sequuntur in inclinationes ſeminis qualitates. 36. Cerebri futilitas ex intemperantia genitoris. 52. Optimus, delicium patris. 33. Sunt imagines parentum. 668. 19. Ingratus erga patrem ingratiſsimus. 24. 6.

FOECUNDITAS. V. *Generatio.*

FOEDUS.

Unde dictum? 538. 70. Inſenſibilia provocata in teſtes. 72. Ritus proteſtationis in fœdus. 70. Paciſcentes per medium cæſæ victimæ tranſibant. 71. Levabant manum in cœlum. 72. Pilos victimæ & proprios ſecantes, proijciebant in ignem. 73. Forma apud Macedones diviſo gladio pane. 70. Apud Parthos guſtato mutuò ſanguine. 215. 12. Apud Arabes ſimiliter percuſsâ volâ manus, è cuius cruore tincti ſeptem lapides. 537. 70. Fulmen in fœdifragos. à 71.

FOEMINA.

Similis Sodomæ pomis. 561. 3. Columbis. 5. Floribus. 6. Papilionibus. 7. Cur corpus ſepulchrum? 10. Cur vel in vita conferuntur cineri? 11. Quàm profanus cultus corporis & habitus! 14. Maximè modò in Hiſpania. 590. 15. Pulchritudo apparens latens venenum. 216. 14. Varijs picturis faciem devenuſtant, dum ornant. 589. 14. & 15. Uſus apud Barbaras nationes ex vulneribus in facie. 13. Non apparent fœminæ, ſed horridæ larvæ. 15. Fœminæ formam apparentem mors declarat. 559. 1. Quid forma pulcherrima? 2. Unde vel in vita pulvis? 3. Cur eius fronti & non capiti pulvis ſuperimponitur? 4. E ſenſu pulchritudinis ſine ſenſu, tapta à diabolo. 5. Deum irritat. 590. 15. Laſcivia incredibilis. 54. 5. In fœmina orba mors vita. 294. 7. Vana pulchritudo fœminæ, ſi pulchritudine vana. 562. 6. Formæ prodigium, pulvis ad tactum. 7. Cur non dicitur pulvis, ſed cinis? Cineris mutatur in obitu color. 9. & 11. Cadaver eſt forma inter cryſtalla. 13. Pro abolitione cineris profugit in colores. 14. Faſtus fœminarum in inauribus. 587. à 11. Circunciſæ apud aliquas nationes. 528. 50. Loquaces ſunt & curioſiſsimæ. 326. 46. Cur parere dicitur his, ex quibus concipiunt. 708. 4. Unde illarum ſal vel in faſtidijs? 108. 17. V. *Fucus, Pulchritudo, Speculum.*

FONTES.

Fons ſtultitiæ. 548. 4.

FORTITUDO.

Quid ſit? 515. 19.

FORTUNA.

Cur fallax & lubrica? 34. 3. 206. 9. Fortunati deſtinantur in tormenta. 364. 6. Cur felices dicantur filij fortunæ; & feliciſsimi, mariti? 446. 15. Quæ & quorsùm Fortuna virilis? 414. 10. Quæ viſcata? 91. 1-447. 17. Quæ Primigenia? 126. 52. Quæ Virgo, & quæ Parca? 447. à 16. Quid in huius templo? ib. Fortuna Timothei. 15. Servi Tulli. 16. Galvæ. 17. Vid. *Felicitas.*

FUCUS.

Usus apud Romanos. 589. 14. Quàm turpe! 15. Apud Æthiopes. 670. 24. Apud Arabes. 588. 13. Apud Britannos. ibid. etiam in facie idolorum. 671. 24.

FUGA.

Veneris, vid. *Venus, Luxuria, Voluptates.* In quo & quorsùm virtus fugæ? 81. 6. In fraterna odia remedium duntaxàt fuga. 402. 8.

FULMEN.

Celeritatis symbolum. 68. 35. Irrevocabilis ultionis. 49. 5. Duces insignes appellati fulmen. 68. 34. Fulmen in fœdifragos. 538. 71. Aliquando sacrificia Ethnicorum fulmine tacta. 70.

FUMUS.

Cur iræ & clementiæ typus? 48. à 3.

G

GALVA.

Somnium, & fortuna. 447. 17.

GAUDIUM : V. *Gloria.*

Intolerabile, habere, & fugere. 191. 4. Dirius, fugere gloriam præsentem. 6. Gaudium cœli, vel cœlo, verum gaudium. 245. 6. Non nisi ex bona conscientia. 362. 1.

GEMINATIO : V. *Tautologia.*

GENERATIO : V. *Filius.*

Acceptiones variæ. 170. 137. Propriè, pro acceptione essentiæ. ib. Metaphoricè. 70. Generatio non fit in instanti præcedente conceptionem. 135. & 136. Nequit non esse idem individui conceptio & generatio. ib. Generatio & conceptio quoad formam substantialem, tota simul & unico instanti. 138. Multi genuerunt in puerili ætate. 462. 49. Præcox fœcunditas tàm in viris, quàm in fœminis. 55. Notabilis in senibus ib. Præcox ex imbecillitate & frigiditate, quomodò? 56. Qui citò gignit, senescit citò. ib. Discrimen inter pueros & senes. 55. Cur coitus dicitur brevis epilepsia? 52.

GENIUS.

Cur flagellum ei insigne? 467. 2.

GENTILITAS : V. *Synagoga.*

Eligitur in Sponsam pro Synagoga. 114. 28. Cur dicatur insulsa? 529. 51. Cur auribus Midæ similis? 607. 47. Cur pœna & beneficium apud Ethnicos Numina? 7. Qui apud illos Dij Magni? 6. Crisis illorum de ipsis Dijs. 7. Cur dicantur conquisitores sæculi? 514. 18. Superstitio de primis auditis vocibus. 599. 33. V. *Idola.* Voces Ethnicorum aliquando in Scriptura. 257. 5.

GERTRUDIS.

Amor eius quomodò ingeniosus? 196. à 1. Quantus! à 5. An ex ingenij vehementia? 7. Quomodò eius amor novus? 5. Trahit, dum trahitur. 7. Cor eius hamatum. 8. Nulla cur Sponsa Christo magis accepta? à 13. Sine illa nihil Christo perplacet. 6. Ei & ei unum cor. 1. Permutatur ab utroque. 3. Delicium erat Christo eius cor flagrans. ib. Captivus traditur, & trahitur. 4. Quomodò vivebat in Sponso & morte vivebat? ib. Cor habet Sponsi, & Sponsum in corde. 12. Vulnus ab illa factum cordis Dilecti fuit furtum. 9. Unde scientificus amor? 8. Eius cordi Sponsus imprimit vulnera. 3. Quomodò figura substantiæ Christi ex parte humanitatis? ib. Igne Gertrudis flagrat Sponsus. 10. Analogia præsentiæ Christi in sacramento Altaris, & in pectore Gertrudis. 11. Christus illam insigne donum offert Patri. 14. Delectatur Christus eius perfectione, quasi excessu mentis. 6. Gratia & gratijs supereminet Christi Sponsas. 14. Vel cum matre Christus desiderat Gertrudis amplexus. 6.

GLORIA.

Mundi, V. *Mundus.* Cœlestis, V. *Gaudium, Persecutio, Martyres.* Quæ sanctis gloria sursùm, & qualis deorsùm? 247. 12. Bona cœli quanta & qualia gaudia! 14. Vid. *Cœlum, Pœna, Persecutio, Patientia.*

GOLIATH.

Eius conceptio. 54. 5. An filius Orphæ? 1. 1.

GRATIA.

I. *Dei.* Quomodò maior gloria in merendi gratia? 247. 13. Cur in gratia gloria plenissima? 14. Non surgit in gratiam, qui expectat miraculum, ut surgat. 475. 7.

II. Gratia pro venustate, V. *Pulchritudo.*

III. *Gratiæ.* Quando convertuntur in flagella? 50. 9. Imò in fulmina? 2. Fugit amor gratiarum abusu. 6. Gratiâ frangitur inimicorum ira. 399. 1. V. *Iniuria, Vindicta.* Gratia & fraus quando sorores? 85. 2. Nulla gratiarum fides, ubi duntaxàt species. 4. Illarum ostentum, ultionis studium. 5. In gratiarum obsequijs sagittæ mortis. 8. V. *Perfidia.*

GRATITUDO.

Cordi grato libera donatio, non donum videtur, sed restitutio. 227. 32. Verba in signum gratitudinis trunca verba. 583. 2.

GULA.

Quàm impotens! 555. 6. Excessus. 8.

H

HÆRETICUS.

Illorum doctrina Sodomitica poma. 498. 5. Lamia. 7. Venulli pluma. 5. Statuæ Fenelæ, & Salamandræ. 7. Arundines. 9. Studia abominabilia. 10. Lepra serpens. 9. Sapientia stultissima. 1. Literæ apparentes. 2. Ostentant vitrum, ut aurum. 3. Nullius momenti, nec solidi. tatis. 4. Venti utres, non doctores. 6. Bipedes chamæleontes. 7. Cur similes argento? ib. Syderiti lapidi? 14. Illorum conditio. 12. Calliditas. 16. Arrogantia, & insolentia. 4. Inverecundia. 7. Vani sunt mendaces, amentes, audaces, & tenaces erroris. 8. Hypocritæ. 9. Summè instabiles, perfidi. 12. Lucent, ut noceant. 16. Similes factis pisci Festino, & herbæ Cynospati. 15. Sub specie Religionis Religionis impugnatores. 14. Presi solicitant effugium, sed in bellum. 13. Tàm ipsi, quàm libri comburantur, ne noceant. 16.

HEBRÆI.

Propensi in idola, maximè loquacia. 396. 37. Cur modò in Scripturam tantùm habeant aurem sinistram? 600. 34. Quænam apud illos superstitio de aure sinistra & dextra? 33. Illis prohibita utcunquè Excelsa. 306. 14. Quot illorum Senatus? 6. 9. Qui dicebantur Principes Tribuum? ib. Ceremonialia, quoad festivitates & sacrificia, in deserto illos haud obligabant. 6. Rabbini illorum ferè nugivenduli. 1. 17. & 21. Blasphemiæ & ineptiæ illorum. 453. 28. Cabala illorum undè, & qualis? 6. 10. Summus Synagogæ sacerdos, V. *Pontifex, Sacerdos.*

HELI.

Genealogia. 301. 1. Iudex & summus Sacerdos. 259. 8. Electus à Deo. 301. 2. Non accepit sacerdotium à Phineës. 255. 2. Nec post illum Pontifex. 302. 3. Quoto anno vitæ eius oblatus Samuel? 259. 8. Quanta eius cura in Samuelis educatione! 33. Eius fuit nutritius & magister. 1.

HERCULES.

Insigne facinus, & cuius symbolum? 405. 1.

HERCYNIA SILVA.

In ea noctù avium plumæ luminosæ. 566. 2.

Index Generalis.

HERMÆ.

Mercurij, qua figura? 636. 8.

HERMOGENES.

Eius sapientia & stultitia. 511. 12.

HOMO.

Cur homini homo lupus & Deus? 583. 3. Ænigma hominis. 677. 37. Ab uxore frequens hominis ruina. 560. 2. Cur fœmina cinis, & homo dicitur pulvis? 8. Quomodò homo pulvis, dum vivit homo? ib. Duplex ignis in homine. 280. 11.

HONOR.

Pro munere, V. *Dignitas.* Quando dolus sub honoris specie? 85. 2. V. *Gratiæ.* III. *Perfidia, amicitia.*

HONORARIUM.

Quid sit? 523. 38.

HUMILITAS.

Erga legem humilitatis insigne, immunitatem cedere: plus in cessionem memorari, & obliviſci. 580. à 16. Summum, cedere cum libertate libertatis oblivionem. 18. V. *Maria.* X.

HYPOCRITA.

Quomodò illorum actiones lucidæ & tenebrosæ? 678. à 40. Virtus eorum fulgida sine luce. 43. Dei ira commovetur, dum eius templum hypocritè profanatur. 622. 5. Virtus apparens non virtus. 248. 1.

I

S. IACOBUS.

Maior, Apost. Eius stupendum miraculum. 259. 7.

IDOLA.

Loquacia, V. *Oracula.* Celebrata ab Ethnicis. 586. 8. & à 47. Cur in Scriptura idola vocantur Dij? 6. Minio lita, ubi? 671. 24. Quæ dicta idoli aqua? 413. 8.

S. IGNATIUS.

Eius flagrantissima charitas. 294. 8. Summum, proximum diligere, cum periculo animæ. 9. Non suam, sed Dei tantùm quærit gloriam. ib. Quanta passus hoc intuitu! 10. A gloria recedit, ut proximus intret. ib. In eius periculo peccatorum salus, & charitatis excessus. 11. Lilio cur similis? ib.

IGNIS.

Pro amore. 200. 10-277. 3. Duplex ignis in homine. 11. Quò tendat pondus ignis? 3. Ignis fatuus symbolum felicitatis. 447. 16.

IMAGINATIO.

Quæ & quanta deliria ex imaginatione læsa? 592. 21.

IMAGO.

Agni cum cruce in gemma. 180. 8. Imago Christi ex & in vite. 1. Crucis. 172. 3. Crucifixi. 177. 1-180. 8. Simonis Magi. 156. 109. Iovis Veiovis & Ultoris. 538. 70. Capitolini. 670. 24. Mercurij. 545. 11. 636. 8. & 11. Magnæ Matris. 180. 6. 433. 9. & 20. Panos. 670. 24. Minervæ. 178. 3-549 5. Draconum eius. 240. 11. Pluti. 568. 7. Veneris Cœlestis. 645. 6. Cum Cupidine. 367. 12. Auroræ. 670. 24. Bacchi. 181. 6. Solis & Lunæ. 431. 3. Victoriæ. 265. 17-653. 12. Amoris. 13-231. 3. & 5-578. 13-646. 8. Midæ. 607. 47. & 52. Genij 467. 2. Charitatis. 645. 6. Patientiæ. 247. 15. Cum Volupia. 366. 10. Fraudis. 4. Felicitatis cum Morte. 364. 6. Precum. 284. 7. Stultitiæ cum Necessitate & Violentia. 483. 10. Spei & paupertatis: Spei & Fortunæ. 568. 7. Amoris cum perpendiculo. 486. 3. Veritatis. 427. 10. Veritatis & Iustitiæ. 493. 5.

INAURES.

Luxus fœminarum. 587. 11. & 13. Affectus in illas impotentissimus. 16.

INCARNATIO.

Ordo decretorum Dei in Verbi incarnationem. 160. 117. Summa rerum mirabilium. à 118. Quantus Dei amor filium mittentis in mundum! 647. 9. Deus homo hominis redemptio, gratiæ restitutio & generis glorificatio. 707. à n. 3. Revocatur in vitam. 114. 29. Quantum gaudium ex sola imaginatione? 661. 4. Pro tanta felicitate quanta desideria Ecclesiæ! 114. 28. In Incarnatione scala Iacob inversa. 661. 4.

INDIGNUS.

Conditio indignorum præsumptio scientiarum. 511. 13. Unde illorum proiectionis animi ignominia, & arrogans insolentia? 205. 8. Eorum elevatio, Reipublicæ destructio. ib. Nullus honor illis, quia totus ab honore. 12. Et honor inanis. 13. quin exaltentur in ipsa honoris exaltatione. 14. Cur adorent fortunæ viscum? 91. 1. Impingunt usquequaquè, nec cessant impingere. 2. Cur semper phlauti? 495. 10. Quàm molestum, in dignitatem deportare indignum? 92. 4. Portæ indignorum quæ & quales? 6. Cur ab illis iudicantur dignitatum ostia pervia? 7. Quare inepti ineptis invident? Quomodò mutuò se provocent? 10. & 11. Mores ante & post raptas dignitates. 13 Cur tumescunt? 15. Quare Præsides illorum ambitum nec execrantur, nec puniunt? 16. Cur intercessores pro illis non in exitu, sed in ingressu Præsidis? 4. Vid. *Electio, Dignitas, Ambitio.*

INFANS.

Recens nati mergebantur in flumine gelido. 530. 53. Cur? ib. Quæ aqua illis dicebatur salutaris? 54. Incredibile, aspergi sale. à 53.

INGENIUM.

Quid sit? 459. 40. Varietas ingeniorum in natura. 35. Unde? 39. Summum ingenium è quibus constet? 40. Cur aliquando ingenia sentiant rectè, & iudicent distortè? 46. Lumen luminis ingenij iudicium est. 43. Cur in pueritia ingenioſi, paulatim habescant? 54.

INGRATITUDO.

Qui ingratus ingratissimus? 24. 6. Cur diù timenda magis ingratitudinis excusatio, quàm ingratitudo? 343. 15. Pessima indoles, quam irritat amor. 49. à 6 402. 8. Maior ingratitudo ex amoris excessu. 654. 12. Nunquàm amori prævaluit. 6. Firmior, ubi ingratus procacior. 2. V. *Christus.* IV. V. Cor ingratum igne amoris friget. 5. Cur non sit in hoc mundo? 7. Dæmonis fœtus. 10. Ingratitudo cum impudentia vel pacatum irritat. 443. 7. V. *Amor,* IV. *Deus,* III. VI.

INIMICUS: V. *Perfidia.*

Improprium, inter mortales inimicitiæ immortales. 84. 1. Lachrymæ inimici insidiæ. 5. Cedit, ut calcet. 6. In inimici præsentia exacerbantur vel cicatricata vulnera. 10. & 11. Obsequijs frangatur inimicorum ira. 399. 1. Quomodò usus sine usu potentiarum, in perfectam dilectionem inimicorum? ib. Faciliùs indulgebit pectus, si ignoratur inimicus. 3. Sit de inimicorum iniurijs tantùm memoria oblivionis. à 4. Magnum, inimicos cognoscendo nescire. 6. Favor inimicis & auxilium est ad honores compendium. 12. Summa charitas, inimicis parcere, & pro illis vel in ipsa offensione sanguinem proprium effundere. 13. Plus est, læsum lædentem quærere in reconciliationem. 14. & 15. Qui inimicis parcit, inimicos vincit, & etiam hostes animæ. 12. Vid. *Iniuria, Reconciliatio.*

INIURIA.

Deterior, quò iniurioſus vilior. 25. 8. Pretioſa constantia, dum premit iniuria. 402. 7. Constat qualis virtus intra viscera, iniuriarum indulgentiâ. 13. Quæ medicina vulneribus iniuriarum? 1. Quo sensu nulla iniuriarum debet esse oblivio? 3. Modo ferendi iniurias, floret cha-

titas. 4. In memoria iniuriarum, vexationis nec ſpecies. 5. Quærat veniam, qui fecit iniuriam. 402. 8. Sæpe iterantur innocenti graves iniuriæ, ſpe tantumodò veniæ. 9. V. *Innocentia*. Quanti momenti iniuriæ diſsimulatio! 31. 32. V. *Perfidia*.

INNOCENTIA.

Unde maior innocentiæ afflictio? 30. 20. Tacet, ne torqueatur intenſiùs. 22. Aditus vel in tribunal iuſtitiæ, clauditur innocentiæ. 24. Sævitia ſumma, dum plectitur innocentia. 39. 14. Cognitio innocentium contentio iudicum. 16. In dæmonem tranſit, qui innocentem cognoſcit & plectit. 45. 12. Pravi iudices, cur urſi innocentiæ voraces? 15. Exaltatio bonis, etiam crucifigi à pravis. 653. 10. Unde infectantur mali Præſides ſubditorum innocentiam? 85. 2. V. *Subditi*, *Præſes*, VIII. *Virtus*.

INSPIRATIO.

Unde animæ ſoliloquia? 336. 17. In ſilentio ſtrepitus ſæculi ſtatim auditur. 75. 10. Inſpirationes in pœnitentiam proteruntur. 373. 11. V. *Verbum Dei*.

INSULSUM.

Diſcrimen inter inſulſum, ſalſum & ſale conditum. 528. 51. Cur ab homine reſpuitur inſulſum? 42. V. *Sal*. Cibi inſulſi ſignum extremæ inopiæ. 43. Unde aliquando videtur inſulſum, quod ſale conditum? 44.

INTELLECTUS.

Quomodò & quando homini inimicus? 211. 5. Oculus interior. 677. 39. Ubi affectio, intellectus intelligens ſine ulla intellectione. 496. 13. V. *Sapientia*, *Scientia*, *Prudentia*. Quid ſit ſtupor mentis. 464. 53.

INTENTIO.

Cur dicitur lux lucis actionis? 678. 41.

IOANNES BAPTISTA.

Eius encomia. 287. 1. & 9. Excellentia. 325. 44. Quàm inſignis eius confeſsio! 43. Cur ſimilis Nilo? 290. 8. Quodlibet eius verbum erat miraculum. 12. Non habuit in infantia infantiam. 5. Cur plus quàm Propheta? 4. Eius nativitas pignus Salvatoris. 1. Cur eius ætas ab utero? 2. Simulac natus, auditus, qui vox in ortu. 3. & 4. Unde mirabilis? 10. Inſignis? 13. Singularis? 12. Miraculum orbis. 8. Organum filij Dei. 14. Quem uti lucem ſignavit. 7. Semper magnus. 8. Fuit naſcens, quod futurus, novo miraculo natus. 2. & 11. Cur eius nativitas lampas? 7. Nequeunt dici quæ mira in eius nativitate. 14. Quid laudis, quod tantùm vox? ib. & 4. A ſummo uſque in ſummum pervenit. 5. In principio temporis in ſummam perfectionis. 6. Quantum prodigium, quòd Sponſi amicus, antequàm natus! 699. 4. Quomodò natus, antequàm ortus? 6. Tunc victoria Ioannis præ victoria Herculis. 5. Prius ortus gratiæ, quàm naturæ. 7. Cur Maria dicitur in ortu Ioannis ſtella? 8. Quo pacto mater Baptiſtæ? 9. V. *Maria* VII. *S. Benedictus*. I. II.

IRIS.

Cur nuncia fingitur litium & iurgiorum? 348. 5. An colores eius ficti? 562. 7. Symbolum voluptatum. 363. 3.

ISAIAS.

Inſignior Propheta. 398. 39. Cur dicitur Evangeliſta? 41.

ISIS.

Quæ Dea & eius imago? 166. 130. Eius & Oſiridis amor antequàm naſcerentur. 239. 6.

ITER.

Pro tempore & profectione. 62. 22. Iter invium pro ſolitudine. ib. Quid ſit, ire iter? 27. Ire eundo? 29. Periſula in itinere frequentiora. 25.

IUDICES.

I. Iſraël, cur dicti Præſides, Reges & Imperatores? 21. 37. Diſcrimen inter illos & Reges. 7. Vox *Iudex* pro Principe, & econtrà. 15. Iudicum clypeus Princeps rectus. 32. 26. Ut iudicent probè, timeant iudicari: aliter dæmones. ib.

II. Iudex optimus, qui ſtudet inflexibilis pro tuenda veritate. 551. 8. Quid neceſſarium, ut iudex habeat ad iudicium iudicium? 496. 13. Cur præſes tribunalis non debet iudicare tanquàm præſes? 22. 2. Nec qui leges ignorat. 41. 3. Auris ad crimina ſit difficilis iudici. 612. 3. Cæcè auditur, quod non videtur. 4. Legis debet fieri excuſatio, ſi iudici conſtat prava accuſatoris intentio. 339. 6. Sententia præpropera ſumma iudicis malitia. 494. 7. Maximè, dum accipitur perſona. 550. 8. Unde in iudicis ſapientia cæca ſtultitia? 42. 4.

III. Pravo iudici in pœnas criminis ſufficiunt accuſationes. 26. 10. Fraudes. 17. Fraudulentia in fraudes. 22. Totum embolium. 21. Canis eſt, & rabidus. 46. à 14. 492. 3. Urſus ferus. 15. Dæmon larvatus à 12. In propoſito malo quàm protervus! 5. & 22. Malitiam vocat innocentiam, & è contrà. 17. Procedit ſemper dolis, ne cognoſcatur indoles. 25. Cur infernus illius animus? 14. Cur ſignatur in Scorpione cœleſti? 491. 2. Qui pravus in iudicatura peſsimus. 41. 2. Artes. 10. Protervitas in ſententia, & in nequitia. 11. Ex querimonia iniuriarum, maius, querulis opprobrium. 23. Veritas cauſæ non videtur à iudicis pravo corde. 40. 1. Qui iudices, iniquitatum protectores. 6. Peſsimum ſi ſedes iudicis, ſedes iniquitatis. 9. 491. 1. Si audiendo, ſurdus. 616. à 12. Si non conſiderat, qui cauſidici. 19. V. *Iudicium*, *Iuſtitia*.

IV. Ex confœderatione iudicum iudicium perverſum. 494. 7. Fraudes, & impiorum ſpecies. 8. Pactio inter illos abominabilis. 23. 5. Cur ex cauſarum proceſſu, iudicum cognoſcatur fœderatio? 16. 484. 12. Unde & quomodò effugium malignitatis? 29. 17. Quæ inter illos ſocietas, eſt perfidia, fraus & in complicis fraudem. 18. Fruſtrantur clamores iniuriam patientium, ex concordiâ iudicum. 20. Qua arte ab illis deauratur impia cauſa? 495. 9. Detruncentur. 5. Non eſt ſententia, quàm fulminat ira. 36. 7. Quare ſi rectè ſentitur, perperàm iudicatur? 461. 46.

IUDICIUM.

Unde rectum in cauſis? 41. 2. Sine veritate nullum. 493. 6. Sine notitia ſingularum partium. 616. 13. Si ſententia propera. ib. Aſſeſſore phantaſiâ ſunt pravi cordis iudicia. 40. 1. Cæcat affectio. 5. Iudicium iuxta legem verè iudicium. 12. 20. Cur dicitur iudicium lumen ingenij? 460. 43. Quid ſit in iudicio poſtulare? 24. 5. In iudicio tantùm ſit iuſtitiæ reſpectus. 496. à 12. Mala in ius & iudicium cauſa, egens iudicum ſtropharum medicinâ. 4. Iudicatura pro Magiſtratu ſupremo. 9. 14. Mira iudicia in re ambigua. V. *Principes*.

IUPITER. V. *Iovis*.

Cur dictus Panomphæus? 386. 21. Niger, Veiovis & Ultor? 538. 70. Imago Capitolini fictilis. 670. 24. Cur facies minio lita? ib. De cælo deſcendit in certamen Herculis. 699. 5.

IUSTITIA.

Cur ſignata per oculum? 495. 10. Quando in tribunalibus decollatur? 1. Iuſtitia ſi non integra, læſa. 6. Præpropera, iudicis malitia. 7. Pax nulla, ſi iuſtitia vulnerata. 28. 15. Apparent iudicum fraudes, quæ videbantur leges. 21. Vulnus iuſtitiæ cognoſcitur, dum veſtitur. 491. 1. Sub iuſtitiæ larva iuſtitiæ maior offenſa. 2.

Iustitia fugit, si iniquitas pro illa sedet. 449. Eius amittitur decor, quando iudex criminator. 12. Cur iustitia recta, dum iudicat stultitia? 2. & 4. V. *Virtus.*

L

LAC. LACTANTES. LACTENTES.

Maternum utile cuique. 211. 6. Lac nigrum. 13. Cur lac dicitur album? ib. Honor lactantium apud Indos. 7. Cum lacte mores. 16. Vitia nutricum. 9. Exempla ab eis depravatorum. 10. Plus in amorem prolis lactatio, quàm conceptio. 16. Pro lacte sanguis in mammis, signum furoris. 49. 5. Cur lactentes ebibunt conditiones nutricum? 216. 15. Verba imperfecta lactentium gratiosiora. 18. Quotæ infantium ablactationes? 21. Lactentes pro carentibus rationis usu. 5.

LACHRYMÆ.

Cordis lachrymis comprobatur pœnitentia. 413. 7. & compescitur iniquitatis vindicta. 48. 3.

LAMIA.

Quid sit? 624. 10.

LECTIO.

Prodest, si quod legitur auditur. 334. 13.

LEO.

Eius halitus gravis & pestilens. 526. 45.

LEVITÆ : V. *Santiedrim.*

Doctissimi. 260. 10. Qui fuerint? 9. Quoto à tempore ab illis ministratio? 224. 27. Quæ officia illorum in deserto & in terra promissionis? 260. 9. Quæ sub Davide? 12. Sub Ieroboamo, labentibus sacerdotibus, nec defecerunt à fide. 10. & 11. Levitæ nomen aliquando pro tribu, non pro ministerio. ib. Moyses Levita, privilegio Sacerdos. 9. Quid Levitæ vendere quibant in suis civitatibus? 310. 19. Quomodò prædia habere quibant? 20.

LEX.

Cur iusto non est lex? 33. 1. Sine lege regimen sine regimine. 1. & irrationale dominium. 3. Nulla potestas potestatis, sine potestate legis. ib. Lex est virga directionis. 4. Nulla sapientia sine legum custodia. 548. 3. Princeps dominetur legum norma, non potentia. 18. 33. Dum potestas gliscit, legum auctoritas cadit. 21. 2. Monstrum in regimine ius & ius, si sine lege. 19. Fatiscunt voces afflictorum, ubi concordia iudicum & non legum 20. Quando à iudice debet fieri vel in nocuo rationalis legis excusatio? 339. 6. Qui tyranni leges rident. 18. 32. Quomodò amor adversus legem, lexque non cognoscens amorem? 577. 9. Optima virtutis fuga, ut lex permaneat illæsa. 81. 6. Catenà legis, cui caput subijcitur, collum ornatur. 8. Perfecta in legem obedientiæ claritas, ubi in legem potentis nulla potestas 12. V. *Humilitas, Maria,* X. *Christus.* IX.

LIBERALITAS.

Maior maximus, qui magnificus. 583. 3.

LIGNUM.

Quodnam dicebatur infelix? 172. 1. Cur cum ligno fulgur? 184. 18. V. *Crux.*

LINGUA.

Indoles linguæ mordacis. 532. 58. Læsus vel ridens rumpitur, sed linguosus aliquando luit pœnas. ib. Lingua maledica venenata. 336. 1. Ex otiositate loquacitas. 358. 10. Vid. *Detractor, delator, Scorpius.* Acceptiones linguæ. V. *Loqui.*

LITERÆ.

Quæ literæ Ephesiæ? 517. 24. Usus vel in his temporibus. ib. Litera aspirationis in virtutem, aliarum literarum forma. 20. Aliter litera occidit. 21. & 59. Quodnam bonum propositum in studia literarum? 21. Studia futilia. 26. Cur conferuntur literæ lucernæ? 552. 10. Nullę, sine literati virtute. 13. 515. 20. Splendor literarum ex candore morum. 552. 10. Quorsùm dirigendum studium? 12. Vid. *Scientia, Sapientia.* Studia mala, V. *Hæreticus.* Cui contigit oblivio omninò literarum? 552. 11. Literarum signa in cinere Olympico permanentia. 501. 11.

LITIS.

Cur minor molestia amissio bonorum, quàm litigium? 41. 1. 550. 7. Cruciantur sententiâ non intellectâ litigantium corda. ib.

LOQUI.

Discrimen inter loqui & dicere. 313. 25. Quid sit, loqui de aliquo, & super aliquem? 313. 26. *Loqui ore* pro ratificatione decreti. 28. *Loqui loquentem* pro iuramenti firmitate. 29.

LOTUS.

Quænam eius conditio? 709. 7.

LUCERNA.

Pro sobole. 668. 19. Pro dignitate, perpetuitate, vita & illustratione. 20. Pro flammæ splendore. 21. Pro literis. 552. 10. Cur intellectus & voluntas lucernæ dicantur interioris hominis. 678. 39.

LUCIFER.

Eius lapsus, & quo intuitu? V. *Dæmon.*

LUNA.

Qualis lunæ globus? 677. 38. Qualis vestitus ab illa optatus, & cuius symbolum? 541. 3.

LUX.

Quid sit? 665. 15. Cur dicatur sine mensura & numero & pondere? ib. Si species non est, quid? An accidens, vel substantia? ib. Non est corpus. 24. Lux cum effectu formali, pro vehementia lucis. 16. Pro superlativo. 17. & 18. Quid est lux splendida? 17. 553. 13. 573. 5. & 7. Lux est obiectum visus primarium, nec contrarium habet. 666. 15. Discrimen inter lumen, lucem, radium & splendorem. 16. Quomodò homo lux sit & non lux? 36. & 37. Cur Angeli & homines non sunt lux vera, estò lux? 36. Quomodò Deus, Verbum, & Christus sint lux? à 28. Quare lux quæ caligo, splendorum splendor, & lux luminum? 32. Quid sint lucis tenebræ, & tenebræ tenebrarum? 42.

LUXURIA.

Cur Cupido dictus stella? 80. 4. Necessaria velocissima fuga, ne noceant tela. 4 Qui fugere non satagit, fugere nequit. 5. Nulla in recessu Veneris fuga, comite concupiscentiâ. 10. Qui sequitur occasionem, non fugit crimen. 12. V. *Occasio, Venus, Voluptas.*

LYSIDIAS.

Eius crudelitatis artificium. 613. 4.

M

MAGIA.

Libri magici combusti. 517. 24.

MANIA.

Senecionis & Philetæ. 96. 14. Singulares maniæ ex esu cuiusdam pruni. 511. 13.

MANSIO.

Pro pacifica rei possessione. 230. 38. Quid est, rem manere manendo? ib.

MANUS.

Quid sit manum, vel manus digitum levare? 316. 29.

MARIA.

Soror Aaron : eius translatione fœcundata terra. 53.

Rerum & verborum.

MARIA DEIPARA.

I. Imago naturaliter ex caute rupis. 704. 7. Eius pulchritudo. 109. 20. Cur perfectè pulchra? 11. Encomia singularia. 697. 11. Gloria humani generis & forma Dei. 185. 3. Miraculum mundi. 11. Speculum Paterni divini splendoris, imagoque filij. 686. 7 690. 3. Delicium Deitatis & quies. 1. Omnium charismatum idea, principium & medium & finis. 167. 131. & 133. Gratia plena & superplena. 24. Excellenter dignata à Trinitate tota. 23. Super omnia gloriâ & gratiâ. 133. Creatura ante omnes creaturas. 132. Orbis salutis ministra negotium sæculorum, secretorum Dei speculum. 131. Decreta & ab æterno Mater Dei. 118. & 131-686. 7. Non esset, ni Christus esset. 167. 131-680. 45. Inter utrumque non unio, sed unitas, quo sensu? 47. Unde ruina Luciferi visâ Virgine Dei matre? 687. 10. Quare intimè doluit a illa calcari? 11. Non in illa, sed per illam quomodò reparatum genus humanum? 12. Natura Angelica & humana propter illam. 161. 118. Aurora cur novi diluculi? 682. 49. Solis Christi qua proprietate? 47. Filia filij 49. Quare confertur Auroræ? 187 8 664. 11-683. 1 6 1 5 694. 3-698. 2-706. 12-707. 2. Cur Auroræ Lunæ & Soli? 682. 49. Cur prima lux dicta? 47. Cur similis citharæ? 186. 4.

II. *Conceptio.* Cur eius pulchritudo dicitur initium non habuisse? 111. 25. Quo iure priùs recepta à gratia, quàm à natura? 132. Non fuit in peccato genita, & in gratia concepta, sed concepta & genita simul in gratia. 136. & 139. Eius in gratia excellentia. 269. 23. Origo eius ex filij partu 681. 46. Cur dum concipitur, verissima Aurora plauditur, & origo tacetur? 683. 1. Per filium cognoscitur, dum filia Adami concipitur. 2. Cur originis eius nobilitatis singulariter insignis? 3. Priùs illius cognita dignitas, quam entitas. à 4. Cur quæ conceptio, signatur creatio? 13. Adami germen primi eius status habens rectitudinem. 14. Quomodò Adami caro, sed non conditio! 13.

III. *Nativitas.* Cur Aurora, quando nascitur? 680. 44. Aurora vera. 45. Quare? 48. Cur Aurora singularis? 689. à 1. Nascitur ut mundus restauretur. ib. Quomodò Christus filius videtur, dum mater nascitur? 2. Imago Solis & fons gratiarum. 3. Eius gratiæ & munera 1. Nascitur speculum filij. à 3. An huius cognoscatur perfectio per matrem, vel è contrà? 5 Nascitur medicina universalis, & radix omnium bonorum, cuius gratiæ obviæ. à 6. Illà nascente, de cœlo descendunt gratiæ. 7. Ex eius felici ortu libertas humani generis. 9. & felicitas. 11. Cur tunc plauditur Arca fœderis? 8. Pignus datur gratiæ. 9. Exultat, quia nascitur mater. 10. Hominis protectio ab ipso nativitatis exordio. 706. 12.

IV. *Nomen.* Eius encomia. 701. 2. Die quo nata, nomine insignita. 6. Nomina Virginis antonomastica. 4. In Virginis nomine, Virginis habemus memoriam. 3. Cur nomen eius Principissa facierum? 8. Quantæ virtutis vel species nominis! 10. Effectus cordialis invocationis. 2. & 8. Unde Virginis nomen, nomen novum? 4. Virginis gratiæ ex præsentia, ubi nominis memoria. 6 Quomodò simul cunctis accurrit? 8. Invocata excitat à sepulchro & ab inferno. 9. Nomen Mariæ cœli terræque gaudium. 4. & Angelorum. 12. Nomen gratiæ & felicitatis hominis. 5. Nomen vitæ & vitalitatis. 9. & 10. Nomen auxilij & custodiæ, ac in Turcas propugnaculum. 11. In pignus libertatis nomen Patribus creditum, atque Gentibus promissum. 5. Nihil Mariæ nomen sine relatione ad Virginem. 1. Nomen colendum per Virginem, non per nomen. 2.

V. *Præsentatio.* Virgo trima sistitur templo. 220 10. Cur tunc plauditur non Luna, sed Aurora? 694. 3. Quare sic dicitur miraculum novum, & miraculorum miraculum? à 1. Vel in præsentatione noscitur maternitate. 3. Quomodò tunc materna dignitas? 2. Filius in illa inventus, priusquàm veniret. 5. Filium habuit, cùm virginitatem obtulit. 6. Quomodò honor matris in contradictione temporis? 3. & 4. Præventa à Sole. 5. Fugit in sponsum ingrediens templum. ib. Quare tunc virtus pretiosior? 236. 1-696. 6. Fuit Sponsa simul & mater. 8. Ante filij conceptionem, quomodò concepit filium? ib. Unde huiusmodi gratia & gloria? 11. Mater ante uteri fœtum, quæ virgo post partum. 9. Specialis matris conceptio, ex eo quòd filij singularis generatio. 10. Cur tunc vitis & planta singularis? 6. Quare non solùm vitis fructifera, sed & aurea? 7.

VI. *Annunciatio.* Cur dicitur Virgo lux primæva? 681. 47. Quare tunc reparatrix generis humani? 292. 1. Unde miraculum insigne in Christi conceptione? 681. 47. Quodnam? 48 V. *Incarnatio.*

VII. *Visitatio.* In eius ingressu facta salus. 122. 43. Mira sanctificatio Ioannis præsentiâ Virginis. 698. 1. Quomodò à Maria, si à Christo facta? 4. Gratia prompta Virginis præsentiâ? 2. Portat Aurora Solem, in Ioannis salutem. 3. Quota in hac sanctificatione miracula, & quodnam maius? 5. Quale officium Virginis in munere visitationis? à 8. Gaudia Ioannis ex excussa culpa. V. *S. Benedictus*, I. II. *Ioann. Baptista.*

VIII. *Expectatio.* Cur inter fœminas pulchras dicitur pulcherrima? 104 11-385. 2. Quare perfectior, quia sola? ib. Illa sola virgo & mater. 3. In hoc privilegio gloriæ & felicitatis summa. 4. Mirabilis fructus ventris, cum flore virginitatis. 5. Quare plauditur animata citharа? 4. Si à cœlo eius conceptio, quomodò concepit cœlum? 7. Quodnam Virgini summum privilegium? ib. Virgo filia nati, materque patris. 9. 682. 48. Qui illam in lucem dedit, dedit in lucem: ib. An quia ex illa Christus natus, Dei clarescat filius? 188. 9. & 10. Analogia Matris-Virginis, & Patris cœlestis. 12. Venustas & lumen splendens Virginis virginitas & maternitas. 104 11-706. 2. Virgo singularis & varijs & miris modis. 185. 1. Christi passio, quod virgo mater non cognosceretur virgo. 579. 15.

IX. *Partus.* V.n. VIII Partus Virginis Matris non ex viro. 164. 124. Cur in imagine Isidis præsignata? 130. Quid nobis in partu contulit? 706. 2. Peperit lucem & salutem. 3. Cur tunc Aurora? 4. Quid singulare ex Christo nascente ex Virgine? 5. Per illam invisibilis visus, & qua arte amoris? 10. V. *Christus.* VIII.

X. *Purificatio.* Cur tunc nomen Virginis tacetur? 579. 14. Quæ nova dona tunc obtulit? 2. & 18. In obsequium legis dedit potentias rationales. 2. 9. & 14. Sese obtulit, ultra quod scivit. 2. Eius servitutis forma sub libertatis substantia. 3. Singularis inter mulieres non apparuit singularis. 4. Lux splendida fulgens ex non fulgere. 5. Eius cognitio excellentiæ sub legis captivitate. 6. Virginitatis abdixit honorem propter legis maiestatem. 7. Ornatus Virginis, sine legis catena, catena legis. 8. Virginis vehementia amoris occulta colore legis. 9. Demonstravit ut præceptum, quod tantùm erat amoris studium. 10. Unde dum fit Virginis purificatio, amoris perfectio? 11. & 12. Tunc captiva libertas. 13. In quo eius excellentia, si captiva virginitatis memoria? 15. Cessit, & cessionis est oblita. 16. Ascendit gloriosè abiecta humilitatis cacumen. 18. Pro victima obtulit immunitatem & oblivionem. à 17. Vid. *Humilitas, Lex, Christus*, IX.

XI. *Dolores, & sola iuxta filij crucem.* Dolor eius ex cruce, crux ex dolore. 292. 1. Tunc filij ministra. 1. & eius lachrymæ sanguineæ. 2. An eius crux, filium pati, & cum illo non mori? 3. Crux quia vivebat moriens, sine vita vivens. 4. Quanta crux, & quo intuitu? 3. & 4. In quo eius fortitudinis strenuitas? 5. Anima erat mortua, sed pœna viva, solicitudine maternâ. 6. Passa etiam impossibilia

bilia. ib. & 19. Solicitudo vitam tulit, & vitam ſuſpendit. 12. Tunc vulnerata corde, & anima transfixa. 13. Heliotropio ſimilis ib. Symbola varia eius orbitatis. 14. Accepit vulnus poſt mortem in vita. ib. Cur lucerna & virgo Veſtalis illius orbitatis ſpeculum? 15. Duplex in illa vivente ſiccine mors, & duplex mors invicem averſa. 16. & 17. Qua arte? 18. Unde tunc vivum cadaver? 20. Paſſa ultra vitam in vita. 21. Eius iuxta crucem ſoliloquia. 22.

XII. *Aſſumptio*, dum nobis evaneſcit aſpectus, perſiſtit matris influxus. 703.6. V. num. I.

XIII. *Patrocinium*. V. n. III. IV. Maria in gratias feſtina. 698. à 1. Promptæ Virginis interventione. 2. Ex quo nata hominis ſcutum & auxilium. 706.12. Cunctorum neceſsitatibus ſimul accurrit. 8.

XIV. *Roſarium Virginis*. Nihil prodeſt invocatio nominis, ſine devotione. 701. 2. & opus, ſi nullus fructus. 285. 8. & 10. Laboratur in vanum. 5. Vid. *Oratio*.

MARTYRES.

Cicatrices vulnerum ſunt virtutis teſtimonium. 242. 1. Quomodò illorum gloria in cruciaminum pœna. a n. 3. Tormenta gloria. 1. & quæ paſſio, beatitudo. 8. Gloria ſumma, in ſumma pœna. 9 & 10. Unde illorum claritas & felicitas? ib. Vincula illis ſuavia, & ex vinculis præmia. 15. & 16. V. *Patientia. Pœna, Perſecutio.*

MATER.

I. Magnæ-Matris inſigne clavis. 433. 9. Eius ornatus. 20. Imago. 180.6.

II. Matris crudelitas tempore famis. 52. 1. Mater quæ Deo filium dedicat, dedicatione commodat. 249. 4. Filium non lactans, imperfecta mater. 212. 6. Abuſus abominabilis. ib. Novercà peior, deponens onus ventris & amoris. 7. Quantæ amaritudines ex degenere nutrice! 8. Cauſa. 9. Exempla. 10. & 16. Horologium genitricis eſt vagitus infantis. 17. Lactatio, matris honos. 18. Eius cura & officia. 17. Hic labor illi iocus. 18. Uterque utriuſque delicium & imago. 19. Summa delectatio matris, ipſius in infante mores 24. V. *Filius.*

MATERIA.

Prima, non eſt ſubſtantia completa. 114. 85. Ridicula compoſitio ex actu puro & pura materia. 86. Non poteſt eſſe principium efficiens. 110. Cur *Hyle* dicta? ib.

MATUTA.

Quæ olim Dea? 670. 24.

S. MAURUS.

Eius obedientia inſignis & mirabilis. 69. 35.

MEL.

Heracliæ privat ſenſu. 369. 18. Melle ſervata cadavera à corruptione. 17.

MEMNON.

Eius ſtatua harmonica. 709. 7.

MENDACIUM.

Cur eius ſymbolum ſpeculum? 340. 10. V. *Veritas: Verum: Perfidia.*

MENS: V. *Intellectus.*

Bona ſine Deo nulla. 547. 1.

MENSA.

Quid menſa ſacra apud Ethnicos. 534. 64.

MERITA.

Quæ merita, merita ad dignitatem & electionem? 204. 5. Quomodò eligunt merita? 14. Indignorum merita, portantium gratia. 93.4. Portæ meriti & demeriti. 6. Eligeretur meritum, ni obeſſet meritum munerum. 7. & 11. Præclara merita, laborum vulnera. 490. 11. V. *Dignitas, Electio, Indignus, Ambitio.*

MEZENTIUS.

Quanta & qualis crudelitas? 298. 19.

MI.

Vox blandientis 53. 4.

MINERVA.

Ex capite Iovis, quid ſignet? 166. 130. Inſcriptio in eius imagine. 186. 3. Minervæ muſica ex draconibus. 240. 11. Minerva nigra. 431. 4. Cur timor & terror eius comites? 549. à 5. Quæ Minerva ſtulta? ib.

MINISTRI.

Exploranda in conſilijs illorum intentio. 424. 3. Quando illorum & veritatis periculum? ib. Quando conſilium tentatio? 4 Conſilium malum, ubi in ſententia artificium. 6. Quibus non veritatis dilectio, ſed iactantia? 7. Verba etſi in veritatem, condiantur ſale, non pipere. 8. Quanta prudentia neceſſaria in veritate exponenda! 9. Quæ lingua ad illius prolationem erudita? 11. Si veritati datur locus, aperiendum totum pectus. 12. Unde prudentia vel imprudentia veritatem exponentium? 13. Non demonſtrent errantem, ſed errorem. 15. Veritatem dicant, ſed illicò fugiant. 16.

MITHRIDATES.

Ambuſtis faſcijs, illæſus à fulmine. 238. 5.

MOMUS.

Qui? 110.23. Unde fatuum eius votum? 340. 9.

MONACHUS: V. *Religio.*

I. Monachi aulici qui, & quàm perditiſsimi! 326. 46. Nec loqui, nec tacere queunt. ib Nihil illis turpius, tàm in clauſtro, quàm in ſæculo. 71. 1. Cur ſimiles amygdalo? 3. & 14. Quantum noceant illis ſæcularium familiaritates! 7. V. *Sæculares.* Conditio Monachi ſæcularis. 11. Vel malus, vel ſæculi oſor. 12. Hæc via Monacho non via. 13. & 19. Vana Monacho ſæculi ſolicitudo. 254. 14. Sæcularium converſatio eſt ad ſæculum converſio. 76. 11. Degenerant ab inchoata virtute, in ſæculum propenſione. 13. Perpera vocatio unde cognoſcenda? 248. 1.

II. *Oblivio vocationis* gannit in aurem pro ſæculi amore. 75. 10. Præcipitat. 252. 11. Mundi fragore obſurdeſcunt. 72. 1. Qui imperfecti Monachi, & ex quibus? 3. Extrà eorum virtutes aceſcunt. 5. Effectus tædij clauſtri. 7. Sumunt à converſantibus mores. 11. Quomodò intra & extra clauſtra? 7. Faſtidium ſtatus, & in illicita præcipitium. 12. Qui Monachi apparentes? 248. 2. Quare in rectitudinem ſtatus vocati, non erecti? 8. Summum miraculum, ſemel lapſum reſtitui in ſtatum priſtinum. 10. Si ſemel extinguitur, ignis difficilè accenditur. 11. Cui amareſcit obſervantiæ dulcedo, cordis patet ægritudo: quæ lethalis dum ætas creſcit, & virtus ætate languet. 12. In ſenecta ſunt deteriores. 14. Illorum opera laboris, & non virtutis. 282. 3. Quare ſocordia ex vocationis frigida flamma? 627. 16. Unde cognoſcatur morum corruptela? 15. Cur cœleſtium fugit memoria? 17. Cur illis in clauſtro diſplicet, quod magis in clauſtro placet? 14. Pravi ad prava ſurdeſcunt, ſi bona audiunt. 627. 17. Otioſi Monachi mores. 356. à 6. Damna illorum otioſitates 7. V. *Clauſura.*

III. *Perfectio.* Tota lex in profectionem, & conſilia ſupra legem. 251. 9. Abſtractio à ſæculo fugat pericula. 77. 14. Conſiderandum ubi, & unde ſit. 4. Monachi ſint, qui ſtatu ſunt Monachi. 19. Obſervantiâ non veſte conſtituitur ſtatus. 249. 4. In illo non virtus virtus infirma. 14. Quale Monachi officium & propoſitum? 5. Haud ſint diſcolores mores & veſtes. 6. Monachi ſigna vitia ſuffocata. 7. & in vocationem auris prompta. 8. Etiam in cœlum vota continua. 14. Non litigent de terrenis. 41. 1. Omnia ſæcularia relinquenda. 249. 3. Circum-

cumſpectio in cunctis, maximè in verbis habenda, quin ſint otioſa & ſtudiosè feſtiva. 531. 57. Qui ſtudiò facetus, meditanter ſtolidus. ib. Verba iocoſa longè. 57. Loquela Monachorum compeſcatur audax pervicacia ſæcularium. ib. Qua attentione ac circumſpectione debent eſſe in choro; V. *Oratio*. Quando laborant in vanum? 283. 5. Vanus orationis opus, ſi nullus fructus. 8. Malum, dum in choro ſunt, quin ſint in choro. 10. Cur Monachi ſimiles Aaronicæ virgæ? 72. 2. Cur abieti? 253. 14. Conditio Monachi ſecum loquentis. 442. 5. V. *Novitius*.

MONASTERIUM.

Sæpe in illo contemptibiles mundo, ſacrantur Deo. 613. 6. Monaſterium non ſanctificat Monachum. 248. 1. Quanta bona ex Monaſterij clauſura! 72. 2. Sed non virtus à loco, ſed ab animo. 3. Quo conſtet Monaſterij deformatio? 627. 16.

MORBUS.

Quid ſit morbus organicus? 463. 51.

MORIA.

Quanta in illo facta prodigia! 272. 29.

MORS.

I. Mortis inſignia, quæ veneri. 369. 18. Momentum mortis quantum momentum! 554. 1. Æternitas vitæ ex eius recordatione. 3. Cur eius recordatio, vitæ fruitio? 4. Mortis fuga eius memoria. 5. Qua arte in morte nulla moleſtia? 10. Cur conſilium à muto cadavere? 11. Sit certamen ante mortis certamen. ib. Quorsùm cogitatio mortis? 9. Mortis præſentia, incogitatà mortis hora. 5. Victoria ante victoriam, per meditationis induſtriam. 12. Ex mortis ſpeculo ſenſuum mortificatio. 3. & 7. Sat in vitam quod non ſat, ſi præcogitatur mors. ib. Iugulantur vitia, imò imperfectiones. 13. Securum in morte præmium, ſi mors ſequitur mortis iudicium. 14. Optimum examen mortis in felicem mortem. 11. In homines mors non venit, ſed prævenit. 563. 8. Fraudatur peccator voto in mortis articulo. 414. 9. V. *Sapientia*.

II. Singularis in Francon a uſus cum imagine mortis. 556. 9. In convivijs cur mortis ſimulachrum oſtendebatur? 6. Mors Ethnicorum morientium, & amicorum aſtantium. 658. 24. Quomodò mors multiplex mori velle, nec poſſe? 191. 5. Quantus dolor! 10. Unde mors viva? 3. Cur fœcunda mors amantis? 5. Mors amanti protracta, mors acerbiſsima. 7. Quid ſit corpus mortis? ib. Magni animi & amoris, morti occurrere. 233. 8. Quando mors gemina ex dolore? 297. à 15. Ex voluptate. 369. 17.

MUNDUS.

I. Grande animal, & Deus eius anima inter Stoicos. 149. 94. Quo ſenſu verè Deus anima mundi? 95. Principium mundi ignotum Ethnicis. 386. 19. Quomodò factus in tempore, & non cum tempore? 151. 96.

II. Cuncta in mundo rotant, & ſunt riſus lachrymoſus. 362. à 1. Eius felicitates infeliciſsimæ, utpotè labor & dolor. 244. 6. Gaudia amaritudine plena quæ apprehenſa fugiunt non reverſura. 362. 2. Confodiunt accedentem. 8. Falſa bona, & verè cruciamina. 9. Inſidiantur avidis. 11. Ad illa neceſſaria patientia. 12. Qui gloriam quærit, inſanit. à 7. & 18. Ex illa qui riſus fletus. 12. In eius gloria bona nulla. 570. 11. Scientia ſtultitia. 244. 6-513. 16. Quinam mundi cathedræ moderatores? ib. In hanc ſcientiam neceſſaria ſcientia oblivionis. 23. Unde & quid mundi peccatum, iuſtitia, & iudicium? 7. 12. Cur eius ſtrepitus perturbant cordis auditus? 624. 11. Voces mundi confundunt muſicam cœli. 6. Eſſe in illo labor eſt. 72. 1. Quare? 245. 7. Quomodò memoria in & ex mundi oblivione? 572. 17. V. *Benedictus*, III.

MUNUSCULA.

Sunt meritorum compendia. 95. 11. V. *Indignus*; *Dignitas*, *Electio*.

MURENULA.

Ornamentum fœminarum. 576. 8. V. *Fœmina*.

MURMURATIO.

Mordax loquitur, quidquid deſiderat. 347. 4. Ab illo pulchritudini maculæ, & luci umbræ. ib. Idem quod placet, diſplicet. 11. Unde ardeat? 16. 359. 11. Illius intuitus ex falſis vocibus. 352. 16. Artifices fiunt, vel nolentes, ſplendoris. 17. Otioſitas mordacitatis nutrix. 354. 1. Eius cogitatio ſemper in malum. 5. Serpens venenum. 15. Vid. Lingua, *Detractor*, *Delator*, *Suſurro*.

MUSICA.

Philomelæ, cur dicitur ſingularis? 595. 24. Quæ Solis & Lunæ? 237. 3. An detur ex motu cœleſtium corporum? 595. 25. Credita ab Ethnicis. 27. Rident prudentes. 26. Statuæ & muri harmonici. 240. à 9. V. *Sonus*. Muſica Planetæ Mercurij cuiuſnam toni? 648. 12. Suavitas muſicæ in morbum viperæ. 241. 12-653. 11. Muſicà amor mundum ad ſe traxit. 1. Cur amoris arma, muſica? ib. & 646. 8. Quid ſcientia vocis? 239. 8. Qua arte ab amore muſica? 643. 2. Quomodò à cœlo? 622. 6. Muſica dulcior ex diſſimilitudine vocum. 643. 1. An Cycni fiat alis, vel numeratione vocis? 2. Muſica Chriſti in cœnaculo mirifica. 12-649. 2. Quid amor novus in cantico novo? 644. 3. V. *Chriſtus*. V. Diſciplina in pueros cur harmonia dicitur? 601. 36.

N

NABAL.

Malæ indolis. 443. 7. Sponſus ſtultitiæ. 18.

NILUS.

Eius effectus in catadupis. 71. 1.-586. 9. & 26.-620. 1. & 13. Cuius ſymbolum? 290. 8.

NOBILITAS.

Mariæ Deiparæ cur dicatur ſingularis? 695. 3. Quid ſit nobilitas? ib.

NOMEN.

Pro cuius eſt nomen. 69. 37. Iteratio nominis ſignum amicitiæ, vel cupientis attentionem in audiente. 377. 3.

NOVITIUS.

Qualis inſtructio novitiorum, & quorsùm? 249. 3.

NUPTIÆ.

Columba ſymbolum. 104. 11. Oſculum. 26. & 31. Vino inita ſponſalia, oſculo coniungia. 47.

NUTRITIO.

Effectus mirabiles nutritionis, vel ex noxijs virulentis. 216. 14. V. *Lac*, *Filius*, *Mater*.

O

OBEDIENTIA.

Promptæ deſcriptio. 67. 31. In quo mirabilis? 35. obedientia promptiſsima in auditu auris. 604. 41. Quo probetur? 43. Audire pro obedire. 41. Perfectio in quo? ib.

OCCASIO.

Qua ciphrà notetur, & quorsùm? 80. 2. Fugienda, ne repat culpa. 1. Ex illa quo cogitatur iocus, patet vulnus. 3. Cur fugientes occaſiones, non effugiunt? 8. Mentem obcæcant, & virtutes iugulant. 3. Singularis doni, occaſionem removere. 7. Cur in receſſu nulla occaſionis remotio? 11. Iter ſine termino, ni depellatur occaſio.

casio. 12. Si criminis occasio, nulla pœnitudo. 14. & mala confessio. 412.6. & vulnus sine medicamine. 418. 2. V. *Luxuria.*

OCULUS.

Superstitio de oculo salienti. 599.33. Oculus pro omni sensu. 679. 43. Cur corporis valetudo ex oculo sano? 43. Cur & quando iustitiæ & iniustitiæ emblema? 495. 10.

OLIM.

Hoc adverbium aliquando pro futuro. 388. 23.

OMEN.

Celebre, & plura excogitata post rerum eventum. 600. 34.

OMNIPOTENTIA.

Quid sit? 151-97.

OPINIO: V. *Veritas, Verum.*

ORACULUM.

Oracula dæmonum, egebant aliis oraculis. 390. 27. Quare? 28. Illorum vaticinia amphibologica, pluribus exemplis astruitur. 29. Artes dæmonum in oraculis. 31. Sæpe ab hominibus ficta. 32. Maximè post aliqua facta. 34. Hebræi propensi in oracula. 37. Nascente Christo evanuerunt. ib. V. *Vaticinium.*

ORATIO.

Necessaria virtutis forma, ut sit virtus. 281. 1. Aliter inutile opus. 2. Opus laboris, & non virtutis. 3. Adsint intentio & attentio, & exulet inanium cogitatio. ib. Facta quomodò infecta? 4. Unde pondus vel subsidium officium canonicum? 5. Unde fructus, inde laboris fraudatio. 6. Rectè orat, qui coram se ambulat. 8. Præsentia orantis ex præsentia cordis. 10. Non est oratio, ubi deficit orationis plenitudo. 12. Quæ oratio polluta? 6. Clauda? 7. Cæca? 9. Debilis? 10. Deformis? 11. Effectus orationis. 2. Quàm potens! 434. 10. Priùs exaudita, quàm audita. à 12. V. *Templum.*

ORCUS.

Eius scuto cuncta invisibilia. 419. 5.

ORDO.

Quid sit? 2. 3. Virtutis ordo in quo? 519. 28.

OSCULUM.

Oscula pro labijs. 121. 40. Discrimen osculi, basij & suavij. 31. Varia osculandi genera. 33. Oscula artificiosa 36. Varia membra osculis addita. 35. Mores Gentium. 36. Osculum pro salutatione. 37. Ludus osculorum. 36. Quid osculum militare? 35. Quid, ius osculi? 38. Quid osculum sanctum? 37. Abusus. ib. Osculo animam morientis excipiebat amicus. 658. 23. Signum nuptiarum. 112. 26. 31. & 47. Unitatis amantium. 39. Amoris. 38. Subiectionis. 32. Summæ reverentiæ in pede. 34. Pedes idolorum osculati, strata, & limina, & postes. ib. Ritus Gentium adorandi per osculum. 33. Osculum inimici, V. *Perfidia.*

OTIOSITAS.

Damna. 357. 7. Otiosus malevolus. 620. 20. Vitium detrahentium. 357. 7. In otiositate loquacitas. 10. Est nutrix detractionis. 1. Quæ ludibria otiositatis? 518. 26. V. *Literæ.*

OVUM.

Sine sale, cur summæ inopiæ symbolum? 525. 43.

P

PATER ÆTERNUS.

Prima Trinitatis persona, quomodò Verbi principium? 130. 59. Una essentia & potentia in Patre & Filio. 60. Quare filius Dei dicitur Verbum, & minimè aliorum filij? 67. Filius & Spiritus-Sanctus consubstantiales Patri. ib. Cur filius Dei unigenitus? 68. Pater filij principium, non causa. 71.

PATER.

Mors viva patri ex orbitate filij innocentis. 298. à 16. V. *Generatio, Filius.*

PATIENTIA.

Cur collocata eius imago cum Voluptate? 366. 10. Quanta patientiæ præmia! 242. 1. Cur Christus speculum patientiæ & gloriæ? 2. In cœli gloria non pœna; sed in pœna, cœli gloria. 11. Quid sit patientia & eius fructus? 365. 10. Quare patientia cum Victoria? 247. 15.

PATRIA.

Dulcis. 53. 2.

PAUPERTAS.

Cur sal symbolum paupertatis? 524. 40. Quare cibi insulsi? 43. Unde paupertas mater amoris? 569. 10.

PAX: V. *Fœdus.*

Ni sancta, non pax. 60. 18. Cur non sales, sed sal necessarium ad pacem? 532. 59. Quare sine iustitia non pax? 28. 15. Quæ pax sine pace, & quid pacem pari? 355. 3. Latent arma pace ficta? 87. 8. Pax falsa summa discordia. 17.

PECCATOR.

I. Iter eius devium. 62. 22-269. 24. Descriptio itineris. 62. 22. Errores. 269. 24. Malitiam dicit innocentiam, & econtrà. 29. 17. Conscientia cauteriata. 331. 4. Mavult perire, quàm cedere. 402. 8. Nec miraculis convertitur, nec perditione percutitur. 471. 8. Nec inferno adaperto terretur. 9. Sine formidine peccat. 43. 6. Audiens surdescit. 620. 1. Nulla in illum, vis amoris aut veritatis. 4. & 17. Nec patientiæ Dei, nec præsentiæ. 5. Rabie percellitur in peccata. 476. 9. & 12. Oblivio pœnæ fomes perditissimæ vitæ. 47. 1. Obsequijs non flectitur, sed irritatur. 402. 8. Fomitibus obdurescit. 336. 16. Unde provenit obduratio cordis, & protervitas mentis quò pervenit? 404. 15. Cur non audit voces de cœlo? 623. 7. Traditus satanæ. 404. 15. Infernus animus illius. 28. 14. Quare non convertitur? 333. 11. Moritur in vita. 621. 4. Corpus putrescit ab anima. 415. 12. Infelix in ampliore felicitate. 44. 8. Cur continuò plectitur? 48. 4. V. *Cor, Conversio.*

II. Stupidus qui protervus. 332. 6. Præ lapidibus. 7. Cor cui saxeum? 12. Nihil timet. 7. Voce veritatis non movetur. 6. Imò in peccato persistit. 8. Audiendo surdus, & videndo cæcus. ib. Fugit medicinam. 12. De vulnere nullus dolor. 473. 3. Quo peiùs se habet, minùs sentit. 410. 1. Pax falsa cordis in ipsa trepidatione iniquitatis. 27. 14. Præcipitia cæcitatis. 478. 14. Spe aliquando veniæ, iterantur iniuriæ. 403. 9. Cuius spes furor mentis. 476. 9. Frenesis & rabies. 10. A vana expectatione salutis, maior vis infirmitatis. 8. Spem collocat, ubi debebat timorem. 12. Dum serò in pœnitentiam revertitur, à morte intercipitur. 14. Quando ex phrenetico fit lethargicus? 2. Utrum peius? ib. Amens etiam, qui peccat fiduciâ vitæ. 370. 3. Huiusmodi cogitationes in bonum, oppositum habent exitum à 7. Criminum quomodò recordatur, & simul obliviscitur? 9. Cur proximorum venator? 26. 12. Pravi mutuò sibi favent. ib. Crimen in iusto accusant, quod sibi cogitant. 43. 7. Student accusare, non respicere. 333. à 10. Illorum conversatio & contubernium periculosum. 477. 11. Inspirationes in vitæ correctionem proterunt. 373. 11. Quanta Christi solicitudo, ut illorum fiat reconciliatio. 404. à 14-477. 11.

PECCATUM.

I. *Originale.* Quid sit esse obnoxium originali peccato? 169. 134. Non potest esse sine acceptione essentiæ hominis, & ab Adamo. 137. Cur dicitur tenebræ tenebrarum? 679. 42.

Rerum & verborum.

II. *Consuetudo.* Quanta ex illa cæcitas! Quæ tracta catena? 467. 1. Viscus cordis. 2. Qui consuetudine pressus, in correctionem non aperit oculos. 4. Nec per miraculum conversio, ubi prava consuetudo. 6. Medicamine in deterius. 7. Cur correctio desperatur? 4. & ut impossibilis habetur. 5. Etiam mirabilis ex potestate Dei. 6. Insanabilis plaga. 7. Cuius socia impœnitentia. 11. Siccine peccator præceps semper & in præceps. 12. 478. 14. Effectus consuetudinis peccati. 1. Pericula & impulsus. 471. 10. Tormenta mortis ex vulnere consuetudinis. 2. V. *Vulnus.*

III. Peccata occulta insanabilia, quorum maius periculum à non manifestatione, quàm à vulnere. 412. 4. Symbolum. 5. Mors sub vulneris larva. 9. Evanescunt peccata, quæ confessa. 10. Aliter, vulnera vulnerant. 12. Est dolor inferni taciturnitas peccati. 16. Quàm abominabile crimen occultum! 473. 1. Indicat summam malitiam, peccati cogniti affectare ignorantiam. 331. 5. V. *Confessio.*

IV. *Occasio.* Magnum Dei beneficium impedire peccatum, sed post lapsum, summum. 81. 7. Manet periculum lethi, existente occasione. 13. Illà, exulat peccati dolor. 14-418. 1. Cur confertur morsui colubri? 473. 1. Quando vulnus periculosius & insanabile? à 3. V. *Occasio, Fuga, & Peccator.*

V. Peccata prævalent, quia vindices, protectores. 43. 6. Libertas impunis in peccatum, unde maius peccatoris supplicium. 50. 7. Spe veniæ peccatores frustrantur voto in mortis articulo. 414. 9. Infirmitates à malignitate criminis. 252. 10. Peccatorum tenebræ quomodò illuminant? 473. 3. A peccato citò surgit, qui iudicat, ad se pertinere quod audit à 5. Modus dealbandi peccata. 421. 9. & curandi intima vulnera. 8.

PERFECTIO.

Symbolum in corona. 112. 25. Mundi vexamen, ascensus in perfectionem. 241. 7. Quænam in virum perfectum callidissimæ insidiæ? 26. 10. & quorsùm? 12. V. *Virtus.*

PERFIDIA.

Osculum inimici venenum. 87. 6. Amicus fictus hostis perversus. 17. Cordis punctio, spes in amico falso. 15. Summus dolor, si vulnerat fictus amor. 16. Acrius vulnus infligitur, unde scutum cogitatur. 15. Quando & quomodò amicus sine amicitia? 8. Sub larva amicitiæ studium ultionis à 1. Vulnus à perfidia indelebile. 14. Amicitia reconciliata plerumque ficta. 1. Cur absentià persistit, atque præsentià evanescit? 10. & 11. Intimiora vulnera pectori, factà reconciliatione. 12. Sensibiliora vel insensibili. 13. Semper sit cautio à reconciliato amico. 3. Ubi maius officium, magis cavendum. 4. & à lachrymis. 5. Maior crudelitas amoris simultas. 7. Adsunt, sed latent arma. 8. Cur in cordium reconciliatione nec fidendum, nec diffidendum? 9. Vid. *Reconciliatio, Gratiæ* III. *Pax, Vindicta.*

PERSECUTIO.

Exaltatio bonis, etiam crucifigi à pravis. 653. 10. Quomodò beatitudinis insigne in ipsa persecutione? 244. 5. Est gloriæ claritas. 8. Unde gloria tàm suprà, quàm infrà? 12. In cœlum legatio quælibet persecutio. 402. 7. Si persecutio fraterna, remedium fuga. 8. Vid. *Gloria, Pœna, Patientia.*

S. PETRUS APOST.

Patris Æterni cognovit perfectionem per filij imaginem. 691. 4. Cur Christum Dei vivi vocavit filium, quem Ioannes Verbum? 135. à 68.

S. PETRUS MARTYR.

In mortem incubuit, ut hæreses evelleret. 502. 15.

PHILAUTIA.

Infirmitas mentis, quin cognoscatur infirmitas. 511. 13. Symbolum. ib. Philautus si se non videt, nihil videt. 14. Insignis præstigiator amor sui. 24. 6. Frater hypocrisis. 622. 5. Sui amor iugulat amorem Dei. 283. 4. Quàm vacuo cerebro amatores sui! 495. 10. Sui dilectio omninò fragilitatis & conditionis oblivio. 554. 1. Vid. *Cognitio sui, Conscientia.*

PHINEES.

De illo Hebræorum fabula. 256. 2. Haud ultra congruam ætatem vixit. 4. 6-258. 6.

PHOENIX.

Conditio. 406. 4. & 7. Cur eius sepulchrum dicitur falsum? 11. Quare signatur Sol? 12. Quando eius renovatio? 14. Surgenti obsequuntur alites. 7.

PINUS.

Cur emblema iudicis pravi? 492. 4.

PLUTUS.

Oculatus & cæcus. 568. 7. V. *Divitiæ.*

PLUVIA.

In serenitate miraculum insigne. 435. 13. Vid. *S. Scholastica.*

POENA.

Perperàm pœna, ubi nulla culpa. 33. 1. Gloria surgit è pœna. 242. 1. In labore gloria. 3. Qua arte? 4. Quomodò gaudium? 6. Quæ depressio, est exaltatio 7. Gloria & in gloriam. 12. Cur dicitur cœlestis catena? 15. & 16. V. *Cœlum, Gloria, Martyres, Persecutio, Patientia.*

POENITENTIA.

I. Vanæ pro pœnitentia peccatorum cogitationes. 372. 8. Deus ridet pœnitentiæ proposita. 13. Non est cordis contritio, quando tantum illa in voto. 5. Cum huiusmodi voto ardent plures in inferno 4. & 13. Amittitur vita si illam ultra pœnitentia. 6. Non est pœnitentiæ propositum, sed propositio. 10. Dum procrastinatur, mors intercipit spem. 11. Ridiculum, præsens malum, & futurum voluntarium medicamentum. 12. Si pœnitentia sera, non invenitur ulla misericordia. 13. inutilis? 363. 4. Non sat vox pœnitentiæ sine cordis contritione. 411. 3. Cordis lachrymis comprobatur. 7.

II. *Virtus* pœnitentiæ mira & mirifica. 417. 1. Curatio est criminis sine signo curationis. 3. Vulnus expellens vulnus. 4. Negat factum quasi infectum. 5. Dicit vulnus invisibile. 6. Nulla vitæ macula in macula vitæ. 7. Innocentia vulnus dicitur, quia sine cicatrice videtur. ib. & 5. Quomodò vulnera in ulcera convertit pœnitentia? 8. Cur dicitur medicina medicata? 4. Sine illius dolore cor dolebit. 48. 4. Unde cognoscitur fructus dignus pœnitentiæ? 420. 6. Unde perfecta? 7. Cur illà comite, crimen in crimen non imputatur? 8. Per pœnitentiæ vulnera sanatur animæ plaga: est gloria, quæ ignominia, candor, nigredo 9. In quo ingeniosius artificium pœnitentiæ? 10. Pœnitens, alius ipse. 11. Ex pœnitentia plena plena gratia. 12. Quanta in peccatorem Dei mira pro pœnitentia! 477. 11. Vid. *Contritio, Peccator.* II.

POMUM.

Amoris hieroglyphicum, 175. 8. Poma mirifica. 5. Quomodò Hesperidum ab Hercule obtenta? 250. 7. Poma Sodomæ. 498. 5-536. 67-561. 3. Pomum Fenelæ. 365. 8-499. 7.

PONTIFEX.

Summi in Synagoga officium. 302. 5. Incommoda contra legem ex duobus Pontificibus maximis. 16. Vices illorum quales? 17. Conclave Summi Pontificis in templo. 18. Electio illius Vicarij quando? 17. Pontifex præses erat Sanhedrim. 18. Vestes eius sacræ custoditæ à Romanis, & restitutæ sacerdotum pristinæ custodiæ. ib.

PRÆ-

Index Generalis.

PRÆDICATOR : V. *Virtus.*

Unde in illo efficax, vel inefficax verbum Dei? 330. 2. Vox eius non auditur, ni videatur. 634. 1. Moveri debet ut moveat. 6. & 21. Insidiari oportet cordibus, ministris auribus. 12. Qua arte capienda? 15. Tantùm eloquentia floreat, ut fructus afferat. 13. Quando concionatur plenè? 14. Vana quando eius doctrina? 7. Mutus, si pœnis peccati obnoxius. 16. Quare tunc nec audet loqui, nec hiscere? 17. Statua est vocalis, sed immobilis. 9. Sal infatuatum. 10. Inutiliter increpat, qui increpandus. 18. Eius audacia in vitia à pura conscientia. 19. Ita silentium à conscientia rea. 20. Quando similis citharæ? 8. Quando dicendus, vel non dicendus, error audientium? 423. à 1. Dirigantur verba in errores, non in errantes. 15. V. *Ministri*, *Verbum Dei.*

PRÆSES : V. *Princeps.*

I. Servus est publicus. 490. 11. Unde constet dignus, vel indignus? 481. 5. Sit pater. 30. 20. Qui verè ac dignè præses? 38. 11. Discrimen inter præsidem dignitate, & dignum præesse. 45. 13. V. *Dignitas*, *Indignus.*

II. *Prudentia.* Magnum malè audire, & ferre constanter. 353. 19-358. 10. Sensuum dissimulatio altissimus in regimen sensus. 487. 5. Necessaria prudentia in regimen, artium artem. 7. Nescientia affectata sublimitas discretionis. 485. 1. Ordine discretionis ordinandæ leges. 3. Morsus subditorum ferat, nec hiscat, quasi nec sentiat. 4. Vulnerum medicina, affectata vulnerum ignorantia. 6. Audiat cum cautione. 611. 2. Aliter, cæcè audiet. 4. Audita videnda. 3. Non sit suspiciosus. 20. Nulla detur fides ambitiosis & malignis. 3. Cur sine ambitu, præses viget prudentia? 98. 17. Dissimulanda dissimulatio. 488. 7. Cuncta dirigenda, præut temporis & audientium fuerit occasio. 13. Non moveatur primâ rerum notitiâ. 10.

III. *Observantia & zelus.* Qui non arridet malis, dicitur publicus hostis. 541. 1. Nunquàm improbis placere potest. 2. Odium subditorum rectè agenti necessarium. 4. Lapidandus, si corruptelis oppositus. 12. Unde causa odij ex præsidis probitate? 7. Magna ei utilitas ex detractionibus. 358. 10. Quænam charitatis nobilitas in pectore præsidis? 343. 16. V. *Zelus.*

IV. *Pusillanimitas.* Unde illius imbecillitas detractores formidantis? 351. 13. Horum timidus, semper erit attonitus. 14. Despiciendi. 13. & 15. Suffocandi aut suspendendi. 360. à 14. Unde constet detractum habere, vel non habere defectum. 353. 18. Quare in detrahentes invectiva Superioris? 19. Intuitus pusilanimitatis pravus. 482. 8. Unde oritur? 546. 13. Qui lanei ferè corrupti & ambitiosi, canes muti. ib. Quomodò conformis & resiliens à moribus subditorum? 14. Adinstar Manna Prælatus, stolidus & insulsissimus cibus. 541. à 2. V. *Subditi.*

V. *Iustitia.* Rectitudo semper suspiciosa iniquitati. 30. 19. Incumbat in exterminium malignantium. 354. 19-361. 15. Necessaria virga severitatis in delinquentes. 14. Ut expellatur morbus, detegendus à iustitia vulnus. 489. 9. Odium sit in iniquitates, non in peccatores. 36. 8. Sine causa, nulla quælibet sententia. 5. Nulla potestas sine potestate legis. 1. Sola potestas nocet. ib. In correptionem potestas Superioris quomodò tantùm à subditis? 4. Quando rationale vel irrationale dominium? 3. Quisnam ordo potestatis & ordo præsidis? 9. Ius solius potestatis non ius, sed gladius. 11. Labor quantus, maximè inter improbos! 546. 13. Subditi non calcandi, sed regendi. 490. 12. V. n. VIII.

VI. *Correctio.* Subduntur subditi, si iniurias privatas obliviscantur Prælati. 487. 5. Quando in correctionem medicina, correptionis pœna? 35. 6. Nulla defectui emendatio, si in correptionem correctio. 7. Est turbulentia. 12. Prudentia quanta in dissimulationis medicina! 486. 2. In pravos indulgentia, crudelis misericordia. 5 42 4. In obiurgatione imprudentia, parere ore, quod concepit aure. 614. 6. Affectio in iudicio, iudicij & cordis affectio. 42. 5. Quando iudicium sine iudicio? 36. 7.

VII. *Exemplum.* Præses immotus, non præses, sed statua. 545. 11. V. *Concionator*, *Prædicator*, *Exemplum.* Dignitatis spectrum, & subditorum ludibrium. 38. 11.

VIII. *Crudelitas.* In humanitatis notâ cognoscitur in munere virga. 38. 13. Illius gloria subdictorum verbera, 14. Cupit subditos semper habere sub ictu. 15. Ius sumitur à corde, non à lege. 493. 5. Indignorum in honore furor & invidia insigne. 9. Horribiles bestiæ. 46. 15. Plerunque ignobiles. 40. 15. Maiora audent, quia pravum licet, 22. 2. Complacentia tyranni unde? 9. & 10. Effectus. 14. Unde tyrannidis turbulentia? 37. 10. & 12. Carnifex, non præses. 13. Ars dolosa pro vindicta. 23. 3. Innocentia callidè mulcetur, ut faciliùs decipiatur. 24. Plectitur innocentia & cognita. 39. 14. Minimè dicenda vulnera, quæ tyranno complacentia. 32. 24. Instar paliuri. 23. Canis rabidi, debacchantis ursi. 46. à 14-360. 13. Quodnam extremum crudelis tyrannidis? 39. 15. Improbos protegit. 43. 6. Unde projectionis ignominia, & arrogans insolentia? 205. 8. Ex subditorum discordia glisci tyranni potentia. 28. 15. Sanguinolentia studiosa. 37. 9. Vult scire infatuatione, quid præses possit. 21 1. 33. à 1.

IX. *Pravitas & malignitas.* Sunt subditorum exercitium. 35. 6. Intolerabiles etiam subditis iumentis, vel defuncti dignitate. 14. Cur dicantur exactores? 15. Quomodò concipitur & deauratur eorum dolus? 495. 9. Malignitas & embolia. 11. In specie religionis nec religionis species. 30. 21. Quanta subditorum crimina pro pravi præsidis complacentia! 400. 2. Dum patent fraudes mutuò excitant contentiones. 40. 16. Fœderationes malignæ inter pravos præsides. 46. 15. Cur insectantur subditorum innocentiam? 85. 3. Placent præsidis pravitati in innocentem subditorum insidiæ. 24. 7. Cur querantur de murmure? 615. 10. Ex iniuriarum querimonia querulo maior iniuria. 31. 23. Artes perversitatis. 44. 10. Protervitas in malitia. 11. Vafrities non nosci, & dolo cuncta perficere, atque per nefas defendere. 32. 25. Etsi per clarum nefas perpetranda iniquitas. 619. 19. Quicquid displicet, offensam muneris qui pravus censet, & recenset. 484. 12. Mavult perire, quàm cedere. 402. 8. Irritatur obsequijs pravitas cordis. ibid. Cæcitas in mente ex cordis pravitate. 15. Qui pessimus, potestate dignitatis improbus. 337. 2. Ænigma susurronis & maligni præsidis. 615. 8. Tunc proprias manifestant iniquitates. 9. Pravus iudex in quo reus. 41. 2. V. *Iudex.* III. IV. *Iudicium*, *Zelus.*

X. *Arrogantia & stoliditas.* Unde infatuatio, insania & insolentia? 22. 3. Quantus fastus indigni in dignitate! 34. 3. Decreta & cogitationes insolentis. 10. Arrogantia stulti. 70. 38. Quàm gravis subditis ibid. Crisis & descriptio stupidi, balatronis, dignitate infatuati. ib. & 479. 1. Doctus sibi videtur, quia videtur sibi. 3. Quia phreneticus inflatur. 9. Consilia stolidus despicit. 10. Eius læsa phantasia. 11. Delirat, & aberrat. 495. 11. Philautus vacuo cerebro. 10. Conditiones stolidi. 442. 4. Infulis stultissimus. 479. 1. Magis stupidus, dum cupit videri doctus. 3. Indoles. 2. Plus & à pluribus in dignitate cognoscitur, & à pluribus deridetur. 4. Honorem arbitratur merita. 5. Sed deturpatur honoris infamiâ. 6. & 13. Vanus munere & vecors. 8. Conditio idiotæ stultique simul. 11. & 13. Si sciolus peior. 10.

XI. *Loquacitas & curiositas.* Est dicax, quia nemo pugnax. 494. 7. Dat pondus ventis. 615. 9. Maledicus, venenosus & venenatus. 360. 13. Non homo, sed dæmon. 653. 10. Cur susurrones inspectores mittit, & illis gaudet. 614. 8. & 20. Quare propendent in susurronum voces, & fu-

fugiunt amicorum veritates? 11. Cupienti rumuſculum, quicquid fœtet gratum. 19. Quod gratum auri, venenum cordi. 7. Præſes curioſus, malevolus. 20 Exuens hominem, per ſuſurri curioſitatem tranſit in dæmonem. 14. & 19.

XII. *Ambitio.* Per ambitionem mores improbos ſubditorum prætermittunt. 97. 16. Cur ſiccine ſtolidi? 17. Quando ambitum ambiunt? 16. Ut perſiſtat honor dignitatis fractas diſſimulant leges. 482.8 546.13. Quæritur dignitatis commoditas 203. 3. V. *Electio.*

PRECES.

Cur claudæ? 284. 7.

PRIMOGENITUS.

An latinè primogenitus vel primigenitus? 125. 49. Primogenitus dicitur qui unigenitus. 50. Pro filio dilecto accipitur. 51. Pro re ſelecta, & pro Principe. 52. Pro hærede ſplendoris familiæ ſeu regni. 53. Mortuo primogenito, apud patrem erat primogeniti electio. ib.

PRINCEPS: V. *Rex.*

Varia nomina apud nationes varias. 9. 14. Educatio Principis magnoperè curanda. 262. 13. Neglectus ſerò ploratur. 13. Quo ſenſu Princeps iudicum ſcutum? 32. 26. Mira Principum iudicia in re perplexa & ambigua. 12.24. Poteſtas aliquando pro Principe. 29. Quid ſit in illo potentia potens? 30. Vera poteſtatis potentia, quæ iuxta iura. 30.19. Nil poteſt, niſi quod leges. 1. Vid. *Præſes.* VI. VIII. Error eſt, tutum ſe iudicare, ſi nihil ab illo tutum 4. Principi blandimen & apex gloriæ, occaſio veniæ. 403. 9. Eius gladius in hoſtem ſupplicem non habeat aciem. 10. V. *Iniuria, Inimicus, Clementia.* In conſilijs exploret miniſtrorum intentionem. 424.3. Qua arte? 4. Nil ingratum cupienti noſcere verum. 14. In cognitionem veritatis, ut oculos aperiat, aures non claudat. 16. Pravi non vulnerantur à veritate, ſed à cognitione. 2. V. *Veritas, Verum, Miniſtri.*

PROMISSIO.

Promiſsiones Dei quæ videntur in Scriptura abſolutæ, patent conditionatæ. 311.22. Ni iuramento firmentur. 23. An aliquid promittatur abſolutè & conditionatè? ib. Qui obices in adimpletionem promiſſorum? 30. Quomodò Deus ratam explicat promiſsionem? 28. Manum vel digitum levare, promiſsionis irrevocabilis formula. 29. Cur à Deo promiſſa vocantur fœdera? 33. Promiſsio facta Davidi de Verbi incarnatione ex eius ſemine, abſoluta. 662. 6. & 9.

PROPHETIA.

Quid ſit? 384. 17. Unde inſigniter conſtet? 39. Non eſt qualitas permanens, ſed motio tranſiens. 16. Non lumen prophetię ſine Dei lumine. 17. Quomodò prophetia de præſenti & præterito? 18. Teſtimonium Deitatis veritas divinationis. 26. Cur prophetia dicatur *Viſio, Auditum, Auditio & Inſtillatio?* 608. 49.

PRUDENTIA.

Munera quæ, & in quo? 490. 12. Ars artium. 7. & 13. Quæ comites prudentiæ? ib. & 144.9. An tempus & modus? 491. 13. Unde in homine prudentia? 457. 37. Quid ſit? 9-519.28. Cur dicatur animæ ſcientia? ib. Magna, feſtinare lentè. 29. *Ne quid nimis* nimis placet. 31. Nimia feſtinatio, celeritatis oppoſitio. 29. Prudentia ſcientiæ forma. 31. Quàm neceſſaria in expoſitionem veritatis! 426. à 9. Summa, quæ diligens ſtultitia. 485. à 1. Diſcrimen inter ſapientiæ ſenſum, & ſapientiam ſenſus. 6. Intelligentia ſine ſyndereſi ruit. 8. Vid. *Præſes* II. *Zelus.*

PULCHRITUDO.

Quid ſit? 116.15. & 18. Quibus conſtet? ib. Quid venuſtas? 17. Diſcrimen venuſtatis & pulchritudinis. 16. Quæ vera? 18. Quæ totalis? 15. Illam tantùm agnoſcunt oculi. 17. Eximia pulchritudo ſine ſale, faſtidioſa. ib. Pulchritudo in corpore an corporalis, vel ſpiritalis? 18. Quæ pulchritudo venuſta? 19. Cur quæ inſignis, dicatur cœleſtis? 20. Pulchritudo Iridis. 363.3. An falſa? 562.6. Quæ maior in fœmina pulchritudo, pulchritudinis imago. 1. V. *Fœmina.* Quare nulla, in pulchritudinis formâ? 6. Eſt nihil, quod mirabile apparet. 8. Ex pulchritudine, fœminarum infatuatio. 10. Cineris velum, quod maius pulchritudinis miraculum. 12. Quæ pulchritudo videtur, venenum conſpicitur. 216. 14.

Q

QUERIMONIA.

Dolenti, etiam innocenti, haud facilè detur fides. 611. 1. Sit in auditione modus. 2. Quomodò audita videnda? 3. Ex quærimonia, maior aliquando iniuria. 31.23. Ex verbo communi unde querimonia? 43.7.

R

RECONCILIATIO.

Cur amicitia debet eſſe virgo? 86. 6. Cur in ſymbolum manus & oculus? 9. Pericula amicitiæ reconciliatæ vide in V. *Perfidia.*

REGIMEN: REGNUM: REX.

I. Cur regiminis perfectio ſignata in circino? 34. 2. Quæ conſideranda in prudens regimen? 578.12. V. *Prudens, Præſes,* II.

II. *Regni acceptiones.* 15.26. Satius ſub principe malo, quàm ſub nullo. 3. Regnum pro poſſeſsione regni. 22. Regnum non capit duos. 23. Monarchia potior in Republica ſtatus. 4. Regnare, pro felicem eſſe. 31. Quid ſignificet Regnum Dei, & regnum cœlorum? 27. Columnæ regni maieſtas & affabilitas. 35.

III. Diſcrimen Regis & Imperatoris. 20. 36. Acceptiones variæ huius vocis & muneris. 6. & 33. Felix rex, qui per ſe regnat. 29. Rex dicitur hæres regni. 22. Dotes veri regis. 26. Qui iuſtus duntaxàt regnat. 32. Regimini aptior ſuavis moribus, quàm auſterus. 25. Qui ratione poteſtatis, eſt larva regis. 34. Gloria regis, poſſe ferre regni gloriam. 35. Qui dicantur Aures regis? 609. 52. Ridiculus ritus regum Perſarum. 615. 11. Arrogantia illorum. 103. 8. Rex improbus ob improbitatem ſubditorum. 18. 31. V. *Præſes, Princeps, Iudex, Reſpublica.*

RELIGIO.

Unde felix in religione laborioſus ſtatus? 72. 1. Non virtus ab ſtatu, ſed in ſtatu. 3. Non à loco, ſed ab animo. 7. Cur Religioſi emblema Aaronis virga? 2.

RESPUBLICA.

Quot poſſunt eſſe ſtatus in illa? 2. 4. Leges reipublicæ iuxta ſtatus. ib. Quomodò ex functionibus animæ rationalis? 8. V. *Regnum.*

ROBOAM.

Stultus ex Salomone patre. 459.41. & 51. Antequàm pater ſapiens, ille ſtultus. 48. & 54.

RUTH.

Cur dicitur Petra deſerti? 2. 2. An ſoror Orphæ & filia regis Moab? 1. Fides erga ſocrum quanta & unde nota? 59. à 16.

S

SACERDOS.

Pro Principe & econtrà. 225.29. Officia Sacerdotum

in ſynagoga. 302. 5. Vices illorum in templo. 21. Nunquàm qui ex Aarone, à ſacerdotio remoti. 5. Nec poterant removeri. 6. Sacerdotum genealogia ex Ithamar. 8. Civitates deſtinatæ. 19. Sacerdos detractor horribilis? 360. 13. V. *Murmuratio.*

SACRIFICIUM.

Cur dicitur Dei menſa? 534. 63. Cur victima coronabatur? 112. 25. Quid in ſacrificijs *Salis lucida mica*? Quid Camilli & mola ſalſa? 535. 64.

SÆCULARES : SÆCULUM.

Noxia Monachis ſæcularium familiaritas. 74. 7. Fatua eſt & moleſtiſsima. 8. Excuti congruit ob commoda quietis & utilitatis. 9. Unde ſæcularium nocua ſocietas? 13. Non ſunt Monachis familiares, ſed inſidiatores. 9. & hoſtes. 15. Effectus converſationis. 11. & 13. Pericula maximè Monachis iunioribus. 14. Sunt dæmonis inſtrumenta. 17. Et Monachorum zizania. 19. Artes illorum & embolia. 15. & 16.

SAL.

I. Pro mari 521. 33. Pro urbanitate. 34. Pro ſcommate. 37. Pro re inſulſiſsima. 34. Pro victu & menſa. 38. Pro menſa & contubernio. 39. Pro paupertate extrema. 40. Pro aqua ſalſa. 54. Quid eſt flos ſalis? 64. Cur nihil utiliùs? Quid ſal nigrum? 37. Sal non crepitans, nec ſaliens in igne. 41. Ex aqua exiliens. ib. Conditio ſalis Amonici. 66. Sal varij coloris. 41. Sal è aqua dulci acrior. 51. 9. Lucernæ cum ſale ſplendor diurnior & lucidior. 532. 57. Cur ſale aſperſi ebrij & deliri? 74. Domus è ſale. 61. Sal nunquàm liqueſcens, nec deficiens. ib. Cur dicitur ſal divinum; & vita cadaverum? 65. Cur per ſal ſignata felicitas & infelicitas? 74. Cur amicitiæ ſymbolum? 39. Sal cur theſaurus Regum? 41. Mirum de ſale ſuper quod tributum impoſitum. ib. Cur urbes ſeminatæ ſale? 68. Cur ſali conferuntur verba? 32. V. *Sales.* Terra ubi ſal, nihil pignit. à 67.

II. Quid in ſacris pactum ſalis? 312. 23-533. 60. Quid ſalis pactum in pactum ſalis? 61. & 66. Quid denotet ſal in aqua? 74. Memorabilis ſtatua ſalis uxoris Lot. 61. An verum ſal? 62. Sale ſalitum pro re aptata præut opus, & pro re lapidea. 49. Pro materia apprimè condita. 56. Cur baptizandis datur deguſtandum ſal? 69.

SALARIUM.

Quid & à quo dictum? 523. 38.

SALES.

Pro iocis & facetijs. 521. 33. Pro graria & venuſtate. 35. Pro re feſtiva & hilari. 36. Cur ſales non ſunt ad pacem, ſed ſal? 59.

SALIVA.

Cur inſulſa? 526. 44. Hominis in ſcorpiones venena. 351. 14.

SALOMON.

Rex pacificus. 20. 36. A principio regnavit ſuper totum Iſraël. 21. Rex inſignis. 28. Potentiſsimus. 30. Eius dotes. 35. Aplautus ſapientiæ. 448. 18. Quanta ſcientia! 514. 18. Decennis genuit. 762. 49. Thronus eius in ferculo qualis? 645. 5.

SALVATOR.

A quo tempore vox Latina? 10. 16.

SALUS.

Non obtinetur beneficium ſalutis ſine applicatione medicaminis. 335. 15. In illam non pervenit, qui ſe infirmum non cognoſcit. 16. Salus præſervativa, potiſsima ſalus. 10. 16. In periculo indeclinabili ſummè prætioſa. 19. V. *Cor, Peccator, Verbum Dei, Vox, Auditus.*

SAMUEL.

Eius genealogia. 99. 2. Nobilitas. 1. Nativitas enunciatur. 209. 1. Illicò ab ubere avulſus, Deo dicatus. 20. & 23. Cur tunc? 24. Quomodò puerulus miniſtrabat? 25. Virtus. 99. 1. Initia per ſummum. 223. 25. Quàm Deo aceptus! 287. 1. An Nazaræus. 226. 30. Quomodò votum eius matris votum? 33. Cur mater commodavit, dum puerum ceſsit? 34. Puer delicium fuit Heli præ virtute & indole. 255. 1-376. 1. & 31. Ab illo educatur & inſtruitur. 262. 13. & 33. Quæ ſigna eius excellentiſsimæ indolis? 32. Theodidactus. 33. Facilitas morum & vigilantia in pueritia. 376. 1. Primus Videns fuit. 4. Prophetæ promiſſus. 5. Quanta in illo, vel dum puer, prudentia! 8.

SANGUIS.

Sanguine mutuo fœdera pacta. 215. 12. Cur ſudor ſanguineus index ſummi angoris? 233. 7. Sanguinolentia, V. *Crudelitas.*

SANHEDRIM, V. *Concilium.*

In hoc concilio præſes Summus Sacerdos. 5. 7-309. 18. Auctoritas huius Senatus. 6. 10. Forma & poteſtas. 10. Corona cur Iſraël? ib. Conditiones ad Sedem & Senatorum iuriſdictio. 11. Illorum ſcientia. ib. Coadiutores erant Principum. 13. Quare hoc concilium arguendum de peccato, de iuſtitia & de iudicio? 12. V. *Levitæ.*

SAPIENTIA : V. Scientia.

Quæ notionalis? 125. 48. Quænam ſcientia ſapientiæ? 510. 11. Nulla ſapientia ſine legum cuſtodia. 3. Quiſnam fons ſapientiæ? 4. Unde ſapiens peccator ſtultus? 2. Sapientia & ſtultitia. 511. 12-636. 8. Non eſt ſapiens, qui ſibi videtur. 510. 12. Quale ſtudium ſtultitiæ ſapientis? 23. Cur ſcientia ſcientiarum ſcire mori? 554. 2. Vid. *Intellectus, Literæ, Mors, Mens.*

S. SCHOLASTICA.

Cur dicitur Magna-Mater. 433. 9. & 20. Cur Luna in cœlo Benedictino? ib. Quare ſimilis hyacintho? 40. Quænam eius gloria? 1. Cur lucet in tenebris? 5. Floret ante nativitatem. ib. & 241. 12. Eius muſicâ in utero genitricis, mirabilis. à 1. Chorum cum fratre format. 10. 431. 3. Unde cantus ſuavitas. 431. 3. & 7. 431-4. Unde gratior & lætior ſilentioſus clamor? 6. Cur muſica nova? 8-& 239. 6. & 14. V. *Benedictus.* II. Scholaſticæ vita cœleſtis. 437. 16. Vel in cœlo, vel in gloria. 18. Cur volat in cœlum ut columba? 16. & nigra? 17. Uti columba vixit. 18. Amore mortua. à 19. Miraculum de impetratione procellæ quàm inſigne! 7. Eius quàm potens oratio! 10. Exaudita, priuſquàm audita. 12. Oratio eius quæ cœlo muſica, terræ procella. 8. Fletu excitavit? 9. Ex quo procellæ materia. 11. Quæ mira in miraculo? à 12. Clavem habuit pluviæ. 10. Ploravit verſus cœlum. 14. Certavit cum fratre & vicit. ib. Vicit amore, dum aqua venit ab igne. 15.

SCIENTIA : V. Stultitia.

Acceptiones ſcientiæ. 507. 6. Quæ vera ſcientia? 16. Modus ſciendi qui utilis? 17. Quid ſit in ſcientiam diſciplina? 6. Aliquid ſcitur & ſcientificè, licèt non plenè. 1. Deliria circa ſcientiam Ethnicorum. ib. & 4. Scientia à Deo infuſa, ſine fallacia. 17 Scientia ſtolidorum, præſumptio. 13. Vera ſcientia, ſcire neſcire. 14. Quæ ſcientia ſcita? 548. 4. Quę inutilis? 3. Scientia mundi inſipientia. 513. 16. In terrena fallax. 19. Cum ſola ſcientia, nunquàm animorum concordia. 59. Vera ſcientia virtutum practica. 20. Sine prudentia, cæca & clauda. 31. Scientia ſcientiæ perfectio vitæ. 547. 1. Nihili virtutis cognitio, ſed poſſeſſio. 2. Fulgor ſcientiæ à virtute. 13. In ſcientia ſubtilitas nulla,

nulla, ubi totum subtilitas. 497. 1. Vid. *Sapientia, Literæ.*

SCITUM.

Pro notitia, pro decreto, mandato, aut statuto. 509. 9.

SCORPIUS.

Signum Scorpionis quorumnam signum? 491.2. Species scorpionum. 346. 1. Alati. 2. Natura & conditio. 336. 1. & 18-350. 12. Quomodò moriantur & revivi-scant? 360. 14. Cibus illorum serpentes. 12. Hamatum habent spiculum. 5. In cauda ternos dentes. 347.5. Ubi hospites ab scorpionibus immunes? 2. Illis hominis saliva venenum. 14. Et herba thelyphonon. 360. 14. Scorpion quæ herba, & cuiusnam effectus? ib.

SCRIPTURA SACRA.

Regulæ in eius faciliorem intelligentiam. Auctor operis dicitur, qui in opus influit. 154. 106. Si idem auctor, dicitur principium & finis & summa summarum. 119. Dicitur factum, quod fieri cœptum. 311. 20. Quæ brevi fiunt tempore, dicuntur non fuisse. 66 31. Filijs tribuuntur facta parentum. 303. 7. Parentum nomine signantur filij. 21. Quod inutiliter factum, iudicatur infectum. 379. 7-529. 52-602. 37. Oculis datur aliorum sensuum sensatio. 49. Ministerium & actio ministerij simul exponuntur. 11. 18. Interpretatio nominis pro nomine. 52. 1. Vox pro vocis significatione. 100. 2. Singularis vox ad multos emphatica. 54. 4. Finis rei pro causa finali, sive animi proposito. 660. 2. Antecedens pro consequenti. 229. 37. Relativum sine antecedenti. 17. 14-123. 44. Relativum pro antecedente. 50. Verba realia pro mentalibus. 163. 122-694. 2-708. 5. Retinetur aliquando in terminis genus linguæ originalis. 229. 36. Coniunctio sine extremo coniunctionis. 123. 44. Comparatio sine comparationis nota. 225. 29-312. 23-526. 44. Actio pro fine, seu fructu actionis. 229. 37. Pro subiecto, vel actionis materia. 11. 18-598. 30. & 49. Actio pro superlativo. 11. 18. Actio sæpe exprimitur ad actionem. 600. à 35. Actus secundus pro primo. 15. 27-90. 14-584. 4. & 45-672. 28. Contentum pro re contenta. 210. 4. Causa pro effectu. 37. Forma cum effectu formali, vel adiectivo necessario, pro adverbio, aut superlativo. 667. à 16. Nominativus absolutè positus, & oratio pendula. 124. 46-583. 2. Subiectum pro actione. 20. Quod eminet in genere, seorsim signatur. 164. 125. *Nomen* pro honore, gloria & dignitate. 702. 3. *Anima* pro cuius est anima: idem *Verbum, Vir, Facies, Caput, Via, Nomen.* 69. 37. 262. 14 702. 3. Auris pro cuius est auris. 597. 28. *Filius* pro superlativo vocis sequentis. 130. 59. *Anima* pro corpore animato. 459. 42. *Vir* pro homine excellenti. 100. à 3. *Aliquid* pro eximio. 21. Visio pro vaticinio. 608. 49. Fodere pro emere. 303. 7. Revelari pro favere. 22. Mentiri pro lactare, adulari vel loqui ad votum. 322. 39. *Pretiosum* pro rarò. 377. 4. *Natus* pro *Conceptus.* 700. 9. *Omne* pro summo & præstantissimo. 14. *Secundò* pro *Sicut prius*, vel *iterùm.* 2. *Omnis non* pro *Nullus.* 110. 22. *Continens* pro possidens. 460. 43. Abire pro mori. 56. 10. *Super* pro *Contra.* 314. 26. *Coram* pro verè, sine dubio. 270. 26. Pro *Contra.* ib. *Hæc* pro sic. 380. 9. *Mi* pro *Mihi*, vel *Meæ.* 53. à 3. *Semper* pro *Frequenter.* 313. 24. *Si* pro *Non.* 312. 23. Etiam emphaticum sine connotatione. 26. *Donec* pro *Quamvis.* 163. 123. *Quia* pro *Quòd.* 323. 40. *Quod* pro *Quasi.* 527. 48. Pro *Ideò*, ib. *Quid* pro *Quorsùm.* 90. 14. *Iterùm* pro *Modò.* 646. 9. Pro *Ita.* 526. 44. *Ipsum* pro *Etiam.* 285. 9. *Per* pro *Propter.* 161. 119. *Utique* pro *Sicut.* 526. 44. *Longe* pro *Aliter.* 279. 8. *Et* pro *Nunquid*, *Nunnisi*, *Nunnisi*, *idest*, *putà.* 66. 30-109. 21. & 128-268. 22. & 29 516. 22. & 50. 605. 43. & 49. & pro *Ideo.* 266. 19. Pro *Sed.* 224. 26. Pro *Nec.* 396. 37. Pro *Quia.* 24. 6-109. 21. & 128. Pro *Eò quòd.* ib. *Ut* pro *Usque.* 121. 21. *Non ultra* pro *Non ut pridem*: vel pro *Raro*, & non ita frequenter. 313. 24. Positivus terminus pro comparativo. 509. 10. Nomina in *Bilis* pro participio præteriti, & econtrà. 62. Nomen infaustum non nominatur. 56. 10-381. 10. Retinetur interdùm nomen prioris status. 607. 48. Nomen absolutum relatis alijs pro comparativo. 164. 125. Abstractum pro concreto, vel superlativo. 446. 14. Pro adiectivo etiam. 130. 59. Adiectivum pro subiecto. 210. 4. Adiectivum necessarium, vel epitheton pro adverbio aut superlativo. 667. 18. & 20. Absolutè pro adverbio. 55. 7-672. 29. Imperativum pro futuro. 532. 59. Etiam præsens. 378. 6-658. 22. Præteritum perfectum pro plusquàm perfecto. 163. 123. Participium pro adverbio. 17. 30 314. 27. Pro superlativo. 17. 30. Suppositum necessarium aliquando exprimitur. 54. 5. & 28-210. 3. Quo intuitu? 13. Interdùm non signat suppositum, sed suppositi excellentiam. 103. 9. & 23. Cognomina, & agnomina aliquando pro nominibus. 305. 10. Negatio nominis positivi pro superlativo. 509. 10. Negatio pro *Non solùm.* 265. 18-382. 13. *Non* etiam pro *Non solùm.* 324. 43. Negatio & affirmatio negationis 265. 17. Pro adverbio. 63. 23-325. 44. Pro superlativo. 63. 23. Affirmatio & negatio contrarij. 61. 21-265. 17. Affirmatio pro *Sed etiam.* 61. 21. 265. 18-382. 13. Verbum pro interiectione. 55. 8. Pro participio, & è contrà. 20-315. 27. Pro adverbio. 55. 7-380. 9. Aliquando verba cogitata, non in expressa. 123. 44. Verbum alij verbo adiunctum sine significatione. 55. 6-380. 9-608. 50. Verbi geminat eiusdem significationis quænam significatio? 57. 11. Vid. *Tautologia.* Scriptura in verbis multis sese apta hominum opinioni, & communi modo loquendi. 584. 5-671. 26. Voces Ethnicorum aliquando in illa. 257. 51. *Figuræ* rhetoricè in Scriptura inveniuntur *Æthiologia.* 584. 4. *Anthropopathos.* 316. 29-*Antimetabole.* 647. 9. *Antistrophe.* ib. *Antonomasia.* 123. 44. *Aposiopesis.* 46-314. 26-380. 10-662. 7. *Apostrophe.* 647. 9. *Asyntheton.* 166. 129-221. 22-270. 26-669. 22. *Bebæosis.* 61. 21-265. 17-324. 43. 383. 16. *Dyaliton.* 166. 129. 221. 22. 270. 26-669. 22. *Eclipsis.* 124. 46-662. 7. *Ellipsis.* 124. 36-381. 10-662. 7. *Emphasis.* 11. 18-54. 4-124. 46-583. 2. *Enallage.* 54. 4. & 7-163. 123. 679. 43. *Epexegesis.* 61. 20. *Epitasis.* 11. 18. & 41. 284. 16. *Epizeuxis.* 63. 23-295. 8-663. 9. & 18. *Euphemismus.* 56 10-314. 26-380. 10-510. 10. & 50. *Exergasia.* 11. à 18. 61. 20-109. 21. & 128. 225. 29. 315. 27-397. à 38-527. 48. & 61-584. 4. *Hendyadis.* 165. 126-277. 3-294. 8-516. 23. 54. & 61-655. 16. *Hysteron-proteron.* 323. 40-515. 19-584. 5. *Hypallage.* 63. 23-200. 8-210. à 3-533. 60-668. 21. & 29. *Hypotiposis.* 669. 23. *Metonimia.* 121. 40-210. 4. & 37-530. 54-672. 29. *Palilogia* pro superlativo. 445. 13-663. 9. & 18. *Polyptoton.* 677. 38. *Peripbrasis, & Circumlocutio.* 669. 22. *Prosopopœia.* 318. 33-680. 45. *Somatopeia.* 319. 29-446. 15. 18. & 43. *Syncope.* 53. 3. *Synonymia.* 377. 3-453. 29. *Temeòteleuton.* ib. *Zeuma.* 166. 129. Modus rectus orthodoxus interpretandi Scripturam. 159. 115.

SEMEN.

Intempestivum, imbecille, estò prolificum. 462. 50. Semen à cerebro. 52. Vid. *Cerebrum, Generatio, Filius.*

SEPULCHRUM.

Cur signatur per cor? 299. 21-408. 9. Sepulchra ex vitio. 565. 13.

Index Generalis.

SERPENS: V. *Scorpius*.

Oblectamenta Regum Mexicanorum, ſerpentium vivaria, & quo ordine diſpoſita? 613. 5. Cur natura ſerpentibus nec dedit alas, nec pedes? 337. 2. Qui ab illis non læſi? 216. 14-346. 2. Cur ſerpentes nociuiores pictæ coloribus varijs pulchrioribus? 354. 1. Mutuò ſe devorant. 12. Cur ſerpentium imagines in coronis & crinibus? 354. 19. Effectus morſus colubri, & eius ſymbolum? 472. 1.

SETH.

Vaticinium de Virgine Maria in eius ſepulchro, 703. 5.

SIDERITES.

Cuiuſnam conditionis lapillus? 502. 14.

SIMON MAGUS.

Eius imago & delitia. 156. 109.

SIRENES.

Quæ, & qua arte victæ ab Orpheo, & Ulyſſe? 623. 8. & 13. Cur illarum pennæ à Muſis evulſæ? 8. Quare inimicorum animæ emblema? 9.

SOCIETAS.

Pravorum, periculoſa. 477. 11-502. 14. V. *Monachus*, I. *Sæculares*, *Peccator*, II.

SOCRUS.

Unde tædium mutuum inter nurum & ſocrum? 60. 18. Quando & quomodò inter illas vera pax? 19.

SODOMA.

Eius fructus ſtabiles, evanidi, cinerei, etſi aſpectui pulchri. 498. 5-536. 67.

SOL.

An ſteterit ſub Elimelech? 52. 1. Eius & Lunę muſica. 237. 3. Cur dicitur Phœnix? 409. 12. Eius imago incluſa cryſtallo. 565. 13. Unde plures Soles? 690. 3. Sol & Luna cur in antro pingebantur cum muſicis inſtrumentis? 431. 3. Aliud eſt ortus Solis, & aliud Solis luſtratio. 663. 9.

SONUS.

Quid ſit? 594. 22. Differentiæ. 23. Artificialis & naturalis. 24. V. *Muſica*, *Auditus*.

SORS.

Pro poſſeſsione propria. 459. 42. Pro genere & proſapia. ib.

SPECULUM.

Cur ſymbolum falſitatis? 340. 10-423. 2. & detractionis? 341. 11. Specula nova & loquacia. 12. Conditio ſpeculi concavi. 347. 5. Cur teſſera amoris? 278. 6. A ſpeculo infatuatio fœminarum. 564. 10. Cur ſe ignorant in ſpeculo? 4.

SPES.

Peccatoris quàm vana, V. *Peccator*. Maior in felicitates ſpes. 571. 14. Stimulus animi. 25. Gaudium ante gaudium. 13. Amoris nutrix, & tormentum amantis. 195. 13. Paupertas comes ſpei. 571. 13. Spes in amico falſo cordis compunctio. 90. 15. V. *Perfidia*.

SPINA.

Quæ ſpina canis, & alba ſpina? 32. 25.

SPIRITUS.

In homine ſpiritus naturales, vitales, & animales, qui ſint, & unde? 458. 38.

SPIRITUS SANCTUS.

I. Acceptio vocis *Spiritus-Sanctus & Spiritus Dei*. 149. 94. Vox convenit tribus divinis perſonis, non amor notionalis. 107. Spiritus Sancti hypoſtaſis tantum in Spiritu-Sancto. 104. Non eius hypoſtaſe ſubſiſtit ſubſtantia aliqua ſupernaturalis, ex qua omnia. 103. V. *Subſtantia*. Non Spiritus-Sancti, ſed totius Trinitatis eſt creatio mundi. 111. Minimè ille fecit omnia in & ex ſubſtantia creata, cui hypoſtaticè unitus. 113.

II. Eius amoris conditiones ſingulares. 277. 3. Cur dicitur ſpeculum? 6. Scutum cordium? 12. Ignis? 2 & 10. Ignis intellectibus & intelligibilis? 6. Statera amoris? 12. Corda traxit & mundum vicit. 1. Cur rapuit? 5. Unde excellentia eius amoris & ſpecialis modus? 8. Unde inſignis, magnus, ſummus. 9. Qua arte elevata corda Spiritus-Sancti flammâ? 11. Quomodò ſi traxit, deſcendit? 10. Quia non deſcenderat, corda non aſcenderant. 12. Modus Divini Verbi quomodò in Spiritus-Sancti amore? 7. Novus ordo in novo Spiritu Eccleſiæ. 12.

SPONSA.

Cur Sponſæ Salomonis pulchritudo incomparabilis? 109. 19. Cur dicitur perfectâ? 24. Quæ dicebatur inter Sponſas Regina? 25. Sponſus & Sponſa unum. 197. 1. Gaudium eius in Sponſo tantùm. 122. 42. Quænam & in quid Sponſæ deſideria? 47.

STOLIDITAS: V. *Stultitia*.

Homines celebres ſtoliditate. 448. à 19. Claudius Cæſar ſtolidiſsimus. 21. Cauſæ ſtoliditatis. 46. A cerebri formatione, meatibus & figurâ. 47. Qui diminutione diſcretivæ potentiæ? 23. V. *Intellectus*, *Roboam*, *Cerebrum*, *Mens*.

STRABISMUS.

Qui morbus & eius affectiones. 464. 52.

STUDIA.

Modus in ſtudijs pro utilitate. 513. 17. V. *Scientia*, *Sapientia*, *Literæ*.

STULTITIA: *STULTUS*.

Pro peccato, & mentis diminutione. 450. 22. Stultitiæ genus, proles, educatio & famulitium. 2. Quid ſtultitia, deſipientia, ſtupor, alienatio & mentis corruptio? 23. Unde in homine ſtultitia? 37. Unde etiam ſtultitia hæreditaria? 47. Stultitia vera ex ſtultitiæ imitatione. 511. 12. Cur comites ſtultitiæ neceſsitas & Violentia. 483. 10. Ex qua ſtultitia amentia? 452. 26. Fons ſtultitiæ. 548. 4. Stulti inſignes & quibus de cauſis? 448. 19. Cur in culmine dignitatis balatrones? 482. 7. Dum elevantur, corruunt. 9. & 13. Diſcrimen ſtulti, inſipientis, fatui & inſipidi. 11. Stultitiæ ignorantia ſtultiſsima ſtultitia. 479. 1. Maxima, perſeverare in errore. 451. 24. Stultus cervicoſus, ſtultiſsimus. 467. 1. In errores errat. 479. 1. Unus eſt, & ſtulti univerſi. 451. 25. Cur pingitur aſinino capite? 12. Conditio ſtulti ſtultitiam deaurantis. 6. Si ſtudioſa ſtultitia, magna prudentia. 485. à 1. V. *Stoliditas*, *Indignus*.

SUBDITI.

Subditi, non ſervi. 35. 4. V. *Præſes*, VIII. IX. Graviſſimum pondus Præſidum, ſi tantùm recurſus in iudicium divinum. 30. 20. Quando ſubiectio gravis? 40. 16. Non calcandi ſubditi, ſed regendi. 490. 12. Haud facile, pravos regi. 542. 3. & 13. Imò periculoſum. 12. Cur rectum averſantur Præſidem? 618. 17. Quantis dolis & artificijs eius derogent famam! 545. 10. Satagunt illicò removere. 12. Cuncta recta illis in deriſum. 4. Vivere cupiunt ad lubitum. 5. Sat illis Prælatus rectus, ut indigitetur improbus. 5. & 10. Diffamatur, ſi pravus non eſt cum pravis. 6. Vel miracula accuſant. 7. Diſplicet remotio relaxationis, & parvi ducunt ſuæ & aliorum animæ damnum. 9. Quoquò ſolicitant exitum in vitium. 8. Sine vitijs ſunt furioſi. 10. corrupti inſolentes & procaces. 1. Quando lunatici? 3. Placent illis cum dæmonibus, & mulieribus colloquia. 8. Illorum plena malitia, ubi vel de oppoſitis querela. 25. 9. Obſervant occaſionem in vindictam. 489. 9. Cuncta ab illis corrumpuntur, ſi formidari arbitrantur. 354. 19. Illorum pravæ cogitationes. 653. 11. Qui lupi? 486. 4. Seſe mutuò devorant. 359. à 11. Qua arte illorum ſubiuganda corda?

487. 5. Si detractores, despiciendi ac proculcandi. 352. 15. Suffocandi, & suspendendi. 361. à 15. Laudant, imò Præsidem coronant, dum vituperant. 352. 16. & 19. Nihil inausum relinquunt, in complacentiam pravi Præsidis. 400. 2. Quantus labor subditorum ex Præside stupido! 483. 10. V. *Præses*. X.

SUBSTANTIA.

Supernaturalis, non est possibilis. 142. 80. Si possibilis, per se subsisteret, vel non esset completa. 83. & 84. Materia prima non est substantia supernaturalis. 85. Repugnat substantia completa & informis. 109. V. *Materia prima*.

SUPERBIA.

Quomodò pungitur? 103. 8. Superbus non est homo. 445. 12. V. *Arrogantia, Vanagloria*.

SURDUS.

Nullus nequior, quàm voluntarius. 629. 5. V. *Auris, Verbum Dei*.

SUSPIRIA.

Quando mala, & quando bona? 620. 20. *Pœnitentia, Contritio, Confessio, Peccator*, II.

SUSURRO : SUSURRUS.

Descriptio. 617 à 14. Sine fronte, aut rubore. 18. Curiosus & malignus. 16. Illius verba cognoscuntur per vulnera. 12. Fingit obsequium, ut vivat ad lubitum. 17. Lingua ferina. 15. Tendit in honoris maculam. 17. Exercitia illius malignitatis. 16. Astruit vel infernum quicquid fugit. 19. Dæmon bipes. ib. & 14. Instar serpentium. 5. & 18. Malignior aspidibus. 5. V. *Delator*. Ultio & ambitio sæpe serpius susurrant. 3. & 14. Susurrus pestis. 328. 48. Venenum præsentissimum. 614. 7. Sagittæ volantes. 11. Quod auditur verbum est aconitum. 4. Quomodò susurrus lusciniæ similis? 2. Verba volantia, quàm nocua! 43. 8.

SYNAGOGA.

Quæ Synagoga magna? 6. 10. Quanta eius in Deum ingratitudo! 267. 20. Cur dicitur salsa, verùm non sale salita? 520. 51. Reprobatur. 114. 28. Malevolentia illius in Ethnicos. 272. 30. Christus gloria Synagogæ, & gloria plena. 667. 17. V. *Sacerdos, Hebræi, Pontifex, Sanhedrim*.

T

TABERNACULUM.

Fœderis tabernaculi migrationes. 304. 8. Quæ vasa minora? 11. Aliquando sine Arca. 12. Multa Arcæ tabernacula. ib. Tam ad priscum tabernaculum, quàm ad Arcam quibat sacrificari. 15.

TAUTOLOGIA.

Quæ ethnicorum, sine succo; sacræ, plenæ sacramentis. 322. 38. Ter sententia geminata summum in quavis materia ostendit. 454. 29. Geminatione epitasicè exprimitur, quod nequit exprimi. 165. 127. In geminationibus prima pro *Non sanum*, secunda pro *Imò*, exponenda. 61-21. 445. 13. Aliquando, ut prior firmetur sententia. 398. à 40. In affectus vehementiam. 121. 41-508. 8. Geminatio verbi & nominis, gerundi vel participij, pro adverbio, superlativo, aut rei excellentia. 16. 28-111. 23. 36. & 38-229. 36-315. 27-444. 10. & 28-508. 8. 597. 28.

TEMPLUM.

Ierosolymitani portæ immanes. 261. 12. In illo sedes destinata Regi. 225. 29. Pontifici conclave. 309. 18. Quanta prodigia facta, ubi post erectum est templum. 272. 29. Innumeræ in eo victimæ. 12. Vices sacerdotum in eius servitium. 311. 21. Sancta in templo sanctè tractanda. 582. 1. Sub templi reverentia, voluptatum ferè idola. 622. 5. Ethnici templorum aras verrebant capillis. 117. 34. Quanta templis debetur reverentia! 400. 2. Qui inepti ad templi munus sunt muneris onus. 228. 35. V. *Oratio*. Contemptibiles mundo, sacrantur templo. 613. 6.

TEMPUS.

Eius essentia in quo? 654. 13. Quid tempus informe? 152. 99. Implicat tempus ante tempus. 100. Cur pingitur sine alis. 654. 13. Quomodò tempus inimicus amanti? 194. 11. Et tyrannus. 12. Quo sensu? 233. à 6. Quare studijs amoris semper est tempus? 4. Amoris victoria de tempore insignis. 9. In temporis fuga amoris constantia. 654. 14. Quomodò amor in tempore æternus? 15. Cur amori leviora vulnera mortis, quàm temporis? 234. 9. Pretiosior virtus ante tempus. 236. 1. Virtuti plausus, si præcox. 5. V. *Maria* V. *Virtus*. Semper detur iudicibus tempus in resolutionem causarum. 494. 7. V. *Iudex*. II.

TERRA : V. *Vesta*.

TESTIS.

Quomodò & quorsùm cœlum & terra vocantur in testes? 319. 33.

THEMISTOCLES.

Quale eius votum? 517. 23.

THEOLOGIA.

Scholastica quid sit & ad quid? 159. 115.

S. THERESIA.

Et Gertrudis, quàm similes! 196. 1. Quomodò mater & virgo? 189. 1. Suspiria, desideria, colloquia & soliloquia. 9. Eius anima speculum Sponsi. 1. Sapientissimè ineptit. 2. Moritur quia non moritur. 3. Vivit sine se, & amore patitur. 4. Unde illi mors viva? 1. & 3. An multiplex mors? 5. Unde mors, si vivit? 6. Patitur sine morte corporis corpus mortis. 7. Dolor, mori velle, nec posse. 10. Quomodò vulnus sine morte, mors, & non vulnus? ib. Unde delicium & tormentum, gloriam præsentem esse, & unà fugere? 6. Mors in vita illi maximè acerba, quia mors protracta. 7. Quare à Theresia præsens despicitur vita? 8. Illi penetrantius vulnus amoris, & ab amore. 9. & 10. Affectus in mortem irritus, lethale vulnus. 12. Mori etiam & non mori. 13. Cur gratissima amori Christi mors quotidiana Theresiæ? 15. Quo amoris excessu? 16. Quanta in illa charitas & unde? 14. Instar papilionis. 12. Phœnicis. 8. Quanta patiebatur à tempore, amoris hoste! 11. & 12. Ex haccine pugna filiabus Theresiæ gloria. 16.

SS. TRINITAS.

Series processionum. 130. 60. & 74. Est ibi amor essentialis & notionalis. 75. Generatio, ordo & modus generationis. 68. Unica Deitatis essentia in trinitate personarum. 584. 5 Trium non unius personę est creatio. 157. 111. Dictio exclusiva in essentialibus non excludit vel in termino personali alias personas. 62.

TRIPTOLEMUS.

Cuius symbolum? 698. 3. Sanatur à Diva. ib.

TRIUMPHUS.

Facies triumphantium minio litę. 670. 24.

TURTUR.

Ornamentum fœminarum. 579. 13. Cur currus amoris tractus à turturibus? ib.

V

VALE.

Quid longum, quid æternum vale? 56. 9.

Index Generalis.

VANAGLORIA.

Eius pericula. 383. 15-678. 41.

VATICINIUM.

Quid sit? 385. 18. Ad omnia tempora. 22. Propriè, de futuris. 24. Quo firmabantur dæmonum vaticinia? ib. Unde illorum aliqua vera? 34. Vaticinia Magorum plura. 30. Ficta sæpe ab hominibus huiusmodi oracula. 34. V. *Oraculum.* Cur prudentia dicatur vaticinium? 25. Quæ vates *Porrima* & *Postuerta*? 21. Certamen Mopsi & Calchantis in vaticinijs. 20.

UBERA.

Pro labijs, vel oculis. 119. 38.

VENATIO.

Quæ dicatur hominum venatio? 26. 11. Venator pro milite. 270. 26.

VENELLUS.

Avis pulchra, & fatua. 498. 5.

VENENUM.

Qui nutriti veneno? 216. 14. Qua escà viperæ sine veneno? 15. Quid venenum Veneris? 14. V. *Venus.*

VENUS.

Præcox. V. *Generatio, Filius, Cerebrum.* Quid cestus Veneris? 107. 17. Cur eius filius Cupido. 366. 11. Eius risus fletus. 12. Cruciatus. 13. Mel amarum. 14. Imò fel. 15. Venenum. 216. 14. Dum afficit, conficit. 368. 16. Mente privat. 18. Quæ insignia mortis, insignia Veneris. 18. Quando fuga Veneris ficta? 82. 9. Venus Cœlestis quæ? 645. 6.

VER.

Quid apud Ethnicos ver sacrum? 227. 31.

VERBA

Maligna, V. *Detractor, Delator, Susurro, Murmuratio, Lingua.* Verba iocosa longè à Monachis. 532. 57. V. *Monachus* I. Cur verba conferuntur sali? 32. Quodnam sal verborum? 56. Verba cum pipere hærent usque in vindictam memoriæ. 58. Perfectio affectuum claret imperfectione verborum. 124. 46-583. 2-662. 7. Quæ volatilia, maligitatis nota. 611. 1. & 12.

VERBUM.

Concordia vocis & oris, verbum rationale. 315. 28. Verbi acceptio triplex. 30. Pro cuius est verbum. 70. 37. Quid sit verbum mentis? 134. 67. Quid verbum album? 382. 12. Vitale? 638. 11. Unde verbi pondus? 1. Unde ex verbo communi acris querimonia? 43. 7. Quid verbum visum? 608. 49. Factum? 50.

VERBUM DEI.

Cibus est mentis, & quomodò? 335. 14-631. à 9. Qui audit tantùm, non audit. 1. Auditur, si auditur in fructum. 3. Surdus, qui non audit. 4. Qui audit & surdescit? 335. 14. Auditur, si in corde servatur. 2. Et accipitur ut proprium, commune verbum. 17. Cognoscitur auditus auris ex compunctione cordis 629. 5. & 8. Quod à corde non auditur, dispergitur. 1. Ingreditur, & egreditur. 335. 14-631. 9. Sine illius applicatione, non consulitur saluti. 335. 15. Cur custodiendum? 632. 11. & 12. Perperàm concipitur, si fœtus aborsus. 8. Quare fovetur languor, si salutis vox auditur? 13. An quia non inclinatione, sed curiositate? 629. 5. Si non à corde, nulla in contritionem flamma. 6. & 7. Ignis cordis ex inflammatione auris. ib. Quare verbo servato, nulla cordis ægritudo? 335. 14. Cur audientes non sanantur? 15. Sanantur, si fulgura vocum in pluviam lachrymarum. 630. 7. V. *Auris.* Unde sermo vitalis, vel mors sermonis? 634. 2. Cur conversus cordis, si vox Verbi Dei visibilis? 3. Cur verbum Dei sine fructu? 4. Vacua doctrina prædicatoris amentiâ. 7. Unde insensatus? 10. Unde verbum Dei suspicioſum? 10. Vid. *Prædicator, Vox.*

VERBUM PATRIS.

Quomodò lux vera, si non est, nec esse quit lux? 671. 25. Cur dicitur Patris splendor? 30. Et character hypostasis eius? 31. Quomodò speculum & imago? ib. Lux lucis æternæ? 32. Quomodò est filius, præut Verbum est? 34 135 68. Unde lux essentialis? 676, 36. V. *Trinitas, Unio hypostatica.*

VERITAS.

Pro doctrina sana. 324. 42. Constat ex toto. 41. Veritas theologica & ethica. 42. Summa malitia, cognoscere & impugnare. 603. 38. Odiosa veritas quibus & quare? 70. 38. Non videtur à pravo corde. 40. 1. Opportunè occurrat 520. 30. Quando proferenda & quomodò? 58 Cur sine punctione pungat? 43. 7. Malè auditur cum mordacitate, & si rideat læsus ulciscitur. 532. 58. V. *Salet, Ministri, Prædicator.* Odium veritatis ingenitum improbis. 545. 11. Imago veritatis. 427. 10. Cerumini cur similis? 4. Spinæ? 2. Horologio? 11. Admittitur, si non cognoscitur. 16. Opportuna minùs ingrata. 1. & 14. Per occasionem eius amaritudo sapit dulcedinem. 11. Sit modus in eius expositionem. 7. Optimus, qualis? 16. Alitet, micat periculum. 3. Ars expositionis. 11. Utilis, si tempestivè. 9. Quando omninò nudanda? 12. A vulneribus cordis odium veritatis ex mala complexione audientis. 1. Cur ad illam necessaria lingua erudita? 11. Et etiam post expositionem fuga? 16. Pravi non vulnerantur à veritate, sed à propria cognitione. 2. Maior dolus, sub specie veritatis. ib. Sine veritate nullum iudicium. 493. 6. Certamen veritatis & adulationis. 425. 6. V. *Verum.*

VERUM.

Pro perfecto. 515. 19. Pro puro, non de genere, & in genere præstantissimo. 676 37. Pro summo. 32. Nequit deduci verum nisi ex vero. 519. 27. Quid veritas opinionis & opinio veritatis? 612. 2. Amplior nota falsitatis, si veritatis species 340. 9. Mendax, odibilis. 322. 39. Quomodò in vero post esse mendacium? 41. Discrimen inter mendacem & veracem. 40. Qui mentiri solet, peierare consueſcit. 39. Discrimen inter fictum, vanum & falsum. 39. Inter mentiri & mendacium dicere. 40. Mendacium accipitur pro doctrina hæretica. 42. Pro adulatione. 39. Mendacium est, ubi verba, & non sensus proferuntur verborum. 4. V. *Perfidia.*

VESTA.

Terra cur dicta? 186. 7. Cur terra dicitur generasse cœlum? ib. Cur vocata Hyle. 157. 110. Eius imago è vite. 180. 6. Templum, quibus insignibus? 243. 3. Supplicium virginum Vestalium. 297. 14. Ordo harum in ministerio. 224. 27. In quo templo? 243. 3.

VIA.

Acceptiones viæ. 69. 36. Pro idolatria. ib. Pro actu eundi & tractu terræ. 24. Pro viæ periculo. 25. Pro moribus, aut instituto. 36. Pro dignitate. 38. Quid, ambulare per viam, & ire eundo? à 26. Quid, ire viam suam? 25.

VIDERE.

Videre, vel non videre, pro grato aut ingrato obiecto. 264. 16. Videre pro omnium sensuum sensatione. 679. 43.

VINDICTA.

Simulatur amor, ut iræ ſecurè exerceatur furor. 84. 1. Sæpe honoris vultus, ut ulciſcatur pectus. 2. Fraus riſus, & riſus dolus. 4. Caret ultio periculo, ubi gratiæ ſimulatio. 7. Dirum vindicta in animam telum, modò poſt reconciliationem amicorum. 13. Acre vulnus, ultor ſi fictus amor. 16. Vulnus cauteriatum tempore, in vindictam recrudeſcit occaſione. 489. 9. Magnum, poſſe injuriam ulciſci, verùm nolle. 403. 11. Vide *Perfidia, Gratiæ.* III.

VIPERA.

Suavitas muſicæ in morſum viperæ. 653. 11. Paſto balſamo ſine veneno. 217. 15. Cuius ſymbolum. 342. 13. V. *Serpens.*

VIR.

Pro excellenti, & inſigni bellatore. 100. 3. Pro mare, uxorato, & patre. 5. Materiæ cui iungitur, vox aptatur. 69. 37.

VIRTUS.

Sine illa vita hominis non eſt vita. 370. 2. Non prodeſt cognitio, ſed poſſeſsio. 547. 2. Fulgor ſcientiæ à virtute. 13. Vera eſt ſcientia. 516. 21. Non ſpeculativa, ſed practica. 28 Monimentum virtuti, propriæ fragilitati diffidere. 330. 3. Virtutis ſublimitas, dum apparet neceſsitas. 570 12. Si publica, evaneſcit. 679. 43. Unde tenebræ eius luci? 41. Ordo virtutis in quo? 519. 28. Quid in illa plenitudo plenitudinis? 111. 24. Cur eius ingenium dicitur cœleſte? 238. 5. Non eſt virtus, virtus infirma. 254. 14. Neque virtutis materia. 281. 1. Nec actio virtutis ſine fine rationis. ib. Ambigua virtus, cuius nullus actus. 468. 3. Magni refert, ferre magna. 242. 1. Per mundi vexamen aſcenditur in virtutem. 7. Vincitur à voluptate. 366. 10. Maior virtuti excellentia, ſi ab infantia. 236. 1. & 14. 289. 6. Semper tendere debet in ulteriora. 573. 1.

VITA.

Non eſt vivere, ſed valere. 228. 35. Quàm fallax! Dum augetur minuitur, & lux vitalitatis ab umbra mortis oſtenditur. 369. 1. Similis aranæ telis. 3. Horologio. 1. & 2. Amentes qui pereunt vitæ fiduciâ. 3. V. *Peccator.* II. Hæc fiducia fovet inferni flammam. 7. Nemo diei craſtini certus. 10. Exempla. 11. Pondere criminum rumpitur vita. 3. Et etiam perit, ſi ultra vitam pœnitentia. 6. V. *Pœnitentia, Vox.*

VITIS.

Quæ dicebatur impura & infauſta? 184. 18. Vitis data pro arbore vitæ. 14. Variæ imagines è vite. 6. Vites ex auro inſignes. 7. Herodis ante fores templi. ib. & 696. 7. Origo vitis apud Græcos. 179. 5. In imagine vitis amor Chriſti expreſſus & impreſſus. 20. In vite & ex vite eius imago miraculosè formatur: ubi cuſtoditur & colitur? 3. Excellentia miraculi. 4. Quomodò in hac cruce lignum crucis refloruit? ib Quo pacto fructus huius vitis tantùm eſt fructus honoris? 5. Differentia Chriſti amoris in vite crucis, & in cruce vitis. 9. Miracula & fructus nobiliores. 10. Quia ultra proprias ſpecies fructus mirabiles. 11. Quomodò renata utriuſque crucis ligna? 22. Imago Chriſti, vitis fructus. 13. & in vitam. 14. Cur hæc vitis dicitur gravida? ib. Imagine Salvatoris illuſtrior, quàm flore germinis. 16. Per imaginem, Hebræus credidit Redemptorem. 17. Unde Chriſtus vitis vera, ſi metaphorica? 15.

VITIUM.

Ubi inveterata vitia, inania medicamenta. 485. 1. V. *Peccatum.* II.

VITRUM.

Ex illo fabricata ſepulchra. 565. 13.

ULYSSES.

Eius utres quorumnam ſymbola? 498. 6.

UNIO HYPOSTATICA.

Niſi ſemel, & humanitati communicari non debuit. 154. 105. Repugnat materiæ primæ. 106. & 107. Repugnat unio hypoſtatica Zarraguina. 108. V. *Zarraga.* In operibus ad extra ſublimior unio hypoſtatica. 118.

UNUS.

Pro quidam, pro primate. 102. 6. Pro principe 7. Pro excellentiſsimo & incomparabili. 8. Pro unico. 9. Pro vero aut verace. 10. Pro ſingulari. 13. Pro primario. 25.

VOCATIO.

Quæ vera in religionem vocatio? 251. 8. Quæ falſa? 4. In quæ præcipitia vocationis oſcitantia? 12. Relaxatio ab eius oblivione. 75. 10. Deo magnoperè voluptati, reſponderi vocationi. 377. 3. V. *Monachus.*

VOLUPTATES.

Futiles. 269. 24. Inſidioſæ. 627. 17. Inſanire faciunt. 12. Quàm fluxæ! 362. 1. Certamen rationis & voluptatis. 624. 9. Crudelis, pudorque rationis. 10. Illarum fragore peccator ſurdeſcit. 2. Qui non audit, in vocem cœli duntaxàt incumbit. 11. Voluptates ſunt fortes in fragiles. 13. Summique dolores. 364. à 7. Et vulnera gravia. 10. Cur in hæc vulnera patientia neceſſaria, & omnis patientia? à 11. Falſa voluptas & pernix velocitas. à 13. Levitas & diritas. 15. Vel cæci cognoſcunt, ſi oculos aperiunt. 16. Mors fucata. à 17. Quæ illecebra, cordi pondera? 472. 11. Dulcia nocumenta. 2.

VOTUM.

Perſonale parentum, filij non tenentur implere. 226. 31. Quo pacto votum abſolutum erit conditionatum. ib.

VOX.

Pro muſica, V. *Muſica.* Superſtitio de primis auditis vocibus. 599. 33. Etiam augurium apud Romanos. 34. Voces Dei variæ. 333. 9. Et queis alloquitur peccatores. 474. 5. Vox Dei plures voces, & quomodò? 3. 9. 1. In quo virtus eius vocis? 9. Strepitu mundi, vox Dei non auditur. 75. 10. Qui vult expellere culpam, vocem Dei audit per aurem alienam. 475. 6. In illa perſiſtit, quiſquis auditam vocem non audit. 332. 8. Voces dolentis non facilè credendæ. 611. 1. Ex vocis acceptione cognoſcitur perfidia, vel innocentia in audiente. 331. 4. Cur vita dicitur vox? 370. 1. Quæ voces ſine pondere pondere vocis? V. *Præſes* IX. XI. *Verba, Delator.* Novæ voces in Eccleſiæ DD. non ſunt profa-

næ, ad nova mysteria explicanda. 518. 27. His tabescunt hæretici. ib.

VULNUS.

Pessimum vulnus, ubi non est dolor. 473. 3. Quando vulnus in vulneris refrigerium? 234. 8. Vid. *Peccator, Cor, Christus.* IX. *Theresia.*

VULTUS.

Quid sit? 261. 15. Quomodò notetur? 36.

Z

ZARRAGA.

Eius deliria in contubernio Numinis & Iove. 138. 74. Summa libelli. 76. Scatet erroribus. 114. Retorquet sacram Theologiam in Ethnicam. 76. Pius blasphemiæ in Spiritum-Sanctum. 77. & 103. Summum delirium. ib. Blasphemiæ in Patrem & filium, in Christum & Angelos 78. In Virginem. 134. Fundamentum ineptiarum eius. 79. Nugæ. 101. Quid somniat de Deo Iove & Numine? 92. Ridicula huiusmodi distinctio ad rerum creationem. 96 Fingit singulariter unionem hypostaticam Spiritus-Sancti. 108. At qualis terminus? 109.

ZELUS.

Imprudens cæspitat, ni comes scientia. 520. 30. Sic semper hypocrisis 31. & in præceps. 489. 10. & stultus. 520. 31. Iudicia ludicra & cogitationes imprudentis zeli. ib. Offendet Præses zelo, si procedit ex abrupto 490. 12. Zelo nimio sæpe malignus, cæcus & furens. 495. 11. V. *Prudentia. Præses.* II. III.



59

10.691